IDC

Baluziana editio *Capitulariorum regum Francorum* a P. Chiniac de la Bastide curata fuit serius editione inserta a Mansi ut appendix ad tomos XI ad XVIII *Amplissimae* meliorque nobis visa est. Quare prout tomos XVII bis et XVIII bis gratis edimus. Attamen, cum appendix VII, nemque tractatus *De missis dominicis*, auctore Fr. de Roye, in Chiniaca editione *Capitulariorum* deficiat, in fine tomi XVII *Amplissimae* relinquimus.

SACRORUM
CONCILIORUM

NOVA ET AMPLISSIMA COLLECTIO

CUJUS

JOANNES DOMINICUS MANSI

ET POST IPSIUS MORTEM FLORENTINUS ET VENETIANUS EDITORES

AB ANNO 1758 AD ANNUM 1798, PRIORES TRIGINTA UNUM TOMOS EDIDERUNT
NUNC AUTEM CONTINUATA ET, DEO FAVENTE, ABSOLUTA.

SUPPLEMENTUM AD TOMUM XVII

QUO CAPITULARIORUM REGUM FRANCORUM,
A BALUZIO EDITUM, VOLUMEN I CONTINETUR.



PARISIIS
MDCCCCII

EXPENSIS HUBERTI WELTER, BIBLIOPOLÆ.


CAPITULARIA
REGUM
FRANCORUM
PARISIIS,
M. DCC. LXX.

CAPITULARIA
REGUM
FRANCORUM.

Additæ ſunt MARCULFI Monachi & aliorum Formulæ veteres, & Notæ doctiſſimorum Virorum.

STEPHANUS BALUZIUS, Tutelenſis, in unum collegit, ad vetuſtiſſimos Codices manuſcriptos emendavit, Notis illuſtravit, magnam partem primùm edidit anno M. DC. LXXVII.

NOVA EDITIO auctior ac emendatior ad fidem autographi Baluzii qui de novo textum purgavit, notaſque caſtigavit & adjecit : acceſsêre Vita Baluzii partim ab ipſo ſcripta, Catalogus Operum hujus Viri clariſſimi cum animadverſionibus hiſtoricis, & Index variorum Operum ab illo illuſtratorum, quorum plurimorum novas meditabatur Editiones.

Curante PETRO DE CHINIAC, Regi à Conſiliis, Proſeneſcallo Generali Civili Uſerchæ, è Regia humaniorum Litterarum Academia Montis-Albani.

TOMUS PRIMUS.



PARISIIS,

Ex Typis FRANCISCI-AUGUSTINI QUILLAU, Typographi Sereniſſimi Principis CONTII, viâ vulgò dictâ, *du Fouarre.*

M. DCC. LXXX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 9, Parisiis M.D.CCCCII).





ILLUSTRISSIMO

AC

NOBILISSIMO VIRO

DOMINO D.

ARMANDO-THOMÆ HUE,

EQUITI,

MARCHIONI DE MIROMESNIL,

REGIÆ SIGNATURÆ PRÆFECTO.

REGUM noſtrorum primæ ſecundæque ſtirpis Capitularia in unum corpus de novo colligere plurimis abhinc annis ea mihi mens fuit, ut ea, ILLUSTRISSIME DOMINE, grata habere velis ac tueri. Antiquiſſimas haſce Leges, quibus Gallicum per tot ſæcula

ſtetit imperium, pretioſiſſimas ideò dixeris; quòd eas ut puros Juris noſtri Civilis & Canonici fontes, ut certa Traditionis inconcuſſæ veſtigia, ut invictà deniquè Libertatum noſtrarum argumenta, ſummâ huc uſquè veneratione fuerint proſecuti.

Nihil rationi conſentaneum magis quàm ut tanti momenti Collectio ſub auſpiciis prodeat Viri, quem pènes ſunt Patriæ ac Legum ſalus amorque. Jure igitur meritòque dicanda tibi venit hæc nova Capitularium Editio, ILLUSTRISSIME DOMINE; *cujus inſignata nomine dùm ſecura ibit & ab omnibus benignè accipietur, erit æternum ſummi ergà te mei obſequii ſummæque reverentiæ pignus ac monumentum.*

Lutetiæ-Pariſiorum 13 Kalend. Junii 1778.

DE CHINIAC.

PRÆVIA

PRÆVIA
IN NOVAM CAPITULARIUM EDITIONEM
ADMONITIO.

NOVAM hanc Capitularium Regum noſtrorum primæ ac ſecundæ Stirpis Editionem meditanti in mentem primùm venerat iis addere ſecundùm ordinem chronologicum quæ Editioni Baluzianæ deerant: poſteà verò convenientius utiliuſque viſum eſt duos Baluzii Tomos, paginam pro pagina, recudendos typis mandare, adjectis tantùm poſt manuſcriptos codices iis correctionibus quæ textui illuſtrando maximè neceſſariæ ſunt, & quales ab ipſo Baluzio exaratæ fuerant in exemplari Bibliothecæ Regiæ credito. Eò magis ultimum hoc conſilium omnibus arriſit, quò faciliùs promptiùſque in hac novâ editione reperientur laudata ex Collectione Baluzianâ, quæ Operibus huc uſque editis inſerviit.

Cùm numeroſiores vel longiores ſunt variantes lectiones plurimæ & additiones, quàm ut in duobus primis Voluminibus locum habere poſſint, rejicientur in duo poſteriora Volumina, quibus erit titulus: *Supplementa Capitularium Baluzii*, ſeu *Novus Codex Legum, Diplomatum Chartarumque ad Jus publicum Gallicanum Germanicumque ſpectantium.* Juxta ordinem chronologicum ibi revocabuntur Capitularia aliaque monumenta, deſcripta in duobus primis Voluminibus, ad quæ Index notabitur. Capitulum vel Capitulare quodlibet ſuæ ſequentur additiones; & ubi ampliſſimæ quorumdam Capitularium erunt variantes lectiones, integra iterùm deſcribentur ipſa Capitularia ex codicibus recenter detectis. Indicabitur etiam quibus in libris editis vel codicibus manuſcriptis monumentum quodque reperiatur.

Quæcumque ad jus publicum ſpectantia Diplomata vel Chartæ ad tertiam uſque ſtirpem detegi potuerint, his in Voluminibus edentur; unde ea monumenta in unum corpus congeſta dici poterunt quaſi prolegomena Collectionis Edictorum Regiorum è Typis Regiis egreſſæ.

Quò faciliùs nova hæc editio cum alterâ anni 1677 comparari queat, ſtatimque emendationes & additiones animadverti, ſuperiora folia eas continentia hoc ſigno * deſignabuntur. Etiamſi emendationes aut additiones offerant ambæ columnæ, extrinſecæ tantùm apponetur aſteriſcus.

Nonnulla nunc dicenda de Capitularium exemplari à Baluzio emendato, & in Bibliothecâ Regiâ aſſervato. Editione ſuâ in lucem emiſſâ, novos Baluzius manuſcriptos codices detexit, plurimaque agnovit menda quæ ipſi editiones cum manuſcriptis codicibus conferenti, exciderant: novâ igitur curâ Capitularia jam à ſe edita ex manuſcriptis codicibus tam recenter detectis quàm à ſe jam collatis recognovit. Notis tandem ſuis ſedulò retractatis, emendatis pluribus, pluribus etiam additis, editionem alterâ longè accuratiorem paraverat. Id patebit cuivis folia novæ editionis ſurſùm aſteriſco ſignata cum editionis antiquæ foliis comparanti. Capitularia integra ex melioris notæ manuſcriptis

codicibus exſcripta reperiet, quorum quibuſdam nova acceſſerunt Capitula; hujuſmodi eſt Capitulare anni 854, pag. 347-350 tomi II vulgatum, & ex optimo codice manuſcripto Bibliothecæ Colbertinæ recognitum. Textus, qui in antiqua editione abſurdus, in novâ nativus exponitur. Quòd tria hæc novâ Capitula primùm vulgata Baluzium, paginam pro pagina, ut mens erat, recudi prohibuiſſent; Præfatio tam Capitularis quàm Reſcripti, quod offert pagina ſequens, charactere minutiori imprimitur. Minutiori eodem charactere uti, neceſſe quandoque fuit quò faciliùs in eandem paginam inſeri poſſent tum notæ, quas, in marginibus exemplaris anteà laudati, antiquis adjecerat Baluzius; tum ſcholia quæ in Caroli Calvi & quorumdam Succeſſorum ejus Capitularia Jacobus Sirmondus addidit. Tales autem Jeſuitæ hujus eruditiſſimi editæ ſunt notæ, quales in omnium ejus Operum Collectione è Typis Regiis egreſsâ an. 1696 reperiuntur.

Nova igitur hæc Editio eadem planè eſt quam ſibi Baluzius publicare propoſuerat. Inter uncos proponuntur tituli quidam & alia à Baluzio omiſſa quæ inſerenda judicavimus; ubi verò in computandis annis quorumdam Capitularium errare viſus eſt Baluzius, ejus computatio relinquitur intacta, ſed notâ ad marginem appoſitâ emendatur.

Quæ in Conciliis & in diverſis Populi Francici Comitiis, ſub primâ & ſecundâ Regum noſtrorum Stirpe habitis, promulgabantur, *Capitularium Hiſtoriam* in Præfatione ſuâ offert Baluzius. Quantâ Leges illæ pretioſiſſimæ tam in rebus eccleſiaſticis quàm in civilibus auctoritate pollerent ibidem confirmavit. Caliginem diſpulit quâ ſummam in eccleſiaſticam præſertim diſciplinam Regum noſtrorum poteſtatem obvolvere nitebantur. Vetera denique ac veneranda Legum Francicarum veſtigia, aliis per alias enucleatis, vel earum exiſtentiâ Auctorum æqualium ope comprobatâ, inter ſe tam feliciter conciliavit, ut validis rationum ejus momentis hodie reluctari ſit nefas.

Capitularia integra gallicè reddi volebat quidam multarum rerum peritus; at non attendebat ſanè non ea eſſe ut facilè in linguam gallicam vertantur, imò timendum eſſe ne in noſtram linguam transſlata vitiarentur, hunc aliunde laborem nullius ſanè utilitatis futurum eſſe. Verba ipſa meditandi curam in ſe libenter ſuſcipient qui fructûs ex eis ferendi ſtudio flagrabunt. Inutilis & laborioſi hujus operis vices impleri putavimus, ſi Baluzii Præfatio gallicè redderetur, quæ poſſit indè vel Capitularibus in eâ quâ ſcripta ſunt linguâ ſtudendi cupiditatem injicere, vel iis ſufficere qui his edictis per prima quinque Regni Francici ſecula promulgatis vacare per alia negotia prohibentur.

Poſt Præfationem Capitularium venit *Fragmentum vitæ Baluzii*, ab ipſo ſcriptæ, quòd inter Auctoris noſtri Schedas, poſt ejus mortem, Gabriel *Martin* reperit. In eâ Baluzius quod ſibi ab ortu ſuo ad octogeſimum annum evenit pauciſſimis narrat: cætera ad mortem ejus præcipua Bibliopola *Martin* adjecit, omniaque edidit ad calcem Præfatiunculæ quam *Bibliothecæ Baluzianæ* præfixit ſub hoc titulo: *Fragmentum de vitâ, moribus & ſcriptis viri Cl. Stephani Baluzii, ex ipſius Autographo editum.* Pretioſum hoc Fragmentum ideò novæ Baluzii vitæ viſum eſt anteponendum, quòd Poſteris tranſmittendum. Quid nova Auctoris hujus vita aliud præſtitiſſet, quàm res ab ipſo narratas amplificare, quod magni ſanè

non eſſet momenti? Quam ob cauſam ſatis eſſe putavimus, ſi iis quæ à Bibliopolâ *Martin* tradita ſunt, quædam adderentur; unde Baluzii indoles innoteſceret, laudeſque quibus ante & poſt obitum fuit ornatus exſcriberentur. At eximiorum Operum quæ in lucem emiſit Catalogus, laus ejus ſanè pulcherrima. Ad Catalogum illum pro viribus noſtris perficiendum, Commentariiſque hiſtoricis illuſtrandum, curam omnem noſtram contulimus; cui ſubjungenda credidimus Opera quorum marginos variantibus lectionibus notiſque Baluzius oneraverat; quorum plurima ex manuſcriptis codicibus recognita, & ſcholiis ornata, Typis demùo mandare ſibi propoſuerat.

CL. V. STEPHANI BALUZII Epiſtola dedicatoria ad illuſt. V. Joann. Baptiſtam COLBERT, Regi ab intimis Conſiliis & ſecretioribus Mandatis, generalem Ærarii Moderatorem, ſummum regiorum Ædificiorum Præfectum, regiorum Ordinum Quæſtorem, Marchioni de Seignelay, Baroni de Seaux, &c.

ILLUST V D. D.

JOANN. BAPT. COLBERT, &c.

ANTIQUAS Regum Francorum Leges de jure civili & eccleſiaſtico per quadringentos annos latas ab ipſis fermè fundati florentiſſimi iſtius Imperii primordiis uſque ad Karoli III. tempora, in unum corpus colligere cùm inſtituiſſem, ILLUSTRISSIME DOMINE, *ea mihi ſemper mens ab initio ſuſcepti hujus Operis fuit ut quoniam pro more ubique recepto nomina inſignium virorum præponenda ſunt lucubrationibus eorum qui ſtudia ſua in uſum publicum convertunt, hanc* Capitularium, *ſic enim tum vocabant,* Collectionem *tibi inſcriberem ac dedicarem. Nam quid tam æquum, quid tam rationi conſentaneum quàm ut hæ Leges quibus hoc regnum per tot ſecula ſtetit, quas etiamnum hodie intuemur velut fontes divini humanique juris, quas ceu ſacroſanctas veneramur, ſub auſpiciis prodeant viri patriæ legumque amantiſſimi, & qui univerſam rem litterariam ita fovet ac protegit ut omnes, quotquot ſunt, qui aut veterum Scriptorum Opera emendant & illuſtrant, aut ſua edunt, plurimum ſe illi debere non inviti profiteantur? Neque verò de noſtris tantùm hominibus loquor ut propè poſitis, ac ſi ſoli Galli tuam in litteras earumque profeſſores inclinationem ſcriptis ſuis celebrarent,* VIR ILLUSTRISSIME, *ſed de exteris quoque atque à nobis longo terrarum intervallo ſejunctis, quorum libri pleni ſunt laudum tuarum, & jucundiſſimâ gratiſſimâque oratione commemorant maxima tua erga rem publicam litterariam merita. Sed nos tamen, qui virtutem tuam oculis uſurpamus, qui rerum quæ à te præclarè geruntur teſtes ſumus, quibus ad colendum te familiarius occaſiones patent, qui ſummis tuis beneficiis quotidie ornamur, cùm ſimus alienigenis hac quidem in parte beatiores, magis etiam grati eſſe debemus & magis intenti ad commemorationem laudum tuarum. Verùm ut facile nobis atque in promptu eſt memoriam beneficiorum tuorum ſervare*

& teſtatam tibi facere, VIR ILLUSTRISSIME, *ita difficillimum eſt enarrare laudes tuas, tum quia tu vetas ſcribi quod animi omnium noſtrum ſentiunt, tum quia majora facis quàm ut à nobis explicari poſſint cum ea dignitate quam ingentes virtutes tuæ poſtulare videntur. Ad me quod attinet, præterquàm quòd totum illud honeſtiſſimum otium quo fruor, à tua benignitate mihi conceditur, præterquàm quòd bibliothecam tuam, theſaurum illum optimorum librorum editorum & inediitorum, amores & delicias tuas mihi commiſiſti curandam, unde ampla ſtudiorum meorum ſeges ac materia oritur, in iſta nominatim Capitularium editione procuranda quanto mihi adjumento fuerit propenſus ille tuus in litteras noſtras ſtudiaque mea affectus hæc res indicio eſt quòd auctoritate tuâ effeciſti ut vetera eorum exemplaria, quorum copiam abſque te habere nunquam potuiſſem, huc ad me perferrentur ex longinquis provinciis ac regionibus. Præterea bibliotheca tua magnum incrementum attulit huic meo operi, ut quæ mihi ſubminiſtravit vetutiſſimos & optimos codices manuſcriptos in quibus aliquot Imperatorum Regumque noſtrorum Capitularia reperta ſunt quæ hactenùs latuerant, præcipuè verò celebris illa Francici regni diviſio quam Ludovicus Pius inſtituit anno* DCCCXVII, *quæ tot bellorum ac diſcordiarum inter eum filioſque ejus cauſa & origo fuit, & quam hactenùs homines eruditi deſideraverant, friſtra quæſierant. Habui quoque ex eadem bibliotheca tua vetuſtiſſimum exemplar Capitularium Karoli Magni & Ludovici Pii ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita collectorum, cujus inprimis ope ſuperiores editiones emendavi, ordinem Capitulorum ab iis qui primi illa in lucem emiſerunt perturbatum revocavi, quæ illi exemerant ac detraxerant reſtitui ſuis locis, priſtinam denique formam reddidi libris Capitularium. Iſaaci quin etiam Lingonenſis Epiſcopi Canones, quos ille collegit ex tribus poſtremis Capitularium libris, & quos ego ob eam cauſam ſubjunxi Capitularibus, contuli cum vetutiſſimo eorumdem Canonum exemplari quod extat inter tot venerandæ antiquitatis codices manuſcriptos qui partem non contemnendam faciunt ejuſdem bibliothecæ tuæ. Denique in iiſdem codicibus reperi plurima illuſtria veterum temporum ac ævi præcipuè Karolini monumenta nondum edita, quibus uſus ſum ad illuſtrandas res quæ in Capitularibus continentur, ad explicandas difficultates quæ in libris & hiſtoriis noſtratibus occurrunt, eaque edidi cum ipſis Capitularibus. Jure igitur meritòque dicanda tibi venit hæc Collectio,* ILLUSTRISSIME DOMINE, *quæ ſuam tibi debet integritatem, quæ ſua ornamenta tibi refert accepta, cujus demum favore fulta ſecura exibit adversùs ſycophantæ morſum, & favorabiliter apud omnes ubique gentes excipietur. Erit autem illa etiam index grati animi mei & æternum reverentiæ in te meæ monumentum.*

Lutetiæ Pariſiorum poſtrid. Idus Novemb. MDCLXXVI.

STEPH. BALUZIUS.

STEPHANI



STEPHANI BALUZII

TUTELENSIS

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

CAPITULARIA Regum Francorum, quibus inſtituta ſacrorum Conciliorum & decreta ſanctorum Patrum ſanxêre reverentiam, quibus etiam Romani Pontifices obtemperare ſe velle olim apud Principes noſtros ſcripto profitebantur, quorum denique præſidio & auctoritate bona diſciplina diù conſervata eſt in Eccleſiis Gallicanis, Germanicis, Italicis, in unum corpus colligere decrevi, Francis meis oſtenſurus amorem erga patriam meum, finitimis ac vicinis gentibus documentum daturus ut animos ſuos revocent ad memoriam beati illius temporis quo eadem Capitularia publicam apud illas felicitatem conſtituebant. Karoli namque Magni ætate, ut Monachus Sangallenſis tradit in libro primo de vita ejus, pro magnifico accipiebatur Francum eſſe & Francicis uti legibus, quas Baſilius-Joannes Heroldus *tam auguſtas, tam ſacroſanctas, à* veteribus *habitas fuiſſe exploratum ſe habere cit graviſſimorum auctorum teſtimonio, ut cætera potiùs jura omnia & divina & humana diſſimulari abrogarique, quàm ipſas violare, perferrent tolerabilius.* Roma, olim gentium domina, malis oppreſſa civilibus, & diuturnis ac frequentibus diſcordiis ac ſeditionibus vexata, cùm tot malorum quæ pertulerat finem oraret, huc velut ad ſacram anchoram confugit ut à Lamberto Imperatore per Joannem IX. Pontificem peteret in ſynodo Ravennatenſi uti Capitularium Karoli ac filiorum nepotumque ejus auctoritas confirmaretur, & quæ per-

Herold. in præfat. ad codic. leg. antiquar.

Concil. Ravennat. c. 2. & 3.

LE Recueil des CAPITULAIRES des Rois François que j'offre au public, ſera un monument éternel de mon amour pour ma patrie, & retracera aux Nations voiſines les ſiecles heureux où elles étoient gouvernées par ces anciennes Loix, dont l'autorité a été conſacrée par les définitions de pluſieurs Conciles, & par les ſuffrages des ſaints Peres. C'eſt l'exacte obſervation des Capitulaires qui a fait fleurir pendant long-temps la ſaine diſcipline dans les Egliſes des Gaules, de Germanie & d'Italie. Les Pontifes Romains eux-mêmes, en écrivant autrefois à nos Souverains, proteſtoient qu'ils obſerveroient leurs Edits, comme des ſujets fideles. L'empire des Loix Françoiſes étoit ſi bien établi au ſiecle de Charlemagne, que le Moine de Saint-Gal rapporte dans le Livre I de la vie de cet Empereur, qu'on s'honoroit de porter le nom de FRANÇOIS, & d'en obſerver les Loix. Baſile-Jean Hérolde aſſure « qu'au rapport des Auteurs les plus graves, elles » avoient acquis un caractere ſi auguſte & ſi ſacré dans » l'eſprit de nos ancêtres, qu'ils auroient plutôt ſouf- » fert qu'on eût enfreint toutes les autres Loix divines » & humaines, que de violer ces précieux réglemens de » la Monarchie Françoiſe ».

Rome, autrefois la maîtreſſe des Nations, déchirée par des diſſenſions & des ſéditions continuelles, abattue par des diviſions inteſtines, regarda les Capitulaires comme un remede aſſuré qui devoit faire finir ſes malheurs, & ſupplia l'Empereur Lambert par la voix du Pape Jean IX dans le Concile de Ravenne, de remettre en vigueur les Loix de Charles, de ſes fils & petits-fils, & de corriger, par leur autorité, les abus qui déshonoroient l'Egliſe. Les Allemands, quoique démembrés de la domination Françoiſe, conſerverent encore long-

à Vénération que ſe ſont ac- quiſe les Capitulaires des Rois Fran- çois. Plan de l'Ouvrage.

temps le nom & les Loix des François : ce ne fut que ſous le regne des Ottons, qu'entraînés comme par une fatale deſtinée, ils rejetterent ce nom, dont leurs peres s'étoient tant glorifiés, & perdirent l'attachement religieux qu'ils avoient eu juſqu'alors pour les Capitulaires. La décadence de leurs affaires & celle de la Religion, qui ſuivirent de près ce mépris, manifeſterent la colere du ciel; l'extinction de la diſcipline Eccléſiaſtique ordonnée dans ces fameux Capitulaires, peut être regardée à juſte titre comme une des cauſes des malheurs qui ont déſolé l'Allemagne : c'eſt le ſentiment d'un des plus ſavans hommes de cette Nation.

Hermann Conringius, dans ſon Traité de l'origine du Droit Germanique, chapitre XIX, dit, que le triſte état de l'Egliſe & l'oubli des Loix Canoniques en Allemagne, dont ſe plaint Burchard, Evêque de Wormes, venoit de ce qu'on n'y faiſoit plus uſage des collections d'Anſegiſe & de Benoît Lévite, qui contiennent les conſtitutions de Charlemagne & de Louis-le-Débonnaire, appellées par Jean-Juſte Winkelmann *le tréſor précieux de l'antiquité de la vertu Germanique.* « De » ces plaintes de Burchard que je viens d'expoſer, il » eſt facile de conclure, dit Conringius, qu'on n'avoit » alors aucune connoiſſance du Droit canon en Alle- » magne. Il paroît qu'on ne conſultoit plus les collec- » tions d'Anſegiſe & de Benoît, puiſque Burchard » lui-même n'en a rien inſéré dans ſes Œuvres, & n'en » a pas même fait mention ».

Au reſte, pour mieux développer le plan que je me ſuis propoſé, il eſt naturel de rechercher d'abord le nom, les cauſes & la forme des Capitulaires; j'établirai enſuite leur authenticité, leurs caracteres & l'autorité dont ils ont joui, quand leur uſage a été interrompu, & quand il a ceſſé : je parcourrai enfin les diverſes collections & éditions qui les ont perpétués juſqu'à nous.

peram acta eſſent, legaliter, id eſt ſecundùm eadem Capitularia, emendarentur. Quin & Germani ipſi, tamenetſi à Francis diſſociati, nomen Francorum legeſque eorum ſummâ religione ſervarunt per multum ævi, donec ad Ottones ventum eſt. Tum enim, quaſi præcipitantibus rem Germanicam fatis, nomen Francorum, quod patrum eorum memoria glorioſum & illuſtre apud illos erat, abjecerunt, Capitularium reverentiam exuerunt, tam manifeſta divini numinis ira, ut deinceps res eorum paulatim dilaberentur non ſine magno religionis noſtræ detrimento; adeo ut publica regni illius calamitas, præter cæteras cauſas, etiam ex neglectione diſciplinæ in Capitularibus præſcriptæ profecta jure videri poſſit. Ita ſenſiſſe reperio virum inter Germanos doctiſſimum Hermannum Conringium in libro de origine juris Germanici, cap. XIX, ubi infelicem Germanicæ Eccleſiæ ſtatum qui fuit temporibus Burchardi Epiſcopi Wormatienſis, quum leges canonicæ pro nihilo habebantur, hinc arceſſit quòd nullo tum in uſu apud Germanos eſſent collectiones Anſegiſi & Benedicti Levitæ, in quibus Karoli Magni & Ludovici Pii conſtitutiones continentur, quas Joannes-Juſtus Winkelmannus vocat pretioſum antiquitatis & prudentiæ Germanicæ theſaurum. *Ex illa Burchardi paulò antè recitata querela liquet, inquit Conringius, quàm miſera legum canonicarum in Germania tum facies fuerit. Sanè Capitula Anſegiſi & Benedicti non ampliùs viderentur per illa tempora ullo fuiſſe in uſu. Neque enim ex illis quicquam in libros ſuos Burchardus tranſtulit, quinimmò ne verbulo quidem eorum meminit.* Winkelm. in Notitia veteris Saxo-Weſtphalicæ, pag. 414.

Cæterùm antequam deſtinata componam, res poſcere videtur ut primùm nonnulla dicamus de nomine ipſo, tum qua ratione quove modo Capitula conderentur à Principibus noſtris; deinde de eorum dignitate, auctoritate, & uſu, quandonam intermiſſus ſit uſus ille, quando reductus, poſtremò de diverſis Capitularium collectionibus & editionibus.

II. Etymologie du mot Capitulaire.

II. Le mot *Capitulaire*, en général, déſigne tout Ouvrage diviſé par chapitres. Cette définition eſt celle qu'en ont donnée les plus ſavans Hommes; elle eſt confirmée par S. Grégoire, dans l'Epître qu'il adreſſa au Sous-Diacre Anthemius. « Jean, notre frere & notre » co-Evêque, nous a fait connoître, dit ce Pontife, par » ſon Capitulaire, que nous a apporté Juſte, ſon » Clerc, qu'il avoit permis à des Moines des monaſte- » res du Diocèſe de Sorrento de paſſer, comme bon » leur ſembleroit, d'un monaſtere à l'autre ». Adrien I, dans ſon Epître à Charlemagne, par laquelle il réfute le Capitulaire de cet Empereur qui interdiſoit l'adoration des images, s'exprime de la ſorte : « Nous » avons répondu à chacun des Capitules qu'il a plu à » votre royale dilection de dreſſer ſur cet objet ». Le Livre où l'on avoit tranſcrit le commencement & la fin des Leçons & des Evangiles qui étoient autrefois chantés dans les Egliſes, porte ce titre dans pluſieurs exemplaires : *Le Capitulaire des Evangiles pour toute l'année.*

II. Capitularium nomen generale eſt, & in univerſum intelligitur de omni opere ſcripto in varia capita diviſo, uti jam obſervatum eſt à viris doctiſſimis. Confirmat hanc interpretationem ſanctus Gregorius ad Anthemium Subdiaconum ſcribens. *Joannes*, inquit, *frater & coepiſcopus noſter, directo per Juſtum Clericum ſuum Capitulari, inter alia plura hoc nobis cognoſcitur intimaſſe, aliquos Monachos monaſteriorum in Surrentina diœceſi poſitorum de monaſterio in monaſterium prout eis libuerit tranſmigrare.* Hadrianus quoque primus in epiſtola ad Karolum Magnum, qua refellit Capitulare de non adorandis imaginibus, ita loquitur : *Unde pro veſtra melliflua regali dilectione per unumquodque Capitulum reſponſum reddidimus.* Codex in quo deſcripta erant initia & fines lectionum & Evangeliorum quæ in Eccleſiis olim cantabantur, hunc titulum habet in vetuſtis exemplaribus : *Capitulare Evangeliorum de circulo anni.* Lib. 1. epiſt. 40.

III. Le nom de Capitulaires s'entend également des Loix Eccléſiaſtiques, & des Loix Civiles ou Politiques.

III. Le nom de *Capitulaires* eſt donc un terme générique, & s'entend de toute eſpece de conſtitutions, ſoit Eccléſiaſtiques, ſoit Civiles ou Politiques : on les appelloit tantôt *Capitulaires*, tantôt *Capitules*, comme l'ont très-bien obſervé Boëtius Epo & le Pere Sirmond, parce qu'elles étoient conçues & rangées par chapitres : le

III. Capitularium itaque nomen generale eſt, & ad omne conſtitutionum genus porrigitur, ſive eccleſiaſticæ illæ ſint, ſive civiles ac politicæ; quæ *Capitularia* ſive *Capitula* dicebantur, ut rectè adnotarunt Boëtius Epo & Sirmondus, eò quòd capitulatim conceptæ Boët. Epo; lib. 2. de Jur. Inc. p. 100. Sirmond. in Notis ad Theodoſ. pag. 274.

Leom in Notis ad Capitular. pag. 752.

diſtinctæque eſſent; nomenque ipſum Capitularis, ut idem Sirmondus alibi monet, decretum ſignificat Capitulis digeſtum atque diſtinctum. Quamquam & aliquando lex quæ unico tantùm capite conſtabat, Capitulare dicebatur, ut Decretale precum quorundam Epiſcoporum quod anno Chriſti DCCLXXIX. conſtitutum eſt. Hinc factum ut leges aliquot Conſtantini & Valentiniani Imperatorum, quæ extant in Codice Theodoſiano, *ex Capitularibus Conſtantini Imperatoris & ex Capitulo Valentiniani, Theodoſii, & Arcadii* ſumptæ dicantur in vetuſtiſſimo codice Mſ. ſancti Arnulfi Metenſis. Conſtitutiones etiam Liutprandi, Regis Longobardorum, quas ipſe ſueto & uſitato Longobardis vocabulo *Edicta* nuncupat, Capitularia frequenter vocantur in veteri chartulario monaſterii Caſaurienſis, ex quo decerpere placet aliquot exempla. Charta Adæ filii Inchæ data anno MXXVI: *Et quia Dominus Luiprandus in ſuo Capitulare ſic judicavit ut qualiſcunque Longobardus de re ſua, &c.* Item charta Urſonis Presbyteri & Abbatis data anno MXXX. menſe Auguſto: *Quia Domnus Luiprandus Rex in ſuo Capitulare ſic affixit, ut quicunque de re ſua, &c.* Sanè leges Karoli Magni vocatas fuiſſe *Capitularia* notius eſt, quàm ut neceſſe ſit iſtud admoneri. Eædem tamen *edicta* quoque & *decreta* interdum dicuntur, ut in titulo Capitularis anni DCCLXXIX. & in notis ſubjunctis priori Capitulari anni DCCLXXXX. & libro primo Capitularium, cap. CXII. Quæ obſervatio confirmatur auctoritate Hincmari, Remenſis Archiepiſcopi, qui loquens de conſtitutione quam Karolus M. tulit de non dividendis rebus eccleſiaſticis, ait: *De quo edicto partem in libro veſtro qui appellatur liber Capitulorum imperialium ſcriptum habetur Capitulo* LXXVII. *ubi ſcriptum eſt: Quia juxta ſanctorum Patrum traditionem, &c.* Et in codice Capitulorum Karoli Calvi, ubi de eadem Karoli M. lege agitur: *Unde & Domnus Karolus Imperator, adhuc in regio nomine conſtitutus, edictum fecit, ut neque ipſe neque filii ejus neque ſucceſſores hujuſmodi rem agere attentarent.* Immò *Capitularia* Regum noſtrorum generaliter *edicta* nuncupantur in capite decimo Concilii Valentini tertii, ut intelligeremus vocabula *Capitularis & Edicti* eſſe ſynonyma. Sic enim legitur in ipſo Concilio: *Placuit ut ſicut edictis Principum juſſum eſt, nonæ & decimæ ipſis Eccleſiis unde ſubſtractæ ſunt, fideliter perſolvantur*, reſpiciunt enim Epiſcopi iſtius Concilii ad caput CCLXXVI. libri quinti, & ad caput XCIX. additionis quartæ. Ad eadem capita reſpicit etiam caput primum Concilii Ravennatenſis, habiti anno DCCCCIV, in quo jubetur ut ii excommunicationi ſubjaceant qui *glorioſiſſimorum Imperatorum, Caroli videlicet Magni Imperatoris, & Ludovici atque Lotharii, & filii ejus Ludovici, quæ de eccleſiaſticis decimis in eorum Capitularibus ſtatuta atque ſancita ſunt, non obſervaverunt.* Iſti ergo *Capitularia* vocant leges quas Patres Synodi Valentinæ appellant *Edicta*.

Hincmar. t. 2. p. 120.

Tit. 27. c. 7.

IV. Sanctiones eccleſiaſticas, ſive illæ ge-

mot même *Capitulaire*, comme on avertit ailleurs le Pere Sirmond, ſignifie une Ordonnance diſtinguée par Chapitres, quoiqu'on ait quelquefois nommé *Capitulaire* une Loi renfermée dans un ſeul Chapitre; telle eſt une Ordonnance de quelques Evêques en l'année DCCLXXIX, qui ordonnoit de faire des prieres pour le Roi & ſon Armée. De-là il eſt arrivé que dans un très-ancien Manuſcrit de Saint Arnould de Metz, il eſt dit que quelques Loix des Empereurs Conſtantin & Valentinien, inſérées dans le Code Théodoſien, « ont » été extraites des Capitulaires de l'Empereur Conſtan» tin, & du Capitule des Empereurs Valentinien, » Théodoſe & Arcade ». Les Conſtitutions de Luitprand, Roi des Lombards, qu'il appelle *Edits*, expreſſion uſitée pour dénommer les Loix Lombardes, ſont fréquemment appellées *Capitulaires* dans un ancien cartulaire du Monaſtere de Caſaure: il eſt bon d'en rapporter quelques exemples. La Charte d'Ada, fils d'Incha, donnée en l'an MXXVI, porte: « Et parce » que le Roi Luitprand dans ſon *Capitulaire* a ordonné » que chaque Lombard pût diſpoſer de ce qui lui ap» partient... ». De même la charte d'Urſon, Prêtre & Abbé, donnée au mois d'Août MXXX, porte: « Parce » que le Roi Luitprand, par ſon *Capitulaire*, a permis » à chaque Lombard de diſpoſer de ſon bien.... ». Il eſt ſi connu de tout le monde que les Loix de Charlemagne ont été appellées *Capitulaires*, qu'il n'eſt pas néceſſaire d'en faire la remarque. Cependant ces mêmes Loix ont auſſi été appellées *Edits & Décrets*, comme on le voit au titre du Capitulaire de l'an DCCLXXIX, à la fin du premier Capitulaire de l'an DCCLXXXIX, & au premier livre des Capitulaires, chap. 112. Cette obſervation eſt confirmée par Hincmar, Archevêque de Reims, qui parlant des Conſtitutions que Charlemagne fit pour défendre la diviſibilité des biens Eccléſiaſtiques, dit: « Une partie de cet Edit eſt copiée dans votre » livre qui eſt appellé le *Livre des Capitules impériaux*, » au chap. LXXVII, où il eſt écrit: *Parce que nous avons* » *connu ſelon la Tradition des SS. Peres*, &c ». Et dans le Recueil des Capitules de Charles-le-Chauve, qui rappelle cette Loi de Charlemagne, nous liſons: « D'où vient que l'Empereur Charles, pendant qu'il » étoit encore Roi, fit un *Edit* par lequel il s'interdit » à lui-même, à ſes enfans & à ſes ſucceſſeurs, la faculté » de pouvoir jamais attenter, &c. ». Auſſi les *Capitulaires* de nos Rois ſont-ils généralement appellés *Edits* dans le dixieme chapitre du troiſieme Concile de Valence, pour nous convaincre que les mots *Capitulaire & Edit* ſont ſynonimes. En effet, nous liſons dans ce Concile de Valence. « Il eſt enjoint, conformé» ment aux *Edits* des Princes, de payer les neuviemes » & les dîmes aux Egliſes qui en ont été privées ». Les Evêques de ce Concile avoient en vue le ch. CCLXXVI du liv. V, & le chap. XCIX de la quatrieme addition. Le premier Concile de Ravenne, tenu en l'an DCCCCIV, avoit en vue les mêmes chapitres des Capitulaires, lorſqu'il frappe d'excommunication ceux qui n'ob» ſervoient pas les réglemens promulgués ſur les dîmes » Eccléſiaſtiques par les Capitulaires des très-glorieux » Empereurs Charlemagne, Louis, Lothaire & les au» tres fils de Louis ». Les Evêques du Concile de Ravenne appelloient donc *Capitulaires* les mêmes Loix que les Evêques du Concile de Valence qualifioient d'*Edits*.

IV. Le premier Canon du VIIe Concile de Tolede

IV. Les définitions Eccléſiaſtiques s'appelloient autrefois Capitules.

prouve que les définitions Eccléſiaſtiques, ſoit générales, ſoit particulieres, étoient autrefois appellées *Capitules*, puiſqu'on y lit : « Ainſi il ne faudra jamais s'é- » carter des *Capitules* dernierement arrêtés, quelqu'or- » dre que l'on reçoive des Princes pour ne pas s'y » conformer, & quelques menaces qu'ils faſſent contre » ceux qui ne leur obéiront pas ». Servat, lors Abbé de Ferrieres, dans ſon Epître 42, parle ainſi des définition du Concile de Vernon : « Je vous ai adreſſé ces Canons » ou plutôt ces *Capitules*, comme vous les appellez, » écrits de ma main ». Le Concile de Calcuth, en Angleterre tenu l'an DCCLXXVII, dit dans ſa Préface : « Nous » avons fait des *Capitulaires* ſur chaque matiere, & » nous les avons arrangés dans un ordre facile à rete- » nir ». Rhaban s'expliquant ſur la collection de Martin de Bragues, dans ſon Epître à Bonoſe, dit : « On » trouve auſſi la même définition dans le Capitulaire » des Peres Orientaux, qui a été fait par l'Evêque Mar- » tin & les autres Evêques, en ces termes : *Si une* » *femme épouſe les deux freres, &c* ». Le Concile de Troyes, tenu en l'an DCCCLXXVIII. au chap. 3, ordonne « d'obſerver exactement les *Capitules* qui avoient été » faits l'année précédente par le Concile de Ravenne ». Les conſtitutions (Statuts Synodaux) de Théodulfe, Evêque d'Orléans, de Haiton de Bâle, de Herard de Tours, de Hincmar de Reims, de Walterius * d'Orléans, de Riculphe de Soiſſons & d'Atton de Verceil, ſont indifféremment appellés par leurs Auteurs *Capitules & Capitulaires.*

* Gualtier.

V. Différence entre les Capitules & les Loix.

V. De ce qui a été dit juſqu'ici il eſt facile de conclure que le nom de *Capitulaire* eſt générique, & que les Loix ont été compriſes ſous cette dénomination. Il y a cependant quelques expreſſions des anciens qui peuvent faire croire qu'il y a de la différence entre les Loix & les Capitules, & que même les Loix ne doivent pas être entendues ſous le nom de *Capitules*. Car Louis le Pieux, dans la Préface du Capitulaire de l'an DCCCXVII touchant la vie des Chanoines & des Moines, parle des Loix Civiles & des Capitules de façon à perſuader qu'il diſtinguoit les uns des autres, comme étant différens : « Nous remarquerons auſſi ce qu'il » faudra placer parmi les *Loix Civiles*, & ce qui devra » être mis au nombre des *Capitules* ». Hincmar, Archevêque de Reims, dans ſon Epître XV. aux Evêques du Royaume, chap. XV. parlant des Juges qui prévariquent, s'exprime ainſi : « Ils s'attachent à la Loi, » quand ils y trouvent du profit ; mais quand la Loi » n'eſt pas favorable à leur cupidité, ils ont recours aux » Capitules. De là il arrive, que ni les *Capitules* ni la » *Loi* ne ſont ſcrupuleuſement obſervés, qu'ils ſont » même regardés comme s'ils n'exiſtoient pas ». Enfin parmi les Capitules de Charlemagne, tirés de la Loi des Lombards, ch. 49, on lit : « Nous avertiſſons tout le mon- » de que les *Capitules* que nous avons ajoutés l'année » derniere à la Loi Salique, du conſentement univerſel » de nos ſujets, ne ſoient point appellés à l'avenir *Ca-* » *pitules*, mais qu'on leur donne le nom de *Loix*, qu'ils » ſoient même obſervés comme la Loi Salique ».

VI. Raiſons de cette différence.

VI. Mais l'on peut répondre à ces autorités, qu'il y avoit effectivement de la différence entre les Loix & les Capitules, parce que les Loix comprenoient certains articles qui ne ſe trouvoient point dans les Capitules, & que réciproquement les Capitules comprenoient des choſes qui n'étoient point dans les Loix ; mais cela n'empêche pas que les Capitules ne fuſſent compris ſous le nom général de *Loix*. C'eſt ce que nous voyons clairement établi

nerales eſſent, ſive ſpeciales, *Capitula* olim dicta fuiſſe oſtendit canon primus Concilii Toletani ſeptimi, in quo hæc leguntur : *Sic enim nec nuper adnexa Capitula vel imperiis Principum vel terroribus oportebit unquam evacuari.* Servatus Lupus, Abbas Ferrarienſis, in epiſtola XLII. agens de canonibus Synodi Vernenſis : *Canones eoſdem, ſive, ut vos vocatis, Capitula meo ſtylo tunc comprehenſa vobis direxi.* Concilium Calchutenſe in Anglia habitum, anno DCCLXXXVII, in præfatione : *Scripſimus namque Capitulare de ſingulis rebus, & per ordinem cuncta differentes, auribus illorum pertulimus.* Rhabanus in epiſtola ad Bonoſum, loquens de collectione canonum Martini Bracharenſis : *Item in Capitulari orientalium Patrum quod à Martino Epiſcopo cæteriſque Epiſcopis conſtitutum eſt, ita ſcriptum reperitur : Si quæ mulier duos fratres, &c.* Concilium Tricaſſinum anni DCCCLXXVIII, capite tertio : *Ut illa Capitula quæ anno præcedente apud Ravennam ſtatuimus Synodali collegio, inconvulſa ab omnibus obſervenur.* Conſtitutiones Theodulfi Epiſcopi Aurelianenſis, Haitonis Baſileenſis, Herardi Turonenſis, Hincmari Remenſis, Walterii Aurelianenſis, Riculfi Sueſſionenſis, & Attonis Vercellenſis, *Capitula & Capitularia* vocantur à ſuis auctoribus. Tom. 2 Capitular. pag. 271.

V. Ex his quæ dicta hactenus ſunt facilè colligitur Capitularium nomen generale eſſe, uti dicebamus, & Capitulorum vocabulo leges intelligi. Sunt tamen quædam veterum loca ex quibus confici poſſe videtur diſcrimen eſſe inter Leges & Capitula, immò Capitulorum nomine leges intelligi minimè poſſe. Nam Ludovicus Pius in prologo Capitularis anni DCCCXVI. loquens de conſtitutionibus à ſe recenter editis de vita Canonicorum & Monachorum, ſic de legibus mundanis & de Capitulis diſſerit, ut apertè dicere videatur leges à Capitulis differre : *Quid etiam in legibus mundanis*, inquit, *quid quoquè in Capitulis inſerendum foret adnotaverimus.* Et Hincmarus, Archiepiſcopus Remenſis, in epiſtola XV. ad Epiſcopos regni, cap. XV, loquens Judicibus malè agentibus, ait : *Quando enim ſperant aliquid lucrari, ad legem ſe convertunt. Quando verò per legem non æſtimant acquirere, ad Capitula confugiunt. Sicque interdum fit ut nec Capitula pleniter conſerventur, ſed pro nihilo habeantur, nec lex.* Denique inter Capitula Karoli M. excerpta ex lege Longobardorum, cap. XLIX, ita legitur : *Generaliter omnes admonemus ut Capitula quæ præterito anno legi Salicæ cum omnium conſenſu addenda eſſe cenſuimus, jam non ulteriùs Capitula, ſed tantùm Leges dicantur, immò pro lege Salica teneantur.*

VI. Verùm adversùs iſta reponi poteſt diſcrimen quidem fuiſſe inter leges & Capitula, quia nonnulla erant in legibus quæ non extabant in Capitulis, quædam verò in Capitulis legebantur, quæ in legibus non continebantur, ſed iſtud non impedire quin Capitula comprehenderentur ſub generali *Legis* nomine. Docet iſtud apertè Hincmarus in epiſ-

tola XIV. cap. VIII. ubi quæ primò Capitula dixit, ſtatim inter leges recenſet. *Habent enim*, inquit, *Reges & Reipublicæ Miniſtri leges quibus in quacumque provincia degentes regere debent. Habent Capitula Chriſtianorum Regum ac progenitorum ſuorum, quæ generali conſenſu fidelium ſuorum tenere legaliter promulgaverunt. De quibus beatus Auguſtinus dicit: Quia licèt homines de his judicent cùm eas inſtituunt, tamen cùm fuerint inſtitutæ atque firmatæ, non licebit Judicibus de ipſis judicare, ſed ſecundùm ipſas.* Nam & in Capitulis quoque Karoli M. excerptis ex codice legis Longobardorum, conſtitutiones ejuſdem Karoli, quæ vulgò *Capitula* vocantur, leges in aliquot locis dicuntur. In capite quippe XXII. eorundem Capitulorum jubetur ut Advocati *tales eligantur quales lex jubet eligere*, id eſt, quemadmodum in libro tertio Capitularium, cap. XI, ſcriptum eſt. Rurſum in capite XXIII. eorumdem Capitulorum excerptorum ita omninò legitur: *Jubemus ut teſtimonia ab invicem ſeparentur, ut lex habet.* Reſpicit autem hic locus ad conſtitutionem ejuſdem Karoli quæ extat in eodem libro tertio Capitularium, cap. X & LII. Denique in capite XXXVI. eorumdem capitulorum habetur ſcriptum: *De cæteris verò cauſis communi lege vivant quam Dominus Karolus, excellentiſſimus Rex Francorum atque Longobardorum, in edicto adjunxit*; id eſt, ſecundùm Capitula quæ Karolus M. anno DCCCI. legi Longobardorum addidit. Poſtremò Joannes VIII. Papa Romanus confirmans in Synodo Tricaſſina capitulare ſive conſtitutionem Karoli Regis de compoſitione ſacrilegii, à Capitularis ſive Conſtitutionis nomine abſtinet, legemque ſimpliciter vocat. *Sed nos*, inquit, *leniorem Legem præcipimus eſſe tenendam quæ à Karolo eſt conſtituta, pio Principe, de compoſitione ſacrilegii.* Eam ob cauſam Ludovicus Pius in Capitulari Aquiſgranenſi anni DCCCXVI, * cap. XX. Conſtitutiones ſuas vocat *Capitula Legis mundanæ*, ſecundùm quas judicari jubet cauſas puerorum tonſorum invitis parentibus.

* Leg. 819.

VII. Poſtquam diximus de nomine Capitularium, conſequens eſt ut de re ipſa agamus, primùmque explicemus quonam illa modo conderentur, quæve ſolemnia adhibenda eſſent illis temporibus ut eorum auctoritas valeret. Karolus Calvus in edicto Piſtenſi, cap. VI, uno verbo rem conficit dum legis promulgationem tribuit arbitrio & voluntati Principis, conſenſum populo. *Lex*, inquit, *conſenſu populi fit & conſtitutione Regis.* Conſenſu inquam populi, non quidem hominum è trivio, ne quis heic inſolenter abutatur vocabulo populi, ſed fidelium Regis, id eſt, hominum principum, optimatum, procerum, qui ſunt capita populi: horum enim conſilio Reges utebantur cùm de ferendis ac conſtituendis novis legibus agebatur, cùm de tranquillitate populo procuranda quæſtio erat. *Habent*, inquit Hincmarus, *Capitula Chriſtianorum Regum, quæ generali conſenſu fidelium ſuorum tenere legaliter promulgaverunt.* Generalem conſenſum dixit, quia iſta decernebantur

dans la XIVe Epître d'Hincmar, qui, au chapitre 8, met au nombre des Loix ce qu'il a auparavant qualifié de Capitules. « Les Rois, dit-il, & les Miniſtres de la » République ont des Loix par leſquelles ils doivent » gouverner chaque Province; ils ont les Capitules que » les Rois chrétiens & leurs ancêtres ont promulgués » du conſentement général de leurs ſujets; deſquelles » Loix S. Auguſtin dit: Quoique les hommes exami- » nent s'il eſt à propos d'établir ces Loix avant de les » publier, cependant dès qu'elles ont été promul- » guées, il n'eſt plus permis aux Juges de délibérer ſur » leur obſervation, mais ils en doivent maintenir l'exé- » cution ». Effectivement nous voyons dans les Capitules de Charlemagne, tirés de la Loi des Lombards, que les Conſtitutions de cet Empereur, qui ſont ordinairement appellées *Capitules*, ſont appellées *Loix* dans quelques endroits. Ainſi dans le chapitre XXII. des mêmes Capitules, il eſt ordonné « de choiſir des » Avoués tels que la Loi le preſcrit », c'eſt-à-dire, comme il eſt ordonné dans le chap. II. du Livre III. des Capitulaires. Dans le chapitre XXIII. des mêmes Capitulaires, tirés de la Loi des Lombards, il eſt encore « ordonné de ſéparer les témoins, comme la Loi le » porte ». Ce Capitule renvoie à la Conſtitution du même Empereur qui ſe trouve dans les chapitres X. & LII. du livre III des Capitulaires. Enfin le chap. XXXVI. de ces mêmes Capitules porte: « Au ſurplus, qu'ils » vivent ſur tout le reſte ſelon la Loi commune que le » très-excellent Charles, Roi des François & des Lom- » bards, a établie par l'Edit qu'il a ajouté à la Loi », c'eſt-à-dire ſelon les Capitules que Charlemagne ajouta en DCCCI. à la Loi des Lombards. Le Pape Jean VIII, ordonnant dans le Concile de Troyes l'exécution du Capitulaire ou de la Conſtitution que le Roi Charles avoit rendue ſur la peine du ſacrilége, ne l'appelle ni Capitulaire ni Conſtitution, mais le nomme ſimplement une Loi: « Mais nous, moins ſévéres, nous pré- » férons d'ordonner l'exécution d'une Loi plus douce, » qui eſt celle qui a été établie par Charles, Prince » pieux, ſur la peine due au ſacrilege ». Auſſi Louis le Pieux, dans le chap. XX du Capitulaire de l'an DCCCXVI, appelle ſes Conſtitutions les *Capitules de la Loi Civile*, ſelon leſquelles il veut qu'on juge les cauſes des enfans à qui on a coupé les cheveux malgré leurs parens.

VII. Après avoir parlé du nom des Capitulaires, il convient d'examiner leur objet & de commencer par expliquer de quelle maniere ils étoient faits, & quelles étoient les ſolemnités néceſſaires dans ces temps-là pour leur imprimer le caractere de Loi, irréfragable de l'Etat. Charles le Chauve le dit en un mot dans l'Edit de *Pitres*, chap. VI, lorſqu'il attribue la compoſition de la Loi au Prince, & donne au peuple le conſentement néceſſaire pour lui donner force de Loi. « La Loi, » dit ce Prince, devient irréfragable par le conſente- » ment de la Nation & la conſtitution du Roi ». Il eſt néceſſaire d'expliquer ici ce qu'il faut entendre par le conſentement du Peuple ou de la Nation, de peur que quelqu'un n'ait la témérité d'abuſer de cette expreſſion: ce conſentement ne conſiſte point dans la délibération de la populace, mais dans le ſuffrage des premiers de l'Etat, des Grands & des principaux Perſonnages qui ſont les chefs du Peuple. Ils étoient effectivement les ſeuls que les Rois conſultaſſent lorſqu'il étoit queſtion d'établir de nouvelles Loix, ou de rétablir la tranquillité publique. « Ils ont, dit Hincmar, les Capi- » tules des Rois chrétiens qui ont été promulgués du

VII. De quelle maniere ſe faiſoient les Capitulaires.

» conſentement général de leurs Féaux, pour être » obſervés comme des Loix ». Ce Prélat s'eſt ſervi de l'expreſſion de *conſentement général*, parce que les Capitules étoient dreſſés & promulgués dans l'Aſſemblée générale des premiers de l'Etat, dans la Cour pléniere du Roi, comme Charlemagne nous l'apprend en ces termes : « Et lorſque nous tiendrons notre Cour pleniere, ſi Dieu nous fait la grace de vivre & nous » protege ; de l'avis & du conſentement de nos » Féaux, nous établirons par une Loi expreſſe les » demandes que notre Peuple nous a faites, afin » qu'elles ſoient obſervées même à l'avenir. En vue » du Dieu tout-puiſſant, nous réglerons tout ce qui » peut intéreſſer le bien général, & convenir aux dif- » férens Ordres de l'Etat, aux Miniſtres de l'Egliſe & » à nos fideles Sujets, & dans notre prochaine Cour » pleniere & aſſemblée générale, où aſſiſteront un » grand nombre d'Evêques & de Comtes, nous publie- » rons une Loi expreſſe pour les maintenir ». Louis le Pieux ſtatua en DCCCXXIII que ceux « qui négligeroient » de réparer les Egliſes, ſubiſſent la peine infligée » dans ſon Capitulaire, agréé unanimement par ſes » Feaux «. Charles le Chauve, dans le Capitulaire fait dans l'aſſemblée générale tenue à Crecy, l'an DCCCLXXIII, s'exprime ainſi : « Nos féaux ont arrêté » dans une aſſemblée générale de notre Cour, qu'il » falloit obſerver les Capitules de notre aïeul & de » notre pere, reçus comme Loix par les François ». Mais il n'y a rien de plus remarquable ſur cette matiere que ce paſſage du Capitulaire publié dans la Cour pléniere que Charles le Chauve tint à Crecy en DCCCLXXVIII. « Les Capitules que notre ayeul & notre » pere ont faits pour l'état & défenſe de la ſainte » Egliſe de Dieu, & de ſes Miniſtres, pour mainte- » nir la paix & la juſtice parmi ſon peuple, & établir » la tranquillité dans le Royaume : ceux que nous » avons faits en commun avec nos freres Rois, du » conſentement de nos féaux & des leurs, & ceux que » nous avons faits en notre particulier ſur le meme » ſujet, & dont nous avons ordonné la pleine & entiere » exécution, de l'avis & du conſement des Evêques & » de nos féaux dans différentes aſſemblées générales, » nous voulons & enjoignons qu'ils ſoient également » reſpectés & maintenus par notre fils ». Il eſt donc conſtant que dans ces aſſemblées aſſiſtoient les Evêques & les autres Féaux du Roi, c'eſt-à-dire, les Abbés, les Ducs, les Comtes & les autres principaux de la Nation, comme il paroît par la Préface du Capitulaire de l'an DCCLXXIX, par la Préface du ſecond Capitulaire de l'an DCCCXIII, par la Préface du Titre XXXIV des Capitules de Charles le Chauve, & par pluſieurs autres autorités de cette eſpece, qu'il eſt inutile de rapporter. C'eſt pourquoi François Florent, homme d'une très-grande érudition, a très-bien remarqué que nos Rois de la premiere & de la ſeconde Race appelloient aux Aſſemblées générales qu'ils indiquoient, les Evêques & les principaux Perſonnages de la Nation pour les conſulter, que là on examinoit les Canons des ſaints Conciles, pour ſavoir s'ils devoient être reçus par l'Etat. On régloit la police qui devoit être obſervée dans l'Egliſe, & on promulguoit des Capitules ou des Loix propres à maintenir l'utilité générale, du conſentement de tous les Ordres de la Nation, conſentement qui, comme ledit Marc-Antoine Dominicy, étoit néceſſaire pour que les Capitules du Souverain euſſent force de Loi irréfragable.

» enfans de Dieu ». Il ne peut y avoir de preuve plus déciſive de ce qui vient d'être dit, que le témoignage des Peres du Concile tenu en DCCCCIX à Troſli dans le Soiſſonnois : ils appellent les Capitulaires les Compagnes des Canons, *Pediſequa Canonum*, expreſſion peu latine, mais qui ſignifie qu'ils viennent dans l'Egliſe après les Canons, & qu'ils y ont une égale autorité : « Les Regles canoniques, diſent-ils, ainſi
» que les Capitulaires des Rois, qui ſont leurs com-
» pagnes, comme il eſt dit au chap. 28 du livre 1 des
» Capitules Impériaux, ordonnent aux Clercs & aux
» Moines qui ont des conteſtations entr'eux, de les por-
» ter devant les Evêques, & non devant les Juges ſécu-
» liers ». Hincmar enſeigne que l'Egliſe a approuvé les Capitulaires des Empereurs comme réguliers, c'eſt-à-dire, comme conformes aux regles eccléſiaſtiques & aux Canons qui gouvernoient l'Egliſe ; & elle a voulu que la diſcipline publique ſe reglât ſur ce qui étoit ordonné par ces Capitulaires : c'eſt pour cela que les Capitules d'Hérard, Archevêque de Tours, qui ſont inconteſtablement un abrégé des livres des Capitulaires, ſont dits *avoir été extraits du Corps des Saints Canons* ; &, pour la même raiſon, les Capitules d'Iſaac, Evêque de Langres, qui ont pareillement été extraits des trois derniers livres des Capitulaires, recueillis par Benoît Lévite, ſont

poſſit quis eam incuriosè tranſcripſerit, vel quis aliquam ejus partem detruncârit. Idem in privilegio quod eodem anno conceſſit Hiſpanis qui in regnum Francorum perfugerant ut ſe Sarracenorum immanitati ſubtraherent, jubet ut illius Conſtitutionis varia fiant exemplaria ; *quorum unum in Narbona, alterum in Carcaſſona, tertium in Roſciliona, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, ſextum in Gerunda, ſeptimum in Biterris haberi præcepimus, & exemplar eorum in archivo palatii noſtri, ut pradicti Hiſpani ab illis ſeptem exemplaria accipere & habere poſſint, & per exemplar quod in palatio retinemus, ſi rurſum querela nobis delata fuerit, facilius poſſint definiri.*

XVIII. Verumenimverò quamquam univerſis impoſita eſſet neceſſitas ſervandarum conſtitutionum quæ in Capitularibus continentur, quandam tamen eximiam auctoritatem obtinebant in cauſis eccleſiaſticis, adeo ut plurimus illis honor habitus ſit ab Epiſcopis & ab aliis divini muneris miniſtris, qui pari eas reverentiâ proſequebantur ac ſacroſanctos Conciliorum canones. Epiſcopi namque apud martyrium ſanctæ Macræ congregati anno DCCCLXXXI. de ſtatutis à ſe in hac Synodo conditis ita loquuntur in præfatione : *Ab omnibus qui juſtè & piè in communione catholicæ Eccleſiæ, quæ Chriſti eſt corpus, vivere volunt, ea quæ ſequuntur, Domino mediante, obſervari decernimus, non nova condentes, ſed quæ à majoribus noſtris ſecundùm tramitem ſanctarum ſcripturarum ſtatuta, & à Chriſtianis Imperatoribus ac Regibus promulgata, & uſque ad hæc periculoſa noſtræ infelicitatis tempora fuêre ſervata, quaſi lumina in malignorum hominum tenebras, quæ excæcant diffidentiæ filios, devocamus.* Sed inſigne in primis eſſe videtur teſtimonium Epiſcoporum apud Troſleium in pago Sueſſionico congregatorum anno DCCCCIX, qui Regum Capitularia vocant canonum pediſequa, hoc loquendi modo, quamvis non admodum Latino, ſignificantes ea ſecundum poſt canones locum habere in Eccleſia, & pari cum canonibus auctoritate vigere. *Itemque & canonum præcipiunt inſtituta*, inquiunt, *ſimulque eorum pediſequa Regum Capitularia, ſicut in libro primo Capitulorum Imperialium continetur, capitulo* XXVIII, *ut Clerici & Monachi, ſi inter ſe negotium aliquod habuerint, à ſuo Epiſcopo judicentur, & non à ſecularibus.* Sanè Eccleſia probavit Capitularia imperialia tanquam regularia, ut Hincmarus docet, id eſt, tanquam conſentanea regulis eccleſiaſticis & canonibus quibus Eccleſia regitur, & ſecundùm illa voluit ut publica diſciplina conſtaret. Eam ob cauſam Herardi Archiepiſcopi Turonenſis Capitula, quæ conſtat eſſe accepta & abbreviata ex libris Capitularium, *excerpta* fuiſſe dicuntur *ex corpore ſanctorum canonum* ; & Capitula Iſaac Epiſcopi Lingonenſis, quæ ſimiliter excerpta ſunt ex tribus poſtremis Capitularium libris à Benedicto Levita collectis, *Canones Iſaac* vocantur

Concil. Troſl. c. 3.

Formulæ promot. epiſcopal. lib. 28, c. 6.

in chronico ſancti Benigni Divionenſis. *Compoſuit*, inquit auctor ejuſdem chronici, *& librum qui dicitur* CANONES ISAAC, *eò quòd ex libris canonum utiliora quæque eligendo, in unum volumen coartaverit.* Eandem ob cauſam Epiſcopi Synodi Meldenſis petunt à Karolo Calvo *ut Capitula eccleſiaſtica à Domno Karolo Magno Imperatore, necnon & à Domno Ludouvico Pio Auguſto promulgata, obnixè obſervari præcipiantur.* Et in Synodo Ravennatenſi habita anno DCCCCIV, cui Joannes Papa IX. & Lambertus Imperator interfuerunt, ante omnia ita ſtatutum eſt de obſervandis eorundem Principum Capitularibus: *Si quis ſanctorum Patrum regulas contempſerit, & glorioſiſſimorum Imperatorum, Karoli videlicet Magni Imperatoris, & Ludovici atque Lotharii, necnon & filii ejus Ludovici, quæ de eccleſiaſticis decimis in eorum Capitularibus ſtatuta atque ſancita ſunt non obſervaverit, & qui dat & qui recipit, auctoritate ſanctæ Sedis apoſtolicæ & ſanctione ſanctæ Synodi, excommunicationi ſubjaceat.* Quam conſtitutionem edicto ſuo confirmavit & explicavit idem Lambertus, ut inveni in veteri codice Ms bibliothecæ Thuanæ, in quo ita legitur: *Item ex legibus Romanis à Domno Lamberto Imperatore promulgatis, capitul.* XI. *Si quis ſanctorum Patrum regulas contempſerit, & glorioſiſſimorum Imperatorum Karoli & Ludouvici, atque Lotharii & Ludouvici filii ejus, de decimis in eorum Capitularibus ſtatuta & ſancita non obſervaverit, eaſque alibi niſi in baptiſmalibus Eccleſiis abſque conſenſu Epiſcopi dare tentaverit vel retinere præſumpſerit, & qui dat & qui recipit, eiſdem conſtitutis percellatur. Quòd ſi neque ſic correxerit, auctoritate & judicio ſanctæ Sedis apoſtolicæ modis omnibus ſubjaceat.* In eodem codice Thuano extat Conſtitutio ejuſdem Lamberti: *Ut omnis decimatio Epiſcopo vel ei qui ab eo ſubſtitutus eſt, præbeatur;* quam Baronius cum aliquot aliis Capitulis edidit ex codice ſcripto Antonii-Auguſtini, & Ravennatenſis Concilii decretis ſubjecit. Binius verò adtexuit Concilio Romano ejuſdem anni, putatque eſſe *canones Concilii anonymi* ſive ignoti. Hunc ſecutus eſt Goldaſtus, qui Capitula illa ait ſtatuta à Berengario Imperatore fuiſſe anno DCCCCIII. in conventu Ticinenſi. Verùm Capitula illa ex codice Antonii-Auguſtini edita eſſe Lamberti Imperatoris nullus eſt dubitandi locus poſt teſtimonium codicis Thuani, præſertim ſi quis Synodi Ravennatenſis conſtitutionem conferat cum ſanctione imperiali. Verùm ut ad id unde pauliſper digreſſi ſumus noſtra redeat oratio, ſicut Epiſcopi ac reliqui ex ordine eccleſiaſtico parem reverentiam tribuebant Capitularibus & Canonibus, ita Reges noſtri pari auctoritate ea pollere volebant, neque infringi aut violari tanquam ſuperflua ſinebant ab his qui ſacros canones ſibi ſufficere prædicarent. Nam quamvis Leges civiles non dedignentur ſequi divinas regulas, ut Imperator Juſtinianus ait, ſciebant tamen Principes noſtri Leges quæ canonibus non adverſantur, inviolatas eſſe debere, neque cuiquam licere Legem perrumpere ab

To. 1. Spicileg. Dacher. pag. 416.

Conc. Meld. c. 15.

Goldaſt. to. 3. Conſtitut. Imperial. pag. 299.

Novell. 83. Vide etiam c. 3. ext. de novi oper. nunt.

appellés *les Canons d'Iſaac*, dans une Chronique de l'Egliſe de Saint Benigne de Dijon. « Il a compoſé, » dit l'Auteur de cette Chronique, le livre qui a pour » titre LES CANONS D'ISAAC, à cauſe qu'il a renfermé dans un ſeul volume tout ce qui lui a paru » de plus utile dans le Livre des Canons ». C'eſt encore pour la même raiſon que les Evêques du Concile de Meaux demandent à Charles le Chauve » d'ordonner qu'on obſervera très-ponctuellement les Capitu- » les eccléſiaſtiques des Empereurs Charlemagne & » Louis le Débonnaire ». De même dans le Concile de Ravenne, tenu en DCCCCIV, auquel aſſiſterent le Pape Jean & l'Empereur Lambert, on ordonna avant tout qu'on obſerveroit les Capitulaires des mêmes Princes: voici les termes du Décret du Concile: « Si » quelqu'un mépriſe les Regles des ſaints Peres, & n'ob- » ſerve pas ce qui a été décidé par rapport aux Dîmes » eccléſiaſtiques dans les Capitulaires des très-glorieux » Empereurs; ſavoir, du grand Empereur Charles, » de Louis, de Lothaire, & de Louis ſon fils; & celui » qui donne & celui qui reçoit, encourront l'excom- » munication par l'autorité du Saint-Siege & la défi- » nition du ſaint Concile ». J'ai trouvé dans un vieux manuſcrit de la bibliothéque de de Thou l'Edit que l'Empereur Lambert fit pour confirmer & expliquer le Canon du Concile de Ravenne. On trouve dans ce manuſcrit: « *Item au chapitre* XI *des Loix Romaines publiées par l'Empereur Lambert, on lit ce qui ſuit:* » Si quelqu'un mépriſe les Regles des Saints Peres, » & n'obſerve pas ce qui a été ordonné par rapport » aux Dîmes dans les Capitulaires des très-glorieux » Empereurs Charles, Louis, Lothaire & Louis fils de » ce dernier, ſoit en les donnant ſans le conſentement » de l'Evêque ailleurs que dans les Egliſes baptiſ- » males, ſoit en les retenant; & celui qui donne & » celui qui reçoit, ſubiront la peine prononcée par ces » Conſtitutions. Si cela ne les corrige pas, ils ſeront » ſoumis en toutes manieres à l'autorité & au juge- » ment du Saint Siege Apoſtolique ». Il y a dans le même manuſcrit de de Thou la Conſtitution du même Empereur Lambert, qui veut que » toute eſpece de » Dîme ſoit payée à l'Evêque ou à celui qu'il a pré- » poſé pour la recevoir ». Baronius a imprimé cette Conſtitution avec quelques autres Capitules qu'il a pris du Recueil d'Antonius-Auguſtinus, & l'a rangée parmi les Décrets du Concile de Ravenne. Binius au contraire l'a jointe au Concile de Rome de la même année, & penſe que ce ſont *les Canons d'un Concile anonyme* ou inconnu. Goldaſt a ſuivi Binius, & dit que ces Capitules furent faits par l'Empereur Bérenger dans l'Aſſemblée tenue à Pavie en DCCCIII. Mais, après le témoignage du manuſcrit de de Thou, il n'eſt plus douteux que ces Capitules, tirés du Recueil d'Antonius-Auguſtinus, ne ſoient l'ouvrage de l'Empereur Lambert, ſur-tout ſi l'on veut ſe donner la peine de conférer le Décret du Concile de Ravenne avec l'Ordonnance Impériale.

Pour revenir à notre objet, que cette digreſſion a un peu fait perdre de vue, comme les Evêques & les autres Miniſtres de l'Egliſe avoient autant de vénération pour les Capitulaires que pour les Canons, de même nos Rois vouloient qu'ils euſſent une autorité égale à celle des Canons, & ne ſouffroient pas qu'ils fuſſent enfreints ou violés, comme ſuperflus, par ceux qui prétendoient que les ſaints Canons leur ſuffiſoient: car, quoique les Loix civiles ſe modelent volontiers ſur les Loix divines, comme l'a

que dit l'Empereur Juſtinien, nos Rois n'ignoroient pas les Loix civiles, qui ne ſont pas oppoſées aux Canons, doivent être inviolablement obſervées, & qu'il n'eſt permis à perſonne de tranſgreſſer les loix des Princes que Dieu a établi les Légiſlateurs des nations. C'eſt pourquoi Charles le Chauve, dans le Capitulaire fait par l'Aſſemblée tenue à Toulouſe en DCCCXLIV, après avoir dreſſé les Capitules qui devoient aſſurer la tranquillité publique, défend aux Evêques de ſe diſpenſer de les recevoir, ſous prétexte que les Canons leur ſuffiſent : » Que les Evêques, dit-il, ſous prétexte qu'ils ont l'autorité des Canons, ne s'aviſent point de ne pas recevoir & de ne pas maintenir l'exécution de ces Conſtitutions de notre Excellence ».

eis latam penès quos Deus voluit eſſe arbitrium Legum condendarum. Itaque Karolus Calvus in Capitulari Toloſano anni DCCCXLIV, poſt conſtituta Capitula ad tranquillitatem publicam pertinentia, demum edicit ne Epiſcopi illa rejiciant prætextu canonum, tanquam illi ſibi ſatis ſuperque ſint. *Ut Epiſcopi*, inquit, *ſub occaſione quaſi auctoritatem habeant canonum, his Conſtitutis excellentiæ noſtræ nequaquam reſultent aut neglegant.* Capitula Karoli Calv. tit. 5, c. 8.

XIX
Continuation du même ſujet.

XIX. On croira cependant que la précaution de Charles étoit peut-être ſuperflue, ſi l'on veut faire quelque attention à la ſagelle des Evêques de ſon ſiecle. Car ces Prelats, convaincus que les Capitulaires Royaux contribuoient beaucoup à conſerver la diſcipline eccléſiaſtique, avoient, comme nous l'avons vu, une grande vénération pour eux, les liſoient & les étudioient aſſiduement, s'en ſervoient dans toutes les occaſions : enfin, ce qui met le comble à la louange & à la gloire des Capitulaires, ils tranſcrivoient leurs Decrets dans les Conciles généraux & provinciaux, même dans les Synodes diocéſains. Il eſt inutile de faire ici une longue & ſcrupuleuſe énumération des Capitules Royaux, dont les paroles ou le ſens ſe trouvent dans les Statuts épiſcopaux qui ont été publiés après les Capitulaires. Pour en être convaincu, il ſuffit de lire les Décrets des Conciles & les Statuts des Synodes qui ont été tenus dans ce temps-là en France, en Germanie & en Italie, ſur-tout le Concile de Meaux, le Concile tenu à Rheims dans l'Egliſe de Sainte Macre, le Concile de Mayence tenu en DCCCLXXXVIII, le Concile de Cologne, célebré ſous l'Empereur Charles III, le Concile de Trebur, celui de Troſli, les Capitules d'Hérard, Archevêque de Tours, & ceux de Walterius, Evêque d'Orléans. Les Evêques étoient encore obligés d'apprendre avec ſoin les Capitulaires, parce qu'ils étoient tenus d'en rendre compte dans les Aſſemblées generales, c'eſt-à-dire dans les Cours plenieres de la nation, comme on peut le conclure de la XXVIII épitre de Frotharre, Evêque de Toul, à Hettus Archevêque de Treves. « La tenue du Parlement, dit-il, eſt proche, & le Roi ne manquera pas de nous faire rendre compte de l'execution de ſes mandemens ». D'ailleurs, comme ces Capitulaires étoient très-favorables aux Egliſes & aux perſonnes Eccleſiaſtiques, qui en tiroient de grands avantages, il étoit neceſſaire que les Miniſtres de l'Egliſe en fuſſent inſtruits, pour s'en ſervir toutes les fois qu'il faudroit maintenir la diſcipline eccléſiaſtique, ou terminer quelque différend concernant les Egliſes. Auſſi voyons-nous dans le Recueil des Capitules de Charles le Chauve, que Frodoin, Evêque de Barcelone, avoit defendu les droits de ſon Siege contre Tyrſe, Prêtre de Cordoue, par l'autorité des Capitulaires de Charlemagne & de Louis le Débonnaire. De même S. Ermangaude, Evêque d'Urgel, recouvra en MXXIV, par l'autorité des mêmes Capitulaires, une certaine Egliſe qui avoit été uſurpée par l'Abbe de Sainte-Cécile en Catalogne. Dans le même temps Drogon, Evêque de Beauvais, ayant été conſulté par un Evêque qui, à ce que je crois, étoit de la province de Rheims, pour ſavoir quelle conduite on devoit tenir envers ceux qui frappent les Clercs, après avoir loué ſon confrere de ce qu'il les avoit ex-

XIX. Hæc tamen Karoli cura, ſi ſapientiam Epiſcoporum illius ævi paulò attentiùs conſiderare volumus, ſupervacanea fortaſſis videri poterit. Nam Epiſcopi, quòd ſatis intelligerent Capitularia regalia eſſe utiliſſima ad conſervandam diſciplinam eccleſiaſticam, ut ſuprà vidimus, magnum illis honorem ubique habebant, ea aſſiduè legebant & pervolutabant, his utebantur in omnibus occaſionibus ; denique, quod eſt omninò magnificùm ad laudem & gloriam Capitularium, decreta in illis perſcripta Epiſcopi tranſcribebant in Conciliis generalibus ac provincialibus, tum etiam in diœceſanis Preſbyterorum ſuorum Synodis. Neque verò ineunda in hoc loco eſt longa & ſcrupuloſa enumeratio Capitulorum regalium, quorum verba vel ſenſus reperiuntur in conſtitutionibus epiſcopalibus quæ poſt edita Capitularia promulgatæ ſunt. Legantur tantùm ſanctiones Conciliorum & Synodorum illius ævi, ſive quæ in Francia noſtra perſcriptæ ſunt, ſive quæ in Germania & in Italia, præcipuè verò Concilium Meldenſe, Remenſe apud ſanctam Macram, Moguntinum anno DCCCLXXXVIII. habitum, Colonienſe ſub Karolo III. Imperatore celebratum, Triburienſe, & Troſleianum, tum etiam Capitula Herardi Archiepiſcopi Turonenſis & Walterii Epiſcopi Aurelianenſis. Scilicet Epiſcopi multum operæ ponebant in diſcendis Capitularibus, quia rationem de his reddere tenebantur in placitis generalibus, hoc eſt, in publicis regni conventibus, ut colligi poteſt ex epiſtola XXVIII. Frotharii Epiſcopi Tullenſis ad Hetti Archiepiſcopum Trevirenſem. *Nunc autem*, inquit, *in proximo eſt placitum, quo fine dubio ſciſcitabitur de obtemperatione mandati ſui Dominus mandati.* Præterea, quoniam eadem Capitularia valdè favorabilia erant Eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis, quæ hinc multùm juvabantur & attollebantur, neceſſe erat illa ſcire, ut uſui eſſe poſſent quoties de conſervanda diſciplina eccleſiaſtica aut de rebus Eccleſiarum agi contingeret. Eam ob cauſam in codice Capitulorum Karoli Calvi videmus Frodoinum Epiſcopum Barcinonenſem jura Sedis ſuæ adversùs Tyrſum Preſbyterum Cordubenſem tuitum eſſe auctoritate Capitularium Karoli Magni & Ludovici Pii. Sic Ermengaudus Epiſcopus Urgellenſis, qui ſanctus fuit, eorundem Capitularium præſidio recuperavit anno MXXIV. Eccleſiam quandam quam Abbas ſanctæ Cæciliæ Elinlitenſis pervaſerat. Capitula Karoli Calv. tit. 46, c. 1. (Appendix Capitular. tit. 141.

Ibid. cit. 146. vaſerat. Et eadem tempeſtate conſultus ab Epiſcopo quodam provinciæ Remenſis, ut reor, Droco Bellovacenſis Epiſcopus quid agendum ſit de his qui Clericos verberant, poſtquam laudavit Epiſcopum quòd illos excommunicaſſet, ſubjunxit conſtitutionem quæ de ea re extat in libro ſexto Capitularium. Capitularia enim, quod ſæpe dicendum eſt, erant valdè favorabilia Eccleſiæ & utiliſſima, ut legitur etiam in teſtamento Adeledis cujuſdam, quæ anno XXV. regni Regis Henrici dedit inter alia Eccleſiæ Barcinonenſi *librum Karoli ſanctæ Eccleſiæ utillimum, in tribus corporibus diviſum*, id eſt, ut ego quidem interpretor, poſtremos tres libros Capitularium Karoli M. & Ludovici Pii, qui corpus Capitularium conſtituebant etiam diviſi à quatuor prioribus, uti dicetur inferiùs in ſuo loco.

communiés, il lui adreſſa la conſtitution ſur le même ſujet qui eſt dans le VIe livre des Capitulaires. Ils étoient en effet ſi favorables & ſi utiles à l'Egliſe, ce qu'on ne ſauroit trop répéter, qu'on lit dans le teſtament d'une certaine Adelede, qu'en la 25e année du regne d'Henri elle donna, entr'autres choſes, à l'Egliſe de Barcelone » un livre de Charles, diviſé en » trois parties, qui étoit très-utile à la ſainte Egliſe»; c'eſt-à-dire, à mon avis, les trois derniers livres des Capitulaires de Charlemagne & de Louis le Débonnaire, qui, comme nous le dirons plus bas en ſon lieu, faiſoient le corps des Capitulaires, quoique ſéparés des quatre premiers livres.

XX. Adeò autem verum eſt Capitularia eſſe favorabilia Eccleſiæ, ut præterquàm quòd eorum decreta repetebantur & deſcribebantur in Synodis Epiſcoporum, ut obſervatum etiam eſt ab Antonio-Auguſtino, præterea qui collectiones canonum adornarunt ſequentibus ſeculis, veluti Regino, Burchardus, Ivo, & Gratianus, plurima ex Capitularibus tranſtulerint in ſuas collectiones, aliquando ſuppreſſo vel ſuppoſito nomine, quemadmodum rectè monuit Franciſcus Florens vir litterarum noſtrarum peritiſſimus. Et Regino quidem, Ivo, & Gratianus frequenter nominant Capitularia. At Burchardus, cùm Reginonem compilaret, maluit audax eſſe & mendax, & quæ hinc accipiebat Capitula, tribuere Conciliis quibuſdam aut Patribus antiquis, quàm Regibus noſtris, quòd Francorum appellatio, quâ Reginonis atque Witikindi etiamnum ævo gloriabantur Reges Germanorum, uſurpari deſiiſſet ætate Burchardi, adeòque exuta à Saxonibus eſſet omnis Capitularium iſtorum reverentia. Burchardus enim ſemel tantùm expreſſo nomine citat Capitula Karoli Magni, ſic ut addat illa ab Epiſcopis collaudata fuiſſe apud Aquiſgranum, alioquì forſitan his non uſurus. Sed nos ejus fraudes alibi ſæpè deteximus, tum ad Reginonem & Gratianum, tum etiam in Notis ad Capitularia.

Ant. Auguſt. lib. 2. de emendat. Gratiani, Dial. 10.

Florentis Diſſertat. jur. canon. pag. 170.

Burchard. lib. 1. c. 218. & ſeq.

XX. Il eſt même ſi vrai que les Capitulaires étoient favorables à l'Egliſe, que non-ſeulement les Décrets qu'ils contenoient, étoient répétés & décrits dans les Conciles des Evêques, comme Antonius-Auguſtinus l'a auſſi obſervé; mais encore que ceux qui dans les ſiecles ſuivants firent des collections de Canons, tels que Reginon, Burchard, Ives & Gratien, inſérerent pluſieurs Décrets des Capitulaires dans leurs collections, en taiſant quelquefois la ſource où ils les avoient puiſés, ou en en ſuppoſant une toute autre que la véritable; ce qui a été très-bien remarqué par François Florent, qui étoit fort verſé dans notre Littérature. Reginon, Ives & Gratien citent fréquemment les Capitulaires; mais Burchard, qui a mis à contribution Reginon, a mieux aimé recourir au menſonge & à l'effronterie, que d'attribuer à nos Rois ceux de leurs Capitules qu'il rapportoit, en les prêtant à quelques Conciles ou à quelques anciens Peres: cela vient de ce que le nom de FRANÇOIS, dont les Rois de Germanie ſe glorifioient encore au ſiecle de Reginon & Witikind, avoit ceſſé d'être pris par ces Princes au ſiecle de Burchard, & que dès-lors les Saxons avoient ceſſé d'avoir du reſpect pour ces Capitulaires. En effet Burchard ne cite qu'une ſeule fois, ſous le nom de leur Auteur, les Capitules de Charlemagne; encore ajoute-t-il qu'il ſe ſeroit bien gardé de les inſérer dans ſon recueil, ſi les Peres du Concile d'Aix-la-Chapelle n'en avoient fait l'éloge. Mais j'ai ſouvent dévoilé ailleurs les fraudes de ce Compilateur, ſoit en commentant Reginon & Gratien, ſoit dans mes Notes ſur les Capitulaires.

XX. Les Capitulaires de nos Rois étoient ſi favorables à l'Egliſe, qu'on en a inſéré pluſieurs dans les Recueils des Canons.

XXI. Tamenetſi multa magnifica dicta hactenus ſint ad laudem & gloriam Capitularium, nulla tamen res eorum dignitatem, majeſtatem, auctoritatem adeò commendat ac obedientia & obtemperatio Pontificum Romanorum, quos viri docti adnotarunt paruiſſe olim Legibus Regum noſtrorum, & earum obſervationi ſeſe obligaviſſe. Hujus porrò rei probatio ſumitur ex epiſtola quadam Leonis quarti ad Lotharium Imperatorem ſcripta, quam Ivo & Gratianus recitant. Hæc ſunt ejus verba: *De Capitulis vel præceptis imperialibus veſtris veſtrorumque prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſervandis, quantùm valuimus & valemus Chriſto propitio, & nunc & in ævum nos conſervaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixerit vel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem.* Hoc argumentum acerbè ac invidiosè

Ivo, par. 4. c. 176. & lib. 2. Pannorm. c. 149. Gratian. dift. 10. c. 9. De Capitulis.

XXI. On a vu les magnifiques choſes qui ont été dites à la louange & à la gloire des Capitulaires; mais rien n'établit mieux leur dignité, leur majeſté & leur autorité, que la ſoumiſſion des Pontifes Romains à ces loix, & les ſoins qu'ils prenoient d'en procurer l'exécution. En effet les Sçavans ont obſervé qu'autrefois les Pontifes Romains obéiſſoient aux Loix de nos Rois, & juroient de les obſerver. La preuve de ce fait ſe tire de l'Epître de Léon IV à l'Empereur Lothaire, qui eſt rapportée par Ives & par Gratien, & dont voici les propres termes: » Quant à l'obſerva» tion religieuſe de vos Capitules & préceptes im» périaux, & de ceux de vos prédéceſſeurs, nous » promettons qu'avec l'aide de Dieu nous les obſerve» rons, & que nous en maintiendrons l'exécution de » tout notre pouvoir; & ſi préſentement ou dans la » ſuite quelqu'un oſe vous dire que nous ne le faiſons » pas, ce ne pourra être qu'un impoſteur: vous devez » en être certain». Charles du Moulin, dans ſon

XXI. Soumiſſion des Pontifes Romains envers les Capitulaires de nos Rois Fauſſe fidélité des Canoniſtes.

Traité de l'origine, du progrès & de l'excellence du Royaume & de la Monarchie des François, traite rudement & malicieuſement ce ſerment de Léon IV; il y peint avec des expreſſions trop dures l'ambition & l'uſurpation des Pontifes Romains qui ont exiſté après Léon, & y releve avec trop de vivacité la ſubtilité & l'impoſture des Canoniſtes, qui n'ont pas craint d'accuſer Léon IV de lâcheté & de timidité, comme ſi la crainte lui eût dicté la lettre qu'il écrivit à Lothaire, & lui eût arraché les ſermens qu'il fit à cet Empereur d'exécuter ſes loix & celles de ſes prédéceſſeurs. Pour prouver combien l'interprétation de ces Canoniſtes eſt vaine & folle, Dumoulin ajoute que le même Léon IV, comme ſujet de Lothaire, ayant été cité devant Louis II fils de cet Empereur, reconnut que ce Prince avoit droit de le juger, &, après s'être purgé légalement, fut abſous de l'accuſation qui avoit été intentée contre lui; il en tire la preuve du chapitre *Nos ſi incompetenter*. Enfin pour détruire la tache de lâcheté & de timidité dont ces Canoniſtes ont voulu noircir la mémoire de ce Pontife Romain, il rapporte la défaite entiere des Sarrazins, que l'on dut à ſa valeur & au courage qu'il ſut inſpirer aux Romains: une partie de ces infideles fut étranglée au port d'Oſtie, une autre partie fut réduite à l'eſclavage, & Léon ſe ſervit d'eux pour rétablir les temples & les murs de la ville de Rome, qui avoient été démolis dans les précedentes incurſions des Sarrazins. Certainement quiconque lira avec un peu d'attention ce qui eſt écrit dans les Annales des Papes au ſujet de l'élection de ce Pontife, ſe convaincra que la principale cauſe qui porta le Peuple Romain à élire pour ſon Evêque Léon plutôt qu'un autre, fut la frayeur que les Romains avoient des Sarrazins.

tractat Karolus Molinæus in libro de origine, progreſſu, & excellentia Regni & Monarchiæ Francorum, perſtringens verbis aſperioribus ambitionem & uſurpationem ſequentium Pontificum Romanorum, & cavillatione.n & impoſturas Canoniſtarum, qui non ſunt veriti præfatum Leonem arguere ignaviæ & timiditatis, quaſi metu ſic ſcripſerit & profeſſus ſit. Atque ut oſtendat vanam & ſtolidam eſſe eorum interpretationem, addit eundem Leonem quartum, Imperatori videlicet ſubjectum, coram Ludovico II. præfati Lotharii filio cauſam dixiſſe, ejuſque judicio ſeſe purgaſſe, noxæque ita exemptum eſſe, argumento capitis, *Nos ſi incompetenter*. Demùm, ut notam timiditatis & ignaviæ amoveat à fama ejuſdem Leonis, affert exemplum Sarracenorum ab eo devictorum, quorum alii ſtrangulati fuerunt in portu Oſtiæ, alii in ſervitutem abrepti, quorum opera uſus eſt ad reſtauranda templa & mœnia urbis Romæ in præcedentibus Sarracenorum incurſionibus demolita. Certè ſi quis paulò attentiùs legerit quæ in Geſtis pontificalibus leguntur de electione ejuſdem Leonis, is facilè animadvertet præcipuam illius cauſam fuiſſe metum Romanorum ex Sarracenis, propter quem illi magis in Leonem quàm in quemvis alium inclinarunt.

Molin. in lib. de Monarch. Franc. §. 123. & ſeq.

2. q. 7. c. 41. *Nos ſi incompetenter.*

Vide Gratian. 33. q. 5. c. 7. ſqq. & quæ illic adnotantur à Correctoribus Romanis.

XXII. Sentiment de Baronius ſur l'Epître du Pape Léon IV. à l'Empereur Lothaire.

XXII. Il faut en vérité convenir que l'imputation faite par les Canoniſtes à la mémoire de Léon, & que Dumoulin a anéantie, n'étoit ni vraie ni honorable pour ce Pontife & pour l'Evêque du Siege Apoſtolique; mais il faut obſerver qu'elle ne fut imaginée que dans des temps malheureux, où ceux qui s'appliquoient alors à l'étude ne pouvoient preſque apprendre qu'à ignorer les vrais principes, les belles-lettres étant alors entierement enſevelies ou exilées; de ſorte qu'on n'avoit aucune connoiſſance de l'hiſtoire ancienne. Auſſi Baronius écrivant à Rome les Annales de l'Egliſe, a mépriſé & abandonné cet abſurde & puerile ſyſtême des Canoniſtes, & s'eſt frayé une autre route pour ſe débarraſſer des difficultés qui naiſſoient du fragment que l'on a rapporté de l'Epître de Léon. Il dit d'abord que la promeſſe de Léon fut le fruit d'une convention & d'un traité fait entre lui & les Empereurs Lothaire & Louis ſon fils, par leſquels ces Princes s'étoient engagés de laiſſer libre & canonique l'élection du futur Pontife Romain; & Léon avoit promis de ſon côté de conſerver intacts les droits des Empereurs. Tels ſont les termes de Léon aux Empereurs: « Il » a été arrêté par un traité fait entre vous & nous, que » l'élection & la conſécration du futur Pontife Romain » ne ſe feront qu'avec juſtice & ſelon les regles canoniques ». Or il faut, dit Baronius, interpréter cette promeſſe du Pape Léon, qu'il conſerveroit les droits des Empereurs, par l'épitre de Nicolas Premier à l'Empereur Michel, où l'on voit que les Pontifes Romains ne reconnoiſſoient les loix des Empereurs que pour l'adminiſtration des choſes purement temporelles.

XXII. Fatendum ſanè eſt iſtam Canoniſtarum adnotationem quam Molinæus refellit, neque veram eſſe neque honeſtam pro Leone & Pontifice Sedis apoſtolicæ. Sed conſiderandum eſt deteriore illam tempore in animos eorum intraſſe, cùm ii qui tum ſe ſtudiis litterarum applicabant, nihil fermè diſcere poſſent niſi earum ignorantiam, excluſa videlicet penitùs & in exilium acta bonarum artium ac veteris præſertim hiſtoriæ cognitione. Itaque Baronius, neglectâ ac ſpretâ iſtâ Canoniſtarum opinione, aliam viam iniit expediendi ſe à difficultatibus quæ in hoc epiſtolæ Leonis fragmento occurrebant homini Annales Eccleſiaſticos ſcribenti in urbe Roma. Primùm igitur contendit hanc promiſſionem à Leone factam fuiſſe ex pacto & convento inter eum & Lotharium Ludovicumque filium ejus Imperatores inito; iſtos liberam & canonicam electionem futuri Romani Pontificis promiſiſſe, & Leonem vice versâ pollicitum eſſe ſervaturum ſe illibata jura imperialia. Leonis porrò verba ad Imperatores hæc ſunt: *Inter nos & vos pacti ſerie ſtatutum eſt & confirmatum quòd electio & conſecratio futuri Romani Pontificis nonniſi juſtè & canonicè fieri debeat.* Illam porrò Leonis Papæ pollicitationem de conſervandis juribus imperialibus explicandam eſſe ait Baronius ex epiſtola Nicolai primi ad Michaëlem Imperatorem ſcripta, in qua legitur Pontifices pro cultu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus uti.

Baron. ad an. 840.

Ivo par. 5. c. 14. Gratian. di. 63. c. 31. Innoc.

XXIII. Réfutation du ſyſtême de ce Cardinal.

XXIII. On peut confondre cet argument ou ce ſyſtême de Baronius par pluſieurs raiſons déciſives qui

XXIII. Adversùs hanc Baronii ſententiam ſive ſcriptionem multa reponi poſſunt quæ

Capitularium regiorum auctoritatem ſartam tectamque & illibatam præſtant. Nam primò manifeſtum eſt ex textu epiſtolæ Leonis delatam adversùs eum querelam fuiſſe ad Lotharium Imperatorem, tanquàm is Capitularia Regum Francorum contemneret. Ad quam criminationem ille, injuriam ſuam ulturus, ac ſui ſecurus, reſpondit ſe ea velle irrefragabiliter in ævum conſervare, magnum & impudens mendacium eſſe aſſeverans quicquid contrà dictum fuerat Imperatori. Hanc interpretationem, quæ alioqui manifeſta & cuivis obvia eſt, debemus Bartholomæo Brixienſi, cujus hæc ſunt verba : *Lotharius audiverat quòd Leo Papa nolebat leges ſervare imperiales. Unde interrogavit de hoc Papam an eſſet verum. Quare Leo ſcribit ei, & dicit quòd ipſe vult leges obſervare irrefragabiliter, & qui aliter dicit, mendax eſt.* Deinde Baronius, quamvis paulò infrà fateatur Leonis verba eſſe intelligenda de libris Capitularium, heic tamen, ubi de vero ſenſu agitur iſtius epiſtolæ, quæ in illa dicuntur de conſervandis Capitulis & præceptis imperialibus, ea transfert ad jura imperialia, generalibus verbis minuens auctoritatem eorum quæ de Capitularium obſervatione dicuntur. Denique jura illa imperialia explicat ex epiſtola Nicolai primi ad Michaëlem Imperatorem Conſtantinopolitanum, in qua nulla Capitularium mentio extat neque extare poteſt, & in qua verbis tantùm generalibus ſcriptum eſt Chriſtianos Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigere, & Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus uti; id eſt, ſubjacere quidem Pontifices legibus civilibus ratione rerum temporalium, non verò ratione perſonæ : Epiſcopos enim eſſe deos, & deos ab hominibus judicari non poſſe, ut aiebat Conſtantinus Imperator. Nam quòd Baronius ea Nicolai verba, ut congruere poſſent cum epiſtola Leonis quarti, interpretatus eſt de Pontificibus Romanis, cùm generaliter de omnibus Epiſcopis intelligi debeant, tam alienum eſt à ſenſu verborum Nicolai, ut nihil alienius eſſe poſſit.

Gloſſ. in c. 2. De Conſtitut. dift. 20.

Nicol. I. epiſt. 8. & hinc apud Gratian. dift. 20. c. 2. Quoniam.

mettent à couvert l'autorité des Capitulaires de nos Rois. Car premierement il eſt évident, par le texte même de l'épitre de Léon, qu'on avoit porté contre lui des plaintes à l'Empereur Lothaire, comme s'il ne ſe ſoumettoit pas à l'autorité des Capitulaires des Rois de France. Pour repouſſer cette injure & prouver entiérement ſon innocence, le Pontife répondit « qu'il » vouloit au contraire en maintenir à perpétuité l'exé» cution de tout ſon pouvoir, ſans ſouffrir qu'il y fût » donné atteinte, & affirma que tout ce qu'on avoit » dit de contraire à l'Empereur, étoit une impoſture » atroce ». Cette interprétation, qui ſe préſente d'ailleurs naturellement à l'idée du lecteur, eſt de Barthélemi de Breſſe, dont voici les paroles : « Lothaire avoit » appris que le Pape Léon ne vouloit pas obſerver » les Loix Impériales. Il écrit au Pape pour lui de» mander ſi ce bruit étoit fondé ». Léon lui répond & lui dit « qu'il veut obéir aux Loix Impériales, ſans » ſouffrir qu'il leur ſoit donné atteinte, & que celui » qui lui prête des ſentimens différens, eſt un impoſ» teur ». Enſuite, quoique Baronius avoue un peu plus bas que les paroles de Léon doivent s'entendre des livres des Capitulaires, néanmoins lorſqu'il eſt queſtion de fixer le véritable ſens de l'Epître de ce Pontife à Lothaire, ce qui y eſt dit de la conſervation des Capitules & des préceptes impériaux, il veut qu'on l'entende des droits impériaux, eſſayant de diminuer par des expreſſions vagues la force de la preuve qui ſe tire du ſerment que le Pape faiſoit de ſe conformer à ce qui étoit preſcrit par les Capitulaires, & d'en maintenir l'exécution. Enfin ce Cardinal explique les prétendus droits impériaux dont il s'agit, ſelon lui, dans la lettre de Léon, par l'Epître que Nicolas Ier. écrivit à Michel, Empereur de Conſtantinople, où il n'eſt point fait mention des Capitulaires, dont il ne pouvoit point alors être queſtion dans cette Epître, & où Nicolas dit ſeulement en termes généraux, que les Empereurs chrétiens ont beſoin des Pontifes pour la vie éternelle, & que les Pontifes ne ſe ſervent des loix des Empereurs que dans les choſes purement temporelles; c'eſt-à-dire, que les Pontifes étoient ſoumis aux loix civiles, à raiſon des affaires temporelles, ſans que leur perſonne y fût jamais aſſujettie, ſuivant le mot de Conſtantin. « Que les Evêques ſont » des Dieux, & que les Dieux ne peuvent pas être » jugés par les hommes ». Pour faire quadrer ces expreſſions de Nicolas avec l'Epître de Léon IV, Baronius les a interprétées des ſeuls Pontifes Romains, tandis qu'elles doivent s'entendre de tous les Evêques : mais l'interprétation de Baronius eſt ſi oppoſée au ſens naturel des paroles de Nicolas, que rien n'eſt plus étranger à ſon ſujet.

XXIV. Rurſùm Baronius, ut opinionem ſuam de pacto facto inter Leonem quartum & Lotharium ac Ludovicum Imperatores confirmet, ait illum eâ tempeſtate petiiſſe ab iiſdem Imperatoribus uti lex Romana deinceps ſuum robur propriumque vigorem obtineret, annuiſſe porrò poſtulatis Papæ Lotharium, cujus decretum de ea re deſcribit ex libro ſecundo Legis Longobardorum. Antequàm verò iſtam Baronii obſervationem excutiamus, monendus eſt lector eam non eſſe Baronii, ſed Correctorum Romanorum, qui ad caput *Veſtram*, diſt. x. conjecturam fecerunt de re quam Baronius poſteà uti certam tradidit. Hæc ſunt verba Papæ : *Veſtram flagitamus clementiam ut ſicut hactenus Romana lex viguit*

Ivo. par. 4. c. 181. Gratian. dift. 20. c. 23. Veſtram.

XXIV. Baronius, pour ſoutenir ſon opinion ſur la chimérique convention qu'il prétend avoir ſubſiſté entre Léon IV & les Empereurs Lothaire & Louis, dit que dans ce temps-là Léon demanda à ces Empereurs que la Loi Romaine eût à l'avenir une force & une vigueur qui lui fuſſent propres, que Lothaire conſentit à la demande du Pape, & il rapporte un prétendu Edit fait par cet Empereur à ce ſujet, qu'il tire du Livre II (Titre 57) de la Loi des Lombards. Avant de diſcuter cette obſervation de Baronius, il eſt à propos d'avertir que ce Cardinal n'en eſt pas l'Auteur, mais qu'elle vient des Correcteurs Romains qui l'ont donnée comme une conjecture ſur le chap. *Veſtram* de la Diſtinction X du Décret, & que Baronius a enſuite donnée comme une choſe certaine. Voici les paroles de Léon IV : « Nous » eſpérons de votre clémence que comme la Loi Ro-

XXIV. Suite du même ſujet.

» maine a été en vigueur malgré les troubles, & n'a » jamais éprouvé aucune altération, vous voudrez » bien encore lui laiſſer toute ſa force & vigueur ». Ives & Gratien qui nous ont conſervé ce paſſage, ne font aucune mention de Louis; mais ils parlent de la lettre de Léon, comme ayant été écrite à Lothaire ſeul. Baronius s'eſt donc trompé ou a voulu en impoſer quand il a écrit que la demande de Léon IV avoit été faite à Lothaire & à Louis. En outre le Décret de Lothaire que les Correcteurs Romains, & après eux Baronius, diſent avoir été fait à la priere de Leon IV, & qu'ils ont tiré du Recueil de la Loi des Lombards, avoit été publié long-temps avant que Léon fût placé ſur la Chaire de S. Pierre; car il avoit été fait par Lothaire en DCCCXXIV ſous le Pontificat d'Eugene II, comme on le lit dans un ancien Manuſcrit de la Bibliotheque de de Thou, & dans la Collection des Canons du Cardinal *Deusdedit*, d'où Holſtenius a pris le Capitulaire qui contient le chapitre dont il s'agit. Ainſi s'evanouit la ſeconde preuve de Baronius pour établir la réalité du Traité qu'il ſuppoſe avoir été conclu entre le Pape Léon & les Empereurs Lothaire & Louis.

abſque univerſis procellis, & pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta, ita nunc ſuum robur propriumque vigorem obtineat. Ivo & Gratianus, qui locum iſtum nobis conſervaverunt, nullam heic Ludovici mentionem faciunt, ſed Lotharii tantùm, tanquàm ad illum ſolum ſcripta ſit epiſtola Leonis. Falſus eſt itaque aut fallere voluit Baronius, cùm poſtulationem iſtam ad Lotharium & Ludovicum factam eſſe ſcripſit. Porrò decretum Lotharii quod Correctores Romani ac poſt eos Baronius exiſtimarunt datum eſſe ad poſtulationem Leonis quarti, quodque illi deſcripſerunt ex codice legis Longobardorum, diù antè promulgatum fuerat quàm idem Leo locaretur in ſede beati Petri: conditum enim à Lothario fuit anno DCCCXXIV. tempore Eugenii ſecundi, ut legitur in veteri codice mſ. bibliothecæ Thuanæ, & in collectione canonum Cardinalis *Deusdedit*, ex qua Holſtenius Capitulare edidit in quo caput iſtud continetur. Itaque etiam ex hoc capite corruit opinio Baronii de pactis initis inter Leonem Papam & Imperatores Lotharium & Ludovicum.

Vide tom. 2. Capitular. p. 318 & ſeqq.

XXV. Fauſſes prétentions de Baronius ſur l'élection & la confirmation des Pontifes Rois.

XXV. Baronius ne dit pas mieux la vérité quand il affirme que Leon IV parvint à établir que l'élection des Pontifes Romains ne ſe feroit plus que ſuivant les Canons, & que les mêmes Empereurs avoient remis la confirmation de l'élection du Pontife Romain qu'ils s'attribuoient, ou tout autre droit qu'ils avoient tenté de s'arroger ſur l'élection ou la conſecration du même Pontife. Car ſi l'on veut lire ſans prévention les paroles de Léon qui viennent d'être rapportées ci-deſſus, il eſt bien evident que les Empereurs conſentirent que l'élection des Pontifes Romains ſe fît avec équité & ſelon les Canons; mais il n'eſt pas moins clair qu'ils ne ſe dépouillerent pas des droits de la Couronne ſur l'élection des Pontifes, qu'au contraire ils ſe les réſerverent expreſſement lorſqu'ils ordonnerent que l'élection ſeroit faite ſelon juſtice, c'eſt-à-dire, ſelon les anciennes coutumes, & ſauf le droit Impérial; de maniere que le Pontife élu ne pût pas être conſacré, qu'il n'eut avant prêté le ſerment de fidélité en préſence des Commiſſaires de l'Empereur « qui étoient » envoyés à cet effet par l'Empereur, ſelon *le Rit canonique* & la coutume, » comme s'exprime le Concile de Ravenne. Cela eſt ſi vrai, que Leon étant mort, lorſque Benoît III eut été élu pour lui ſuccéder, » le Clergé & les Principaux de la ville de Rome » dreſſerent l'acte de l'élection qu'ils ſignerent, comme » il eſt écrit dans les Annales des Pontifes Romains, » & députerent enſuite pour porter cet acte aux très- » invincibles Empereurs Lothaire & Louis, comme » l'ancien uſage l'exigeoit ». Enfin, le Pontife élu ſous le nom de Benoît, ne fut ſacré que lorſque les Commiſſaires Impériaux furent arrivés à Rome, & eurent confirmé ſon élection. Enfin long-temps après Benoît, les élections des Pontifes Romains eurent beſoin d'être confirmées par les Commiſſaires qui étoient envoyés à cet effet par les Empereurs, comme je l'ai autrefois rapporté plus au long dans mes notes ſur Agobard.

XXVI. Nouvelles preuves de la ſoumiſſion des Pontifes Romains aux Capitulaires de nos Rois.

XXVI. Mais pour revenir aux Capitulaires de nos Rois, quand même nous ſuppoſerions que les Pontifes Romains qui ont vécu avant & après Léon IV, n'avoient point juré d'obſerver les Loix qui y ſont contenues, il eſt pourtant facile de conclure qu'ils étoient tenus de les obſerver, de ce qu'ils en ont

XXVI. Verùm ut ad Capitularia Regum noſtrorum redeamus, quamvis non reperiamus Romanos Pontifices qui ante & poſt Leonem quartum vixêre, pollicitos eſſe obſervaturos ſe Leges in eiſdem Capitularibus perſcriptas, hinc tamen facilè colligere poſ-

Vide tom. 2. Capitular. p. 494.

ſuorum ſubjectos illis fuiſſe, quòd & ipſi interdum Capitularium obſervationem commendaverunt, & eorum cauſæ ac lites à Judicibus imperatoriis judicatæ ſunt. Conſtat quippe Joannem IX. in ſynodo Ravennæ celebrata anno DCCCCIV, ſuggeſſiſſe Lamberto Imperatori, qui ſacro conventui intererat, uti Capitula Karoli M. ſucceſſorumque ejus inviolata eſſe juberet, & Lambertum edidiſſe decretum de ea re ſecundùm ſuggeſtionem Pontificis. Conſtat præterea litem de ſubjectione Monaſterii Acutiani ſive Farfenſis in ducatu Spoletano, quæ erat inter Paſchalem primum Papam Romanum & Monachos ejuſdem Monaſterii, judicatam fuiſſe à Judicibus imperatoriis anno DCCCXXIV, præſente & non repugnante Paſchali, illumque acquieviſſe judicio quo libertas ejuſdem Monaſterii ſancita eſt per præceptum imperiale. Extat illud in excerptis chronici Farfenſis à clariſſimo viro Andræa Duchesnio editis.

quelquefois recommandé l'exécution, & de ce que leurs cauſes & leurs affaires ont été jugées par les Juges Impériaux. En effet, Jean IX qui aſſiſta au Concile de Ravenne, tenu en DCCCCIV, ſuggéra à l'Empereur Lambert, qui étoit auſſi préſent au Concile, d'ordonner que l'on obſervât religieuſement les Capitulaires de Charlemagne & de ſes Succeſſeurs : Lambert déféra au Conſeil du Pape, & fit un Edit à ce ſujet. Il eſt également certain que le procès ſur la dépendance du Monaſtere d'Acutien ou de Farfa, mû entre Paſcal I, Pontife Romain, & les Moines de ce Monaſtere, fut jugé en DCCCXXIV par les Juges Impériaux, ſans que Paſchal qui étoit préſent s'y oppoſât ; au contraire, il acquieſça au Jugement qui aſſura la liberté du Monaſtere. Ce Jugement a été publié par le ſavant André du Cheſne qui l'a tiré de la chronique de Farfa.

XXVII. Sed nihil illuſtrius ad aſſerendam dignitatem & auctoritatem judiciorum imperialium afferri poteſt, quàm id quod de Gregorio IV. narrat auctor ejuſdem chronici. Forte eâ tempeſtate Ludovicus Pius Imperator Legatos Romam miſit ad juſtitias faciendas Joſephum Epiſcopum, ut reor, Eporedienſem, Leonem Comitem, & Adelbrandum, ac fortaſſe alios. Cùm illi reſiderent in judicio Romæ in palatio Lateranenſi, propoſita eſt coram eis controverſia de quibuſdam poſſeſſionibus quas Ingoaldus Abbas ejuſdem Monaſterii Farfenſis aiebat pervaſas fuiſſe ab Hadriano & Leone Pontificibus Romanis, injuſtè verò retentas ab eorum ſucceſſoribus Stephano, Paſchali & Eugenio. Cùm primo die finis cauſæ imponi non potuiſſet, res dilata eſt in poſterùm. Tum verò auditis utriuſque partis rationibus ac maturè diſcuſſis, pronuntiatum eſt ſecundùm Monaſterium. Verùm Gregorius Papa noluit ſtare judicatis, ſed à Miſſorum imperialium ſententia appellavit ad Imperatorem. In quo maximè elucet vis & amplitudo auctoritatis imperatoriæ. Iſtius memorabilis ac valde ſingularis hiſtoriæ memoriam debemus eidem chronico Farfenſi, cujus locum, licèt ſit valdè prolixus, heic tamen integrum deſcribere operæ pretium eſſe putavi.

XXVII. Mais on ne peut citer d'exemple plus éclatant pour établir la dignité & l'autorité des Jugemens Impériaux, que ce que l'Auteur de cette chronique rapporte de Grégoire IV. Vers ce temps-là, l'Empereur Louis le Debonnaire envoya à Rome pour rendre la juſtice, en qualité de ſes Commiſſaires, Joſeph, Evêque, à ce que je crois, d'Ivrée, le Comte Léon, & Adelbrand & quelques autres. Lorſqu'ils ſiégeoient dans le palais de Latran pour juger les conteſtations qui ſe préſenteroient, Ingoald, Abbé du Monaſtere de Farfa, ſe plaignit devant eux de ce que quelques domaines de ſon Abbaye avoient été envahis par les Pontifes Romains Adrien & Léon, & de ce qu'ils avoient été injuſtement retenus par leurs Succeſſeurs Etienne, Paſchal & Eugene. Comme il ne fut pas poſſible de juger la conteſtation dans un jour, on la renvoya à une autre ſéance. Alors les deux parties ayant été ouies, & leurs moyens réciproques ayant été bien examinés, les Commiſſaires prononcerent en faveur du Monaſtere. Le Pape Grégoire ne voulut point acquieſcer au Jugement, & appella à l'Empereur du Jugement de ſes Commiſſaires. Ce trait ſinguliér d'hiſtoire qui met dans tout ſon jour la force & l'excellence de la Puiſſance Impériale, a été conſervé dans la chronique de Farfa ; il eſt trop important pour ne pas le rapporter ici en entier, malgré ſon étendue.

XXVII. Exemple du Pape Grégoire IV.

Chron. Farfenſe apud Duchesn. to. 3. pag. 634.

Dum Joſeph Epiſcopus & Leo Comes Miſſi Domini Hludovici Imperatoris reſiderent in judicio Romæ in palatio Lateranenſi in præſentia Domni Gregorii Papæ, ibique adeſſet Leo Epiſcopus & Bibliothecarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Theodorus Epiſcopus, Cirinus Primicerius, Theophilaptus Nummiculator, Gregorius filius Merturii, & Petrus Dux de Ravenna, & alii plurimi, venit Domnus Ingoaldus Abbas hujus monaſterii cum Audulfo Advocato, & retulit quòd Domni Adrianus & Leo Pontifices per fortiam invaſiſſent res hujus Monaſterii, id eſt, curtem Corvanianum, & curtem ſancti Viti quæ eſt in Palmis, & curtem ſanctæ Mariæ in Vico novo, & curtem in Bariliano, cum rebus & familiis ; unde tempore Stephani, Paſchalis, & Eugenii ſemper reclamaverat, & juſtitiam minimè invenire poterat. Tunc ipſi Miſſi & Judices,

» Pendant que l'Evêque Joſeph & le Comte Léon, » Commiſſaires de l'Empereur Louis, ſiégeoient à » Rome dans leur Tribunal au palais de Latran, en » préſence du Pape Gregoire, de Léon, Evêque & » Bibliothecaire de la Sainte Egliſe Romaine, de l'E- » vêque Théodore, de Cirinus, Primicier, de Théo- » phylapte le Tréſorier, de Grégoire, fils de Mer- » cure, de Pierre, Duc de Ravenne, & de pluſieurs » autres ; le Seigneur Ingoald, Abbé de ce Monaſtere » (de Farfa,) accompagné d'Audulphe ſon Avoué, » vint à l'audience, & ſe plaignit que les Seigneurs » Adrien & Léon, Pontifes Romains, avoient envahi » par force des poſſeſſions de ſon Monaſtere, ſavoir, » le domaine *Corvanianum*, le domaine de S. Vite, » le domaine de ſainte Marie, & un autre domaine » dans *Bariliano*, avec les uſtenſiles de labour & les » familles qui les cultivoient ; qu'il avoit ſollicité » ſouvent Etienne, Paſchal & Eugene, de nuis rendre

» ces poſſeſſions, mais qu'ils avoient refuſé de déférer » à la juſtice de ſa demande. Alors les Commiſſaires » & les Juges, auxquels l'Empereur avoit ordonné de » rendre juſtice à qui elle ſeroit dûe ſur cet objet, » demanderent en préſence du Pape à Grégoire, l'A- » voué de ce Pontife, ce qu'il avoit à répliquer ; il » ſoutint que les domaines réclamés n'appartenoient » point au Monaſtere de Farfa. L'Avoué de l'Abbé » produiſit la conceſſion qui en avoit été faite : il y » étoit rapporté de quelle maniere Enſilberge, Ab- » beſſe de S. Sauveur de Breſce, en avoit gratifié le » Monaſtere de Farfa ; il produiſit auſſi la conceſſion » qui en avoit été faite par le Duc Teudicus à Angil- » berge ſa fille, & les Diplômes du Roi Didier & de » l'Empereur Charles, qui avoient confirmé à ce Mo- » naſtere les conceſſions des domaines dont il s'agit, » avec leurs dépendances. Alors les Commiſſaires » congédierent les deux parties, en leur diſant de » produire des cautions chacun ſuivant ſa loi, & leur » ordonnerent de comparoître à une autre audience. » Alors ſe préſenta le Seigneur Abbé, accompagné de » ſon Avoué, avec les témoins qu'il produiſoit, dont » les noms ſont Gradolfe, & Guaſpert de Réate, qui » atteſterent ce que l'Abbé avoit dit. L'Avoué du » Pontife ne put rien dire de contraire, parce qu'il » les regarda comme des gens de bien. Joſeph Caſ- » taldus-Reatinus ſe préſenta auſſi, accompagné de » perſonnes de probité, & dignes d'être crues : ceux- » ci interrogés en vertu du ſerment qu'ils avoient fait » à l'Empereur, appuyerent les dépoſitions des autres » témoins, & affirmerent que c'étoit des gens de bien » qui méritoient d'être crus dans les choſes qu'ils dé- » poſoient : enſuite on les interrogea ſéparément ; le » premier dit : *Je ſais & je me ſouviens très-bien que* » *du temps des Lombards & du Seigneur Charles Em-* » *pereur, les domaines dont eſt queſtion appartenoient* » *au Monaſtere, & je me rappelle que Jean, Pierre &* » *Chrétien, Moines de ce même Monaſtere, les fai-* » *ſoient valoir juſqu'à ce que les ſuſdits Pontifes les* » *leur firent enlever par force.* Les autres témoins di- » rent la même choſe : enſuite entrerent douze autre » perſonnes bien famées & des plus véridiques, ſa- » voir, Jean, Clariſſimus, Meitio, Teuto, Caſti- » nus, Audacius, le Médecin Alboin, Gualiſper- » tus, le Notaire Conſtantinus, Pierre, Fratellus, » Hydericus Scabinus. Tous ces témoins requis de » s'expliquer ſur les faits du procès, rendirent le » même témoignage que les autres. Enſuite l'Avoué » Audulfe jura, en diſant : *Je jure par ces quatre* » *Saints Evangiles, que ce que les témoins ont dit eſt* » *vrai.* Les Commiſſaires & les autres Juges, frappés » de la multitude des preuves, jugerent que Grégoire, » Avoué du Pontife Romain, reſtitueroit les domaines » à Audulfe, Avoué du Monaſtere ; ce qu'il ne voulut » pas faire. Le Pontife Romain lui-même dit qu'il ne ſe ſoumettroit point au Jugement, à moins qu'il » ne fût confirmé par l'Empereur, devant qui il les ajourneit. »

quibus Dominus Imperator in urbe mandaverat ut de hoc facerent juſtitiam, præſente Domno Apoſtolico interrogaverunt Advocatum ipſius Apoſtolici nomine Gregorium quod exinde diceret. Qui dixit quòd ipſæ curtes ipſi monaſterio nihil pertinerent. Deinde Advocatus Domni Abbatis oſtendit monimina ex ipſis, & continebatur in eis qualiter Inſilberga Abbatiſſa ſancti Salvatoris de Brixia eaſdem curtes in hoc monaſterio per ipſa monimina delegaverat, & aliud monimen quod Teudicus Dux eidem Anſilbergæ filiæ ſuæ donaverat, & præceptum Deſiderii Regis & Domini Caroli Imperatoris, quibus ipſas curtes cum omnibus ejus pertinentiis in hoc monaſterio confirmaverant. Tunc [illegible]dicti Miſſi & Judices eos reguadiare fecerunt, fideijuſſores utriuſque ſecundùm ſuam legem ponentes, & ut alia die ad idem placitum redirent juſſerunt. Et ſic venit Domnus Abbas & ejus Advocatus unà cum teſtimoniis, quorum nomina ſunt Gradolfus, Guaſpertus de Reate, qui ſic teſtificati ſunt ut relatum eſt. Contra quæ prædictus Advocatus Pontificis nihil contrarium dixit nec potuit, quia boni homines viſi ſunt ei. Iterùm venit Joſeph Caſtaldus Reatinus cum bonis & veracibus hominibus ; & interrogati per ſacramentum quod Domino Imperatori fecerant, teſtimonium ſupradictorum virorum laudaverunt, & quod benè in omnibus recipi poſſent affirmaverunt ; & ſeorſim interrogati ſunt ; quorum primus ait : Ego ſcio & benè memor quoniam tempore Longobardorum & Domini Caroli Imperatoris ipſas curtes ad partem monaſterii vidi, & recordor ibi Præpoſitos Joannem & Petrum & Chriſtianum, monachos ipſius monaſterii, uſque dum per fortiam prædicti Pontifices exindè tollere fecerunt. *Similiter reliqui dixerunt. Deindè venerunt boni & veraciores homines duodecim, id eſt, Joannes, Clariſſimus, Meitio, Teuto, Caſtinus, Audacius, Alboin Medicus, Gualiſpertus, Conſtantinus Notarius, Petrus, Fratellus, Hydericus Scabinus. Hi omnes interrogati quid de ipſâ cauſâ ſcirent, ſimiliter dixerunt. Poſt hæc Audulfus Advocatus juravit, dicens :* Per iſta ſancta quatuor Evangelia, quia ſicut iſti teſtes dixerunt, ità fuit verum. *Hæc ſupradicti Miſſi ſivè Judices audientes judicaverunt ut Gregorius, Advocatus Pontificis, retraderet ipſas curtes Audulfo Advocato ad partem hujus monaſterii ; quod facere noluit. Sed & ipſe Apoſtolicus dixit noſtro judicio ſe minimè credere, uſquè dum in præſentia Domini Imperatoris ſimul venirent.*

XXVIII. Avec par les Papes de la Juriſdiction de l'Empereur Francon ſcripture de Léon III à Louis le Débonnaire, pour ſe juſtifier.

XXVIII. Enfin, pour appuyer de plus en plus l'autorité dont jouiſſoient les Rois François, & leurs Loix même dans les cauſes où les Evêques de Rome étoient perſonnellement intéreſſés, ſoit qu'ils fuſſent Demandeurs, ſoit qu'ils fuſſent Défendeurs, il ne faut pas oublier de parler de l'Epître du Pape Léon à l'Empereur Louis, dont Yves & Gratien nous ont conſervé un fragment. Mais avant de le rapporter, il eſt à propos d'avertir que cette Epître eſt attribuée par Gratien à Léon IV, tandis que Conringius penſe qu'elle eſt de Léon III, fondé principalement ſur cette raiſon

XXVIII. *Ad confirmandam deniquè Francorum Principum legumque Francicarum auctoritatem etiam in cauſis Epiſcoporum urbis æternæ, ſivè illi actores eſſent, ſivè defenſores, omitti non debet epiſtola Leonis Papæ ad Ludovicum Imperatorem, cujus fragmentum extat apud Ivonem & Gratianum. Sed antequàm nos illud referamus, admonendum videtur epiſtolam iſtam Leoni quarto tribui à Gratiano, Conringium tamen putare illam eſſe Leonis tertii, eo in primis*

argumento quòd Leone quarto ſedente ſumma imperii penès Lotharium fuerit, non autem penès Ludovicum. Deindè apud neminem veterum ſcriptorum reperitur interceſſiſſe ſimultates aliquas inter Leonem quartum & Lotharium. At verò ex Eginhaldi annalibus liquet commotum adversùs Leonem tertium fuiſſe Ludovicum Pium anno DCCCXV, quia cùm conſpirationem adversùm ſe initam detexiſſet, *omnes illius factionis auctores ipſius juſſu fuerant trucidati*, privatâ videlicet auctoritate ſuâ, cùm rem deferre debuiſſet ad aures Principis rerum Domini. Addit Eginhardus Leonem purgare ſe ſtuduiſſe apud Ludovicum, miſſis ad eum Legatis. Probabile autem eſt ſcriptam miſſamque eodem tempore à Leone fuiſſe epiſtolam ad Ludovicum, de quâ heic nobis mentio eſt. Cæterum, Conringii conjecturam adjuvat Ivo Carnotenſis, qui epiſtolam illam à Leone ſimpliciter ſcriptam docet, neque Leonis tertii nec quarti numerum exprimens. Admonendum præterea neceſſariò eſt fuiſſe per ea tempora in urbe Roma Judices Imperiales, illic aſſiduè morantes *ad deliberandas litigioſas contentiones*, & regiam dignitatem ſemper fuiſſe Romæ ſuiſque confinis uſque ad finem dierum ejuſdem Imperatoris, ut docet vetus Scriptor qui ſub nomine Eutropii Longobardi ſolet laudari. Itaque quoties aliquæ tum cauſæ ſivè leves ſivè graves incidebant, judicabantur à Judicibus Imperatoriis. Quòd ſi quis ſibi injuriam factam eſſe quereretur, *mittebatur pro tali negotio Legatus ab Imperatore qui diligenter examinaret rei veritatem*, ut ait idem auctor. Cùm ergò quidam Romani, ut ego quidem arbitror, malè tractati à Leone fuiſſent contrà legis ordinem, querelamque propterea ſuam adversùs eum ad Ludovicum Imperatorem, velut ad ſupremum Dominum, retuliſſent, iſtaque hauddubiè Leonem redarguiſſet, miſſurumque ſe eſſe Legatos ſcripſiſſet qui rei veritatem inquirerent, Leo ad eum reſcripſit pariturum ſe eorum judicio, rogans tamen Principem ut viros ſapientes & Deum timentes mittat. *Nos ſi incompetenter aliquid egimus*, inquit, *& in ſubditis juſtæ legis tramitem non conſervavimus, veſtro ac Miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare judicio: quoniam ſi nos, qui aliena debemus corrigere peccata, pejora committimus, certè non veritatis diſcipuli, ſed, quod dolentes dicimus, erimus præ cæteris erroris magiſtri. Indè magnitudinis veſtræ magnoperè clementiam imploramus ut tales ad hæc, quæ diximus, perquirenda Miſſos in his partibus dirigatis qui Deum per omnia timeant, & cuncta, quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria, diligenter exquirant. Et non tantùm hæc ſola quæ ſuperiùs diximus, quærimus ut examuſſim exagitent, ſed ſivè minora ſivè etiam majora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatenùs in poſterum nihil ſit quod ex eis indiſcuſſum vel indiffinitum remaneat.*

Ivo, par. 3. c. 22. Gratian. 2. q. 7. c. 41. *Nos ſi incompetenter.*

XXIX. Putant plerique Interpretes Juris canonici & Theologi ſcholaſtici, præſertim verò ii quibus aut origo aut mens fuit Italica, que ce fut Lothaire, & non Louis, qui tint les rênes de l'Empire pendant le Pontificat de Léon IV. Ce qui confirme le ſentiment de Conringius, c'eſt qu'aucun ancien ne rapporte qu'il y ait eu aucun refroidiſſement entre Léon IV & Lothaire : mais nous voyons dans les annales d'Eginhard, qu'en DCCCXV Louis-le-Débonnaire fut très-irrité contre Léon III, parce que ce Pontife ayant découvert une conſpiration formée contre lui, » fit arrêter & maſſacrer tous les com-» plices de cette révolte, » c'eſt-à-dire, qu'il les condamna tous à mort de ſon autorité privée, au lieu de demander juſtice à l'Empereur, Souverain de Rome. Eginhard ajoute que Léon eſſaya de ſe juſtifier auprès de Louis, par le moyen des Légats qu'il envoya à ce Prince. Il eſt probable que ce fut alors que Léon écrivit à Louis l'Epître dont il s'agit ici. Yves de Chartres fortifie la conjecture de Conringius, en diſant que la lettre fut écrite par Léon, ſans ſpécifier ſi c'étoit Léon III ou IV. Il eſt encore à propos de prévenir que dans le ſiecle de Louis-le-Débonnaire il y avoit à Rome des Juges Impériaux qui y réſidoient aſſiduement *pour expédier les procès*, & que la Puiſſance royale fut reſpectée à Rome & dans toute l'Italie juſqu'à la mort de cet Empereur, comme nous l'apprend un ancien Hiſtorien qui eſt connu ſous le nom d'Eutrope le Lombard ; c'eſt pourquoi toutes les cauſes, tant légeres que graves, étoient terminées par les Juges Impériaux. Si quelqu'un ſe plaignoit qu'on lui eût fait une injuſtice, « l'Empereur envoyoit un » Commiſſaire ſur les lieux pour examiner ſoigneu-» ſement ſi la plainte étoit fondée », comme le dit le même Ecrivain. Pluſieurs Romains ayant donc été, à ce que je crois, maltraités par Léon contre l'ordre de la Loi, porterent leurs plaintes contre ce Pontife à l'Empereur Louis, comme à leur ſouverain Seigneur. Louis réprimanda ſans doute le Pontife, & lui manda qu'il enverroit des Commiſſaires pour examiner ſoigneuſement les choſes. Léon lui répondit qu'il obéiroit à leur Jugement, & qu'il le prioit ſeulement d'envoyer des perſonnages ſages & craignant Dieu. « Si nous avons, dit-il, fait quelque choſe in-» compétemment, ſi nous nous ſommes écartés du » ſentier de la juſtice vis-à-vis de ceux qui nous ſont » ſoumis, nous nous ſoumettrons à réformer le tout » par votre Jugement & celui de vos Commiſſaires, » parce que, ſi nous qui devons corriger les fautes des » autres, nous en commettons de plus grandes, cer-» tainement nous ne ſommes plus les diſciples de la » vérité ; mais, ce que nous confeſſons avec douleur, » nous ſerons devenus par-deſſus tous les maîtres de » l'erreur. C'eſt pourquoi nous ſupplions la clémence » de Votre Majeſté d'envoyer ici, pour l'examen de » cette affaire, des Commiſſaires qui, par-deſſus » toutes choſes, craignent Dieu, & faſſent des infor-» mations très-ſcrupuleuſes, comme ſi votre gloire » impériale éclairoit par ſa préſence leur conduite ; & » non-ſeulement nous demandons qu'ils faſſent les » informations les plus régulieres ſur le ſujet dont » nous avons parlé plus haut, mais encore ſur toute » notre conduite, ſoit que les plaintes qu'on formera » contre nous ſoient de quelque importance, ou » qu'elles ſoient de peu de conſéquence, & qu'ils » examinent tout avec un tel ſoin, qu'il ne reſte, » après leur départ, rien à examiner ou à décider ».

XXIX. La plupart des Interprétes du Droit Canonique, & des Théologiens Scholaſtiques, ſur-tout ceux qui ont la naiſſance & le génie Italiens, diſent qu'il

XXIX. Miſérable défaite des Ultramontains.

ne faut pas conclure de la ſoumiſſion de Léon, que le Pape fût ſujet à l'autorité de l'Empereur; mais que ce Pontife, pouſſé par une humilité trop grande, ſe ſoumit volontairement au jugement du Prince: de ſorte qu'il fit en cela, ſelon leur façon de parler, une œuvre de ſurérogation, & non de devoir, parce que le Pape peut, par eſprit d'humilité & pour le bien de la paix, ſe ſoumettre au jugement d'un autre. Ils ont pris cette interprétation dans la Gloſe ſur le chapitre que nous avons rapporté, à laquelle ils ont enſuite ajouté des expreſſions dignes des flatteurs de ces derniers temps. « Quelques Particuliers, dit l'Auteur de la » la Gloſe, s'étoient plaints à Louis du tort qu'ils pré- » rendoient que le Pape Léon leur avoit fait. Le Pape » ſe ſoumit à la Juriſdiction Impériale, & pria l'Em- » pereur Louis d'envoyer, pour faire les informations, » des Commiſſaires qui euſſent la crainte de Dieu, & » qui à la place de l'Empereur examinaſſent & déci- » daſſent toutes les accuſations qui pourroient venir à » leur connoiſſance contre lui, de maniere qu'il ne » reſtât plus aucun doute ſur ſa conduite, quand mê- » me on lui reprocheroit par la ſuite des choſes plus » graves que l'accuſation préſente. Le Gloſſateur ajoute: » On voit que le Pape ſe ſoumit volontairement au » jugement des autres, comme il pouvoit le faire, & » comme il eſt preſcrit, *ff. de Juriſ. om. Ju.* ». Les flatteurs Romains raiſonnent ainſi ſur le texte de la Gloſe: « Perſonne n'eſt juſticiable de ſon inférieur; or » le Pape eſt au-deſſus de l'Empereur, des Rois & des » Princes: donc il n'eſt ſubordonné qu'au jugement de » Dieu, & il a le droit de juger tous les autres ». On voit évidemment que ces miſérables Commentateurs confondent l'autorité ſpirituelle du Pontife Romain avec la puiſſance temporelle, qu'ils ne diſtinguent pas les Cauſes civiles du Pontife, des Cauſes criminelles, quoiqu'il y ait une grande différence entre les unes & les autres. En effet, de même qu'il faut avouer que le Pontife Romain eſt le Pere ſpirituel des Rois & des Princes Chrétiens, & que ſa perſonne ne peut pas être jugée par les Juges Séculiers, il eſt pareillement certain, comme on peut facilement conclure des témoignages multipliés que nous avons rapportés, & de pluſieurs autres faits de ces anciens temps, que les cauſes civiles des Pontifes Romains étoient anciennement ſoumiſes au jugement des Juges Séculiers, & qu'elles le furent tant que les Rois & les Empereurs exercerent dans Rome la puiſſance ſouveraine, c'eſt-à-dire juſqu'à la mort de l'Empereur Louis II. Bien plus, l'exemple de Paſchal prouve, ſi je ne me trompe, que les Princes prenoient quelquefois connoiſſance des accuſations qui étoient formées contre la perſonne des Pontifes Romains. En effet, s'étant élevé une ſédition à Rome en l'année DCCCXXIII, « Théodore, Primi- » cier de l'Egliſe Romaine, & Léon, Nomenclateur, iſta ſpectari non debere tanquam ſi Papa fuerit ſubjectus auctoritati Imperatoris; ſed quia præ nimia humilitate ſe ſponte ſubjicere voluit ejus judicio, adeòque opus hoc eſſe, ut ipſi loquuntur, ſupererogationis, & non debiti: poſſe enim Papam ex humilitate & pro bono pacis ſubmittere ſe judicio alterius. Iſtam interpretationem hauſiſſe illos conſtat ex gloſſâ iſtius noſtri capitis, quam poſteà verbis magnificis, ut ſermè amat poſterior adulatio, multùm amplificarunt. *Quidam*, inquit Auctor Gloſſæ, *conquerebantur de Leone Papa apud Ludovicum de injuria eis facta. Papa committit ſe imperiali juriſdictioni, & rogat Ludovicum Imperatorem ut tales Nuntios mittat ad hæc inquirenda qui Deum timeant, & qui vicem imperialis gloriæ ſic examinent & diffiniant, ut nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiamſi majora opponantur ei quàm ea quæ dicta ſunt.* Et mox addit: *Hic Papa ſe ſubjicit aliorum judicio, quod facere poteſt, ut ff. de juris. om. ju. eſt receptum.* Aiunt conſtans eſſe neminem à minore judicari poſſe, Papam eſſe ſuperiorem Imperatore & omnibus Regibus ac Principibus, eum nullius judicio præterquàm divino obnoxium eſſe, & ipſum debere de omnibus judicare. Confundunt videlicet ſpiritualem Romani Pontificis auctoritatem cum temporali, & cauſas ejus civiles non diſtinguunt à criminalibus, cùm tamen maximum inter hæc omnia diſcrimen ſit. Etenim ut fatendum eſt illum eſſe patrem ſpiritualem Regum ac Principum chriſtianorum, & ipſius perſonam judicari non poſſe à Judicibus ſecularibus *, ita certum eſt, quemadmodum ex his quæ hactenùs dicta ſunt colligi abundè poteſt, & ex pluribus aliis veterum temporum monumentis, Romanorum Pontificum cauſas civiles ad forum ſeculare pertinuiſſe antiquitùs, quandiù Romam in ſua poteſtate habuerunt Reges & Imperatores, hoc eſt, uſque ad mortem Ludovici II. Imperatoris. Immò accuſationes adverſùs eos inſtitutas cognitioni Principum aliquandò ſubjectas fuiſſe oſtendere videtur, ni fallor, exemplum Paſchalis primi. Etenim cùm ſeditio quædam facta eſſet Romæ anno DCCCXXIII, comprehenſique ac capite truncati fuiſſent Theodorus Romanæ Eccleſiæ Primicerius & Leo Nomenclator, *& hoc ideò eis contigiſſet*, ut ait Eginhardus, *quòd ſe in omnibus fideliter ergà partes Lotharii juvenis Imperatoris agerent*, dicerentque nonnulli *vel juſſu vel conſilio Paſchalis Pontificis rem fuiſſe perpetratam*,

Leo III judicatus & purgatus eſt coram Karolo Magno tanquam judice. *Vide Annales Eginhardi & Regionis.*

(1) Id veriſſimum eſt ex quo in poteſtatem Papæ pars magna Italiæ redacta eſt. Cùm verò Imperatoribus Pontifex Romanus obediebat, perſona ejus ſicut & cæterorum fidelium a civilis poteſtatis judicio pendebat. Et ſi quis fortè Romanorum Pontificum perduellionis vel cujuſlibet alterius facinoris publici, morte multandi, reus fuiſſet, Principis auctoritate potuiſſet ad ſupplicium condemnari: hoc probare in promptu eſſet. Sed ut eâ de re omnis relinquatur diſceptatio, id unum quo allati principii veritas inconcuſſa remaneat attentè perpendendum eſt: ſi dum Romanus Pontifex Imperatoribus parebat, ab eorum Juriſdictione & ſummâ poteſtate perſona ejus libera fuiſſet, quot indè ſecuta fuiſſent abſurda! Hinc enim nec perſonam cæterorum epiſcoporum omnium, quibus, ut ait ſanctus Cyprianus, (cum Papâ, Eccleſiæ capite) *Epiſcopatus unus eſt, cujus à ſingulis inſolidum pars tenetur*, quibuſcumque facinoribus contaminaretur, à juriſdictione principum quibus ſubduntur, pendere inferendum eſſet. Quis verò talem ſententiam ex adverſo doctrinæ Evangelii rectoque ordini adverſam, hodie defendere audeat? Dixit Chriſtus, Joan. 18, ℣. 36, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*; ergo nec regnum vicariorum ejus: ſiquidem ait divinus idem legiſlator, Matth. c. 10. ℣. 24, *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper Dominum ſuum.* Unde Apoſt. ad Rom. c. 13. ℣℣. 1-4: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.... : Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: .... Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.... : Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: .... Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.... Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali .... ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat ....* Ad Leges civiles cuilibet bonâ fide attendenti veritas eadem fulgebit; quâ ſemel cognitâ, corruit hæc opinio, *perſonam Papæ ab Imperatoribus judicari olim non potuiſſe.* [Nota Editoris.]

Ludovicus

Ludovicus Pius Imperator legatos, qui de cauſa iſta cognoſcerent, Romam miſit Adalungum, Abbatem monaſterii ſancti Vedaſti, & Hunfridum, Comitem Curienſem. *Legati Romam venientes*, inquit idem Eginhardus, *rei certitudinem aſſequi non potuêre, quia Paſchalis Pontifex ſe ab hujus facti communione cum magno Epiſcoporum numero* (id eſt, cum XXXIV. Epiſcopis, & Presbyteris & Diaconibus quinque, ut Theganus tradit) *jurejurando purgavit, & interfectores prædictorum, quia de familia ſancti Petri erant, ſummoperè defendens, mortuos velut majeſtatis reos condemnabat, jureque cæſos pronunciabat.* Cùm itaque ſic ſatisfactum eſſet Imperatori, & rursùm Paſchalis ad eum excuſationem ſuam miſiſſet per Legatos, accuſatio ultrà progreſſa non eſt. Ex quibus omnibus intelligi poteſt accuſationes quæ fiebant per illas tempeſtates adversùs Pontifices Romanos, cùm de homicidii crimine agebatur, ad Imperatores delatas fuiſſe, miſſoſque ab illis Legatos qui rei veritatem inquirerent. Nam ſi nulla in hujuſcemodi rebus erat auctoritas Imperatoris, cur Leo III. Legatos ad Ludovicum Pium miſit, qui ei *de iis quæ Domino ſuo objiciebantur per omnia ſatisfecerunt?* Cur Paſchalis duas ad eum legationes miſit ut innocentiam ſuam probaret? Cur ſe jurejurando purgavit coràm Judicibus imperatoriis? Iſta enim omnia neque gratis neque ſpontè fieri conſueverunt, præſertim à ſummis Poteſtatibus. Sanè Imperatorum dominatus & principatus haud dubiè non tam gratus quàm gravis erat Epiſcopis Romanis illorum temporum, quia monarchia temporalis Romanæ Eccleſiæ jam tùm ſurgebat, & lacertos validè movebat. Itaque tandem poſt varios conatus, cùm poſt mortem Ludovici II. Imperatoris, Karolus Calvus Francorum Rex evocatus ab illis fuiſſet, objectâ ſpe Imperii Romani, *veniens Romam*, inquit Eutropius Longobardus, *renovavit pactum cum Romanis, perdonans illis jura regni & conſuetudines illius. Removit etiam ab eis regias legationes, aſſiduitatem vel præſentiam apoſtolicæ electionis. Quid plura? Cuncta illis contulit quæ voluerunt, quemadmodùm dantur illa quæ nec rectè acquiruntur, nec poſſeſſura ſperantur. Ab illo autem die honorificas conſuetudines regiæ dignitatis nemo Imperatorum, nemo Regum acquiſivit.*

» furent arrêtés & eurent la tête tranchée; cela leur » arriva, dit Eginhard, parce qu'ils s'étoient montrés » très-affectionnés au ſervice du jeune Empereur Lo- » thaire, & pluſieurs aſſuroient que ces deux exécu- » tions avoient été faites par l'ordre ou du moins par le » conſeil de Paſchal, Pontife Romain ». Dès que l'Empereur Louis fut inſtruit de cet attentat, il envoya à Rome Adelunge, Abbé du Monaſtere de S. Waſt, & Hunfride, Comte de la Coire, en qualité de Commiſſaires, pour en prendre connoiſſance. « Les Légats » étant arrivés à Rome, dit Eginhard, ne purent pas » acquérir la certitude du fait, parce que le Pape jura » avec un grand nombre d'Evêques (c'eſt-à-dire, com- » me le rapporte Théган, avec XXXIV Evêques, cinq » Prêtres & cinq Diacres), qu'il n'y avoit aucune part. » Il fit plus, comme ceux qui avoient fait mourir le » Primicier & le Nomenclateur, étoient de la fa- » mille de Saint-Pierre, il prit hautement leur défenſe; » il invectiva contre les morts, comme s'ils euſſent été » coupables de crime de léze-Majeſté, & il affirma » qu'on les avoit mis à mort avec juſtice ». Le Pape Paſchal ayant ainſi fait ſatisfaction à l'Empereur, & lui ayant envoyé des Légats pour lui porter ſon excuſe, l'affaire en demeura-là, (parce que la religion timide de Louis lui fit appréhender qu'elle ne causât du ſcandale, ſi elle étoit plus approfondie). On peut toujours conclure de ce qui vient d'être rapporté, que dans ces temps-là les accuſations formées contre les Pontifes Romains, lorſqu'il étoit queſtion d'homicide, étoient portées au Tribunal des Empereurs, qui envoyoient des Commiſſaires ſur les lieux pour en prendre connoiſſance. Car ſi l'Empereur n'avoit à cet égard aucune Juriſdiction ſur les Pontifes Romains, pourquoi Léon III envoya-t-il à Louis le Débonnaire des Ambaſſadeurs qui donnerent ſatisfaction à ce Prince ſur tous les crimes dont on accuſoit leur Maître? Pourquoi Paſchal envoya-t-il deux fois des Légats pour prouver ſon innocence? Pourquoi eut-il recours à la religion du ſerment devant les Juges Impériaux? Ces actes humiliants n'ont jamais été ni volontaires ni gratuits, ſur-tout de la part de Souverains. Dans ces temps-là les Evêques de Rome ne plioient qu'à regret ſous le joug des Empereurs, & commençoient peu à peu à ſe donner une autorité ſouveraine, & pour y parvenir ſatisfaiſoient toutes les circonſtances qui ſe préſentoient. Les entrepriſes des Pontifes Romains furent couronnées du plus heureux ſuccès après la mort de l'Empereur Louis II, lorſque Charles le Chauve, Roi des François, fut appellé à Rome par le Pape, ſous l'appas de la Couronne Impériale qu'il lui promettoit. » Charles étant arrivé à Rome, dit Eutrope le Lom- » bard, conclut le Traité qu'il avoit entamé avec le Pontife Romain, en lui cédant les droits Régaliens & les prérogatives qui y étoient attachées; il renonça auſſi au droit d'envoyer des Commiſſaires » pour aſſiſter à l'élection de ces Pontifes ou pour la confirmer. Que fit-il de plus? Il abandonna aux » Pontifes Romains tout ce qu'ils voulurent, comme l'on céde ce qui a été mal acquis, ou ce que l'on » eſt dans la ferme perſuaſion qu'on ne pourroit pas conſerver. Depuis cette époque, aucun Empereur, » aucun Roi n'a recouvré les auguſtes prérogatives de la puiſſance ſouveraine que Charles-le-Chauve » avoit cédées ».

Vide Scriptores rerum Gallicarum Pithœi, Part. 2. pag. 118, 119.

Velly, Hiſt. de France, in-4°. tom. 1. pag. 283

XXX. Quod autem ait Eginhardus Paſchalem Papam ea de cauſa defenſionem homicidarum ſuſcepiſſe, *quia de familiâ ſancti Petri erant*, & mortuos, velut Majeſtatis reos, jure cæſos dixiſſe, aliquam difficultatem habet: nam actio violatæ Majeſtatis in eum tantùm intendi poteſt qui conſpirationem facit adversùs Principem vel adversùs Rempublicam. At illi nihil hujuſcemodi com-

XXX. Au reſte, quand Eginhard dit que « le » Pape avoit pris la défenſe des aſſaſſins, *parce qu'ils* » *étoient de la famille de Saint Pierre*, & qu'il » avoit ſoutenu que les morts avoient péri avec juſ- » tice, comme coupables du crime de léze-Majeſté », ce recit n'eſt pas tout-à-fait ſans difficulté: car l'accuſation de léze-Majeſté ne peut tomber que ſur celui qui a conſpiré contre le Prince ou contre la République. Mais Théodore le Primicier, & Léon le

XXX. Examen du recit d'Eginhard.

Nomenclateur, n'avoient rien fait de ſemblable, puiſqu'au contraire il eſt dit : « qu'ils furent mis à » mort, parce qu'ils s'étoient montrés dans toutes les » occaſions très-fidèles & très-affectionnés au ſervice » du jeune Empereur Lothaire ». On ne peut pas dire non plus que Paſchal prétendit qu'ils étoient coupables du crime de lèze-Majeſté, pour avoir manqué à Sa Majeſté comme Pontife Romain. Car quand même nous accorderions la vérité & la ſincérité du privilége dont on trouve un fragment dans les collections d'Yves de Chartres & de Gratien, & qu'on veut avoir été accordé à l'Egliſe Romaine par Louis le Débonnaire, il n'en ſeroit pas moins conſtant que le Souverain régnant de la Ville de Rome étoit l'Empereur, & non le Pape, & que par conſéquent la perſonne de Paſchal inſultée ne pouvoit pas donner lieu à une accuſation de crime de lèze-Majeſté. En effet, lorſque Louis donna à Paſchal & à ſes ſucceſſeurs juſqu'à la fin des ſiecles la ville de Rome avec les poſſeſſions immenſes dont ils jouiſſent aujourd'hui, il retint le pouvoir ſuprême ſur les villes & les contrées dont il gratifioit le Pontife : « Sauf toujours, eſt-il dit, notre domination » ſur ces mêmes Duchés en toutes choſes, & leur ſou- » miſſion envers nous ». Peut-être doit-on dire que l'émeute ayant été ſuſcitée par Théodore & Léon qui avoient inſulté & bleſſé pluſieurs membres *de la famille de S. Pierre*, ils avoient commis le crime de lèze-Majeſté, pour avoir oſé porter les mains ſur des perſonnes qui étoient ſous la protection ſpéciale du Pontife Romain, leſquelles vivoient dans ce temps-là à l'ombre des mêmes priviléges que ceux qui étoient ſous la ſauve-garde ſpéciale de l'Empereur, comme on peut le conclure des Capitules que l'Empereur Lothaire publia en DCCCXXIV dans l'Egliſe de Saint Pierre, & où on lit en tête ce qui ſuit : « Nous » avons décerné que ceux qui ſont ſous la protection » ſpéciale du Seigneur Apoſtolique, ou qui ſeront » ſous notre ſauve-garde, jouiſſent inviolablement de » la protection qui leur a été accordée. Si quelqu'un » oſe la violer, qu'il ſache que ſon attentat ſera puni » de mort ».

XXXI. Des Capitulaires de Charlemagne.

XXXI. Juſqu'ici nous avons parlé des Capitulaires de nos Rois, de leur dignité & de leur autorité, & de quelle maniere Rome & les Pontifes Romains les obſervoient. Maintenant le plan de mon Ouvrage exige que je diſe en particulier quelque choſe de Charlemagne, Fondateur du très-floriſſant Empire des François, & des Capitulaires qu'il a promulgués. L'illuſtre Cardinal Baronius a penſé que cet Empereur n'avoit créé de nouvelles Loix qu'avec beaucoup de réſerve, de façon qu'on n'a de lui qu'un très-petit nombre de Capitulaires, quoiqu'il ait régné longtemps (quarante-ſix ans) en qualité de Roi & d'Empereur. Eginhard ſemble confirmer l'opinion du Cardinal, lorſqu'il raconte dans la vie de Charles, que cet Empereur remarquant que les Loix de ſon Peuple étoient imparfaites, & qu'il y en avoit même pluſieurs de mal conçues, s'appliqua à les corriger & à y ſuppléer ce qu'il crut néceſſaire ; mais il ne fit autre choſe que d'ajouter aux Loix quelques Capitules, encore fort imparfaits. Voici les termes mêmes d'Eginhard : miſerant *: immò cæſi propterea dicuntur *quòd ſe in omnibus fideliter ergà partes Lotharii juvenis Imperatoris agerent.* Reos porrò Majeſtatis fuiſſe dictos, quia Majeſtatem Pontificis læſerant, putari non poteſt. Tametſi enim daremus verum ac ſincerum eſſe privilegium quod Romanæ Eccleſiæ conceſſum eſſe volunt à Ludovico Pio, cujus fragmenta extant apud Ivonem & Gratianum, ſemper tamen conſtaret ſupremum Romanæ urbis Dominum fuiſſe, non Papam, ſed Imperatorem, adeòque crimen Majeſtatis in Paſchalem Papam committi non potuiſſe. Quippe Ludovicus Paſchali & ſucceſſoribus ejus uſque ad finem ſeculi tribuens civitatem Romanam, & tot amplas ditiones quibus hodiè illius ſucceſſores potiuntur, ſibi retinuit ſupremum dominatum in civitates regionesque conceſſas: *Salvâ ſemper ſuper eoſdem ducatus*, inquit, *noſtrâ in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem ſubjectione.* Fortaſſis ergò dicendum eſt ſeditionem cœptam fuiſſe per Theodorum & Leonem, à quibus familia ſancti Petri laceſſita fuerit ac læſa, ac propterea crimen Majeſtatis commiſſum ab illis fuiſſe, quia vim & manus eis intulerant qui erant in ſpeciali defenſione Romani Pontificis, quos tum æqualibus privilegiis ornatos fuiſſe cum illis qui erant in ſpeciali defenſione Imperatoris colligi poſſe videtur ex Capitulis quæ Lotharius Imperator, anno DCCCXXIV, addidit ad limina beati Petri, in quibus hæc primo loco leguntur: *Conſtituimus ut omnes qui ſub ſpeciali defenſione Domni Apoſtolici ſeu noſtrâ fuerint ſuſcepti, impetratâ inviolabiliter utantur defenſione. Quod ſi quis in quocunque violare præſumpſerit, ſciat ſe periculum vitæ ſuæ incurſurum.*

Tom. 1. Capitular. p. 194.

Vide Hiſtoricum parœneticum Leonis III, ubi agitur de criminis Læſæ-Majeſtatis.

Tom. 2. Capitular. p. 317.

XXXI. Haſtenùs de Capitularibus Regum noſtrorum, deque eorum dignitate & auctoritate, generaliter egimus, & quomodò iiſdem etiam Roma & Romani Pontifices ſubjecti eſſent. Nunc ſuſcepti operis ratio poſtulat ut de Karolo Magno, fundatore illo & auctore florentiſſimi Francorum Imperii, deque Capitularibus ab eo promulgatis nonnulla ſeorſim dicamus. Exiſtimavit illuſtriſſimus Cardinalis Baronius parciſſimum illum fuiſſe in novis condendis legibus, adeò ut, cùm tamdiù vixerit Rex atque Imperator, regnavit enim per annos ſex & quadraginta, perpauca tamen legum capita ſanxiſſe dicatur. Et Baronii quidem opinionem confirmare videtur Eginhardus in vitâ ejuſdem Karoli, ſcribens eum, cùm animadverteret multa legibus populi ſui deeſſe, multaque in illis inveniri repugnantia, cogitaſſe quæ deerant addere & repugnantia tollere, ſed nihil

Baron. ad an. 801.

* Hoc adeò verum eſt, ut eorum erga Imperatorem obſequium vera mortis cauſa fuiſſe videatur. Nonne verò, quò facilùs excuſarentur homicidæ, eos accuſare poterat Paſchalis aliquid contra ordinem publicum machinaſſe, vel eos criminis alicujus æquè gravis ac Majeſtatis reos exhibuiſſe? quod Eginhardus hic verbis reddidit : *Mortuos velut Majeſtatis reos condemnavit.* Hoc enim, *crimine Majeſtatis*, ſæpè ſæpiùs abuſi ſunt. [*Nota Editoris.*]

aliud ab eo factum esse quàm quòd pauca Capitula, & ea imperfecta, legibus addidit. Hæc sunt verba Eginhardi: *Post susceptum imperiale nomen, cùm adverteret multa legibus populi sui deesse (nam Franci duas habent leges plurimis in locis valdè diversas), cogitavit quæ deerant addere, & discrepantia unire, prava quoquè ac perperam prolata corrigere. Sed in iis nihil aliud ab eo factum est, quàm quòd pauca Capitula, & ea imperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum quæ sub ejus dominatu erant, jura quæ scripta non erant describere ac litteris mandari fecit.* Ista, inquam, favere videntur opinioni Baronii. Ego tamen putaverim ità intelligenda esse, ut dicatur Karolus, postquàm factus est Imperator, cogitasse de emendandis conciliandisque legibus populorum sibi subjectorum; cæterùm destinata executum non esse, ac nonnulla tantùm addidisse legibus illis: nam Capitula quædam adjecit Legi Salicæ & Legi Ripuariorum, ac fortean aliis. Ista tamen non impediunt quin plurimas Constitutiones generales sanciverit, quibus teneri voluit omnes nationes sibi subjectas.

« Après avoir pris le nom d'Empereur, Charles re-
» marquant qu'il manquoit beaucoup de choſes aux
» Loix de ſon peuple (car dans divers cantons les
» François ont deux Loix bien différentes), s'appliqua
» à les corriger, tant en réformant celles qui étoient
» vicieuſes, qu'en rectifiant les contradictions, & ajou-
» tant ce qui y manquoit; mais il ne fit autre choſe
» que d'ajouter aux Loix anciennes quelques Capitules,
» même imparfaits. Cependant il fit tranſcrire & con-
» ſigner dans les regiſtres publics les Loix des peuples
» de ſa domination, qui n'étoient pas écrites auparа-
» vant. ». Ce paſſage ſemble, dis-je, favoriſer l'opi-
nion de Baronius; mais, à mon avis, il faut l'entendre
ainſi: « Charles devenu Empereur ſe propoſa de
» corriger & de concilier les Loix des peuples qui lui
» étoient ſoumis; mais il ne remplit pas ſon projet,
» & ajouta ſeulement quelques Capitules aux Loix
» anciennes ». En effet, cet Empereur ajouta différens Capitules à la Loi Salique, à la Loi Ripuaire, & peut-être à d'autres. Mais cela n'empêche point qu'il n'ait fait d'autres Loix générales qui devoient être obſervées par toutes les Nations qui lui étoient ſoumiſes

Avencin. lib. 4. pag. 561. 571. primæ edit.

XXXII. Sanè Joannes Aventinus in Annalibus Boiorum notat illum jus assiduè summâ diligentiâ dixisse, nonnunquam manè, dum indueretur ac calcearetur. Addit autem: *Noctu dum in cubili cubaret, capiti pugillares supponebat; si quippiam utile (ut fieri in lectulo solet) in mentem veniebat, adnotabat, ne memoriâ laberetur.* Accepisse hanc observationem videtur Aventinus ex Concilio habito apud martyrium sanctæ Macræ in diœcesi Remensi, anno DCCCLXXXI, in quo ista leguntur: *Karolus Magnus Imperator, qui regnum Francorum nobiliter ampliavit & per annos quadraginta sex feliciter rexit, & sapientiâ tam in sanctis scripturis quàm & in legibus ecclesiasticis & humanis Reges Francorum præcessit, nullo unquam tempore finè tribus de sapientioribus & eminentissimis Consiliariis suis esse patiebatur, sed vicissim per successiones, ut eis possibile foret, secum habebat, & ad capitium lecti sui tabulas cum graphio habebat, & quæ sivè in die sivè in nocte de utilitate sanctæ Ecclesiæ, & de profectu ac soliditate regni, meditabatur, in eisdem tabulis adnotabat, & cum eisdem Consiliariis quos secum habebat indè tractabat; & quandò ad placitum suum veniebat, omnia subtiliter tractata plenitudini Consiliariorum suorum monstrabat, & communi consilio illa ad effectum perducere procurabat.* Sic de Alexandro Severo Imperatore narrat in vitâ ejus Ælius Lampridius, illum leges de jure populi & fisci moderatas & infinitas sanxisse, neque ullam constitutionem sanciviſſe finè viginti jurisperitis & doctissimis & sapientibus viris. At quod apud Aventinum & in Synodo apud sanctam Macram legitur Karolum Magnum noctu, dum in cubili cubaret, capiti suo pugillares supposuisse, & quæ illi tum in mentem veniebant, scribere solitum, confirmatur quidem auctoritate Eginhardi, sed tamen ità ut illa cura Karoli coerceatur ad solam artem scribendi, ad quam discendam Karolus serò

Concil. apud S. Macr. c. 1.

XXXII. Jean Aventin, dans ſes Annales des Bavarois, obſerve que Charlemagne rendoit la juſtice très-aſſiduement, quelquefois même le matin pendant qu'il s'habilloit ou qu'il ſe chauſſoit; puis il ajoute: » La
» nuit, pendant qu'il repoſoit dans ſon lit, il avoit,
» ſous ſon chevet des tablettes, ſur leſquelles il écrivoit
» auſſi-tôt ce qui lui venoit d'utile à l'eſprit, comme il
» arrive ſouvent lorſqu'on eſt au lit, de peur que ces
» objets ne lui échappaſſent de la mémoire. ». Il ſemble qu'Aventinus ait tiré cette anecdote des Actes du Concile tenu en DCCCLXXXI dans l'Egliſe de Sainte Macre de Reims, où on lit: « L'Empereur Charle-
» magne, qui recula ſi loin les bornes de l'Empire
» François, & le gouverna ſi heureuſement pendant
» quarante-ſix ans, ſurpaſſa tous les Rois de France
» ſes prédéceſſeurs, tant par ſa ſcience dans les ſaintes
» Ecritures, que par ſon habileté dans les Loix Eccléſiaſtiques & Civiles: il ne marchoit jamais ſans avoir
» à ſes côtés trois Conſeillers des plus ſages & des
» plus expérimentés: il en changeoit de temps en
» temps pour ne pas trop les diſtraire des emplois
» dont ils étoient chargés. Il avoit au chevet de
» ſon lit des tablettes avec un ſtyle pour écrire tout
» ce qui l'occupoit le jour & la nuit d'avantageux à
» l'Egliſe & à ſon Royaume: il en conférоit enſuite
» avec ſes Conſeillers, & dans les aſſemblées géné-
» rales de ſa Cour il les diſcutoit avec tous ſes Féaux;
» & s'ils en étoient d'avis, il mettoit le ſceau à
» ſon ouvrage ». Il reſſembloit en cela à l'Empereur Alexandre Sévere qui, au rapport d'Ælius Lampridius dans la vie de cet Empereur, avoit fait beaucoup de Loix ſur les droits du peuple & du fiſc, & avoit modéré celles qui exiſtoient avant lui; mais qui n'en avoit publié aucune qu'elle n'eût reuni les ſuffrages de vingt Juriſconſultes des plus ſages & des plus habiles. Quant à ce qui eſt rapporté par Aventin, & qui ſe trouve auſſi dans les Actes du Concile célebré dans l'Egliſe de Sainte Macre, que Charlemagne avoit la nuit ſous le chevet de ſon lit des tablettes pour y écrire tout ce qui lui venoit alors dans l'eſprit, Eginhard confirme cette anecdote, mais il la reſtreint à la ſeule faculté d'écrire, que Charles avoit

XXXII. Anecdote ſur Charlemagne.

entrepris fort tard d'acquérir. » Il eſſayoit d'écrire, » dit Eginhard, & à cet effet il avoit coutume de » mettre des tablettes ſous ſon chevet pour accoutu- » mer ſa main à tracer des lettres pendant le temps » qu'il ne dormoit point; mais comme il s'y étoit pris » un peu tard, il n'y fit pas de grands progrès. »

XXXIII. Mais pour revenir à Baronius, qui, comme je l'ai dit plus haut, a prétendu que Charlemagne n'a établi des Loix nouvelles qu'avec beaucoup de reſerve, & n'a fait que très-peu de Capitules pendant le cours d'un très-long regne; il eſt bon d'obſerver qu'aucun de nos anciens Rois n'a publié autant de Loix que lui, & qu'il nous reſte plus de Loix de cet Empereur, que nous n'en avons de tous les autres Rois qui ont regné avant & après juſqu'à Hugues Capet; car outre la Loi Salique & les autres qu'il a confirmées par ſon autorité, outre les Capitules épars dans les livres des Capitulaires & dans le Code de la Loi des Lombards, dont je n'ai pu trouver la ſource, nous avons plus de ſoixante Conſtitutions publiées par Charlemagne dans différens temps, ſoit pendant les temps qu'il étoit ſeulement Roi des François, ſoit depuis qu'il eut pris le titre d'Empereur. Si l'on compare les Loix faites par Charlemagne avec celles des Princes qui ſont venus après lui, on découvrira facilement le génie ſublime de Charlemagne, & la puſillanimité & l'abaiſſement de ſa race. Il n'eſt pas en effet ſurprenant qu'un ſi grand Monarque qui s'appliqua beaucoup à faire les meilleures Loix, & à établir le bon ordre, qui, comme le dit Benoît Levite, ſurpaſſa de beaucoup les plus belles actions de ſes prédéceſſeurs, ait auſſi laiſſé bien loin derriere lui ſes ſucceſſeurs. Il dompta les Nations barbares, augmenta beaucoup le nombre des Chrétiens, reforma les mœurs corrompues du Clergé, combla les Egliſes, & ſur-tout celle de Rome, d'amples conceſſions en domaines & des plus beaux priviléges: il reſſuſcita, en outre, l'étude des Sciences, fonda des écoles publiques, honora la profeſſion des Arts utiles, & récompenſa ceux qui les cultivoient. Je ne finirois pas ſi je voulois détailler toutes les qualités d'un ſi grand Prince, & rapporter toutes ſes belles actions. C'eſt pourquoi je me tais, & je reviens encore aux Capitulaires.

XXXIII. Mauvaiſe idée des Capitulaires de Charlemagne.

XXXIII. Sed ut ad Baronium redeamus, quem paulò antè diximus in eâ fuiſſe ſententiâ ut exiſtimaret Karolum Magnum fuiſſe parciſſimum in condendis novis legibus, & perpauca legum Capita ſanxiſſe in tot annorum ſpatio per quos regnavit & imperavit, obſervandum eſt neminem Regum Francorum veteris ævi tot leges tuliſſe quot Karolus promulgavit, & plures ſolius Karoli leges nunc ſupereſſe, quàm cæterorum Regum qui antè & poſt eum vixêre, uſque ad Hugonem cognomento Capetum. Nam præter Legem Salicam & cæteras, quibus ille pondus auctoritatis ſuæ addidit, præter Capitula ſparſim relata in libris Capitularium & in Codice Legis Longobardorum, quorum originem reperire nequivimus, habemus pluſquàm ſexaginta Conſtitutiones ab eo editas variis temporibus, ſivè cùm Rex tantùm eſſet, ſivè poſteaquàm Imperatoris nomen aſſumpſit. Quòd ſi leges ab eo latæ conferantur cum iis quæ à poſteris ejus ſancitæ ſunt, facile eſt deprehendere in illis ſublime & erectum Karoli ingenium, in iſtis labentem atque inclinatam Karolinæ gloriæ magnitudinem ac ſplendorem. Et ſanè mirum non eſt virum tantum, qui multùm operæ poſuit in condendis optimis legibus & in conſtituendâ bonâ diſciplinâ, qui, ut Benedictus Levita ait, *cunctorum vicit inclita geſta patrum*, cæteros Principes ſupergreſſum eſſe & longo poſt ſe intervallo reliquiſſe. Vicit gentes immanitate barbaras, Chriſti regnum valdè amplificavit, Cleri mores collapſos emendavit, Eccleſias, præcipuè verò Romanam, amplis latifundiis, poſſeſſionibus, ac privilegiis locupletavit, auxit, ornavit. Bonarum prætereà litterarum ſtudia revocavit, ſcholas publicas inſtituit, cæteris bonis artibus honorem habuit, earum profeſſores præmiis decoravit. Deliceret me tempus ſi cunctas maximi Principis virtutes enarrare, ſi ſingula illuſtria ejus facinora recenſere vellem. Itaque ſuperſedeo, & ad Capitularia me rurſum converto.

To. 2. Capitular. p. 311. Lupus Ferrar. epiſt. 1.

XXXIV. Sentiment ſingulier de Jean-Baptiſte Thiers, réfuté.

XXXIV. Un ſavant moderne a cru que les Capitulaires de Charlemagne n'avoient pas été promulgués dans le Diocèſe de Tours au temps d'Herard, Archevêque de Tours; ou que s'ils y avoient été publiés, le Prélat ne crut pas que pour s'y conformer, il fût obligé de changer l'ordre des Fêtes qui étoit en uſage dans ſon Diocèſe. Thiers tire la preuve de ſon opinion du chapitre LXI des Capitules que l'Evêque Herard fit en DCCCLVIII dans le Synode de ſon Diocèſe, où l'on trouve la liſte des Fêtes qui devoient être obſervées par les Fideles, & où il n'eſt pas fait mention de pluſieurs de celles dont Charlemagne ordonnoit la célébration au chap. CLXIV, ſelon l'édition de Pithou, & ſelon mon édition, au chap. CLVIII du liv. I des Capitulaires; telles que la commémoration de la Fête de Pâques, le jour de Dimanche, l'Annonciation & la Nativité de la ſainte Vierge, les trois jours des Rogations, & l'octave de l'Epiphanie, quant à la Fête de la Pentecôte, il ne propoſe de la célébrer que pendant un ſeul jour. Aucune des deux conjectures de

Thiers des feſtor. divin. imminut. cap. 13.

XXXIV. Fuit nuper Vir doctus qui exiſtimavit Karoli Magni Capitula non fuiſſe recepta in epiſcopatu Turonico ævo Herardi, Archiepiſcopi Turonenſis; vel ſi recepta fateri neceſſe ſit, non ità tamen iſtud intelligi debere, ut eorum gratiâ morem Eccleſiæ ſuæ de feſtis diebus obſervandis immutandum eſſe autumarit Turonicus Præſul Herardus. Fundum autem fundamentumque iſtius ſuæ opinionis accepit ex capite LXI. Capitulorum quæ idem Herardus edidit anno DCCCLVIII. in Synodo ſuâ diœceſanâ; in quo cùm dies feſti commemorentur qui à fidelibus Chriſtianis obſervandi ſunt, quidam eorum omittuntur quos Karolus Magnus coli juſſit in capite CLXIV. (ut habet editio Pithœana) ſivè, ut noſtra, capite CLVIII. libri primi Capitularium; veluti Paſchalis feſti commemoratio, dies Dominica, beatæ Mariæ Virginis Adnuntiatio & Nativitas, tres Rogationum dies, &

octava Epiphaniæ; Pentecoſtes porrò uno tantùm die celebranda proponitur. Ego neutram ex his duabus viri clariſſimi conjecturis veram eſſe putò. Conſtat quippè Cæſarodunum Turonum fuiſſe tum in medio regni Francorum, eam urbem fuiſſe numeratam inter metropoles regni Karoli, habitum illic Concilium anno DCCCXIII. juſſu ejuſdem Karoli, & Landrannum, Turonenſem Archiepiſcopum, fuiſſe conſtitutum Miſſum dominicum in pago Turonenſi, anno DCCCXXIII, unà cum Ruotberto Comite, ad imperandam & urgendam Capitulorum regalium executionem. Ad feſtos dies quod attinet, quæ de prætermiſſis dicuntur ab eodem viro docto, ea minimùm aut nihil habent difficultatis. Etenim quæ Herardus omiſit in capite LXI, ea in aliis locis commemoravit, Paſchale videlicet feſtum capite XCVII, Dominicum diem capite ſecundo. Pentecoſtes venerationem in capite XCVII. conjungit cum Paſchate, ità ut octo dies Paſchæ feriari opoſtere dicat, de Pentecoſte non dicat. Sed iſta quæ videtur repugnantia tolli debet per caput XXXV. libri ſecundi Capitularium, ex quo caput iſtud Herardi abbreviatum eſt. In capite autem illo libri ſecundi ſancit Ludovicus Pius Imperator, Magni filius, ut dies Dominicus Paſchæ cum honore & ſobrietate colatur, & ut ſimili modo tota illa hebdomada obſervetur. Deindè addit: *In Pentecoſte ſimiliter ut in Paſcha.* Mirum porrò non eſt eum prætermiſiſſe Adnuntiationem & Nativitatem beatæ Mariæ Virginis, cùm nulla horum feſtorum mentio habeatur in Capitularibus è quibus Herardus excerpſit Conſtitutiones ſuas ſynodales. Ac de Nativitate quidem conſtat eam diem non fuiſſe publico cultu celebratam ævo Karoli Magni. Concilii vero Remenſis acta ſub Sonnatio, quorum auctoritate idem vir doctus utitur ut oſtendat eam obſervari juſſam antè tempora Herardi, non ſunt extrà controverſiam, & adeò ſubleſtæ valdèque dubiæ fidei viſa Sirmundo ſunt, ut ea indigna putaverit quæ in collectionem veterum Synodorum Galliæ referrentur. Adnotat præterea vir clariſſimus Rogationum tres dies imperari à Karolo Magno in loco paulò antè laudato ex libro primo Capitularium, & de illis tamen ſilere Herardum. Primò certum eſt nullam Rogationum triduanarum mentionem fieri in libro primo Capitularium, ſed in quinto tantùm, ubi ſic legitur: *Placuit nobis ut letania major obſervanda ſit à cunctis Chriſtianis diebus tribus:* quod ſumptum eſt ex Canone trigeſimo tertio Concilii Moguntiaci, extremis Karoli Magni temporibus celebrati. Deindè, tamenetſi verum eſſet mentionem iſtiuſmodi Rogationum fieri in libro primo Capitularium, non æquè verum eſſet omiſſas illas fuiſſe ab Herardo. Quamvis enim de his non loquatur in capite LXI, diſertè tamen de diebus Rogationum agit in capite XCV, *Rogationum* etiam vocabulo utens, licet non extet in capite laudato libri quinti Capitularium, & in Additione III undè Herardus canut iſtud ſuum conflavit. De octavis Epiphaniæ fateor veram eſſe obſervantiam. Tom. 1. Capitular. p. 488. Ibid. p. 641.

Lib. 5. Capitular. c. 150.

XLIII. Collectionis autem iſtius hic ordo eſt ut in primo quidem libro, ut' Anſegiſus ipſe admonet in Præfatione ſua, poſita ſint Capitula Karoli Magni ad ordinem pertinentia eccleſiaſticum, in ſecundo Capitula eccleſiaſtica Ludovici Pii, in tertio Capitula Karoli ad mundanam pertinentia legem, in quarto denique ea quæ Ludovicus Pius fecit ad augmentum mundanæ pertinentia legis. Quæ res non ſatis animadverſa plures viros doctos in errorem impulit, qui ſecundum & quartum Capitularium libros putaverunt eſſe Karoli Magni. Sed & illud admonendum eſt, iſtos duos libros Ludovico & Lothario ipſius filio tribui in quibuſdam vetuſtis Anſegiſi exemplaribus; cùm tamen certum ſit, ut rectè obſervavit Petrus Pithœus, nihil heic Lotharii proprium eſſe, & duos iſtos libros omnino compoſitos eſſe ex Capitulis ſolius Ludovici; ſi priores duas appendices libri quarti excipias, quæ ſumptæ ſunt ex Capitulis Karoli M. quæ omiſſa ab Anſegiſo fuerant in prioribus libris. Cæterùm, tamenetſi inſtitutum Anſegiſi fuerit ut in primo libro poneret tantùm Capitula Karoli Magni, certum tamen eſt permixta per errorem ab illo fuiſſe quædam Capitula Ludovici Pii, caput nimirum LXXIX. & ſequentia uſque ad CIV, quæ ſumpta ſunt ex Capitulis quæ anno DCCCXVI. ſancita à Ludovico Pio ſunt. Cauſa autem iſtius erroris, ut alibi dicimus, alia eſſe non poteſt quàm quòd cùm duo Karoli Magni Capitula deprehendiſſet in fronte Capitularis quod anno DCCCXVI. à Ludovico Pio conditum eſt, putavit cætera quoquè ejuſdem Edicti Capita Karoli eſſe. Redit autem poſtea Anſegiſus ad inſtitutum ſuum; nam caput CV. cum ſex ſequentibus ſumpta ſunt ex primo Capitulari anni DCCCV. ſequentia quatuor ex ſecundo Capitulari ejuſdem anni, caput CXVI. cum decem ſequentibus, ex quinto Capitulari anni DCCCVI. ſequentia ſeptem ex ſexto Capitulari ejuſdem anni. Quinque capita quæ poſteà leguntur, deſcripta ſunt ex ſecundo & tertio Capitulari anni DCCCIII. Caput CXXXIX. ſumptum eſt ex Capitulis quæ anno DCCCIX. edita ſunt. Originem & fontes eorum quæ poſteà ſequuntur uſque ad caput CLIX. reperire non potui. At quatuor ultima capita ejuſdem libri primi accepta ſunt ex primo Capitulari anni DCCCX.

Vide Notas ad Capitularia, p. 1141.

Ibid. pag. 1059.

XLIV. Quoniam verò Anſegiſus plurima Karoli Magni ac Ludovici Pii Capitula prætermiſerat, abſtinueratque præterea à referendis Pippini & Karlomanni Conſtitutionibus, quarum tamen frequens uſus erat, Benedictus Levita Moguntinenſis hanc ipſe curam ſuſcepit circa annum DCCCXLV. ut Capitularia in unum colligeret & in tres libros diſtribueret. Exiſtimavit Baronius, ac poſt eum alii, Collectionem illam à Benedicto confectam fuiſſe ex præcepto Concilii Meldenſis, quoniam idem Concilium, ut ſuprà vidimus, à Karolo Calvo poſtulaverat *ut Capitula eccleſiaſtica a Domno Karolo Magno Imperatore, nec-*

Baron. ad ann. 845. & 847.

Concil. Meld. c. 78.

XLIII. Or voici l'ordre de cette collection, telle qu'Angeſiſe lui-même l'a donnée dans ſa Préface. Le premier livre contient les Capitules de Charlemagne ſur les Loix eccléſiaſtiques: le ſecond renferme les Capitules de Louis le Débonnaire ſur le même ſujet: le troiſieme contient les Capitules de l'Empereur Charlemagne ſur la Loi civile: le quatrieme livre comprend les Capitulaires que Louis le Débonnaire a faits pour la perfection de la Loi civile. Pour n'avoir pas aſſez examiné cet ordre de diſtribution, pluſieurs Savans ſe ſont égarés au point d'attribuer à Charlemagne le ſecond & le quatrieme livre des Capitulaires. Il eſt à propos de remarquer que dans quelques anciens exemplaires d'Angeliſe, ces deux Livres ont été attribués à Louis & à Lothaire ſon fils. Il eſt pourtant certain, comme l'a très-bien remarqué Pierre Pithou, qu'il n'y a rien de Lothaire dans ces deux livres, & qu'ils ſont entiérement compoſés des ſeuls Capitulaires de Louis, ſi l'on en excepte les deux premiers ſupplemens du liv. IV qui ſont pris des Capitulaires de Charlemagne qui avoient été omis par Angeſiſe dans les livres précédens. Au reſte, quoique le but d'Angeſiſe fût de n'inférer dans le liv. I que des Capitulaires de Charlemagne, il eſt certain qu'il y a mêlé par erreur quelques Capitulaires de Louis le Débonnaire, comme le chapitre LXXIX & les chapitres ſuivans, juſqu'au CIV inclufivement qui ont été tirés des Capitulaires que Louis promulgua en DCCCXVI. La cauſe de cette mépriſe vient, comme je l'ai dit ailleurs, de ce qu'Angeliſe ayant apperçu en tête du Capitulaire de l'an DCCCXVI, deux chapitres qui ſont de Charlemagne, il ſe perſuada que tous les autres chapitres du même Edit étoient de Charlemagne, Angeſiſe reprend enſuite ſon plan; car le chap. CV & les ſix autres qui le ſuivent, ſont tirés du premier Capitulaire de l'an DCCCV, les quatre chapitres qui viennent enſuite, ont été pris du ſecond Capitulaire de la même année, le chap. CXVI & les dix autres qui le ſuivent, ont été tirés du cinquieme Capitulaire de l'an DCCCVI, & les ſept autres chapitres ſuivant ont été pris du ſixieme Capitulaire de la même année. Les cinq chapitres qu'on lit enſuite, ont été tirés du ſecond & du troiſieme Capitulaire de l'an DCCCIII: le chap. CXXXIX a été pris des capitules qui avoient été publiés en DCCCIX. Je n'ai pu trouver de quels Capitulaires ont été tirés les autres chapitres qui viennent enſuite juſqu'au chap. CLIX, excluſivement; car les quatre premiers chapitres de ce premier livre ont été pris du premier Capitulaire de l'an DCCCX.

XLIII. Plan de la Collection d'Angeſiſe.

XLIV. Comme Angeſiſe avoit oublié d'inférer dans ſa Collection pluſieurs Capitulaires de Charlemagne & de Louis le Débonnaire, & qu'outre cela il n'avoit pas rapporté les Conſtitutions de Pepin & de Charlemagne, dont on ſe ſervoit habituellement; Benoît, Levite de l'Egliſe de Mayence, ſe chargea en DCCCXLV du ſoin de recueillir ces Capitulaires, & de les diſtribuer en trois livres. Baronius a cru, & pluſieurs autres l'ont penſé après lui, que Benoît avoit fait cette Collection par ordre du Concile de Meaux, & ils ſe ſont fondés ſur ce que ce Concile avoit demandé à Charles le Chauve, comme nous l'avons vu plus haut, » d'ordonner l'obſervation exacte des Capitules ec» cléſiaſtiques des Empereurs Charlemagne & Louis

XLIV. Collection de Benoît Lévite, par ordre de qui entreprise.

» le Débonnaire. » Mais Hermann Conringius a très-bien remarqué qu'il eſt faux que cette Collection ait été faite par ordre du Concile de Meaux ; puiſqu'elle l'a été dans le Royaume de Louis, Roi de Germanie, dont la ville de Meaux ne faiſoit point partie. En effet, on ne peut ſe perſuader que Benoît, Diacre de Mayence, ait fait cette entrepriſe par ordre d'Evêques d'un Royaume étranger. D'ailleurs, Benoît lui-même dit en termes très-clairs, qu'il travailla à ſa Collection par ordre d'Otgarius, Evêque de Mayence ; car, après avoir parlé des quatre livres de la Collection d'Angeliſe, il ajoute : " Enfin par ordre » du pieux Otgarius, qui étoit pour lors le ſouverain » Pontife de l'Egliſe de Mayence, moi Benoît, Lévi- » te, ai ajouté ces trois Livres, qui terminent ce Re- » cueil des Loix. »

non à Domno Ludovico Pio Auguſto promulgata, obnixè obſervari præcipiantur. Verùm rectè admonuit Hermannus Conringius falſam eſſe eorum ſententiam qui collectionem iſtam juſſu Concilii Meldenſis factam putant. Rectè inquam : etenim cùm illa facta ſit in regno Ludovici Germaniæ Regis, extra quod Meldenſis civitas erat poſita, exiſtimari nullo modo poteſt Benedictum Diaconum Moguntinum aggreſſum fuiſſe opus iſtud juſſu Epiſcoporum alterius regni. Præterea idem Benedictus verbis minimè ambiguis docet ſe collectionem illam adornaſſe juſſu Otgarii Archiepiſcopi Moguntini ; nam poſtquam locutus eſt de quatuor libris ab Anſegiſo collectis, poſteà addit :

Conring. de orig. Juris Germaan. c. 15. 17.

Autcario demum, quem tunc Mogontia ſummum
Pontificem tenuit, præcipiente pio,
Póſt Benedictus ego ternos Levita libellos
Adnexi, legis quis recitatur opus.

XLV. La Collection de Benoît, quoique mal exécutée, a ſon mérite.

XLV. Ce n'eſt pas d'aujourd'hui, ni ſans fondement, que de ſavans hommes ont accuſé Benoît d'avoir répandu beaucoup d'obſcurité dans ſa Collection, & de l'avoir compoſée de différens centons ou de pieces rapportées. Mais je ne crois pas vraie l'opinion de ceux qui ont écrit qu'il y avoit mis de la mauvaiſe foi, & que pour favoriſer le Siege Romain, il avoit corrompu dans différens endroits & interpolé les Capitulaires qu'il a recueillis ; & que dans cette intention il a fouillé dans les archives de l'Egliſe de Mayence, où l'on avoit fabriqué des Capitulaires, & où l'on en a trouvé la mine. Pour moi, je me perſuaderois plus volontiers qu'il raſſembla d'abord les Capitules qui ont été publiés par nos Rois ſans aucune contradiction, qu'il ramaſſa enſuite, comme nous l'avons déjà dit, tous les capitules qui avoient été tirés des livres de l'Ecriture-Sainte, ſoit par nos Rois, ſoit de leur commandement, par les Evêques ou par des hommes ſavans, comme il en trouva pluſieurs épars & pêle-mêle çà & là dans leurs Capitulaires, pour me ſervir des termes mêmes de Benoît ; il y ajouta tous les extraits qui avoient été faits des ſaints Canons des Conciles, des Décrets des Pontifes Romains, des Ecrits des ſaints Peres, des Conſtitutions ſynodales des Evêques des Gaules, du Code Théodoſien ou des interprétations d'Anien, des Sentences de Paul, des Novelles du Profeſſeur Julien, du Code des Loix Wiſigothes, de la Loi Salique, de la Loi des Ripuaires & de la Loi des Bavarois, car la Collection de Benoît eſt un amas de choſes tirées de toutes ces ſources, elle eſt très-confuſe, on n'y a point obſervé l'ordre des temps, & ſouvent l'on y a changé ſans ſcrupule les paroles des chapitres. Mais je ne crois pas pour cela qu'il faille abſolument s'en prendre à Benoît ; car il avertit qu'il avoit trouvé les Capitules confus & mal couſus comme ils le ſont ; que pluſieurs d'entr'eux n'avoient ni commencement ni fin ; que d'autres finiſſoient de même, mais n'avoient pas le même commencement ; que les uns contenoient plus d'articles, & les autres moins ; & qu'en conſéquence il les avoit publiés comme il les avoit trouvés, c'eſt-à-dire, ſans y rien changer, ni y rien ajouter, ni y rien diminuer. Loin de penſer que nous devions faire des reproches à Benoît, je penſe que nous lui avons de grandes obligations : ſans les ſoins qu'il s'eſt donnés & le travail qu'il a fait, nous ſerions aujourd'hui privés de la plupart des plus ſaintes & des meilleures Conſtitutions de nos Rois, qu'on ne trouve point ailleurs

XLV. Neque verò recens neque ratione carens eſt querela doctorum virorum, qui aiunt hanc Benedicti Collectionem confuſam eſſe, & compoſitam ex variis centonibus. Attamen veram non puto eorum ſententiam qui ſcribunt illum dolo malo hoc uſum, & Capitula à ſe collecta variis in locis adulteraſſe & interpolaſſe in gratiam Romanæ Sedis, ac propterea uſum ſcrinio Eccleſiæ Moguntinæ, ubi cuſa ſint Capitularia & inveſtigatæ eorum fodinæ. Ego facilius crediderim illum collegiſſe primùm Capitula quæ citrà controverſiam edita ſunt à Regibus, tum ea quæ ab ipſis vel eorum juſſu, ut ſuprà monuimus, ab Epiſcopis aut viris doctis excerpta ſunt ex libris divinæ Scripturæ, licut ea ſparſim in eorum mixta Capitulis reperit, ut ipſa Benedicti verba ponamus, & quæ excerpta ab eiſdem ſunt ex Canonibus ſacrorum Conciliorum, ex Decretis Romanorum Pontificum, ex dictis ſanctorum Patrum, ex Conſtitutionibus ſynodalibus Epiſcoporum Gallicanorum, ex Codice Theodoſiano ſivè Aniani interpretationibus, Pauli Sententiis, Juliani Anteceſſoris Novellis, Codice legum Wiſigothorum, ex lege Salica, ex lege Ripuariorum, & ex lege Bajuvariorum. Ex his enim omnibus locis conſarcinata eſt illa Benedicti Collectio, confuſè ſanè facta, nullo ſervato temporum ordine, mutatis etiam ſæpe verbis capitum quæ illic referuntur. At non propterea cenſeo culpandum eſſe Benedictum, cùm ipſe nos monuerit ſe Capitula illa ſic confuſa & indigeſta ſparſim inveniſſe, & eorum quidem nonnulla habuiſſe paria initia & imparem finem, quædam verò pares fines, ſed non paria initia, in quibuſdam autem minus, & in quibuſdam plus, & ideò ſe illa dimiſiſſe ſicut invenerat, id eſt, nihil mutaſſe, nihil addidiſſe aut detraxiſſe. Tantùm autem abeſt ut ego Benedictum culpari debere cenſeam, ut etiam multùm ei nos debere putem, abſque cujus diligentia & labore careremus hodiè pleriſque ſanctiſſimis & optimis Principum noſtrorum Conſtitutionibus quæ alibi non reperiuntur.

XLVI. *Prodiit illa & uſu publico recepta eſt, non ſolùm in regno Germaniæ, ſed etiam in Francia noſtra, antè annum Chriſti octingenteſimum quinquageſimum octavum. Nam cùm eo anno Herardus Archiepiſcopus Turonenſis Capitula ſua ediderit, magnamque eorum partem abbreviaverit ex illis quæ in collectione Benedicti habentur, manifeſtum eſt eum illâ uſum fuiſſe. Poſteà Iſaac Epiſcopus Lingonenſis Capitula quoquè ſua collegit ex iiſdem tribus Benedicti Levitæ libris. Laudantur denique frequenter Capitula ejuſdem collectionis in Concilio apud ſanctam Macram, in Troſleiano, & ab Hincmaro, Reginone, Fulberto, & Ivone. Nam de Burchardo ſilere me debere puto, quia tamenetſi multa acceperit ex illa Benedicti collectione, maluit eſſe mendax, ut ſæpè monuimus, quàm Capitularia Regum noſtrorum laudare. Quonam autem modo intelligenda illa ſint quæ Benedictus Levita ait de Capitulis regalibus auctoritate apoſtolicâ roboratis, ſuſè dictum eſt ſuperiùs, neque ea heic repeti opus eſt.*

XLVII. *Antequàm verò à Benedicti collectione recedamus, ſupervacaneum non erit admonere illam, cùm facta eſſet diù poſt Anſegiſum, non ſemper unum cum iſtius lucubratione corpus conſtituiſſe, & librum Capitularium qui nobis eſt quintus, primum aliquando numeratum fuiſſe apud veteres. Teſtis erit Hincmarus, Archiepiſcopus Remenſis, in opuſculo* XLVIII *quod inſcriptum eſt: De Presbyteris cr.minoſis, de quibus approbatio non eſt.* Illic enim referens caput XXXV. libri quinti Capitularium, qui eſt primus Benedicti Levitæ, ità ait: *Quid de Presbyteris criminoſis, de quibus approbatio non eſt, agendum ſit, in libro primo Capitulorum Domni Karoli Imperatoris Auguſti, capite trigeſimo quarto, ſcriptum eſt: Hoc nobis magno cum ſtudio retractandum eſt*, &c. Et Concilium Troſleianum habitum anno DCCCCIX, referens caput CCCCXXVII. libri ſexti Capitularium, qui eſt ſecundus Benedicti, ait: *Quapropter in libro Capitularium ſecundo, capitulo CCCCXXVII, ità ſancitur: Omnibus, nos ipſos corrigentes, poſterisque exemplum dantes*, &c. Prætereà Iſaac Epiſcopus Lingonenſis collectionem ſuam adornavit ex ſolis tribus libris Capitularium à Benedicto Levita editis. Habuimus autem vetuſtiſſimum Codicem ſancti Arnulphi Metenſis, in quo deſcripta ſunt plurima Capitula excerpta ex illis tribus Benedicti libris, & in fronte eorum quæ ex libro ſexto accepta ſunt, ità ſcriptum eſt: *Ex Capitularibus glorioſiſſimorum Imperatorum Domni Karoli & Domni Hludouvici, libro ſecundo.* Et paulò poſt: *Item in eodem ex lege veteris Teſtamenti.* Rursùm infrà, ubi caput CLXXXII. libri quinti deſcribitur, poſitum eſt in titulo: *Item in eiſdem* (id eſt, in Capitularibus), *ex libro primo: Ut Epiſcopi poteſtatem habeant*, &c. Denique in Chartulario Eccleſiæ Barcinonenſis reperimus, uti ſuprà adnotatum eſt, Adeledim quandam anno XXV. regni Regis Henrici dediſſe eidem Eccleſiæ *Librum Karoli ſanctæ Eccleſiæ utilliimum, in tribus corporibus diviſum*,

XLVI. Benoît mit au jour ſa Collection, & auſſitôt elle fut d'un uſage univerſel: elle étoit reçue, non-ſeulement dans le Royaume de Germanie, mais encore dans tout l'Empire François avant l'an DCCCVIII; car il eſt évident qu'Hérard, Archevêque de Tours, s'en ſervit pour la compoſition de ſes Capitules, qu'il publia en cette année-là, parce qu'une grande partie de ces Capitules n'eſt qu'un abrégé de ceux qui ſont dans la Collection de Benoît. Après lui Iſaac, Evêque de Langres, tira auſſi ſes capitules des trois livres de la Collection de Benoît Lévite. Enfin, les capitules de cette même Collection ſont fréquemment cités dans les actes du Concile de Sainte-Macre, dans celui de Troſli, dans Hincmar, Reginon, Fulbert & Yves; car je ne dois point mettre Burchard au nombre de ceux qui s'en ſont ſervis, parce que, quoiqu'il ait fait beaucoup d'uſage de la Collection de Benoît, il a mieux aimé, comme j'en ai averti ſouvent, ſe montrer fourbe, que de citer les Capitulaires de nos Rois. J'ai diſcuté plus haut de quelle maniere il faut entendre ce que Benoît dit de la confirmation des Capitulaires royaux par l'autorité apoſtolique; il eſt inutile de revenir ſur cet objet.

XLVI. Fin d'un uſage univerſel.

XLVII. Avant que de finir de parler de la Collection de Benoît, il n'eſt pas inutile d'avertir que, comme elle fut faite long-temps après celle d'Angeliſe, elles n'ont pas été toujours miſes toutes deux en un ſeul corps, & que le livre des Capitulaires qui eſt aujourd'hui le cinquieme, a été quelquefois cité par les anciens, comme s'il eût été le premier: témoin Hincmar, Archevêque de Rheims, dans ſon Opuſcule XLVIII, qui a pour titre: " Des Prêtres accuſés » de crimes, mais qui n'en ſont pas convaincus; „ car y rapportant le chap. XXXV du livre cinquieme des Capitulaires, qui eſt le premier de Benoît Lévite, il dit: « On a preſcrit dans le liv. I, ch. XXXIV, des Capitu- » les de l'Empereur Charles, de quelle maniere il » faut ſe comporter vis-à-vis des Prêtres accuſés » de crimes dont ils ne ſont pas convaincus: *nous de-* » *vons traiter cet article avec beaucoup de réſerve*, &c. » Et le Concile de Troſli, tenu en DCCCCIX, rapportant le chap. CCCCXXVII du liv. VI des Capitulaires qui eſt le ſecond de Benoît, dit: „ C'eſt pourquoi dans le chap. » CCCCXXVII du liv. II des Capitulaires on trouve cette „ Loi: *Nous corrigeant nous-mêmes, & donnant cet* „ *exemple à tout le monde, & à ceux qui viendront* „ *après nous*, &c. „ Outre cela Iſaac, Evêque de Langres, a extrait ſa collection des trois livres ſeulement publiés par Benoît. Nous avons encore un très-ancien Manuſcrit de ſaint Arnould de Metz, où l'on trouve pluſieurs Capitules extraits des trois livres de Benoît, & en tête de ceux qui ſont tirés du liv. VI des Capitulaires, il eſt dit: « Du *livre VI* des Capi- » tulaires des très-glorieux Empereurs le Seigneur » Charles & le Seigneur Louis. „ Et un peu après: » *Item* dans le même livre par la Loi de l'ancien » Teſtament. » Et plus bas encore, où eſt rapporté le chapitre CLXXXII du livre V des Capitulaires, il y a pour titre: « *Item* il eſt écrit dans les mêmes Capi- » tulaires au livre premier: *Que les Evêques aient le* » *pouvoir*, &c. » Enfin, dans le Cartulaire de l'Egliſe de Barcelone, nous trouvons, comme nous l'avons déjà remarqué, qu'une certaine Adelede, en la XXVe. année du Roi Henri, fit préſent à la même Egliſe » d'un Ouvrage de Charles, très-utile à la ſainte » Egliſe, qui étoit diviſé en trois parties, » c'eſt à-dire, de la collection de Benoît, diviſée en trois livres. Si

XLVII. Les Collections d'Angeliſe & de Benoît n'ont pas toujours été miſes en un ſeul corps & ont été également citées ſous le nom du *Livre des Capitulaires*.

le très-ſavant Marianus Victorius avoit réfléchi ſur ce texte, il n'auroit pas attribué à Angeliſe le livre V des Capitulaires. „ On trouve, dit-il, dans le Recueil de „ l'Abbé Angeliſe un Synode tenu ſous Charlemagne, „ dans lequel il eſt fait mention de ces ſortes de „ prieres, en ces termes : *Qu'aucun des Prêtres n'ait „ la témérité de juger autrement que par l'autorité des „ Canons, les pechés du peuple qui les a confeſſés de- „ vant eux ;* „ ce qui eſt le commencement du chapitre CXVI du livre V des Capitulaires. Ceux-là ne ſont pas dans une moindre erreur qui citent tous les livres des Capitulaires où ſont contenus les Loix de Karloman, de Pepin, de Charlemagne & de Louis le Debonnaire, comme ſi elles étoient l'ouvrage de Charlemagne ſeul, en ces termes : „ Charlemagne au „ livre IV, &c. des Capitulaires. „

XLVIII. Des quatre Additions qui viennent après les ſept livres des Capitulaires.

XLVIII. Après les ſept livres des Capitulaires viennent les *Quatre Additions*, où l'on trouve beaucoup de choſes qui manquent dans les collections d'Angeliſe & de Benoît. Le P. Sirmond a cru qu'elles avoient auſſi été rédigées par Benoît ; mais ce Lévite n'en fait aucune mention dans ſa Preface, & quoique dans le Manuſcrit de l'Egliſe de Beauvais les trois dernieres additions ſuivent les livres d'Angeliſe & de Benoît, quoique dans le Manuſcrit de du Tillet, preſque tous les chapitres des trois dernieres additions ſuivent auſſi le ſeptieme livre des Capitulaires, dans les plus anciens Manuſcrits de Pierre Pithou & de Sirmond, qui ne renferment rien de la collection de Benoît, les quatre additions y ſont inſérées après les quatre livres d'Angeliſe ; il faut encore obſerver ici que la premiere addition ne ſe trouve ni dans le manuſcrit de du Tillet, ni dans celui de l'Egliſe de Beauvais, ni dans celui de l'Electeur Palatin. Cependant il y a lieu de croire que dans les deux derniers manuſcrits la premiere addition y étoit autrefois comme faiſant partie du livre VII, parce que dans ces deux exemplaires, après avoir rapporté les titres du livre VII, on y trouve de ſuite les titres des chapitres de la premiere addition ; de maniere que les LXXX chapitres de la premiere addition ajoutés aux CCCCLXXVIII chapitres du livre VII, il s'y trouve DLVIII chapitres. Anciennement on liſoit de même, comme on peut juger par les manuſcrits de Pithou & de Sirmond, dans leſquels, quoiqu'ils ne renferment abſolument que les quatre premiers livres des Capitulaires, on lit au commencement de la premiere addition : *CHAPITRE CCCCLXXVIII : Que les Abbés, &c.* on peut conclure la même choſe d'Yves, qui, rapportant le chapitre XVI de la premiere addition, dit l'avoir pris du chapitre CCCCXCIV du livre VII des Capitulaires, comme on le voit dans les editions ordinaires d'Yves & dans un ancien manuſcrit de l'Abbaye de ſaint Victor de Paris. C'eſt peut être pour cette raiſon que les Evêques du Concile de Troſli, tenu en DCCCCIX, rapportant le chapitre 1 du Capitulaire de l'an DCCCXVII, le citent comme venant des Capitulaires. Au reſte, quoique ce qu'on vient de dire ſoit très-certain, il n'en eſt pas moins vrai que la collection du Lévite Benoît finit par le chapitre CCCCLXXVIII, en ces termes : « Les Capitules „ de ces trois derniers livres ſur-tout, *&c.* ». Les chapitres de la premiere addition ont donc été ajoutés au livre VII des Capitulaires long-temps après Benoît ; parce que ce Compilateur laiſſoit dans ſa Préface à tout homme ſtudieux la liberté d'y ajouter ce qu'il jugeroit à propos. C'eſt pourquoi j'ai rejetté du VII livre les LXXX chapitres de la premiere Addition : d'ailleurs, collectionem Benedicti in tres libros diviſam. Si iſta obſervata fuiſſent à doctiſſimo viro Mariano Victorio, non tribuiſſet Anſegiſo librum quintum Capitularium. *Extat*, inquit, *apud Anſegiſum Abbatem Synodus quædam ſub Carolo Magno celebrata, in qua de hujuſmodi precibus mentio his verbis habetur : Ut nemo ſacerdotum populi ſibi peccata confitentium ſine auctoritate Canonum judicare præſumat* ; quod eſt caput CXVI. libri quinti. Neque leviùs aberrant qui libros omnes Capitularium in quibus extant Conſtitutiones Karlomanni, Pippini, Karoli Magni, & Ludovici Pii, ſic laudant tanquàm ſolius Karoli Magni eſſent, paſſim ità ſcribentes : *Karolus M. libro quarto, &c. Capitularium.* Mar. Victor. de Sacrament. Confeſſ. pag. 119.

XLVIII. Poſt ſeptem libros Capitularium ſequuntur Additiones quatuor, in quibus benè multa reperiuntur quæ neque apud Anſegiſum extant, neque apud Benedictum. Putavit Sirmondus illas fuiſſe compoſitas à Benedicto Levita. Verùm ille nullam illarum mentionem facit in Præfatione ſua ; & quamvis in Codice Bellovacenſi Eccleſiæ tres poſteriores additiones legantur poſt libros Anſegiſi & Benedicti, & in Tiliano reperiantur etiam poſt librum ſeptimum pleraque Capitula trium ultimarum additionum, in vetuſtiſſimis tamen exemplaribus Petri Pithœi & Jacobi Sirmondi, in quibus nihil eſt Benedicti Levitæ, quatuor additiones adjunctæ reperiuntur poſt libros quatuor Anſegiſi. Illud etiam notandum eſt in hoc loco, additionem primam non haberi in Codice Tiliano, neque in Bellovacenſi, nec in Palatino ; in iſtis tamen duobus ultimis deſcriptam fuiſſe antiquitùs, tanquam partem faceret libri ſeptimi. Hinc colligitur quòd in titulis eidem libro ſeptimo præfixis in eiſdem duobus codicibus ſequuntur conſequentibus numeris lemmata capitum primæ additionis, ità ut additis ad CCCCLXXVIII. capita libri ſeptimi capitibus octuaginta primæ additionis, conſurgat numerus DLVIII. Capitulorum. Et ſanè ità antiquitùs obtinuiſſe in aliquot locis colligitur etiam ex iiſdem exemplaribus Pithœi & Sirmondi, in quibus tamenetſi nulli alii libri Capitularium deſcripti ſint præter quatuor priores cum quatuor additionibus, in initio tamen primæ additionis ità ſcriptum eſt : *cap. CCCCLXXVIII. Ut Abbates, &c.* Illud ipſum colligi poteſt ex Ivone, qui referens caput decimum ſextum primæ additionis, accepiſſe ſe illud ait *ex Capitularium libro VII. cap. CCCCXCIII*, ut legitur in vulgatis Ivonis editionibus & in vetuſtiſſimo Codice Mſ. ſancti Victoris Pariſienſis. Quò etiam fortaſſis reſpiciebant Epiſcopi in Concilio Troſleiano congregati anno DCCCCIX, quum caput primum Capitularis anni DCCCXVII. referentes, illud laudant ex Capitularibus. Attamen licèt iſtud ſit certiſſimum, æquè verum eſt collectionem Benedicti Levitæ terminari in capite CCCCLXXVIII. in his verbis : *Maximè trium ultimorum Capitula iſtorum librorum, &c.* Itaque Capitula primæ additionis inſerta ſunt libro ſeptimo poſt tempora

Sirmondus, in Notis ad Capitul. pag. 713 & 714.

Ivo, par. 1. c. 133.

Concil. Troſl. c. 9.

pora Benedicti, quia is cuilibet ſtudioſo poteſtatem in præfatione ſua fecerat inſerendi quæ vellet. Ob eam cauſam nos octuaginta illa Capitula concludere noluimus ſpatiis libri ſeptimi, tum etiam ne turbaremus ordinem receptum inter viros doctos. Quæ enim additio ſecunda nunc eſt, prima eſſet, ſi veterum Pithœi ac Sirmondi librorum & Ivonis auctoritatem ſequi voluiſſemus. Cæterùm nos additionem primam retulimus ad annum DCCCXVII. inter Capitula Ludovici Pii.

XLIX. Prima Conſtitutionum Karoli Magni editio per Typographos prodiit anno MDXLV, operâ & ſtudio viri rei antiquariæ bonarumque litterarum ſtudioſiſſimi Viti Amerpachii, curante Alexandro Veiſſehorno, Typographo Ingolſtadienſi, cum hoc titulo: *Præcipuæ Conſtitutiones Caroli Magni de rebus eccleſiaſticis & civilibus, à Lothario nepote ex avi Conſtitutionum libris collectæ, & nuper è cœnobio Tegernſeenſi prolatæ, cum annotationibus & præfatione Viti Amerpachii.* Sequitur deinde Epiſtola dedicatoria ejuſdem Amerpachii ad Carolum V. Imperatorem & Ferdinandum Cæſarem, quæ tota fermè eſt de eorum laudibus. In pagina tamen nona & ſequentibus agit de opere à ſe ſuſcepto, his verbis: *Ad hanc rem autem oportuniſſimè ſe obtulit mihi Canonum & Legum harum compendium, quorum hæ ab ipſo Carolo Magno latæ ſunt, illi verò approbati aut unà cum Epiſcopis ab eo conditi. Sunt enim ex magna parte velut flores quidam è diverſis legum hujus Imperatoris voluminibus, & actis habitorum ab eo cum Epiſcopis Conciliorum (ſalvâ tamen ubique auctoritate Sedis Apoſtolicæ, imò reverenter habitâ) collecti, ut clarè ſub finem operis indicatur. Delituit hactenùs hæc vetuſtatis gemma in cœnobio Tegernſeenſi; ac etſi membranis credita, in pleriſque tamen locis non modò non parùm detrita & corroſa erat à tineis & blattis, ſed etiam fœdiſſimè à Librario deformata, ut paſſim annotavi ad ipſas Leges & Canones, tametſi non ubicunque à me aliquid eſt mutatum, ac facilè apparet ex manu ſcriptum eſſe librum ab homine & indocto & negligente. Mihi profectò plurimùm fecit negotii qualiſcunque illa concinnatio. Primò enim legendus fuit totus liber; & præterquàm quòd in ſcripturæ inſolentia tantùm non oportuit me aliquandò repueraſcere, hoc eſt, litterarum & ſyllabarum formulas aut conferendo aut divinando diſcere, cogitandum fuit de ſenſu, & examinanda fuerunt multa vocabula non minore ſtudio quàm olim in oraculis examinabantur, aut examinari ſolent in anigmatis. Quamquàm autem in his rebus nec ingenium fortaſſè prorsùs mihi deeſt, nec uſus, non tamen ſine magno ſæpè labore ſaltem probabile aliquid invenire in tanta vetuſtate morum & ſermonis Germanici potui: non quòd putem à me nuſquam aberratum, ſed pro mea in inquirendo pertinacia non potui facere quin darem in omnibus locis operam, ac efficerem ut quomodocunque tandem alicubi acquieſcerem. Auxit hanc difficultatem, quòd nec Legum nec ſacrarum Conſtitutionum habeo magnam peritiam. Feci tamen & hac in parte quantum vires ac alii labores permiſerunt. Fateor quidem editionem felicius non*

leurs il étoit à propos de ne pas renverſer l'ordre obſervé par les Savans; car l'addition qui eſt aujourd'hui la ſeconde, ſeroit la premiere, ſi je m'arrêtois à l'autorité d'Yves de Chartres, de Pithou, & de Sirmond. Enfin j'ai rapporté la premiere addition à l'an DCCCXVII. parmi les Capitulaires de Louis le Débonnaire.

XLIX. La premiere édition imprimée des Capitulaires de Charlemagne parut en MDXLV par les ſoins de Vitus Amerpachius, ſavant antiquaire & très-habile littérateur de ce ſiecle: elle fut imprimée par Alexandre Veiſſehorn, Imprimeur d'Ingoldaſt, ſous ce titre: » Les principales Conſtitutions de Charle» magne ſur les matieres eccléſiaſtiques & civiles, » recueillies par ſon petit-fils Lothaire des livres des » Conſtitutions de ſon Aieul, & tirées récemment de » la bibliotheque du monaſtere de Tegernſée, avec » des obſervations & une préface de Vitus Amerpa» chius ». Vient enſuite l'Epître dédicatoire d'Amerpachius à l'Empereur Charles V, & à Ferdinand, Roi des Romains, qui n'eſt preſqu'entiérement qu'un tiſſu des éloges qu'il donne à ces Princes. Cependant, à la page 9 & aux ſuivantes, il expoſe le plan de ſon entrepriſe en ces termes: » Pour exécuter mon deſſein, » j'ai heureuſement trouvé un recueil des Canons & » des Loix, dont les unes viennent de Charlemagne, » & les autres ont été approuvés ou faits par lui de » concert avec les Evêques. Semblable à un bouquet » de fleurs artiſtement variées, il préſente le prodi» gieux aſſemblage des Réglemens que cet Empereur » a publiés dans les Conciles des Evêques, ſauf toute» fois l'autorité du Siege Apoſtolique, qui y eſt même » conſervée avec reſpect & révérence, comme les » dernieres expreſſions de ce recueil l'atteſtent très» clairement. Ce monument ineſtimable de l'Anti» quité * eſt reſté caché juſqu'à ce jour dans le monaſ» tere de Tegernſée: quoiqu'il eût été écrit ſur du » parchemin, il a été non ſeulement très-maltraité » & rongé par les vers & par les teignes, mais il a » encore été très défiguré par le copiſte, ainſi que » je l'ai remarqué dans mes notes. Comme je n'y ai » rien changé *, on voit aiſément que le manuſcrit » ſort des mains d'un homme ignorant & négligent. » Ce recueil, quel qu'il ſoit, a exigé de moi un grand » travail: car d'abord il m'a fallu lire tout le livre; & » outre que le caractere ſingulier d'écriture m'a quel» quefois obligé d'épeler comme un enfant, & de devi» ner les lettres & les ſyllabes en comparant la forme des » unes avec celle des autres, j'ai été encore dans la néceſ» ſité de m'arrêter au ſens, d'examiner certaines expreſ» ſions avec autant d'application qu'on mettoit autrefois » à l'interprétation des oracles, & qu'on emploie au» jourd'hui à l'explication des énigmes. Auſſi malgré » l'habitude & la capacité que j'ai pour ces ſortes » de matieres, ſouvent j'ai eu peine à trouver même » quelque choſe de probable, à cauſe du prodigieux » éloignement des mœurs & du langage germanique de » ce temps-là. Ce n'eſt pas que je croie ne m'être jamais » trompé, mais la conſtance que j'ai oppoſée à ce tra» vail m'aura certainement fait rencontrer juſte dans » quelques endroits. Mon peu d'intelligence dans les » Loix & les Canons a augmenté les difficultés; mais » j'ai fait de mon mieux, autant que mes forces en

XLIX. Edition de Vitus Amerpachius.

* Voyez la Préface du Nouveau Code des Loix anciennes.

* Voyez l'ibidem.

» cette partie & mes autres occupations me l'ont permis. » J'avoue que beaucoup d'autres auroient pu achever » cette édition plus heureuſement que moi, ſur-tout » pour ce qui regarde le fonds même des loix & des » Canons; mais ceux qui l'auroient entrepriſe, n'en ſe- » roient pas venus à bout ſi facilement, parce que ce tra- » vail exigeoit plutôt une certaine habileté dans l'art de » déchiffrer qu'une grande connoiſſance du Droit. Le » Lecteur équitable décidera ſi un ſavant Juriſconſulte » auroit pu faire mieux que moi en cette partie. Je com- » pte non ſeulement ſur l'indulgence des plus ſavans » hommes, mais j'oſe croire qu'ils loueront le ſoin que » j'y ai donné au milieu de mes occupations ſcholaſti- » ques, dans un temps ſur-tout où j'aurois pu entrepren- » dre quelque Ouvrage plus étendu, & peut-être plus » profitable à moi & aux miens, relativement au temps » actuel; & il faut l'avouer ingénuement, nous » ſommes ſouvent obligés, à défaut de fortune, de » tourner nos veilles du côté le plus lucratif ».

I. Capitulaires renfermés dans l'édition d'Amerpachius.

I. La Collection d'Amerpachius renferme 1°. le Capitulaire de l'an DCCLXXIX, diſtingué en XXIV chapitres; 2°. les trois Capitulaires de l'an DCCLXXXIX, entiers; 3°. le Capitulaire de l'an DCCXCIII ſur les affaires du Royaume d'Italie; 4°. les Capitules donnés à Nimegue en DCCCVI; 5°. les Capitules donnés aux Commiſſaires la même année; 6°. les Capitules extraits des Canons, qui dans mon édition ſont publiés après les Capitules de Nimegue; 7°. le chapitre LXXXIX de la loi des Ripuaires, qui ſe trouve auſſi parmi les Capitules de Charlemagne extraits de la loi des Lombards; 8°. les Capitulaires deux, trois & quatre de l'an DCCCIII, & les trois premiers Capitulaires de l'an DCCCV, avec le quatrieme Capitulaire d'une année incertaine, enfin l'Edit de l'Empereur Charles ſur l'honneur & le ſecours que les Comtes & les Juges doivent procurer aux Evêques, qui a été publié vers l'an DCCC. Viennent enſuite les huit Capitules de Charlemagne ajoutés à la Loi des Lombards, l'Epître de Charlemagne à ſon fils Pepin, Roi d'Italie, que j'ai rapportée à l'an DCCCVII. Suivent enſuite trois Capitules de Charlemagne ajoutés à la Loi des Lombards, dont deux ont été par moi publiés parmi les Capitules tirés de cette Loi; & le troiſieme, parce qu'il m'avoit échappé, a été ajouté à la fin du tome I, après la table & l'errata du Libraire. Après les Capitulaires de Charlemagne, on y rapporte ceux que Louis le Débonnaire publia en la XVIe année de ſon Empire. Cette Collection eſt terminée par un petit nombre de Capitulaires pris çà & là, & le Capitulaire de Lothaire qui confirme les Conſtitutions ci-deſſus. Jean Buſée, Prêtre de la Société de Jeſus, publia une ſeconde fois ce Recueil à Mayence en MDCII, à la fin des Lettres d'Hincmar; Goldaſt le publia également dans ſa Collection des Conſtitutions Impériales.

II. Collection de du Tillet, Evêque de Meaux.

II. Vers le même-temps Jean du Tillet, d'abord Evêque de S. Brieux, & enſuite de Meaux, Prélat plein de vertus, du jugement le plus ſain, & de la littérature la plus vaſte, à qui nous avons obligation d'un grand nombre d'éditions d'excellens Ouvrages, s'appliqua à donner une édition des Collections de l'Abbé Angéſiſe & du Lévite Benoît, & la fit imprimer à Paris en MDXLVIII. Cependant il s'arrêta au chapitre CCLXXXIX du livre VI; on en ignore le motif, quoique Pierre Pithou qui a vécu dans le même

pauços alios me potuiſſe conficere, præſertim quod ad hanc rem attinet; ſed qui voluiſſent, etiam non tam facilè habiti fuiſſent; & hic labor magis litterariam quandam induſtriam & peritiam poſtulabat, quàm exquiſitam aliquam Juris doctrinam. Jam verò an Juriſconſultus aliquis non ſingularis hîc potuerit meliorem operam navare quàm ego feci, æqui lectoris judicium eſto. Quare non tantùm veniam daturos mihi vel doctiſſimos puto, ſed etiam laudaturos meam ſedulitatem, quòd in mediis occupationibus ſcholaſticis hoc etiam onus in me ſuſceperim; præſertim cùm interim aliquod proprium opus lucubrare potuerim & multò longius, & fortaſſè mihi ac meis fructuoſius. ut nunc ſunt tempora; & hæc etiam ad quæſtum aliquandò, ut ingenuè verum fatear, conferre cogimur.

L. Collectio illa continet primò Capitulare anni DCCLXXIX. in XXIV. Capitula diſtinctum, tum Capitularia tria anni DCCLXXXIX. integra; tertio loco Capitulare anni DCCXCIII. de cauſis regni Italiæ; quartò Capitula data anno DCCCVI. ad Niumaga; quintò Capitula data Miſſis eodem anno ſextò, excerpta de Canone, quæ in editione noſtra edita ſunt poſt Capitula ad Niumaga; ſeptimò caput LXXXIX. legis Ripuariorum, quòd extat etiam inter Karoli Magni Capitula excerpta ex lege Longobardorum; octavò Capitulare ſecundum, tertium, & quartum anni DCCCIII, & priora tria Capitularia anni DCCCV, & Capitulare quartum incerti anni, tum edictum Karoli Imperatoris de honore & adjutorio Epiſcopis præſtando à Comitibus & aliis Judicibus, quod circà annum octingenteſimum editum eſt. Sequuntur poſteà Karoli Magni Capitula octo addita ad legem Longobardorum, tum epiſtola ejuſdem ad Pippinum filium Regem Italiæ, quam nos ad annum DCCCVII. retulimus; poſt quam ſequuntur Capitula tria Karoli Magni addita ad legem Longobardorum, quorum duo habentur inter Capitula à nobis excerpta ex eadem lege; tertium, quia nobis excidit, addidimus in fine tomi primi, poſt finem indicis & notationem de erratis Typographicis. Poſt Karoli Magni Capitula, deſcripta habentur Capitula quæ Ludovicus Pius edidit anno decimo ſexto imperii ſui. Poſtremò pauca quædam Capitula hinc indè collecta, & Lotharii Capitulum de confirmatione ſuperiorum Conſtitutionum. Hunc codicem poſteà Joannes Buſæus, Presbyter è Societate Jeſu, recudit Moguntiæ anno MDCII, ad calcem Epiſtolarum Hincmari, tum etiam Goldaſtus in collectione Conſtitutionum Imperialium.

LI. Eadem tempeſtate ſummi judicii vir ac litterarum virtutumque Antiſtes Joannes Tilius, Briocenſis dein ac Meldenſis Epiſcopus, cui editionem multorum bonorum librorum debemus omnes, cogitavit de edendis libris Capitularium ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita collectis, ac demùm eos prælo commiſit anno Chriſti MDXLVIII. in hac civitate Pariſienſi. Subſtitit tamen in capite CCLXXXIX. libri ſexti; quo caſu neſci-

mus, quamvis Petrus Pithœus, qui propior ei fuit, divinare conatus ſit. Attamen quamvis abſoluta perfectaque editio non fuerit, quædam illius exemplaria in lucem emiſſa ſunt, quibus hodiè fruimur, ità ut qui Romæ per ea tempora Gratiani collectioni, ut idem Pithœus ait, recognoſcendæ recenſendæque præfuerunt, iis uſi ſint, ſimul & Bellovacenſis exemplaris reliquiis, *quæ tum illi quidem*, addit idem Pithœus, *doctiſſimi Epiſcopi beneficio, inaccio verò noſtro nacti ſunt*, id eſt, beneficio Jacobi Amioti Epiſcopi Autiſſiodorenſis, ut ingenuè agnoſcunt Correctores Romani in indice librorum qui variis ex locis ſunt habiti, qui ſequitur poſt Præfationem: *Capitularium liber ſeptimus*, inquiunt illi, & *Capitularia adjecta, miſſa à Jacobo Amioto Epiſcopo Autiſſiodorenſi ex bibliotheca Eccleſiæ Bellovacenſis.* Habuerat etiam unum ejuſdem editionis exemplar vir celeberrimus & doctiſſimus Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis. *Ad manus meas*, inquit ille loquens de libris Capitularium, *pervenit hæc collectio mutila; namque ſex libri Pariſienſis editionis anni* MDXLVIII. *erant imperfecti: ſexti enim finis erat initium capitis* CCLXXXIX, *cùm tituli eſſent capitum* CCCXXX. *ſexti libri.* Habuerat, inquam, beneficio doctiſſimorum virorum Petri Ciaconii & Latini Latinii. Docet nos iſtud idem Latinius in Epiſtola ſcripta anno MDLXXVI. ad Auguſtinum. *Habebis*, inquit, *partim meâ, partim Chiaconii tui operâ, libellum Capitularium, mancum illum quidem & imperfectum, ſed ejus tamen modi cujus quotquot Lutetia huc ad nos adhuc miſſi ſunt, omnes planè fuerunt.* Septimi quoque libri & Capitularium adjectorum copiam ſe habuiſſe ab urbe Roma ſcribit Antonius Auguſtinus in loco ſuprà laudato. Subjungit enim: *Septimi verò libri exemplum, quod ab urbe Roma habui, multis capitibus erat deminutum. Ultimum ejus libri caput ſuprà ſcripſimus* CCCCLXXVIII. *cùm tituli capitum eſſent* DLVIII. *Sequebatur duplex collectio adjectorum Capitularium.* Itaque præter folia Tilianæ Capitularium editionis, miſſum quoque ad Auguſtinum fuit libri ſeptimi & Capitularium adjectorum exemplar, ex eo deſcriptum quod ex bibliotheca Eccleſiæ Bellovacenſis Romam pervenerat. Nam præterquàm quòd in Codice Bellovacenſi iſta extant prout ab Auguſtino commemorantur, docent Correctores Romani volumen Capitularium quod ex Gallia habitum eſt, habuiſſe titulos 558 capitum libri ſeptimi. *In indice libri ſeptimi Capitularium, numero* 494, (*nam capita ipſa à* 478 *uſque ad* 558 *in volumine quod ex Gallia habitum eſt, deſiderantur*) *hæc leguntur: Ne ſibi compatres & commatres Monachi faciant.* Hanc Tilii editionem quadraginta poſt annis perfecit & emiſit, magnum illud Franciæ noſtræ ornamentum Petrus, Pithœus. Quoniam verò Tilius & Pithœus plurima ſuſtulerunt ex libris Capitularium quæ ipſis ſuperflua viſa ſunt, & ordinem Anſegiſi & Benedicti ſæpè turbarunt, operæ pretium eſt heic adnotare quid ab illis præſtitum ſit in hac editione, quid verò culpandum eſſe videatur. Sed antequàm iſta exequar, & conſilium

Pithœus, in Præfatione ad Capitularia.

Ant. Auguſtin. in judicio de quibuſd. venerib. canon. collectoribus, & in lib. 2. de emendat. Grat. dial. 10.

Epiſtolæ Latinii, to. 2. pag. 166.

Non Corrector. Rom. in c. Monachi, diſt. 4. de conſecr. cap. 104.

ſiecle, ait eſſayé de le deviner. Cependant quoique cette édition ne fût pas finie, & fût imparfaite, le Public en eut quelques exemplaires dont nous jouiſſons aujourd'hui: de ſorte que ceux qui préſidoient alors à Rome, dit Pithou, à la réviſion & à la correction de Gratien, s'en ſervirent, auſſi-bien que des reſtes précieux d'un exemplaire de Beauvais, « qui leur fut » fourni ſur l'indication que j'en avois donnée, ajoute » Pithou, par la libéralité du très-docte Evêque », c'eſt-à-dire par la libéralité de Jacques Amyot, Evêque d'Auxerre; les Correcteurs Romains l'avouent eux-mêmes dans la Table des livres qui leur ont été procurés de différens endroits, laquelle ſuit la Préface, « Le livre VII des Capitulaires, diſent-ils, & les Ca» pitulaires y ajoutés, nous ont été envoyés par Jac» ques Amyot, Evêque d'Auxerre, qui les avoit tirés » de la Bibliotheque de l'Egliſe de Beauvais ». Antonius Auguſtinus, très-célebre & très-ſavant Archevêque de Tarragonne, avoit eu auſſi un exemplaire de l'édition de du Tillet; parlant des Capitulaires, il dit: » Cette Collection tronquée m'eſt tombée entre les » mains; car les ſix livres des Capitulaires de l'édition » donnée à Paris en MDXLVIII étoient imparfaits, puiſ» que le commencement du chapitre CCLXXXIX faiſoit » la fin du livre VI; or le livre VI a 330 titres». Ce Prélat, dis-je, le tenoit des très-ſavans hommes Pierre Ciaconius & Latinus Latinius. C'eſt ce que nous apprend la Lettre de Latinius écrite à Auguſtinus en MDLXXVI. « Vous devez, dit-il, en partie à moi, en partie à » votre ami Ciaconius le petit livre des Capitulaires: il » eſt défectueux & imparfait, mais tous les exemplai» res que nous avons reçus juſqu'ici de Paris, ſont ſem» blables à celui-là ». Antonius Auguſtinus dit auſſi qu'il reçut de Rome une copie du livre VII, & des Capitulaires y annexés: car il ajoute: « Il manquoit » pluſieurs chapitres au VIIe livre des Capitulaires qu'on » m'envoya de Rome; le dernier chapitre de ce livre » étoit le CCCCLXXIII^e, tandis qu'il a DLVIII. titres de » chapitres. Il y avoit enſuite deux Collections des Capi» tulaires y annexés ». Ainſi outre les feuilles imprimées de l'édition de du Tillet, Auguſtinus avoit reçu un exemplaire du livre VII & des Capitulaires y annexés, lequel exemplaire avoit été copié ſur celui qu'on avoit envoyé à Rome de la Bibliotheque de l'Egliſe de Beauvais. Car tout ſe trouve dans le manuſcrit de Beauvais comme Auguſtinus le raconte; & de plus les Correcteurs Romains diſent que le volume des Capitulaires qui leur fut envoyé de France, contenoit effectivement les 558 titres des chapitres du livre VII: » Dans la table du liv. VII des Capitulaires, nomb. 494, » (car les chapitres mêmes, depuis le 478 juſqu'au » 558, manquent dans le volume que nous avons reçu » de France), on lit ce qui ſuit: *Que les Moines ne* » *ſe donnent point des comperes & des commeres* ». Quarante ans après, Pierre Pithou, l'ornement de la France, perfectionna & publia cette édition de du Tillet; mais comme du Tillet & Pithou retrancherent des livres des Capitulaires pluſieurs choſes qui leur parurent ſuperflues, & bouleverſerent ſouvent l'ordre obſervé par Angéſiſe & par Benoît, il eſt à propos de remarquer ici ce dont on leur eſt redevable, & les reproches qu'on paroît être en droit de leur faire. Mais avant d'en venir-là, le plan de mon Ouvrage & l'ordre des temps exigent que je rende compte de l'édition des Capitulaires qui fut imprimée à Baſle.

Operis & ordo temporum poſtulat ut nonnulla dicamus de Baſileenſi Capitularium editione.

LII. Edition de Baſile-Jean Hérolde.

LII. Cette édition fut achevée en MDLVII. Baſile-Jean Hérolde publia les Capitulaires avec les autres Loix anciennes des Nations qui obéiſſoient alors aux Monarques François, & les tira de très anciens manuſcrits de la Bibliotheque de Fulde. On y trouve les Capitulaires de Charlemagne & de Louis le Débonnaire, recueillis par l'Abbé Angéliſe, comme on les trouve dans les anciens manuſcrits, excepté que le livre IV eſt en grande partie tronqué & imparfait; car il y manque 23 chapitres, c'eſt-à-dire depuis le XIIIe juſqu'au XXXVIe; il y manque encore le chapitre LXI & les autres du quatrieme livre. 2°. Vient enſuite dans l'édition de Baſle la Loi de Lothaire concernant les dîmes, que nous avons imprimée parmi les Capitules de Lothaire extraits de la Loi des Lombards. 3°. Les chapitres CXCVI, CXCVII, CXCIX, CCII & CCIV du livre V des Capitulaires. 4°. Le ſecond & le troiſieme Capitulaire de l'an DCCLXXXIX. 5°. Le Capitulaire de l'an DCCXCIII, ſur les affaires du Royaume d'Italie. 6°. Pluſieurs Capitules des années DCCCIII & DCCCVI. 7°. Le chapitre LXI du livre IV des Capitulaires & les autres chapitres juſqu'au LXXIV de ce même livre, ſi ce n'eſt qu'il y manque le LXXII. 8°. Viennent enſuite les chapitres LXVII & pluſieurs autres, tant du livre III que des autres livres, ſans aucun ordre. 9°. Suit la Préface, que l'on a coutume de mettre avant les huit Capitulaires de Charlemagne, qui ont été ajoutés à la Loi des Lombards. 10°. Les deux premiers chapitres du livre IV. 11°. Le premier Capitulaire de l'année DCCCXII. 12°. Le chapitre III du quatrieme livre, avec les autres chapitres du même livre. 13°. A la ſuite on trouve l'Edit de Charlemagne, publié vers l'an DCCC, concernant l'honneur qui eſt dû aux Evêques. 14°. Les trois Capitules que j'ai dit ci-deſſus avoir été ajoutés à la Loi des Lombards, lorſque j'ai rendu compte de l'édition des Capitulaires de Charlemagne par Amerpachius. 15°. Viennent enfin les trois Appendices du livre IV, & le Capitulaire de Louis le Débonnaire, publié en la ſeizieme année de ſon Empire. 16°. Cette Collection eſt terminée par les Capitulaires & les Conſtitutions de Pepin, Roi d'Italie, & des Empereurs Guy, Othon Premier; Henri II, Conrad Premier & Charles IV.

LII. Prodiit illa anno MDLVII, unà cum aliis antiquis legibus nationum quæ olim imperio parebant Francorum, quas Baſilius-Joannes Heroldus ex vetuſtiſſimis bibliothecæ Fuldenſis exemplaribus deſcripſit. Inter has igitur reperiuntur Capitularia Karoli Magni & Ludovici Pii ab Anſegiſo Abbate collecta, qualia nimirùm reperiuntur in veteribus libris, niſi quòd quartus liber magnâ ſui parte mutilus eſt & imperfectus; deſunt enim illic viginti tria capita, decimum tertium nimirùm & ſequentia uſque ad trigeſimum ſextum.; deeſt etiam ſexageſimum primum & reliqua libri quarti. Sequitur deindè in editione Baſileenſi lex Lotharii de decimis, quæ à nobis edita eſt inter Capitula Lotharii excerpta ex lege Longobardorum. Poſteà capita CXCVI, CXCVII, CXCIX, CCII, CCIV libri quinti Capitularium. Tum Capitulare ſecundum & tertium anni DCCLXXXIX, & Capitulare anni DCCXCIII de cauſis regni Italiæ, Capitula nonnulla anni DCCCIII & anni DCCCVI. Deindè ſequitur caput ſexageſimum primum libri quarti Capitularium & cætera uſque ad ſeptuageſimum quartum, niſi quòd ſeptuageſimum ſecundum deeſt. Poſteà repetuntur capita LXVII & alia nonnulla libri tertii & aliorum librorum, abſque ullo ordine. Poſt quæ ſequitur Præfatio, quæ poni ſolet antè Capitula octo Karoli Magni addita ad legem Longobardorum, & priora duo capita libri quarti, Capitulare primum anni DCCCXII, ac poſteà caput tertium libri quarti cum cæteris ejuſdem libri. His ſubnectitur edictum Karoli Magni de honore Epiſcopis præſtando, editum circà annum octingenteſimum, & Capitula tria quæ ſuprà, cùm de editione Conſtitutionum Karoli Magni ab Amerpachio facta ageremus, addita fuiſſe diximus ad legem Longobardorum. Poſt iſta omnia, leguntur Appendices tres libri quarti, & Capitulare anni XVI imperii Ludovici Pii. Poſtremò Capitularia & Conſtitutiones Pippini Regis Italiæ, Guidonis, Ottonis primi, Henrici ſecundi, Conradi primi & Karoli IV, Imperatorum.

To. 2. Capitular. pag. 339. c. 37.

LIII. Edition de Pierre Pithou.

LIII. Trente ans après, Pierre Pithou donna une nouvelle édition des Capitulaires, plus ample que les précédentes. Il ſuivit l'édition de du Tillet, & y ajouta les Capitules qui y manquoient. Tous les deux ont interpolé la Collection d'Angeſiſe: tous les deux ont retranché de la Collection de Benoît pluſieurs chapitres qui étoient répétés en pluſieurs endroits. Benoît avoit prévu qu'il ſe trouveroit un jour des Critiques qui n'approuveroient pas cette répétition; car il s'en eſt excuſé très-ſagement dans ſa Préface de cette maniere: « Nous avertiſſons le Lecteur que s'il trouve » dans cette Collection des Capitules répétés deux fois » ou même trois fois, il ne doit pas l'imputer à notre » ignorance: car comme nous l'avons déja dit, nous les » avons trouvés répétés de la ſorte dans différens » exemplaires ». Antoine Contius & pluſieurs autres Savans ayant trouvé pluſieurs de ces répétitions dans quelques-unes des Novelles de Juſtinien, publiées par Haloandre, crurent que ces paſſages avoient été mal-à-propos répétés en pluſieurs

LIII. Triginta poſt annis Petrus Pithœus novam & ampliorem Capitularium editionem procuravit, Tilianam imitatus, quam auxit Capitulis quæ deerant in iſta. Uterque verò interpolavit collectionem Anſegiſi; ex collectione verò Benedicti Levitæ plurima Capitula omiſerunt, quia videbant illa in aliis ejuſdem operis locis reperiri. Prævidit Benedictus futuros qui non probarent; itaque hàc ſapienti excuſatione apud eos uſus eſt in præfatione ſua: *Monemus ergò Lectores, ut ſi eadem Capitula duplicata vel triplicata reperierint, non hoc noſtræ imperitiæ reputent, quia, ut, diximus, diverſis ea in ſchedulis invenimus.* Cùm illiuſmodi legum repetitiones Antonius Contius & alii quidam deprehendiſſent in nonnullis Juſtiniani Novellis ab Haloandro editis, putarunt verba in his locis repetita huc perperam fuiſſe relata, adeòque tolli debere. Quorum opinionem temeritatis arguit

Leunclav. lib. 1. Novell. c. 249. & 296.

Joannes Leunclavius, non abſimile vero videri aiens res eaſdem nonnunquam duabus aut pluribus in Novellis repeti, & hæc ipſa quæ illic damnantur, reperiri etiam in libris Baſilicorum. Idem profectò accidit in hac Benedicti collectione; nam cùm ille deſcriberet Capitularia regia prout ea inveniebat in ſchedulis ſuis, efficere non potuit quin plurima etiam bis aut ter deſcriberet, quia Principes ſæpè renovabant aut ſuas aut ſuorum Prædeceſſorum leges, quemadmodum videmus in Capitularibus Regum noſtrorum. Nam Karolus Magnus, exempli gratiâ, plurimas leges ſancivit deſcriptas ad verbum ex iis quas Pippinus pater tulerat, plures verò ex iis quas ipſe promulgaverat, renovavit iiſdem omninò verbis quibus uſus anteà fuerat. Itaque nihil detrahendum erat Collectioni Benedicti, nihil mutandum. Etenim ut omittam quòd in Capitulis detractis variæ lectiones ſunt ab iis quæ leguntur in Capitulis à Tilio & Pithœo retentis, nonnulla interdùm ſunt in omiſſis quæ in aliis non extant, adeòque his careamus contrà mentem auctorum. Probanda autem res eſt exemplis. Tilius, & poſt eum Pithœus, caput CCLXXVI libri quinti Capitularium, quod eſt mutilum in antiquis Benedicti Levitæ exemplaribus, retulerunt ità mutilum ut invenerant; niſi quòd cùm in antiquis illis exemplaribus caput *Quicunque decimam* referatur ex capite LVII libri primi Capitularium, ubi non extat, hunc numerum mutaverunt, & pro LVII ſuppoſuerunt CLXIII, putantes ſenſum illius capitis eſſe in capite libri primi ab eis laudato. Et tamen certum eſt caput iſtud libri primi, quod eſt CLVII in editione noſtra, diverſum omninò ſenſum habere à ſententia capitis. *Quicunque decimam.* Itaque ad ſupplendum hiatum qui extat in hoc capite, repetendum illud erat, uti nos fecimus, in additione quarta, ubi extat integrum. Verùm quoniam Pithœus primam illius partem videbat jàm eſſe editam in libro quinto, putavit ſupervacaneum eſſe hoc caput repetere in additione, non animadvertens plurima iſthic reperiri quæ in libro quinto deſunt, & præterea diſcrimen etiam eſſe in prima parte capitis inter editiones quæ extant in libro quinto & in additione quarta.

LIV. Similis error à Pithœo commiſſus eſt occaſione capitis CXCVIII libri quinti, in quo agitur de novis & decimis, vel cenſu Eccleſiarum. Extabat illud bis in collectione Capitularium, ſemel quidem in libro quinto, & deindè in additione quarta. Quoniam verò maxima illius pars reperiebatur in libro quinto, putavit Pithœus omnia illic eſſe quæ in additione quarta extant: quod tamen verum non eſt; nam in capite CXXXII illius additionis benè multa leguntur quæ neque ſuperflua videri poſſunt, neque rejici debent à nobis. Sunt enim addita autoritate publicâ, & vim legis habent.

LV. Rursùm iidem Tilius & Pithœus caput CVIII libri ſexti omiſerunt, quia jàm

endroits, & que par conſéquent il falloit les retrancher. Jean Lenclave taxe leur opinion de témérité, & dit qu'il ne doit point dutout paroître ſurprenant que les mêmes choſes ſoient répétées deux ou pluſieurs fois dans les Novelles, parce que les répétitions que ces critiques ont blâmées, ſe trouvent répetées dans les livres des Baſiliques. La même choſe s'applique à la Collection de Benoît; car comme il rapportoit les Capitulaires royaux tels qu'il les trouvoit dans les manuſcrits qui étoient entre ſes mains, il n'a pas pu faire autrement que de rapporter deux ou trois fois les mêmes, parce que nos anciens Rois renouvelloient ſouvent leurs Loix ou celles de leurs Prédéceſſeurs, comme nous le voyons dans les Capitulaires de nos Rois. Par exemple, Charlemagne fit pluſieurs Loix qu'il tira mot pour mot de celles de Pepin, ſon pere; il renouvella auſſi dans les mêmes termes quelques-unes de ſes propres Loix. Il ne falloit donc rien retrancher de la Collection de Benoît, ni y rien changer: car, ſans trop s'appeſantir ſur ce que dans les Capitules retranchés, il y a différentes leçons qui ſe trouvent dans les Capitules conſervés par du Tillet & par Pithou, il y a pluſieurs choſes dans les Capitules omis qui ne ſe trouvent point parmi ceux qui ont été conſervés, & par conſéquent ces Savans nous en ont privé contre leur propre intention. Je vais prouver par des exemples ce que j'ai avancé. Le chapitre CCLXXVI, qui eſt tronqué dans les anciens exemplaires de Benoît Lévite, a été rapporté par du Tillet, & après lui par Pithou tel qu'il eſt, ſi ce n'eſt que dans les anciens exemplaires le chapitre *Quicunque decimam* étant rapporté comme tiré du chapitre LVII du premier livre des Capitulaires, où il n'eſt pas, ils ont changé le nombre du chapitre, & ont mis CLXIII pour LVII, dans l'idée que le ſens de ce chapitre étoit le même que celui du chapitre du livre premier qu'ils ont retenu. Il eſt cependant certain que ce chapitre du livre premier, qui eſt le CLVII[e] de mon édition, a un ſens tout différent du chapitre *Quicunque decimam.* Ainſi, pour remplir le vuide qui eſt dans ce chapitre, il falloit le répéter en entier, comme je l'ai fait dans la quatrieme addition. Mais comme Pithou voyoit que la premiere partie de ce chapitre ſe trouvoit déjà dans le livre V, il crut qu'il étoit inutile de le répeter dans l'addition, ne faiſant pas attention qu'on y trouve pluſieurs choſes qui manquent dans le livre V, & qu'il y a en outre des différences dans la premiere partie de ce chapitre, entre les termes rapportés dans le livre V & ceux contenus dans l'addition IV.

LIV. Pithou a commis une faute ſemblable à l'occaſion du chap. CXCVIII du livre V, où il eſt queſtion des neuviemes & des dîmes & du cens dû aux Egliſes. Il étoit répété deux fois dans la Collection des Capitulaires, il ſe trouvoit une fois dans le Livre V, & une autre fois dans l'addition IV. Mais, parceque la majeure partie de ce Chapitre ſe trouvoit dans le Livre V, Pithou crut qu'il renfermoit en cet endroit tout ce qui étoit contenu dans l'addition IV qui lui reſſembloit, ce qui pourtant n'eſt pas véritable; car dans le chapitre CXXXII de cette addition on lit beaucoup de choſes qui ne ſe trouvent pas dans le chapitre du livre V, qui ne paroiſſent point inutiles, & qui par conſéquent ne doivent point être rejettées. En effet, elles ont été ajoutées par l'autorité publique, & elles ont force de loi.

LIV. Fautes échappées à Pithou.

LV. Du Tillet & Pithou ont encore omis le chapitre CVIII du livre VI, parce qu'il avoit déjà été rap-

LV. Erreurs communes à du Tillet & à Pithou.

porté dans le livre V. Cependant il y a une grande différence entre ces deux éditions ; car outre qu'on lit dans le livre VI, *& ipſe officio fiſci ſervire cogatur*, tandis que dans le chapitre CCCLXXIX du livre V on lit, *& ipſe officio præſidis ſervire cogatur*, il y a dans le livre VI cette clauſe importante que du Tillet & Pithou ont omiſe : « Et ce Moine ne ſera reçu dans aucun » autre Monaſtere ſans la permiſſion de ſon Abbé & » de ſon Evêque ». Les Editeurs des Capitulaires ne devoient pas ſupprimer cette clauſe importante qui s'y trouve effectivement, & conſtate l'uſage des Monaſteres : car, comme les Savans l'ont remarqué avant moi, anciennement les Moines ne pouvoient point être transférés d'un Monaſtere dans un autre ſans la permiſſion de leur Abbe & de l'Evêque Diocéſain. Cependant l'Auteur de la clauſe s'eſt trompé ſur le vrai ſens des paroles dont il l'a compoſée : car il eſt certain que le chapitre dont il s'agit, a été pris des Novelles de Juſtinien, qui ont un ſens tout différent, comme je le dirai dans mes notes, pag. 1222. du tome II de cette édition.

LVI. Interpolations faites par du Tillet & Pithou.

LVI. Du Tillet & Pithou, guidés par une erreur toute oppoſée, ont ajouté pluſieurs choſes au chapitre CVI du livre VI qui ne ſe trouvent point dans les anciens exemplaires. On lit dans les anciens Manuſcrits : « Il en ſera de même des infirmes & des pénitens ; ils » ſeront réconciliés à l'article de la mort, & on leur » donnera le ſaint Viatique. » On lit ce paſſage de même dans les Canons d'Iſaac, Evêque de Langres. Cependant du Tillet & Pithou ont publié ce chapitre en ces termes : « Il en ſera de même des infirmes & » des pénitens ; à l'article de la mort *on leur adminiſtrera le Sacrement de l'Extrême-Onction*, & on » leur donnera le ſaint Viatique. » J'avoue que les termes qui ont été ajoutés dans ce chapitre, ſe trouvent dans le Capitulaire de l'an DCCLXIX, & dans le chapitre CXXXII du livre VII des Capitulaires, & que par conſéquent du Tillet & Pithou ne ſont pas coupables quant au ſens du chapitre. Mais cela ne m'empêche pas de ſoutenir que cette addition ne devoit pas être transpoſée du livre VII au livre VI, parce qu'il peut très-bien ſe faire que lorſqu'on fit cette Loi, ce qui arriva peut-être avant le temps de Charlemagne, la clauſe de l'adminiſtration du Sacrement de l'Extrême-Onction ne ſe trouvât pas dans ce chapitre, & qu'elle eût été ajoutée dans la ſuite par Charlemagne en DCCLXIX.

LVII. Autres interpolations faites par les mêmes.

LXVII. Ces hommes célebres ont fait la même faute en rapportant le chapitre CLIX du livre VI ; car les anciens Manuſcrits portent ſimplement : « Les en» fans des affranchis ſeront admis en témoignage. » Du Tillet & Pithou ont lu : « Les enfans des affranchis » ſeront admis en témoignage *à la troiſieme génération.* » Je ſais que cette reſtriction ſe trouve au chapitre CCCLII du même livre, & qu'elle a été transpoſée en conſéquence par du Tillet, qui a omis ce chap. CCCLII dans ſon édition. Mais j'aurois mieux aimé les donner toutes deux, que d'interpoler le chapitre CLIX contre l'eſprit de l'Auteur & du Compilateur, car dans le Code de la loi des Wiſigoths, d'où ce chapitre a été tiré, on lit ſeulement : « Les enfans des affranchis » ſeront de toutes manieres admis en témoignage. » On lit de même non-ſeulement dans les éditions imprimées de la loi Wiſigothe, mais auſſi dans les anciens Manuſcrits.

LVIII. Omiſſions faites par les mêmes.

LVIII. du Tillet & Pithou ont encore ſupprimé du

deſcriptum habebatur in quinto. Attamen magnum inter utramque editionem diſcrimen eſt ; nam præterquàm quòd in libro ſexto legitur, *& ipſe officio fiſci ſervire cogatur*, cùm in quinto ſcriptum ſit, *& ipſe officio Præſidis ſervire cogatur*, in ſexto additur clauſula magni momenti, quam Tilius & Pithœus non habent, nimirùm hæc : *Et in alio monaſterio ipſe non recipiatur ſine Abbatis ſui & Epiſcopi proprii licentia.* Clauſula illa omitti non debuit ab Editoribus Capitularium, cùm in illis reperiatur. Conflata autem eſt ex uſu monaſteriorum : Monachi enim antiquitùs aliò transferri non poterant ſine Abbatis ſui & Epiſcopi proprii licentia, uti jàm obſervatum eſt à viris doctis. Et tamen aberratum eſt ab Auctore clauſulæ in vero ſenſu verborum ex quibus illam confecit. Quippè certum eſt caput, de quo nunc agimus, eſſe ſumptum ex Novellis Juliani Anteceſſoris, quæ diverſum omninò ſenſum habent, ut alibi monuimus.

Vide Notas noſtras, p. 1222.

LVI. Diverſo errore iidem nonnulla addiderunt in capite CVI libri ſexti, quæ in antiquis exemplaribus non habentur. Etenim hæc eſt lectio veterum exemplarium : *Similiter de infirmis ac pœnitentibus, ut morientes ſine reconciliatione & Viatico non deficiant.* Quo etiam modo legitur in Canonibus Iſaaci Epiſcopi Lingonenſis. Attamen Tilius & Pithœus in hoc loco ſic ediderunt : *Similiter de infirmis ac pœnitentibus, ut morientes ſine ſacrati olei unctione & Viatico non deficiant.* Scio verba heic addita reperiri in Capitulari anni DCCLXIX & in capite CXXXII libri ſeptimi Capitularium, adeòque Tilium & Pithœum extrà culpam eſſe quoad ſenſum capitis. Illud tamen contendo, verba hæc in librum ſextum tranſferri non debuiſſe ex ſeptimo, cùm fieri facilè poſſit ut quo primùm tempore lata eſt hæc lex, quod fortaſsis contigit antè Karoli Magni tempora, clauſula de ſacrati olei unctione non extaret in capite illo, quæ poſteà addita fuerit anno DCCLXIX. à Karolo Magno.

Iſaac, tit. IV. cap. 6. infrà, pag. 1238.

LVII. Eandem culpam commiſerunt iidem viri clariſſimi in capite CLIX ejuſdem libri ſexti ; nam cùm veteres libri heic habeant ſimpliciter : *Qui verò de eiſdem fuerint progeniti, ad teſtimonium admittantur*, Tilius & Pithœus ediderunt, *ad teſtimonium à tertia generatione admittantur.* Scio hanc clauſulam reperiri infrà in capite CCCLII hujus libri, & hinc tranſlatam huc eſſe à Tilio, qui ſecundam illam capitis iſtius editionem propterea omiſit. Sed ego maluiſſem utramque dare, quam priorem interpolare contrà mentem auctoris & collectoris. Nam in Codice legis Wiſigothorum, ex quo caput iſtud ſumptum eſt, hæc tantùm leguntur : *Qui verò de iiſdem fuerint procreati, omninodis ad teſtimonium admittantur.* Sic enim illic omninò legitur, non ſolùm in vulgatis editionibus, ſed etiam in antiquis exemplaribus.

Lib. 3. Capitular. c. 12. & lib. 5. c. 364.

LVIII. Caput CCLXXIX ejuſdem libri ſexti

ab illis ſuppreſſum eſt, quia jàm editum fuerat in libro tertio ; & ob eandem rationem omiſſum quoque ab illis eſt in editione libri quinti. Et tamen animadvertere debebant editionem libri tertii non habere clauſulam quæ in quinto & ſexto reperitur. Nequè verò ſatisfactum puto iſtarum rerum curioſis, quòd eam clauſulam inter uncos repoſuerunt poſt finem Capituli in libro tertio. Quippè veterum lucubrationes arbitrii noſtri ita non ſunt, ut ſupplere nobis liceat eorum lapſus aut hiatus, uti ſæpè dictum à nobis eſt occaſione emendationum quas viri cæterà eruditiſſimi Correctores Romani fecerunt in contextu locorum quos Gratianus in Opere ſuo retulit.

LIX. In eodem libro ſexto, capite CCCLXXXII, deſcriptum eſt caput quoddam ex lege Bajuvariorum, quod iſti non ediderunt, quia jàm conſtituebat caput CCCXLI libri quinti. Quòd ſi viri docti obſervaſſent editionem libri ſexti nonnulla habere quæ in libro quinto non extant, haud dubiè aut illa tranſtuliſſent in librum quintum, aut caput illud rursùm poſuiſſent in ſexto ; cùm enim Codex legis Bajuvariorum, ex quo ſumptum eſt hoc caput, clauſulam illam non habeat quæ extat in capite libri ſexti quod mox laudavimus, probabile eſt Principem qui excerpta Capitula è lege Bajuvariorum probavit, iſtam clauſulam non inſeruiſſe in ſuo edicto ; quæ poſteà alio tempore addita eſt, quia neceſſaria videbatur.

LX. Audaciores iidem fuerunt in conjungendis capitibus LXXIII & LXXV ejuſdem libri ſexti. Nam cùm in antiquis Capitularium exemplaribus ità diviſa ſint ſicuti nos edidimus, ac prætereà Iſaac Lingonenſis partem illam capitis LXXV, quam Tilius & Pithœus addiderunt capiti LXXIII, referat conſequenter poſt primam partem ejuſdem capitis LXXIII, manifeſtum eſt diſtingui debere. Immò graviùs heic quodam modo peccarunt viri clariſſimi, quàm in aliis locis ubi Capitularium textum interpolaverunt & mutaverunt : detraxerunt enim nonnulla ut conſequentem orationem conſtituerent. Legantur tantùm capita illa ex editione noſtra, & conferantur cum Tiliana & Pithœana, quæ ſic habet : *Placuit omni ſynodali conventui ut nullus Presbyterorum ampliùs quàm unam Eccleſiam ſibi vindicare præſumat ; quia ſicut quiſque ſecularis non ampliùs quàm unam habere debet uxorem, ità & unuſquiſque Presbyter non ampliùs quàm unam habere debet Eccleſiam.* Itaque ut caput LXXIII colligare poſſent cum poſteriori parte capitis LXXV, ſuſtulerunt verba illa: *Quapropter omnibus placuit ut nullus Presbyter ampliùs quàm unam Eccleſiam ſibi vindicet*, quia illorum ſenſus habebatur in capite ſuperiori. Hoc verò non eſt edere tandi ac detrahendi quod animo collubitum eſt ſuo.

Iſaac, de ſ. cap. 23 & 2

LXI. Præter errata illa communia inter Tilium & Pithœum, nonnulla ſunt quæ Pithœi tantùm ſunt ; etenim cùm Tilius non abſolverit editionem Capitularium, neque ad-

livre VI le chapitre CCLXXIX, parce qu'il ſe trouvoit déjà dans le livre III. Par la même raiſon, ils l'ont encore omis dans le livre V ; cependant ils auroient dû faire attention qu'il y a dans le chapitre CCLIV du livre V, & dans le chapitre CCLXXIX du livre VI, une clauſe qui ne ſe trouve point dans le chapitre XII du livre III. Je ne crois pas qu'ils aient ſuffiſamment ſatisfait la curioſité des Lecteurs, en inſérant la clauſe dont il s'agit entre deux crochets à la fin du chapitre XII du livre III. En effet, nous ne ſommes pas tellement les maîtres des Ouvrages des anciens, qu'il nous ſoit permis de corriger leurs fautes ou de ſuppléer à notre gré les lacunes de leurs écrits, comme nous l'avons dit ſouvent au ſujet des corrections que les reviſeurs de Gratien, hommes d'ailleurs très-habiles, ſe ſont permis de faire dans les textes que ce canoniſte avoit rapportés dans ſon Recueil.

LIX. Continuation du même ſujet.

LIX. Au chapitre CCCLXXXII du livre VI étoit tranſcrit un chapitre tiré de la loi des Bavarois, que du Tillet & Pithou n'ont pas voulu publier à ſa place, parce qu'il ſe trouvoit déjà au chapitre CCCXLI du livre V. Si ces Savans euſſent fait attention que le chapitre du livre VI renfermoit ſur la fin pluſieurs choſes qui ne ſe trouvent point dans le chapitre du livre V, certainement ou ils auroient reporté cette fin dans le chapitre du livre V, ou ils auroient encore inſeré ce chapitre dans le livre VI ; car puiſque la loi Bavaroiſe d'où ce chapitre eſt pris, ne contient point la fin du chapitre dont il s'agit, il eſt probable que le Prince qui approuva les Capitules tirés de la loi des Bavarois, n'inſéra point cette clauſe dans ſon Edit, mais que cette clauſe ayant paru néceſſaire enſuite, fut ajoutée dans un autre temps.

LX. Autres fautes de du Tillet & de Pithou.

LX. Du Tillet & Pithou ont été encore plus hardis de joindre enſemble les chap. LXXIII & LXXV du livre VI ; car puiſque ces chapitres étoient diviſés comme je les ai publiés, & qu'Iſaac, Evêque de Langres, rapporte dans un article ſéparé, après la premiere partie du chapitre LXXIII, la partie du chapitre LXXV qu'ils ont ajoutée au chapitre LXXIII, il eſt évident qu'il ne faut pas les joindre enſemble. Ces hommes célebres ont même fait une faute plus conſidérable dans cet article que dans tous les autres endroits qu'ils ont interpolés & changés ; car ils ont retranché pluſieurs choſes pour y mettre le texte ci-après. Pour en être convaincu, on n'a qu'à comparer les deux chapitres de mon édition avec le chapitre des éditions de du Tillet & de Pithou, dont voici les termes : « Il a plu au Concile qu'un » Prêtre n'ait pas dorénavant la témérité de s'attacher » à plus d'une Egliſe ; car de même que chaque Laïque » ne doit avoir qu'une femme, de même auſſi un Prê» tre ne doit avoir qu'une Egliſe. » Auſſi pour pouvoir lier le chapitre LXXIII avec la derniere partie du chapitre LXXV, ont-ils retranché ces paroles : « C'eſt pour» quoi il a plu à tous qu'aucun Prêtre n'ait plus d'une » Egliſe, » parce que le ſens de cette phraſe ſe trouvoit dans le chapitre précédent. Or ce n'eſt pas donner une édition des Capitulaires, que de s'attribuer le droit d'y ajouter ou de retrancher à ſa fantaiſie.

Capitularia, cùm licentiam ſibi quiſque ſumit mu-

LXI. Fautes perſonnelles de Pithou.

LXI. Outre ces fautes communes à du Tillet & à Pithou, il y en a quelques-unes qui ſont propres à ce dernier ; car puiſque du Tillet n'a pas terminé ſon édition des Capitulaires, & n'a pas publié les Addi-

tions ; s'il y a quelques fautes dans les Additions, elles ſont de Pithou ſeul. Or ce Savant s'eſt trompé quelquefois ; car il a omis les chapitres XLVI & LXXXII de l'addition IV, qui ne ſe trouvent point ailleurs dans toute la Collection des Capitulaires. Cependant ces chapitres ſont d'une grande importance, ayant été pris du Concile de Mayence tenu en DCCCXIII, & du VIe. Concile de Paris, d'où ſont tirés preſque tous les Capitules que Benoit a inſérés dans ſa collection, & même une grande partie de ceux de l'Addition II.

LXII. Juſteſſe des reproches faits à du Tillet & à Pithou, confirmée par l'autorité de ce dernier.

LXII. La juſteſſe des reproches que j'ai faits à du Tillet & à Pithou peut être confirmée par l'autorité de ce dernier ; car Pithou ayant rapporté au chapitre CXLIII du livre VI (qui eſt le chapitre CXLV de mon édition) un canon de l'Egliſe d'Afrique au ſujet des clercs qui recourent à l'autorité ſéculiere, il l'a encore inſéré dans le livre VII & dans l'addition IV, parce que dans ces deux derniers endroits ce canon eſt lu un peu différemment que dans le livre V. Pithou a repeté au chapitre CCCCVI du livre VI le chapitre CXV du même livre, abſolument dans les mêmes termes, excepté que le chapitre CXV eſt un peu plus correct que le chapitre CCCCVI. Si donc ſa methode de retrancher les chapitres qui ſe reſſembloient, eût été bonne, il n'auroit pas dû publier deux fois le même chapitre dans le même livre. Ce Savant a encore rapporté dans l'addition IV le chapitre CXXXIII du livre V, & ſuivant le même plan il auroit dû le retrancher de l'addition IV.

LXIII. Edition de François Pithou.

LXIII. Après les éditions de du Tillet & de Pierre Pithou, eſt venue celle de François Pithou qui fut imprimée en MDCIII. Ce dernier a refondu les deux premieres, & les a encore interpolées & corrompues, ſous prétexte de les corriger. Je vais le prouver par quelques exemples. Dans les anciens Manuſcrits & dans l'édition de Baſle, on lit au chapitre XXIII du livre III, *quia latro eſt & infidelis noſter & Francorum.* Cette leçon eſt confirmée par les Capitulaires de Charles le Chauve, où on lit de même, *quia latro eſt & infidelis eſt noſter & Francorum.* Du Tillet & Pierre Pithou avoient conſervé les mêmes expreſſions, *qui latro eſt & infidelis eſt noſter & Francorum.* Yves avoit encore lu de la même maniere, ſi ce n'eſt qu'il avoit omis ces deux mots *latro &.* Mais François Pithou a cru devoir corriger cet endroit par le Code de la loi des Lombards, où on lit : *quia qui latro eſt, infidelis eſt in noſtro regno Francorum.* C'eſt pourquoi il a mis dans la collection d'Angeliſe, *quia latro & infidelis eſt noſtro regno Francorum.*

LXIV. Changement fait par François Pithou.

LXIV. François Pithou a changé les dernieres paroles du chapitre CLXVIII du livre V, qui eſt tiré du Concile de Mayence, célebré par ordre de Charlemagne. Les anciens Manuſcrits des Capitulaires, le Concile de Mayence, tenu durant l'Epiſcopat de Rhaban, Reginon, Burchard & Yves, ont retenu les paroles du Concile qui ſont ci-après, & que du Tillet & Pierre Pithou avoient conſervées : *Nec unquam ampliùs conjugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri.* Cependant du temps de Reginon il s'étoit gliſſé une autre leçon, qu'Yves même & Gratien avoient ſuivie en ces termes : *Eos disjungi, & ulteriùs nunquam conjugio copulari præcipimus.* François Pithou n'a retenu ni l'une ni l'autre de ces leçons, mais il en a

ditiones ediderit, ſi quid in illis peccatum eſt, ſolius Pithœi culpa fuit. Iſte verò heic quoquè lapſus eſt ; omiſit enim capita XLVI & LXXXII additionis quartæ, quæ alibi non extant in univerſa Capitularium collectione. Sunt tamen illa magnæ auctoritatis, cùm ſumpta ſint ex Concilio Moguntino habito anno DCCCXIII, & ex Concilio Pariſienſi ſexto, ex quo ſumpta ſunt pleraque Capitula eorum quæ Benedictus retulit in ſua collectione, imò etiam magna pars eorum quæ leguntur in ſecunda additione.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 14. Concil. Pariſ. VI. lib. 3. cap. 2.

LXII. Juſtiſſimam porrò eſſe querelam à nobis inſtitutam adversùs Tilium & Pithœum confirmari poteſt iſtius auctoritate ; nam cùm is in libro ſexto, cap. CXLIII. (quod in editione noſtra eſt CXLV.) retuliſſet Canonem Africanum de Clericis ad Judices ſeculares confugientibus, rursùm illum edidit in ſeptimo & in additione quarta, quia in his duobus poſtremis locis legitur paulò aliter quàm in editione quæ extat in libro ſexto. Idem caput CXV libri ſexti iterùm deſcripſit in cap. CCCCVI ejuſdem libri, iiſdem omninò verbis ; niſi quòd editio prioris capitis paulò emendatior eſt quàm ſequens. Itaque ſi methodus detrahendi capita ſimilia fuit tenenda, haud dubiè caput illud edendum non erat in duobus locis ejuſdem libri. Idem caput CXXXIII libri quinti rursùm edidit in additione quarta. Debuerat autem omitti ſecundùm eandem methodum.

Lib. 7. c. 234. Addit. IV. c. 65.

LXIII. Poſt editionem Tilianam & primam Pithœanam, altera ſucceſſit Franciſci Pithœi anno MDCIII deſcripta ex illis duabus, ſed rurſum interpolata & corrupta per ſpeciem emendationis. Probandum autem illud eſt aliquot exemplis. In libro tertio, capite XXIII, legitur in antiquis exemplaribus & in editione Baſileenſi : *quia latro eſt & infidelis noſter & Francorum* : quam lectionem confirmant Capitula Karoli Calvi, ubi ſic habetur : *quia latro eſt, & infidelis eſt noſter & Francorum.* Et Tilius quidem & Petrus Pithœus ità repoſuerant : *quia latro & infidelis eſt noſter & Francorum.* Quo etiam fermè modo legerat Ivo, niſi quòd has duas voces *latro &* omiſit. At Franciſcus Pithœus hunc locum putavit eſſe corrigendum ex Codice legis Longobardorum, ubi ità habet : *quia qui latro eſt, infidelis eſt in noſtro regno Francorum.* Itaque ſic ipſe repoſuit apud Anſegiſum : *quia latro & infidelis eſt noſtro regno Francorum.*

Addit. IV. c. 77. Capitula Karoli Calvi, tit. 14. c. 6. Ivo, par. 16. c. 261. Lib. 1. leg. Longob. tit. 25. c. 75.

LXIV. Idem mutavit poſtrema verba capitis CLXVIII libri quinti, quod deſcriptum eſt ex Concilio Moguntiaco, juſſu Karoli Magni celebrato. Veteres autem Capitularium libri, tum etiam Concilium Moguntinum ſub Rhabano celebratum, Regino, Burchardus & Ivo, retinuerunt verba Concilii, quæ ſic habent : *nec unquam ampliùs conjugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri :* quo modo ediderunt Tilius & Petrus Pithœus. Irrepſerat tamen ætate Reginonis alia lectio, quam Ivo quoquè & Gratianus ſecuti ſunt, iſta nimirùm : *eos disjungi, & ulteriùs nunquam conjugio copulari præcipimus.* Neutram verò iſtarum lectionum

Concil. Mogunt. c. 50. Regino, lib. 2. c. 197. Burchard. lib. 17. c. 9. Ivo, par. 9. c. 71. Regino, lib. 2. c. 225. Ivo, par. 9. c. 77.

num retinuit Franciſcus Pithœus; ſed aliam repoſuit quam alibi reperire non potui, ità ſcribens: *Nec unquam ampliùs conjugio ſub magna diſtrictione copulari.*

LXV. Addamus adhuc unum exemplum mutationum in Capitularibus factarum à Franciſco Pithœo. Refert Benedictus Levita in libro quinto, cap. CCCLXXVIII, Conſtitutionem Novellam Juſtiniani, quæ LXXIX eſt apud Julianum Anteceſſorem in editione Antonii Auguſtini, LXXIII in editione Franciſci Pithœi. Et Benedictus quidem non retulit verba ipſa Juliani, ſed ſenſum tantùm. In fine verò, ubi pœna ſtatuitur adversùs eos qui legem non obſervaverint, ſcripſit: *Si quis hanc Conſtitutionem violaverit in Magiſtratu poſitus, decem librarum auri pœnâ multabitur. Si exſecutor eſt, in catenis Eccleſiarum recludatur pœnas luiturus, & officium perdat.* Sic etiam legit Auctor Additionis tertiæ: & ſanè ità legitur in omnibus antiquis Capitularium exemplaribus & in editionibus Tilii & Petri Pithœi. At Franciſcus, qui fontem iſtius Conſtitutionis noverat, quia Julianum ediderat, vocem *catenis* hinc ſuſtulit, & *decanicis* repoſuit, quia Julianum Anteceſſorem voce illâ uſum eſſe conſtabat in epitome Novellarum Juſtiniani.

Addit. III. a. 59.

LXVI. Meliùs nos, ut arbitror, qui Collectiones Anſegiſi & Benedicti Levitæ ac Additiones quatuor tales repræſentavimus quales ab auctoribus earum compoſitæ fuerunt, & ſecundùm numeros à Ludovico Pio, Karolo Calvo, Hincmaro, Iſaaco, Reginone, Concilio Trolleiano, Fulberto, & Ivone adnotatos. Itaque deinceps difficile non erit reperire Capitula à vetuſtis illis auctoribus recitata ex libris Capitularium. Operæ autem pretium eſt adnotare undè mihi conſilium iſtius operis, quâ occaſione captum, quibus auxiliis perfectum, quid denique ego præſtiterim pro virium mearum tenuitate.

LXVII. Illuſtriſſimus vir Petrus de Marca, Archiepiſcopus Pariſienſis, qui in commemoratione ſtudiorum lucubrationumque mearum jure meritòque frequenter occurrere ſolet, ut erat ſummo Dei dono natus ad hæc ſtudia, quæ mirificè promovit, exemplum mihi dedit ut ad ea me converterem, ac etiam velut ſupremæ voluntatis tabulis curam mihi impoſuiſſe viſus eſt emendandi novâque editione donandi Capitularia Regum noſtrorum. Nam cùm is olim ſummi Magiſtratûs locum pro Chriſtianiſſimo Rege noſtro Ludovico teneret in Hiſpania Tarraconenſi, inveniſſetque in bibliotheca monaſterii Rivipullenſis vetus exemplar Capitularium, mutuò illud accepit, & nonnulla ex eo deſcribi juſſit nondum edita. Cùm autem anno MDCLI peſtilentia Barcinonem invaſiſſet, iſque poſt ſeptennium adminiſtrationis ſuæ deponere provinciam vellet, codicem illum Barcinone reliquit, & ad monaſterium Rivipullenſe reportari juſſit: quod ità factum eſt ut ille imperaverat. Verùm cùm memoria vetuſti illius codicis identidem animo ejus obverſaretur, valdèque cuperet hinc emendare libros Capitularium, uſus eſt vir litterarum amantiſſi-

leurs, & dont voici les termes : *Nec unquam ampliùs conjugio ſub magna diſtrictione copulari*

LXV. J'ajouterai encore un autre exemple des changemens que François Pithou a faits dans les Capitulaires. Benoît Lévite rapporte au chap. CCCLXXVIII du liv. V une Novelle de Juſtinien, qui eſt la LXXIXe dans le Juriſconſulte Julien de l'édition d'Antonius Auguſtinus, & la LXXIIIe. de l'édition de François Pithou. Il eſt vrai que Benoît a rapporté le ſens, & non les paroles mêmes de Julien. Or, ſur la fin, où eſt décernée la peine contre les infracteurs de la Loi, il s'exprime ainſi : « Si quelqu'un des Magiſtrats viole cette Conſtitution, il » payera une amende de dix livres d'or. Si c'eſt celui » qui exécute les ordres du Magiſtrat, il ſera mis dans » les priſons des Egliſes pour y expier ſa faute, & il » perdra ſon office. » L'Auteur de l'Addition III lit de la même maniere : effectivement c'eſt la leçon de tous les anciens Manuſcrits, & des éditions de du Tillet & de Pierre Pithou. Mais François Pithou, qui connoiſſoit la ſource où avoit été priſe la Conſtitution, parce qu'il avoit donné une édition de Julien, a ôté du paſſage ci-deſſus le mot *catenis*, pour y ſubſtituer celui de *decanicis*, parce que cette derniere expreſſion avoit été employée par Julien dans les l'abrégé des Novelles de Juſtinien.

LXV. Commentation du même ſujet.

LXVI. Pour moi je penſe avoir mieux fait de donner au Public les Collections d'Angeſiſe & de Benoît, & les quatre Additions telles qu'elles ſont ſorties des mains de leurs Auteurs, & de conſerver les nombres de Louis le Débonnaire, de Charles le Chauve, d'Hincmar, d'Iſaac, de Reginon, des Concile de Troſli, de Fulbert & d'Yves. Par ce moyen il ne ſera pas dorénavant difficile de trouver les Capitules que ces anciens Compilateurs ont tirés du livres des Capitulaires. Je dois maintenant rendre compte d'où & à quelle occaſion m'eſt venue l'idée de recueillir les Capitulaires, quels ſont les ſecours qui m'ont été fournis, & ce que j'ai fait, ſelon ma capacité, pour perfectionner cette Collection.

LXVI. On n'a pas dû innover en publiant les livres des Capitulaires.

LXVII. Lettres illuſtre Pierre de Marca, Archevêque de Paris, que je me rappelle ſouvent, & à juſte titre, lorſque je parle de mes études & de mes travaux littéraires, avoit les plus heureuſes diſpoſitions pour ce genre d'étude, dans lequel il s'eſt merveilleuſement diſtingué. Il m'inſpira par ſon exemple le goût des mêmes études, & me donna comme un ordre exprès & ſacré de publier une nouvelle édition des Capitulaires de nos Rois plus correcte que celles qui avoient paru juſqu'alors. En effet, dans le temps que ce Prélat étoit Commiſſaire du Roi en Catalogne, il trouva dans la Bibliotheque du Monaſtere de Ripol un ancien exemplaire des Capitulaires qu'on lui prêta, & il en fit tranſcrire pluſieurs morceaux qui n'avoient pas encore été imprimés. Mais en MDCLI, la peſte ayant ravagé Barcelone, il quitta au bout de ſept ans l'adminiſtration dont il avoit été chargé dans cette province, & fit reſtituer le Manuſcrit à l'Abbaye qui le lui avoit confié. Il ne le perdit cependant pas de vue, & comme il ſouhaitoit ardemment en faire uſage pour corriger les Capitulaires, il profita de l'occaſion que lui fourniſſoit la commiſſion dont le Roi l'honora pour fixer les limites de la France & de l'Eſpagne, dans cette partie des Monts-Pyrénées qui diviſe le Diocèſe de Tarragone, de celui de Narbonne. De Marca écrivit le 8 Mars MDCLX au Marquis de Mortaram, Viceroi en Catalogne, des lettres pleines de politeſſe & d'honnêteté par

LXVII. Pierre de Marca m'a fait naître le deſſein de publier une nouvelle édition des Capitulaires. Découverte du Manuſcrit de Ripol.

Pierre du Pont, Abbé d'Arlas : il chargea cet Abbé de demander de ſa part au Marquis la communication du Manuſcrit de Ripol qui contenoit les Capitulaires de nos Rois, parce qu'il déſiroit le conférer avec les éditions imprimées, comme il l'avoit entrepris lorſque la peſte l'obligea de quitter Barcelone. Le Marquis répondit très-gracieuſement qu'il feroit chercher ce Manuſcrit, & qu'il le lui adreſſeroit auſſi-tôt qu'on l'auroit découvert. Cependant de Marca ne le reçut que le 3 du mois de Septembre, la veille de ſon embarquement ſur la Garonne pour deſcendre à Bordeaux, & delà ſe rendre à Paris. Etant donc montés dans la barque la veille des Nones (le 4 Septembre), nous commençâmes à conférer le Manuſcrit avec l'édition des Capitulaires publiés par Pithou. De Marca liſoit le Manuſcrit, & j'avois en main l'édition de Pithou ſur laquelle j'écrivois les variantes. Les quatre jours de notre navigation furent employés à cette occupation. La collation finie, le Manuſcrit de Ripol fut envoyé à Toulouſe, & delà reporté à Barcelone, & reſtitué à ceux à qui il appartenoit. Ce Manuſcrit contient les cinq premiers livres des Capitulaires, quelques Capitulaires de Louis le Débonnaire & de Charles le Chauve, les Capitules de * Walterius, Evêque d'Orléans, quelques Epitres d'Hincmar, Archevêque de Rheims, & enfin l'hiſtoire de la tranſlation des reliques de Saint Etienne. Voici le titre des Capitulaires : « Commence la Préface du Sei-» gneur Abbé Angeſiſe, qu'il compoſa pour les Em-» pereurs Louis & Lothaire ſon fils, deux livres de la » Loi eccleſiaſtique, & deux autres livres de la Loi » civile. »

* Gualterii.

mus occaſione delegationis regiæ ad inveſtigandos Galliæ & Hiſpaniæ limites in ea Pyrenæorum montium parte quæ Tarraconenſes à Narbonenſibus dividit. Tum verò ad Marchionem Mortaram, qui tum Cataloniam vice Regis Hiſpaniarum tenebat, litteras benevolentiæ & humanitatis plenas ſcribens anno MDCLX, die octavâ Martii, per clariſſimum virum Petrum à Ponte, Abbatem Artalarum, iſti in mandatis dedit ut ſuo nomine Marchionem rogaret uti ſecum communicari procuraret Rivipullenſe Capitularium exemplar, quòd conferre illud cuperet cum libris editis, uti facturus erat niſi peſtis eum coegiſſet excedere Barcinone. Ad quæ Mortara perhumanè reſpondit curaturum ſe ut liber ille quæratur in monaſterio Rivipullenſi, miſſurum porrò ſe illum ſtatim ac inventus foret. Attamen miſſus non eſt antè ſequentem menſem Auguſtum; acceptuſque à Marca eſt Toloſæ III. nonas Septembris, pridiè quàm Garumnæ ſe committeret, Burdegalam primò, indè Lutetiam petiturus. Ergò cymbam ingreſſi pridiè nonas, librum Capitularium contulimus cum editione Pithœana, Marca vetus exemplar legente, me verò Pithœanam illam editionem tenente & varias lectiones ſcribente. Quatriduum illud quo navigavimus abſumptum eſt in hoc opere. Tum liber Rivipullenſis miſſus Toloſam, & hinc delatus Barcinonem, poſſeſſoribus ſuis reſtitutus eſt. Continet autem hic liber priores quinque libros Capitularium, tum aliquot Capitula Ludovici Pii & Karoli Calvi, Capitula Walterii Epiſcopi Aurelianenſis, & aliquot Hincmari Archiepiſcopi Remenſis epiſtolas, poſtremò hiſtoriam de tranſlatione reliquiarum ſancti Stephani. Titulus hic eſt Capitularium : *Incipit Præfatio libri Domni Anſegiſi Abbatis, quem compoſuit ad Domnum Ludovicum & Lotharium ejus filium, Imperatores, de ordine Eccleſiaſtico libros duos, & de mundana lege alios duos.*

LXVIII. Manuſcrit de Colbert & ſon importance.

LXVIII. Lorſque je pris ſoin de la Bibliotheque de Colbert, j'y trouvai un très ancien & très-bon exemplaire des Capitulaires, qui contient les cinq premiers livres, quelques chapitres du livre VI, & quelques autres chapitres du livre VII. J'ai conféré avec ſoin ce Manuſcrit avec l'édition des Capitulaires publiés par Pithou, & j'ai recueilli très-précieuſement les différentes leçons que j'y ai remarquées. Le titre des Capitulaires qui manque dans le plus grand nombre des anciens Manuſcrits, comme l'a remarque Pierre Pithou, ſe trouve ainſi dans le Manuſcrit de Colbert : « Au nom du Chriſt, commencent les Capi-» tules des Rois & des Evêques, & principalement de » tous les nobles François. » Mais le teſte qu'on lit dans l'édition de du Tillet, ne ſe trouve point dans cet ancien exemplaire.

LXVIII. Cùm autem poſteà acceſſiſſem ad curandam bibliothecam Colbertinam, in eaque inveniſſem vetuſtiſſimum & optimum exemplar Capitularium, in quo priores quinque libri extant & nonnulla Capitula libri ſexti, itemque aliquot libri ſeptimi, contuli hunc codicem cum editione Capitularium Pithœana, diligenter notatis variis lectionibus. Titulus porrò Capitularium, qui in multis antiquis libris nullus eſt, ut etiam obſervavit Petrus Pithœus, ità habet in codice Colbertino: *In Chriſti nomine. Incipiunt Capitula Regum & Epiſcoporum, maximèque nobilium omnium Francorum.* Cætera verò quæ heic habentur in editione Tiliana, in iſto veteri exemplari non extant.

LXIX. Autres Manuſcrits.

LXIX. Peu de temps après, la Bibliotheque du Roi acquit les Manuſcrits qui avoient appartenu au Cardinal Mazarin, parmi leſquels étoit l'ancien exemplaire dont du Tillet s'étoit ſervi pour ſon édition; il étoit corrigé & interpolé de ſa main, afin qu'on découvrit aiſément d'où peut venir ce qu'on trouve entre deux crochets dans ſon édition & dans celle de Pithou. Or ce Manuſcrit contient les ſept livres des Capitulaires, mais ils ſont très-imparfaits, comme l'avoit obſervé Pithou; ce qu'il ne faut pourtant appliquer qu'aux trois derniers livres. Ce Manuſcrit renferme encore les trois dernieres Additions, mais elles n'y ſont pas plus entieres.

LXIX. Haud ità multò poſt in bibliothecam regiam delati ſunt libri manuſcripti qui fuerunt Eminentiſſimi Cardinalis Julii Mazarini; inter quos repertus eſt is ipſe vetus codex quo Tilius uſus eſt in editione ſua Capitularium, ejus manu emendatus & interpolatus, ut facilè appareat undè fluxerint quæcunque inter uncos reperiuntur in editione ejus & in Pithœana. Continet autem iſte codex libros ſeptem Capitularium, ſed valdè imperfectos, ut admoniſſe viſus eſt Pithœus. Quod tamen intelligendum eſt de tribus poſterioribus libris. Habet præterea tres ultimas additiones, & has etiam non integras.

LXX. Ex operâ à me navatâ in libris Capitularium ad vetera illa exemplaria emendandis facilè intellexi non uti nos hodiè collectionibus Anſegiſi & Benedicti Levitæ quales ab illis compoſitæ fuerunt, & multa à ſuis locis avulſa fuiſſe ut aliò transferrentur, multa etiam in ipſis Capitularibus addita, à quibus deſcribendis conſultò abſtinuerant iidem Anſegiſus & Benedictus. Itaque decrevi omninò veterem editionem reducere in uſum, reſtituere quæ à doctiſſimis virìs detracta fuerant, detrahere quæ ab illis addita. Quod nolim ut ità quis interpretetur, ac ſi magnorum virorum & de re publica litteraria optimè meritorum judicia damnarem, cùm contrà eorum virtutibus aſſurgam, eorum memoriam ſanctiſſimè venerer ac colam. Verùm quoniam pluribus adhuc exemplaribus opus eſſe videbatur ad conficiendam optimam editionem, alia conquiſivi, & duo vetuſtiſſima reperi in bibliotheca Thuana, quorum uno uſum fuiſſe Petrum Pithœum conſtabat; quippe ex ejus bibliotheca in Thuanam delatum olim fuerat. In exemplari porrò illo deſcripti habentur priores libri quatuor Capitularium, duæ priores Appendices libri quarti, & quatuor Additiones. In Thuano nihil aliud habetur præter quatuor Anſegiſi libros, cum tribus appendicibus libri quarti.

LXXI. Antonius Sanderus, in libro cui titulum fecit *Bibliotheca Belgica manuſcripta*, admonuit, pag. 352, extare in bibliotheca Monaſterii Camberonenſis in Hannonia veterem librum ſic inſcriptum: *Caroli Magni Imperatoris Chriſtianorum, & Ludovici filii ipſius & Clotarii Cæſaris Statuta.* Hunc quoquè codicem nos habuimus beneficio RR. PP. Prædicatorum in vico ſancti Honorati Pariſiis commorantium, in quorum bibliotheca nunc ſervatur. Continet tantùm priores quinque libros Capitularium, ut Rivipullenſis.

LXXII. Jam anteà adnotaveram Joachimum Vadianum & Jacobum Gretſerum mentionem facere codicum bibliothecæ ſancti Galli, in quibus Capitularia continerentur. Nam Vadianus quidem eorum mentionem facit in libro ſexto Aphoriſmorum de Euchariſtia, pag. 215: *Extat*, inquit, *apud nos Sangalli antiquus Anſegiſi Lobienſis Codex.* Et in libro primo de collegiis monaſteriiſque Germaniæ veteribus, pag. 12: *Extat Sangalli vetuſtiſſimus Codex ſtylo inculto & barbaro ſcriptus, qui & Salicam & Ripuariam & Alemannicam continet. Extant ibidem Anſegiſi libri de legibus Caroli & Ludovici, ex quibus plurima deſcripſimus.* Gretſerus verò in apologia pro Cardinale Baronio, cap. 3. pag. 325, ait habere ſe Capitularium apographum ex bibliotheca S. Galli. Itaque commodum accidit ut eodem fermè tempore quo Codex Camberonenſis mecum communicatus eſt, incideret in manus meas catalogus librorum celeberrimi monaſterii ſancti Galli in Helvetia, in quo adnotatos reperi quoſdam codices in quibus Capitularia Regum noſtrorum continebantur. Equidem ut facile erat concipere deſiderium videndi hos libros, ità difficile

LXX. A meſure que je faiſois des recherches pour corriger ſur les anciens Manuſcrits les livres des Capitulaires, je me perſuadois de plus en plus que nous ne poſſédions pas aujourd'hui les Collections d'Angeſiſe & de Benoît Lévite telles qu'elles étoient ſorties de leurs mains, que pluſieurs paſſages avoient été tirés de leur place pour être portés en d'autres endroits, & qu'on y avoit encore ajouté des articles qu'Angeſiſe & Benoît avoient évité avec ſoin de rapporter. Je pris donc la réſolution de refondre entiérement l'ancienne édition, de reſtituer ce que les ſavans Editeurs avoient ſupprimé, & de retrancher ce qu'ils y avoient ajouté. Je ſerois bien fâché qu'on pût croire que j'ai voulu blâmer la conduite de ſi grands hommes qui ont rendu des ſervices importans à la République des Lettres, tandis qu'au contraire je me ſens encouragé par leur exemple, & que ſuis plein de reſpect & de vénération pour leur mémoire. Comme il paroiſſoit que j'avois beſoin d'autres exemplaires pour donner une bonne édition, j'en recherchai d'autres, & j'en trouvai deux très-anciens dans la Bibliotheque de de Thou, il eſt conſtant que l'un a ſervi à Pierre Pithou; car il avoit autrefois été transféré de ſa Bibliotheque dans celle de de Thou. Or, dans cet exemplaire, l'on trouve les quatre premiers livres des Capitulaires, les deux premiers appendices du livre IV, & les quatre additions. Dans celui de de Thou, il n'y a que les quatre livres d'Angeſiſe & les trois appendices du livre IV. LXX. Autres Manuſcrits.

LXXI. Antoine Sanderus, annonça dans ſon ouvrage intitulé, *Bibliotheca Belgica manuſcripta*, p. 352, qu'il y avoit dans la Bibliotheque du Monaſtere de Camberon en Hainault, un ancien Livre qui avoit pour titre: « Les Statuts de Charlemagne, Empereur des Chré- » tiens, de Louis ſon fils & du Céſar Lothaire. » Je me procurai ce Manuſcrit par le crédit des Révérends Peres Jacobins de la rue Saint-Honoré de Paris, dans la Bibliotheque deſquels il eſt aujourd'hui. Il contient ſeulement les cinq premiers livres des Capitulaires, comme le Manuſcrit de Ripol. LXXI. Manuſcrit de Camberon.

LXXII. J'avois déjà remarqué que Joachim Vadianus & Jacques Gretzer faiſoient mention d'un Manuſcrit de la Bibliotheque de Saint-Gal, dans lequel étoient les Capitulaires. Vadianus en fait mention dans le livre VI de ſes Aphoriſmes ſur l'Euchariſtie, pag. 215: « Nous avons, dit-il, à Saint-Gal un an- » cien Manuſcrit d'Angeſiſe de Lobes ». Il en parle auſſi dans le livre I des anciens Colleges & Monaſteres de Germanie, pag. 12, en ces termes: « Il y a à » Saint Gal, un très-ancien Manuſcrit, d'un ſtyle » antique & barbare, qui contient la Loi Salique, la » Loi des Ripuaires, & la Loi des Allemands; il s'y » trouve auſſi les livres d'Angeſiſe concernant les Loix » de Charles & de Louis, dont j'ai tiré beaucoup de » choſes. » Gretzer, dans ſon Apologie pour le Cardinal Baronius, chap. 3, pag. 325, dit qu'il a en ſa poſſeſſion un Manuſcrit des Capitulaires qui vient de la Bibliotheque de Saint-Gal. Il arriva heureuſement que dans le temps que le Manuſcrit du Monaſtere de Camberon me fut communiqué, il tomba entre mes mains un catalogue des livres de la célebre Abbaye de Saint-Gal en Suiſſe où je trouvai effectivement qu'on faiſoit mention de certains Manuſcrits qui renfermoient les Capitulaires de nos Rois. Autant j'eus d'empreſſement d'avoir communication de ces Manuſcrits, autant il paroiſſoit difficile de l'obtenir, à LXXII. Manuſcrit de Saint Gal.

cauſe de la diſtance des lieux. Je crus devoir recourir à l'autorité de l'illuſtre & excellent homme, Jean-Baptiſte Colbert, le pere des Lettres, & des Littérateurs, qui, par l'entremiſe de Melchior Arod de Saint-Romain, alors Ambaſſadeur de France près le Corps Helvetique, obtint que ces Manuſcrits me fuſſent envoyés à Paris. J'eus donc de ces pays pluſieurs Manuſcrits très-anciens, deux ſur-tout qui contenoient les livres des Capitulaires. Mais l'un ne renfermoit que le IIIe & le IVe livre, avec trois appendices du livre IVe; & dans l'autre on trouve les cinq premiers livres, les cent premiers chapitres du livre VI, & les trois appendices du livre IV. Il y avoit en outre un ancien exemplaire du Capitulaire d'Aix-la-Chapelle de DCCLXXXIX, & pluſieurs Capitules de Louis le Débonnaire qui n'avoient pas encore été imprimés, les Eglogues d'Amalaire ſur l'Office de la Meſſe, & pluſieurs Capitules ſur la Vie Monaſtique qui ont été imprimés, pag. 1380 & 1387 du tome II de cette edition. Il me vint en outre des pays Helvétiques un tres-ancien Manuſcrit des Lettres de Ruric, Evêque de Limoges, & de Didier, Evêque de Cahors, d'où Henri Canifius les tira pour les publier dans le tome V de ſes *antiqua Lectiones.* *

* Tome I. de la nouvelle edition, publiée par Baſnage en 1725.

videbatur eos obtinere à locis longo intervallo remotis. Effecit tamen auctoritas illuſtriſſimi & excellentiſſimi viri Joannis Baptiſtæ Colberti, litterarum hodiè litteratorumque parentis, ut codices illi huc ad me perferrentur, operam præcipuè in hoc ſuam conferente viro illuſtriſſimo Melchiore Arod à ſancto Romano, qui tum Chriſtianiſſimi Regis noſtri Legatus erat apud Helvetios. Hinc itaque habui plurimos codices antiquiſſimos, duos autem in primis in quibus libri Capitularium deſcripti erant. Sed in uno eorum extabant tantùm liber tertius & quartus, & tres appendices libri quarti. In alio habentur libri quinque priores & centum priora capita libri ſexti, tum etiam appendices tres libri quarti. Hinc præterea habui vetus exemplar Capitularis Aquiſgranenſis anni DCCLXXXIX, & aliqua Ludovici Pii Capitula nondùm edita, Eclogas Amalarii de officio Miſſæ, tum etiam nonnulla Capitula ad Monachos pertinentia, quæ in appendice tomi ſecundi edita ſunt. Denique, præter cætera, hinc etiam habui vetuſtiſſimum codicem epiſtolarum Rurici Epiſcopi Lemovicenſis, & Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis, ex quo eaſdem epiſtolas edidit Henricus Canifius in tomo quinto antiquæ lectionis.

LXXIII. Manuſcrit de l'Egliſe de Beauvais.

XCIII. J'ai éclairci, comme il convenoit, cette Collection par des notes, qui contiennent les differentes leçons des anciens manuſcrits & des éditions imprimées; je ne les ai pas toutes rapportées, mais j'ai ſeulement fait uſage de celles qui m'ont paru de quelqu'importance. Outre cela, j'ai rendu compte dans ces notes des raiſons qui m'avoient fait preferer les leçons que j'ai inſerées dans le texte, & j'ai tâché de les confirmer par des exemples & des autorités. A l'egard des paſſages qui étoient difficultueux, ou qui avoient été altérés par les fauſſes interprétations des Editeurs, je les ai expliqués, ſi je ne me trompe, ſelon l'eſprit des Auteurs d'où ils ont été tirés, & j'en ai par ce moyen déterminé le ſens véritable. J'ai quelquefois intepreté les mots obſcurs & barbares, ſouvent je les ai négligés, en ayant été détourné par mes autres occupations, & ſur-tout parce que je ſavois que le célébre & ſavant Charles du Freſne penſoit ſérieuſement à publier ſon ample Gloſſaire ſur les Ecrivains de la moyenne & de la baſſe latinité, attendu depuis long-temps par les ſavans, & qui s'imprime aujourd'hui avec ſoin. Le Lecteur y trouvera facilement l'explication des termes les plus difficiles qui ſont répandus dans ma Collection.

XCIV. Obſervations ſur l'Appendice que j'ai ajouté.

XCIV. Enfin, ſuivant mon uſage, j'ai ajouté à ce Recueil un Appendice conſidérable des Actes anciens, qui contient quelques Opuſcules concernant les

datius ex autographo ejuſdem Pithœi, quod mecum humaniſſimè communicavit ampliſſimus Præſes Parlamenti Pariſienſis, Claudius Pelleterius. Sequuntur deindè Jacobi Sirmondi Notæ ad Capitularia, & Notæ Hieronymi Bignonii ad Legem Salicam & ad veteres Formulas Marculfi & aliorum qui cum illo ſolent conjungi.

XCII. Supereſt igitur ut explicemus quid à nobis præſtitum ſit in hac Capitularium Formularumque veterum collectione & editione. Primò itaquè & Capitularia & Formulas accuratè & eâ diligentiâ quâ major adhiberi non potuit, contulimus cum vetuſtis codicibus quorum ſuperiùs facta mentio eſt, eorumque ope veteres editiones emendavimus. Deindè conati ſumus indicare in margine fontes Capitularium, veluti ſunt Concilia, Decreta Patrum, Leges populorum, ipſa Capitularia. Poſteà adnotavi etiam loca quæ ex Capitularibus referuntur à vetuſtis ſcriptoribus Theodulfo, Epiſcopo Aurelianenſi, Hincmaro, Archiepiſcopo Remenſi, Herardo Archiepiſcopo Turonenſi, Iſaaco, Epiſcopo Lingonenſi, Reginone, Abbate Prumienſi, Burchardo, Epiſcopo Wormatienſi, Fulberto & Ivone, Epiſcopis Carnotenſibus, ac demùm à Gratiano, Canonum ac Decretorum collectore. Quoniam verò in tanto Capitulorum numero difficile fuit omnia aſſequi, & plurima nobis exciderunt quorum originem non adnotavimus, plerorumque tamen poſteà fontes invenimus, quos aut in notis aut in additionibus ad notas retulimus, aut certè de his admonuimus inter errata. Porrò quanti nobis conſtiterit totum illud negotium, quàm durè ac malè grati laboris fuerit, tui judicii erit, Lector erudite. Ego ſanè malo factum nunc eſſe, quàm infectum.

XCIII. Totum hoc opus notis meis illuſtravi, ut par erat, in quibus refero varias lectiones ex antiquis codicibus manuſcriptis & editionibus, non quidem omnes, ſed eas tantùm quæ viſæ ſunt eſſe alicujus momenti. Lectionum præterea in contextu receptarum rationem reddidi, eaſque confirmare conatus ſum auctoritate & exemplis. Poſtremò ea loca quæ aliquid habebant difficultatis, vel quibus detortæ aliorum interpretationes vim intulerant, explicavi ex mente, ut opinor, auctorum à quibus accepta ſunt, indicato vero eorum ſenſu. Vocabula barbara & obſcura aliquandò interpretatus ſum, ſæpè neglexi, tum quia impeditus ſum per alias occupationes meas, ſed præcipuè quia videbam clariſſimum doctiſſimumque virum Carolum Dufreſnium ſerio cogitare de edendo locupletiſſimo, & diù ab eruditis expetito, Gloſſario ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis, quod nunc ſub prælo eſt, & elegantiſſimis characteribus excuditur. In hoc opere Lector facile reperiet explicationem vocabulorum difficiliorum quæ in noſtra collectione occurrent.

XCIV. Poſtremò addidi pro more inſtitutoque meo Appendicem Actorum veterum valdè illuſtrem ac locupletem. Opuſcula nem-

pè aliquot de rebus ad ecclesiasticas ceremonias pertinentibus, quædam Capitula de Institutionibus monasticis, Præcepta Regum, Episcoporum Decreta & Epistolas, Placita Comitum & Scabinorum, Missorum Dominicorum, Vassorum regalium, & alia multa istius generis. Undè autem sumpta illa sint, indicavimus in margine. Illud tamen admonemus, eorum quæ ex chartulariis accepta sunt magnam partem nobis suppeditatam esse à clarissimo viro Antonio Vione Herovallio, cujus frequens occurrit mentio, cùm in libris à nobis editis, tùm in lucubrationibus eorum qui litteris nostris operam dant. Sunt autem nonnulla in hac Appendice quæ anteà quidem edita fuerant, sed valdè depravata ac mutila, ideòque nos illa putavimus esse recudenda. Istiusmodi sunt Judicium pro Daniele, Archiepiscopo Narbonensi, latum anno DCCLXXXIII adversùs Milonem Comitem; Præceptum Ludovici Pii, quo confirmat auctoritatem Archiepiscopi Senonensis in monasteria diœceseos Senonensis; Charta dotis quam Folradus constituit Helegrinæ sponsæ suæ; Præceptum Karoli Calvi pro quibusdam Hispanis; Epistola Joannis VIII ad Adalgarium, Episcopum Augustodunensem, & Libellus dotis Micræ filiæ Joannis. Hæc, inquam, quæ multis anteà mendis scatebant, emendata & suppleta à nobis sunt ope veterum librorum. Reliqua omnia nunc primùm edita sunt.

Appendix Actor. veterr. tit. 16. 18. 43. 59. 102. 147.

XCV. Habes, erudite Lector, rationem consilii institutique mei in edendis Capitularibus & Formulis antiquis, & quibus auxiliis quibusve laboribus opus istud perductum fuerit ad finem. Puta autem optimâ fide versatum esse me in recensendis, & ad vetera exemplaria castigandis iisdem Capitularibus & Formulis, nullumque veterem codicem nominasse me quem non contulerim cum editis, verbum è verbo. Quæ verò nunc primùm prodeunt, ego ipse illa descripsi meâ manu; & quæ in pluribus antiquis libris reperta sunt, ea cum singulis exemplaribus contuli. Ad Notas meas quod attinet & Præfationem, ità velim existimes me nullius odio aut gratiâ quicquam scripsisse. Veritatem semper & ubique sequor, quantùm mihi licet per tenuitatem ingenii mei. Modestiam quoquè servavi, si quando dissentire coactus sum à placitis doctorum virorum; quorum sententias & opiniones quum refello, id sæpè facio cum aliqua præfatione honoris, semper absque insectatione. Hæc te monere volui, Lector: Vale.

Cérémonies Ecclésiastiques, quelques Capitules touchant les Institutions Monastiques, des Préceptes des Rois, des Décrets des Evêques, des Ordonnances des Comtes & des Echevins (qui étoient les Assesseurs & les Conseillers des Comtes, & les Juges des Villes), les Réglemens des *Missi Dominici*, des Domestiques du Roi, & plusieurs autres pieces de ce genre. J'ai indiqué en marge les dépôts d'où j'ai tiré ces Actes. Je préviens cependant que la plupart des pieces tirées des Cartulaires, m'ont été fournies par le célebre Antoine Vion Heroval, dont il est souvent fait mention dans les Ouvrages que j'ai publiés, & dans ceux des Savans qui s'appliquent au même genre que moi. Plusieurs des pieces contenues dans cet Appendice avoient déja été imprimées, mais comme elles avoient été fort corrompues & tronquées, j'ai cru qu'il étoit à propos de les réimprimer. De ce nombre sont le Jugement rendu en DCCLXXXIII en faveur de Daniel, Archevêque de Narbonne; contre le Comte Milon; le précepte par lequel Louis le Débonnaire confirme l'autorité de l'Archevêque de Sens sur les Monasteres de son Diocese; la Charte de la dot que Folrade constitua à Hélegrine sa femme; le Précepte de Charles le Chauve accordé à certains Espagnols; la Lettre de Jean VIII à Adalgaire, Evêque d'Autun, & le Contrat de la dot de Micza, fille de Jean. Toutes ces pieces, qui étoient auparavant pleines de fautes, ont été par moi corrigées & complettées sur les anciens manuscrits; mais les autres Actes de l'Appendice sont publiés aujourd'hui pour la premiere fois.

XCV. J'ai rendu compte au Lecteur des motifs qui m'ont déterminé à entreprendre une nouvelle édition des Capitulaires & des Formules anciennes, du plan que j'ai suivi dans cette édition, des secours que j'ai reçus, & des peines que m'a données ce travail. On doit être bien persuadé que j'ai de bonne foi extrait & corrigé les Capitulaires & les Formules sur les anciens exemplaires, & que je n'ai nommé aucun manuscrit que je ne l'aye collationné mot à mot avec les éditions imprimées. J'ai moi-même copié les pieces qui paroissent pour la premiere fois, & j'ai conféré soigneusement avec chacun des exemplaires imprimés les pieces qui se trouvoient dans d'anciennes éditions. L'envie de critiquer ou la complaisance n'ont eu aucune part à mes Notes & à ma Préface: je n'ai recherché en tout que la vérité autant que mes foibles talens l'ont permis. Lorsque je n'ai pu me dispenser de combattre les opinions des Savans, je l'ai fait avec réserve; je les ai toujours réfutées sans fiel, souvent même en faisant l'éloge de ceux qui les ont adoptées. Mon but est rempli; adieu, Lecteur.

XCV. Conclusion de cette Preface.

FINIS PRÆFATIONIS.

FRAGMENTUM

De vita, moribus et scriptis viri Cl. Stephani Baluzii (1), *ex ipsius Autographo editum.*

Quamvis optimè sciam me non esse hominem tantorum meritorum ut Posteritatis interesit nosse quis aut cujas fuerim, tamen quia multi viri docti de me perquàm honorificè locuti sunt in lucubrationibus suis, fierique propterea facilè potest ut sicut nos hodiè solerti curâ inquirimus in vitam eorum qui præteritis temporibus doctrinæ & eruditionis famâ inclaruerunt, ita qui post nos futuri sunt, cùm in doctissimorum hominum libris viderint præclaram nominis mei mentionem, scire fortassis volent quis ille fuerit de quo tanta opinio surrexit inter bonarum Litterarum Professores, constitui breviter enarrare quæ mihi ab initio contigêre memoratu digna, quibus parentibus editus sim, quæve fuerint studiorum meorum incunabula, sub quibus adoleverint, quibus adjumentis ad eam quam dixi famam pervenerim.

Igitur natus sum Tutelæ Lemovicum in prima Aquitania, anno MDCXXX, antè diem VIII. Kal. Decembris, ex clara & antiqua apud nostrates familia, patre Joanne-Karolo Baluzio, præstantissimo Jurisconsulto (2), matre Catharinâ Teyssieriâ, singularis profectò exempli feminâ. Id enim verè de ea prædicare liceat extrà omnem formulam.

Annus ille infamis fuit fame & pestilentiâ. Ista cives ex urbibus, quæ propterea desertæ erant, exire cogebat: eam ob causam ferè statim post ortum translatus in rus suburbanum, cùm in nutrice mea ob viri liberorumque suorum mortem afflicta lac sterilusisset ac resiliisset, neque facile esset aliam invenire, reliquum infantiæ miserè exegi.

Rudimenta studiorum meorum posui in patria mea, cursum eorum peragens in Collegio Tutelensi Patrum Societatis Jesu. Anno demum MDCXLVI postridiè Kalend. Januarias profectus sum Tolosam, ubi stationem habui per octo annos in Collegio sancti Martialis. Tum R. P. Joannem Ferrerium, qui posteà Regis Ludovici XIV conscientiam rexit, de Philosophia publicè summâ cum laude disserentem audivi. Dein animum applicui ad studium Juris civilis, quia Pater ita volebat, sed parùm proficiebam. Itaque totum memet applicui studiis bonarum Litterarum, imprimis verò historiæ, sed præcipuè ecclesiasticæ, & rei canonicæ. Eâ ratione etiam admodùm adolescens ad famam perveni, notusque tum & carus eram iis omnibus qui Tolosæ eminebant inter bonarum Litterarum Professores, imprimis verò Petro Casanovæ, Joanni Samblancato, Petro Possino, Antonio Dadino Alteserræ & Bernardo Medonio. Adolescentulus eram: & tamen mihi ab illis honor, ut verbis utar Plinii, penè ut æquali habebatur. Etiam vir illustrissimus Karolus de Montchal (3), Archiepiscopus ea tempestate Tolosanus, me in suam familiaritatem admittere destinaverat, cùm Carcassonam profectus est anno MDCLI, numquam rediturus, jusseratque ut interim mihi pateret Bibliotheca sua.

Anno sequenti Tolosæ edidi libellum, cui titulum feci Anti-Frizonius, quia in eo ostendebam quosdam errores Petri Frizonii in Gallia purpurata. Hæc fuit prima lucubrationum mearum.

Sed hoc loco reticere non debeo, ex bona quam tum habebam fama profectum esse ut mihi paulò post ab amico magnæ tum auctoritatis in ea provincia propositum sit ut me addicerem alicui Episcopo earum regionum, ut eâ ratione faciliùs studia mea prosequi possem. Aiebat

(1) Baluzium laudavit Abbas de Vitrac in Oratione cui titulus: « Eloge de Baluze, prononcé avant la distribu» tion des Prix du College Royal de Limoges, le 22 Août 1777, par M. l'Abbé de Vitrac Professeur d'Humanités. » A Limoges, chez Martial Barbou, Imprimeur du Roi, MDCCLXXVII ». Volumen est *in*-8°. constans 89 paginis; dicata fuit illa Oratio Cl. viro Marco-Joanni-Baptistæ-Nicolao d'Aine, Milo Dominico ad Partes Lemovicum.

(2) Anno 1586, proavus ejus, Joannes Baluzius, Tutelæ Ædilitate fungebatur: cujus filius, Rouffé, fuit in patriæ suæ Basilica Procurator Regius. Ad nostram usquè ætatem stirps illa propagata est. Petrus-Clemens Baluzius, Procurator & Consiliarius Regis in Tutelensi Electorum ad tributa describenda Jurisdictione, huic hodiè præest.

(3) Huic Antistiti, litteratorum virorum præsidio, nomen fecerunt singulares de Cardinali Richelio Commentarii, Roterodamo editi anno 1718, 2 vol. *in*-8°. Animum utilibus intentum habebat hic Archiepiscopus, ut ex Biblioth. Baluzianâ liquet, n° 419; quippe cujus manu multis in locis emendatus fuisset primus tomus Collectionis Conciliorum generalium, quæ Romæ an. 1608 vulgata fuerat, 4 vol. *in-fol.* constata

ille Claudium Rebeum, Archiepiſcopum Narbonenſem, virum optimum & maximæ dignitatis & potentiæ, amicum ſuum eſſe, & facilè ſe ab eo impetraturum ut me in familiam ſuam cooptaret. Conſului amicos quid facto opus eſſet. Quidam ſuadebant, alii diſſuadebant. Tandem conſului Poſſinum. Is reſpondit ſibi fas non eſſe malè ſentire vel loqui de Archiepiſcopo Narbonenſi, in cujus diœceſi ipſe natus erat, & à quo plurima benevolentiæ ſigna habebat; non ſuadere tamen, quia is Præſul, tametſi vir eſſet magnarum virtutum, valde ſenex erat, neque ſtudiis litterarum deditus; expectarem aliquantulùm: Petrum de Marca nominatum eſſe Archiepiſcopum Toloſanum, illum verò haud dubiè me in ſuas ædes evocaturum, cùm intelligeret me non mediocriter pro ea ætate verſatum eſſe in ſtudiis bonarum Litterarum. Vicit ſententia Poſſini, ita volente Deo, uti poſtea patuit

Nam anno MDCLVI pridiè Kal. Junias, Marca me nondum ſibi de facie notum Litteris honorificentiſſimis & amantiſſimis Lutetiam evocavit, ut apud eum eſſem, & *ut de ſtudiis noſtris inter nos* (quidni enim ejus verba referam?) *communicaremus.* Itaque Tutelâ, quò redieram anno MDCLIV, ut valetudinem meam ex intemperantia ſtudiorum valdè debilitatam & afflictam reſtituerem, diſcedens XVIII Kal. Julias, cùm deindè Lutetiam perveniſſem, habitare apud eum cœpi III Kal. Julias, numquam ferè ab eius latere diſcedens, donec anno MDCLXII nobis ereptus eſt. Quo me ille amore proſecutus ſit, quantùm ei debeant ſtudia mea, quod fuerit illius de me judicium, ſatis ſuperque dictum à me eſt in libro de Vita ejus. (1)

Eo mortuo, cùm plures Archiepiſcopi & Epiſcopi me contubernio & familiaritate ſuâ dignari vellent, prætuli Henricum Motham Hodencurium, Auſciorum Archiepiſcopum. Verùm, cùm iſtius ſtudia nihil ferè haberent commune cum meis, quippè qui plurimum temporis triviſſet in Theologia ſcholaſtica, memet ei brevi poſteà ſubduxi, meique juris ſum factus. (2)

Tandem anno MDCLXVII vir incomparabilis, omnium bonarum artium fautor, præcipuè verò Litterarum & Litteratorum, Joannes-Baptiſta Colbertus, ſummus Ærarii Regii Præfectus, me ex fama tantùm ſibi notum in ædes ſuas evocavit ut ouram ſuſciperem bibliothecæ quam is pulcherrimo in loco ædificaverat. Ego verò eam inſtruxi multitudine optimorum librorum, imprimis verò manuſcriptorum, quos immenſis ſumptibus & diligentiſſimâ ſollicitudine conquiſitos in Europa, Africa & Aſia ſervant etiam num ædes magni viri; quibus verò liberalitate ejus uſi ſunt & adhuc utuntur liberè viri bonarum Litterarum ſtudioſi. Extincto viro præſtantiſſimo & optimo, qui me pro ſua ingenita bonitate & humanitate multùm diligebat, eandem bibliothecam curavi ſub filiis ejus (3). Verùm cùm me viderem vergere in ſenium, adeoque neceſſe videretur me rurſum fieri juris mei, ſeceſſi, anno MDCC, in pulcherrimam domum extrà muros Pariſienſes juxta Collegium Scotorum, ad quos ea pertinet.

Anno MDCCII, menſe Maiò exeunte, afflictus ſum maximo & periculoſiſſimo morbo, ſingultus continuos die noctuque paſſus per novem dies, adeo ut propterea plerique, etiam medici, putarent me ex morbo moriturum. Ex eo

(1) Apud Marcam habitare cœpi, ut dixi, III Kalendas Julii: ac ex illo die aſſiduus ei comes, ità ut quoad poſſem ab ejus latere nunquàm diſcederem, ſive in urbe eſſet, ſive peregrè proficiſcebatur. Didici quantùm homo homini præſtet, & doctus indocto; neque enim unquàm ad eum accedebam, in tot annorum ſpatio & in tam frequentibus interrogandi audiendive occaſionibus, quin abirem doctior. Erat namque tantus ejus amor, ut me nihil celaret ſuarum obſervationum: eâque me familiaritate apud ipſum uti conceſſit, ut libere interrogarem ſi quid inter ſtudendum occurriſſet quod aſſequi facilè non poſſem. Jam ea erat in eo bonitas, ut perſæpè anteverteret quæſtiones meas, mecumque lubentiſſimè communicaret quod ipſe recenter adnotaverat. In libris autem componendis, haud dubiè nemine alio ſtudiorum ſocio & adjutore utebatur, quàm me ipſo: id quod vir optimus non tacuit, & tu omnium optimè noſti. An non præterea exiſtimas, SORBERI, alicujus eſſe momenti, quod omnem ſchedarum ac lucubrationum ſuarum ſupellectilem mihi uni vivens commiſit, ac moriens reliquit? An non pulchrum & decorum eſt, qui ubique apud amicos, quod ſcriptis etiam litteris, hoc quidquid in me eſt ingenii & bonarum Litterarum laudibus proſequebatur; ut omnes intelligerent me ab eo non mediocriter amari, & aliquo apud eum in pretio eſſe? Sed ne videar hoc Thraſonem agere, ſupersedeo, & ad ſeriem narrationis me rurſùm converto. *De vitâ* PETRI MARCÆ, *pag.* 16, *ad initium Diſſertationum de Concordiâ Sacerdotii & Imperii, edit.* 1663.

(2) Si fides fit Abbati *de Vitroc*, *Eloge de Baluze*, *pag.* 47, « in animo verſavit Michael Tellerius, Franciæ deinde Cancellarius, filio ſuo, Abbati Tellerio, Remenſi poſthac Archiepiſcopo, Baluzium devincire, in quem » plurimis uſus eſt largitionibus; ſed eum à conſilio ſuo exequendo diverſarum rerum concurſus prohibuit ». De hoc ſilet Baluzius.

(3) Dicit Abbas *de Vitroc*, *Eloge de Baluze*, *pag.* 47, « Bibliothecæ Colbertinæ ad mortem hujus Miniſtri, id » eſt ad annum 1683, Baluzium præfuiſſe » ſed allucinatus eſt cum Joanne-Dominico Manſi qui id priùs dixerat in ſuo *Elogio Hiſtorico Baluzii* Miſcellaneis præfixo; ſiquidem, teſte ipſomet Baluzio, Bibliothecam eamdem *ſub filiis ejus* curaverit. Jacobus-Nicolaus Colbertus, Rothomagenſis Archiepiſcopus, pretioſam hanc Bibliothecam, quæ ſibi hereditate obvenerat, teſtamento legavit Ludovico XIV, qui eam Diplomate regiſtrato in Parlamento accepit.

ramen periculo emergere cœpi die ſancto Pentecoſtes, & mox valetudo mea reſtituta eſt in priſtinum ſtatum.

Sed rurſum anno MDCCIV, exeunte Aprili, affixus ſum morbo graviſſimo & longiſſimo, primùm exagitatus febre tertianâ vehementiſſimâ, dein tertianâ duplice, poſtremò continuâ. Hæc termina duravêre ſpatio quatuor menſium; quibus tranſactis, ſucceſſit bona valetudo ſatis firma, quâ etiamnùm utor.

Is erat ſtatus rerum mearum anno MDCCVII, XIII Kal. Maias, cum vir clariſſimus, & plurimâ rerum optimarum cognitione inſtructus, tum ſummus amicus meus, Joannes Galleſius, Abbas Corenſis, exceſſit è vita. Illi Rex multis annis commiſerat inſpectionem Collegii Regii hujus urbis, nimirùm ad conſtituendam bonam diſciplinam. Eo itaquè extincto, ſtatim Rex optimus me ei ſuccedere voluit in ea inſpectione (1). Sicque factum eſt ut duo illi viri quos Colbertus è grege Litteratorum ſelegerat, quibuſcum inter tot & tanta quæ ſuſtinebat negotia de rebus litterariis diſſereret, primi eſſent à Rege conſtituti Inſpectores illius Collegii.

Huc uſque fortunâ uſus eram ſatis æquabili. Anno tandem ætatis meæ octogeſimo expertus eam ſum graviorem & inimicam. Quod quâ ratione acciderit paucis exponam. Emmanuel Theodoſius Cardinalis Bullionius, cum quo eſt mihi vetus amicitia, omni ope à me contendit ut hiſtoriam genealogicam gentis Arvernicæ, cujus Turriana membrum eſt, conſcriberem. Negare non potui Principi optimo, & de me benè merito. Itaquè in eum laborem incubui per aliquot annos cum ſumma diligentia, cum ſummo ſtudio veritatis. Abſoluto demum opere, & typis vulgato anno MDCCVIII, illud in publicum emiſi anno ſequenti. Ea emiſſio nullam contradictionem paſſa eſt uſquè ad annum MDCCX, quo Cardinalis è regno exceſſit poſt toleratum in Gallia exilium per decem annos integros. Ejus exceſſus iram Regis in eum concitavit, & ego quoquè ob amicitiam ejus accuſatus ſum. Itaque Rex adverſùm me, arundinem vento agitatam, commotus ob eam editionem, in qua dictum ei eſt me nonnulla inſeruiſſe quæ falſa eſſe pronuntiata fuerant in cauſa ad me non pertinente, quibus ego non fueram uſus, cùm ea nunquam viderim, decreto publico ea damnata eſt verbis atrocibus, & multùm injurioſis & genti Bullionæ & mihi. Neque hic ſubſtitit ira regia. Miſſus ſum in exilium, & fortunis meis penè omnibus exutus, inauditus atque indefenſus, & abſque cognitione cauſæ. Seceſſi Rothomagum (2), dein Bleſas.

(Hic ſilet Baluzius. Pas ſit abſque temeritatis ſuſpicione derelicta inſequi, aut breviter extremam vitæ Viri Cl. periodum attingere.)

Bleſis petiit Turonas, deinde Aureliam, & ibi commoratus eſt uſquè ad finem anni 1713. Tandem pacatâ Regis irâ ob innocentiam Baluzii cognitam, reditus Pariſios ipſi conceditur (3), ubi exceptus inter amplexus amicorum, & Magnatum ac Litteratorum omnium plauſus & adclamationes, citò ſe bibliothecæ ſtudiiſque ſuis reddit. Quæ quidem exul non deſeruerat, ut patet ex tomis ſexto & ſeptimo Miſcellaneorum, quorum prior ipſo Turonibus degente prodierat in lucem, & in utroque apparent monimenta quæ tanquam ſpolia litteraria è bibliothecis ab eo perluſtratis reportaverat.

Nec mentem diverterat adverſa fortuna a conſilio editionis quam meditabatur Operum Sancti Cypriani: imò totis viribus operi ſe accingens, codices manuſcriptos quàm plurimos contulit cum editionibus hujus præſtantiſſimi Scriptoris, textum prorſùs omninò caſtigavit, notas contexuit. Quo demum ad apicem perducto, juſſit Sereniſſimus Aurelianenſium Dux, regni Moderator, qui noſtrum Baluzium tanti faciebat ut illum frequenter in familiare colloquium perhonorificè admitteret, juſſit (inquam) ut illa nova Cyprianica Collectio, & alia Viri Cl. Opera nondum impreſſa, typis & ſumptibus regiis ederentur.

Obtemperans igitur humaniſſimi ac litterarum amantiſſimi Principis placito, hiſtoriam Tutelenſem, quam amore patriæ motus conſcripſerat, prælo commiſit: quâ evulgatâ anno 1717, Opera ſancti Cypriani typis ſubjecit, quorum editioni

(1) « Anno 1670 Juris Canonici Profeſſor in Collegio Regio deſignatus eſt Baluzius, in cujus gratiam à » Ludovico XIV. inſtituta eſt hæc Cathedra ». *Diction. des Aut. Eccléſ. art.* Baluze. *Eloge de Baluze par l'Abbé de Vitrac, pag.* 50.

(2) Eum primò Lugdunum miſſum fuiſſe in exilium dicit Abbas *de Vitrac*, *Eloge de Baluze, pag.* 70. Id quoquè priùs dixerat Joan. Domin. Manſi in ſuo *Elogio Hiſtorico Baluzii*. At ea de re tacet Auctor noſter, qui multò quam quilibet notiùs habebat quò relegatus fuiſſet.

(3) In perpetuum Cathedrâ & inſpectione Collegii Regii, necnon & penſione ſuâ exutus eſt Baluzius. Quamvis cognita ejus fuerit innocentia, accepta ab eo detrimenta reſarciri parum curavit Aula Regia; ſed amiſſa bona pauliſper compenſavit modus quo à Magnatibus, & a Litteratis Viris exceptus eſt.

digerendæ

digerendæ ac emendandæ indefeſſus incubuit.

Huic operi (quod verè coronidem appellaverimus tot monumentorum quæ ad utilitatem Reipublicæ Chriſtianæ emiſerat vir eruditiſſimus) lux propè inſurgebat, cùm è vivis deceſſit die 28 menſis Junii anno Chriſti 1718, ætatis verò 88, magnum ſui relinquens deſiderium.

Omnibus in terris & jam verſatur & ſemper habitabit nominis mei gloria. T. Ann. Milo apud Cic.

In Eccleſiâ Sancti Sulpitii humatus fuit Baluzius. Delicatiori corporis habitudine præditus, æquam ſervavit ſanitatem, quòd ad mortem uſque fuerit ſobrius & in victu ſummè temperatus; nec in ſe nec in alios unquam ſeverus. Tam conſtanter mortuus eſt, quàm libenter vixerat. Hujus teſtamentum pauliſper eam redoluit moroſitatem, cujus non expers dum viveret. Nihil aut ferè nihil parentibus & famulis ſuis reliquit, dum mulierem alienam bonorum omnium hæredem conſtituit. Bibliothecam ſuam particulatim vendi voluit. « Expreſsè veto & prohibeo ne Bi» bliotheca mea acervatim vendatur, vo» lens eam plurimo licitanti particulatim » addici, ut hujus participes eſſe poſſint » curioſi; cùm in ea multi rariores libri, » qui aliàs non facilè reperiantur, & quo» rum acquirendorum, occaſione datâ, » cupidi erunt litterati viri. » Sollicitudine liber obiit, qui ſcrupulo liber vixerat. *Le Courayer, Europe Savante, tom.* 4.

Fuit viciſſim Rector Parochiarum Sti. Stephani *de la Pleau*, Diœceſis Lemovicenſis, & Sanctæ Annæ *de Fontanes*, Diœceſis Cadurcenſis; Canonicus Tutelenſis; Rector Parochiæ *de Chamboulive*, Diœceſis Lemovicenſis; Canonicus Lemovicenſis Eccleſiæ; Titularis Prioratuum *de Beauvais* & *de Grandſaigne*, Lemovicenſis Diœceſis; Canonicus tandem Metropolitanæ Remenſis Eccleſiæ. Tonſurâ tantùm initiatus fuit.

Ab omni Europâ Doctâ, dum viveret, & poſt mortem celebratus fuit Baluzius; quem maximis laudibus ornarunt (Dupin, *Bibl. des Auteurs Eccl. part.* 5; Fleury, *Hiſt. Eccleſ. liv.* 53, *n°.* 12; Bayle, paſſim in diverſis locis; du Bos, *Hiſt. Crit. des Etabl. Mon. Franc. tom. I. Diſc. prél. pag.* 55; Cangius, *Gloſſ. lat. præf.* n°. 29 & 30; Baillet, *Diſc. ſur les Vies des SS.*; Tillemont, *Hiſt. de l'Egl. tom.* 15, *pag.* 401; Abbas le Beuf, *Mem. Acad. des B. L. tom.* 18, *p.* 356; Petavius, *Ration. temp.* edit. 1703, tom. 2, pag. 126; Germon, *de vet. Reg. Franc. Diplom.* p. 91; Longueval, pluribus in locis *Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiæ Gallicanæ*; Ruinart, *Præf. Dipl.*; Martenius, Mabillonius, Dionyſius de Sainte Marthe, Lucas Acherius, Martianay, Rivet, innumeris in locis; Goujet, *Mém. Hiſtor. ſur le Collége Royal*; Heuman, *Comment. de re Dipl. Præf.* p. 5; Baſnagius, *Antiq. Lect. tom.* 2. *p.* 382; Moreri, l'Advocat, *le nouveau Diction. Hiſtor.*, *le Diction. Encyclop. art. Tulle*, Voltaire, *ſiecle de Louis XIV*, *édit. de Neufchâtel*, 1773, *tom.* 1, *pag.* 72. &c, &c, &c.). Omnium ætatis ſuæ doctiſſimorum virorum amicus fuit Baluzius. Arctiſſimis ei amicitiæ vinculis conjuncti fuêre Dominicus Snellaërt, Joannes Mabillonius, Lucas Acherius, Henſchenius, Sorbierus, Menagius, Boſquet, Epiſcopus Monſpeſſulanus, Jacobus de Soleiſel, Dadinus de Alta-Serra, Raimondus, Bernardus de la Monnoye, &c. Singulari eum benevolentiâ Cardinales *Roſpiglioſi* & *Corradi* complexi ſunt.

Nulla unquam ei fuit ſimilitudo cum doctis iſtis qui, benè de ſe ſolis ipſis exiſtimantes, & principatûs quem in Republicâ Litterariâ tenent ſtudioſi, totam ſciendi gloriam ſuam eſſe vellent, maliſque utuntur artibus & ad extenuandas quibus offenduntur dotes, & ad felices quibus conſternantur exitus amovendos. Litteratis viris, qui eum conſuluerunt, libenter ſuî copiam fecit; quos ſuis juvit conſiliis, & in inquirendis abſtruſiſſimis habiles reddidit & expeditos. Ad id ſemper paratus fuit ut laboribus omnibus faveret, feliciter inventis plauderet, viros dote quâlibet inſtructos foveret & in medium produceret. Cum eo qui tunc Lutetiâ florebant eruditi certis diebus in Abbatiam Sancti Germani à Pratis, tam de propriis operibus ſuis quàm de iis quæ tum in lucem prodibant inter ſe ad plures horas acturi, conveniebant.

Ex Elogio Hiſtorico STEPHANI BALUZII, *præfixo novæ editioni Miſcellaneorum, Operâ Joannis Dominici Manſi, impreſſa Lucæ, an.* 1761, *excerpta ſunt quæ ſequuntur.*

Vir fuit eruendis, evolvendiſque mſſ. codicibus natus, quâ in re maximè utilis extitit Eccleſiæ, itidem & reipublicæ litterariæ; multa enim ejus beneficio habemus Hiſtoriæ Civili & Eccleſiaſticæ reformandæ opportuna; permulta veteris diſ-

ciplinæ capita eo opitulante illuſtrantur. Illi demùm plurimùm debet Chronologia, Philologia, totaque denique eruditio, ut qui operibus Baluzii nunc caret, neceſſario ad ſtudia auxilio deſtitui credatur. Scribebat eleganter, candidè, & indefeſſè, uti plurima ejus opera vulgata volumina teſtantur.

CATALOGUS

Operum viri clarissimi Stephani Baluzii Tutelensis, quæ hactenùs edita sunt.

Qui mille auctores Baluzius edidit unus,
Par ille auctorum millibus unus erat.

I. Anti-Frizonius, hoc eſt, adnimadverſiones Hiſtoricæ in Galliam purpuratam Petri Frizonii, Doctoris Pariſienſis, &c: acceſſit ex occaſione brevis Diſſertatio de patria Urbani V. ſummi Pontif. Opera Stephani Baluzii Tutelenſis. *Toloſæ, apud Petrum d'Eſley*, 1652, *in*-8°.

Hiſtoriam Cardinalium Francorum magnifico ſub hoc titulo, *Gallia Purpurata*, anno 1638 publicaverat, in-fol. Petrus Frizonius, Collegii Navarræ Præfectus. Quamdam ea illicò famam habuerat, quam deperdidit ſtatim ut illius errores in ſuo *Anti-Frizonio* retexit Baluzius, qui tali proludio nomen ſibi in Republica Litteraria comparavit.

Hoc opus vulgavit Baluzius, cùm 22 annos vixdum attigerat. Rarò accidit ut ſibi conſtet ingenium præcox. Mens quaſi præmaturis fetibus enervata viribus ac robore quandoque deficit; quam ob cauſam meteoris illis, vivido quidem, ſed rapido lumine ſcintillantibus haud abſimilia vulgò videntur illa, quæ ſubitam adeo movent admirationem, ingenia. Idem de juniore non dicas Baluzio, qui dies in dies majori doctrinarum ſupellectile inſtructus doctis ac indefeſſis laboribus titulos obtinuit glorioſiſſimos.

II. Steph. Baluzii Tutelenſis diſquiſitio ſeculi quo vixit Sanctus Sacerdos, Epiſcopus Lemovicenſis: adjecta eſt ad calcem ejuſdem ſancti vita, ex veteri codice manuſcripto (Auctore Bernardo Guidonis *). *Tutelæ Lemovicum, ex Officina Dalvyana*, 1655, *in*-8°.

Hanc Diſſertationem plurimi faciunt & eruditione dicunt refertam Cointius, Annal. Eccleſ. Francor. an. 715, n°. 59, Echardus Script. Ord. FF. Prædicatorum, tom. 1, p. 580 & Labbeus, Tom. 2, nov. Biblioth. pag. 661.

* Rupe-Apis in Lemovicinis ortus erat Bernardus Guidonis; Lutevanus Epiſcopus an. 1324 factus, an. 1331 obiit: varia reliquit opera, quæ videre eſt inter Manuſcripta, in-fol. *Baluziana Bibliotheca*, pag. 10, 20, 21 & 70.

III. Steph. Baluzii Tutelenſis Diſſertatio de SS. Claro, Laudo, Ulfardo, Baumado, quorum ſacræ reliquiæ ſervantur in Cathedrali Eccleſia Tutelenſi apud Lemovices: accedunt vitæ SS. Clari & Baumadi, nunc primùm editæ ex veteri Breviario Tutelenſi, quod extat manuſcriptum in Bibliothecâ Collegii Tutelenſis Societatis Jeſu. *Tutelæ Lemovicum, ex Officina Dalvyana*, 1656, *in*-8°.

Diſſertationem hanc & præcedentem Tutelæ publicas fecit Baluzius, dùm ibi ſanitatis recuperandæ cauſâ commoraretur.

IV. Steph. Baluzii Tutelenſis Diſſertatio de Epiſcopatu Egarenſi, ad Philippum Labbeum è Soc. Jeſu, ſcripta Pariſiis anno 1663. *Abſque nota Editionis, in*-8°., *ſeptem paginis.*

— Extat quoque hæc Diſſertatio in tom. V. Concil. Labbei, p. 1648.

In eâ Diſſertatione agitur de ſitu *Egaræ* urbis, ubi celebratum fuit Concilium an. 614, regnante Sizebut, Gothorum Rege in Hiſpaniâ.

V. Sanctorum Preſbyterorum Salviani Maſſilienſis, & Vincentii Lirinenſis Opera, ad fidem veterum codicum manuſcriptorum emendata, & notis, Præfatione ac indice illuſtrata à Stephano Baluzio. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1663, *in*-8°.

— Eorumdem editio ſecunda, de novo collata cum codicibus manuſcriptis, & emendata ab eodem Baluzio. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1669, *in*-8°.

— Eorumdem tertia editio, novis curis ejuſdem Baluzii emendatior & locupletior reddita. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1684, *in*-8°.

— Baluzius quartam meditabatur editionem. *Biblioth. Baluz.* n°. 6179.

VI. Steph. Baluzii, (tunc) Canonici Remenſis, Epiſtola ad Samuel. Sorberium, de vitâ, rebus geſtis, moribus & ſcriptis illuſt. Petri de Marca, Archiepiſcopi Pariſienſis : accedunt Sim. Sorberii ad Baluzium allocutio, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1663, *in*-8°.

— Extant hæc omnia in editionibus Operis de Concordia quæ ſequuntur.

VII. Vita Petri de Marca, Archiepiſc. Pariſ. Scriptore Steph. Baluzio. *Pariſiis*, 1663, *in*-8.

— Extat hæc vita in editionibus Operis de Concordia.

VIII. Illuſtriſſ. Viri Petri de Marca, Archiepiſ. Pariſ. Diſſertationum de Concordia Sacerdoti & Imperii, ſeu de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, libri octo, quorum quatuor primi auctiores prodeunt, & quatuor ultimi nunc primùm eduntur ex auctoris autographo, operâ & ſtudio Steph. Baluzii Tutelenſis, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1663, *in-fol.* 2 *Tom. en* 1 *vol.*

— Eorumdem editio ſecunda, recognita, emendata, illuſtrata ab eodem Baluzio, qui quintum librum (Ubi de legatis) ſupplevit, Præfationem novàm adjecit, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1669, *in-fol.* 2 *tom. in unum vol.*

— Eorumdem editio tertia, auctior, emendatior & elegantior, &c. acceſſit ejuſdem Baluzii Diſſertatio de Concilio Teleptenſi. *Pariſ. Fr. Muguet*, 1704, *in-fol.*

— Eorumdem editio in Germania prima, cui acceſſerunt ejuſdem Petri de Marca Diſſertationes Eccleſiaſticæ varii argumenti (quorum Titulus infrà referetur, n°. XII.). Cum Obſervationibus Boehmeri. *Francofurti* (Lipſiæ), *Georg. Friſch*, 1708, *in-fol.*

Quatuor primi hujus Operis libri anno 1641 editi fuerant; quorum Auctor tunc in Supremo Navarræ Senatu * Præſes erat Regique à Sanctioribus Conſiliis. Aliquantò poſt Sacris Ordinibus initiatus, ad Epiſcoparum Conſeranum promotus fuit. At verò exaſperata ideò Curia Romana, quòd Eccleſiæ Gallicanæ libertates propugnaſſet, diù Pontificias ei litteras abnuit; nec eas ipſe, niſi enucleatâ & ad Tranſmontanas opiniones inclinatâ ſententiâ impetravit. Toloſæ Archiepiſcopus ſimul & Regni Miniſter evaſit ambitioſus Antiſtes. Sorte ſuâ parùm contentus novas dignitates ambiit; quas ut aſſequeretur, in Janſenii partibus inſequendis, Jeſuitis ipſis pertinaciorem ſe præbuit. *Janſeniſmum verò*, inquit Baluzius, *tùm maximè vires ſuas colligentem, ſic induſtriâ & auctoritate ſuâ repreſſit, ut ob hoc ipſum promeritus ſit iram hominum ejus ſectæ, qui ne mortuo quidem pepercerunt.* Formulam ad damnandas quinque Janſenii propoſitiones in ſenſu ab Autore intento adhibitam primus excogitavit; Pariſienſem Archiepiſcopatum tanti ſtudii fructum retulit; ſed quo die recepit Bullas, obiit; unde jocoſum hoc Epitaphium:

» Ci gît Monſeigneur DE MARCA;
» Que le plus grand des Rois marqua.
» Pour être Chef de ſon Egliſe;
» Mais la mort qui le remarqua,
» Et qui fait tout avec ſurpriſe,
» Tout auſſi-tôt le démarqua.

* Senatu Palenſi.

Spe ductus aſſequendæ purpuræ Romanæ, quibuſdam ante obitum ſuum menſibus, opuſculum Baluzio dictaverat, cui titulus *Traité de l'infaillibilité du Pape**. Uſque adeò Curiam Romanam adulatus eſt, ut ejus arbitrio retractandum permiſerit opus ſuum de Concordia Sacerdotii & Imperii; unde dictum illud Cardinalis Albizzi: *Palæodiam cantavit.* Tam propenſo in Curiam Romanam erat animo, ut ab operis ſui ſerie vulgandâ abſtinuerit. ſed occultam huic perficiendo curam eâ mente, aiunt, impendebat, ut typis mandaretur, cùm eas quas appetebat dignitates aſſecutus fuiſſet, vel eo potiùs animo ut poſt ejus mortem totum opus ipſius eruditionem publicaturum prodiret. Duplici regulâ, ad ſe ipſum unâ, ad libros componendos alterâ, utebatur. Veritati in conficiendis quæ poſt ſe relicturus erat operibus, in tractandis verò negotiis ſibi ſoli conſulebat. Ipſius erat inter alia effatum, utilitatem propriam veritati anteponendam; eamque præcipuam fuiſſe ejus agendi rationem videre eſt tum in *Concordiâ Sacerdotii & Imperii*, lib. 3, cap. 12, n°. 2, & lib. 7, cap. 16, n°. 1, tum in *vitâ Petri de Marcâ*, *num.* 30 & 33; quod locum dedit huic dicto Abbatis *de Longuerue*: cùm dicit malè *de Marca*, pretium tulit vel ſperat.

* Compoſuit illo tempeſtate, Gallicâ linguâ *Diſſertationem de infaillibilitate Papæ*, quam ego ab ore diſtantis accepi. *Vita Petri de Marca, in Libro de Concordia.* pag. 22.

IX. Beati Servati Lupi, Preſbyteri & Abbatis Ferrarienſis, Ord. S. Bened. Opera. Steph. Baluzius in unum collegit, Epiſtolas ad fidem vetuſtiſſimi codicis emendavit, notis, appendice Actorum veterum, Præfatione & indicibus illuſtravit. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1664, *in*-8°.

— Eorumdem editio ſecunda, ab ipſo Baluzio multis in locis aucta atque emendata. *Antuerpiæ* (Lipſiæ), *Joan. Fſider. Gledițſch*, 1710, *in*-8°.

Editio, quam dedit Baluzius, an. 1664, prima eſt quæ opera integra Ferrarienſis Abbatis offerat: maximis cum plauſibus excepta eſt: Lucidas doctiſſimaſque Editoris notas tertia pars voluminis complectitur. (Hiſt. Litt. de la Fr. tom. 5, pag. 270 & 271; Godeau, Hiſt. de l'Egl. 9°. ſiecle, liv. 1, ſect. 80, liv. 2, ſect. 137; Nicéron, Mém. de la Rép. des Lettres, tom. 1, pag. 196.). In primæ editionis hujus Præfatione promiſerat Baluzius opera Hildeberti, Cenomannenſis viciſſim & Turonenſis ineunte 12°. ſæculo, Præſulis: at aliis impeditus laboribus hanc P. *Beaugendre*, Benedictino, provinciam demandavit, eique explanavit.

X. S. Agobardi, Archiepiſcopi Lugdunenſis Opera, item Epiſtola & Opuſcula Leidradi & Amolonis, Archiep. Lugdunenſium: necnon Flori Diaconi liber de electionibus Epiſcoporum: in unum collecta, emendata & notis illuſtrata per Stephanum Baluzium, qui Præfationes, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1666, 2 *vol. in*-8°.

— Baluzius ſecundam meditabatur editionem. *Biblioth. Baluziana*, *n*°. 6221 & 6222.

Editionem illam Clero Gallicano dedicavit Baluzius; in qua quidquid in editione data à Papyrio Maſſone, an. 1605, in-8°, alteratum fuerat reſtituit; ſingulareſque ac doctiſſimas adjecit notas, quibus Eccleſiæ Gallicanæ currente ſeculo 9°. mores & Doctrina patefiunt. (Mabilon, Mélang. Crit. de Litt. p. 19; Mémoires de Trévoux, Mai 1704; Hiſt. Littér. de la France, tom. 4, pag. 582 & 583.) In Bibliothecam Patrum Ed. Lugdun. tom. 14, pag. 234, inſerta fuit. Duella, probationes igne & aquâ improbavit Agobardus, abſurdamque demonſtravit ſententiam quæ tempeſtatum excitandarum poteſtatem præſtigiatoribus tribuebat. Lucido cuidam ſeculo ſuperflua viſa fuiſſent hæc documenta, quibus nonum ſeculum ignarum prorſus ac ſuperſtitioſum indigebat.

XI. Concilia Galliæ Narbonenſis in unum collecta, nunc primùm edita, & notis, appendice Actorum veterum, & Præfatione illuſtrata à Stephano Baluzio. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1669, *in*-8°.

— Horum Conciliorum novam meditabatur editionem. *Biblioth. Baluz. n*°. 6849.

XII. S. Cæſarii Epiſcopi Arelatenſis Homiliæ XIV, à Steph. Baluzio nunc primùm è codicibus manuſcriptis editæ, & notis, Præfatione ac indice illuſtratæ. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1669, *in*-8°.

— Baluzius novam meditabatur editionem. *Biblioth. Baluz. n*°. 6201.

XIII. Petri de Marca, Archiep. Pariſienſis, Diſſertationes tres: prima de decreto Vigilii Papæ pro confirmatione quintæ Synodi; ſecunda de Primatu Lugdunenſi & cæteris Primatibus; tertia de tempore quo primùm ſuſcepta eſt in Galliis Chriſti fides, ad Henr. Valeſium, edente Steph. Baluzio qui illas in unum collegit & emendavit, notis, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1669, *in*-8°.

— Habetur Diſſertatio Petri de Marca de Primatibus in tomo XXVI Conciliorum typis regiis impreſſorum: fuit etiam edita ſeorſim cum notis ad Concilium Claromontanum. *Pariſiis*, 1644, *in*-8°.

XIV. Lettre de M. Baluze à M. l'Evêque de Tulle, touchant les Diſſertations que M. l'Abbé Faget a fait imprimer ſous le nom de M. de Marca, Archevêque de Paris; enſemble deux Lettres écrites ſur le même ſujet à M. de Marca, Préſident au Parlement de Pau. *Paris*, 1668, *in*-4°.

In variorum D. *de Marca* manuſcriptorum editione nihil aliud præſtiterat Baluzius, quàm quod ei ab illuſtri amico moriente fuerat præſcriptum. « Nec meliorem D. *de Marca* (ait Beſ» lius, Dict. Crit. Litt. M.) ſequeſtrem eligere » potuiſſet: abhinc enim ſatis innotuit quan» tùm Baſuzii, non ſolùm maximo in defunc» tum obſequio, ſed propriis etiam viribus tanti » depoſiti editio compereret: nullum ei de re du» bium relinquunt Præfationes, notæ & additiones, » quibus Mecenæ ſui poſthuma quæ edidit opera » ditavit ». Attamen Abbas *Faget*, D. *de Marca* conſobrinus, Collectanea Tractatuum quorumdam Theologicorum hujus Præſulis anno 1668, vulgavit, in 4°. alleveravitque Præſulem, antequam moreretur, omnia manuſcripta ſua filio ſuo Præſidi *de Marca* tradi Baluzio juſſiſſe. Hinc maxima Baluzium inter & Abbatem *Faget* orta eſt contentio. Litteratorum virorum querelas intra juſtos limites contineri rariſſimum eſt, ſed ulteriùs pervagari frequentiſſimum; quod ipſi neque bilem moderari, neque conſultè declarare noverint. Contumelioſis epiſtolis Baluzius & Abbas *Faget* in dedecus mutuum ſeſe mutuò laceſſere. « Baluzium amabili indole præditum » commodiſque moribus eò uſque proceſſiſſe, » ait P. *Niceron*, mirati ſunt omnes.

XV. Reginonis, Abbatis Prumienſis, libri duo de Eccleſiaſticis Diſciplinis & Religione Chriſtianâ, emendati ad fidem vetuſtiſſimi codicis, & editi nunc primùm in Gallia, cum notis & appendice actorum veterum: acceſſêre duæ appendices Reginonis ex vetuſtis codicibus, & Rhabani Archiepiſc. Moguntini Epiſtola ad Heribaldum, Epiſcopum Autiſſiodorenſem, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1671, *in*-8°.

Doctiſſimo & accuratiſſimo editore dignæ ſunt notæ ac Præfatio. (Cave, p. 478; Doujat, Hiſt. du Droit Canon. p. 71; Hiſt. Litt. de la France, Tom. 5, pag. 184, & tom. 6, pag. 153.).

XVI. Antonii Auguſtini, Archiepiſc. Tarraconenſis, Dialogorum libri duo de emendatione Gratiani, emendati & notis illuſtrati à Stephano Baluzio, qui & novas emendationes ad Gratianum adjecit, inſuper & Præfationem uberiorem præfixit, &c. Accedunt Petri de Marca, Arch. Pariſ. interpretatio capitis *Clericus*, 3. q. 4. nunc primùm edita, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1672, *in* 8°.

— Novam meditabatur editionem Baluzius : multa enim emendaverat & addiderat. *Biblioth. Baluz. num.* 6989.

Editione primigenâ, anni 1587, pulchrior eſt & emendatior hæc editio ; & notas quibus ditatur plurimi faciunt. (Alexandre, Hiſt. Eccléſ. ſiecle premier, Diſſert. 21, art. 2, Mabillon, Etudes Monaſt. part. 2, ch. 5.) Obeunte Baluzio, reperta eſt nova editio præparata, ubi multa emendaverat & addiderat. *Biblioth. Baluziana, pag.* 706, *n°.* 6989.

XVII. Vita Petri Caſtellani, Epiſcopi Matiſconenſis, magni Franciæ Elemoſynarii, auctore Petro Gallandio, regio litterarum Profeſſore, editore verò & annotatore Steph. Baluzio, qui ſimul addidit libellum ejuſdem Caſtellani inſcriptum : *Le trépas, obſeques & enterrement du Roi François I.*, necnon duas orationes gallicas ab illo habitas in funere ejuſdem Principis, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1674, *in*-8°.

XVIII. Capitularia Regum Francorum : additæ ſunt Marculphi Monachi & aliorum formulæ veteres, & notæ doctiſſimorum virorum ; Stephanus Baluzius Tutelenſis in unum collegit, ac vetuſtiſſimos codices manuſcriptos emendavit, magnam partem primùm edidit, notis illuſtravit. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1677, *in-fol.* 2 *vol.*

— Eorumdem altera editio. *Venetiis*, 1771, *in*-fol. 2 *vol.*

Baluzii nomen ſola conſecraſſet variorum illorum monumentorum editio, quæ ad antiquitates Eccleſiaſticas, priſcas regni Gallicani leges, politicamque Regum noſtrorum primæ ac ſecundæ ſtirpis hiſtoriam retegendas neceſſaria meritò dixeris. (Monteſquieu, Eſp. des Loix, liv. 28 ; Vely, Hiſt. de Fr. tom. 1, pag. 86, 265, 267, 308, 497, 499, 503, 504, tom. 2, pag. 16, 37, 104, 120, 176, 208, &c.).

XIX. Lucii Cæcilii Firmiani Lactantii liber de Perſecutione, ſive de moribus perſecutorum, cum ejuſdem Lactantii Fragmento de extremo Judicio : edente primùm ex codicibus vetuſtiſſimis manuſcriptis Bibliothecæ Colbertinæ Steph. Baluzio, cum notis, & chronologia Diocletianea, necnon D. Hyeronimi & aliorum de Lactatio teſtimoniis operi præfixis. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1679, *in*-8°.

— Ejuſdem nova Editio cum notis variorum, recenſente Paulo Bauldri. *Ultrajecti*, 1692, *in*-8°.

— Impreſſus eſt quoque Liber de perſecutione cum notis inter Miſcellanea edit. Manſi, tom. I, pag. 1—12, 33—67.

XX. Steph. Baluzii Miſcellaneorum libri ſeu tomi ſeptem, hoc eſt Collectio veterum monumentorum quæ hactenùs latuerant in variis codicibus ac bibliothecis. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1677, 1679, 1680, 1683, 1700 & *Gabriel. Martin.* 1713, 1715, 7 *vol. in*-8°.

— Baluzius novam meditabatur editionem : multa quidem collegerat, emendaverat & adnotaverat. *Biblioth. Baluz. n°.* 6278.

— Eorumdem nova editio, novo ordine digeſta, & non paucis in editis monumentis opportuniſque animadverſionibus aucta, operâ & ſtudio Joan. Dominici. Manſi. *Lucæ*, 1761, 4 *vol. in-fol.*

Quæ collectio, præter multa pretioſa monumenta quibuſdam Eccleſiæ Franciæ locis illuſtrandis idonea, plurima etiam Scriptorum eccleſiaſticorum complectitur opuſcula. (Mabillon, Etud. Monaſt. 2 part. chap. 8 & 10 ; Ruinart, Préf. de ſon éd. de Grégoire de Tours, n°. 133, Mém. de Trévoux, an. 1714, pag. 933.) Nonnullas inſuper in ea Joannis Papæ XXII, reperire eſt epiſtolas, quibus Michaëli cuidam, Fratri Minori, mandat ut quatuor è ſodalibus ſuis litem intendat : has epiſtolas inhumani ſequitur Inquiſitoris ſententia. Ad ſupplicium ignis Maſſiliæ ſubeundum ideò damnati ſunt infelices illi Religioſi, quòd obſtinatè *habitus curtos & ſtrictos à communitate ejuſdem Ordinis diſcrepantes* induiſſent, *quæſtum bladi & vini* ut paupertati Evangelicæ contrarium improbaſſent, *Papa* tandem *in iis non obediendum eſſe* aſſeruiſſent (1). His diebus

(1) *Errores Fratrum Minorum combuſtorum in Maſſilia.* Primus eſt dicere & aſſerere pertinaciter quòd non eſt obediendum alicui Prælato præcipienti quibuſdam Profeſſoribus regulæ ordinis Beati Franciſci quod deponant quoſdam habitus curtos & ſtrictos difformes ab habitu communitatis aliorum dictæ regulæ Profeſſorum ..... *Baluzii Miſcellan. Edit. Manſi, Tom II, pag.* 270, *col.* 2. Secundus aggravans & conſentiens ad primum, eſt quod Dominus Papa non habuit nec habet quandam poteſtatem, nec auctoritatem faciendi Conſtitutionem quam de conſilio Cardinalium fecit, ... in qua Prælatorum dicti ordinis judicio commiſit determinare & arbitrari cujus longitudinis & latitudinis, formæ ſive figuræ, & ſimilium accidentium debeant eſſe habitus Profeſſorum dictæ regulæ, & cujus quantæque vilitatis veſtimentis induti ipſos Fratres oporteat, ac inſuper determinare, arbitrari & præcipere quo caſu, qualiter, ubi, & quando, & quotiens granum, panem, & vinum pro vitæ Fratrum neceſſariis Fratres ipſi quærere debeant, ... *Ubi ſuprà, pag.* 271, *col.* 1. Tertius. Item quòd nec Papæ, nec Prælatis dicti ordinis obediendum eſt in his quæ in præfata conſtitutione continentur. ..... *Ubi ſupra.* Propter prædictos errores fuerunt quatuor Fratres ordinis Fratrum Minorum in Maſſilia per Fratrem Michaelem, de ordine Fratrum Minorum, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis auctoritate apoſtolicâ deputatum, cui etiam Dominus Raymundus Maſſilienſis Epiſcopus commiſit vices ſuas, judicati tanquam hæretici, & relicti curiæ & brachio ſeculari & combuſti ſub anno Domini 1318, tempore Paſchali, quia noluerunt dictos articulos ſeu errores abjurare, & nonnulli alii ejuſdem ordinis, qui prædictos errores abjuraverunt, fuerunt ad pœnam carceris condemnati. ..... *Ubi ſuprà, col.* 2.

tam ſingularia ſanè Papa Fratreſque Minores deriſui haberent, nec in crimen ducerent capitale. Ineunte verò 14° ſæculo, in humanitatis dedecus, maximo cum apparatu exaugurabantur, flammis deindè tradendi qui in talibus peccaverant. Anno 1318 & ſequentibus duobus quot Fratres Minores ſupplicio ignis affecti, quorum aſſertiones dementiæ potiùs quàm pravitatis indices, contemptum non cenſuram promeruêre! Combuſtis profectò inſaniores, qui tam crudelibus pœnis hæc deliria multantes, immania facinora habebant ſtultas opiniones ſocietati nullatenus perniciosas; quòd ſoli eas amplecti poſſent Fratres Minores, quibus helleborites vel ejuſcula mentem ſanam reſtituiſſent.

Offerunt etiam eadem Baluzii Miſcellanea graviſſimum quemdam tractatum à Joanne de Belna, Inquiſitore Carçaſſonenſe, contrà Fratres Minores, qui *Spirituales* dicebantur, compoſitum. Tales autem erant horum *Spiritualium* opiniones de verbo ad verbum excerptæ.

Sicut rejecto Judaiſmo venit novus Homo Chriſtus cum nova lege, vita & cruce, ſic... rejectâ carnali Eccleſiâ.... renovabitur Chriſti lex, & vita, & crux; propter quod.... Franciſcus in ejus primo initio apparuit Chriſti plagis charactertzatus, &c. — Regula B. Franciſci impugnanda & condemnanda eſt nequiter ab Eccleſia carnalium & ſuperborum, ſicut Chriſtus condemnatus fuit à Synagoga reproba Judæorum. — Franciſcus eſt angelus in Apocalypſi pranuntiatus, evangelica vita & regula.... propaganda & magnificanda renovator, & ſummus poſt Chriſtum & ejus atrem obſervator. — Sicut Synagoga propagata eſt ex duodecim Patriarchis, & Eccleſia de gentibus ex duodecim Apoſtolis.... Sic Franciſcus habuit duodecim ſocios & filios, per quos & in quibus fuit fundatus Ordo Evangelicus, &c.

Rogis accenſis tales diluebantur errores, qui ejuſmodi non erant ut plurimùm graſſarentur. Quamvis Hæreticorum ſanguis plerumque Hæreticorum ſemen eſſe videatur, hoc tamen hæreſeos genus totum inter quoſdam vacui cerebri Fratres Minores coaluit, totumque cum eis evanuit.

XXI. Opuſcula Petri de Marca, Archiep. Pariſienſis, primùm in lucem edita à Steph. Baluzio, cum indice & Præfatione quâ fuſiùs de ſingulis hujus voluminis tractatibus diſſerit, & illuſtriſſimum auctorem ſeque ab adverſariorum, præcipuè Gerbaſii, criminationibus liberat; in qua etiam ex occaſione recenſetur hiſtoria ſanè ſingularis Collectionis veterum Canonum à Voello & Juſtello editæ. *Pariſiis, Fr. Muguet.* 1681, *in*-8°.

XXII. Epiſtolarum Innocentii III, Romani Pontificis, libri XI: accedunt geſta ejuſdem Innocentii, auctore incognito ſed coætaneo, & prima Collectio Decretalium ejuſd. Innocentii, ex tribus primis regeſtorum ſeu epiſtolarum libris compoſita à Rainerio Diacono & Monacho Pompoſiano; collectore Steph. Baluzio qui magnam partem nunc primùm edidit, reliqua emendavit, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1682, *in*-fol. 2 *vol.*

Innocentii III Epiſtolarum Codex in 19 libros annis Pontificatûs reſpondentes diſtributus erat. Duo primi à Cardinali *Sirlet* an. 1543 vulgati ſunt; 13, 14, 15 & 16^mus^ an. 1635 edidit Franciſcus *Boſquet*, Monſpeſſulanus Epiſcopus; 10, 11 & 12^mus^ reperierat idem Præſul, à quibus publicandis plurima eum prohibuerant negotia; ſed moribundus eos tradidit Baluzio, qui quintum partim à ſe detectum cæteris de quibus ſuprà junxit, horumque editionem complevit. Nihil in ea deſiderandum fuiſſet, niſi tertium & ſequentes ad decimum in bibliotheca Vaticana depoſitos conſtanter renuiſſent Romani. Innocentii III vita, editioni Baluzianæ præfixa, accuratè in manuſcriptis recognita fuit & emendata. » Baluzio plurimùm debent eruditi omnes, ait » Cave pag. 602, quòd hanc editionem cura» verit, & de eccleſiaſtica hiſtoria illuſtranda » benè meritus fuerit ». In Hiſtoria tam civili quàm eccleſiaſtica notatur præcipuè Innocentii III Pontificatus. Nec ambitione, nec audaciâ erat inferior quàm Gregorius VII; ipſi ad Reges imperatorius erat ſermo; & regnorum arbitrio ſuo diſpenſandorum ſibi jus arrogabat. Regnum Franciæ interdicto ſubjecit; Joannem ſine terrâ, Regem Angliæ, Comitemque Toloſanum, hunc comitatu, illum regno ſpoliavit; Romam reipſâ fecit ſuam, Conſulatum abrogavit; Præfectum Romæ in poſſeſſionem dignitatis, quam ab Imperatore ſolo anteà receperat, induxit; pro ſummo Domino plures eum habuêre provinciæ; à mari ad mare tenuit imperium; non plures regiones per prima quatuor ſecula ſubegerat Reſpublica Romana, nec tanta ex eis ceperat commoda, quanta ipſi percepêre Papæ. Abhinc veri Reges evaſerunt Epiſcopi Romæ. Viciſſitudinem hanc, quam paraverat Gregorius VII, Innocentius III abſolvit.

XXIII. Vita B. Stephani Obazinenſis, ſcripta ab auctore coætaneo, ejuſdem Monaſterii Monacho, & B. Stephani Diſcipulo: Steph. Baluzius nunc primùm edidit ex vetuſtiſſimo codice manuſcripto Monaſterii Obazinenſis, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1683, *in*-8°.

— Extat etiam inter monumenta, tomi IV. *Miſcellaneorum*, editi an. 1683, & tom. I eorumdem *Miſcellaneorum* editorum an. 1761.

XXIV. Nova Collectio Conciliorum, ſeu ſupplementum ad majorem Philip. Labbei Collectionem & alias..... vel nunc primùm edita ex codicibus manuſcriptis vel emendata & ſuppleta ad fidem vetuſtiſſimorum exemplarium, Præfationibus, diſſertationibus, variis lectionibus & notis ad hiſtoriam eccleſiaſticam perneceſſariis

illuſtravit Steph. Baluzius, &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1683, *in*-fol.

Hujus Collectionis unicus iſte tomus prodiit, ſequentes inter ſchedas viri clariſſimi extant inediti. Secundus, cujus proſpectum auctor exhibuit anno 1688, Concilia Galliæ plurima continet. *Biblioth. Baluz. pag.* 24 *Tom. I.* Ignoratur ergò quam ob cauſam dixerit Abbas de Vitrac, *in Elogio Baluziano, pag.* 34, « tomum ſecundum » vulgatum eſſe anno 1707, tuncque novam » totius operis editionem prodiiſſe ». Nunquàm extitit hæc editio. Plura futura erant collectionis Baluzianæ volumina: multa in hunc finem auctor congeſſerat manuſcripta, editioneſque jam exiſtentes recenſerat. Quatuor minimùm voluminibus in-fol. ſola Concilii Baſileenſis acta conſtitiſſent, ut diſcimus ex Ecchardo, *Script. Ord. Prad. tom.* 1. *pag.* 199. Re quidem ipſâ ex ſchedarum auctoris noſtri catalogo certum eſt eum innumera manuſcripta ad Concilium Baſileenſe ſpectantia comparaviſſe: quadraginta numerantur in-fol., & decem in-4°, quorum enumerationem offert *Bibliotheca Baluziana*, n.° 20, 21, 296 ad 305, 584, 592 & 692. Inter collectiones ejuſdem catalogi, pag. 104, videre eſt inſuper ampla octo ſcrinia minuſque aliud in armario quodam includi ad Concilium Baſileenſe pertinentia. At auctor noſter, cujus plurimùm intererat curiam permulcere Romanam in gratiam penſionis annuæ 1000 lib. ſibi in Epiſcoparum Antiſſiodorenſem auctoritate Colberti aſſignatæ, ab ampliſſimis Concilii Baſileenſis actis publicandis deſtirit; quamvis horum edendorum cauſâ ſuam novam Conciliorum collectionem ſuſcepiſſet. Vide Annotationes in Epiſtolas Doctoris Arnaldi.

XXV. Marii Mercatoris Opera, ad fidem veterum codicum manuſcriptorum emendata & notis illuſtrata per Stephanum Baluzium. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1684, *in*-8°.

Quàm ſedulus ac in hiſtoria mediæ præſertim ætatis verſatus ſit auctor, probat hoc opus ad manuſcriptos codices accuratè emendatum, ſcholiiſque tam in textum quàm in hiſtoriam ornatum. (*Nicéron, tom.* 1, *pag.* 197.) A P. Garnier, Jeſuitâ, an. 1673, publicata fuerant *Mercatoris* Opera, quibus prolixæ accedunt Diſſertationes: at in majori eſt honore Baluzii editio. Aliam multis in locis caſtigatam paraverat. (*Biblioth. Baluz.* n.° 6124.).

XXVI. Epiſtola Steph. Baluzii, ad Emericum Bigotium ſcripta anno 1686, de vita Joannis Baptiſtæ Cotelerii. *Pariſiis, in-fol.*

—Extat etiam præfixa tomo 1 novæ SS. Patrum Apoſtolicorum editionis Amſtellodamenſis anni 1698.

XXVII. Epiſtola Stephani Baluzii ad Euſebium Renaudotum, de vita & ſcriptis Caroli du Freſne, Domini du Cange. *Pariſiis*, 1688, *in*-12.

—Habetur etiam præfixa editioni chronici Paſchalis, è Typographiâ Regia emiſſæ anno 1688, *in*-fol.

XXVIII. Marca Hiſpanica, ſive Limes Hiſpanicus, hoc eſt, geographica & hiſtorica deſcriptio Cataloniæ, Ruſcinonis, & circum-jacentium populorum, auctore Petro de Marca, Archiep. Pariſ. Acceſſere, 1°. Geſta veterum Comitum Barcinonenſium & Regum Arragonenſium..... 2°. Nicolai Specialis Libri octo rerum Sicularum.... 3°. Chronicon Barcinonenſe ab anno 1136, uſque ad annum 1310..... 4°. Chronicon Vlianenſe ab anno 1113, ad annum 1409..... 5°. Appendix Actorum veterum ab anno 819 uſque ad annum 1517. Omnia primùm edita ex codicibus manuſcriptis per Steph. Baluzium, qui tribus Marcæ Hiſpanicæ libris quartum proprio marte confectum adjecit..... &c. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1688, *in-fol.*

XXIX. Vitæ Paparum Avenionenſium, hoc eſt, Hiſtoria Pontificum Romanorum qui in Gallia ſederunt ab anno Chriſti 1305 uſque ad annum 1394. Steph. Baluzius magnam partem nunc primùm edidit, reliquam emendavit ad vetera exemplaria, notas & collectionem Actorum veterum..... Subjunxit Baluzius Relationem Nicolai, Epiſcopi Borrontinenſis, de itinere Italico Henrici VII, Imp. ad Clementem V Papam, nunc primùm editam ex codice regio. *Pariſiis, Fr. Muguet*, 1693, 2. *vol. in*-4°.

Vitas quorumdam Paparum Avenionenſium an. 1632 ediderat Franciſcus *Boſquet*, Monſpeſſulanus Epiſcopus. Hoc opus recognitum & ad manuſcriptos codices emendatum complevit Baluzius. Innumeræ, pretioſa & eruditione plena, multaque authentica monumenta, hiſtoriæ horum-ce temporum plurimùm inſervientia, hâc Collectione continentur (Niceron, tom. 1, pag. 199). Caſtigatam poſteà & plurimùm auctam editionem alteram tribus conſtantem voluminibus in-4° paravit Baluzius (*Bibl. Baluz.* pag. 146, n.° 3175.). Penſionem à Ludovico XIV, hujus operis mercedem, auctor retulit.

XXX. Hiſtoria & Synopſis codicis manuſcripti Bibliothecæ illuſt. D. Achillis Harlæi, Principis Senatûs Pariſienſis, quo continentur acta authentica eorum quæ geſta ſunt in celebri conventu quem Joannes Rex Caſtellæ habuit anno 1380, & ſequenti apud Medinam del Campo, ad noſcendum quis è duobus inter ſe tum decertantibus de ſummo Pontificatu eſſet verus ac legitimus B. Petri ſuc-

ceſſor. *Abſque nota editionis, in-folio quatuor paginis.*

XXXI. Lettre de M. Baluze, écrite en 1697, pour ſervir de réponſe à divers Ecrits qu'on a ſemés dans Paris & à la Cour, contre quelques anciens titres qui prouvent que Meſſieurs de Bouillon d'aujourd'hui deſcendent en ligne directe & maſculine des anciens Ducs de Guienne & Comtes d'Auvergne : avec le procès-verbal contenant l'examen fait en 1695 par M. Baluze & par les RR. PP. Dom Jean Mabillon & Dom Thierry Ruynart, Religieux Bénédictins, de deux anciens Cartulaires & de l'Obituaire de l'Egliſe de S. Julien de Brioude en Auvergne, & de quelques anciens titres, pour faire voir que Geraud de la Tour, premier du nom, deſcend en droite ligne d'Acfred, premier du nom, Duc de Guienne & Comte d'Auvergne. *A Paris, Theod. Muguet*, 1698, *in*-fol.

XXXII. Table généalogique de la Maiſon d'Auvergne, depuis le temps de Charles le Chauve, Empereur & Roi de France juſqu'à préſent, dreſſée ſur pluſieurs titres & documens dignes de foi, par M. Baluze. *A Paris, André Cramoiſy*, 1704, *placard en quatre feuilles.*

XXXIII. Hiſtoire généalogique de la Maiſon d'Auvergne, juſtifiée par chartes, titres, hiſtoires anciennes & autres preuves authentiques : avec une Préface très-ample & très-curieuſe, qui traite de la grandeur de cette Maiſon, de ſes Armoiries & marques d'honneur, par M. Baluze : Ouvrage enrichi de figures & vignettes gravées en taille-douce par les plus habiles Maîtres, le Clerc, Simonneau, Audran & autres, & diviſé en deux tomes, dont le premier contient l'Hiſtoire, après laquelle on trouve la harangue de M. le Premier Préſident de Lamoignon à l'ouverture du Parlement en 1675, contenant l'éloge de M. de Turenne ; un autre éloge de ce Prince, tiré des Œuvres de M. de Saint-Evremond ; & un fragment du même Auteur touchant le ſervice que M. de Turenne rendit à Gien ; & le ſecond contient les preuves. *A Paris, de l'Imprimerie de la Veuve Fr. Muguet, chez Antoine Dezallier*, 1708, *2 vol. in*-fol.

XXXIV. Hiſtoriæ Tutelenſis libri tres, auctore Steph. Baluzio Tutelenſi, qui Præfationem, Appendicem actorum veterum, (inter quæ vetus Hiſtoria Monaſterii Uſercenſis) : accedunt ad illuſtrationem operis icones quorumdam veterum monumentorum & aliæ, æri inciſæ. *Pariſiis ex Typographia regia*, 1717, *in*-4°.

Uſerca fuit olim ſecunda civitas apud Lemovices (vide *Annal. Lemovic.*). Offenſus Pippinus in urbem Lemovicas, quam ad caſtigandam ejus cum Waifario Duce conſuetudinem vaſtaverat, ſedem epiſcopalem anno 760 Uſercam tranſtulit, Seneſcallumque inferiori Lemovicenſi pago jura dicturum ibidem ſimul inſtituit. Seneſcallus ille poſteà conventus ſuos Uſercâ & Brivate alternatim habuit, uſque ad finem ſæculi 15 ; ut nos eà de re certiores facit Edictum Ludovici XI, datum anno 1463, menſe Auguſti, in Avalocio loco propè Bonam-Vallem, in Parlamento Burdegalenſi regiſtratum penultimâ die Julii, an. 1464 ; quo Edicto Rex ille *ſilentium perpetuum imperavit Tutelenſibus*, qui in urbe ſua Regii Tribunalis Adminiſtros fictâ eâ cauſâ detinebant, quòd, *graſſantibus bellis ac diſſidiis*, apud eos ſeſe receperant : & ſanxit idem Rex » dictos » Judicum conſeſſus, cauſarumque & litium » expeditiones dicti inferioris Lemovicenſis pagi, » aut Tribunalis & Ballivii Brivatenſis & Uſer- » cenſis perpetuò per Seneſcallum noſtrum, qui » nunc eſt & inpoſterùm fuerit & eorum Vica- » rios commiſſos teneri, tractari, deſtitui & » expediri in dictis urbibus Brivate & Uſercâ, » & in iiſdem urbibus eſſe locum auditorii, » Tribunal..... ». Henrici II Edictum, datum Pariſiis anno 1557, menſe Februarii, in Parlamento Burdegalenſi regiſtratum anno 1558, decimâ die Junii, Lemovicenſis inferioris pagi Tribunal Regium ſtabile reddidit ; & in unaquaque urbe Brivate & Uſerca Seneſcalliam inſtituit. Tertia deindè Seneſcallia pro toto inferiori Lemovicenſi pago Tutelâ conſtituta eſt. Hæc retulimus quaſi ignota à pleriſque.

Hiſtoriæ Tutelenſis lib. 3, pag. 299 & ſeq. commemorat Baluzius quemdam parentem ſuum, Antonium Baluzium, qui ſibi 17.° ſæculo nomen fecit negotiationibus magni momenti, quæ ei commiſſæ proſperè ſucceſſerunt ; hæc ità refert. Antonius Baluzius primùm ut nobilis menſæ regiæ famulus Ludovico XIII fuit addictus. Mariam Gonzaguam Principem Auguſtiſſimam in Poloniam proficiſcentem Ladiſlao IV nupturam comitatus eſt. Paulò poſt matrimonium ſuum obiit Rex Polonus. Joannes Caſimirus, ſucceſſor hujus, Baluzium apud ſe retinuit, ejuſque operam ad plures negotiationes difficiles utiliter convertit. Cùm anno 1655 ad iter per Sueciam faciendum teneretur, ut Regi Caſimiro in Sileſiam ſeſe recipere coacto ſerviret, comprehenſus & quinque diebus in carcere detentus fuit : tam ſapienter ſagaciterque ad interrogata reſpondit, ut cuſtodiâ emiſſus à Sueco Rege fidem publicam obtinuerit. Regnum ſuum an. 1656 recuperavit Caſimirus. Ei ſe commodare in difficilioribus negotiis pertexit Baluzius, qui ſæpiùs, ut Regis utilitati & commodis inſerviret, periculum capitis adiit. Illum Rex Caſimirus an. 1658 legavit *Montecuculli* exercituum Imperatoris

peratoris Duci ſuaſurum, ut hic urbem Torunium in Pruſſia obſideret, quæ revertà paucos intrà dies obſeſſa fuit captaque. Pariſiis, die 12 Septembris, an. 1681, obiit Antonius Baluzius; filium poſt ſe reliquit Joannem Caſimirum, Warſoviâ natum an. 1648, à ſacro-fonte ſuſceptum à Poloniæ Rege, cujus fuit viciſſim honorarius puer & nobilis cubicularius: hoc munus ei prorogavit Michaël Koribut, Caſimiri ſucceſſor. Patris ſui non degener, æquam in Poloniâ gloriam conſecutus eſt.

XXXV. Epiſtola Steph. Baluzii ad R. P. Luc d'Achery, ſcripta die 26 Auguſti anno 1662 & inſerta in Præfat. Vol. VI *Spicilegii*, *in*-4°.

XXXVI. Epiſtola Steph. Baluzii ad Hermannum Conringium, Germanum, anno 1672, inſerta in opere Conringii cui titulus eſt: *Cenſura Diplomatis quo Ludov. Imp. &c.* 1694, impreſſane.

XXXVII. Epiſtola Steph. Baluzii ad Joannem Mabilonium Benedictum, data die 21 Junii 1673, & impreſſa in *Actis ordinis S. Benedicti* 4 ſæc. 1 part. pag. 263, edit. anni 1677.

XXXVIII. Epiſtola Steph. Baluzii ad Fredericum Benedict. Carpzovium, data die 1 Januarii 1680: item Epiſtola ejuſd. ad Joannem Schilterum, data die 13 Decembris 1684: inſertæ autem duæ illæ Epiſtolæ in *Amœnitatibus Litterariis Scherlon*, tom. 8, pag. 622.

XXXIX. Carmen in laudem Joannis Baptiſtæ Broſſard, Canonici & Officialis Tutelenſis.

Laus ea *Broſſard* ironicè ſcripta eſt. Hoc poëmatium adornavit *la Monnoye* commmentario latino & acutiſſimo, quod inſertum fuit in primam partem 6. volum. operis inſcripti *Mémoires du P. des Molets.*

XL. Baluzii Carmina & Epiſtola. *Pariſiis*, 1670, *in*-4°.

Hujus Collectionis mentio eſt in Catalogo *Bibliothecæ Bigotianæ*, pag. 156, quamvis in Bibliotheca ipſa viri doctiſſimi ne unum quidem repertum fuerit exemplar, nec eam commemoret P. *Niceron.* Attamen ex nota Bibliopolæ, Gabrielis *Martin*, Bibliothecæ Bigotianæ Auctoris, diligentiâ credendum non eſt ab ipſo non exiſtens opus indicatum fuiſſe. Nonne meliùs Antonio Baluzio tribuendum eſſet?

XLI. Spicilegium, ſeu collectio verorum aliquot ſcriptorum qui in Galliæ Bibliothecis maximè Benedictinorum ſuperſunt, editum olim à Lucâ d'Achery (Pariſiis, annis 1655 & ſeq. 13 vol. *in*-4°.), editio nova priori accuratior, &c. quorum varias lectiones Stephanus Baluzius Tutelenſis & Edmundus Martene collegerunt, &c. *Pariſiis*, 1724, 3 *vol. in-folio.*

Spicilegium contulerat Baluzius cum omnibus manuſcriptis codicibus quos detexerat. Variis lectionibus & innumeris propè locis reſtitutis erat referrum quod præ manibus habebat, illius Collectionis exemplar; quod Ludovico-Franciſco-Joſepho *de la Barre*, ex Inſcriptionum Academiâ, qui novam hanc editionem curavit, maximæ fuit utilitati.

XLII. *Lettres de Baluze au P. Tournemine, ſur l'edition de S. Cyprien qu'il prépare.*

Inſertæ ſunt in actis Trevoltianis Martii 1713, Septembris 1714.

XLIII. S. Cæcilii Cypriani, Epiſcopi & Martyris, Opera ad fidem codicum manuſcript. vetuſtiſſimorum caſtigata, emendata, ſuppleta, & illuſtrata variis lectionibus, notis, diſſertationibus, &c., per Steph. Baluzium; abſolvit ac Præfationem & vitam S. Cypriani adornavit unus è Monachis Congregationis S. Mauri. *Pariſiis, ex Typographiâ Regiâ*, 1726, *in-folio.*

In bibliotheca Baluziana videre eſt à n.° 161 ad 188, à 2209 ad 2212, & à 6064 ad 6071, quot editiones varias Operum ſancti Cypriani collegiſſet Baluzius, quas, unam poſt aliam, accuratè contulerat cum omnibus quos repererat manuſcriptis codicibus. Obiit, cùm propè erat ut ad exitum adduceretur pretioſa hæc editio; cujus abſolvendæ Domnus Prudentius Maranus, Benedictinus, curam in ſe ſuſcepit.

Famoſum hunc locum libri de Unitate Eccleſiæ: » Primatus Petro datur ut una Chriſti » Eccleſia & cathedra una monſtretur; qui cathe» dram Petri, ſuper quam fundata eſt Eccleſia, deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit, &c. ». Innumeris propè diſputationibus præhabitis, interpolatum fuiſſe in animum induxerat Baluzius; quippe quem in antiquioribus & melioris notæ manuſcriptis codicibus non legiſſet. Eum igitur editione ſuâ exemerat, & ſuppoſititium longiore notâ probare intenderat. Tam nefario conatu offenſus Profeſſor quidam Seminarii Andegavenſis, dictus *Masbaret*, primatum Papæ peſſùm ire credidit, niſi textus integer in novam ſancti Cypriani editionem Typis Regiis mandatam revocaretur. Ideò vehementi confirmare diſſertatione conatus eſt quanti Religionis intereſſet hunc locum, non antiquiorum habitâ ratione manuſcriptorum codicum, libro de unitate Eccleſiæ reſtitui: ſiquidem celebris ille contextus tractatui unius è primis Patribus conveniat ob id unum compoſito, ut unitas Eccleſiæ probaretur, & inconcuſſus aſſereretur Primatus divi-

nus. juriſdictionis quam ſancto Petro ejuſque ſucceſſoribus, Epiſcopis Romæ, Jeſus Chriſtus tribuerat. Tam Cardinali *de Fleury*, primo tunc regni Miniſtro, quàm Jeſuitis & omnibus auctoritate pollentibus, quos gloriæ ſanctæ Sedis Romanæ ſtudio incenſos credidit, ſuæ Diſſertationis miſit exemplaria. Qualis è Baluzii manibus, talis in publicum emittenda editio erat, & ad calcem vulganda diſſertatio quælibet vel profeſſoris *Masbaret*, vel alterius cujuſvis Theologi, ad errorem Baluzii detegendum, ſi tamen error eſſet. Theologis à Miniſtro congregatis dirimenda propoſita eſt controverſia. Hoc jàm peracto, vel cùm Româ imperioſâ in rixam ruendum eſſet, vel reſtituendus erat locus; quo velut auctoritate adminiſtri ſubtracto, Primatui Romano attentare viſa fuiſſet Fraſicia. Privato cuilibet opiniones ſuas, modò nec regni legibus, nec fidei dogmatibus, nec bonis moribus adverſas, in lucem proferre licet: eaſdem verò, quibuſcumque rationibus innixas, ſi miniſterii publici judicio ſubmittantur, ab eo tolerari, multò minùs conſignari, civilis non ſemper patitur prudentia. Locum reſtituendum eſſe judicavit Theologorum cœtus: tale judicium Cardinalis adminiſtet Antini Duci adimplendum mandavit: juſſit hic Domno Marano ut ea de re cum Abbate *Targny* Theologo domini *le Tellier*, dicti Abbatis *de Louvois*, tunc in rebus eccleſiaſticis partes agentis, colloqueretur; ope folii denuò impreſſi locus reſtitutus, notaque Baluzii admodùm contracta eſt. Profeſſor *Masbaret*, qui eam nondùm perlectam vituperaverat, ad ſe notam primigeniam mitti domnum Maranum rogavit; & miſſam, obſervationibus ad marginem appoſitis, articulatim ſub hoc titulo cenſoriâ virgulâ caſtigavit: *Baluzii in Cypriani locum primatus Petro, &c. primigenia Obſervatio, cenſoriâ virgulâ caſtigata*: quæ obſervationes præſto dignæ non judicatæ ſunt.

XLIV. Promiſerat Baluzius aliquid ſe daturum, 1°. *de vitâ rebuſque illuſtrium Lemovicenſium*; 2°. *Epiſtolam Ruricii Epiſcopi Lemovicenſis*. Duo hæc opera cum omnibus Baluzii Schedis in Bibliothecâ regiâ aſſervantur.

XLV. Bibliotheca Baluziana, ſeu catalogus librorum Bibliothecæ V. Cl. D. Steph. Baluzii Tutelenſis. *Pariſiis, Gabriel Martin & Jean Boudot*, 1719, 2 *vol. in*-8°.

Huic Catalogo magnæ in ſe ad librorum notionem utilitatis pretium addidiſſet Index Auctorum ad calcem appoſitus: ab ipſomet Baluzio digeſtus fuit, deinde recognitus à Gabriele *Martin*, Bigotianæ, Bultellianæ & aliarum Bibliothecarum auctore, ut teſtatur *Biblioth. Baluz.* Præfat. pag. 2: « Catalogum digeſtum & deſcriptum ab ipſomet Baluzio edimus, eodem » nec quicquam mutato quo erat diſpoſitus or» dine; ... libros igitur, ſicuti pars erat pro noſ» tro officio, ſcrupulosè recognovimus, cum » catalogo contulimus. ... &c. ». Continet 10799 articulos librorum impreſſorum in-folio, in-4°, in 8°, & in-12; pluſquàm 1500 manuſcriptorum codicum de rebus variis collectionem; 249 Bullarum Pontificum Romanorum; 65 ad Concilia ſpectantes; 35 de rebus Eccleſiaſticis; 29 offerentes apochas pro communibus juſtis funebribus Papæ & Cardinalium; 54 de Decimis; 43 de Ordine Cluniacenſi; 58 Diplomatum Regum Francorum; 53 de Monetis; 8 ad Hiſtoriam Catalauniæ, Arragoniæ & Balearis-Majoris, 41 ad Hiſtoriam Occitaniæ; 33 offerentes Membranas veteres domorum *de la Jugie, de Puydeval & de Contos* in Lemovicenſi pago; 36 Miſcellaneorum; 11 convolutas Chartas de diverſis, & Ordine præſertim Templariorum; & innumeros propè de variis rebus manuſcriptos Codices ſub hoc generali titulo collectos: *Catalogus Collectaneorum V. C. Steph. Baluzii.* Monet *Martin* in *Biblioth. Baluz.* catalogum manuſcriptorum codicum ipſiuſmet Baluzii opus eſſe: *Catalogus Codicum manuſcriptorum, prout fuit a Baluzio diſpoſitus & deſcriptus, integer & intactus prodit.* Immenſas opes litterarias hæc Collectio complectitur. Venalem propoſitam poſt obitum Baluzii ſibi Rex vindicavit, & eâ bibliothecam locupletavit ſuam. In biblioth. Baluz. titulos habent ſtudioſi doctique viri, & in biblioth. Regiâ quorum erunt cupidi participes fient. Libris pluribus impreſſis liquet Baluzium cum manuſcriptis codicibus multas contuliſſe editiones Conciliorum, Patrum & Auctorum de diverſis, quorum novas ab ipſo parari editiones veriſimile eſt. » Lectorem admonemus, ait Ga» briel *Martin*, libros illos qui indicantur in » catalogo collati, annotati aut emendati, abſ» que declarato collatoris & notatoris nomine, » fuiſſe illuſtratos ipſâ manu noſtri Baluzii, & » numero quidem ſunt plurimi: iis verò quibus » alia manus invigilavit, nomen critici fuit expoſitum ». *Biblioth. Baluz. Præf. pag.* 4.

INDEX

VARIORUM OPERUM IPSA MANU BALUZII ILLUSTRATORUM, quorumque plurimorum novas Editiones meditabatur.

Volumina in-folio.

Biblioth. Baluziana. Num. 155. 156. 159.

1. Tertulliani Opera, ex editione beati Rhenani. *Baſilea*, 1550. — Eadem ex editione Pamelii. *Pariſiis*, 1583. — Eadem, ex editione Nicolai Rigaltii, cum annotationibus diverſorum. *Pariſiis*, 1641.

Ubi multa collata cum vetuſtis codicibus mſſ. & præcipue cum codice Agobardi, Archiepiſcopi Lugdunenſis. *

* Omnes hujus-ce partis notæ ſunt Librarii *Gabrielis Martin*.

Num. 209. II. Epiſtolæ S. Hieronymi, cum annotationibus Eraſmi. *Lugduni*, 1526.

Ubi multa collata cum vetuſtis codicibus mſ.

Num. 258. 259. III. Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris opera. *Auguſtæ Vindeliciorum*, 1533.

Duo exemplaria collata cum codicibus mſ.

Num. 245. 248. 249. 251. IV. S. Gregorii Magni, Papæ I, opera. *Pariſiis*, 1533. — Eadem... *Romæ*, 1588, 4 *vol.* — Eadem, ex editione Petri Guſſanvillei. *Pariſiis*, 1675, 3 *vol.* — Ejuſdem Epiſtolarum prima editio. *Venetiis*, 1504.

Ubi Epiſtola collata cum vet. cod. mſ.

Num. 159. V. Beati Flacci Albini Alchuvini Abbatis Opera, ex edit. And. Quercetani. *Pariſiis*, 1617.

Ubi quædam collata cum veteri cod. mſ.

Num. 400. VI. Codex Canonum vetus Eccleſiæ Romanæ, à Franciſco Pithœo ad veteres Mſſ. reſtitutus: accedunt Fulgentii Ferrandi breviatio Canonum; Petri Pithœi Miſcellanea Eccleſiaſtica; Abbonis Abbatis Floriacenſis Apologeticus & Epiſtolæ; Formulæ antiquæ Alſaticæ. *Pariſiis*, è *Typographia Regia*, 1687.

Ubi Fulgentius Ferrandus & Abbo Floriacenſis collati cum veteribus codicibus mſ.

Num. 428. VII. Concilia generalia Eccleſiæ Catholicæ, G. L. *Romæ*, 1608, 4 *vol.*

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſ.

Num. 431. VIII. Concilia generalia & provincialia, G. L. ex edit. Philip. Labbei & Gabr. Coſſartii. *Pariſiis*, 1671, 17 *vol.*

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſ.

Num. 434. IX. Stephani Baluzii nova collectio Conciliorum. *Pariſiis*, 1683.

Ubi quædam emendata.

Num. 435. 436. X. Collectio Conciliorum Hiſpaniæ, diligentiâ Garſiæ Loaiſæ elaborata. *Madriti*, 1593.

Collata cum duobus vet. cod. mſſ.

Num. 440. 441. XI. Concilia antiqua Galliæ, ex edit. Jacobi Sirmondi. *Pariſiis*, 1629, 3 *vol.*

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſ.

Num. 442. XII. Conciliorum antiquorum Galliæ Supplementa, collectore Petro de Lalande. *Pariſiis*, 1666.

Ubi quædam ſunt annotata.

Num. 474. 475. XIII. Decretum Burchardi Epiſcopi Vormacienſis. *Coloniæ*, 1548.

Collatum cum duobus vet. cod. mſ.

Num. 476. XIV. Decretum Ivonis Epiſcopi Carnotenſis. *Lovanii*, 1561.

Ubi multa collata cum vet. cod. mſ.

Num. 492. 493. XV. Epiſtolæ Decretales Pontificum Romanorum, ex edit. Antonii de Aquino. *Romæ*, 1591, 3 *vol.*

Ubi multa collata cum vetuſt. cod. mſ.

Num. 500. XVI. Antiquæ collectiones Decretalium, editæ ab Antonio Auguſtino, cum ipſius & Jac. Cujatii notis. *Pariſiis*, 1609.

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſ.

Num. 614. 618. XVII. Capitularia Regum Francorum, cum notis Stephani Baluzii. *Pariſiis*, 1677, 2 *vol.*

Ubi multa annotata & emendata. — Hoc eſt exemplar quo uſi ſumus ad publicandam *novam Capitularium Editionem.*

Num. 619. XVIII. Codex Legum Wiſigothorum, editus à Petro Pithœo. *Pariſiis*, *Nivellius*, 1579.

Collatus cum duobus antiquis cod. mſ.

Num. 660. XIX. Ægidius Bucherius de doctrina temporum; accedunt Victorii Aquitani Canon Paſchalis..... & Dionyſii exigui Epiſtolæ de ratione Paſchæ. *Antuerpiæ*, 1634.

Ubi Victor Aquitanus & Dionyſius exiguus collati cum veter. cod. mſſ.

Num. 662. XX. Euſebii Pamphili....., M. Aur. Caſſiodori..... chronica, ex edit. Joan. Sichardi. *Baſileæ*, 1536.

Ubi Chronicon Caſſiodori collatum cum vetuſtiſſ. cod. mſ

Num. 663. XXI. Euſebii Phamphili, D. Hieronymi & Proſperi Aquitani chronica, cum notis Arnaldi Pontæi. *Burdigalæ*, 1604.

Ubi Chronica Hieronymi & Proſperi collata cum vetuſtiſſ. cod. mſſ.

Num. 665. 666. XXII. Reginonis Chronicon. *Moguntiæ*, 1521. — Idem, inter Rerum Germanicarum IV celebriores Chronographos....., ex edit. Simonis Schardii. *Francofurti*, 1666.

Collatum cum duob. veter. cod. mſ.

Num. 718. XXIII. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores, Euſebius, Socrates, Theodoritus, Sozomenus, & Evagrius, Græcè. *Pariſiis*, *Rob. Steph.* 1544.

Collati cum veteri cod. mſ.

Num. 729. XXIV. Cæſaris Baronii Annales Eccleſiaſtici. *Antuerpiæ*, 1589 & ſeq. 12 *vol.*

In quibus multa collata cum vetuſtiſ. codic. mſſ.

Num. 875. XXV. Statuta Petri *d'Aubuſſon*, magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, & aliorum Magiſtrorum qui poſt eum fuêre. *Mſ. exemplar.*

Collatum cum originali.

Num. 1093. XXVI. Chronicon Abbatis Urſpergenſis, cum paraleipomenis rerum memorabilium eidem chronico annexis. *Argentorati*, 1540.

Collatum cum veteri cod. mſ.

Num. 1141 XXVII. Laurentii Bochelli Decreta Eccleſiæ Gallicanæ. *Pariſiis*, 1609.

Ubi quædam collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 1148. XXVIII. Leges Salicæ, illuſtratæ à Gottefrido Wendelino. *Antuerpiæ*, 1649.

Ubi Lex Salica collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 1231. XXIX. Preuves des Libertés de l'Egliſe Gallicane. *Paris*, 1651, *vol.*

Ubi multata annotata.

Num. 1289. XXX. Gallia Chriſtiana Sammarthanorum. *Pariſiis*, 1656, 4 *vol.*

Ubi quam multa addita, emendata & collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 1301. XXXI. Andreæ & Franc. du Cheſne Collectio Scriptorum Hiſtoriæ Francorum. *Pariſiis*, 1636, &c., 5 *vol.*

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 1309. XXXII. Ejuſd. And. du Cheſne Scriptores Hiſtoriæ Normannorum. *Pariſiis*, 1619.

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 1304. XXXIII. Philippi Labbei Bibliotheca nova Mſſ. librorum. *Pariſiis*, 1657, 2 *vol.*

Ubi multa collata cum vetuſtiſſ. cod. mſſ.

Num. 1305. XXXIV. Aimonius Monachus de geſtis Francorum: accedunt..... liber miraculorum B. Mauri Abbatis, auctore Odone Abbate S. Mauri... *Pariſiis*, 1602.

Ubi liber miraculorum B. Mauri collatus cum veteri cod. mſſ.

Num. 1183. XXXV. Catalogue des Conneſtables, Chanceliers, &c. par Jean le Feron, augmenté & corrigé par Denys Godefroy. *Paris, de l'Imprimerie Royale*, 1658.

Ubi quadam ſunt annotata.

Num. 1391 XXXVI. Cæſaris Egaſii Bulæi Hiſtoria Univerſitatis Pariſienſis. *Pariſiis*, 1665, &c. 6 *vol.*

Ubi quædam collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 1557. XXXVII. Défenſe des Privileges de l'Egliſe de S. Martin de Tours, contre les prétentions de M. l'Archevêque. *Paris*, 1708.

Ubi quædam collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 1495. XXXVIII. Table Généalogique de la Maiſon du Puydufou. *Paris*, 1638.— Table Généalogique de la Maiſon de S. Simon, par le ſieur d'Hozier. *Paris*, 1631.

Utraque Tabula cum additionibus mſſ.

Num. 1501. XXXIX. Joannis Jacobi Chiffletii Opera Politico Hiſtorica. *Antuerpiæ*, 1650, 3 *vol.*

Ubi Lex Salica collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 1541. XL. Jacobi Waræi Commentarius de Præſulibus Hiberniæ. *Dublinii*, 1665.

Ubi multa annotata

Num. 1647. XLI. Marca Hiſpanica, ſive Limes Hiſpanicus, auctore Petro de Marca, Archiep. Pariſ. cum diverſis acceſſionibus, edente Steph. Baluzio. *Pariſiis*, 1688.

Ubi multa emendata & annotata.

Num. 1717 XLII. M. Vitruvius Pollio de architectura cum notis diverſorum. *Amſtelodami, Elzevir*, 1649.

Collatus cum vetuſtiſſimo cod. mſſ.

Volumina in-quarto.

Num. 2206. XLIII. M. Minutii Felicis Octavius, & Julius Firmicus Maternus de errore profanarum Religionum cum notis diverſor. ex edit. Jacobi Ouzelii. *Lugduni Batav.* 1652.

Ubi varia lectiones ad Minutium ex vet. cod. mſſ.

Num. 2207. XLIV. Commodiani inſtructiones adverſus Gentium Deos, cum notis Nicolai Rigaltii. *Tulli Leucorum*, 1650.

Is liber collatus eſt cum veteri codice mſ. ex quo Sirmondus deſcripſerat.

Num. 2215. XLV. Divi Placiani Epiſcopi Barcinonenſis Opera. *Pariſiis*, 1538.

Ubi quadam collata cum vet. cod mſſ.

Num. 2250. XLVI. Veterum aliquot Galliæ Theologorum ſcripta, edita à Petro Pithœo. *Pariſiis*, 1586.

Ubi quadam collata cum vet. cod. mſſ

Num. 2262. XLVII. Fulgentii Ferrandi Diaconi Carthaginenſis opera, cum notis Petri Franciſci Chiffletii. *Divione*, 1649.

Ubi quadam collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 2267. XLVIII. Epiſtolæ S. Gregorii Papæ. *Pariſiis*, 1508.

Ubi quadam collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 2280, 2281. XLIX. Hincmari, Archiep. Remenſis, Epiſtolæ, cum notis Joann. Buſæi: accedunt..... Conſtitutiones Karoli M. cum notis Viti Amerpachii. *Moguntiæ*, 1602.

Ubi conſtitutiones Karoli M. collatæ cum duobus vet cod. mſſ.

Num. 2282. L. Hincmari, Archiepiſcopi Remenſis, Opuſcula & Epiſtolæ: accedunt Nicolai Papæ I & alior. ejuſd. ævi quædam Epiſtolæ & Opuſcula, ex edit. Joan. Cordeſii. *Pariſiis*, 1615.

Ubi quædam collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 2289. LI. Lucæ Dacherii Spicilegium veterum Scriptorum. *Pariſiis*, 1695 & ſeq. 13 *vol.*

Ubi multa collata cum veteribus cod. mſſ.

Num. 1616. LII. Acta Concilii Piſani celebrati an. 1409.... accedunt Concilium delectorum Cardinalium de emendanda Eccleſia conſcriptum an. 1538, & alia ejuſd. argumenti, inter quæ inſignis eſt Dialogus ſub hoc titulo JULIUS. *Pariſiis*, 1612.

Cum præfatione mſ. Steph. Baluzii qua illum Eraſmo adſcribit.

Num. 2772. LIII. Pœnitentiale Theodori, Archiepiſc. cantuarenſis, cum notis Jacobi Petit. *Pariſiis*, 1677, 2 *vol.*

Ubi nonnulla collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 2774. LIV. Liber Diurnus Romanor. Pontif. cum notis Joan. Garnerii. *Parisiis*, 1680.

Collatus cum vet. cod. mſſ.

Num. 2984. 2985. 2986. LV. Marculfi Monachi, aliorumque auctorum Formulæ veteres, necnon liber Legis Salicæ, cum notis Hyeron. Bignonii. *Parisiis*, 1665.

Collata cum vetuſtis cod. mſſ.

Num. 3193 LVI. Euſebii Cæſarienſis....., Anſelmi Gemblacenſis, Chronica. *Antuerpiæ*, 1608.

Ubi Chronicon Anſelmi cum auctariis collatum cum vet. cod. mſſ.

Num. 3138. LVII. Franciſci Harlæi, Archiep. Rothomagenſis, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ liber primus. *Pariſiis*, 1629.

Ubi annotata ſunt qua in conventu habito Pariſiis apud ſanctam Genovefam acta ſunt apud Cardinalem Rupifuccaldium adverſus hunc Libellum.

Num. 3155. LVIII. Papirii Maſſoni libri ſex de Epiſcopis Urbis. *Pariſiis*, Nivellius, 1586.

Ubi Itinerarium Gregorii XI. collatum cum vet. cod. mſſ.

Num. 3175. LIX. Vitæ Paparum Avenionenſium, editæ cum notis à Stephano Baluzio. *Pariſiis*, 1693, 2 *vol.*

Ubi permulta collata, emendata & addita, 3 *vol.*

Num. 3199. LX. Elenchus Cardinalium ab anno 1294 ad an. 1430: accedit vita Martini V. per Felicem Contelorium ſcripta. *Romæ*, 1641 & 1659, 2 *vol.*

Ubi quadam annotata ſunt.

Num. 3837. LXI. Hugonis Falcandi hiſtoria Siciliæ. *Pariſiis*, 1550.

Ubi multa collata cum veteri cod. mſſ.

Num. 4266. LXII. Carmen de origine gentis Francorum, cum notis & diſſertatione de Ariſtenti Epiſcopatu Thomæ Aquinatis à S. Joſeph. *Pariſiis*, 1644.

Collatum cum eo ipſo codice mſ. ex quo editum eſt.

Num. 4370. LXIII. Supplementum antiquitatum Urbis Pariſiacæ, auctore Jacobo du Breul. *Pariſiis*, 1614.

Ubi quadam collata cum vetuſtiſſimo codice mſ.

Num. 4410. LXIV. Hiſtoire de l'Abbaye de S. Denys, par Jacques Doublet. *Paris*, 1625.

Ubi multa collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 4411. LXV. Joannis Launoii aſſertio inquiſitionis in privilegium Monaſterii S. Medardi Sueſſionenſis. *Pariſiis*, 1661.

Ubi multa collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 4442. LXVI. Jacobi Tavelli vitæ Archiep. Senonenſium. *Senonis*, 1608.

Ubi multa annotata.

Num. 4487. LXVII. Recherches & Mémoires ſervans à l'hiſtoire d'Autun, par Jean Munier. *Dijon*, 1660.

Ubi multa collata cum vet. cod. mſſ

LXVIII. Hiſtoire de Tournus, par le P. Chiflet. *Dijon*, 1664. Num. 4488.

Ubi quadam collata cum vet. cod. mſſ.

LXIX. Vincentii Barralis Salerni Chronologia ſacræ Inſulæ Lerinenſis. *Lugduni*, 1613. Num. 4522.

Ubi quadam Eucherii collata cum vet. cod. mſſ.

LXX. Jacobi Hiltebrandi Genealogia Regum Sueciæ. *Stetini*, 1631. Num. 4610.

Ubi multa annotata.

LXXI. Q. Aurelii Symmachi Epiſtolæ, cum notis Franciſci Juretii. *Pariſiis*, 1604. Num. 5324.

Collata cum vet. cod. mſſ.

LXXII. Gerberti, Joan. Saresberienſis, & Stephani Tornacenſis Epiſtolæ. *Pariſiis*, 1611. Num. 5329. 5331.

Ubi collata ſunt cum vetuſtis cod. mſſ. Earumdem Epiſtolarum exemplar ſub num. 5328. habebat Baluzius, cum variis lectionibus manu Andreæ Ducheſnæ, & notis mſſ. Joan. Beſſii.

Volumina in-octavo.

LXXIII. Fragmenta Karoli M. & alia de ritibus: accedunt Albini Alcuini Epiſtola ad Karolum M.... *Antuerpiæ*, 1560. Num. 5830.

Ubi initium fragmentorum Karoli M. collatum cum vet. cod. mſſ.

LXXIV. Marcellini & Fauſtini libellus precum, editus à Jac. Sirmondo. *Pariſiis*, 1650. Num. 6097. 6098.

Collatus cum veteri cod. mſſ.

LXXV. Marii Mercatoris Opera, cum notis Stephani Baluzii. *Pariſiis*, 1684. Num. 6124.

Ubi multa emendata.

LXXVI. Prædeſtinatus, editus à Jacobo Sirmondo. *Pariſiis*, 1643. Num. 6126.

Ubi quadam ſunt annotata, & in calce addita ſunt variæ lectiones ex vetuſtiſſimo codice mſ. excerpta à Luca Holſtenio.

LXXVII. Opuſcula dogmatica veterum quinque Scriptorum, ſcilicet, Leporii Presbyteri libellus emendationis; Capreoli Carthaginenſis Epiſtola ad Vitalem & Tonantium; Breviarium fidei adverſus Arrianos hæreticos; Iſaac ex Judæo liber fidei; Victorini Afri liber contrà Manichæos, & de principio diei; & notitia provinciarum & civitatum Africæ; ex editione Jacobi Sirmondi. *Pariſ.* 1630. Num. 6148.

Ubi quadam annotata & collata cum vet. cod. mſſ.

LXXVIII. Joannis Caſſiani Eremitæ Opera. *Romæ*, 1611. Num. 6150. 6151.

Ubi Libri VII. de Incarnatione Domini collati cum veteri cod. mſ.

LXXIX. Fauſti Epiſcopi Reienſis, libri duo de Gratia Dei & humanæ mentis Libero Arbitrio, & Num. 6151.

Fauſtini Presbyteri liber de fide adversus Arrianos ad Flaccillam Imperatricem. *Baſilea*, 1528.

Ubi Fauſtus collatus cum vetuſtiſſimo cod. mſ.

Num. 6166. LXXX. Hilarii Epiſc. Pictav. ex opere hiſtorico Fragmenta, edita à Petro Pithœo, cujus accedit vita à Joſia Metcero ſcripta. *Pariſiis*, 1598.

Ubi quædam collata & emendata.

Num. 6170. LXXXI. Salviani Maſſilienſis & Vincentii Lirinenſis Opera, cum notis Stephani Baluzii, tertia editio. *Pariſiis*, 1684.

Ubi quædam annotata.

Num. 6199. LXXXII. S. Aviti, Archiep. Vienn. Opera, cum notis Jacobi Sirmondi. *Pariſiis*, 1643.

Ubi epiſtolæ collatæ cum vet. cod. mſſ.

Num. 6201. LXXXIII. S. Cæſarii Epiſc. Arelat. Homeliæ XIV, cum notis Steph. Baluzii. *Pariſiis*, 1669.

Collata cum vet. cod. mſſ.

Num 6219. LXXXIV. Paſchaſii Ratberti liber de Corpore & Sanguine Domini: accedunt....., ex edit. Joan. Vlimmerii. *Lovanii*, 1561.

Suppleta funt in calce quædam ex mſſ. Sax-Germanenſi quæ in Paſchaſio deficiunt.

Num. 6220. 6221. 6225. LXXXV. S. Agobardi, Archiep. Lugdun. Opera, edita à Papirio Maſſono. *Pariſiis*, 1605. — Eadem, nec non Leidradi & Amulonis Epiſtolæ & Opuſcula, cum notis Steph. Baluzii. *Pariſiis*, 1666, 2 *vol.*

Collata cum vet. cod. mſſ.

Num. 6259. LXXXVI. Theodulfi, Epiſc. Aurel. Opera, cum notis Jacobi Sirmondi. *Pariſiis*, 1646.

Ubi Capitulare collatum cum vet. cod. mſſ.

Num. 6276. LXXXVII. Joannis Mabillonii veterum Analectorum tomi quatuor. *Pariſ.* 1675, *& ſeq.* 4 *vol.*

Ubi quædam emendata & adnotata.

Num. 6278. LXXXVIII. Stephani Baluzii Miſcellaneorum libri VII. *Pariſiis*, 1678. *& ſeq.* 7 *vol.*

Ubi multa collata, emendata & adnotata.

Num. 6310. LXXXIX. Codex Canonum Eccleſiæ Romanæ. *Pariſiis*, 1609

Collatus cum veteri cod. mſ.

Num. 6317.
XC. B. Hilarii, Pictav. Epiſc. ex opere hiſtorico fragmenta, cum Petri Pithœi vita. *Pariſiis*, 1598.

Collata cum veteri cod. mſ.

XCI. Synodus Pariſienſis de imaginibus, habita an. 824. *Francofurti*, 1596.

Collata cum vetuſtiſſimo codice mſ.

Num. 6331. XCII. Geſta collationis Carthaginenſis inter Catholicos & Donatiſtas; ex edit. Papirii Maſſoni. *Pariſiis*, 1589.

Collata cum vetuſtiſſimo cod. mſ.

XCIII. Lucæ Holſtenii Collectio Romana bipartita veterum aliquot Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ monumentorum. *Roma*, 1662. Num. 6943.

Ubi quædam collata cum vetuſtis cod.

XCIV. Concilia Galliæ Narbonenſis, cum notis Stephani Baluzii. *Pariſiis*, 1668. Num. 6949.

Ubi quædam annotata.

XCV. Gaufridi de Monte electo, Abbatis Lirinenſis, libellus de auctoritate Concilii generalis. *Vetus editio.* Num. 6956.

Collatus cum veteri cod. mſ.

XCVI. Petri de Marca, Archiep. Pariſ. Diſſertationes tres, cum notis Stephani Baluzii. *Pariſiis*, 1669. Num. 6964.

Ubi quædam emendata & annotata.

XCVII. Appendix codicis Theodoſiani, edita à Jacobo Sirmondo. *Pariſiis*, 1631. Num 7091. 7096.

Ubi multa collata cum vetuſtis cod. mſſ.

XCVIII. Capitula Karoli M. & Ludovici Pii, ex edit. Petri Pithœi, cum Gloſſario. *Pariſiis*, 1588. — Eadem, *Pariſiis*, 1603. — Eadem, *Pariſiis*, 1640. Num. 7228. uſque ad 7243.

Collata cum veteribus cod. mſſ. Anicienſi, Thuaneo, Oratorii Trecenſis, Bellovacenſi, Divionenſi, ſancti Galli, Metenſi, Colbertino, Tilianо, Regio, Jacobi Sirmondi, Camberonenſi, Aymonis Prieſti Autiſſ. Aurelian. S. Michaelis in periculo maris, Rivipullenſi & aliis.

XCIX. Capitula Karoli Calvi & ſucceſſorum, cum notis Jacobi Sirmondi. *Pariſiis*, 1623. Num. 7244. uſque ad 7247.

Collata cum vetuſtiſſimis cod. mſſ. Thuaneo, Metenſi, Bellovacenſi & Tilianо.

C. Marculfi Monachi Formulæ, cum notis Hieronymi Bignonii. *Pariſiis*, 1613. Num. 7248.

Collata cum veteri codice mſ.

CI. Breviarium Liberati Archidiaconi, cum notis Joannis Garnerii. *Pariſiis*, 1675. Num. 7179. uſque ad 7182.

Collatum cum quatuor vetuſtis cod. mſſ.

CII. Hiſtoriæ Francorum Scriptores Coætanei XII, editi à Petro Pithœo. *Pariſiis*, 1588 Num. 7846.

Ubi chronicon Frodoardi collatum cum vetuſtiſſimo cod. mſ. Unum exemplar eorumdem Scriptorum habebat Baluzius ſub num. 7947, *in quo multa addita & emendata manu Petri Pithœi*: Alterum ſub num. 7948, *edit. Francofurti* 1594, *ubi multa correcta & illuſtrata manu Caroli Labbei.*

CIII. Flodoardi Hiſtoria Eccleſiæ Remenſis, edita à Jacobo Sirmondo. *Pariſiis*, 1611. — Eadem, ex edit. Georgii Colvenerii. *Duaci*, 1617. Num. 8148. 8149.

Ubi quædam annotata & collata cum codice mſ.

CIV. M. Antonii Mureti Juvenilia. *Pariſiis*, 1552. Num. 8660.

Cum Scholiis manuſcriptis.

CV. Epiſtolæ Fulberti, Epiſcopi Carnotenſis, edente Papirio Maſſono. *Pariſiis*, 1585.

Collata cum veteri codice mſ.

Num. 9085. CVI. Epiſtolæ Arnulphi Epiſc. Lexov. *Pariſiis*, 1585.

Collata cum veteri codice mſ.

Num. 9088. CVII. Epiſtolæ & alia Opera Fulberti, cum notis Caroli de Villiers, *Pariſiis*, 1608.

Collata cum veteri codice mſ. Unum exemplar Epiſtolarum & Operum Fulberti habebat Baluzius ſub num. 9086, *collatorum cum veteri cod. mſ. manu Andreæ Duchesnii*: Alterum eorumdem ſub num. 9087, *collatorum cum veteri cod. mſ. manu Emerici Bigotii.*

Num. 9089. CVIII. Epiſtolæ & Chronicon de Regibus Francorum, Ivonis Epiſc. Carnot. cum obſervat. Franc. Jureti. *Pariſiis*. 1610.

Ubi quædam annotata.

Num. 9091, 9093. CIX. Epiſtolæ Arnulphi, Epiſc. Lexov. *Pariſiis*, 1585.

Collata cum vet. cod. mſ.

Num. 9094, 9095. CX. Epiſtolæ Stephani, Epiſc. Tornac. cum notis Claudii du Moulinet. *Pariſiis*, 1679.

Collata cum veteri cod. mſ.

Volumina in-12.

CXI. D. Hilarii ex opere hiſtorico fragmenta, ex Bibliotheca Petri Pithœi, cum ejuſd. Pithœi vita. *Pariſiis*, 1598, *in-8°.* Num. 9089.

Collata cum veteri cod. mſ.

CXII. Jonæ, Epiſc. Aurelian. Libri III de cultu imaginum. *Antuerpiæ*, 1565, *in-16.* Num. 9089.

Collati cum vetuſtiſſimo codice mſ

CXIII. Codex Legum antiquarum, editus à Joanne Tilio, *in-16.* Num. 9941.

Collatus cum veteri codice mſ. Aliud exemplar ejuſd. codicis habebat Baluzius ſub num 9943, *collatum cum cod. mſ. manu Petri Pithœi.*

CXIV. Opus Karoli M. contra Synodum Græcor. de adorandis imaginibus; & Paulini, Epiſc. Aquileienſis Libellus adverſus Felicem Urgellitanum, ... ; edita ab Eli. Phili. id eſt Joan. Tilio, 1549, *in-16.* Num. 9948.

Ubi Paulinus collatus cum veter. cod. mſ.

CXV. Gabrielis Lurbei Garumna & alii Fluvii Aquitaniæ. *Burdigalæ*, 1593. Num. 10071.

Emendati ad autographum Lurbei.

FINIS CATALOGI ET INDICIS OPERUM.

*[Editionis anni 1601. in-8°.]

*CLARISSIMI viri Petri Pithœi Præfatio ad libros Capitularium**, quam præcedit epiſtola dedicatoria ad Henricum III. Francorum Regem Chriſtianiſſimum.*

HENRICO III. REGI CHRISTIANISSIMO P. P.

MAJORUM tuorum Chriſtianiſſimorum Principum Leges non putavi aliis quàm nominis tui, REX, auſpiciis in publicum exire debere. Nam præter ſanguinis jura, quæ nulla civili ratione corrumpi aut dirimi poſſunt, ſanè quæ Regum nomen præferrent, & verò magna parte regia eſſent, ad Regem etiam referri par fuit, cujus ſacroſanctam majeſtatem qui vel tantulùm imminuit, Dei ipſius ſummi omnium Regis atque Imperatoris imaginem violaſſe non immeritò videatur. Acceſſit & illud, quòd licet iſtis, ut ipſi tum appellabant, Capitulis externa nonnulla & exotica pro collectorum ingeniis admixta ſint, tamen inter hujuſmodi rudera, juris Francici fontes aut potiùs fundamenta recognoſcere nobis quidem facile eſt, quæ poſteri hac parte aliquantò feliciores in melius ſic produxiſtis, ut quemadmodum nullum jam Francorum regno antiquius aut nobilius orbis habet, ita vix ulla ferè gens reliqua ſit quæ non ab hoc jura acceperit, nulla quæ legibus & inſtitutis, ſive copiam ſive æquitatem & providentiam ſpectemus, cum eo comparari queat. Sed dabit veniam majeſtas tua ſi illud paulò fortaſſe liberiùs adjeciſſe videbor, leges ipſas rem per ſe mutam ac mortuam eſſe niſi vitam, &, ut noſtrorum verbis dicam, effectum rei à magiſtratu accipiant, quem ob id priſci ſapientes νόμον ἔμψυχον non fruſtrà nuncuparunt. Qua etiam in re ſecuritati principum facilè à numine proviſum eſt, ut in paucorum fide, omnium benevolentia conquieſcere poſſint, dum virtuti potiùs quàm ambitioni locum dent. Verùm hæc quando tu, REX, ſummis rebus gerendis penè à puero admotus, experimentis ipſis meliùs ſcire potes, finem faciam, ſi priùs illud Deum opt. max. ex animo rogavero, ut qui tibi omnium antiquiſſimum ac nobiliſſimum glorioſiſſimumque imperium hereditario jure tenendum adminiſtrandumque commiſit, idem te regio illo ſuo & principali ſpiritu regere ac confirmare dignetur.

LECTORI*.

*[Hæc Præfatio præfixa quoque fuerat editioni anni 1593 ſine nomine auctoris.]

HÆC ipſa quæ nunc tandem publico damus, Capitula ante annos quadraginta magna parte edere inſtituerat Joannes Tilius, vir magno judicio præditus, ac rerum noſtrarum ſcientiſſimus; ſed aut ejus morte cujus præcipuè opera in eam rem utebatur, aut exemplaris defectu, aut operis ipſius non adeo grati & laborioſioris tædio, ſeu quo alio impedimento, à cœpto ita deſtitit ut demum poſt ejus obitum folia aliquot in aliorum manus devenerint, quibus etiam prudentiſſimos & diligentiſſimos viros qui Romæ Gratiani collectioni recognoſcendæ recenſendæque præfuerunt lubenter uſos video, ſimul & Bellovacenſis Eccleſiæ exemplaris reliquiis, quæ tum illi quidem doctiſſimi Epiſcopi beneficio, indicio verò noſtro nacti ſunt. Nos jam ex pluribus noſtris alieniſque codicibus

cibus plura & integriora edi curavimus, bonâ saltem fide, Tilii exemplum judiciumque sequuti, qui non ex Benedicti modo, sed & ex Ansegisi ipsius Collectione eadem non semel posita sustulerat, similibus tantùm quibusdam relictis, numeris etiam capitulorum consequenter mutatis. Quod eò monere visum est, ne quis eadem posthac ex iisdem aut aliis etiam exemplaribus augere aut supplere conetur, frustrà. Nam emendare quidem omnibus per nos licet, præsertim in tanta operarum, cujus relegentes puduit, negligentia socordiaque. Illud etiam verendum est, ne nos quoque in hac rutuba non pauca fefellerint. Quamquam nec fortassis fuerint illa tanti, præsertim quæ post Ansegisum pro cujusque Collectoris ingenio & proposito, confusè nulloque ordine aut delectu, non certâ etiam plerumque auctoritate & fide, ex Gallicanis Canonibus ac pœnitentialibus Libellis, sanctorum quoque Patrum sententiis, quædam etiam ex Juliani antecessoris CP. Novellis, & Alarici Breviario Anianique ad illud interpretationibus, quin & ex Wisigothorum Langobardorumque Legibus nonnulla addita facilè recognoscent quibus hæc curæ erunt: quæ nec ipsa tamen omissa voluimus, ne quis desideraret ac requireret. Titulum etiam quem Tilius idem ex non adeo vetusto codice editioni suæ præfixerat, quamvis in antiquioribus nullus sit, haud inviti reliquimus. Sanè quod in Ansegisi præfationibus Lotharii nomen adjectum est, datum id scias exemplarium quorumdam antiquitati, quæ sub ejus ditione, ut verisimile est, primùm descripta, non hoc solum ipsius honori tribuerant, sed & ex versibus qui Benedicti Collectionem præcedunt, in Lotharii sui gratiam illos de Ludovici filiis ita permutatos habuerunt:

Ex quo prosequitur soboles veneranda per orbem
Ipsius insigni nomine digna patris.
Lotharius primùm regnum sortitus avitum
Arduennæ nemoris incola factus ovat.
Hinc Hludovicus heros Rheni cis littora genti
Imperat, & populis effera colla terit.
Tum Karolus, cari species genitoris amata,
Gallorum cœtus ordinat atque domat.
Illis nos qui fata tenent loca partibus æquis
Hæc ferimus.

Et tamen Lotharii ejus inter hæc nihil proprium esse putamus, cujus tantùm nomine extant quædam ex his ipsis decerpta Capitula ad Italiæ Regnum, quæ jam olim Langobardicarum Legum libris inserta & Karoli cujusdam Cotti Siculi, sive is Toccus fuit, commentario ante annos CCCLXXX, exposita leguntur. Sed neque Karoli fratris (quem nostrum, id est, Francorum Gallorumvè Regem verè proprièque dixeris) quicquam hic adjectum reperias, præter ea Capitula quæ circa initia regni sui in Sparnaco probaverat observarique præceperat. Reliqua utriusque omnia, simul & Synodos ipsas, Conciliaque, ex quibus & hæc magna ex parte decerpta sunt, quorum non pauca nos à Pipini ad Hugonis ætatem, præter jam edita, Domino faciente, repræstare potuimus, sed & rerum iisdem seculis gestarum coævos Scriptores plures tum à nobis, Lector, accipies cùm idem ille volet qui solus

Et vastas aperit Syrtes, & temperat æquor,
Ac mulcere potest fluctus, aut tollere vento.

INDEX

OMNIUM QUÆ IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTUR.

Prævia in novam Capitularium Editionem Admonitio, page v
Epiſtola dedicatoria Baluzii ad Colbertum, vij
Baluzii Præfatio ad Lectorem, 1
Fragmentum de vitâ, moribus & ſcriptis viri Cl. Steph. Baluzii, ex ipſius Autographo editum, 62
Catalogus Operum viri clariſſimi Stephani Baluzii, quæ hactenùs edita ſunt, 66
Index variorum Operum ipsâ manu Baluzii illuſtratorum, quorumque plurimorum novas meditabatur Editiones, 74
Clariſſimi viri Petri Pithœi Præfatio ad libros Capitularium, ipſiuſque Epiſtola dedicatoria ad Henricum III. Francorum Regem, 80

Capitularia veterum Regum.

Childeberti Regis Conſtitutio de abolendis reliquiis Idololatriæ, & de ſacrorum dierum Feſtivitatibus caſtè celebrandis, Page 5
Chlotarii Regis Conſtitutio generalis, 7
Præceptio glorioſiſſimi Regis Guntramni ad Epiſcopos & Judices regni ſui de obſervando die Dominico & aliis, edita in confirmatione Concilii ſecundi Matiſconenſis, 9
Conventus apud Andelaum, quando inter Guntramnum & Childebertum Reges Epiſcoporum Procerumque conſilio pax firmata, mutuique fœderis pactio conſcripta eſt. 11
Pactus pro tenore pacis Dominorum Childeberti & Chlotharii Regum, 15
Decretio Childeberti Regis, 17
Decretio Chlotharii II. Regis, 19
Edictum ejuſdem in Concilio Pariſienſi V. datum, 21

Capitularia Dagoberti Regis.

Lex Ripuariorum, 29
Lex Alamannorum, 57
Capitula XLIV. addita ad legem Alamannorum, 85
Item alia Capitula, 89
Lex Bajuvariorum, 95
Dagoberti Regis Præceptum de Epiſcopali Dignitate Cadurcæ urbis collata Deſiderio Theſaurario, 141
Inditulus Dagoberti Regis ad Domnum Sulpitium Archiepiſcopum, ut Deſiderium benedicat, Ibid.
Sigeberti Regis Epiſtola ad Deſiderium, Epiſcopum Cadurcenſem, quòd ſynodale Concilium celebrari non debeat in regno abſque permiſſu Regis, 143

Capitularia Karlomanni Principis.

Karlomanni Principis Capitulare primum, 145
Ejuſdem Capitulare ſecundum ſive Liptinenſe, 149
Indiculus Superſtitionum & Paganiarum, 150
Capitulare incerti anni, datum in Synodo cui interfuit Bonifacius Apoſtolicæ ſedis Legatus, 151

Capitularia Pippini Principis et Regis.

Capitulare Sueſſionenſe anni DCCXLIV, 155
Admonitio de Capitulis Synodalibus Pippini, 159
Capitula data apud Vermeriam anno DCCLII, 161
Alia Capitula Synodi Vermerienſis, 165
Capitula Synodi Vernenſis anni DCCLV, 167
Capitulare Metenſe, ſive Capitula Synodalia poſt Synodum Vernenſem data in civitate Metenſi, ut quibuſdam videtur, 177
Capitulare Compendienſe anni DCCLVII, 179
Pippini Regis Conſtitutio generalis de Letaniis faciendis pro ubertate terræ, 185
Conventus apud ſanctum Dionyſium, in quo Pippinus Rex, paulò ante mortem, regnum Francorum diviſit inter filios ſuos Karolum & Karolomannum anno DCCLXVIII. *menſe Septembri*, 187

Capitularia Karoli Magni.

Karoli Magni Capitulare primum, 189
Ejuſdem Epiſtola ad Offam Regem Merciorum, 193
Capitulare anni DCCLXXIX, 195
Decretale precum quorumdam Epiſcoporum, qualiter pro Rege & exercitu ejus hâc inſtanti tribulatione à fidelibus in orationibus & eleemoſynis Deo ſupplicandum ſit, 199
Karoli M. Conſtitutio de Scholis per ſingula Epiſcopia & Monaſteria inſtituendis, 201
Ejuſdem Conſtitutio de emendatione Librorum & Officiorum Eccleſiaſticorum, 203
Admonitio de ſequenti Capitulo Bajuvariorum, 205
Capitulare Bajuvariorum anni DCCLXXXVIII, 207
Capitulare Aquiſgranenſe, ſive Capitulare primum anni DCCLXXXIX, 209
Capitulare ſecundum ejuſdem anni, 241
Capitulare tertium ejuſdem anni, 243
Præceptum Karoli Magni de inſtitutione Epiſcopatuum per Saxoniam, 245
Ejuſdem præceptum pro Trutmanno Comite, 249
Ejuſdem Capitulatio de partibus Saxoniæ, Ibid.
Ejuſdem Epiſtola ad Faſtradam Reginam, conjugem ſuam, de Victoria Avarica & de Letaniis, 255
Ejuſdem Capitulare de cauſis Regni Italiæ, da-

tum, ut videtur, anno DCCXCIII. *poſt obitum Hildegardis Reginæ,* 257
Capitulare Francofordienſe, datum in plena Synodo anno DCCXCIV, 261
Commonitorium datum Angilberto Abbati Centulenſi contra Romam ad Leonem III. anno Chriſti DCCXCVI, 271
Karoli M. Epiſtola ad Leonem III. miſſa per eundem Abbatem, Ibid.
Ejuſdem Epiſtola duæ ad Offam Regem Merciorum, 273
Capitulare Saxonum datum Aquiſgrani anno DCCXCVII. *V. Kal. Novembris in generali Epiſcoporum & Optimatum conventu,* 275
Pactus Legis Salicæ, 281
Recapitulatio ſolidorum, 323
Sententia de ſeptem ſeptenis, 325
Capitulare interrogationis ad Epiſcopos de Presbyteris criminoſis, 327
Capitula data poſt reditum Legatorum à Sede Apoſtolica, Ibid.
Edictum Dominicum de honore & adjutorio Epiſcopis præſtando à Comitibus & aliis Judicibus, 329
Capitulare de villis Karoli Magni, 331
Capitulare de Miniſterialibus Palatinis, 341
Karoli M. Capitula addita ad Legem Longobardorum, 345
Item alia Capitula, 1443
Ejuſdem Capitula excerpta ex Lege Longobardorum, 349
Capitulum de honoranda Sede Apoſtolica, 357
Capitulare Epiſcoporum, Ibid.
Capitulare primum anni DCCCII, 361
Capitulare ſecundum ejuſdem anni, 375
Sacramentale promiſſionis facta Imperatori, 377
Capitulare Aquiſgranenſe, ſive Capitulare primum anni DCCCIII, 379
Aliud Capitulum de purgatione Sacerdotum, 385
Item aliud Capitulum de purgatione Sacerdotum, Ibid.
Capitulare ſecundum anni DCCCIII. *ſive Capitula addita ad Legem Salicam,* 387
Capitulare tertium anni DCCCIII. *ſive alia Capitula minora de cauſis admonendis,* 391
Capitulare quartum anni DCCCIII. *ſive de Lege Ripuarenſe,* 395
Capitulare quintum anni DCCCIII. *ſive alia Capitula nuper audita & comperta,* 399
Capitulare ſextum anni DCCCIII. *ſive Capitula data ad interrogationem ejuſdem Comitis aut Miſſi dominici,* 401
Capitulare ſeptimum anni DCCCIII, 403
Capitulare octavum anni DCCCIII. *ſive Capitula de immunitate Epiſcoporum ac reliquorum Sacerdotum ab expeditionibus bellicis,* 405
Karoli M. Epiſtola increpatoria ad Monachos ſancti Martini Turonenſis, 413
Capitulare ad Salz, 415
Capitula data Presbyteris, 417
Karoli M. Præceptum de Scholis Græcis & Latinis inſtituendis in Eccleſia Oſnabrugenſi, Ibid.
Capitulare primum anni DCCCV. *ſive Capitula* XVI. *infra Eccleſiam,* 421
Capitulare ſecundum anni DCCCV. *ad omnes generaliter,* 423
Capitulare tertium anni DCCCV. *ſive altera additio ejuſdem Capitularis,* 429
Capitulare quartum anni DCCCV. *ſive Capitula data Jeſſe, Epiſcopo Ambianenſi, Miſſo dominico,* 435
Capitulum Karoli M. de honore Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum, 437
Capitulare primum anni DCCCVI. *ſive Charta diviſionis Regni Francorum inter Karolum, Pippinum, & Ludovicum filios Karoli Magni,* 439
Capitulare ſecundum anni DCCCVI. *ſive Capitula otto addenda ad Leges,* 445
Capitulare tertium anni DCCCVI. *ſive Capitula quæ Miſſi cognita facere debent in omnes partes,* 447
Capitulare quartum anni DCCCVI. *ſive Capitula quæ Miſſi ante Nativitatem Domini omnibus cognita facere debent,* 449
Capitulare quintum anni DCCCVI. *ſive Capitula quæ ad Niumaga addita in anno ſexto imperii infra Quadrageſimam,* 451
Capitulare ſextum anni DCCCVI. *ſive Capitula excerpta de Canone,* 455
Capitulare anni DCCCVII. *ſive Memoratorium ut de ultra Sequana omnes exercitare debeant,* 457
Karoli M. Epiſtola ad Pippinum filium, Regem Italiæ, de pace Eccleſiarum Dei & ſervientium earum, 461
Capitulare triplex anni DCCCVIII. 463
Capitulare primum anni DCCCIX. *ſive Capitula quæ Domnus Imperator Aquis palatio conſtituit in anno nono,* 465
Capitulare ſecundum anni DCCCIX. *ſive Capitula quæ Domnus Karolus conſtituit eodem anno,* 469
Capitulare primum anni DCCCX. *ſive Capitula quæ anno decimo imperii Domni Karoli ſereniſſimi Auguſti Aquis palatio commonita ſunt,* 475
Capitulare ſecundum anni DCCCX. 475
Capitulare tertium anni DCCCX. *ſive Capitula de inſtructione Miſſorum,* Ibid.
Capitulare primum anni DCCCXI. *ſive Capitulare interrogationis de iis quæ Karolus M. pro communi omnium utilitate interroganda conſtituit,* 477
Capitulare ſecundum anni DCCCXI. *ſive Brevis Capitulorum de communi omnium utilitate,* 479
Karoli M. Epiſtola generalis ad Archiepiſcopos regni Francorum, de ceremoniis Baptiſmi, 483
Capitulare tertium anni DCCCXI. *de cauſis propter quas homines exercitalem obeditionem dimittere ſolent,* 485
Breviarium diviſionis theſaurorum Karoli M. quam poſt obitum ſuum obſervari juſſit, 487
Capitulare primum anni DCCCXII. *ſive Brevis capitulorum quam Miſſi dominici habere debent ad exercitum promovendum,* 489
Capitulare ſecundum anni DCCCXII. *ſive Capitula quæ Domnus Imperator conſtituit Bononiæ in littore maris,* 493
Capitulare tertium anni DCCCXII. *ſive Capitula de juſticiis infra patriam faciendis,* 495
Præceptum Karoli M. pro Hiſpanis qui in Regnum Francorum confugerant, 499
Capitulare primum anni DCCCXIII. *ſive Capitula* XXVIII. *de confirmatione Conſtitutionum quas*

Epiſcopi in Synodis, auctoritate regiâ nuper habitis, conſtituerant, 501
Capitulare ſecundum anni DCCCXIII. *ſive Capitula viginti de juſtitiis faciendis, ex Lege Salica, Romana, & Gundobada,* 505
Capitulare tertium anni DCCCXIII. *ſive Capitula* XLVI. *de cauſis neceſſariis Eccleſiæ Dei & Populo Chriſtiano,* 511
Karoli M. Capitularia quinque incerti anni, 515 & ſeqq.

CAPITULARIA PIPPINI REGIS ITALIÆ.

CAPITULARE de cauſis Regni Italiæ, 533
Ejuſdem Capitula excerpta ex Lege Longobardorum, 541

CAPITULARIA LUDOVICI PII.

LUDOVICI Pii Præceptum primum pro Hiſpanis qui in Regno Francorum manebant, 549
Ejudem Epiſtola ad Magnum, Archiepiſcopum Senonenſem, de confirmatione regulæ Canonicorum, 553
Item ejuſdem Epiſtola ad Sicharium, Archiepiſcopum Burdegalenſem, de eodem argumento, 557
Item ejuſdem Epiſtola ad Arnonem, Archiepiſcopum Salzburgenſem, de eodem argumento, 561
Capitulare Aquiſgranenſe anni DCCCXVI. Ibid.
Ludovici Pii Præceptum ſecundum pro Hiſpanis qui in Regno Francorum manebant, 569
Charta prioris diviſionis Imperii inter Lotharium, Pippinum, & Ludovicum filios Ludovici Pii Imperatoris, facta anno Chriſti DCCCXVII, 573
Capitulare Aquiſgranenſe anni DCCCXVII. *de vita & converſatione Monachorum,* 579
Notitia de Monaſteriis qua Regi militiam, dona, vel ſolas orationes debent, ſcripta in eodem Conventu Aquiſgranenſi, 589
Decretum confirmationis quo Ludovicus Pius Imperator donationes Eccleſiæ Romanæ ab Avo ſuo Pippino Rege & à Patre Karolo Magno Imperatore factas Paſchali Papæ confirmavit, 591
Capitulare primum anni DCCCXIX. *ſive Capitula addita ad Legem Salicam in generali populi conventu habito apud Aquiſgranum,* 597
Capitulare ſecundum anni DCCCXIX. *ſive alia Capitula addita ad Legem Salicam,* 605
Capitulare tertium anni DCCCXIX. *ſive Capitula de interpretatione Legis Salicæ,* 607
Capitulare quartum anni DCCCXIX. *ſive Capitula quæ per ſe ſcribenda & ab omnibus obſervanda ſunt,* 609
Capitulare quintum anni DCCCXIX. *ſive Capitula de inſtructione Miſſorum,* 613
Capitulare ſextum anni DCCCXIX. *ſive Capitulare Miſſorum dominicorum,* 619
Capitulare anni DCCCXX. *ſive Capitula data apud Theodonis villam anno* DCCCXX. *in generali populi conventu,* 621
Ludovici Pii Imperatoris Epiſtola ad Monachos Anianenſes, data circa annum Chriſti DCCCXXI, 623
Capitulare Triburienſe datum anno Chriſti DCCCXXII. *ad petitionem Epiſcoporum in Theodonis villa congregatorum anno ſuperiore,* 625
Capitulare de cauſis Monaſterii ſanctæ Crucis Pictavienſis, datum circa annum Chriſti DCCCXXII, 629
Capitulare anni DCCCXXIII. *admonitionem generalem continens ad utriuſque ordinis homines, cum inſtructione Miſſorum dominicorum quos Imperator in diverſas Regni provincias deſtinabat,* 631
Commonitorium datum Hieremiæ, Achiepiſcopo Senonenſi, & Jonæ, Epiſcopo Aurelianenſi, à Ludovico Pio Imperatore anno DCCCXXIV. *cùm ab ipſo Legati Romam irent ad Eugenium II, Papam Romanum, in cauſa Imaginum,* 643
Ejuſdem Ludovici Epiſtola ad Eugenium II. miſſa per Hieremiam & Jonam, Epiſcopos, cum Actis Synodi Pariſienſis, 645
Sacramentale promiſſionis quod Clerus & Populus Romanus fecerunt Ludovico Pio Imperatori & Lothario filio ejus anno DCCCXXIV. *præſente Lothario,* 647
Capitulare Ingilenheimenſe datum anno Chriſti DCCCXXVI, Ibid.
Ludovici Pii Præceptum de inſtitutione Monachorum in Monaſterio Dervenſi, 651
Capitulare anni DCCCXXVIII. *qualiter Conventus Epiſcoporum fieri debeat,* 653
Epiſtola generalis quam Ludovicus Pius Imperator ex placito Aquiſgranenſi miſit, de Conciliis Epiſcoporum in quatuor Imperii partibus congregandis, 657
Capitulare Wormatienſe anni DCCCXXIX, 661
Ludovici Pii Imperatoris Præceptum de ordine monaſtico reſtituto in monaſterio ſancti Dionyſii, 675
Ejuſdem præceptum de Paganis ad Chriſtianitatem invitandis, & de inſtitutione Epiſcopatûs Hammaburgenſis, 681
Charta poſterioris diviſionis Imperii inter Pippinum, Ludovicum, & Karolum filios Ludovici Pii Imperatoris, data anno Chriſti DCCCXXXVII. *Aquiſgrani in generali populi conventu,* 685
Capitula ejuſdem Ludovici Pii excerpta ex Lege Longobardorum. 689

CAPITULARIUM KAROLI M. ET LUDOVICI PII LIBRI VII.

Collecti ab Anſegiſo, Abbate, & Benedicto, Levitâ, 697
Additio I, 1135
Additio II. Ibid.
Additio III. 1155
Additio IV. 1181

ISAAC, Epiſcopi Lingonenſis, Canones, ſive ſelecta Capitula ex tribus poſtremis Capitularium Libris, 1233
Capitula Herardi, Archiepiſcopi Turonenſis, collecta ex Capitularibus Regum Francorum, 1283

CAPITULARIA
REGUM
FRANCORUM.



CAPITULARIA REGUM FRANCORUM.

CHILDEBERTI REGIS CONSTITUTIO,

De abolendis reliquiis idololatriæ, & de ſacrorum dierum feſtivitatibus caſtè celebrandis.

Data circa annum Chriſti DLIV.

Incipit Epiſtola clementiſſimi & beati Regis noſtri Childeberti, data per Eccleſias Sacerdotum, vel omni populo.

CREDIMUS hoc, Deo propitio, & ad noſtram mercedem & ad ſalutem populi pertinere, ſi populus Chriſtianus, relictâ Idolorum culturâ, Deo, cui integram promiſimus fidem, in quantum inſpirare dignatus fuerit, purè deſervire debeamus. Et quia neceſſe eſt ut plebs quæ Sacerdotis præceptum non ita ut oportet cuſtodit, noſtro etiam corrigatur imperio, hanc chartam generaliter per omnia loca decrevimus mittendam, præcipientes ut quicumque admoniti, de agro ſuo, ubicumque fuerint ſimulacra conſtructa vel idola dæmoni dedicata ab hominibus, factum non ſtatim abjecerint, vel Sacerdotibus hæc deſtruentibus prohibuerint, datis fidejuſſoribus non aliter

diſcedant, niſi in noſtris obtutibus præſententur. Qualiter in ſacrilegis Dei injuria vindicetur noſtrum eſt pertractandum; & quia fides noſtra ut verbo de altario Sacerdote faciente quæcunque de Evangelio, Prophetis, vel Apoſtolo fuerit adnuntiatum, in quantum Deus dat intellectum, * ad nos querimonia proceſſit multa ſacrilegia in populo fieri, unde Deus lædatur, & populus per peccatum declinet ad mortem; noctes pervigiles cum ebrietate, ſcurrilitate, vel canticis; etiam in ipſis ſacris diebus Paſcha, Natale Domini, & reliquis Feſtivitatibus, vel adveniente die dominico, banſatrices per villas ambulare, hæc omnia unde Deus agnoſcitur lædi, nullatenùs fieri permittimus. Quicumque poſt commonitionem Sacerdotum vel noſtrum præceptum ſacrilegia iſta perpetrare præſumpſerit, ſi ſervilis perſona eſt, centum ictus flagellorum ſuſcipiat jubemus. Si verò ingenuus aut honoratior fortaſsè perſona eſt..... * *Cætera deſiderantur.*

Vide Ratom. t. Januar. p. 14. col. 1.

* [*In Supplem. Concil. Gallia, pag. 56, Delande legit ſic*: Si verò ingenuus, aut honoratior fortaſsè perſona eſt, diſtrictâ incluſione digna. Sunt hi autem in pœnitentiam redigundi, ut qui ſalubria, & à mortis periculo revocantia, audire verba contemnunt, cruciatus ſaltèm corporis eos ad deſiderandam mentis valeat reducere ſanitatem.]

CHLOTHARII REGIS
CONSTITUTIO GENERALIS,

Data circa annum DLX.

CLODACHARIUS, Rex Francorum, (omnibus agentibus *). Uſus eſt clementiæ principalis neceſſitatem provincialium vel ſubjectorum ſibi omnium populorum providâ ſollicitiùs mente tractare, & pro quiete eorum quæcunque juſtè ſunt obſervanda, inditâ in titulis conſtitutione conſcribere: quibus quantùm plus fuerit juſtitiæ atque integritatis impenſum, tantùm proniùs amor devotionis incumbit. Ideoque per hanc generalem auctoritatem præcipientes jubemus ut in omnibus cauſis antiqui juris forma ſervetur, & nulla ſententia à quolibet Judicum vim firmitatis obtineat, quæ modum legis atque æquitatis excedit.

* *Al. Mſ.* omnibus Comitibus.

II. In parentum ergo ſucceſſionibus quicquid legibus decernitur, obſervetur, omnibus contra impetrandi aliquid licentiâ derogarâ: quæ ſi quolibet ordine impetrata fuerit vel obtenta, à Judicibus repudiata, inanis habeatur & vacua.

III. Si quis in aliquo crimine fuerit accuſatus, non condemnetur penitùs inauditus. Sed ſi in crimine accuſatur, & habitâ diſcuſſione fuerit fortaſsè convictus, pro modo criminis ſententiam excipiat ultionis.

IV. Inter Romanos negotia cauſarum Romanis legibus præcipimus terminari.

V. Si quis auctoritatem noſtram ſubreptitiè contra legem elicuerit fallendo Principem, non valebit.

VI. Si Judex aliquem contra legem injuſtè damnaverit, in noſtrâ abſentia ab Epiſcopis caſtigetur; ut quod perperè judicavit, verſatim meliùs diſcuſſione habitâ emendare procuret.

VII. Nullus per auctoritatem noſtram matrimonium viduæ vel puellæ ſine ipſarum voluntate præſumat expetere; neque per ſuggeſtiones ſubreptitias rapiantur injuſtè.

VIII. Sanctimoniales nullus ſibi in conjugium audeat ſociare.

IX. Ut auctoritates cum juſtitia & lege competente in omnibus habeant ſtabilem firmitatem, nec ſubſequentibus auctoritatibus contra legem elicitis vacuentur.

X. Ut oblationes defunctorum Eccleſiis deputatæ, nullorum competitionibus auferantur præſenti Conſtitutione præſtamus.

XI. Agraria, paſcuaria, vel decimas porcorum, Eccleſiæ pro fidei noſtræ devotione concedimus, ita ut actor aut decimator in rebus Eccleſiæ nullus accedat; Eccleſiæ vel Clericis nullam requirant agentes publici functionem, qui avi vel genitoris aut germani noſtri * immunitatem meruerunt.

* *In al. Mſ. deſunt verba* aut germani noſtri.

XII. Quæcumque Eccleſiæ vel Clericis, aut quibuſlibet perſonis, à glorioſæ memoriæ præfatis Principibus munificentiæ largitate conlata ſunt, omni firmitate perdurent.

XIII. Quicquid Eccleſia, Clerici, vel provinciales noſtri, intercedente tamen juſto poſſeſſionis initio, per triginta annos inconcuſſo jure poſſediſſe probantur, in eorum ditione res poſſeſſa permaneat; nec actio tantis ævi ſpatiis ſepulta ulteriùs contra legum ordinem ſub aliqua repetitione conſurgat, poſſeſſione in poſſeſſoris jure ſine dubio permanente.

Provideat ergo ſtrenuitas universorum Judicum ut præceptionem hanc ſub omni obſervatione cuſtodiant, nec quicquam aliud agere aut judicare quàm ut hæc præceptio ſecundùm legum Romanarum ſeriem continet, vel ſexus quarumdam gentium juxta antiqui juris conſtitutionem olim vixiſſe dinoſcitur, ſub aliqua temeritate præſumant.

PRÆCEPTIO GLORIOSISSIMI REGIS GUNTRAMNI ad Epiſcopos & Judices Regni ſui, de obſervando die dominico & aliis, edita in confirmatione Concilii ſecundi Matiſconenſis, anno DLXXXV.

(Collata cum vetuſtiſſimo Codice mſ. S. Amandi in pabula qui nunc extat in Bibliotheca regia.)

Guntramnus, Rex Francorum, omnibus Pontificibus ac univerſis Sacerdotibus & cunctis Judicibus in regione noſtra conſtitutis. Per hoc ſupernæ majeſtatis auctorem, cujus univerſa reguntur imperio, placari credimus, ſi in populo noſtro juſtitiæ jura ſervamus: & ille pius pater & dominus, qui humanæ fragilitatis ſubſtantiam ſuo ſemper adjuvare conſuevit auxilio, meliùs dignabitur cunctorum neceſſitatibus quæ ſunt opportuna concedere, quos cognoſcit præceptorum ſuorum monita cuſtodire. Dum pro regni ergo noſtri ſtabilitate, & ſalvatione regionis, vel populi ſollicitudine pervigili attentiùs pertractaremus, agnovimus infra regni noſtri ſpatia univerſa ſcelera quæ canonibus & legibus pro divino timore puniri conſuêrunt, ſuadente adverſario boni operis, perpetrari; & ex hoc procul dubio indignatione cœleſti per diverſas ſeculi tempeſtates homines ac pecora aut morbo conſumi cenſentur aut gladio, dum divina judicia non timentur; atque ita fit ut admittendo illicita per ignorantiam multi depereant, & non ſolùm præſentem vitam celeriùs cogantur amittere, ſed & inferni ſupplicia ſuſtinere. Ad vos ergo, ſacroſancti Pontifices, quibus divina clementia poteſtatis paternum conceſſit officium, imprimis noſtræ ſerenitatis ſermo dirigitur, ſperantes quòd ita populum vobis providentiâ divinâ commiſſum frequenti prædicatione ſtudeatis corrigere, & paſtorali ſtudio gubernare, quatenùs dum univerſi diligendo juſtitiam converſatione præcipuâ cum omni honeſtate ſtuduerint vivere, meliùs, cunctâ rerum adverſitate remotâ, cœleſti beneficio concedatur tranquillitas temporum & congrua ſalvatio populorum. Et licèt abſque noſtra admonitione ad vos ſpecialiter prædicandi cauſa pertineat, attamen reliquorum peccatis vos omninò credimus eſſe participes, ſi filiorum veſtrorum culpas non aſſiduâ objurgatione corrigitis, ſed ſilentio præteritis. Nam nec nos, quibus facultatem regnandi ſuperni Regis commiſit auctoritas, iram ejus evadere poſſumus, ſi de ſubjecto populo ſollicitudinem non habemus. Idcircò hujus decreti ac definitionis generalis vigore decernimus ut in omnibus diebus dominicis, in quibus ſanctæ reſurrectionis myſterium veneramur, vel in quibuſcunque reliquis ſolemnitatibus, quando ex more ad veneranda templorum oracula univerſæ plebis conjunctio devotionis congregatur ſtudio, præter quod ad victum præparari convenit, ab omni corporali opere ſuſpendatur, nec nulla cauſarum præcipuè jurgia moveantur. Sed vos, apoſtolici Pontifices, jungentes vobiſcum conſacerdotes veſtros & filios ſeniores Eccleſiæ ac Judices locorum, quoſcumque agnoſcitis quòd vitæ qualitas honeſta commendat, ita univerſam populi multitudinem conſtanti vel Deo placitâ jugiter prædicatione corrigite, ut & benè viventes myſticus adhortationis ſermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio paſtoralis adducat; quatenùs omnes unanimi deliberatione laudabiliter ſtudeant vivere, vel æquitatem & juſtitiam conſervare, qualiter ab omni peccatorum fæce liberos ſuos ſancta ſuſcipiat Eccleſia Chriſtianos. Enim verò quicunque Sacerdotum aut ſe-

cularium intentione mortiferâ perdurantes, crebriùs admoniti, emendare neglexerint, juxta quod conditionis causarum, aut excessoex personarum exegerint, alios canonica severitas corrigat, alios legalis pœna percellat: quoniam nec innocentes potest reddere collata securitas liberos, nisi certa culparum probatio puniverit criminosos; nec major est pietas protervos conteri, quàm relevare compressos. Convenit ergo ut justitiæ & æquitatis in omnibus vigore servato, distringat legalis ultio Judicum quos non corrigit canonica prædicatio Sacerdotum. Quo fiat ut dum præterita resecantur scelera, nullus audeat perpetrare futura, & ita universos excedentes pro disciplinæ tenore servando correctionis fræna constringant, ut in universa regione nostra pacis & concordiæ jura proficiant. Cuncti itaque Judices justa, sicut Deo placet, studeant dare judicia; nam non dubium est quòd acriùs illos condemnabit sententia nostri judicii à quibus non tenetur æquitas judicandi. Non Vicarios aut quoscunque de latere suo per regionem sibi commissam instituere vel destinare præsumant, qui, quod absit, malis operibus consentiendo venalitatem exerceant, aut iniqua quibuscunque spolia inferre præsumant. Clericorum transgressiones cùm adversario instigante contigerint, quantùm illis pro divino amore reverentia major impenditur, tantùm convenit ut acriùs resecentur; quoniam sicut sancti Pastores, aut instituti Judices, quod nefas est, subjectorum suorum scelera potiùs occultare quàm resecare tentaverint, se ex hoc ampliùs reos esse vel noxios non ignorent. Cuncta ergo quæ hujus edicti tenore decrevimus, perpetualiter volumus custodiri; quia in sancta synodo Matisconensi * hæc omnia, sicut nostis, studuimus definire, quæ præsenti auctoritate vulgamus. *Subscriptio Domni* GUNTHRAMNI *Regis*, Perrunas. Data sub die IV. Idûs Novemb. anno XXIV. regni suprascripti Regis.

* *Al.* Matiscensi.

CONVENTUS APUD ANDELAUM,

Quando inter GUNTRAMNUM & CHILDEBERTUM, Reges, Episcoporum Procerumque consilio, pax firmata, mutuique fœderis pactio conscripta est anno Christi DLXXXVII.

EXEMPLAR PACTIONIS.

CUM in Christi nomine præcellentissimi Domini Gunthramnus & Childebertus Reges, & gloriosissima Domina Brunichildis Regina, Andelaum caritatis studio convenissent, ut omnia quæ undecunque inter ipsos scandalum poterant generare, pleniori consilio definirent, id inter eos, mediantibus Sacerdotibus atque Proceribus, Deo medio, caritatis studio sedit, complacuit, atque convenit, ut quandiu eos Deus omnipotens in præsenti seculo superesse voluerit, fidem & caritatem puram & simplicem sibi debeant conservare. Similiter quia Domnus Gunthramnus, juxta pactionem quam cum bonæ memoriæ Domno Sigiberto inierat, integram portionem, quæ est de regno Chariberti, illis fuerat consecutus, sibi diceret in integrum redhiberi, & pars Domni Childeberti ea quæ pater suus possederat ad se vellet ex omnibus revocare, id inter ipsos constat fixâ deliberatione finitum, ut in illam tertiam portionem de Parisiensi civitate, cum terminis & populo suo, quæ ad Domnum Sigibertum de regno Chariberti conscriptâ pactione pervenerat, cum castellis Duno & Vindocino, & quicquid de pago Stampensi vel Carnoteno in pervio illo antefatus Rex cum terminis & populo suo perceperat, in juro & dominatione Domni Gunthramni, cum eo quod superstite Domno Sigiberto de regno Chariberti anteà tenuit, debeant

perpetualiter permanere. Pari conditione civitates Meldonenſes, & duas portiones de Silvanectis, Turonos, Pictavos, Abrincatas, Vicum Julienſem, cum Conſoranis, Lapurdo, & Albige, Domnus Childebertus Rex cum terminis à præſenti die ſuæ vindicet poteſtati. Eâ igitur conditione ſervatâ, ut quem Deus de ipſis Regibus ſuperſtitem eſſe præceperit, regnum illius qui abſque filiis de præſentis ſeculi luce migraverit, ad ſe in integritatem jure perpetuo debeat revocare, & poſteris ſuis, Domino auxiliante, relinquere. Illud ſpecialiter placuit per omnia inviolabiliter conſervari, ut quicquid Domnus Gunthramnus Rex filiæ ſuæ Chlotildi contulit, aut adhuc Deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in civitatibus quàm agris vel reditibus, in jure & dominatione ipſius debeat permanere; & ſi quid de agris fiſcalibus, vel ſpeciebus, atque præſidio, pro arbitrii ſui voluntate facere aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante Domino conſervetur, neque à quocunque ullò unquam tempore convellatur, & ſub tuitione ac defenſione Domni Childeberti, cum his omnibus quæ ipſam tranſitus genitoris ſui invenerit poſſidentem, ſub omni honore & dignitate ſecura debeat poſſidere. Pari conditione repromittit Domnus Gunthramnus Rex ut ſi, ut habet humana fragilitas, quod divina pietas non permittat, nec ille videre deſiderat, contigerit Domnum Childebertum eo ſuperſtite de hac luce migrare, filios ſuos Theodobertum & Theodoricum Regem, vel ſi adhuc alios ipſi Deus dare voluerit, ut pius pater ſub ſua tuitione & defenſione recipiat, ita ut regnum patris eorum ſub omni ſoliditate poſſideant, & genitricem Domni Childeberti Domnam Brunichildem Reginam, vel filiam ejus Chlodoſuindam germanam Domni Childeberti Regis, quandiu intra regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Faileubam, tamquam ſororem bonam, & filias in ſua tuitione & defenſione, ſpiritali dilectione recipiat, & ſub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum civitatibus, agris, reditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod præſenti videntur tempore poſſidere, quàm quod adhuc Chriſto præſule juſtè potuerint augmentare, ſub omni ſecuritate & quiete poſſideant; ut ſi quid de agris fiſcalibus vel ſpeciebus atque præſidio pro arbitrii ſui voluntate facere aut cuiquam conferre voluerint, fixâ ſtabilitate in perpetuo conſervetur, nec à quibuſcunque voluntas illorum ullo tempore convellatur. De civitatibus verò, hoc eſt, Burdegala, Lemovica, Caduroo, Benarno, & Begorra, quas Gaileſuindam germanam Domnæ Brunichildis, tam in dote quàm in morganegiba, hoc eſt, matutinali dono, in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe, quas etiam per judicium glorioſiſſimi Domni Gunthramni Regis Francorum, vel ſuperſtitibus Chilperico & Sigiberto Regibus, Domna Brunichildis noſcitur adquiſiſſe, ita convenit, ut Caduream civitatem cum terminis & cuncto populo ſuo Domna Brunichildis de præſenti in ſua proprietate percipiat, reliquas verò civitates ex hac conditione ſuperiùs nominatas Domnus Gunthramnus, dum advivit, poſſideat; ita ut quandoque poſt ejus tranſitum in dominationem Domnæ Brunichildis heredumque ſuorum cum omni ſoliditate, Deo propitiante, revertantur; nec ſuperſtite Domno Gunthramno, neque à Domna Brunichilde, neque à filio ſuo Childeberto Rege, filiiſque ſuis, quolibet ingenio vel tempore repetantur. Simili modo convenit ut Silvanectum Domnus Childebertus in integritate teneat, & quantùm tertia Domni Gunthramni exinde debita competit, de tertia Domni Childeberti, quæ eſt in Roſſontenſi, Domni Gunthramni partibus compenſetur. Similiter convenit ut ſecundùm pactiones inter Domnum Gunthramnum & bonæ memoriæ Domnum Sigibertum initas, leudes illi qui Domno Gunthramno poſt tranſitum Domni Chlotharii ſacramenta primitùs præbuerunt, & ſi poſteà convincuntur ſe in parte alia tradidiſſe, de locis ubi commanere videntur, convenit ut debeant removeri. Similiter & qui poſt tranſitum Domni Chlotharii convincuntur Domno Sigiberto ſacramenta primitùs præbuiſſe, & ſe in aliam partem tranſtulerunt, modo ſimili removeantur. Similiter quicquid antefati Reges Eccleſiis aut fidelibus ſuis contulerint, aut adhuc conferre cum juſtitia, Deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſervetur. Et quicquid unicuique fidelium in utriuſque regno per legem & juſtitiam redhiberur, nullum ei præjudicium pariatur, ſed liceat res debitas poſ-

Vide Sir. mondum ad Karol. Ca. pag. 11. initio.

ſidere acque recipere. Et ſi aliquid cuique per interregna ſine culpa ſublatum eſt, audientiâ habitâ reſtauretur. Et de eo quod per munificentiam præcedentium Regum unuſquiſque uſque ad tranſitum glorioſæ memoriæ Domni Chlotharii Regis poſſedit, cum ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de præſenti recipiat. Et quia inter præfatos Reges pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia inligata, convenit ut in utroque regno utriuſque fidelibus, tam pro cauſis publicis quàm privatis, quicunque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur. Similiter convenit ut nullus alterius leudes nec ſolliciter, nec venientes excipiat. Quòd ſi forſitan pro aliqua amiſſione partem alteram crediderit expetendam, juxta qualitatem culpæ excuſati reddantur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, ut ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate tempore quocunque tranſcenderit, omnia beneficia tam repromiſſa quàm in præſente collata amittat, & illi proficiant qui inviolabiliter omnia ſupraſcripta ſervaverit, & ſit de ſacramentorum obligatione in omnibus abſoluta. His itaque omnibus definitis, jurant partes per Dei omnipotentis nomen & inſeparabilem Trinitatem, vel divina omnia, ac tremendum diem judicii, ſe omnia quæ ſuperiùs ſcripta ſunt abſque ullo dolo malo vel fraudis ingenio inviolabiliter ſervaturos. Facta pactio ſub die quarto Kalendas Decembris, anno viceſimo ſexto regni Domni Gunthramni Regis, regni Childeberti verò duodecimo anno.

PACTUS PRO TENORE PACIS DOMINORUM CHILDEBERTI ET CHLOTHARII REGUM.

Circa annum Chriſti DXCIII.

UT quia multorum inſaniæ convaluerunt, malis pro immanitate ſcelerum digna reddantur. Id ergo decretum eſt, ut apud quemcunque, poſt interdictum, latrocinius comprobatur, vitæ incurrat periculum.

II. Si quis ingenuam perſonam pro furto ligaverit, & negator extiterit, duodecim juratores medios electos dare debet quòd furtum quod obicit verum ſit. Quòd ſi latro redimendi ſe habet facultatem, ſe redimat. Si facultas deeſt, tribus mallis parentibus offeratur. Et ſi non redimitur, de vita componat.

III. Qui furtum vult celare, & occultè ſine judice compoſitionem acceperit, latroni ſimilis eſt.

IV. Si homo ingenuus in furto inculpatus, ad æneum provocatus, manum incenderit, quantùm inculpatur, furtum componat.

V. Si ſervus in furto fuerit inculpatus, requiratur à domino ut ad viginti noctes ipſum in mallum præſentet. Et ſi dubietas eſt, ad ſortem ponatur. Quòd ſi placitum ſunnis non detricaverit, & alias viginti noctes ita fiet. Et perſecutor cauſæ de ſuis conſimilibus tres, & de electis aliis tres dabit, qui ſacramenta firmarent per placita quod lex Salica habet, fuiſſe completum. Et ſi dominus ſervum non præſentaverit, legem unde inculpatur componat, & de ſervo faciat ceſſionem.

VI. Si ſervus minùs tremiſſo involaverit, & malâ ſorte priſerit, dominus ſervi tres ſolidos ſolvat, & ſervus ille trecentos ictus accipiat flagellorum.

VII. Si quis mancipia aliena injuſtè tenuerit, & inter dies quadraginta non reddiderit, ut latro mancipiorum teneatur obnoxius.

VIII. Si litus, de quo inculpatur, ad ſortem ambulaverit, malâ ſorte priſerit, medietatem ingenui legem componat, & juratores ſex medios electos dare debet.

DECRETIO

DECRETIO
CHILDEBERTI REGIS,

Data circa annum DXCV.

CHILDEBERTUS, Rex Francorum, vir inluſter. Cùm in Dei nomine nos omnes Kalendas Martias de quaſcunque conditiones unà cum noſtris optimatibus pertractavimus, ad unumquemque notitiam volumus pervenire.

*Attiniaco. I. Ita, Deo propitiante, Antonaco * Kalendas Martias anno viceſimo regni noſtri convenit ut nepotes ex filio vel ex filia ad aviaticas res cum avunculos vel amitas ſic venirent in hereditatem, tanquam ſi pater aut mater vivi fuiſſent. De illos tamen nepotes iſtud placuit obſervari qui de filio vel filia naſcuntur, non qui de fratre

II. In ſequenti hoc convenit unà cum leudis noſtris ut nullus de crinoſis inceſtum uſum ſibi ſociet conjugio, hoc eſt, nec fratris ſui uxorem, nec uxoris ſuæ ſororem, nec uxorem patrui ſui, aut parentis conſanguinei. Si quis uxorem patris acceperit, mortis periculum incurrat. De præteritis verò conjunctionibus, quæ inceſtæ eſſe videntur, per prædicationem Epiſcoporum juſſimus emendari. Qui verò Epiſcopum ſuum noluerit audire, & excommunicatus fuerit, perennem condemnationem apud Deum ſuſtineat, & inſuper de palatio noſtro ſit omninò extraneus, & omnes facultates ſuas parentibus legitimis amittat qui noluit Sacerdotis ſui medicamenta ſuſtinere.

III. Similiter Trejecto convenit nobis campo ut quaſlibet res ad unum Ducem vel Judicem pertinentes per decem annos quicunque inconcuſſo jure poſſedit, nullam habeat licentiam intertiandi, niſi tantùm cauſâ orphanorum uſque ad viginti annos licentiam tribuimus. Quòd ſi quis ſuper hoc judicium præſumpſerit intertiare, ſolid. xv. ſolvat, & rem quam malè intertiavit amittat. De reliquis verò conditionibus omnes omninò cauſas tricenaria lex excludit, præter id quod in alia regna huc uſque detenuit.

IV. Pari conditione convenit Kal. Mart. omnibus nobis adunatis, ut quicunque admodum raptum facere præſumpſerit, unde impiiſſimus vitius adcreverat, vitæ periculo feriatur; & nullus de optimatibus noſtris de tam turpiſſimo vitio præſumat pro ipſo precare, ſed unuſquiſque admodùm inimicum Dei perſequatur. Qui verò edictum noſtrum auſus fuerit contemnere, in cujuſlibet judicis pago primùs admiſſum fuerit, ille judex ſolatio collecto ipſum raptorem occidat, & jaceat forbattutus. Et ſi ad Eccleſiam confugium fecerit, reddatur ab Epiſcopo, & ſine ulla precatione exinde ſeparetur. Certè ſi ipſa mulier poſteà raptori conſenſerit, ambo pariter in exilio tranſmittantur. Et ſi foràs Eccleſiam capti fuerint, ambo pariter occidantur, & facultates illorum parentibus legitimis dentur, & quod fiſco noſtro debetur, adquiratur.

V. De homicidiis verò ita juſſimus obſervari, ut quicunque auſu temerario alium ſine cauſa occiderit, vitæ periculo feriatur, & nullo pretio redemptionis ſe redimat aut componat. Et ſi forſitan convenerit ut ad ſolutionem quiſque deſcendat, nullus de parentibus aut de amicis ei quicquam adjuvet. Niſi qui præſumpſerit ei aliquid adjuvare, ſuum widrigildum omninò componat; quia juſtum eſt ut qui injuſtè novit occidere, diſcat juſtè morire. Lib. VII. Capitular. cap. 256.

VI. De farfaliis ita convenit, ut quicunque in mallo præſumpſerit farfalium minare, ſine dubio ſuum widrigildum componat, quia omninò volumus ut farfalius reprimatur. Et ſi forſitan, ut adſolet, judex hoc conſenſerit, & fortaſſè adquieſcit iſtum farfalium cuſtodire, vitæ periculum per omnia ſuſtineat.

VII. De furibus & malefactoribus ita decrevimus obſervare, ut ſi quinque aut ſeptem bonæ fidei homines abſque inimicitia interpoſita criminoſum cum ſacramenti interpoſitione eſſe dixerint, quomodò ſine lege involavit, ſine lege moriatur *. Er ſi judex comprehenſum latronem convictus fuerit relaxaſſe, vitam ſuam amittat, & hæc diſciplina in populo modis omnibus obſervetur. Lib. VII. Capitular. cap. 257.

* *Al. Mſ.* quomodò contrà legem furtum perpetravit, ſecundùm legem moriatur.

VIII. Similiter Kalend. Mart. Coloniâ convenit, & ita bannivimus, ut unuſquiſque judex criminoſum latronem ut audierit, ad caſam ſuam ambulet, & ipſum ligare faciat; ita ut ſi Francus fuerit, ad noſtram præſentiam dirigatur; & ſi debilior perſona fuerit, in loco pendatur.

IX. Si quis Centenarium aut quemlibet judicem noluerit ſuper malefactorem ad prindendum adjuvare, ſexaginta ſolidis omninò condemnetur.

X. Et quicunque ſervum criminoſum habuerit, & ei judex rogaverit ipſum præſentare, & noluerit, ſuum widrigildum omninò componat.

XI. Similiter convenit ut ſi furtum factum fuerit, capitale de præſenti centena reſtituat, & cauſator Centenarium cum centena requirat.

XII. Pari conditione convenit ut ſi una centena in alia centena veſtigium ſecuta fuerit, & invenerit, vel in quibuſcunque fidelium noſtrorum terminis veſtigium miſerit, & ipſum in aliam centenam minimè expellere potuerit, aut convictus reddat latronem, aut capitale de præſenti reſtituat, & cum duodecim perſonis ſe ex hoc ſacramento exuat.

XIII. Si ſervi Eccleſiarum aut fiſcalini furtum admiſerint, ſimilem pœnam ſuſtineant ſicut & reliquorum ſervi Francorum.

XIV. De Die dominico ſimiliter placuit obſervare ut ſi quiſcunque ingenuus, excepto quod ad coquendum vel ad manducandum pertinet, opera alia in die dominico facere præſumpſerit, ſi Salicus fuerit, ſolidos quindecim componat; ſi Romanus, ſeptem & dimidium. Servus verò aut tres ſolidos reddat, aut de dorſo ſuo componat. *Aſclipiodus recognovit.*

XV. De chrenechruda lex, quam paganorum tempore obſervabant, deinceps nunquam valeat, quia per ipſam cecidit multorum poteſtas.

Datum pridie Kal. Mart. anno xx. regni Domni noſtri. Coloniâ feliciter. Amen

DECRETIO
CHLOTHARII II. REGIS,

Data circa annum Chriſti DXCV.

DECRETUM eſt ut quia in vigilias conſtitutas nocturnos fures non caperent, eò quòd per diverſas intercedente conludio ſcelera prætermiſſa cuſtodias exercerent, centenas fieri. In qua centena ſi quis aliquid deperierit, capitale qui perdiderat recipiat, & latro inſequatur. Vel ſi in alterius centena appareat, & adhuc admoniti ſi neglexerint, quinis ſolid. condemnentur. Capitale tamen qui perdiderit, à centena illa accipiat abſque dubio, hoc eſt, de ſecunda vel tertia cuſtodia.

II. Si veſtigius comprobatur latronis, tamen præſentia nihil longè multando: aut ſi perſequens latronem ſuum comprehenderit, integram ſibi compoſitionem accipiat.

III. Quòd ſi in truſte invenitur, medietatem compoſitionis truſtis adquirat, & capitale exigat à latrone.

IV. Si quis in domo alterius, ubi clavis eſt, furtum invenerit, dominusdomûs de vita componat.

V. Si quis cum furto capitur, antedictæ ſubjaceat legi.

VI. Si de ſuſpicione inculpatur, ad ſortem veniat.

VII. Si malâ ſorte priſerit, latro tamen, ad utramque partem ſint ternas perſonas electas, ne conludius fieri poſſit.

VIII. De ſervis Eccleſiæ aut fiſci, vel cujuſlibet, quicunque inculpatur, ad ſortem veniat, aut ad plebium promoveatur, aut ipſe precius à domino reformetur. Nam probati periculo ſubjacebunt.

IX. Si quis cujuſlibet de potentioribus ſervis, qui per diverſa poſſident, de crimine habetur ſuſpectus, domino ſecretiùs cum teſtibus condicatur ut intra viginti noctes ipſum ante judicem debeat præſentare. Quòd ſi in ſtatutum tempus interludente conludio non fecerit, dominus ſtatûs ſui juxta modum culpæ inter fredum & faidum compenſabitur.

X. Si ſervus ante admonitum dominum defuerit, capitale dominus reſtituat, &

de ſervo faciat ceſſionem; & cùm inventus fuerit, detur in vindictam.

XI. Si quis occultè de re ſibi furata à quolibet latrone compoſitionem acceperit, utraque latronis culpa ſubjaceat. Fur tamen judici præſentetur.

XII. Ut continuò capitale ei qui perdiderit, reformare feſtinet, & latronem perquirat. Quem ſi in truſte perinvenerit, medietatem ſibi vindicet vel delaturam. Si fuerit de facultate latronis, & qui damnum peregit, ſarciatur. Nam ſi perſequens latronem ceperit, integram ſibi compoſitionem ſimul & ſolutionem, vel quicquid diſpendii fuerit, revocavit; fredus tamen judici, in cujus pago eſt, reſervetur.

XIII. Nullus latronem vel quemlibet culpabilem, ſicut ſummis Epiſcopis convenit, de atrio Eccleſiæ trahere præſumat. Quòd ſi ſunt Eccleſiæ quibus atria clauſa non ſint, ab utraque parte parietum terræ ſpatium arpennis pro atrio obſervetur.

XIV. Nullus confugiens foris ante dicta loca pro operarum cupiditate ſe dicat exire. Quòd ſi fecerint, & capti fuerint, ad dignum ſibi ſupplicium condemnentur.

XV. Quòd ſi cujuſlibet ſervus deſerens ſuum dominum ad Eccleſias confugerit, & ibi primitùs dominus ejus advenerit, contentio excuſatur; reddatur furtum, ut ſe de pretio redimat.

XVI. Si quis ad veſtigium minandum vel latronem perſequendum admonitus venire noluerit, quinque ſolidis condemnetur.

XVII. Ea quæ in Dei nomine pacis tenore conſtituimus, in perpetuum volumus cuſtodire.

XVIII. Hoc ſtatuentes, ut ſi quis ex judicibus hoc decretum violare præſumpſerit, vitæ periculum ſubjacere cognoſcat.

Explicit.

EDICTUM CHLOTHARII II. REGIS,

In Concilio Pariſienſi V. datum, anno DCXV.

Edictum vel Conſtitutio inclyti Principis Chlotacharii Regis ſuper omnem plebem in conventu Epiſcoporum in ſynodo Pariſius adunata, ſub die quintodecimo Kal. Nov., anno XXXI. *ſupraſcripti Regis imperii.*

Felicitatem regni noſtri in hoc magis magiſque divino intercedente ſuffragio ſuccreſcere non dubium eſt, ſi quæ in regno noſtro, Deo propitio, benè acta, ſtatuta, atque decreta ſunt, inviolabiliter noſtro ſtuduerimus tempore cuſtodire; & quæ contra rationis ordinem acta vel ordinata ſunt, ne inanteà, quod avertat divinitas, contingant, diſpoſuerimus Chriſto præſule per hujus edicti noſtri tenorem generaliter emendare. Ideoque definitionis noſtræ eſt ut canonum ſtatuta in omnibus conſerventur, & quod per tempora ex hoc prætermiſſum eſt, vel dehinc, perpetualiter obſervetur.

I. Ita ut, Epiſcopo decedente, in loco ipſius, qui à Metropolitano ordinari debet cum provincialibus, à clero & populo eligatur; & ſi perſona condigna fuerit, per ordinationem Principis ordinetur; vel certè, ſi de palatio eligitur, per meritum perſonæ & doctrinæ ordinetur.

II. Ut nullus Epiſcoporum ſe vivente eligat ſucceſſorem; ſed tunc alius ei ſubſtituatur, cùm taliter afficeretur ut Eccleſiam ſuam nec clerum regere poſſit. Itemque ut nullus vivente Epiſcopo adoptare locum ejus præſumat. Quòd ſi petierit, ei minimè tribuatur.

III. Si quis Clericus, quolibet honore munitus, contempto Epiſcopo ſuo, vel prætermiſſo, ad Principem aut ad potentiores quaſque perſonas ambulare vel ſibi patrocinium elegerit expetendum, non recipiatur, præter ſi pro venia videtur expetere. Et ſi pro qualibet cauſa Principem expetierit, & cum ipſius Principis epiſtola ad Epiſcopum ſuum fuerit reverſus, excuſatus recipiatur. Is qui ipſum poſt admonitionem Pontificis ſui retinere præſumpſerit, ſanctâ communione privetur.

IV. Ut nullus judicum de quolibet ordine Clericos de civilibus cauſis, præter criminalia negotia, per ſe diſtringere aut damnare præſumat, niſi convincitur ma-

niſeſtus, excepto Preſbytero aut Diacono. Qui verò convicti fuerint de crimine capitali, juxta canones diſtringantur, & cum Pontificibus examinentur.

V. Quòd ſi cauſa inter perſonam publicam & homines Eccleſiæ ſteterit, pariter ab utraque parte præpoſiti Eccleſiarum & judex publicus in audientia publica poſiti ea debeant judicare.

VI. Cuicunque defuncto, ſi inteſtatus deceſſerit, propinqui abſque contrarietate judicum in ejus facultate juxta legem ſuccedant.

VII. Libertos cujuſcunque ingenuorum a Sacerdotibus juxta textus chartarum ingenuitatis ſuæ defenſandos, nec abſque præſentia Epiſcopi aut Præpoſiti Eccleſiæ eſſe judicandos, vel ad publicum revocandos.

VIII. Ut ubicunque cenſus novus impiè additus eſt, & à populo reclamatur, juſtâ inquiſitione miſericorditer emendetur.

IX. De teloneo, ut per ea loca debeat exigi, vel de ſpeciebus ipſis de quibus præcedentium Principum tempore, id eſt, uſque ad tranſitum bonæ memoriæ domnorum parentum noſtrorum Gunthramni, Chilperici, Sigeberti Regum eſt exactum.

X. Judæi ſuper Chriſtianos actiones publicas agere non debeant. Quare qui ſe quæſtuoſo ordini ſociare præſumpſerit, ſeveriſſimam legem ex canonica incurrat ſententia.

XI. Ut pax & diſciplina in regno noſtro ſit, Chriſto propitiante, perpetua, rebellio vel inſolentia malorum hominum ſeveriſſimè reprimatur.

XII. Ut nullus judex de aliis provinciis aut regionibus in alia loca ordinetur; ut ſi aliquid mali de quibuſlibet conditionibus perpetraverit, de ſuis propriis rebus exinde quod malè abſtulerit juxta legis ordinem debeat reſtituere.

XIII. Præceptiones noſtræ per omnia impleantur, &c. *Deſunt reliqua hujus capitis, cum duobus ſequentibus.*

XIV.

XV.

XVI. Quicquid parentes noſtri anteriores Principes vel nos per juſtitiam viſi ſumus conceſſiſſe & confirmaſſe, in omnibus debeat confirmari.

XVII. Et quæ unus de fidelibus ac leodibus, ſuam fidem ſervando domino legitimo, interregno faciente viſus eſt perdidiſſe, generaliter abſque aliquo incommodo de rebus ſibi juſtè debitis præcepimus reveſtiri.

XVIII. Puellas & viduas religioſas, aut ſanctimoniales, quæ ſe Deo voverunt, tam quæ in propriis domibus reſident, quàm quæ in monaſteriis poſitæ ſunt, nullus nec per præceptum noſtrum competat, nec trahere nec ſibi in conjugio ſociare penitùs præſumat. Et ſi quis exinde præceptum elicuerit, nullum ſortiatur effectum. Et ſi quicumque aut per virtutem aut per quemlibet ordinem ipſas detrahere aut ſibi in conjugium præſumpſerit ſociare, capitali ſententiâ feriatur. Et ſi in Eccleſia conjugium fecerint, & illa rapta aut rapienda in hoc conſentire videbitur, ſequeſtrati ab invicem in exilio deportentur, & facultates eorum propinquis heredibus ſocientur.

XIX. Epiſcopi verò vel potentes, qui in aliis poſſident regionibus, judices vel miſſos diſcuſſores de aliis provinciis non inſtituant, niſi de loco, qui juſtitiam percipiant & aliis reddant.

XX. Agentes igitur Epiſcoporum aut potentum per poteſtatem nullius rei collecta ſolatia nec auferant, nec cujuſcunque contemptum per ſe facere non præſumant.

XXI. Porcarii fiſcales in ſylvas Eccleſiarum aut privatorum abſque voluntate poſſeſſoris in ſylvas eorum ingredi non præſumant.

XXII. Neque ingenuus, neque ſervus, qui cum furto non deprehenditur, ab judicibus aut ad quemcunque interfici non debeat inauditus.

XXIII. Et quandoquidem paſtio non fuerit, unde porci non debeant ſaginari, cellarinſis in publico non exigatur.

XXIV. Quicunque verò hanc deliberationem, quam cum Pontificibus vel tam magnis viris optimatibus aut fidelibus noſtris in ſynodali Concilio inſtituimus, temerare præſumpſerit, in ipſum capitali ſententiâ judicetur, qualiter alii non debeant ſimilia perpetrare.

Quam auctoritatem vel edictum perpetuis temporibus valiturum manûs noſtræ ſubſcriptionibus decrevimus roborandum. Hamingus. Chlotacharius in Chriſti nomine Rex hanc definitionem ſubſcripſi.

Data ſub die xv. Kalendas Novembris, anno xxxi. regni noſtri, Pariſius.

DAGOBERTI REGIS
CAPITULARE TRIPLEX.

I. Lex Ripuariorum.
II. Lex Alamannorum. } Circa annum DCXXX.
III. Lex Bajuvariorum.

ADMONITIO AD LECTOREM
de Legibus ſequentibus.

QUAMVIS Dagobertus non ſit primus auctor iſtarum legum, ſed Theodoricus, ut docet ſequens præfatiuncula, quia tamen conſtat illas plurimùm mutatas fuiſſe à Principibus qui poſt Theodoricum regnarunt, ac tandem purgatas, emendatas, & auctas à Dagoberto, adeòque ab iſto tales promulgatas ac conſtitutas fuiſſe quales etiamnum leguntur in veteribus libris, conſultius viſum eſt eas illi tribuere quàm Theodorico, de quo nihil aliud certi compertum habemus quàm ipſum leges quaſdam imperfectas compoſuiſſe & dediſſe Francis, id eſt, Ripuariis, Alamannis, & Bajuvariis, quæ à ſucceſſoribus ejus Francorum Regibus perfectionem poſteà acceperunt. Ita enim docet hæc præfatiuncula, quæ legi Bajuvariorum præponi ſolet in codicibus antiquis.

Theodoricus, Rex Francorum, cùm eſſet Catalaunis, elegit viros ſapientes, qui in regno ſuo legibus antiquis eruditi erant. Ipſo autem dictante juſſit conſcribere legem Franco um, & Alamannorum, & Bajuvariorum, unicuique genti quæ in ejus poteſtate erat, ſecundùm conſuetudinem ſuam. Addidit quæ addenda erant, & improviſa & incompoſita reſecavit; & quæ erant ſecundùm conſuetudinem paganorum, mutavit ſecundùm legem Chriſtianorum. Et quicquid Theodoricus Rex propter vetuſtiſſimam paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſt hæc Childebertus Rex inchoavit, ſed Chlotharius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus Rex glorioſiſſimus per viros inluſtres Claudium, Chaudum, Indomagnum, & Agilulfum renovavit, & omnia vetera legum in melius tranſtulit, & unicuique genti ſcripta tradidit, quæ uſque hodie perſeverant.

Hoc decretum eſt apud Regem & Principes ejus, & apud cunctum populum Chriſtianum qui infra regnum Merwungorum conſiſtitur.

☞ *Vide* NOVUM CODICEM LEGUM VETERUM, *in quo altera eſt Præfatio multùm auctior, extracta tùm ex uno manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ Viennenſis, tùm ex altero manuſcripto antiquiſſimo Bibliothecæ Monaſterii Benedictoburani in Bavaria Superiori.*

DAGOBERTI REGIS
CAPITULARE PRIMUM,
SIVE
LEX RIPUARIORUM.

INDEX CAPITULORUM.

1. De ictu ingenuorum.
2. De sanguinis effusione.
3. De osse fracto.
4. De puncto.
5. De debilitatibus.
6. De castratione.
7. De homicidio ingenuorum.
8. De homicidiis servorum.
9. De homicidiis hominum Regis.
10. De homicidiis hominum ecclesiasticorum.
11. De homicidiis eorum qui in truste Regis sunt.
12. De homicidiis mulierum.
13. De homicidiis puellarum.
14. De muliere ecclesiastica.
15. De homine mordrido.
16. De captivato homine vel femina ingenua.
17. De incendio.
18. De sonesti.
19. De ictu servorum.
20. De effusione sanguinis.
21. De osse fracto servorum.
22. De osse fracto ingenuorum à servo.
23. De ictu servorum in servo.
24. De sanguinis effusione servor. à servo.
25. De osse fracto servorum à servo.
26. De debilitatibus servorum.
27. De castratione servorum.
28. De interfectione servorum.
29. De furtis servorum.
30. De interpellatione servorum.
31. De homine ingenuo repræsentando.
32. De mannire.
33. De intertiare.
34. De raptu ingenuarum mulierum.
35. De eo qui uxorem alienam tulerit.
36. De diversis interfectionibus.
37. De dotibus mulierum.
38. De eo qui hominem innocentem ad Regem accusaverit.
39. De eo qui ingenuæ mulieri manum vel brachium strinxerit.
40. De caballo extra consilium domini sui ascenso.
41. De ligaminibus ingenuorum.
42. De venationibus.
43. De sepibus.
44. De eo qui in messe aliena cum carro transierit.
45. De eo qui nesciente homine aliquam furtivam rem in domum illius introduxerit.
46. De quadrupedibus, si hominem occiderint.
47. De vestigio minando.
48. De homine qui sine heredibus moritur.
49. De adfatimire.
50. De testibus adhibendis.
51. De eo qui Grafionem ad res alienas invitat.
52. De re præstata.
53. De eo qui Grafionem interfecerit.
54. De corporibus expoliatis.
55. De Rachinburgiis legem dicentibus.
56. De alodibus.
57. De libertis à Domino ante Regem dimissis.
58. De tabulariis.
59. De venditionibus.
60. De traditionibus & testibus adhibendis.
61. De libertis secundùm legem Romanam.
62. De homine qui servum tributarium facit.
63. De homine in hoste occiso.
64. De homine in domo propria occiso.
65. De eo qui bannum non adimplet.
66. De sacramento.
67. De eo qui filium non relinquit.
68. De osse super viam sonante, vel absque effusione sanguinis.
69. De eo qui Regi infidelis extitit.
70. De homine à ligno interfecto.
71. De festuca intercurrente.
72. De homine intertiato vel pecore mortuo.
73. De homine ligato absque judicio dimisso.
74. Ut nullus cum servo traditionem vel comparationem faciat.

75. *De re propriſa vel ſecuta.*
76. *De materiamine vel lignis furatis.*
77. *De homine furbattudo.*
78. *De eo qui furem in domo receperit.*
79. *De homine perduto & ejus hereditate.*
80. *De viæ lacina.*
81. *Ut parvulus non reſpondeat ante quindecim annos.*
82. *De damno in meſſe vel in clauſura.*
83. *De maleficio.*
84. *De Grafione injuſtè irritato.*
85. *De corpore expoliato.*
86. *De caballo excorticato.*
87. *De homine forbannito.*
88. *Ut nemo munera in judicio accipiat.*
89. *Ut Judices, ſive Miſſi fiſcales, freda non exigant priuſquam facinus componatur.*

Expliciunt Capitula.

INCIPIT LEX RIPUARIORUM.

I. *De ictu ingenuorum.*

SI quis ingenuus ingenuum ictu percuſſerit, ſolido uno culpabilis judicetur. Si bis, duobus ſolidis. Si ter, tribus ſolidis culpabilis judicetur.

II. *De ſanguinis effuſione.*

Si quis ingenuus ingenuum percuſſerit, ut ſanguis exeat, terramque tangat, bis novem ſolidis culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum ſex juret.

III. *De oſſe fracto.*

Si quis ingenuus ingenuo in quolibet membro os fregerit, xxxvj ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret.

IV. *De puncto.*

Si quis ingenuus alterum tranſpuncxerit, aut infra coſtas plagaverit, xxxvj ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret.

V. *De debilitatibus.*

1. Si quis ingenuus ingenuo auriculam excuſſerit, ut audire non poſſit, centum ſolidis culpabilis judicetur. Si autem auditum non perdiderit, quinquaginta ſolidos componat.

2. Si naſum excuſſerit, ut muccare non poſſit, centum ſolidis culpabilis judicetur. Si muccare prævalet, quinquaginta ſolidos componat.

3. Si quis ingenuus ingenuo oculum excuſſerit, centum ſolidis culpabilis judicetur. Si viſus in oculo reſtiterit, ita ut videre poſſit, quinquaginta ſolidis culpabilis judicetur.

4. Si manum excuſſerit, centum ſolidis culpabilis judicetur. Si manus ibidem manca pependerit, quinquaginta ſolidos componat.

5. Si quis ingenuus ingenuo pollicem excuſſerit, quinquaginta ſolidis culpabilis judicetur. Quod ſi pollex ibidem mancus pendiderit, viginti quinque ſolidis culpabilis judicetur.

6. Sic in omni mancatione, ſi membrum mancum pendiderit, medietatem componat quam componere debuerat ſi ipſum membrum abſciſſum fuiſſet.

7. Si ſecundus digitus, unde ſagittatur, excuſſus fuerit, triginta ſex ſolidis componatur

8. Si quis ingenuus ingenuo pedem excuſſerit, centum ſolidos componat. Si pes mancus ibidem pendiderit, quinquaginta ſolidis culpabilis judicetur.

9. Si articulum qualemcunque amputaverit, triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur.

10. Iſta omnia ſi negaverit, cum ſex juret quod hoc non feciſſet.

VI. *De caſtratione.*

Si quis ingenuus ingenuum caſtraverit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum duodecim juret.

VII. *De homicidio ingenuorum.*

Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripuarium interfecerit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum duodecim juret.

VIII. *De homicidiis ſervorum.*

Si quis ſervum interfecerit, triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret quod hoc non feciſſet.

IX. *De homicidiis hominum Regis.*

Si quis hominem regium interfecerit, centum ſolidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

X. *De homicidiis hominum eccleſiaſticorum.*

1. Si quis hominem eccleſiaſticum interfecerit, centum ſolidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

2. Sic in reliqua compoſitione unde Ripuarius quindecim ſolidis culpabilis judicetur, regius & eccleſiaſticus homo medietatem componat, vel deinceps quantumcunque culpa aſcenderit.

LEX RIPUARIORUM.

XI. *De homicidiis eorum qui in truſte Regis ſunt.*

1. Si quis eum interfecerit qui in truſte regia eſt, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur. Et quicquid ei fiet, ſimiliter ſicut de reliquo Ripuario in triplum componatur.

2. De occiſione ejus, ſi negaverit, cum ſeptuaginta duobus juret.

3. Si quis regio aut eccleſiaſtico homini de quacunquelibet re forciam fecerit, & per vim tulerit, in triplum ſicut reliquo Ripuario componat.

XII. *De homicidiis mulierum.*

1. Si quis feminam Ripuariam interfecerit, poſtquam parturire cœperit, uſque ad quadrageſimum annum, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum ſeptuaginta duobus juret. Et ubicunque ſexcenti ſolidi accedunt, ſimili modo cum ſeptuaginta duobus juret.

2. Si ille homo pauper fuerit, ut inſimul ſolvere non poſſit, per tres deceſſiones filiorum ſolvat.

XIII. *De homicidiis puellarum.*

Si quis puellam Ripuariam interfecerit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum duodecim juret.

XIV. *De muliere eccleſiaſtica.*

1. Si quis feminam regiam aut eccleſiaſticam parientem interfecerit, trecentis ſolidis culpabilis judicetur, aut cum triginta ſex juret.

2. Quòd ſi puellam poſt quadrageſimum annum interfecerit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur, aut cum duodecim juret.

XV. *De homine mordrido.*

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium interfecerit, & eum cum ramo cooperuerit, vel in puteo ſeu in quocunque libet loco celare voluerit, quod dicitur mordridus, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſeptuaginta duobus juret.

XVI. *De captivo homine vel femina ingenua.*

Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium extra ſolum vendiderit, & iterum eum ad ſolum non potuerit reducere, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſeptuaginta duobus juret. Et ſi eum in ſolum reduxerit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur. Quod & de femina ingenua ſimiliter convenit obſervare.

XVII. *De incendio.*

1. Si quis hominem per noctem latenter incenderit, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur, & inſuper damnum & delaturam reſtituat. Aut ſi negaverit, cum ſeptuaginta duobus juret.

2. Si ſervus hoc fecerit, xxxvj ſolidis culpabilis judicetur, & inſuper damnum & delaturam reſtituat. Aut ſi negaverit, dominus ejus cum ſex juret.

XVIII. *De foneſti.*

1. Quòd ſi ingenuus foneſti, id eſt, duodecim equas cum amiſſario, aut ſex ſerovas cum verre, vel duodecim vaccas cum tauro furatus fuerit, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur, & inſuper capitale & delaturam reſtituat. Quòd ſi multi ingenui fuerint, ſicut in omni furto conſtituimus, unuſquiſque ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur, & inſuper capitale & delaturam reſtituant. Aut ſi negaverint, ſinguli cum ſeptuaginta duobus jurent.

2. Quòd ſi ſervus hoc fecerit, triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur, & inſuper capitale & delaturam reſtituat. Et ſi multorum ſervi fuerint, unuſquiſque per ſemetipſum ſimiliter faciat. Aut ſi negaverint, domini eorum cum ſex jurent.

3. Si homo eccleſiaſticus aut regius hoc fecerit, medietate compoſitionis Francorum culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum triginta ſex juret.

XIX. *De ictu ſervorum.*

1. Si ingenuus ſervum ictu percuſſerit, ut ſanguis non exeat, uſque ternos colpos, quod nos dicimus buniſlegi, ſingulos ſolidos componat. Aut ſi negaverit, cum ſex juret.

2. Si homo eccleſiaſticus aut regius hoc fecerit, tribus ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret.

3. Quod ſi ſervus homini regio aut eccleſiaſtico vel Franco hoc fecerit, per ternos ictus tres ſolidos componat. Aut ſi negaverit, dominus ejus cum ſex juret.

XX. *De effuſione ſanguinis.*

1. Si ſervus ingenuo aut regio vel eccleſiaſtico homini ſanguinis effuſionem fecerit, quinto dimidio ſolido culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, Dominus ejus cum ſex juret.

2. Similiter ſi ingenuus aut regius vel eccleſiaſticus homo hoc ſervo fecerit, quinto dimidio ſolido culpabilis judicetur, aut dominus ejus cum ſex juret.

XXI. *De oſſe fracto ſervorum.*

Quòd ſi ingenuus aut regius vel eccleſiaſticus homo ſervo os fregerit, novem ſolidis culpabilis judicetur, aut dominus ejus cum ſex juret.

XXII.

XXII. *De oſſe fracto ingenuorum à ſervo.*

Quòd ſi ſervus homini Franco aut Ripuario os fregerit, dominus ejus triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur. Si autem regio aut eccleſiaſtico homini hoc fecerit, bis novem ſolidis culpabilis judicetur.

XXIII. *De ictu ſervorum in ſervo.*

Quòd ſi ſervus ſervum ictu uno vel duobus ſeu tribus percuſſerit, nihil eſt. Sed tamen, propter pacis ſtudium, tremiſſem, id eſt, quatuor denarios, componat.

XXIV. *De ſanguinis effuſione ſervorum à ſervo.*

Si autem ſervus ſervo ſanguinis effuſionem fecerit, tertio dimidio ſolido culpabilis judicetur.

XXV. *De oſſe fracto ſervorum à ſervo.*

Si os ei fregerit, quinque ſolidis culpabilis judicetur.

XXVI. *De debilitatibus ſervorum.*

Quòd ſi oculum, auriculam, naſum, manum, pedem excuſſerit, bis novem ſolidis culpabilis judicetur.

XXVII. *De caſtratione ſervorum.*

Si autem eum caſtraverit, triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret.

XXVIII. *De interfectione ſervorum à ſervo.*

Si autem ſervus ſervum interfecerit, dominus ejus triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret quòd ſervus ejus hoc non feciſſet.

XXIX. *De furtis ſervorum.*

Quòd ſi ſervus furtum fecerit, dominus ejus triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur; excepto capitale, & delaturam reſtituat.

XXX. *De interpellatione ſervorum.*

1. Quòd ſi quis in judicio pro ſervo interpellatus fuerit, ſi ſervus talis non fuerit unde dominus ejus de fiducia ſecurus eſſe poſſit, dominus ejus in judicio pro eo interrogatus reſpondeat, & ſine tangano loquatur, & dicat: *Ego ignoro utrùm ſervus meus culpabilis an innocens de hoc exiterit. Propterea eum ſecundùm legem Ripuariam ſuper quatuordecim noctes ad ignem repræſento.* Et ſic de ejus præſentia cum feſtuca fidem faciat. Quòd ſi ſervus in ignem manum miſerit, & læſam tulerit, dominus ejus, ſicut lex continet, de furto ſervi culpabilis judicetur.

2. Quòd ſi ſervus, quando Dominus interpellatus fuerit, infra ducatum fugâ lapſus fuerit, ſupra quatuordecim noctes aut ipſum repræſentet, aut pro eo faciat rationem. Quòd ſi poſtquam eum ad ignem adplicuerit, fugâ lapſus fuerit, ad placitum veniens cum tribus teſtibus in haraho conjuret quòd ſervus ille, quem ad ignem repræſentare debuerat, extra ejus voluntatem fugâ lapſus ſit, & ſic denuò placitus ei concedatur, ut ſuper quatuordecim, ſeu ſuper quadraginta noctes, eum repræſentare ſtudeat, aut ipſe in rem reſpondeat. Lex Ripuariorum.

XXXI. *De homine ingenuo repræſentando.*

1. Quod ſi homo ingenuus obſequio alterius inculpatus fuerit, ipſe qui eum poſt ſe eodem tempore retinuit, in præſentia judicis ſimiliter, ſicut ſuperiùs comprehenſum eſt, repræſentare ſtudeat, aut in rem reſpondere.

2. Quòd ſi eum non repræſentaverit, tale damnum incurrat quale ille ſuſtinere debuerat qui in ejus obſequio eſt inculpatus.

3. Hoc autem conſtituimus, ut infra pagum Ripuarium tam Franci, Burgundiones, Alamanni, ſeu de quacunque natione commoratus fuerit, in judicio interpellatus, ſicut lex loci continet ubi natus fuerit, ſic reſpondeat.

4. Quòd ſi damnatus fuerit, ſecundùm legem propriam, non ſecundùm Ripuariam, damnum ſuſtineat.

5. Quòd ſi in provincia Ripuaria juratores invenire non potuerit, ad ignem ſeu ad ſortem ſe excuſare ſtudeat.

XXXII. *De mannire.*

1. Si quis legibus ad mallum mannitus fuerit, & non venerit, ſi eum ſunnis non detenuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Ille verò qui alium mannit, & ipſe non venit, ſimiliter quindecim ſolidis culpabilis judicetur Lib. III. Capitular. c. 45; & lib. VI, c. 211.

2. Si autem mannitus fuerit ad ſecundum mallum, aut ad tertium, ſeu ad quartum, vel quintum, uſque ad ſextum venire diſtulerit, pro unoquoque mallo, ſi ille qui eum mannit, cum tribus Rachinburgiis in haraho conjuraverit quòd legitimè mannitus fuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur.

3. Quòd ſi ad ſeptimum mallum non venerit, tunc ille qui eum mannit, ante Comitem cum ſeptem Rachinburgiis in haraho jurare debet quòd eum ad ſtrudem legitimam admallatum habet; & ſic judex fiſcalis ad domum illius accedere debet. & legitimam ſtrudem exinde auferre, & ei tribuere qui eum interpellavit, hoc eſt, ſeptem Rachinburgiis, unicuique quin-

LEX RIPUARIORUM.

decim ſolidos, & ei qui cauſam proſequitur, quadraginta quinque.

4. Quòd ſi ipſam ſtrudem contradicere voluerit, & ad januam ſuam cum ſpata tracta acceſſerit, & eam in porta ſive in poſte poſuerit, tunc judex fidejuſſores ei exigat ut ſe ante Regem repræſentet, & ibidem cum armis ſuis contra contrarium ſuum ſe ſtudeat defenſare.

XXXIII. *De intertiare.*

1. Si quis rem ſuam cognoverit, mittat manum ſuper eam. Et ſi ille ſuper quem intertiatur, tertiam manum quærat, tunc in præſente ambo conjurare debent cum dextera armata, & cum ſiniſtra ipſam rem teneant. Unus juret quòd in propriam rem manum mittat, & alius juret quòd ad eam manum trahat qui ei ipſam rem dedit. Et ſi infra ducatum eſt, ſuper quatuordecim noctes auctorem ſuum repræſentet. Si foris ducatum, quadraginta. Si autem extra regnum, ſuper octuaginta ad Regis ſtapplum, vel ad eum locum ubi mallus eſt, auctorem ſuum in præſente habeat.

2. Quòd ſi eum ibidem habere non potuerit, ſibi ſeptimus in haraho conjuret quòd eum ibidem legibus mannitum habuiſſet, & ſibi ab alio homine ipſa res tradita non fuiſſet. Sic ei placitum ſuper quatuordecim ſeu ſuper quadraginta vel octuaginta noctes detur, ut cine werduniam ſuam in præſentia teſtium recipiat, & ei qui rem ſuam intertiavit, probabiliter oſtendat. Et tunc ipſe de furto ſecurus ſit, & ille qui intertiavit, furtum & delaturam ab eo requirat qui ſolvere cœpit.

3. Quòd ſi auctor ſuus venerit, & rem intertiatam recipere renuerit, tunc ille ſuper quem intertiata eſt, capitale & delaturam atque furtum ſolvere ſtudeat.

4. Quòd ſi in ipſa hora, quando res intertiatur, reſponderit quòd fordronem ſuum neſciat, tunc in præſente de ſacramento ſibi ſeptimâ manu fidem faciat, & ſuper quatuordecim noctes adjurare ſtudeat quòd auctorem vel cauſam ſeu poſtem januæ auctoris ſui neſciat, & ipſam rem ſine damno reddat.

XXXIV. *De raptu ingenuarum mulierum.*

1. Si quis ingenuus homo ingenuam feminam rapuerit, bis centenis ſolidis noxius judicetur. Quòd ſi tres ingenui cum ipſo fuerint, unuſquiſque eorum ſexaginta ſolidis noxius judicetur. Et quanti ſuper illos quatuor fuerint, unuſquiſque quindecim ſolidis noxius judicetur.

2. Quòd ſi regius aut eccleſiaſticus homo hoc fecerit, centum ſolidis culpabilis judicetur.

3. Similiter illi tres qui ei auxilium præbuerint, unuſquiſque triginta ſolidis culpabilis judicetur. Et quanti ſuper hos fuerint, unuſquiſque octavo ſemiſolido multetur.

4. Quòd ſi ſervus hoc fecerit, de vita componat.

XXXV. *De eo qui uxorem alienam tulerit.*

1. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, ducentis ſolidis multetur.

2. Si quis cum ingenua puella mœchatus fuerit, quinquaginta ſolidis culpabilis judicetur.

3. Si quis ingenuam puellam vel mulierem, quæ in verbo Regis vel eccleſiaſtica eſt, accipere vel ſeducere præſumpſerit, ſeu parentum voluntate de mundeburde abſtulerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur. Hincm. tom. 2, p. 593.

XXXVI. *De diverſis interfectionibus.*

1. Si quis Ripuarius advenam Francum interfecerit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur.

2. Si quis Ripuarius advenam Burgundionem interfecerit, centum ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur.

3. Si quis Ripuarius advenam Romanum interfecerit, centum ſolidis multetur.

4. Si quis Ripuarius advenam Alamannum, ſeu Freſionem, vel Bajuvarium, aut Saxonem interfecerit, centum ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur.

5. Si quis Clericum interfecerit, juxta quòd nativitas ejus fuit, ita componatur. Si ſervus, ſicut ſervum. Si regius aut eccleſiaſticus, ſicut alium regium aut eccleſiaſticum. Si litus, ſicut litum. Si liber, ſicut alium ingenuum cum ducentis ſolidis componat.

6. Si quis Subdiaconum interfecerit, quadringentos ſolidos componat. Lib. III. Capitular. cap. 25.

7. Si quis Diaconum interfecerit, quingentos ſolidos componat.

8. Si quis Preſbyterum ingenuum interfecerit, ſexcentos ſolidos componat.

9. Si quis Epiſcopum interfecerit, nongentos ſolidos componat.

10. Si quis partum in femina interfecerit, ſeu natum priuſquam nomen habeat, centum ſolidis culpabilis judicetur. Quòd ſi matrem cum partu interfecerit, ſeptingentis ſolidis multetur.

11. Si quis weregeldum ſolvere debet.

bovum cornutum videntem & ſanum pro duobus ſolidis tribuat, vaccam cornutam videntem & ſanam pro uno ſolido tribuat, equum videntem & ſanum pro ſex ſolidis tribuat, equam videntem & ſanam pro tribus ſolidis tribuat, ſpatam cum ſcogilo pro ſeptem ſolidis tribuat, ſpatam abſque ſcogilo pro tribus ſolidis tribuat, bruniam bonam pro duodecim ſolidis tribuat, helmum cum directo pro ſex ſolidis tribuat, bainbergas bonas pro ſex ſolidis tribuat, ſcutum cum lancea pro duobus ſolidis tribuat, acceptorem non domitum pro tribus ſolidis tribuat, commorſum gruarium pro ſex ſolidis tribuat, acceptorem mutatum pro duodecim ſolidis tribuat.

Tom. 11 Spicil. pag. 492.

12. Quòd ſi cum argento ſolvere contigerit, pro ſolido duodecim denarios, ſicut antiquitùs eſt conſtitutum.

XXXVII. *De dotibus mulierum.*

1. Si quis mulierem deſponſaverit, quicquid ei per tabularum ſeu chartarum inſtrumenta conſcripſerit, perpetualiter inconvulſum permaneat.

2. Si autem per ſeriem ſcripturarum ei nihil contulerit, ſi virum ſupervixerit, quinquaginta ſolidos in dotem recipiat, & tertiam partem de omni re quam ſimul conlaboraverint ſibi ſtudeat evindicare; vel quicquid ei in morgangeba traditum fuerat, ſimiliter faciat.

Lib. IV. Capitular. cap. 9.

3. Quòd ſi ex his quæ conſcripta vel tradita ſunt ſimul conſumpſerint, nihil requirat.

XXXVIII. *De eo qui hominem innocentem ad Regem accuſaverit.*

Si quis hominem innocentem ad Regem accuſaverit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur.

XXXIX. *De eo qui ingenuæ mulieri manum vel brachium ſtrinxerit.*

Si quis ingenuæ mulieri manum ſtrinxerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Certè ſi ſuper cubitum manum miſerit, triginta ſolidis multetur.

XL. *De caballo extra conſilium domini ſui aſcenſo.*

Si quis caballum extra conſilium domini ſui aſcenderit, triginta ſolidis culpabilis judicetur.

XLI. *De ligaminibus ingenuorum.*

1. Si quis ingenuus ingenuum ligaverit, & ejus culpam cum ſex teſtibus in haraho non adprobaverit, triginta ſolidis culpabilis judicetur.

2. Si quis à contubernio probabiliter ligatus ſuper res alienas fuerit, eum ad excuſationem non permittimus.

LEX RIPUARIORUM.

3. Sed ſi unus homo cum ſatellitibus ſuis hominem ligaverit, aut ipſum excuſare permittimus, aut proximus ejus, quòd innocens ligatus ſit, cum ſex juret.

XLII. *De venationibus.*

1. Si quis de diverſis venationibus furaverit aliquid, & celaverit, ſeu & de piſcationibus, quindecim ſolidis culpabilis judicetur; quia non eſt hæc res poſſeſſa, ſed de venationibus agitur.

2. Si quis cervum domitum vel cum triutis occiderit, aut furatus fuerit, non ſicut de reliquis animalibus furtum exigatur, ſed tantùm quadraginta quinque ſolidis culpabilis judicetur.

3. Si autem in venatione non fuit, triginta ſolidis culpabilis judicetur.

XLIII. *De ſepibus.*

Si quis verò très virgas unde ſepis ligatur, vel retortas unde ſepis continetur, capulaverit, aut tres cambortas involaverit, ſeu in clauſura aliena traugum ad tranſeundum fecerit, quindecim ſolidis multetur.

XLIV. *De eo qui in meſſe aliena cum carro tranſierit.*

Si quis per meſſem alienam cum carro vel carruca tranſierit, quindecim ſolidis multetur.

XLV. *De eo qui neſciente homine aliquam furtivam rem in domum illius introduxerit.*

Si quis neſciente homine furtivam rem in ejus poſſeſſionem introduxerit, & ibidem inventa fuerit, quadraginta quinque ſolidis culpabilis judicetur; vel quicquid ei damnum acceſſerit, aliud tantum reſtituat.

XLVI. *De quadrupedibus, ſi hominem occiderint.*

1. Si quis quadrupes hominem occiderit, ipſe quadrupes qui eum interfecit in medietatem weregildi ſuſcipiatur, & aliam medietatem dominus quadrupedis ſolvere ſtudeat abſque fredo: quia quod quadrupedes faciunt, fredus exinde non exigitur.

2. Quòd ſi quadrupes quadrupedem interfecerit, dominus quadrupedis quadrupedem mortuum vel debilem recipiat; & eum qui alium interfecerit, domino ejus cujus quadrupes eſt interfectus, ipſum quadrupedem tribuat; & quantùm interfectus vel debilis priùs valuerat, ſolvat.

LEX RIPUARIORUM.

XLVII. *De veſtigio minando.*

1. Si quis animal ſuum per veſtigium ſequitur, & tertio die in domo cujuſlibet vel in quolibet loco cum invenerit, liceat ei abſque intertiato revocare.

2. Quod ſi in domo fuerit; & ei ſcrutinium cujus eſt domus contradixerit, ut fur habeatur.

3. Quòd ſi ibidem violenter ingreſſus fuerit, quindecim ſolidis multetur, aut cum ſex juret.

XLVIII. *De eo qui ſine heredibus moritur.*

Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem ſuam in præſentia Regis, ſive vir mulieri, vel mulier viro, ſeu cuicunquelibet de proximis vel extraneis, adoptare in hereditatem vel adfatimi per ſcripturarum ſeriem, ſeu per traditionem, & teſtibus adhibitis, ſecundùm legem Ripuariam licentiam habeat.

XLIX. *De adfatimire.*

Quòd ſi adfatimus fuerit inter virum & mulierem, poſt diſceſſum amborum ad legitimos heredes revertatur; niſi tantùm qui parem ſuum ſupervixerit, in eleemoſyna vel in ſua neceſſitate expenderit.

L. *De teſtibus adhibendis.*

1. Si quis teſtes ad mallum ante Centenarium vel Comitem, ſeu ante Ducem, Patricium, vel Regem, vocare neceſſe habuerit, ut donent teſtimonium, & fortaſſe teſtes noluerint ad placitum venire, ille qui eos neceſſarios habet, mannire illos debet, ut teſtimonium quod ſciunt jurati dicant.

2. Quòd ſi noluerint, & falſum teſtimonium præbuerint, & hoc adprobatum fuerit, unuſquiſque de illis tribus teſtibus quindecim ſolidis multetur.

LI. *De eo qui Grafionem ad res alienas invitat.*

1. Si quis judicem fiſcalem ad res alienas injuſtè tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad ſtrudem admallatum habuerit, invitare præſumpſerit, quinquaginta ſolidis multetur.

2. Quòd ſi quis judex fiſcalis ampliùs quàm lex Ripuaria continet tulerit, quinquaginta ſolidis multetur.

LII. *De re præſtita.*

Si quis rem ſuam alii præſtiterit, & placitum indixerit, quòd ſi ſuper placitum rem præſtitam retinere præſumpſerit, quindecim ſolidis mulctetur.

LIII. *De eo qui Grafionem interfecerit.*

1. Si quis judicem fiſcalem, quem Comitem vocant, interfecerit, ſexcentis ſolidis mulctetur.

2. Quòd ſi regius puer, vel ex tabulario, ad eum gradum aſcenderit, trecentis ſolidis multetur.

LIV. *De corporibus expoliatis.*

1. Si quis autem hominem mortuum antequam ſepeliatur expoliaverit, ſi interrogatus confeſſus fuerit, ſexaginta ſolidis multetur. Si autem negaverit, & poſteà convictus fuerit, centum ſolidis cum delatura multetur, aut cum ſex juret.

2. Si quis mortuum effodere præſumpſerit, ducentis ſolidis multetur, aut cum duodecim juret.

LV. *De Rachinburgiis legem dicentibus.*

Si quis cauſam ſuam proſequitur, & Rachinburgii inter eos ſecundùm legem Ripuariam dicere noluerint, tunc ille in quem ſententiam contrariam dixerint, dicat: *Ego vos tangano ut mihi legem dicatis.* Quòd ſi dicere noluerint, & poſteà convicti fuerint, unuſquiſque eorum quindecim ſolidis multetur. Similiter & ille qui Rachinburgiis rectè dicentibus non adquieverit.

LVI. *De alodibus.*

1. Si quis abſque liberis defunctus fuerit, ſi pater materque ſuperſtites fuerint, in hereditatem ſuccedant.

2. Si pater materque non fuerint, frater & ſoror ſuccedant.

3. Si autem nec eos habuerit, tunc ſoror matris patriſque ſuccedant. Et deinceps uſque ad quintum genuculum, qui proximus fuerit, in hereditatem ſuccedat. Sed dum virilis ſexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non ſuccedat.

LVII. *De libertis à domino ante Regem dimiſſis.*

1. Si quis libertum ſuum per manum propriam ſeu per alienam in præſentia Regis ſecundùm legem Ripuariam ingenuum dimiſerit per denarium, & ejuſdem rei chartam acceperit, nullatenùs eum permittimus in ſervitium inclinare, ſed ſicut reliqui Ripuarii liber permaneat.

2. Sed ſi quis ei poſtmodùm contrarius extiterit quòd eum quis inlicito ordine ingenuum dimiſiſſet, & ipſe cum gladio ſuo hoc ſtudeat defenſare. Aut ſi auctorem habuerit, auctor cum legibus ex hoc eum adducat. Aut ſi legibus eum non potuerit defenſare, ad partem Regis ducentis ſolidis culpabilis judicetur; & ad partem ejus cujus ſervum inlicito ordine à jugo ſervitutis abſolvere nititur, qua-

draginta quinque ſolidis multetur, & de omnibus rebus quas ei condonavit alienus exiſtat.

3. Si autem ſe defenſaverit, liber permaneat, & ille qui eum voluit inſervire, ducentis ſolidis Regi, quadraginta quinque illi qui defenſatur, culpabilis judicetur.

4. Si autem homo denariatus abſque liberis diſceſſerit, non alium niſi fiſcum noſtrum heredem relinquat.

LVIII. *De tabulariis.*

A Coſta, p. 116. Regino, lib. 1, cap. 405.

1. Hoc etiam jubemus, ut qualiſcunque Francus Ripuarius ſeu tabularius ſervum ſuum pro animæ ſuæ remedio, ſeu pro pretio, ſecundùm legem Romanam libertare voluerit, ut in Eccleſia coram Preſbyteris, Diaconibus, ſeu cuncto clero & plebe, in manu Epiſcopi ſervum cum tabulis tradat, & Epiſcopus Archidiaconum jubeat ut ei tabulas ſecundùm legem Romanam, quâ Eccleſia vivit, ſcribere

Doria, p. 90. faciat; & tam ipſe quàm & omnis procreatio ejus liberi permaneant, & ſub tuitione Eccleſiæ conſiſtant, vel omnem reditum ſtatûs aut ſervitium tabularii eorum Eccleſiæ reddant. Et nullus tabularius denarium ante Regem præſumat jactare. Quod ſi fecerit, ducentis ſolidis culpabilis judicetur, & nihilominùs ipſe tabularius & procreatio ejus tabularii perſiſtant, & omnes reditus ſtatûs eorum ad Eccleſiam reddant; & non aliubi, niſi ad Eccleſiam ubi relaxati ſunt, mallum teneant.

2. Quòd ſi quis tabularium ſeu eccleſiaſticum hominem contra Epiſcopum defenſare voluerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur, & inſuper hominem cum omnibus rebus ſuis Eccleſiæ reſtituat; quia inlicitum ducimus, quod Eccleſiis conceſſimus, iterùm ab Eccleſiis revocare.

3. Nemo ſervum eccleſiaſticum abſque Vicario libertum facere præſumat.

4. Tabularius autem qui abſque liberis diſceſſerit, nullum alium niſi Eccleſiam relinquat heredem.

5. Quòd ſi quis tabulas Epiſcoporum manibus ſeu Clericorum roboratas inrumpere voluerit, tunc Archidiaconus cum teſtibus qui tabulas roboraverunt, ante Epiſcopum vel Regem accedat, ut teſtes quod ſciunt dicant. Quod ſi ille qui cauſam proſequitur, adquieſcere noluerit, tunc tabulæ in præſentia judicis perforentur, & Archidiaconus in præſente ſacramento fidem faciat, & ſibi ſeptimus ſuper noctes ſeptem conjuret cum ipſis teſtibus qui tabulas conſcripſerunt, quòd ipſe tabularius ſecundùm legem Romanam legitimè fuiſſet ingenuus relaxatus. Et tunc ille qui cauſam proſequitur, in præſente conſtringatur ut ſe ante judicem repræſentet, & ad partem Eccleſiæ centum ſolidis culpabilis judicetur, & unicuique de teſtibus quindecim ſolidis culpabilis judicetur, & Archidiacono quadraginta quinque ſolidis culpabilis judicetur, & nihilominùs tabulæ ſtabiles permaneant. Lex Ripuariorum.

6. Quòd ſi Archidiaconus iſta adimplere contempſerit, & auctorem ſuum qui eum ingenuum dimiſit, non invenerit, tunc tabularium ipſe Archidiaconus cum quadraginta quinque ſolidis, & cum omnibus rebus ſuis, proprio domino ſtudeat reſtituere, & unuſquiſque de teſtibus quindecim ſolidis culpabilis judicetur.

7. Quòd ſi auctor dimiſſionis eum ingenuum fecerit, cauſam qui proſequitur ſimilem mulctam ſuſtineat ſicut ſuperiùs ſcribere juſſimus, & inſuper ab Eccleſiæ liminibus repellatur uſque dum proprio domino ipſe ſatisfaciat.

8. Quòd ſi quis tabularium ex ſervo alieno facere præſumpſerit, tunc ille cujus ſervus eſt ſuper eum manum mittere debet. Et ſi tabularius eſt, vel regius ſeu Romanus homo qui hoc facit, ſuper ſeptem noctes, ſi Francus, ſuper quatuordecim de manu in manum ambulare debet, quamvis multæ venditiones ex illo factæ fuiſſent, uſque dum ad eam manum veniat quæ eum ingenuum dimiſit. Et tunc ex eo judicium ſuperiùs comprehenſum adimpleatur.

9. Si autem tabularius ancillam regiam, aut eccleſiaſticam, ſeu ancillam tabularii in matrimonium ſibi ſociaverit, ipſe cum ea ſervus permaneat. Si autem tantùm mœchatus fuerit, octavo dimidio ſolido culpabilis judicetur, aut cum ſex juret. Quod ſi tabularia hoc fecerit, ipſa & generatio ejus in ſervitium inclinentur.

10. Si autem tabularius ancillam Ripuariam acceperit, non ipſe, ſed generatio ejus ſerviat.

11. Si autem eccleſiaſticus, Romanus, vel regius homo ingenuam Ripuariam acceperit, aut ſi Romana, vel regia, ſeu tabularia ingenuum Ripuarium in matrimonium acceperit, generatio eorum ſemper ad inferiora declinetur.

12. Quòd ſi quis hominem regium tabularium, tam baronem quàm feminam, de mundeburde Regis abſtulerit,

Lex Ripuariorum.

ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur.

13. Similiter & ille qui tabulariam, vel eccleſiaſticam feminam, ſeu baronem de mundeburde Eccleſiæ abſtulerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur, & nihilominùs generatio eorum ad mundeburdem Regis ſeu Eccleſiæ revertatur.

14. Si autem Ripuarius ancillam Regis ſeu eccleſiaſticam, vel ancillam tabulariam, ſibi ſociaverit, non ipſe, ſed procreatio ejus ſerviat.

15. Si autem Ripuarius ancillam Ripuarii in matrimonium acceperit, ipſe cum ea in ſervitio perſeveret.

16. Similiter & ſi Ripuaria hoc fecerit, ipſa & generatio ejus in ſervitio perſeverent.

17. Si autem ingenuus cum ancilla mœchatus fuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Si autem ſervus hoc fecerit, tribus ſolidis culpabilis judicetur, aut caſtretur.

18. Quòd ſi ingenua Ripuaria ſervum Ripuarium ſecuta fuerit, & parentes ejus hoc contradicere voluerint, offeratur ei à Rege ſeu à Comite ſpata & conucula. Quod ſi ſpatam acceperit, ſervum interficiat. Si autem conuculam, in ſervitio perſeveret.

19. Hoc etiam conſtituimus, ut nullum hominem regium, Romanum, vel tabularium interpellatum in judicio non tanganet, & nec alſaccia requirat. Et ſi in præſente legitimè mallatus fuerit, ea verba commemoret, & non ei ſic ut Ripuario ante altare verba commemoret.

20. Servi autem Regis vel Eccleſiarum, non per actores, ſed ipſi pro ſemetipſis in judicio reſpondeant, & ſacramenta abſque tangano conjurent.

21. Si autem homo regius homini regio vel eccleſiaſtico ſacramento fidem fecerit, ſuper ſeptem noctes conjuret: ſi Ripuario, ſuper quatuordecim noctes. Similiter & Ripuarius ei faciat.

LIX. *De venditionibus.*

1. Si quis alteri aliquid vendiderit, & emptor teſtamentum venditionis accipere voluerit, in mallo hoc facere debet, & pretium in præſente tradat, & rem accipiat, & teſtamentum publicè conſcribatur. Quòd ſi parva res fuerit, ſeptem teſtibus firmetur: ſi autem magna, duodecim roboretur.

2. Et ſi quis in poſterum hoc refragari vel falſare voluerit, à teſtibus convincatur, aut Cancellarius cum ſacramenti interpoſitione cum ſimili numero quorum roboratum eſt, idoneum confirmet.

3. Quòd ſi charta in judicio perforata idonea fuerit, tunc ille qui cauſam proſequitur, duplâ repetitione culpabilis judicetur, & inſuper ad partem Cancellarii quadraginta quinque ſolidis culpabilis judicetur, & unicuique de teſtibus quindecim ſolidis culpabilis judicetur, & ipſum teſtamentum inviolatum perſeveret. Si autem teſtamentum falſatum fuerit, tunc ille qui cauſam proſequitur, rem quam repetit cum ſexaginta ſolidis recipiat, & inſuper Cancellario pollex dexter auferatur, aut eum cum quinquaginta ſolidis redimat, & unuſquiſque de teſtibus quindecim ſolidis multetur.

4. Quòd ſi ille qui cauſam ſequitur manum Cancellarii de altari traxerit, aut ante oſtium baſilicæ manum poſuerit, tunc ambo conſtringantur ut ſuper quatuordecim noctes ſeu ſuper quadraginta ante Regem repræſentare ſtudeant pugnaturi.

5. Si autem Cancellarius mortuus fuerit, tunc ei liceat qui rem comparavit, cum tribus chartis, quas ipſe Cancellarius ſcripſit, abſque pugna chartam ſuam ſuper altario poſitam idoneare.

6. Quòd ſi venditor vel heredes ſui ſupervixerint, ipſi teſtamentum defendere debent, aut multam incurrere.

7. Quod de venditione conſcripſimus, hæc & de donationibus conſtituimus. Hoc autem conſtituimus, ut quicunque in cauſa victor extiterit, ſemper judicium conſcriptum accipiat, aut teſtes.

8. Si quis in judicio interpellatus chartam præ manibus habuerit, nulla ei malo ordine invaſio requiratur: quin dum interpellatur, reſpondeat ad interrogationes, & ſine tangano loquatur, & dicat: *Non malo ordine, ſed per teſtamentum, hoc teneo.*

9. Filiis autem aut filiabus ſuper duodecim ſolidos uni pluſquam alteri nihil condonare vel conſcribere permittimus. Quod ſi quis fecerit, irritum habeatur.

LX. *De traditionibus & teſtibus adhibendis.*

1. Si quis villam aut vineam vel quamlibet poſſeſſiunculam ab alio comparaverit, & teſtamentum accipere non potuerit, ſi mediocris res eſt, cum ſex teſtibus, & ſi parva, cum tribus; quòd ſi magna, cum duodecim ad locum traditionis cum totidem numero pueris accedat; & ſic eis præſentibus pretium tradat, & poſſeſſionem accipiat, & unicuique de parvulis

Vadian. p. 86.

alapas donet, & torqueat auriculas, ut ei in poſtmodum teſtimonium præbeant. Si autem teſtes non potuerit congregare ut ei teſtimonium præbeant, tunc rem ſuam cum ſex ſive cum ſeptem cum ſacramenti interpoſitione ſibi ſtudeat evindicare.

2. Si quis conſortem ſuum quantulumcunque ſuperpriſerit, cum quindecim ſolidis reſtituat.

3. Si autem infra teſtamentum Regis aliquid invaſerit, aut cum ſex juret quòd infra terminationem teſtamenti nihil invaſiſſet, aut cum ſexaginta ſolidis omnem redditionem reſtituat.

4. Si autem ibidem infra terminationem aliqua indicia ſua arte, vel butinæ, aut mutuli factæ extiterint, ad ſacramentum non admittatur, ſed in præſente cum legis beneficio cogatur reſtituere.

5. Quòd ſi extra marcham in ſortem alterius fuerit ingreſſus, judicium comprehenſum compellatur adimplere.

6. Quòd ſi teſtamentum Regis abſque contrario teſtamento falſum clamaverit, non aliunde niſi de vita componat.

7. Quòd ſi duo teſtamenta Regum de una re extiterint, ſemper prior duplicem ſortiatur portionem.

8. Quòd ſi quis de Eccleſia aliquid vi abſtulerit, cum ſupraſcripta lege in triplum reſtituat.

LXI. *De libertis ſecundùm legem Romanam.*

1. Si quis ſervum ſuum libertum fecerit & civem Romanum, portaſque apertas conſcripſerit, ſi ſine liberis diſceſſerit, non alium niſi fiſcum noſtrum habeat heredem.

2. Quòd ſi aliquid criminis admiſerit, ſecundùm legem Romanam judicetur. Et qui eum interfecerit, centum ſolidis multetur.

3. Quòd ſi dominus ejus eum ante Regem denariatum facere voluerit, licentiam habeat.

LXII. *De homine qui ſervum tributarium facit.*

1. Si quis ſervum ſuum tributarium aut litum fecerit, ſi quis eum interfecerit, triginta ſex ſolidis culpabilis judicetur.

2. Quòd ſi denarialem eum facere voluerit, licentiam habeat. Et tunc ducentos ſolidos valeat.

LXIII. *De homine in hoſte occiſo.*

1. Si quis hominem in hoſte interfecerit, triplici weregildo culpabilis judicetur.

2. De furto ſimiliter

LXIV. *De homine in domo propria occiſo.* Lex Ripuariorum.

Si quis hominem in domo propria cum hariraida interfecerit, auctor facti triplici weregildo multetur, & tres priores nonaginta ſolidis culpabiles judicentur. Et quanti ei ſanguinem fuderint, unuſquiſque weregildo eum componat. Et quanticunque poſt auctorem ſanguinis effuſores vel poſt tres priores fuerint, unuſquiſque quindecim ſolidis multetur: & quicquid ibi talaverint, reſtituant.

LXV. *De eo qui bannum non adimplet.*

1. Si quis legibus in utilitatem Regis, ſive in hoſte, ſeu in reliquam utilitatem bannitus fuerit, & minimè adimpleverit, ſi ægritudo eum non detenuerit, ſexaginta ſolidis multetur.

2. Si autem Romanus aut eccleſiaſticus vel regius homo hoc fecerit, unuſquiſque contra auctorem ſuum triginta ſolidis culpabilis judicetur.

3. Si quis autem legatarium Regis, vel ad Regem ſeu in utilitatem Regis pergentem, hoſpitio ſuſcipere contemplerit, niſi emunitas Regis hoc contradixerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur. Aut ſi regius, Romanus, aut eccleſiſticus homo hoc fecerit, unuſquiſque contra auctorem ſuum triginta ſolidis multetur.

LXVI. *De ſacramento.*

1. Si quis Ripuarius ſacramento fidem fecerit, ſuper quatuordecim noctes ſibi ſeptimus, ſeu duodecimus vel ſeptuageſimus ſecundus, cum legitimo termino noctium ſtudeat conjurare. Si autem contentio orta fuerit quòd ſacramentum in die placito non conjuraſſet, tunc cum tertia parte juratorum ſuorum adfirmare ſtudeat, aliquibus à dextris ſeu à ſiniſtris ſtantibus. Sin autem nec ſic ſatisfecerit, tunc ſecundùm præſentiam judicis vel ſecundùm terminationem ſextam juratorum ſuorum cum dextera armata, tàm prius quàm poſterius, ſacramentum in præſentia judicis confirmare ſtudeat. Quod ſi verbis non dixerit, omnem repetitionem cum legis beneficio ſtudeat reformare; & unuſquiſque de juratoribus quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Si autem contradixerint, judicium accipiant.

2. Si autem regius, Romanus, aut eccleſiaſticus taliter egerit, cum legitimo numero ſimiliter ſtudeat implere, aut legitimam ſolutionem reſtituat.

LXVII. *De eo qui filium non reliquit.*

1. Si quis moriens debitoſus, aut teſtamenta venditionis ſeu traditionis aliqua

LEX RIPUARIORUM.

fecerit, ſi filios aut filias non reliquerit, quicunque de parentibus ſuis quantùm unus ſolidus valet in hereditatem acceperit, vel cui weregildus ejus, ſi interfectus fuiſſet, legitimè obveniebat; omne debitum per ipſum ſolvi judicatur; & omne factum ejus idoneare ſtudeat, aut culpam incurrat.

2. Si quis autem poſt fidem factam ſacramenti in hoſtem bannitus fuerit, ſi non perrexerit, poſt quadraginta noctes; ſi autem perrexerit, poſt armorum poſitionem ſuper quatuordecim noctes conjurare ſtudeat.

3. Quòd ſi ſacramentum ille qui proſequitur non pronuntiaverit, ipſe qui placitavit ante annum revolutum vel ſeptem noctes ſacramentum ſuum coram teſtibus oſſerat, & conjurare ſtudeat, & deinceps innocens habeatur.

4 Si autem non adimpleverit, omnem repetitionem cum legis beneficio reſtituat.

5. Si quis pro hereditate vel pro ingenuitate certare cœperit poſt malo ordine, cum ſex in Eccleſia conjuret, & cum duodecim ad ſtappulum Regis in circulo & in hatla, hoc eſt, in ramo, cum verborum contemplatione conjurare ſtudeat. Si non adimpleverit, cum legis beneficio reſtituat. Aut ſi quis eum contra prendere voluerit, aut cum armis ſuis ſe defenſare ſtudeat ante Regem, aut omnem repetitionem cum legis beneficio reſtituat.

LXVIII. *De oſſe ſuper viam ſonante, vel abſque effuſione ſanguinis*

1. Si quis in capite vel in quocunquelibet membro plagatus fuerit, & os exinde exierit, quod ſuper viam duodecim pedum in ſcuto jactum ſonaverit, triginta ſex ſolidis factus ei culpabilis judicetur.

2. Si autem plura oſſa exierint, pro unoquoque oſſe ſonante ſolidus addatur.

3. Quòd ſi factum negaverit, quòd talis plaga non fuerit, in quantum confeſſus fuerit ſolvat, & de reliquo cum ſex juret. Aut ſi non dixerit verbum, tàm ipſe quàm conjuratores ſui, qui jurare cœperunt, cum quindecim ſolidis reſtituant.

4. Quòd ſi quis abſque effuſione ſanguinis in quocunquelibet membro os fregerit, octodecim ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret quòd os fractum non fuiſſet, & tunc unum ſolidum componat.

5. Quòd ſi quis abſque effuſione ſanguinis alium brachio, pede, oculo, auditu, ſuccatu, digito, vel quocunquelibet membro mancaverit, ſic eum componat ac ſi cum gladio ipſum debilitaſſet.

LXIX. *De eo qui Regi infidelis extiterit.*

1. Si quis homo Regi infidelis extiterit, de vita componat, & omnes res ejus fiſco cenſeantur.

2. Si autem quis proximum ſanguinis interfecerit, vel inceſtum commiſerit, exilium ſuſtineat, & omnes res ejus fiſco cenſeantur.

LXX. *De homine à ligno interfecto.*

1. Si quis homo à ligno ſeu aliquolibet manufactile fuerit interfectus, non ſolvatur, niſi fortè quis auctorem interfectionis in uſus proprios adſumpſerit; tunc abſque fredo culpabilis judicetur.

2. Si quis autem foſſam vel puteum fecerit, ſeu pedicam vel baliſtam incautè poſuerit, & ibidem hominem vel pecus debilitaverit vel interfecerit, omne compoſitione, ſicut lex continet Ripuaria, culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum legitimo numero juret.

3. Quòd ſi in ſepem animal impalaverit, & ipſa ſepis mentonalis non fuerit, dominus ſepis interfectionis ſeu debilitatis reus culpabilis judicetur.

4. Si autem virga deforis ſepe incautè miſſa fuerit, & aliquid interfecerit, ſolvatur. Si autem de intus ſepe ſe in virga impalaverit, non eſt ſolvendum.

5. Quòd ſi quis in ſepem vel in quocunquelibet periculo res alienas invitas minaverit, & ibidem interfectæ vel debilitatæ fuerint, ſimiles reſtituat, aut cum ſex juret quòd hoc non feciſſet.

LXXI. *De feſtuca intercurrente.*

De quacunque cauſa feſtuca interceſſerit, lacinâ interdicatur ſe cum ſacramento idoneare.

LXXII. *De homine intertiato vel pecore mortuo.*

1. Si quis hominem intertiaverit, & infra placitum mortuus fuerit, in quadruvio cum retorta in pede ſepeliatur, & ibidem ad diem placitûs cum teſtibus accedat, & cum ipſis ſex qui eum ſepelire viderunt in haraho conjuret quòd ibidem ipſe intertiatus abſque interfectione hominum, pecudum, vel alterius rei, niſi communi morte conſumptus ſepultus jaceat, & ipſam retortam in pede habeat, & per ipſam retortam ſuper ipſo ſepulchro ſemper de manu in manum ambulare debet, uſque dum ad eam manum veniat quæ eum

inlicito

inlicito ordine vendidit vel furavit. Quòd ſi ita non fecerit, capitale & delaturâ cum legis beneficio ſeu cum furto culpabilis judicetur.

2. Si autem ei fugâ lapſus fuerit, ſi infra ducatum, ſuper quatuordecim noctes, ſi extra ducatum, ſuper quadraginta noctes; quòd ſi extra regnum, ſuper octuaginta placitus ei concedatur. Quod ſi infra placitum eum repræſentare non potuerit, capitale & delatura ſeu furto vel legis beneficio culpabilis judicetur.

3. Si autem eum interfecerit, niſi in quadruvio cum retorta ſepultus, ipſe capitale & delatura cum furto ſeu cine werdunia vel legis beneficio culpabilis judicetur.

4. Si autem aliquid culpæ commiſerit dum intertiatus eſt, ipſe de hoc culpabilis judicetur qui eum eo tempore poſt ſe retinuit.

5. Si homo commendatus vel fugitivus defunctus fuerit, ſimiliter in quadruvio cum retorta ſepeliatur. Quod ſi ita non fecerit, ipſe qui eum poſt ſe retinuit, pretium rei cum legis beneficio culpabilis judicetur.

6. Si autem animal intertiatum infra placitum mortuum fuerit, tunc ille qui cauſam proſequitur cum teſtibus, memorare debet qualiter adpretiatum fuerit, & ille ſuper quem intertiatur, corio cum capite decorticato in præſentia Judicis auctorem ſuum oſtendere debet. Quod ſi auctor receperit, tantùm ſolidum unum de cine werdunia pro corio reſtituat.

7. Quòd ſi animal vivum fuerit, ſed debilitatum vel macilentum, quantùm eo tempore adpretiatum fuerit, ſic de cine werdunia reſtituat. Si autem ſanum vel immaculatum reſtituerit, tunc omne pretium ſuum recipiat.

8. Quòd ſi furto ablatum fuerit, tunc ille ſuper quem intertiatum fuerit, capitale & delaturâ cum furto culpabilis judicetur.

9. Veſtimenta autem ſeu his ſimilia abſque probabili ſigno intertiare prohibemus.

LXXIII. *De homine ligato abſque judicio dimiſſo.*

1. Si quis ingenuus Ripuarium furem ligaverit, & eum abſque judicio Principis ſolvere præſumpſerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur.

2. Si quis eum per vim tulerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur

3. Si autem ligatus fugâ lapſus fuerit, & hoc cum ſex juraverit quòd abſque ejus voluntate fugâ lapſus fuiſſet, innocens habeatur. LEX RIPUARIORUM.

4. Si autem cui commendatus fuerit fuga evaſerit, ſexaginta ſolidis culpabilis judicetur.

LXXIV. *Ut nullus cum ſervo traditionem vel commutationem faciat.*

Hoc autem conſtituimus, ut nullus cum ſervo alieno negotium faciat vel commutationem facere non præſumat, nec ei ullam commendationem vel traditionem faciat, nec à ſervo quiſquam commendatam vel traditam rem recipiat. Si quis autem poſt hanc diffinitionem ſervo aliquid commendare præſumpſerit, nihil recipiat, & dominus ejus de hoc innocens habeatur. Similiter de puero vel de muliere alterius conſtituimus.

LXXV. *De re propriſa vel ſecutâ.*

Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriſerit, aut eum ſecutus fuerit, per tres marcas ipſum oſtendat, & ſic poſtea ad Regis ſtappium ducat. Sin autem aliter egerit, fur judicandus eſt. Quòd ſi quis latroni aliquid tulerit, ſimiliter faciat.

LXXVI. *De materiamine vel lignis ſuratis*

Si quis Ripuarius in ſylva communi ſeu Regis vel alicujus locata materiamen vel ligna fiſſa abſtulerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Sic de venationibus vel de piſcationibus, quia non res poſſeſſa eſt, ſed de ligno agitur. Aut ſi negaverit, cum ſex juret.

LXXVII. *De homine furbattudo.*

Si quis hominem ſuper rebus ſuis comprehenderit, & eum ligare voluerit, aut ſuper uxorem, ſeu ſuper filiam, vel his ſimilibus, & non prævaluerit ligare, ſed colpus ei exceſſerit, & eum interfecerit, coram teſtibus in quadruvio in clida eum levare debet, & ſic quadraginta ſeu quatuordecim noctes cuſtodire, & tunc ante Judicem in haraho conjuret quòd eum de vita forfactum interfeciſſet. Sin autem iſta non adimpleverit, homicidii culpabilis judicetur. Aut ſi negaverit, cum legitimo numero juret quòd hoc non feciſſet

LXXVIII. *De eo qui furem in domo receperit.*

Si quis furem in domo receperit, vel ei hoſpitium ſeu victum præſtiterit, dum res alienas furatus fuerit, ipſe ſimilis furi culpabilis judicetur, aut cum ſex juret quod eum nec celaſſet nec in domo paviſſet.

LEX RIPUARIORUM.

LXXIX. *De homine penduto & ejus hereditate.*

Si quis homo propter furtum comprehenſus fuerit, & legitimè ſuperjuratus, & judicio Principis pendutus, vel in quocunquelibet patibulo vitam finierit, omnes res ejus heredes poſſideant; excepto capitale & delatura in locum reſtituant.

LXXX. *De via lacinia.*

Si quis Ripuarius ingenuum Ripuarium de via ſua obſtaverit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret quod ei viam ſuam cum armis nunquam contradixiſſet.

LXXXI. *Ut parvulus non reſpondeat ante quindecim annos.*

Si quis homo Ripuarius defunctus fuerit, vel interfectus, & filium reliquerit, uſque ad quintum decimum annum plenum nec cauſam proſequatur, nec in judicio interpellatus reſponſum reddat. Quindecimo autem anno aut ipſe reſpondeat, aut defenſorem eligat. Similiter & filia.

LXXXII. *De damno in meſſe vel in clauſura.*

1. Si quis Ripuarius in meſſe aliena vel in quacunquelibet clauſura damnum fecerit, æſtimatione damni culpabilis judicetur. Si autem negaverit, & convictus fuerit, capitale cum furto & delatura culpabilis judicetur.

2. Si quis peculium alienum in meſſe adprehenſum ad parricum minare non permiſerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret quod hoc non feciſſet.

LXXXIII. *De maleficio.*

1. Si quis vir ſeu qua mulier Ripuaria per venenum, ſeu per aliquod malefícium, aliquem perdiderit, weregildum componat.

2. Si autem mortuus non fuerit, & varietatem ſeu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit, centum ſolidis culpabilis judicetur, aut cum ſex juret.

LXXXIV. *De Grafione injuſtè invitato.*

Si quis Grafionem ad res alienas injuſtè tollendas invitaverit, quadraginta quinque ſolidos componat, & ſimilem reſtituat.

LXXXV. *De corpore expoliato.*

1. Si quis corpus mortuum, priuſquam ſepeliatur, expoliaverit, centum ſolidis cum capitale & delatura multetur.

2. Si autem eum ex humo traxerit & expoliaverit, ducentis ſolidis cum capitale & delatura culpabilis judicetur, vel wargus ſit, hoc eſt, expulſus, uſque dum parentibus ſatisfaciat.

LXXXVI. *De caballo excorticato.*

1. Si quis caballum alterius mortuum ſeu quodcunquelibet animal extra conſilium domini ſui excorticaverit, triginta ſolidis culpabilis judicetur.

2. Si autem negaverit, & convictus fuerit, centum ſolidis cum capitale & delatura multetur.

LXXXVII. *De homine forbannito.*

Si quis hominem qui forbannitus eſt in domum recipere præſumpſerit, ſi Ripuarius eſt, ſexaginta ſolidis; ſi regius, Romanus, vel eccleſiaſticus, triginta ſolidis culpabilis judicetur.

LXXXVIII. *Ut nemo munera in judicio accipiat.*

Hoc autem conſenſu & conſilio ſeu paternâ traditione & legis conſuetudine ſuper omnia jubemus, ut nullus Optimatum, Major domûs, Domeſticus, Comes, Grafio, Cancellarius, vel quibuſlibet gradibus ſublimatus, in provincia Ripuaria in judicio reſidens, munera ad judicium pervertendum recipiat. Quòd ſi quis in hoc deprehenſus fuerit, de vita componat.

LXXXIX. *Ut Judices ſive Miſſi fiſcales freda non exigant priuſquam facinus componatur.*

Nec nullus Judex fiſcalis de quacunquelibet cauſa freda non exigat, priuſquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem iſta tranſgreſſus fuerit, legibus componatur. Fredum autem non illi Judici tribuat cui culpam commiſit, ſed illi qui ſolutionem recipit, tertiam partem coram teſtibus fiſco tribuat, ut pax perpetua ſtabilis permaneat. Amen.

EXPLICIT LEX RIPUARIORUM. DEO GRATIAS. AMEN.

☞ *Vide alteram editionem* Legis Ripuariorum *in* NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

DAGOBERTI REGIS CAPITULARE SECUNDUM, SIVE LEX ALAMANNORUM.

INDEX CAPITULORUM.

1. De liberis qui res ſuas ad Eccleſiam Dei tradunt.
2. De liberis qui res ſuas ad Eccleſiam Dei tradunt, & in beneficium ſub uſufructuario accipiunt.
3. De liberis vel ſervis qui ad Eccleſiam confugiunt.
4. De liberis qui infra januas Eccleſiæ interfecti fuerint.
5. De raptoribus qui de Eccleſiis aliquid vi abſtraxerint.
6. De juratoribus, quales aut quantos ſecundùm euva homo habere debet.
7. De liberis qui de Eccleſia aliquid furaverint.
8. De liberis qui ſervum Eccleſiæ occiderint.
9. De colonis Eccleſiæ occiſis.
10. De eo qui in curte Epiſcopi armatus ingreditur.
11. De eo qui in curte Presbyteri armatus ingreditur.
12. De his qui Epiſcopo aliquam injuriam fecerint.
13. De his qui Presbytero parrochiano injuriam intulerint.
14. De his qui Diacono aliquam injuriam fecerint.
15. De his qui Monacho aliquam injuriam intulerint.
16. De his qui Clerico aliquam injuriam intulerint.
17. De liberis qui ad Eccleſiam dimiſſi ſunt, ſi occidantur.
18. De ancilla libera dimiſſa, ſi poſtea ſervo ſe conjunxerit; & de Alamanna quæ ſervo nupſerit.
19. Ut nullus laicus rem Eccleſiæ abſque charta præſumat poſſidere.
20. Ut Presbyter res vel mancipia Eccleſiæ poteſtatem vendendi non habeat.
21. De his qui Eccleſiæ ſervum vel ancillam ſuſceperint fugitivos.
22. Qualiter ſervi Eccleſiæ tributa ſolvere debeant.
23. De colonis eccleſiaſticis, ſi ad Epiſcopum aut ad Judicem ſuum venire diſpexerint.
24. De eo qui in mortem Ducis conciliatus fuerit.
25. De homine qui gentem extraneam infra provinciam invitaverit.
26. De his qui in exercitu litem commiſerint.
27. De his qui in exercitu aliquod furtum fecerint.
28. De eo qui ſigillum aut mandatum Ducis neglexerit.
29. De eo qui in curte Ducis hominem occiderit.
30. De eo qui Miſſum Ducis infra provinciam occiderit.
31. De eo qui in curte Regis furtum commiſerit.
32. De eo qui res Ducis furaverit.
33. De feminis quæ in miniſterio Ducis ſunt.
34. De eo qui præſumpſerit infra provinciam res Ducis hoſtiliter invadere.
35. De filio Ducis qui contra patrem ſuum ſurrexerit.
36. De conventu, ut ſecundùm antiquam conſuetudinem fiat.
37. De mancipiis, ne ſortis provincia vendantur.
38. De eo qui die dominico opera ſervilia fecerit.
39. De inlicitis nuptiis.
40. De patricidiis & fratricidiis.
41. Ut nullius cauſam audire præſumat, niſi qui à Duce conſtitutus eſt.
42. De eo qui ſæpe interpellatus ante Ducem de qualicunque evidenti cauſa, & convictus fuerit, ne ad juramentum permittatur.
43. Ut ſcriptura non valeat in qua unnus & dies non oſtenditur.
44. De libero qui alteri libero crimen mortale impoſuerit.
45. De rixis quæ ſæpe fieri ſolent in populo.

46. *De libero qui liberum extra terminos vendiderit.*
47. *De eo qui feminam ingenuam extra marcam vendiderit.*
48. *De eo qui liberum hominem vel feminam liberam infra provinciam vendiderit.*
49. *De eo qui hominem occiderit, & eum mortaudo fecerit.*
50. *De eo qui liberum de terra effodierit.*
51. *De libero qui alterius uxorem tulerit.*
52. *De eo qui ſponſam alterius acceperit.*
53. *De eo qui ſponſam ſuam dimiſerit, & aliam duxerit.*
54. *De eo qui filiam alienam non deſponſatam acceperit.*
55. *De uxore, mortuo marito, ſine filiis relicta.*
56. *De eo qui proximi ſui defuncti uxori ſine filiis relictæ dotem contradixerit.*
57. *De hereditate duarum ſororum quæ abſque fratribus poſt mortem patris relictæ ſunt.*
58. *De eo qui mulierem in itinere vadentem denudaverit, aut cum ea mœchaverit.*
59. *De eo qui alium percuſſerit aut vulneraverit.*
60. *De eo qui alteri aurem abſciderit.*
61. *De eo qui palpebras alterius maculaverit.*
62. *De nare tranſpuncta vel abſciſa.*
63. *De labiis maculatis.*
64. *De lingua abſciſa, & de vulneribus in facie factis.*
65. *De eo qui alium contra legem tuderit, & de diverſis vulneribus.*
66. *De eo qui alteri viam contradixerit.*
67. *De eo qui alterum de caballo jactaverit.*
68. *De libero qui liberum occiderit.*
69. *De eo qui alterius amiſſarium furaverit.*
70. *De eo qui alterius caballum involaverit.*
71. *De eo qui equum plagaverit, dum hominem plagare voluerit.*
72. *De eo qui in troppo de jumentis ductricem involaverit.*
73. *De eo qui prægnum jumentum ferierit, & abortivum fecerit.*
74. *Qualiter jumenta, quæ meſſem læſerint, includantur.*
75. *De eo qui taurum gregem regentem involaverit aut occiderit.*
76. *De eo cui mortaudus imputatur.*
77. *De eo qui gravidæ mulieri natum interfecerit.*
78. *De pretio bovis.*
79. *De eo qui paſtores vel artifices interfecerit.*
80. *De eo qui cum ancilla veſtiaria & geneciaria concubuerit.*
81. *De eo qui incendium ſuper alium in nocte miſerit.*
82. *De canibus ſeuſibus, vel aliis furatis aut occiſis.*
83. *De eo qui aliquam clauſuram in aqua fecerit, & ibi aliquid negaverit.*
84. *De his qui de terra ſua inter ſe contenduni.*
85. *De eo qui ſervum alterius fugientem acceperit, & ſequenti domino contradixerit.*
86. *De eo qui ſervum in pignus ſuſceperit, & ſi ipſe ſervus aliquod damnum fecerit.*
87. *De eo qui alteri res ſuas apud ſe inventas contradixerit.*
88. *Ut fratres poſt mortem patris eorum hereditatem non diſſipent antequàm dividant eam.*
89. *De eo qui hominem occiderit & negaverit.*
90. *De coxa vel brachio abſciſis.*
91. *De eo qui mulieri prægnanti abortivum fecerit.*
92. *De hereditate quam mulier poſt partum ſtatim mortua dereliquit.*
93. *De eo qui in pugna parem ſuun dereliquit & fugit.*
94. *De eo qui poſt finitam & emendatam cauſam mallare præſumpſerit.*
95. *De eo qui ingenuam feminam colpo percuſſerit.*
96. *De eo qui medelam aut carrucam alterius involaverit.*
97. *De eo qui buricas in ſylva porcorum incenderit.*
98. *De eo qui gregem animalium in pignus tulerit, & porcarium vel cæteros paſtores flagellaverit.*
99. *De eo qui biſontem aut bubalum vel cætera animalia furaveris aut occiderit.*

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LEX ALAMANNORUM.

(Collata cum Heroldo & cum duodecim Codicibus manuſcriptis.)

Caput I. *De liberis qui res ſuas ad Eccleſiam Dei tradunt.*

1. Si quis liber res ſuas vel ſemetipſum ad Eccleſiam tradere voluerit, nullus habeat licentiam contradicere ei, non Dux, non Comes, nec ulla perſona; ſed ſpontaneâ voluntate liceat Chriſtiano homini Deo ſervire, & de propriis rebus ſuis ſemetipſum redimere. Et qui hoc voluerit facere, per chartam de rebus ſuis ad Eccleſiam, ubi dare voluerit, firmitatem faciat, & teſtes ſex vel ſeptem adhibeat, & nomina eorum ipſa charta contineat, & coram Sacerdote qui ad eandem Eccleſiam deſervit ſuper altare ponat: & proprietas de ipſis rebus ad ipſam Eccleſiam in perpetuum permaneat.

2. Et ſi aliqua perſona, aut ipſe qui dedit, vel aliquis de heredibus ejus, poſtea ipſas res de ipſa Eccleſia abſtrahere voluerit, vel aliquis homo aut qualiſcunque perſona hoc præſumpſerit facere, & effectum quem inchoavit non obtineat, & Dei judicium incurrat & excommunicationem ſanctæ Eccleſiæ, & multam illam quam charta continet perſolvat, & res illas ex integro reddat, & fredum in publico ſolvat ſicut lex habet.

II. *De liberis qui res ſuas ad Eccleſiam Dei tradunt, & in beneficium ſub uſufructuario accipiunt.*

1. Si quis liber res ſuas ad Eccleſiam dederit, & per chartam firmitatem fecerit, ſicut ſuperiùs dictum eſt, & poſt hæc à Paſtore Eccleſiæ per beneficium ſuſceperit ad victualem neceſſitatem conquirendam diebus vitæ ſuæ, & quod ſpondit perſolvat ad Eccleſiam cenſum de illa terra, & hoc per epiſtolam firmitatis fiat, ut poſt ejus diſceſſum ullus de heredibus non contradicat. Et ſi contigerit ut poſt mortem ejus qui dedit illas res, filium relinquat, & forſitan ipſe filius vult dicere quòd hereditas paterna ſibi ſit legitima ad poſſidendum, & pater ejus non dediſſet, nec firmitatem feciſſet, non liceat ei jurare; ſed ipſa charta quam pater ejus fecit præſens veniat, & illi teſtes qui manus ſuas in charta miſerunt unà cum Preſbytero Eccleſiæ, ſicut lex habet, ita teſtificentur quod ipſi ad præſens fuiſſent, & oculis ſuis vidiſſent, & auribus audiſſent quòd pater ejus illas res ad Eccleſiam dediſſet, & chartam feciſſet, & illos ad teſtes advocaſſet. Hoc per ſacramentum dicant, quòd nos veri teſtes ſumus. Poſt hæc Paſtor Eccleſiæ res ſuas poſſideat, & ille præſumptor qui contradixerit, illam multam quam charta continet ad Eccleſiam perſolvat.

2. Si autem illa charta aut arſerit aut perdita fuerit quam ille homo fecit, tunc liceat illi heredi cum teſtibus nominatis quinque, ipſe ſit ſextus, in ipſa Eccleſia jurare quòd pater ejus nec chartam feciſſet, nec ad illa loca ſancta dediſſet. Et ſi hoc præſumpſerit facere, illas res poſſideat.

III. *De liberis vel ſervis qui ad Eccleſiam confugiunt.*

1. Si quis homo aliquem perſequens fugitivum, aut liberum aut ſervum, & ipſe intra januas Eccleſiæ confugerit, nullus habeat poteſtatem per vim abſtrahendi de Eccleſia, nec eum infra januas Eccleſiæ occidendi; ſed ex timore Dei honorem Eccleſiæ impendat, & Sacerdotem Eccleſiæ interpellet pro ſervo ſuo. Roget ſibi eum reddere, & donet legitimum wadium ut illam culpam illi ſervo conceſſam habeat. Tunc ille Preſbyter reddat in pace ſervum domino ſuo.

2. Si autem Preſbyter neglexerit reddere aut contradixerit illum ſervum, apud ſe illum contineat, & curam de illo habeat, ut exinde fugitivus non evadat. Et ſi evaſerit, ille Preſbyter ſine ulla dilatione perquirat, & domino reſtituat. Et ſi ipſum invenire non potuerit, ſimilem ipſius aut pretium pro eo ſolvat.

3. Si autem vi abſtraxerit, & injuriam Eccleſiæ fecerit, componat octodecim ſolidos ad Eccleſiam, & fredum ſolvat in fiſcum ſexaginta ſolidos, quia contra legem fecit, & Eccleſiis honorem non impendit, & Dei reverentiam non habuit; & ut alii cognoſcant quòd ſit timor Dei in Chriſtianis, & honorem Eccleſiis impendant.

IV. *De liberis qui infra januas Eccleſiæ interfecti fuerint.*

Si quis liber liberum infra januas Eccleſiæ occiderit, cognoſcat ſe contra Deum

Hinc colligit Vadianus, pag. 38, tum plurimos Alemannos nondum fidem chriſtianam recepiſſe.

LEX ALAMANNORUM.

injuſtè feciſſe, & Eccleſiam Dei polluiſſe: ad ipſam Eccleſiam quam polluit ſexaginta ſolidos componat; ad fiſcum verò ſimiliter alios ſexaginta ſolidos pro fredo ſolvat, parentibus autem legitimum widrigildum ſolvat.

V. *De raptoribus qui de Eccleſiis aliquid vi abſtraxerint.*

1. Si quis res ſuas ad Eccleſiam commendatas habuerit, & aliquis eas exinde rapuerit, ſi per furtum hoc fecerit, ipſas res in capitale reſtituat, & ſicut ipſæ res valuerint, hoc novempliciter componat. Iterum atque iterum ſimiliter faciat, hoc ſunt per ter novempliciter. Iſta omnia ei cujus res ſunt, componi debent. Eccleſiæ vero, quam inhonoravit, triginta ſex ſolidos componat.

2. Si verò per virtutem hoc raptor de Eccleſia abſtulerit, dupliciter domino componat, & duodecim ſolidos. Eccleſiæ vero, ſicut ſuperiùs commemoratum eſt, triginta ſex ſolidos componat.

3. Si ſervus hoc fecerit, & juſſio domini ejus fuit, ſicut dictum eſt, ita omnia obſervari debent.

4. Si ſervus per ſe hoc fecerit, ex furto ſimiliter quomodò dictum eſt adimplere debet.

5. Nam ſi per virtutem ſervus hoc fecerit, non ſicut de libero compoſitio exigatur, ſed virtus ſervilis componi debet, ut ipſum quod abſtulit reddatur ſimpliciter; ita tamen ſi ſtatim quomodo inventum fuerit, contradictio domini ſui non fuerit. Nam ſi aliquam moram fecerit, propter contradictionem domini ſui duodecim ſolidi addantur.

6. Si dominus ex hac re immunis fuerit, ut juſſio ejus non eſſet, ei quatuor ſol. in fredo exigantur. Nam ſi juſſio ejus fuit, ſicut ſuprà dictum eſt ita componatur.

VI. *De juratoribus, quales vel quantos ſecundùm euva homo habere debet.*

1. De minoribus cauſis uſque ad ſolidum valentem licet unicuique qualem ſacramentalem unum ſecum habere vult, in ſuo ſacramento continere.

Vaſian. p. 60. 2. Nam ſi duas ſaigas valentem ſupra ſolidum res valuerint de qua cauſa orta fuerit, tunc debet homo qui cauſam requirit tres electos denominare, & ex denominatis tribus ſicentiam habet excuſator rejicere duos; tertium verò non licet rejicere, ſed ipſum ſecum in ſacramento habere debet.

3. Saiga autem eſt quarta pars tremiſſis, hoc eſt, denarius unus. Duæ ſaigæ, duo denarii dicuntur. Tremiſſus eſt tertia pars ſolidi, & ſunt denarii quatuor.

4. Ita obſervandum eſt uſque ad tres ſolidos & ſupra tres ſolidos.

5. Iterum duas ſaigas valentes, ſi aliquis interpellatus fuerit, tunc qui cauſam proſecutus fuerit, electionem faciat de conjuratoribus, unde excuſator quales duos rejicere voluerit poteſtatem habeat, & cum duobus juratoribus iſte ordo ſervandus eſt uſque ad ſex ſolidos.

6. Nam ſi duæ ſaigæ ſupra ſunt, tunc cum quinque ſuâ manu ſextâ jurare debet, ſimiliter cum electis, ſicut ſuprà dictum eſt; & duos in omnibus iſtis ordinibus rejicere licet.

7. Iſta ſacramenta debent eſſe jurata, ut illi conjuratores manus ſuas ſuper capſam ponant, & ille ſolus cui cauſa requiritur verba tantùm dicat, & ſuper omnium manus manum ſuam ponat, ut ſic illi Deus adjuvet vel illæ reliquiæ ad illas manus quas comprehenſas habet, ut de illa cauſa unde interpellatus eſt culpabilis non ſit.

VII. *De liberis qui de Eccleſia aliquid furaverint.*

1. Si quis res Eccleſiæ furaverit, & convictus fuerit, ut ſolvatur unicuique rei quam furaverit, tres novigeldos ſolvat, aut ſervum, aut ancillam, aut bovem, aut caballum, aut qualecunque animal, vel ceteras res quæ ad Eccleſiam Dei pertinent. Si poſt furtum inventus fuerit, ita ſolvat ut ſuperiùs ſcriptum eſt.

2. Si autem negare voluerit, ſecundùm qualitatem pecuniæ ita juret cum ſuis ſacramentalibus in ipſo altare, cui res furtivas abſtulit, coram Sacerdote vel miniſtro ejus, quem paſtor Eccleſiæ juſſerit audire ſacramentum.

VIII. *De liberis qui ſervum Eccleſiæ occiderint.*

Si quis ſervum Eccleſiæ occiderit, in triplum componat; ſicut ſolet ſervus Regis, ita ſolvatur, id eſt, quadraginta quinque ſolidis. Et ſi eum rapuerit contra legem, & vendiderit extra provinciam, tripliciter eum componat. Et ſi eum furaverit aliquis in capite, ſemper conſimilem reſtituat, ſi ipſum invenire potuerit; alius autem medietatem in auro valentem, medietatem cum qualem pecuniam habet, ſolvat.

IX. *De colonis Eccleſiæ occiſis.*

Quicunque liberum Eccleſiæ, quem colonum vocat, occiderit, ſicut alii Alamanni ita componatur.

X. *De eo qui in curte Epiſcopi armatus ingreditur.*

Si quis in curte Epiſcopi armatus contra legem intraverit, quod Alamanni haiſterahandi dicunt, octodecim ſolidos componat. Si infra domum intraverit, triginta ſex ſolidos componat.

XI. *De eo qui in Presbyteri curte armatus ingreditur.*

Si quis autem in Preſbyteri curte, qui in parrochia poſitus eſt ab Epiſcopo, contra legem armatus intraverit, ſicut ſuperiùs diximus, ſicut ſolet aliis liberis Alamannis componere, ita Preſbytero tripliciter componat, hoc eſt, octodecim ſolidos; & ſi infra caſam, triginta ſex.

XII. *De his qui Epiſcopo aliquam injuriam fecerint.*

1. Si quis Epiſcopo aliquam injuriam fecerit, vel plagaverit, vel fuſtaverit, vel mancaverit, omnia tripliciter componantur, ſicut ceteri parentes ejus compoſitionem habebunt, ac ſi meliùs dicamus ſicut & Ducem, ita in omnibus eum componat.

2. Et ſi occiſus fuerit, ſicut & illum Ducem ita eum ſolvat, aut Regi, aut Duci, aut ad Eccleſiam ubi paſtor fuit.

XIII. *De his qui Presbytero parrochiano injuriam intulerint.*

1. Si quis Preſbyterum parrochianum injuriaverit, aut fuſtaverit, aut mancaverit, vel qualemcunque ei injuriam intulerit, in triplum componatur.

2. Et ſi eum occiderit, ſexcentis ſolidis eum ſolvat, aut ad Eccleſiam ubi ſervivit, aut ad Epiſcopum de cujus parrochia fuit.

XIV. *De his qui Diacono aliquam injuriam fecerint.*

Si quis Diacono, qui evangelium coram Epiſcopo legit, & reveſtitus ante altare officio fungitur, ſi quis ei aliquam injuriam fecerit, vel eum fuſtaverit, vel plagaverit, vel mancaverit, dupliciter componatur. Et ſi eum occiderit, quadringentis ſolidis componatur.

XV. *De his qui Monacho aliquam injuriam intulerint.*

Monachus autem qui ſub regula in monaſterio converſatus fuerit, & ab aliquo aliquas injurias, ſicut ſuperiùs diximus, paſſus fuerit, ita ut Diaconus ſimiliter componatur.

XVI. *De his qui Clerico aliquam injuriam intulerint.*

1. Clerici autem, ſicut ceteri parentes eorum, ita componantur.

2. Si autem Clericus qui in gradu in Eccleſia publicè lectionem recitat, vel gradale, vel alleluia coram Epiſcopo in publico cantaverit, aliquam injuriam paſſus fuerit, ſicut ſuperiùs diximus, componatur quomodò parentes ejus componuntur, & tertia pars ſuper hæc addatur in compoſitione. Lex Alamannorum.

XVII. *De liberis qui ad Eccleſiam dimiſſi ſunt, ſi occidantur.*

Liberi qui ad Eccleſiam dimiſſi ſunt liberi, vel per chartam libertatem acceperunt, ſi occidantur, octuaginta ſolidis ſolvantur Eccleſiæ vel filiis ejus.

XVIII. *De ancilla libera dimiſſa, ſi poſtea ſervo ſe conjunxerit, & de Alamanna quæ ſervo nupſerit.*

1. Si ancilla libera dimiſſa fuerit per chartam, aut in Eccleſia, & poſt hæc ſervo nupſerit, Eccleſiæ ancilla permaneat.

2. Si autem libera Alamanna ſervo Eccleſiæ nupſerit, & ſervile opus ancillæ contradixerit, abſcedat.

3. Si autem ibi filios vel filias generaverit, ipſi ſervi & ancillæ permaneant, poteſtatem exeundi non habeant.

4. Illa autem mater eorum, quando exire voluerit, ante tres annos liberam poteſtatem habeat.

5. Si autem tres annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadoniaverint eam ut libera fuiſſet, nec ante Ducem, nec ante Comitem, nec in publico mallo, tranſactis tribus Kalend. Mart. poſt hæc ancilla permaneat in perpetuum; & qui ex ea nati fuerint, ſervi & ancillæ ſint.

XIX. *Ut nullus laicus rem Eccleſiæ abſque charta præſumat poſſidere.*

Res Eccleſiæ de laicis abſque charta nullus præſumat poſſidere. Et ſi chartam non oſtenderit, quòd comparaſſet à paſtore Eccleſiæ, poſſeſſio ſemper ad Eccleſiam pertineat.

XX. *Ut Presbyter res vel mancipia Eccleſiæ poteſtatem vendendi non habeat.*

Nullus Presbyter nec aliquis Paſtor Eccleſiæ poteſtatem habeat vendendi eccleſiaſticam terram, niſi contra aliam terram; nec mancipium, niſi aliud mancipium receperit. Et ſi concambium fecerit aut de mancipio aut de terra, ſemper epiſtolam firmitatis faciat, ut contentio non fiat, nec Eccleſia perdat quod legitimè poſſidere debeat. Vadianus, p. 13.

XXI. *De his qui Eccleſiæ ſervum vel ancillam ſuſceperint fugitivos.*

Si quis mancipium Eccleſiæ, aut ſervum,

LEX ALAMANNORUM.

aut ancillam, fugitivum ſuſceperit, & poſt requiſitionem aut ipſe Presbyter requirat, aut miſſus ejus legitimus, & ille neglexerit reddere, & contra legem anteſteterit, ſicut ſolet aliis Alamannis componere, ita & tripliciter componat. Et quicquid Eccleſiæ contra legem fecerit, omnia tripliciter componat, ſicut lex habet.

XXII. *Qualiter ſervi Eccleſiæ tributa ſolvere debeant.*

Servi enim Eccleſiæ tributa ſua legitime reddant, quindecim ſiclas de cerviſa, porcum valentem tremiſſe uno, panem modia duo, pullos quinque, ova viginti. Ancillæ autem opera impoſita ſine neglecto faciant. Servi dimidium ſibi, & dimidium in dominico arativum reddant. Et ſi ſuper hæc eſt, ſicut ſervi eccleſiaſtici im faciant, tres dies ſibi, & tres in dominico.

* *Al. Mſ.* De Colonis.

XXIII. *De ſervis * eccleſiaſticis, ſi ad Epiſcopum aut ad Judicem ſuum venire diſpexerint.*

1. Liberi autem eccleſiaſtici, quos colonos vocant, omnes, ſicut & coloni Regis, ita reddant ad Eccleſiam

2. Si quis legitimè tributum anteſteterit per juſſionem Judicis ſui, ſex ſolidis ſit culpabilis.

3. Et opera quæque impoſita ei fuerint ſecundùm mandatum, aut quomodo lex habet, ſi non adimpleverit, ſex ſolidis ſit culpabilis.

4. Et ſi ſigillum aut ſignum qualecunque Judex per juſſionem domini ſui tranſmiſerit, & eum venire juſſerit, aut ambulare in aliquam utilitatem, & ille neglexerit, ſex ſolidis ſit culpabilis.

5. Si autem ſigillum Epiſcopi neglexerit, aut ad veniendum, aut ad ambulandum, ubi juſſerit, duodecim ſolidis ſit culpabilis.

XXIV. *De eo qui in mortem Ducis conciliatus fuerit.*

Si aliquis homo in mortem Ducis conciliatus fuerit, & inde convictus fuerit, aut vitam perdat, aut ſe redimat, ſicut Dux aut Principes populi judicaverint. Et ſi jurare voluerit, cum duodecim nominatis juret in Eccleſia coram Duce, aut quem ille miſerit.

XXV. *De homine qui gentem extraneam infra provinciam invitaverit.*

Si homo aliquis gentem extraneam infra provinciam invitaverit, ut ubi prædam vaſtet hoſtiliter, vel domos incendat, & de hoc convictus fuerit, aut vitam perdat, aut in exilium eat ubi Dux miſerit; & res ejus infiſcentur in publico.

XXVI. *De his qui in exercitu litem commiſerint.*

Si quis in exercitu litem commiſerit, ita ut cum clamore populus concurrat cum armis, & ibi pugna orta fuerit inter proprium exercitum, & aliqui ibi occiſi fuerint, ipſe homo qui hoc commiſit, aut vitam perdat aut in exilium eat, & res ejus infiſcentur in publico; & illi alii qui ibi aliquid commiſerunt aut fecerunt, omnia ſicut lex habet tripliciter ſolvant.

XXVII. *De his qui in exercitu aliquod furtum fecerint.*

Si quis in exercitu, ubi Rex ordinaverit exercitum, aliquod furtum fecerit, novem vicibus novigeldos ſolvat quicquid involatum fuerit. Si autem Dux exercitum ordinaverit, & in illo fiſco aliquid furaverit, tres novigeldos ſolvat. Et ſi jurare voluerit ſecundùm qualitatem pecuniæ juret.

XXVIII. *De eo qui ſigillum aut mandatum Ducis neglexerit.*

1. Si quis ſigillum Ducis neglexerit, aut mandatum, vel ſignum qualecunque quod mandaverit, duodecim ſolidis ſit culpabilis. Et ſi negare voluerit quòd ad illum nuntius non perveniſſet, cum quinque nominatis jurer, ſi eum * ſacramentum dominus præbere voluerit.

* *Herold legu ei.*

2. Si autem ſigillum Comitis neglexerit vel mandatum, cum ſex ſolidis componat.

3. Si autem Centurionis ſigillum aut mandatum neglexerit, tribus ſolidis ſit culpabilis.

4. Aut ſi negare voluerit quòd ad illum nuntius non perveniſſet, ſecundùm quod debuit ſolvere, ita juret.

XXIX. *De eo qui in curte Ducis hominem occiderit.*

1. Si quis in curte Ducis hominem occiderit, aut illic ambulantem, aut inde revertentem, triplici weregildo eum ſolvat, propter hoc quod præceptum Ducis tranſgreſſus eſt, ut unuſquiſque homo pacem habeat ad dominum ſuum veniendo & de illo revertendo. Et nullus præſumat hominem de Duce venientem aut ad illum ambulantem in itinere inquietare, quamvis culpabilis ſit. Et ſi præſumpſerit, quicquid ei fecerit, aut occiderit, aut ille vivens evaſerit, aut plagatus fuerit, ſemper tripliciter componat.

2. Et ſi ad Comitem perrexerit, & ibi vel occiſus vel plagatus fuerit, ille qui

qui hoc fecit, omnia tripliciter componat.

XXX. *De eo qui Miſſum Ducis infra provinciam occiderit.*

Si quis Miſſum Ducis infra provinciam occiderit, tripliciter eum ſolvat, ſicut lex habet. Si negare voluerit quòd non feciſſet, ſicut lex habet, ita juret cum duodecim nominatis & aliis duodecim electis.

XXXI. *De eo qui in curte Regis furtum commiſerit.*

1. Si quis in curte Regis furtum alicui fecerit, dupliciter componat cui furtum fecerit, & ſexaginta ſolidos pro fredo in publico ſolvat.

2. Si ſervus alienus hoc in curte Ducis fecerit, dominus ejus aut redimat eum quantùm valet, aut ipſum reddat.

XXXII. *De eo qui res Ducis furaverit.*

Si quis de rebus quæ ad Ducem pertinent aliquid furatus fuerit, ter novigeldos componat; & ibi fredum non reddat, quia res dominicæ ſunt, & tripliciter componuntur.

XXXIII. *De feminis quæ in miniſterio Ducis ſunt.*

Si feminis quæ in miniſterio Ducis ſunt aliquid contra legem factum fuerit, qui hoc fecerit, omnia tripliciter eis componat, quod aliis Alamannorum feminis ſimpliciter componere debeat.

XXXIV. *De eo qui præſumpſerit infra provinciam res Ducis hoſtiliter invadere.*

Si quis præſumpſerit infra provinciam hoſtiliter res Ducis invadere & ipſas talare, & poſt hæc convictus fuerit, quicquid ibi tultum * fuerit, mancipia, pecuniam, omnia tripliciter reſtituat, & inſuper weregildum ſuum Duci componat, quia contra legem fecit. Et quanti liberi illum ſunt ſecuti, & ibi raptores fuerint, & inde convicti fuerint, unuſquiſque ſexaginta ſolidos Duci componat, & quicquid ibidem tulit, ſemper tripliciter reſtituat.

* *Herold. legit* tallatum.

XXXV. *De filio Ducis qui contra patrem ſuum ſurrexerit.*

1. Si quis Dux habet filium contumacem & malum, qui rebellare conetur contra ipſum (patrem ſuum *) per ſtultitiam ſuam, vel per conſilium malorum hominum, qui volunt diſſipare provinciam, & hoſtiliter ſurrexerit contra ipſum patrem ſuum, dum adhuc pater ejus potens eſt, & utilitatem Regis poteſt facere, id eſt, exercitum gubernare, equum aſcendere, utilitatem Regis implere, & filius ejus eum vult dishonorare, aut per raptum regnum ejus poſſidere, non obtineat quod inchoavit. Et ſi pater ejus eum vicerit, & adprehendere potuerit, in ſua ſit poteſtate; aut exiliet eum de provincia, aut ubicunque tranſmittat eum, aut Regi domino ſuo, & de hereditate paterna amplius ad eum nihil pertineat, quia inlicitam rem contra patrem ſuum fecit.

* Hæc deſunt in Heroldo.

LEX ALAMANNORUM.

2. Et ſi fratres habuerit, ipſi fratres inter ſe per voluntatem Regis dividant hereditatem patris eorum. Illi autem qui rebellavit contra patrem ſuum, non dent portionem inter ipſos.

3. Et ſi ampliùs non fuerit niſi ille unus qui rebellavit, tunc illa hereditas quam ille Dux habuit, poſt mortem ejus in poteſtate Regis ſit; cui vult donet, aut illi filio Ducis qui rebellavit, ſi potuerit per ſervitium hoc ad pedes Regis conquirere; aut ſi alii vult dare, in ſua ſit poteſtate.

XXXVI. *De conventu, ut ſecundùm antiquam conſuetudinem fiat.*

1. Conventus autem ſecundùm conſuetudinem antiquam fiat in omni centena coràm Comite aut ſuo Miſſo, & coràm Centenario.

2. Ipſum placitum fiat de ſabbato in ſabbatum, aut quali die Comes aut Centenarius voluerit, à ſeptem in ſeptem noctes, quando pax parva eſt in provincia; quando autem melior eſt, poſt quatuordecim noctes fiat conventus in omni centena *, ſicut ſuperiùs diximus.

* *Mſ. Regium legit loco.*

3. Et ſi quis alium mallare vult de qualicunque cauſa, in ipſo mallo publico debet mallare ante Judicem ſuum, ut ille Judex eum diſtringat ſecundùm legem, & cum juſtitia reſpondeat vicino ſuo, aut qualiſcunque perſona eum mallare voluerit. In uno enim placito mallet cauſam ſuam: in ſecundo, ſi vult jurare, juret ſecundùm conſtitutam legem. Et in primo mallo ſpondeat ſacramentales, & fidejuſſores præbeat, ſicut lex habet, & wadium ſuum donet Miſſo Comitis vel illi Centenario qui præeſt, ut in conſtituto die aut legitimè juret, aut, ſi culpabilis eſt, componat, ut per neglectum non evadat; & ſi evaſerit, ſexaginta ſolidis de fredo ſit ſemper culpabilis. Ille autem diſtringat ut neglectum non fiat, nec pauperes patiantur injuriam, nec ſint ſine lege, nec maledicant Ducem nec populum terræ; ſed in omnibus ſit diſciplina, ut qui rebelles ſunt, de malis ſe abſtineant; (& qui boni ſunt, pacem poſſideant *).

* Hæc non extant in manuſcripto Pithœano.

4. Si autem quiſlibet liber ad ipſum

LEX ALAMANNORUM.

placitum neglexerit venire, vel ſemetipſum non præſentaverit aut Comiti, aut Centenario, aut Miſſo Comitis in placito, duodecim ſolidis ſit culpabilis.

5. Qualiſcunque perſona ſit, aut vaſſus Ducis (aut Comitis *), aut qualiſcunque perſona, nemo neglegat * ad ipſum placitum venire, ut in ipſo placito pauperes conclament cauſas ſuas. Et quod in uno placito finiri non potuerit, in alio finiatur, ut ſine ira Dei ſit defenſa patria, & illi rebelles qui uſque modò raptum fecerunt, ampliùs poteſtatem faciendi non habeant.

* Deeſt in Mſ. Reg.

* Negligat.

6. Et ſi eſt talis perſona quam Comes in placito, vel Centenarius, vel Miſſus Comitis diſtringere non poteſt, tunc eum Dux legitimè diſtringat, pluſque quærat Deo placere quàm homini, ut nullum neglectum in animam Ducis Deus requirat.

XXXVII. *De mancipiis, ne foris provinciam vendantur.*

1. Mancipia foris provincia nemo vendat, nec in paganos, nec in Chriſtianos, niſi juſſio Ducis fuerit.

2. Infra provinciam, ubi neceſſitas eſt, unuſquiſque de mancipio ſuo poteſtatem habeat ſecundùm legem judicandi.

3. Foris terminum autem captivum faciendi poteſtatem non habeat.

4. Si autem fecerit, & exinde convictus fuerit, poſt conventum noſtrum quod complacuit cunctis Alamannis, & aliquis hoc præceptum tranſgredere voluerit, illud pretium quod tulit de proprio ſuo mancipio perdat, & inſuper fredum quem lex habet, componat.

XXXVIII. *De eo qui die dominico opera ſervilia fecerit.*

1. Die dominico nemo opera ſervilia præſumat facere, quia hoc lex prohibuit, & ſacra ſcriptura in omnibus teſtavit.

2. Si quis ſervus in hoc vitio inventus fuerit, vapuletur fuſtibus; liber autem corripiatur uſque ad tertiam vicem.

3. Si autem poſt tertiam correptionem in hoc vitio inventus fuerit, & Deo vacare die dominico neglexerit, & opera ſervilia fecerit, tunc tertiam partem de hereditate ſua perdat.

4. Si autem ſuper hæc inventus fuerit ut diei dominico honorem non impendat, & opera ſervilia fecerit, tunc coactus & convictus coràm Comite, ubi tunc Dux ordinaverit, in ſervitium tradatur; & quia noluit Deo vacare, in ſempiternum ſervus permaneat.

XXXIX. *De inliciiis nuptiis.*

1. Nuptias prohibemus inceſtas. Itaque uxorem habere non liceat ſocrum, nurum, privignam, novercam, filiam fratris, filiam ſororis, fratris uxorem, uxoris ſororem. Filii fratrum, filii ſororum inter ſe nullâ præſumptione jungantur. Si quis contra hæc fecerit, à loci Judicibus ſeparetur, & omnes facultates amittat, quas fiſcus adquirat.

2. Si minores perſonæ ſunt quæ ſe inlicitâ conjunctione polluerunt, careant libertate, ſervis fiſcalibus adgregandæ ſunt.

XL. *De patricidiis & fratricidiis.*

Si quis homo volens occiderit patrem ſuum, (aut patruum ſuum *), aut fratrem ſuum, aut avunculum ſuum, aut filium fratris ſui, aut filium avunculi ſui, aut filium patrui ſui, aut matrem ſuam, aut ſororem ſuam, cognoſcat ſe contra Deum egiſſe, & ſecundùm juſſionem Dei fraternitatem legis non cuſtodiſſe, & in Deum graviter deliquiſſe, & coràm omnibus parentibus ejus res ipſius infiſcentur, & nihil ad heredes (ejus*) pertineat ampliùs; pœnitentiam autem ſecundùm canones agat.

* Deeſt in Cod. mſ. Corb.

* Deeſt in M. Til. R. Cod. mſ.

XLI. *Ut nullus cauſam audire præſumat, niſi qui à Duce conſtitutus eſt.*

1. Nullus cauſas audire præſumat, niſi qui à Duce per conventionem populi Judex conſtitutus eſt ut cauſas judicet, qui nec mentioſus, nec perjurator, nec munerum acceptor ſit; ſed cauſas ſecundùm legem veraciter judicet ſine acceptione perſonarum, & timens Deum ſit. Et ſi juſtè judicaverit, credat ſe apud Deum mercedem recipere, & laudem apud homines bonam poſſidere.

2. Si autem per cupiditatem aut per invidiam alicujus, aut per timorem, contra legem judicaverit, cognoſcat ſe deliquiſſe, & duodecim ſolidis ſit culpabilis cui injuſtè judicavit; & quod per illum damnum paſſus eſt injuſtè, ille Judex reſtituat ei.

3. Si autem ille qui judicium audire debet, illius qui ad judicandum conſtitutus eſt judicium comtemnit, dùm ille juſtè judicaverit, & dedignatur eum audire, & ſpernit eum, & arguit coràm aliis, & dicit, *Non rectè judicas*, dum ille rectè judicat; & ſi hoc ab aliis Judicibus inquiſitum fuerit quòd ille juſtè judicavit, ille contemptor qui Judici injuriam fecit, ſolvat duodecim ſolidos Judici illo, & poſt hæc non comtemnat audire juſtitiam

Lex Alamannorum.

* *Al. Mſ.* Judici. Judicis, quia ſic convenit Duci * & omni populo in publico concilio.

XLII. *De eo qui ſæpe interpellatus eſt ante Judicem de qualicunque evidenti cauſa, & convictus fuerit, ne ad juramentum permittatur.*

1. Si quis interpellatus ante Judicem de qualicunque cauſa, quod jam manifeſtum eſt tribus vel quatuor teſtibus, aut de homicidio, aut de furto, aut de aliquo neglectu, quod illi teſtantur qui boni teſtimonii ſunt in plebe, non perjuratores, nec fallaces, nec pecuniarum acceptores, ſed veritatem volunt dicere, cognoſcat hoc Judex, quod tunc licentiam ille homo qui mallatur ante eum, de cauſa illa poteſtatem jurandi non habeat, ſed ſicut lex habet in hoc judicio perſolvat, ut propter ſuam nequitiam alii qui volunt Dei eſſe, non ſe perjurent, nec propter culpam alienam ſemetipſos perdant.

2. Teſtis enim qui jam convictus fuit quòd mendacium ſemel, aut bis, aut ter, teſtificatus ſit, ampliùs ad teſtimonium non recipiatur.

XLIII. *Ut ſcriptura non valeat in qua annus dies non oſtenditur.*

Scriptura non valeat, niſi in qua annus & dies evidenter oſtenditur.

XLIV. *De libero qui alteri libero crimen mortale impoſuerit.*

1. Si quis liber libero crimen aliquod mortale impoſuerit, & ad Regem aut ad Ducem eum accuſaverit, & exinde probatus non eſt, niſi quòd ipſe dicit, liceat illi alio cui crimen impoſuit, cum tracta ſpata exoniare ſe contra illum alium.

2. De minoribus autem culpis, ſicut Duci placet, ita fiat inter eos.

XLV. *De rixis quæ ſæpè fieri ſolent in populo.*

1. Si qua rixa orta fuerit inter duos homines aut in placito, aut in campo, & unus alium occiderit, & poſtea fugit ille qui occidit, & illi pares ſequuntur eum uſque in domum ſuam cum armis, & infra domum percuſſorem occiderint, cum uno weregildo ſolvant eum.

2. Si autem in campo ubi priùs pugna orta fuerit, ibi reſtant ſuper mortuum ſuum, & non ſunt ſecuti in domum, & poſteà mittunt in vicinio, & congregant pares, & pauſant arma ſua joſum, & poſteà hoſtiliter ſequuntur eum in domum, & ſi eum tunc occiderint, novem weregildos componant.

XLVI. *De libero qui liberum extra terminos vendiderit.*

1. Si quis liber liberum extra terminos vendiderit, revocet eum infra provinciam, & reſtituat eum libertati, & ſexaginta ſolidos componat.

2. Si autem revocare eum non potuerit, cum weregildo eum parentibus ſolvat, id eſt, bis octuaginta ſolidos, ſi heredem reliquit. Si autem heredem non reliquit, cum ducentis ſolidis componat.

XLVII. *De eo qui feminam ingenuam extra marcham vendiderit.*

1. Si quis feminam liberam extra marcham vendiderit, revocet eam ad priſtinam libertatem, & cum octuaginta ſolidis componat.

2. Si autem revocare non poteſt, cum quadragintis ſolidis componat.

XLVIII. *De eo qui liberum hominem vel feminam liberam infra provinciam vendiderit.*

1. Si quis liber liberum infra provinciam vendiderit, revocet eum in priſtinam libertatem, & cum duodecim ſolidis componat.

2. Si autem feminam liberam infra provinciam vendiderit, revocet eam ad priſtinam libertatem, & cum viginti quatuor ſolidis componat.

XLIX. *De eo qui hominem occiderit, & eum mortaudum fecerit.*

1. Si quis hominem occiderit, quod Alamanni *mortaudo* dicunt, novem weregildos ſolvat, & quicquid ſuper eum rauba vel arma tulit, omnia ſicut furtiva componat.

2. De feminis autem ſi ita cotingerit, dupliciter componat, id eſt octodecim weregildos. Veſtimenta autem quod ſuper eam tulit, velut furtiva componat.

L. *De eo qui liberum de terra effodierit.*

1. Si quis liberum de terra effodierit, quicquid ibi tulerit, novem weregildos reſtituat, & cum quadraginta ſolidis componat.

2. Feminam autem cum octuaginta ſolidis componat, ſi eam effodierit.

3. Res autem quas tulit, ſicut furtiva componat.

4. Si ſervum effodierit de terra, cum duodecim ſolidis componat, & ancillam ſimiliter.

LI. *De libero qui alterius uxorem contra legem tulerit.*

1. Si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam, & cum octua-

LEX ALAMANNORUM.

ginta ſolidis componat. Si autem reddere noluerit, cum quadringentis ſolidis componat eam. Et hoc, ſi maritus prior voluerit. Et ſi anteà mortua fuerit quàm maritus eam quæſierit, cum quadringentis ſolidis componat.

2. Si autem ille raptor, qui eam accepit ſibi uxorem, ex ea filios aut filias, antequam ſolvat, habuerit, & ille filius mortuus fuerit, ad illum priſtinum maritum illum filium cum weregildo ſolvat. Si autem vivi ſunt, non ſint illius qui eos genuit, ſed ad illum priorem maritum mundio pertineat.

LII. *De eo qui ſponſam alterius acceperit.*

1. Si quis ſponſam alterius contra legem acceperit, reddat eam, & cum ducentis ſolidis componat.

2. Si autem reddere noluerit, ſolvat eam cum quadringentis ſolidis, etiam ſi mortua fuerit ſub eo.

LIII. *De eo qui ſponſam ſuam dimiſerit, & aliam duxerit.*

Si quis filiam alienam deſponſatam dimiſerit, & aliam duxerit, componat eam quam deſponſavit & dimiſit cum quadraginta ſolidis, & cum duodecim ſacramentalibus juret, cum quinque nominatis & ſeptem advocatis, ut pro nullo vitio nec tentatam eam habuiſſet, nec vitium in illa inveniſſet, ſed amor de alia eum adduxit ut illam dimiſiſſet (& aliam habuiſſet uxorem *).

* Hæc deſunt in Metenſi.

LIV. *De eo qui filiam alienam non deſponſatam acceperit.*

1. Si quis filiam alterius non deſponſatam acceperit ſibi uxorem, ſi pater ejus eam requirit, reddat eam, & cum quadraginta ſolidis eam componat.

2. Si autem ipſa femina ſub illo viro mortua fuerit, antequam illi mundium apud patrem adquirat, ſolvat eam patri ejus quadringentis ſolidis.

3. Et ſi filios aut filias genuit ante mundium, & omnes mortui fuerint, unumquemque cum weregildo ſuo componat patri feminæ.

LV. *De uxore, mortuo marito, ſine filiis relicta.*

1. Si quis liber mortuus fuerit, & reliquit uxorem ſine filiis aut filiabus, & de illa hereditate exire voluerit ſibi nubere alio coæquali, ſequatur eam dotis legitima, & quicquid parentes ejus legitimè placitaverunt, & quicquid de ſede paterna ſecum adtulit, omnia in poteſtate habeat auferendi, quod non manducavit, aut non vendidit.

2. Dotis enim legitima quadraginta ſolidis conſtat, aut in auro, aut in argento, aut in mancipiis, aut in qualicunque re quam habet ad dandum.

LVI. *De eo qui proximi ſui defuncti uxori ſine filiis relictæ dotem contradixerit.*

1. Si autem proximus mariti defuncti contradicere ipſam dotem illi mulieri voluerit quòd lex non eſt, illa ſequatur cum ſacramento cum nominatis quinque aut cum ſpata tracta pugnâ duorum; ſi poteſt adquirere aut per ſacramentum aut per pugnam, illa pecunia poſt mortem mulieris retrò numquam revertatur, ſed ille ſequens maritus aut filii ejus uſque in ſempiternum poſſideant.

2. Si autem ipſa femina dixerit: *Maritus meus dedit mihi morgangeba*, computet quantùm valet aut in auro aut in argento, aut in mancipiis aut in equo, pecuniam duodecim ſolidos valentem. Tunc liceat illi mulieri jurare per pectus ſuum, & dicat: *Quod maritus meus mihi dedit in poteſtate, & ego poſſidere debeo.* Hoc dicunt Alamanni *naſtahit* *.

* *Naſtſait, nachſcſatt, naſtaid.*

LVII. *De hereditate duarum ſororum quæ abſque fratribus poſt mortem patris relictæ ſunt.*

Si autem duæ ſorores abſque fratre relictæ poſt mortem patris fuerint, & ad ipſas hereditas paterna pertingat, & una nupſerit ſibi coæquali libero, alia autem nupſerit aut colono Regis aut colono Eccleſiæ, illa quæ illi libero nupſit ſibi coæquali, teneat terram patris earum. Res autem alias æqualiter dividant. Illa enim quæ illi colono nupſit, non intret in portionem terræ, quia ſibi coæquali non nupſit.

LVIII. *De eo qui mulierem in itinere vadentem denudaverit, aut cum ea mœchaverit.*

1. Si (qua *) libera femina virgo vadit in itinere ſuo inter duas villas, & obviavit eam aliquis, & per raptum denudat caput ejus, cum ſex ſolidis componat. (Et ſi ejus veſtimenta levaverit ut uſque ad genicula denudet, cum ſex ſolidis componat *.) Et ſi eam denudaverit ut uſque genitalia ejus appareant vel poſteriora, cum duodecim ſolidis componat.

* Deeſt in Cod. mſ. T.

* Hæc deſunt in plurimis manuſcriptis.

2. Si autem cum ea fornicaverit cum voluntate ejus, componat ſolidos quadraginta.

3. Si autem mulieri hæc fecerit, omnia dupliciter componat, ſicut anteà diximus de virgine.

LIX. *De eo qui alium percuſſerit aut vulneraverit.*

1. Si quis alium per iram percuſſerit, quod Alamanni *puliſſac* dicunt, cum uno ſolido componat.

2. Si autem ſanguinem fuderit, ſic ut terram tangat, componat ſolidum unum & ſemis.

3. Si enim percuſſerit cum ut teſta appareat & radatur, cum tribus ſolidis componat.

4. Si autem de capite os fractum tulerit de plaga, ita ut ſuper publica via lata viginti quatuor pedes in ſcuto ſonaverit illud os, cum ſex ſolidis componat.

5. Si autem ipſum os medicus perdit, & non poteſt eum præſentare, tunc duos teſtes adhibeat qui hoc vidiſſent quòd de illa plaga os tuliſſet, aut ille medicus hoc comprobet quòd verum fuiſſet quòd de ipſa plaga os tuliſſet.

6. Si autem teſta tranſcapulata fuerit, ita ut cervella appareat, ut medicus cum pinna aut cum ſanone cervellam tangat, cum duodecim ſolidis componat.

7. Si autem ex ipſa plaga cervella exierit, ſicut ſolet contingere, ut medicus cum medicamento aut ſirico ſtupavit, & poſtea ſanavit, & hoc probatum fuerit quòd verum eſt, cum quadraginta ſolidis componat.

LX. *De eo qui alterius aurem abſciderit.*

1. Si quis alterius aurem abſciderit, & non exſurdaverit, duodecim ſolidos componat.

2. Si autem ſic abſciderit profundò, & eum exſurdaverit, quadraginta ſolidos componat.

2. Si enim medietatem auris abſciderit, quod Alamanni *oſcardi* dicunt, cum ſex ſolidis componat.

LXI. *De eo qui palpebras alterius maculaverit.*

1. Si enim ſuperior palpebra maculata fuerit, ut cludere non poſſit, cum ſex ſolidis componatur.

2. Si enim ſubterior maculata fuerit, ut lacrymas continere non poſſit, cum duodecim ſolidis componatur.

3. Si enim viſus tactus fuerit in oculo, ita ut quaſi vitrum remaneat, viginti ſolidos componat.

4. Si autem ipſe viſus foràs exit & milus, quadraginta ſolidos componat.

LXII. *De nare tranſpuncta vel abſciſa.*

1. Si enim naris tranſpuncta fuerit, cum ſex ſolidis componat.

2. Si enim ſummitas naſi, ut muccus contineri non poſſit, abſciſus fuerit, cum duodecim ſolidis componat. Lex Alamannorum.

3. Si autem totus à preſſo abſciſus fuerit, cum quadraginta ſolidis componat.

LXIII. *De labiis maculatis.*

1. Si enim labium ſuperius alicujus quis maculaverit, ita ut dentes appareant, cum ſex ſolidis componat.

2. Si ſubterius, ut ſalivam continere non poſſit, cum duodecim ſolidis componat.

3. Si enim aliquis alio uno ictu duos dentes ſuperiores excuſſerit primos, cum ſex ſolidis componat.

4. Et ſi quemvis unum de ipſis duobus excuſſerit, cum ſex ſolidis componat.

5. Si autem dentem abſciderit, quem *marczan* Alamanni dicunt, cum tribus ſolidis componat.

6. De aliis verò qualemcunque excuſſerit, unumquemque cum uno ſolido componat.

7. De ſubterioribus verò duobus primis dentibus ſi alicui quis excuſſerit, cum duodecim ſolidos componat, ſi uno ictu fecerit.

8. * Si autem ex ipſis unum excuſſerit, cum duodecim ſolidis componat. * Deeſt in Regio MS. articulus iſte.

LXIV. *De lingua abciſa, & de vulneribus in facie factis.*

1. Si autem linguam totam alicui abſciderit, quadraginta ſolidos componat.

2. Si autem media, ita ut aliquid loqui poſſit, cum viginti ſolidis componat.

3. Si autem aliqua plaga in facie alicujus facta fuerit, quam capilli vel barba non cooperiant, ſex ſolidos componat.

4. Si autem collus tranſpunctus fuerit, cum ſex ſolidis componat.

LXV. *De eo qui alium contra legem tunderit, & diverſis vulneribus.*

1. Si quis alicui caput contra legem & voluntatem tunſerit, cum duodecim ſolidis componat.

2. Si autem barbam alicujus tunderit non volentis, cum ſex ſolidis componat.

3. Si quis alicui brachium ſuper cubitum tranpuncxerit, cum ſex ſolidis componat.

4. * Si autem cubitum tranſpuncxerit, cum tribus ſolidis componat. * Deeſt in Metenſi & Tilianо Codic. mſ. articulus iſte.

5. Si manum tranſpuncxerit, ita ut focus non intret ad coquendum venas vel ſanguinem ſtagnandum, ſolidum unum & ſemis componat.

Lex Alamannorum.

6. Si autem ferrum calidum intraverit ad ſtagnandum ſanguinem, cum tribus ſolidis componat.

7. Si enim brachium fregerit, ita ut pellem non rumpat, quod Alamanni *palepruſt* dicunt, ante cubitum, cum tribus ſolidis componat.

8. Si autem ſupra cubitum hoc contigerit, cum ſex ſolidis componat.

9. Si enim in cubito percuſſus fuerit, ita ut portare non poſſit, nec ad os manum mittere, cum duodecim ſolidis componat.

10. Si enim totum brachium mancum fuerit, ut nihil cum eo facere poſſit, cum viginti ſolidis componat.

11. Si autem à cubito abſciderit, quadraginta ſolidos componat.

12. Si autem ab ſcapula abſciſus fuerit, cum octuaginta ſolidis componat.

13. Si enim ſumitatem pollicis abſciderit, cum ſex ſolidis componat.

14. Si autem totum, cum duodecim ſolidis componat.

15. Si autem proximum pollici a primo nodo abſciderit, duos ſolidos & ſemis.

16. Si enim in ſecundo nodo abſciderit, quinque ſolidos.

17 Si totum abſciderit à palma, cum decem ſolidis componat.

18. Si longiſſimus digitus abſciſus fuerit à primo nodo, ſolido uno & ſemis componat.

19. Si in ſecundo nodo, cum tribus ſolidis componat.

20. Si totus à palma abſciſus fuerit, cum ſex ſolidis componat.

21. Si autem digitus annularis a primo nodo abſciſus fuerit, duos ſolidos; ſi in ſecundo nodo, quatuor ſolidos; ſi totus, octo ſolidos componat.

22. Ille minimus digitus ita ſolvatur ut pollex.

23. Si quis autem longiſſimum digitum ita plagaverit ut inde mancus ſit, ita ut complicare non poſſit, aut ſcutum prendere aut arma in terra per illum recipere, duodecim ſolidos componat.

24. Si autem in latus punctus fuerit, ita ut interiora membra non contingat, cum ſex ſolidis componat.

25. Si autem interiora membra vulneratus fuerit, quod *krefwnt* dicunt, cum duodecim ſolidis componat.

26. Si autem tranſpunctus fuerit, cum viginti quatuor ſolidis componat.

27. Si autem in inteſtinis maculatus fuerit, ita ut ſtercora exeant, quadraginta ſolidos componat,

28. Si aliquis alio genitalia tota abſciderit, quadraginta ſolidos componat.

29. Si autem caſtraverit, ita ut virilia non tollat, cum viginti ſolidis componat.

30. Si quis alio ambas coxas uno ictu tranſpuncxerit, cum duodecim ſolidis componat. Si autem duabus vicibus, ſimiliter.

31. Si quis alium in geniculo plagaverit, ita ut cloppus permaneat, ut pes ejus ros tangat, quod Alamanni *taudragil* * dicunt, cum duodecim ſolidis componat. *Tautragil.

32. Si tibia ſubtus genuculo tranſpuncta fuerit, cum tribus ſolidis compo nat.

33. Si autem articulus prior abſciſus fuerit, cum ſex ſolidis componat.

34. Illi autem alii articuli ſi abſciſi fuerint toti, unuſquiſque cum tribus ſolidis componatur.

35. Si totum pedem abſciderit, quadraginta ſolidos componat. Si à genuculo abſciſus fuerit, quinquaginta ſolidis componatur.

36. Si autem à coxa ſurſùm abſciſa fuerit, & inde vixerit, octuaginta ſolidis componatur.

37. Si autem aliquis alio herniam expreſſerit, cum tribus ſolidis componat.

LXVI. *De eo qui alteri viam contradixerit.*

Si quis liber libero in via manus injecerit, & contra legem ei viam contradixerit, aut aliquid ei tollere voluerit, cum ſex ſolidis componat.

LXVII. *De eo qui alterum de caballo jactaverit.*

Si quis liber liberum in via de caballo jactaverit, & ei tulerit, & ſtatim eum reddit in ipſo loco, addat ei conſimilem, & duodecim ſolidos. Hæc omnis compoſitio, quam viris judicavimus, feminis eorum omnia dupliciter componantur.

LXVIII. *De libero qui liberum occiderit.*

1. Si quis autem liber liberum occiderit, componat eum bis octuaginta ſolidos filiis ſuis.

2. Si autem filios non reliquit, nec heredes habuit, ſolvat eum ducentis ſolidis.

3. Feminas autem eorum ſemper in duplum componat.

4. Medius verò Alamannus ſi occiſus

fuerit, ducentis ſolidis ſolvat eum parentibus qui eum occiderit.

LXIX. *De eo qui alterius amiſſarium ſuraverit.*

1. Si quis alicujus amiſſarium involaverit, ille cujus eſt debet probare quantùm valet. Si enim dicit quòd duodecim ſolidos valeat, (cum duobus juret quòd tanti valeat *), & ſic ſolvat illi fur talem qualem ille juraverit in caput, & illos alios novem geldos * ſolvat, medietatem in auro valente pecunia, medietatem autem qualem invenire potuerit pecuniam.

* Deſunt in Reg. & in edit. Til.

* *Al. mſ.* novigeldos, wedregildos.

2. Et ſi ille talem equum involaverit quem Alamanni *marach* dicunt, ſic eum ſolvat ſicut & illum amiſſarium.

LXX. *De eo qui alterius caballum involaverit.*

1. Si quis alicui caballum involaverit, adpretiet eum dominus ejus cum ſacramento uſque ad ſex ſolidos, ſi tantùm valet, aut plus aut minùs, quantùm ille cum ſacramento adpretiaverit in caput, tantùm reſtituat fur. Novem geldos* enim in quali pecunia habet, jumentum tribus ſolidis adpretiet, ſi tantùm valet aut minùs.

* *Al. mſ.* novem wedregildos; *al. mſ.* novigeldos.

2. Si equo quem (Alamanni) *marach* dicunt, oculum excuſſerit, aut eum excurtaverit, cum tribus ſolidis componat.

3. Illo alio caballo mediano ſi oculum excuſſerit, ſolidum unum & ſemis componat. Et ſi eum excurtaverit, ſimiliter componat.

4. Si enim jumento oculum excuſſerit, medium ſolidum. Et ſi eum excurtaverit, ita faciet.

LXXI. *De eo qui equum plagaverit, dum hominem plagare voluerit.*

Si quis homo in equo ſuo caballicaverit, & aliquis eum ſuper ipſum plagare voluerit, & dum illum plagare voluerit, caballum ejus plagaverit, ita plagam caballi componat quemadmodum (componere debuit *) ſi dominum ejus plagaſſet.

* Deeſt in Met.

LXXII. *De eo qui in troppo de jumentis ductricem involaverit.*

1. Si enim in troppo de jumentis illam ductricem aliquis involaverit, licet eam domino ejus adpretiare duodecim ſolidis. Et quicquid ille adpretiaverit, ille fur furtivum reddat novem geldos *.

* Novem wedrigildos *in quibuſdam mſ.* novigeldos *in al. mſ.*

2. Alia autem jumenta de grege, quæ lactantia ſunt, cum ſex ſolidis componat.

3. Alia autem quæ adhuc prægnantia non fuerunt, tribus ſolidis ſint adpretiata.

LXXIII. *De eo qui prægnans jumentum ferierit & abortivum fecerit.*

Lex Alamannorum.

Si autem aliquis homo ictu ferierit prægnum jumentum, & ipſum abortaverit ita ut jactet poledrum mortuum, unum ſolidum componat.

LXXIV. *Qualiter jumenta, quæ meſſem læſerint, includantur.*

1. Si quis gregem jumentorum ad pignus tulerit, & incluſerit contra legem, cum duodecim ſolidis componat & dimittat, & uſque ad annum integrum habeat eos in cura ille qui illos pignoravit. Et ſi aliquid de ipſo grege in ipſo anno perdiderit, ille qui pignoravit, ſimile reſtituat.

2. Si autem ipſe grex jumentorum damnum fecerit, aut in prato, aut in meſſe, foris minetur, & dicatur domino ejus ut veniat videre quale damnum fecit; & quantum æſtimaverint arbitri, aut adfirmare auſus fuerit quòd tantum damnum feciſſet, tantum dominus jumentorum reſtituat.

3. Si verò paſtorem illorum jumentorum aliquis occiderit, componat eum ſolidis quadraginta.

LXXV. *De eo qui taurum gregem regentem involaverit aut occiderit.*

Si quis in vaccaritia legitima, ubi ſunt duodecim vaccæ vel ampliùs, taurum ex ea involaverit vel occiderit, tribus ſolidis eum ſolvat: aut qualecunque armentum de ipſa vaccaritia involatus fuerit, ſecundùm qualitatem eum ſolvat. Illam optimam vaccam quatuor tremiſſes licet adpretiare, illam aliam ſequenterianam ſolidum unum. Illa alia minuta animalia ſecundùm arbitrium adpretientur, & ita ſolvantur ſecundùm quod lex habet.

LXXVI. *De eo cui morttaudus imputatur.*

Si cui morttaudus imponitur, ſive baro, ſive femina, qui, qualis fuerit, occiderit, ſecundùm legitimum weregildum novem geldos ſolvatur, aut cum viginti quatuor totos electos, aut cum octuaginta, quales invenire potuerit, juret.

LXXVII. *De eo qui gravidæ mulieri natum interfecerit.*

Si qua mulier gravida fuerit, & per factum alterius infans natus mortuus fuerit, aus ſi vivus natus fuerit, & non vixerit ſeptem dies, cui imputatum fuerit, quadraginta ſolidos ſolvat, aut cum duodecim medios electos juret.

LXXVIII. *De pretio bovis.*

Optimus bos quinque tremiſſos valet, medianus quatuor tremiſſos valet, minor

LEX ALAMANNORUM.

ſicut adpretiatus fuerit. Qui de ipſis aliquem involaverit, ſicut lex habet, ita componat.

LXXIX. *De eo qui paſtores vel artifices occiderit.*

1. Si paſtor porcorum, qui habet in grege quadraginta porcos, & habet canem doctum & cornu & juniorem, ſi occiſus fuerit, quadraginta ſolidis componatur.

2. Legitimus paſtor ovium, ſi octuaginta capita in grege habet domini ſui, & occiſus fuerit, cum quadraginta ſolidis componatur.

3. Si alicujus ſeniſcalcus, qui ſervus eſt, & dominus ejus duodecim vaſſos infra domum habet, occiſus fuerit, quadraginta ſolidis componatur

4. Si mariſcalcus qui ſuper duodecim caballos eſt occiditur, quadraginta ſolidis componatur.

5. Si coquus qui juniorem habet occiditur, quadraginta ſolidis componatur.

6. Si paſtor, ſimiliter.

7. Si occiſi fuerint faber aurifex aut ſpatarius, qui publicè probati ſunt, quadraginta ſolidis componantur.

LXXX. *De eo qui cum ancilla hoſtiaria & geneciaria concubuerit.*

1. Si quis cum alicujus ancilla hoſtiaria concubuerit contra voluntatem ejus, cum ſex ſolidis componat.

2 Et ſi cum puella de genecio priore concubuerit aliquis contra voluntatem ejus, cum ſex ſolidis componat.

3. Si quis cum aliqua ex illis aliis de genecio contra voluntatem ejus concubuerit, cum tribus ſolidis componatur.

LXXXI. *De eo qui incendium ſuper alium in nocte miſerit.*

1. Si quis ſuper aliquem focum in nocte miſerit, ut domum ejus incendat, ſeu & ſalam ſuam, & inventus & probatus fuerit, omne quod ibidem arſit ſimile reſtituat, & ſuper hæc quadraginta ſolidos componat.

2. Si enim domum infra curtem incenderit, aut ſcuriam, aut graniam, vel cellaria, omnia ſimilia reſtituat, & cum duodecim ſolidis componat.

3 Si quis ſtubam, ovile, porcaritiam domum alicujus concremaverit, unamquamque cum tribus ſolidis componat, & ſimilem reſtituat.

4. Servi domum ſi incenderit, cum duodecim ſolidis componat, & ſimilem ei reſtituat.

5. Scura ſervi ſi incenderit, cum ſex ſolidis componat, & ſimilem reſtituat.

6. Si enim ſpicaria ſervi incenderit, cum tribus ſolidis componat. Et ſi domino, (cum ſex ſolidis, & ſimilem reſtituat *).

* Hæc deſunt in cod. Corb.

LXXXII. *De canibus ſeuſibus vel aliis furatis aut occiſis.*

1. Si quis canem ſeuſium primum curſalem, qui primus currit, involaverit, ſolidos ſex componat: qui ſecundum, ſolidos tres componat.

2. Qui illum ductorem, qui hominem ſequentem ducit, quem *laitihunt* dicunt, furaverit, duodecim ſolidos componat.

3. Bonum canem porcaritium, vel qui vaccam & taurum prendit, ſi occiderit aliquis, cum tribus ſolidis componat.

4. Si veltrem leporalem probatum aliquis occiderit, cum tribus ſolidis componat.

5. Si quis canem paſtoralem, qui lupum mordit, & pecus ex ore ejus tollit, & ad clamorem ad aliam vel ad tertiam villam currit, occiderit, cum tribus ſolidis componat.

6. Si canem qui curtem defendit aliquis occiderit, cum ſolido componat.

7. Et ſi ipſe canis eum per veſtimentum adprehendit, & eum quaſi nolens percuſſerit, & mortuus fuerit, juret ut per invidiam non feciſſet, niſi ſe ad defendendum, & donet alium catellum, qui jugum tranſpaſſare poſſit.

LXXXIII. *De eo qui aliquam clauſuram in aqua fecerit, & ibi aliquid negaverit.*

1. Si quis mulinum aut qualemcunque clauſuram in aqua facere voluerit, ſic faciat ut nemini noceat. Si autem nocuerit, rumpatur uſque dum non noceat.

2. Si ambæ ripæ ſuæ ſunt, licentiam habeat. Si autem una alterius eſt, aut roget, aut comparet.

3. Si quis aliquam clauſuram in aqua fecerit, & ipſa aqua inflaverit, & ibi alicujus pecus negaverit, vel famulus, vel infans, quicquid ibi negaverit, ſimile reſtituat, unumquodque ſecundùm legem ſuam componat.

LXXXIV. *De his qui de terra ſua inter ſe contendunt.*

Si qua contentio orta fuerit inter duas genealogias de termino terræ eorum, & unus dicit, *Hic eſt noſter terminus*, alius revadit in alium locum, & dicit, *Hic eſt noſter terminus*, ibi præſens ſit Comes de plebe illa, & ponat ſignum ubi iſte voluerit, & ubi ille alius voluerit terminum, & girent

girent ipſam contentionem. Poſtquàm girata fuerit, veniant in medium, & præſente Comite tollant de ipſa terra quòd
* *Al. Mſ.* Zturffodi. Alamanni Curffodi * dicunt, & ramos de ipſis arboribus infingant in ipſam terram quam tollunt; & illæ genealogiæ quæ contendunt, levent illam terram præſente comite, & commendent in ſua manu: ille involvat in fanone, & ponat ſigillum, & commendet fideli manu uſque ad ſtatutum placitum. Tunc ſpondeant inter ſe pugnam duorum. Quando parati ſunt ad pugnam, tunc ponant ipſam terram in medio, & tangant ipſam cum ſpatis ſuis, cum quibus pugnare debent, & teſtificentur Deum creatorem ut cujus ſit juſtitia, ipſius ſit & victoria; & pugnent. Qualis de ipſis vicerit, ipſe poſſideat illam contentionem; & illi alii præſumptioſi, quia proprietatem contradixerunt, duodecim ſolidos componant.

LXXXV. *De eo qui ſervum alterius fugientem acceperit, & ſequenti domino contradixerit.*

To. VIII. Concil. p. 1849, c. 5. Si quis fugitivum alterius ſervum ſuſceperit, & ſequenti domino aut in illa die, aut quando poterit, contradixerit eum, & reddere noluerit, tunc vadat ad Principem quem ille habet, ut ei juſtitiam faciat, & cum quadraginta ſolidis componat eum, quia contra legem eum recepit.

LXXXVI. *De eo qui ſervum in pignus ſuſceperit, & ſi ipſe ſervus aliquod damnum fecerit.*

1. Si quis pignus tulerit contra legem, aut ſervum, aut equum, poſtquam illum in domum ſuam duxerit, & ille ſervus ibi hominem occiderit, aut ille equus aliquod damnum fecerit, illud damnum ad illum pertineat qui illud pignus tulit, non ad illum dominum cujus illud pignus fuerit.

2. Si autem Dominus voluntariè pignus dederit pro aliqua re alicui, & illud pignus quod datum eſt, ibi aliquod damnum fecerit, Dominus qui dedit, damnum quod factum eſt ſimile reſtituat.

LXXXVII. *De eo qui alteri res ſuas apud ſe inventas contradixerit.*

Si quis res ſuas apud alium hominem invenerit, quicquid ſit, aut mancipia, aut pecus, aut aurum, aut argentum, aut alia ſpolia, & illa reddere noluerit, & contradixerit, & poſt hæc convictus fuerit ante Judicem, aut ſimile aut ipſum reddat, & cum duodecim ſolidis componat, quia proprietatem ejus contradixit.

LXXXVIII. *Ut fratres, poſt mortem patris eorum, hereditatem non diſſipent antequàm dividant eam.* LEX ALAMANNORUM.

Si qui fratres poſt mortem patris eorum aliquanti fuerint, dividant portionem patris eorum. Dum hoc non fuerit factum, nullus rem ſuam diſſipare faciat uſque dum æqualiter partiant.

LXXXIX. *De eo qui hominem occiderit & negaverit.*

Si quis hominem occiderit & negare voluerit, cum duodecim nominatis juret, & alios tantos Advocatos in arma ſua ſacramenta pro quatuor tremiſſis cum uno ſacramentali juret. Pro tribus ſolidis & tremiſſe, cum duobus ſacramentalibus juret. De ſex ſolidis & tremiſſe, cum quinque nominatis juret, aut cum tracta ſpata defendat.

XC. *De coxa vel brachio inciſis.*

1. Si coxa abſciſſa fuerit à libero homine, octuaginta ſolidis componatur

2. Si brachium abciſſum à ſcapula fuerit, ſimiliter.

XCI. *De eo qui mulieri prægnanti abortivum fecerit.*

Si quis mulieri prægnanti abortivum fecerit, ita ut jam cognoſcere poſſit utrùm vir an femina fuit; ſi vir debuit eſſe, cum duodecim ſolidis componat; ſi autem femina, cum viginti quatuor. Si neutrum cognoſcere poteſt, & jam non fuit formatus in liniamenta corporis, cum duodecim ſolidis componat. Si ampliùs requirit, cum ſacramentalibus ſuis ſe idoniet.

XCII. *De hereditate quam mulier poſt partum ſtatim mortua derelinquit.*

Si qua mulier, quæ hereditatem ſuam paternicam habet, poſt nuptum prægnans peperit puerum, & in ipſa hora mortua fuerit, & infans vivus remanſerit aliquanto ſpatio, vel unius horæ, ut poſſit aperire oculos & videre culmen domûs & quatuor parietes, & poſtea defunctus fuerit, hereditas materna ad patrem ejus pertineat, eò tamen ſi teſtes habet pater ejus quòd vidiſſent illum infantem oculos aperire, & potuiſſet culmen domûs videre & quatuor parietes. Tunc pater ejus habeat licentiam cum lege ipſas res defendere. Si autem aliter, cujus eſt proprietas, ipſe conquirat.

XCIII. *De eo qui in pugna parem ſuum dereliquit & fugit.*

Si qua in exercitu pugna commiſſa fuerit, & dimitti quis parem ſuum pugnare & fugit, & ille alius defendit ſe,

LEX ALAMANNORUM.

poſt reverſionem enim ille qui fugit, illi alii qui indè non fugit, ſed manſit, & pares ſuos non dimiſit, componat bis octuaginta ſolidos.

XCIV. *De eo qui poſt finitam & emendatam cauſam mallare præſumpſerit.*

Si quis aliquem poſt finitam cauſam & emendatam mallare voluerit, poſt teſtes tractos & emendationem datam, ſi hoc præſumpſerit tentare, & iſte ſe non poteſt per ſacramenta vel per teſtes defenſare, tunc per pugnam duorum ſe defendat. Et poſt hæc ille teſtator cum quadraginta ſolidis componat.

XCV. *De eo qui ingenuam feminam colpo percuſſerit.*

1. Si quis feminam ingenuam colapho percuſſerit, ſic ut ſanguis non exeat, ſolvat ſolidos duos. Si lida fuerit, ſolvat ſolidum unum & tremiſſem. Si ancilla fuerit, ſolvat ſolidum unum.

2. Si barus fuerit, ſimiliter.

3. Si ſervus fuerit, medium ſolidum.

XCVI. *De eo qui medulam aut carrucam alterius involaverit.*

1. Si quis medulam rumpit aut involat, ſolidos tres ſolvat.

2. Si carrucam involat, aut rumpit rotas in priori parte, ſic ut illa die operari non poſſit, ſolidos tres componat.

3. Si de poſt involat aut rumpit, ſex ſolidos componat.

4. Si herpices fuerit, iij ſolid. componat.

XCVII. *De eo qui buricas in ſylva porcorum incenderit.*

1. Si quis buricas in ſylva tàm porcorum quam pecorum incenderit, viginti duos ſolidos componat.

2. Et ſi intùs per furorem intrat, & de ſuo nihil invenit, ſex ſolidos componat.

3. Et ſi in curte aliena ingreſſus fuerit, ſimili modo.

4. Si intùs in ſcuria, duodecim ſolidos componat.

5. Niſi homicida ſuus ei in curte aut in caſa fugerit, & pro ipſo nullus offert juſtitiam, ſi ſequens ipſum incurrit, hoc non eſt ad requirendum.

XCVIII. *De eo qui gregem animalium in pignus tulerit, & porcarium vel cæteros paſtores flagellaverit.*

1. Si quis gregem de porcis, aut de jumentis, aut de vaccis, vel de berbicibus in pignus tulerit, quadraginta ſolidis ſit culpabilis.

2. Si porcarius ligatus de via oſtatus vel battutus fuerit, ſic ut duo teneant, & tertius percutiat, novem ſolidos componat. Et de reliquo quod ei fecit, ſicut reliquis ſervis componi ſolet, ei in triplum componatur.

3. Et quod de vervicario, ſtotario, & vaccario ſit, quod reliquis ſervis componi ſolet, componatur eis in duplo.

XCIX. *De eo qui biſontem vel cætera animalia aut furaverit aut occiderit.*

1. Si quis biſontem, bubalum, vel cervum qui prugit, furaverit aut occiderit, duodecim ſolidos componat.

2. Et ſi ſervus ille treudis non habet, medium ſolidum componat.

3. Si treudis habet, & cum ipſo nihil ſagittatum eſt, ſolvat ſolidum unum.

4. Si rubeus feramus cum ipſo ſagittatus eſt, tres ſolidos ſolvat.

5. Si niger eſt, ſolidos ſex componat.

6. Si involatus fuerit, novem geldos componat.

7. Si ſerva indomita fuerit occiſa, tremiſſo ſolvat.

8. Si treudem habuit, medium ſolidum.

9. Si cum ipſa rubea fera ſagittata fuerit, ſex ſolidos ſolvat.

10. Si nigra, ſex ſolidos componat.

11. Si inviolata fuerit, novem geldos componat.

12. Si urſus alienus occiſus aut involatus fuerit, ſolvat eum ſolidis ſex.

13. Aprum ſimiliter.

14. Si quis pecus manualem, qui dicitur alatus, aut verrem, aut ducariam occiderit, ſex ſolidos componat.

15. Si furatus fuerit, tres ſolidos ſolvat, & quantùm juret quòd valuit, novem geldos componat.

16. Si quis capriolum occiderit, ſaiga. Si involatus fuerit, novem geldos componat.

17. Si grus fuerit furata aut occiſa, tres ſolidos ſolvat.

18. Si auca fuerit involata aut occiſa, novem geldos ſolvat.

19. Aneta, gariola, ciconia, corvus, cornicula, columba, & cauha, & troërola, ut alia ſimilia requirantur.

20. Si acceptor qui aucam mordet, tres ſolidos ſolvat: ſi gruemm ordet, ſex ſolidos componat.

21. Si verris occiderit, alium pro eo reddat tres ſolidos ſolvat.

22. Si canis alterius hominem occiderit, medium weregildum ſolvat. Et ſi totum weregildum quærat, omnia oſtia ſua claudantur, & per unum oſtium ſemper

intret & exeat : & de illo limitare novem pedes ſuſpendantur uſque dum totus putreſcat & ibi putridus cadat, & oſſa ipſius ibi jaceant, per alium oſtium non intret nec exeat. Et ſi canem ipſum inde jactaverit, aut per alium oſtium intraverit in caſam, ipſum weregildum medium reddat.

23. Si caballus, porcus, aut bos hominem occiderit, totum weregildum ſolvat. Si ſervus fuerit, medium pretium ſolvat.

24. Si cujuſcumque caballus ſepem alienam ſallierit, & de palo tranſpunctus fuerit, cujus ſepis fuerit, ipſe ſolvat medium pretium.

25. Si quis ſervum mulinarium involaverit, alium cum ipſo reddat, & ſolvat ſolidos ſex in texaga ei cujus fuerit. Lex Alamannorum.

26. Si quis ſepem alienam capulaverit, tres ſolidos ſolvat.

27. Si quis mortuum ſuum in terra aliena poſuerit, duodecim ſolidos ſolvat, aut cum duodecim juret ut hoc pro malo non feciſſet.

28. Si quis ingenuum aut ingenuam extraneam ſine permiſſu cujus fuerit, in terram miſerit, quadraginta ſolidis ſit culpabilis. Si ſervus fuerit, duodecim ſolidos ſolvat.

Explicit lex Alamannorum.

☞ *Vide alteram editionem* Legis Alamannorum *in* novo Codice Legum veterum.

CAPITULA ADDITA AD LEGEM ALAMANNORUM.

Nunc primùm edita ex veteri Codice Remenſi mſ.

I. Si quis alteri oculum ruperit, & ille pupillus intus reſtitit, ſolvat ſolidos viginti. Si oculus ille foras exierit, ſolidos quadraginta, aut cum duodecim medios electos juret.

II. Et qui auriculam ſinaverit, ſolvat ſolidos viginti. Si totum excuſſerit, aut ſi plagaverit, ut audire non poſſit, ſolvat ſolidos quadraginta, aut cum duodecim juret.

III. Si quis brachium ſuper cubito tranſpunxerit, ſolvat ſolidos ſex. Si ſubtus cubitum fuerit, ſolidos tres ſolvat.

IV. Simili modo ſi coxa tranſpuncta fuerit, ſolvat ſolidos ſex. Si ſubtus genuculum fuerit, ſolvat ſolidos tres. Si non fuerit tranſpuncta, & nervora tetigerit ut ibi waſilus intrat, ſolvat ſolidos tres.

V. Si in brachium ſive in coxa ſuper genuculum aut ſuper cubito, unam compoſitionem.

VI. Si quis in revo plagatus fuerit in pectus aut in latus, ſolvat ſolidos duodecim, aut cum duodecim medios electos juret. Si tranſpunctus fuerit, ſolvat ſolidos viginti quatuor, aut cum duodecim juret.

VII. Si quis in latus alium tranſpunxerit, ſic ut in revo plagatus non ſit, ſolvat ſolidos ſex, aut cum ſex medios electos juret.

VIII. Si quis alteri brachium ſuper cubitum aut coxa ſuper genuculum cum ſpata aut cum fuſte fregerit, & non mancat, ſolvat ſolidos ſex. Et ſi ſubtus cubitum aut ſubtus genuculum fuerit, & non mancaverit, ſolvat ſolidos tres. Si nervora tangit, & waſilus intrat, ſolvat ſolidos tres.

IX. Si quis alterum brachium mancat, ſolvat ſolidos viginti. Et ſi ipſum pertruncat, ſolvat ſolidos quadraginta, aut cum duodecim juret.

X. Si quis digitum pollicem alteri truncaverit, ſolvat ſolidos duodecim. Si mancat, aut in primo nodo truncatus fuerit, ſolvat ſolidos ſex.

XI. Si ſecundus digitus truncatus fuerit, ſolidos decem ſolvat. Si mancat, ſolvat ſolidos quinque. Si prima junctura truncata fuerit, ſolvat ſolidos tres.

XII. Si tertius digitus truncatus fuerit, ſolvat ſolidos tres. Si mancat, ſolvat ſolidos tres.

XIII. Si quartus digitus truncatus fuerit, ſolvat ſolidos tres. Si mancat, ſolvat ſolidos tres.

XIV. Si quartus digitus truncatus fuerit, ſolvat ſolidos quinque. Si in primo nodo truncatus fuerit, ſolvat ſolidos tres.

XV. Si minimus digitus truncatus fuerit, ſolvat ſolidos decem. Si mancaverit, ſolvat ſolidos quinque.

LEX ALAMANNORUM.

XVI. Et ſi manus tranſpuncta fuerit, ſolvat ſolidos ſex. Et ſi manus tota excuſſa fuerit, ſolvat ſolidos quadraginta, aut cum duodecim medios electos juret.

XVII. Si quis alteri pedem truncaverit, ſolvat ſolidos quadraginta. Et ſi mancat, ſolvat ſolidos viginti. Et ſi foris villa ambulare potuerit, & in campo ſuo cum ſtelzia ambulare potuerit, ſolvat ſolidos viginti quinque, aut cum duodecim medios electos juret.

XVIII. Si quis alteri articulum pollicem truncaverit, ſolvat ſolidos ſex. Si primâ junctura truncatus fuerit, ſolvat ſolidos tres. Si lito contigerit, ſolvat ſolidos quatuor. Si ſervo, ſolvat ſolidos tres.

XIX. Si alius articulus truncatus fuerit, ſolvat ſolidos tres.

XX. Si qua mulier gravata fuerit, & per facto alterius infans mortuus natus fuerit, aut ſi vivus natus fuerit, & novem noctes non vivit, cui reputatum fuerit, quadraginta ſolidos componat.

XXI. Si femina baronem extra rixam ſubdulum clamaverit, ſolvat ſolidos duodecim, aut cum duodecim medios electos juret maritus ipſius.

XXII. Si quis alterius ingenuam de crimina ſeu ſtria aut herbaria ſiſtit, & eam priſerit, & ipſam in clida miſerit, & ipſam cum duodecim medios electos aut cum ſpata tracta quilibet de parentes adunaverit, DCCC ſolidos componat. Si ancilla fuerit, quindecim ſolidos componatur. Si in clida miſa non fuerit, & priſa & temptata fuerit, quadraginta ſolidos componat. Et ſi in clida non fuerit, ſex ſolidos ſolvat. Et ſi ipſam vir contraſteterit culpabilem, & ille propter quem ei reputatur mortuus fuerit, ille qui feminam contraſteterit, wiregildum ejus deſolvat. Si baro fuerit de minoſtidis, ſolvat ſolidos centum ſeptuaginta. Si medianus Alamannus fuerit, ducentos ſolidos componat. Si primus Alamannus fuerit, ducentos quadraginta ſolidos componat, aut cum viginti quatuor medios electos aut cum quadraginta, quales invenire poterit, juret. Si femina minoſtidus fuerit, ſolvat ſolidos tercentos viginti. Si mediana fuerit, ſolvat ſolidos quadringentos. Si prima Alamanna fuerit, ſolvat ſolidos quadringentos octuaginta

XXIII. Si quis mortuatus fuerit baro aut femina, qui qualis fuerit, ſecundùm legitimum wiregildum ſuum in novegildum ſolvatur, aut cum viginti quatuor totos electos aut cum octuaginta, quales invenire poterit, juret.

XXIV. Si quis ſuperiùs mortuum ſuum de alienas res qua valuerit ſol. in terra miſerit, ſolvat ſolidos quadraginta. Et ſi tremiſſis aut duos valuerit, ſolvat ſolidos duodecim, aut cum duodecim medios electos juret.

XXV. Et cuicunque mortuo, tam occiſo, quàmque ſuâ morte mortuo, aliquid tollatur aut involatur, de foſſa ubi reponatur exfoditur, & expoliatus fuit, quod ibi tulit reddat, & octuaginta ſolidos ſolvat.

XXVI. Si quis ingenuus ingenuum interficiet, & ei aliquid de res ſuas ſangulentas tulerit, aut hoc auferit ad parentes, nihil eſt ad requirendum. Si enimverò non offerit, quadraginta ſolidos ſolvat.

XXVII. Si litus fuerit in Eccleſia ut in heris generationis dimiſſus fuerit, tredecim ſolidos & tremiſſo componat. Si ſervo fuerit factum, duodecim ſolidos componat. Si ingenuæ Alamannæ factum fuerit, octuaginta ſolidos componat, aut cum duodecim juret. Si lita fuerit, viginti ſex ſolidos & duos tremiſſos componat. Si ancilla fuerit, duodecim ſolidos componat, aut cum duodecim medios electos juret. De wegalaugen, ſex ſolidos ſolvat. Si litus fuerit, ſolvat ſolidos quatuor. Si ſervus fuerit, ſolidos tres. Si ingenuæ Alamannæ hoc alter fecerit, duodecim ſolidos componat. Si lita fuerit, octo ſolidos componat. Si ancilla fuerit, quatuor ſolidos ſolvat. Aut qui eas diſcapillaverit . . . . . rit, quindecim ſolidos componat.

XXVIII. Si quis meſſem alienam inchoat, ... ſolidos componat, aut cum duodecim juret ut pro malo hoc non feciſſet. De initiata meſſe priſerit, tres ſolidos ſolvat.

XXIX. Si mulier maritum datum ſine procreatione aliqua mortua fuerit, & omnes res ejus ad parentes reddantur, quicquid per legem obtingat. Et ſi maritum ſupervixerit, tota lectuaria ei concedantur. Si voluntaria ſe partire volunt, tollant quod eam per legem obtinget. Lectaria partiant æquale.

XXX. Si maritus uxorem ſuam dimittit, quadraginta ſolidos ipſe componat, & de mundo ſuo non habeat poteſtatem, & omnia ei reddat quod ei per legem obtingit. Si reputat aliquid, poteſtatem habeat femina ipſa debet, ſolidos duodecim ſolvat. De una remanaſtula ſua

jure quod ſuperfuerit, maritus juret aut reddat.

XXXI. Si quis altero per mano aut per drappo iratus priſerit, ſolidos ſex ſolvat.

XXXII. Si pignus alterius occidit, ſex ſolidos ſolvat. Si porcus aut berbicis fuerit, tres ſolidos ſolvat.

XXXIII. Si alius altero pro altero pignorat aut furore tollit, ſi domitum armento retulit, tremiſſe componat. Si indomitus fuerit, duas ſagias componatur. Si equus fuerit, ſolido uno. Si veltris fuerit, dimidio ſolido. Si jumentus fuerit, tremiſſe. Si expoliatus fuerit, ſimiliter componatur.

XXXIV. Si quis alterum ligat, & foris marcha eum vendit, ipſum ad locum revocet, & quadraginta ſolidos componat. Si eum invenire non potuerit, wiregildum ſuum ſolvat.

XXXV. Si cujuſlibet meſſarius de grege tuletur, & caſtratus fuerit, quantas equas ſunt, tantos ſolidos ſolvat.

XXXVI. Si accipiter qui augam mordit, ſolidos tres ſolvat. Si grugem mordit, ſex ſolidos ſolvat.

XXXVII. Si verres verrem occidit, ipſe pro eo reddatur, aut tres ſolidos ſolvat.

XXXVIII. Si quis ingenuum aut ingenuam expromiſſum cujus fuit in terra miſerit, quadraginta ſolidis ſit culpabilis. Si ſervus fuerit, duodecim ſolidis ſit culpabilis. Lex Alamannorum.

XXXIX. Si quis alterius infans minofledis fuerit, tres ſolidos componat. Si medianus fuerit, ſex ſolidos componat. Si melioriſſimus fuerit, duodecim ſolidos componat.

XL. Si quis alium de caballo jactat, ſolvat ſolidos ſex.

XLI. Si quis alterius puellam impia fuerit, quadraginta ſolidos ſolvat, & ipſam reddat.

XLII. Si quis alterius puellam de genicio deviolaverit, ſolvat ſolidos ſex. Et qui in ejus ſolarium ambulat, qui ſuper eam manum mittit, ſolvat ſolidos tres. Qui eam non tangit, ſolvat ſolidos duos.

XLIII. Si quis de grege aliena jumentum tollit, & domat eum allum, ſimile eum reddat. Si occiſa fuerit, tres ſolidos ſolvat. Si mediana equa fuerit, ſex ſolidos componat. Si melioriſſima fuerit, duodecim ſolidos componat. Si taurus fuerit, ſex ſolidos componat. Si involatus fuerit, ſex ſolidos componat, & quantùm valuit octogildum componat.

XLIV. Si faber ferrarius occiſus fuerit, quadraginta ſolidos componatur. Si aurifex fuerit, quinquaginta ſolidos componatur. Si quis de ipſo mancatus.

Cætera deſiderantur.

ITEM ALIA CAPITULA.

I. SI quis alterius invitam puellam priſerit, weregildo ſuo ſemper ſit culpabiſis. Si non fuerit rapta, duodecim ſolidos componat.

II. Si quis res alienas aut Eccleſiæ malo ordine invaſerit, & alius facienti violentiam repugnaverit, is nullum crimen admittit; quia non facit violentiam qui vim repellit, aut qui malè agenti contradicit.

III. Nullus alienam terram ſine auctoritate præſumat invadere. Qui hoc fecerit, cum vindicta ſe expellendum eſſe cognoſcat

DAGOBERTI REGIS
CAPITULARE TERTIUM,
SIVE
LEX BAJUVARIORUM.

INDEX CAPITULORUM.

Titulus I. De eccleſiaſticis rebus, de libris legis inſtitutionum quæ ad Clerum pertinent, ſeu de Eccleſiarum jure.

Cap. 1. *UT ſi quis liber Bajuvarius vel quiſcumque alodem ſuam, vel quamcumque rem, ad Eccleſiam donare voluerit, liberam habeat poteſtatem.*

2. *De his qui contra legem Eccleſiam fraudare voluerint.*
3. *De furtis Eccleſiæ, quomodò componantur.*
4. *De his qui ſervum Eccleſiæ ad fugiendum ſuaſerint.*
5. *De his qui ſervum Eccleſiæ ſine mortali crimine interemerint.*
6. *De his qui res Eccleſiæ igne cremaverint.*
7. *De his qui rei ſunt, & confugium fecerint ad Eccleſiam.*
8. *De compoſitione Miniſtrorum Eccleſiæ, quomodò componantur.*
9. *De Monachis.*
10. *De Presbyteris vel Diaconibus, quomodò componantur.*
11. *De ſolis Epiſcopis, & illorum interfectione.*
12. *De Sanctimonialibus vel Deo dicatis.*
13. *De Presbyteris & Diaconibus, ut minimè habitent cum mulieribus.*
14. *De colonis vel ſervis Eccleſiæ, qualiter ſerviant.*

Titulus II. De Ducibus & eorum cauſis quæ ad eos pertinent.

Cap. 1. *Si quis de morte Ducis conciliatus fuerit.*
2. *Si quis Ducem ſuum occiderit.*
3. *Si quis ſeditionem excitaverit contra Ducem ſuum.*
4. *Si quis in exercitu ſcandalum excitaverit.*
5. *Si quis infrà provinciam, ubi Dux exercitum ordinaverit, ſine Ducis juſſione aliquid prædaverit.*
6. *Si quis in exercitu aliquid furaverit.*
7. *Si quis in utilitate Ducis vel domini ſui mortuus fuerit.*
8. *Si quis Regis vel Ducis ſui juſſione hominem interfecerit.*
9. *De Duce, ſi protervus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis fuerit, atque decretum Regis contempſerit.*
10. *De filiis Ducum, ſi protervi fuerint.*
11. *De eo qui ſcandalum in curte Ducis commiſerit.*
12. *Ut nullus in campiones ſine juſſu manus injiciat.*
13. *De his qui in curte Ducis aliquid furaverint.*
14. *De his qui juſſionem Ducis contempſerint.*
15. *Ut placita fiant per Kalendas.*
16. *Ut Judex partem ſuam accipiat.*
17. *Qualis Judex fieri debeat.*
18. *Si Judex propter munera injuſtè judicaverit.*
19. *Si per ignorantiam malè judicaverit.*
20. *De Ducum genealogia, ut duplum honorem accipiant, & eorum compoſitione.*

Titulus III. De liberis, quomodò componantur.

Cap. 1. *Si quis liberum percuſſerit per iram.*
2. *De in ripa projectis.*
3. *De ab equo projectis.*
4. *De ſcalis projectis.*
5. *De in ignem projectis.*
6. *De ſagitta intoxicata.*
7. *De potione mortifera.*
8. *De hoſtiliter cinctis.*
9. *De invitis pro pignore obtentis.*
10. *De porcis diſperſis.*
11. *De ſimulatis, quod* waneſtodal *dicunt.*
12. *De plaga claudicationis.*
13. *De interfectione liberi hominis.*
14. *De peregrinis tranſeuntibus viam.*
15. *Si ſervus liberum furaverit.*

Titulus IV. De liberis qui per manum dimiſſi ſunt liberi, quomodò componantur.

Titulus V. De ſervis, quomodò componantur.

Titulus VI. De nuptiis & operationibus inlicitis prohibendis.
Cap. 1. *De nuptiis inceſtis prohibendis.*
2. *De diebus dominicis.*
3. *Ut liberum ſine mortali crimine non liceat inſervire.*
Titulus VII. De uxoribus & cauſis quæ ſæpè contingunt.
1. *Si cum uxore alterius quis concubuerit.*
2. *De ſervis qui hoc commiſerint.*
3. *Si propter libidinem manum injecerit.*
4. *Si indumenta ſuprà genucula elevaverit.*
5. *De diſcriminalibus rejectis.*
6. *De raptu virginum.*
7. *Si quis viduam rapuerit.*
8. *De fornicatione cum libera.*
9. *Si ſervus cum libera fornicaverit.*
10. *Si cum libera manumiſſa fornicaverit.*
11. *Si cum virgine quæ per manum libera miſſa eſt.*
12. *Si cum ancilla alterius.*
13. *Si cum ancilla virgine.*
14. *Si uxorem propriam propter invidiam dimiſerit.*
15. *Si ſponſatam non acceperit.*
16. *Si alterius ſponſam rapuerit.*
17. *Si promiſſione feminam fraudaverit.*
18. *De avorſo per potionem facto.*
19. *Varia de avorſo.*
20. *De diuturna compoſitione, dolore parentum.*
21. *De debilitate avorſi.*
Titulus VIII. De furto.
Cap. 1. *Si liber furtum fecerit.*
2. *Si in publico furaverit.*
3. *Si majorem pecuniam furaverit.*
4. *Si liberum hominem furaverit.*
5. *Si fur nocturno tempore captus in furto.*
6. *Si quis alienum ſervum in furtum ſuaſerit.*
7. *Si neſciens à fure aliquid comparaverit.*
8. *De furto in auro vel aliis ſpeciebus.*
9. *Si quis occultè alienum animal interfecerit.*
10. *Si caſu occiderit alienum animal.*
11. *De tintinnabulo.*
12. *De horto.*
13. *De furtiva re comparata.*
14. *De cuſtodia furtivæ rei.*
15. *De compoſitione à latrone accepta.*
16. *Ut ſacramenta non citò fiant.*
17. *De falſa ſuggeſtione.*
18. *De accuſatione ſervi alterius.*
Titulus IX. De incendio domorum, & earum compoſitione.
Cap. 1. *De immiſſione ignis per noctem.*
2. *De ſcuria liberi.*
3. *De culminum ejectione minorum ædificiorum.*
4. *De igne immiſſo & extincto.*
5. *De diſſipatione domûs.*
6. *De culmine.*
7. *De trabibus.*
8. *De ſpangis, quæ parietes continent.*
9. *De cæteris ædificii ſumptibus.*
10. *De curtis diſſipatione.*
11. *De ſepe rupta.*
12. *De ſignis ob defenſionem poſitis.*
13. *De via publica.*
14. *De via convicinali.*
15. *De ſemita.*
16. *De fonte.*
Titulus X. De violentia.
Cap. 1. *De curte.*
2. *De Domo.*
Titulus XI. De terminis ruptis.
Cap. 1. *De limitibus.*
2. *De limitibus caſu motis.*
3. *De contentione terminorum.*
4. *De novo termino prohibendo.*
5. *De ſignis non evidentibus.*
6. *De jacentibus columnis.*
7. *De materiis non elevatis.*
Titulus XII. De pignoribus.
Cap. 1. *Ut nemini liceat pignorare.*
2. *De eo qui non vult juſtitiam facere.*
3. *Si contra legem pignoraverit.*
4. *Si porcos in pignus tulerit.*
5. *Si oves tulerit in pignus.*
6. *Si meſſem vel prata araverit.*
7. *Si meſſem maturam furaverit.*
8. *Si alterius initiaverit meſſem.*
9. *Si ſervum ad fugiendum ſuaſerit.*
Titulus XIII. De vitiatis animalibus, & eorum compoſitione.
Cap. 1. *De animalibus vitiatis.*
2. *Qui ea in ſepem compulerit.*
3. *Si Dominus ſepis hoc fecerit.*
4. *Statim ſi mortua non fuerint.*
5. *Si confeſſus eſt, recipiat eum.*
6. *De reſtituendis animalibus.*
7. *Si læſum recipere noluerit.*
8. *Si oculum alterius animalis excuſſerit.*
9. *Si bovis cornu.*
10. *Si caudam amputaverit.*
11. *De injuſtè uſis animalibus.*
12. *Ut minimè præſumat animal alienum occidere.*
Titulus XIV. De commendatis & commodatis.
Cap. 1. *De cuſtodia.*
2. *Si aurum quis furaverit.*
3. *De incendio furatis.*
4. *De commendatis furatis.*
5. *De re in contentione poſita.*
6. *De viduis.*

7. *De ſecundis nuptiis.*
8. *De diviſione inter fratres*
9. *De eo qui ſine liberis moritur.*
Titulus XV. De venditionibus.
Cap. 1. *Si quis res alienas vendiderit.*
2. *Si quis poſſeſſionem vendiderit.*
3. *Si à ſervo alieno comparaverit.*
4. *De contentione venditæ rei.*
5 *Si ingenuum hominem vendiderit.*
6. *Si ſervum proprium vendiderit.*
7 *Si ſervus de ſuo fuerit redemptus.*
8. *De commutatione.*
9. *De venditionis forma.*
10. *De arris.*
11. *De firmitate.*
12. *Ut per chartam aut teſtes venditio firmetur.*
13. *De pactis vel placitis.*
Titulus XVI. De teſtibus & eorum cauſis.
1. *De teſtibus, ſi ſuum voluerit vindicare*
2. *Si teſtem habuerit per aurem tractum.*
3. *Si teſtis victus fuerit.*
4. *De diſcordia Judicum.*
5. *Si plures fuerint teſtes.*
Titulus XVII. De campionibus & cauſis quæ ad eos pertinent.
Cap. 1. *Si unus ab altero fuerit interfectus.*
2. *De his qui propriam alodem vendiderunt.*
Titulus XVIII. De mortuis & eorum cauſis.
1 *Si quis mortuum ex monumento ejecerit.*
2. *Si in flumine projecerit.*
3. *De veſtitu mortuorum.*
4. *Si vulneraverit mortuum.*
5. *Si cadaver læſerit.*
6. *Si humaverit mortuum.*
7. *De navibus.*
Titulus XIX. De canibus. Capitula X.
Titulus XX. De accipitribus vel avibus. Capitula VI.
Titulus XXI. De pomariis & nemoribus, atque apibus. Capitula XI.

INCIPIT LEX BAJUVARIORUM.

TITULUS PRIMUS.

De eccleſiaſticis rebus, de libris legis inſtitutionum quæ ad Clerum pertunent, ſeu de Eccleſiarum jure.

Cap. I. *Ut ſi quis liber Bajuvarius vel quiſcunque alodem ſuam, vel quamcumque rem, ad Eccleſiam donare voluerit, liberam habeat poteſtatem*

Si quis liber voluerit & dederit res ſuas ad Eccleſiam pro redemptione animæ ſuæ licentiam habeat de portione ſua, poſtquam cum filiis ſuis partivit. Nullus eum prohibeat, non Rex, non Dux, nec ulla perſona habeat poteſtatem prohibendi ei. Et quicquid donaverit, villas, terram, mancipia, vel aliquam pecuniam, omnia quæcunque donaverit pro redemptione animæ ſuæ, hoc per epiſtolam confirmet propriâ manu ſuâ ipſe, & teſtes adhibeat ſex vel ampliùs. Si voluerint, imponant manus ſuas in epiſtola, & nomina eorum notentur ibi quos ipſe rogaverit. Et tunc ipſam epiſtolam ponat ſuper altare, & ſic tradat ipſam pecuniam coram Sacerdote qui ibidem ſervit. Et poſt hæc nullam habeat poteſtatem exindè quicquam auferre, nec ipſe nec poſteri ejus, niſi defenſor Eccleſiæ ipſius per beneficium præſtare voluerit ei; ſed apud Epiſcopum defendatur res Eccleſiæ, quicquid à Chriſtianis ad Eccleſiam Dei datum fuerit.

II. *De his qui contra Legem Eccleſiam fraudare voluerint.*

Si aliqua perſona contra res Eccleſiæ injuſtè agere voluerit, vel de rebus Eccleſiæ abſtrahere voluerit, ſive ille qui dedit, vel de heredibus ejus, aut qualiſcunque homo præſumpſerit, inprimis incurrat Dei judicium & offenſionem ſanctæ Eccleſiæ, & Judici terreno perſolvat auri uncias tres, & illas res Eccleſiæ reddat, & alias ſimiles addat, Rege cogente vel Principe qui in illa regione Judex eſt.

III. *De furtis Eccleſiæ, quomodò componantur.*

1. Si quis res Eccleſiæ furaverit, & exinde probatus fuerit, de qualicunque re niungeldos ſolvat, id eſt, novem capita reſtituat. Et ſi negare voluerit, ſecundùm qualitatem pecuniæ juret in altari de qua Eccleſia furaverit. De una ſaiga ſolus juret, De duabus ſaigis, vel tribus, & uſque ad tremiſſem, cum uno ſacramentale juret Deinde uſque ad quatuor tremiſſes cum tribus ſacramentalibus juret.

2. Et ſi ampliorem pecuniam furaverit, aut caballum, aut bovem, aut vaccam, vel

vel quicquid plus valet quàm quatuor tremiſſes, & negare voluerit, tunc cum ſex ſacramentalibus juret, & ipſe ſit ſeptimus, in altare coram populo & Preſbytero.

3. Si autem de miniſterio Eccleſiæ aliquid furaverit, id eſt, calicem, aut patenam, vel pallam, aut qualemcunque rem de infra Eccleſia furaverit, & probatus fuerit, trimniungeldo ſolvat, hoc eſt, ter novem reſtituat. Et ſi negare voluerit, ſecundùm qualitatem pecuniæ juret cum xij ſacramentalibus in ipſo altare.

IV. *De his qui ſervum Eccleſiæ ad fugiendum ſuaſerint.*

1. Si quis ſervum Eccleſiæ vel ancillam ad fugiendum ſuaſerit, & eos foràs terminum duxerit, & exinde probatus fuerit, revocet eum celeriter, & cum quindecim ſolidis componat auro adpretiatis, pro qua re præſumpſerit hoc facere. Et dum illum revocat, alium mittat in loco pro pignore, donec illum reddat quem in fuga duxit. Et ſi non potuerit illum invenire, tunc alium donet ſimilem illi, & quindecim ſolidos componat.

2. Ità & de ancilla, ſecundùm quod valet, ſimiliter faciat.

V. *De his qui ſervum Eccleſiæ ſine mortali crimine interemerint.*

Si quis ſervum Eccleſiæ ſine mortali culpa occiderit per præſumptionem, duos ſimiles reſtituat pro illo quem occidit. Et ſi negare voluerit, cum duodecim ſacramentalibus juret in altare in illa Eccleſia cujus ſervum occidit.

VI. *De his qui res Eccleſiæ igne cremaverint.*

1. Si quis res Eccleſiæ igne cremaverit per invidiam more furtivo in nocte, & inventus fuerit: ſi ſervus eſt, tollantur manus ejus & oculi ejus, ut ampliùs non valeat facere malum. Dominus verò ejus omnia ſimilia reſtituat, quicquid in illo incendio arſerit.

2. Et ſi liber homo hoc præſumpſerit facere, & res Eccleſia igne cremaverit, & probatus fuerit, componat hoc ſecundùm legem, id eſt, in primis donet ſexaginta ſolidos auro adpretiatos propter præſumptionem; quia talia auſus fuerat facere. Poſteà omne culmen quod in illo incendio cecidit, cum viginti quatuor ſolidis componat, & quicquid ibi arſerit, omnia ſimilia reſtituat. Et quanti homines ibi intus fuerint, & inlæſi de incendio evaſerint, uniquique cum ſua hreuvavunti componat. Et ſi ibi aliquis læſus fuerit vel mortuus, ac ſi ipſe cum propria manu fecerit, ſic ſecundùm perſonam uniuſcujuſque componat. Et ſi hoc negare voluerit, cum viginti quatuor ſacramentalibus nominatis juret, in altare evangelio ſuperpoſito, coràm defenſore Eccleſiæ. Lex Baiuvariorum.

3. Et quiſquis de rebus Eccleſiæ furtivis probatus fuerit, ad partem fiſci pro fredo præbeat fidejuſſorem, & donet wadium de quadraginta ſolidis, & tantùm ſolvat quantùm Judex jufferit; & quantùm duriùs ſolverit, tantùm firmior erit pax Eccleſiæ.

VII. *De his qui rei ſunt, & confugium fecerint ad Eccleſiam.*

1. Si culpabilis aliquis confugium ad Eccleſiam fecerit, nullus eum vi abſtrahere auſus ſit, poſtquam januam Eccleſiæ intraverit, donec interpellat Preſbyterum Eccleſiæ vel Epiſcopum.

2. Si Preſbyter repræſentare auſus non fuerit, & ſi talis culpabilis eſt ut dignus ſit diſciplinâ, cum conſilio Sacerdotis hoc faciat, quia ad Eccleſiam confugium fecit.

3. Nulla ſit culpa tam gravis, ut vita non concedatur propter timorem Dei & reverentiam Sanctorum; quia Dominus dixit: *Qui dimiſerit, dimittetur ei. Qui non dimiſerit, nec ei dimittetur.* Matth. 6.

4. Si quis autem homo contumax & ſuperbus timorem Dei vel reverentiam Eccleſiarum ſanctarum non habuerit, & fugientem ſervum ſuum, vel quem perſecutus fuerit, de Eccleſia vi abſtraxerit, & Deo honorem non dederit, componat ad ipſam Eccleſiam quadraginta ſolidos, Judice cogente; & pro fredo ad fiſcum quadraginta ſolidos, ut ſit honor Deo & reverentia Sanctorum, & Eccleſia Dei ſemper invicta ſit. Capitular. lib. 5. cap. 337.

VIII. *De compoſitione Miniſtrorum Eccleſiæ, quomodò componantur.*

1. Si quis Miniſtros Eccleſiæ, id eſt, Subdiaconum, Lectorem, Exorciſtam, Acolytum, Oſtiarium, de iſtis aliquem injuriaverit, aut percuſſerit, vel plagaverit, vel occiderit, componat hoc dupliciter, ſicut ſolent componi parentes ejus. Ibid. 336.

2. Illi qui ſunt Miniſtri altaris Dei, duplicem compoſitionem accipiant.

3. Alii autem Clerici componantur ſicut parentes eorum.

IX. *De Monachis.*

Monachi autem qui ſecundùm regulam in monaſterio vivunt, & illi dupliciter componantur ſecundùm genealogiam ſuam, ut reverentia ſit Dei, & pax eis qui illi deſerviunt. Ibid.

LEX BAJUVARIORUM.

X. *De Preſbyteris vel Diaconibus, quomodò componantur.*

1. Si quis Preſbyterum vel Diaconum quem Epiſcopus in parochia ordinavit, vel qualem plebs ſibi recipit ad Sacerdotem, quem eccleſiaſtica ſedes probatum habet, injuriâ affecerit, vel plagaverit, tripliciter eum componat.

2. Si autem Preſbyterum occiderit, ſolvat trecentos ſolidos auro adpretiatos. Si aurum non habet, donet aliam pecuniam, mancipia, terram, vel quicquid habet, uſque dum impleat.

3. Diaconum verò cum ducentis ſolidis ſolvat.

4. Utroſque ad illam Eccleſiâm ubi Miniſtri fuerunt, Epiſcopo requirente, & Judice cogente, qui in illa provincia ſunt ordinati.

5. Et pro fredo in publico ſolvat ſolidos ſexaginta, ut exinde ſit reverentia Sacerdotum, & honor eccleſiaſticus non contemnatur, neque præſumptio creſcat in plebe.

XI. *De ſolis Epiſcopis, & illorum interfectione.*

1. Si quis Epiſcopum quem conſtituit Rex, vel populus elegit ſibi Pontificem, occiderit, ſolvat eum Regi vel plebi, aut parentibus, ſecundùm hoc edictum. Fiat tunica plumbea ſecundùm ſtaturam ejus, & quod ipſa penſaverit, auro tantùm donet qui eum occidit. Et ſi aurum non habet, donet aliam pecuniam, mancipia, terram, villas, vel quicquid habet, uſque dum impleat debitum. Et ſi non habet tantam pecuniam, ſeipſum & uxorem & filios tradat ad Eccleſiam illam in ſervitium uſque dum ſe redimere poſſit. Hoc per imperium Regis vel Judicis fiat. Et illa pecunia in uſu ipſius Eccleſiæ, ubi Pontifex fuit, ſit firmata uſque in perpetuum.

2. Et ſi Epiſcopus contra aliquem culpabilis apparet, non præſumat eum occidere, quia ſummus Pontifex eſt; ſed mallet eum ante Regem vel Ducem, aut ante plebem ſuam.

3. Et ſi convictus crimen negare non poſſit, tunc ſecundùm Canones ei judicetur.

4. Si talis eſt culpa ut deponatur, deponatur aut exilietur. De homicidio, de fornicatione, de conſenſu hoſtili, ſi infra provinciam inimicos invitaverit, & eos perdere voluerit quos ſalvare debuerat, pro iſtis culpis damnetur.

XII. *De Sanctimonialibus vel Deo dicatis.*

Si quis Sanctimonialem, hoc eſt, Deo dicatam, de monaſterio traxerit, & eam ſibi in conjugio duxerit contra legem eccleſiaſticam, requirat eam Epiſcopus civitatis illius, cum conſilio Ducis; velit nolit, tamen reddat eam ad illud monaſterium unde eam tulit, & componat ad illud monaſterium dupliciter ſicut ſolet componere qui alienam rapit ſponſam. Scimus illum crimini eſſe obnoxium, qui alienam ſponſam rapit; quantò magis ille obnoxius eſt crimini, qui Chriſti uſurpavit ſponſam! Et ſi noluerit emendare & reddere, expellatur de provincia, dicente Apoſtolo: *Auferte malum à vobiſmet ipſis*; & iterum: *Tradere hujuſmodi ſatanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini.* I. Cor. 5.

XIII. *De Presbyteris & Diaconibus, ut minimè habitent cum mulieribus.*

1. De Preſbyteris vel Diaconis, & de eccleſiaſticis Miniſtris, ut nullo Preſbytero vel Diacono liceat habere ſecum in domo extraneam feminam, ne per illam occaſionem decipiatur, & pollutus offerat ſacrificium Deo, nec plebs per ejus offenſionem corruat, & plagam ſuſtineat.

2. Propterea qui gradu ſacerdotali fulciuntur, extranearum mulierum interdicta conſortia cognoſcant; hâc eis tantùm facultate conceſsâ, ut matres, filias, atque ſorores germanas inter domorum ſuarum ſepta contineant. In his enim nihil ſuſpecti criminis æſtimare fœdus naturale permittit; illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur affectio. Lib. 3. tit. 2. Cod. Theod. L. 44. de Ep. & Cler. *Vide* Cujacium, lib. 2. Obſerv. cap. 29.

3. De ceteris cauſis Preſbyteri, Diaconi, vel Clerici ab Epiſcopis ſecundùm illorum canones judicentur.

XIV. *De colonis vel ſervis Eccleſiæ, qualiter ſerviant.*

1. De colonis vel ſervis Eccleſiæ, qualiter ſerviant, vel qualia tributa reddant, hoc eſt, agrarium ſecundùm æſtimationem Judicis, provideat hoc Judex; ſecundùm quòd habet, donet. De triginta modiis tres donet, & paſcuarium deſolvat ſecundùm uſum provinciæ.

2. Andecenas legitimas, hoc eſt, perticam decem pedes habentem, quatuor perticas in tranſverſo, quadraginta in longo, arare, ſeminare, claudere, colligere & trahere, & recondere. Pratum arpento uno claudere, ſecare, colligere & trahere. A tremiſſe unuſquiſque accola ad duo modia ſationis excolligere, ſeminare, colligere, & recondere debeat. Et vineas

plantando claudere, fodere, propaginare, præcidere, vindemiare.

3. Reddant decimum faſcem de lino; de apibus decimum vas, pullos quatuor, ova quindecim reddant.

4. Parafredos donent, aut ipſi vadant ubi eis injunctum fuerit. Angarias cum carro faciant uſque quinquaginta leugas; ampliùs non minentur.

5. Ad caſas dominicas ſtabulare, fœnile, granicam, vel tuninum recuperando, pedituras rationabiles accipiant; & quando neceſſe fuerit, omninò componant. Calcefurnum ubi propè fuerit, ligna aut petras quinquaginta homines faciant; ubi longè fuerit, centum homines debeant exire; & ad civitatem, vel ad villam, ubi neceſſe fuerit, ipſam calcem trahant.

6. Servus autem Eccleſiæ ſecundùm poſſeſſionem ſuam reddat tributa. Operâ verò tres dies in hebdomada in dominico operetur, tres verò ſibi faciat. Si verò dominus ejus dederit ei boves aut alias res quas habet, tantùm ſerviat quantùm ei per poſſibilitatem impoſitum fuerit; tamen injuſtè neminem opprimat.

TITULUS II.

De Ducibus & eorum cauſis quæ ad eos pertinent.

Cap. I. *Si quis de morte Ducis conciliatus fuerit.*

1. SI quis contra Ducem ſuum, quem Rex ordinavit in provincia illa, aut populus ſibi elegerit Ducem, de morte ejus conciliatus fuerit, & exinde probatus negare non poteſt, in Ducis ſit poteſtate homo ille & vita illius, & res ejus infiſcentur in publico.

2. Et hoc vitetur, ne ſit per occaſionem factum, ſed probata res expediat veritatem; nec ſub uno teſte, ſed ſub tribus teſtibus perſonis coæqualibus, ſit probatum. Si autem unus fuerit teſtis, & ille alter negaverit, tunc Dei accipiant judicium: exeant in campo; & cui Deus dederit victoriam, illi credatur. Et hoc in præſentia populi fiat, ut per invidiam nullus pereat.

3. Ut nullus Bajuvarius alodem aut vitam ſine capitali crimine perdat, id eſt, ſi aut in necem Ducis conciliatus fuerit, aut inimicos in provinciam invitaverit, aut civitatem capere ab extraneis machinaverit, & exinde probatus inventus fuerit, tunc in Ducis ſit poteſtate vita ipſius, & omnes res ejus & patrimonium.

4. Cætera verò quæcunque commiſerit peccata, quouſque habet ſubſtantiam, componat ſecundùm legem. Lex Bajuvariorum.

5. Si verò non habet, ipſe ſe in ſervitio deprimat, & per ſingulos menſes vel annos quantùm lucrare quiverit, perſolvat cui deliquit, donec debitum univerſum reſtituat.

II. *Si quis Ducem ſuum occiderit.*

Si quis Ducem ſuum occiderit, anima illius pro anima ejus ſit: mortem quam intulit recipiat, & res ejus infiſcentur in publico in ſempiternum.

III. *Si quis ſeditionem excitaverit contra Ducem ſuum.*

1. Si quis ſeditionem ſuſcitaverit contra Ducem ſuum, quod Bajuvarii *karmulam* dicunt, per quem in primis fuerit levatum componat Duci ſexcentos ſolidos.

2. Alii homines qui eum ſecuti ſunt illi ſimiles, & conſilium cum ipſo habuerunt, unuſquiſque cum ducentis ſolidis componat.

3. Minores populi qui eum ſecuti ſunt, (& liberi ſunt *), cum quadraginta ſolidis componant, ut tale ſcandalum non naſcatur in provincia. * Deſunt in Th.

IV. *Si quis in exercitu ſcandalum excitaverit.*

1. Si quis in exercitu, quem Rex ordinavit vel Dux de provincia illa, ſcandalum excitaverit infra proprium hoſtem, & ibi homines mortui fuerint, componat in publico ſexcentos ſolidos.

2. Et quiſquis ibi aut percuſſiones, aut plagas, aut homicidium fecerit, componat ſicut in lege habetur, unicuique ſecundùm ſuam genealogiam.

3. Et ille homo qui hæc commiſit; benignum reputet Regem vel Ducem ſuum, ſi ei vitam conceſſerint.

4. De minoribus autem hominibus, ſi in hoſte ſcandalum commiſerint, in Ducis ſit poteſtate qualem pœnam ſuſtineant.

5. Et ille uſus eradicandus eſt, ut non fiat. Solet enim propter pabula equorum vel propter ligna fieri ſcandalum, quando aliqui defendere volunt caſas vel ſcurias ubi fœnum vel granum inveniunt. Hoc vetandum eſt ne fiat; ut ſi quis invenerit pabula vel ligna, tollat quantùm vult, & nemini vetet tollenti, ut per hoc ſcandalum non naſcatur.

6. Si quis hoc auſus fuerit facere, aut contradicere aliquid quod lex vetat, ille tunc, ſi inventus fuerit, coram Duce diſciplinæ hoſtili ſubjaceat, vel ante Comi-

LEX BAJUVARIORUM. * Iſta deſunt in edit. Tilii, & in Codice Met. & Th. & in R.

tem ſuum quinquaginta gamaſtas *, id eſt, quinquaginta percuſſiones accipiat.

V. *Si quis infrà provinciam, ubi Dux exercitum ordinaverit, ſine Ducis juſſione aliquid prædaverit.*

1. Si quis in exercitu infra provinciam ſine juſſione Ducis ſui per forciam hoſtilem aliquid (deprædare *) voluerit, aut fœnum tollere aut granum, vel caſas incendere, hoc omnino teſtamur ne fiat; & exinde curam habeat Comes in ſuo comitatu. Ponat ordinationem ſuam ſuper Centuriones & Decanos, ut unuſquiſque provideat ſuos quos regit, ut contra legem non faciant.

2. Et ſi aliquis præſumptuoſus hoc fecerit, à Comite illo ſit requirendum cujus homo hoc fecit.

3. Et ſi ille Comes neglexerit inquirere quis hoc fecit, ille omnia de ſuis rebus reſtituat; tamen tempus requirendi habeat.

4. Et ſi talis homo potens hoc fecerit quem ille Comes diſtringere non poteſt, tunc dicat Duci ſuo, & Dux illum diſtringat ſecundùm legem.

5. Si liber eſt, quadraginta ſolidis ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat.

6. Si ſervus hoc fecerit, capitali ſubjaceat ſententiæ. Dominus verò ejus omnia ſimilia reſtituat, quia ſervo ſuo non conteſtavit ut talia non faceret; quia ſi voſmetipſos comeditis, citò deficietis.

7. Comes tamen non neglegat cuſtodire exercitum ſuum, ut non faciant contra legem in provincia ſua.

VI. *Si quis in exercitu aliquid furaverit.*

1. Si quis in exercitu aliquid furaverit, paſtoriam, capiſtrum, frenum, feltrum, vel quæcunque involaverit, & probatus fuerit, ſi ſervus eſt, perdat manus ſuas; dominus verò ejus ipſam rem, ſi habet, aut ſimilem reddat.

2. Si autem liber homo hoc fecerit, cum quadraginta ſolidis redimat manus ſuas, & quod tulit reddat.

VII. *Si quis in utilitate Ducis vel domini ſui mortuus fuerit.*

1. Si quis homo in utilitatem domini ſui in exercitu, vel ubicunque dominus ejus eum miſerit, perrexerit, & ibi mortuus fuerit, & quærit opinionem facere domino ſuo vel populo ſuo, heredes ejus nunquam ſint dejecti de hereditate ejus, quamvis qualeſcunque ſint; ſed Dux eos defendat uſque dum ipſi poſſint.

2. Tunc enim unuſquiſque non tardat voluntatem domini ſui facere quando ſperat ſe exinde munus accipere, ſi inde vivens evaſerit. Et ſi propter hoc mortuus fuerit, credat quòd filii ejus aut filiæ poſſideant hereditatem ejus, nullo inquietante; tunc fidens & promptus eſt ut impleat juſſionem.

VIII. *Si quis Regis vel Ducis ſui juſſione hominem interfecerit.*

1. Si quis hominem per juſſionem Regis vel Ducis ſui, qui illam provinciam in poteſtate habet, occiderit, non requiratur ei, nec faidoſus ſit, quia juſſio domini ſui fuit, & non potuit contradicere juſſionem; ſed Dux defendat eum & filios ejus pro eo. V. 367.

2. Et ſi Dux ille mortuus fuerit, alius Dux qui in loco ejus accedit, defendat eum.

IX. *De Duce, ſi protervus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis fuerit, atque decretum Regis contempſerit.*

Si quis autem Dux de provincia illa, quem Rex ordinaverit, tam audax aut contumax, aut levitate ſtimulatus, ſeu protervus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis fuerit, qui decretum Regis contempſerit, donatu dignitatis ipſius ducati careat, etiam & inſuper ſpem ſupernæ contemplationis ſciat ſe eſſe condemnatum, & vim ſalutis amittat.

X. *De filiis Ducum, ſi protervi fuerint.*

1. Si quis filius Ducis tam ſuperbus vel ſtultus fuerit, ut patrem ſuum dehoneſtare voluerit per conſilium malignorum, vel per fortiam, & regnum ejus auferre ab eo, dum adhuc pater ejus poteſt judicio contendere, in exercitu ambulare, populum judicare, equum viriliter aſcendere, arma ſua vivaciter bajulare, nec eſt ſurdus, nec cæcus, in omnibus juſſionem Regis poteſt implere, ſciat ſe ille filius contra legem feciſſe, & de hereditate patris ſui ſe eſſe dejectum, & nihil ampliùs ad eum pertinere de facultatibus patris ſui: & hoc in poteſtate Regis vel patris ſui erit ut exiliet eum, ſi vult.

2. Nihil aliud habeat in poteſtatem, niſi quod per miſericordiam Rex vel pater ejus dare ei voluerint.

3. Et ſi ſupervixerit patrem ſuum, & alios fratres habuerit, non dent ei portionem, quia contra legem peccavit in patrem ſuum.

4. Et ſi ille ſolus de heredibus ejus ſupervixerit patrem ſuum, in Regis erit poteſtate; cui vult donet, aut illi, aut alteri.

XI. *De eo qui ſcandalum in curte Ducis commiſerit.*

1. Si quis in curte Ducis ſcandalum commiſerit, ut ibi pugna fiat per ſuperbiam ſuam, vel per ebrietatem, quicquid ibi factum fuerit, omnia ſecundùm legem componat, & propter ſtultitiam ſuam in publico componat quadraginta ſolidos.

2. Si qui hæc commiſit, ſervus eſt alicujus, manus perdat.

3. Nullus unquam præſumat in curte Ducis ſcandalum committere.

XII. *Ut nullus in campiones ſine juſſu manus injiciat.*

1. Si quis in curte Ducis, vel ubicunque pugnaverint campiones, manus ad levandum miſerit antequam ille jufſerit cui commendatum eſt prævidere, ſi liber eſt, quadraginta ſolidos componat in publico. Si ſervus, manum ſuam ibi dextram perdat, aut dominus ejus redimat eam cum viginti ſolidis.

2. Vetanda eſt talis cauſa unde ſcandalum ſolet naſci.

XIII. *De his qui in curte Ducis aliquid furaverint.*

1. Si quis infra curtem Ducis aliquid involaverit, quia domus Ducis domus publica eſt, trimniungeldum componat, hoc eſt, ter novem donet liber homo. Servus verò niungeldo ſolvat, aut manus perdat.

2. Et ſi aliquid invenerit in curte Ducis quaſi per neglectum jacere, & id tulerit, & ſuper noctem celaverit, per furtum reputetur, in publico duodecim ſolidos componat.

XIV. *De his qui juſſionem Ducis contempſerint.*

Si quis juſſionem Ducis ſui contempſerit, vel ſignum quale viſus fuerit Dux tranſmittere, aut annulum, aut ſigillum, ſi neglexerit venire aut facere quod juſſum eſt, duodecim ſolidos pro neglecto donet in publico, & ſic impleat juſſionem.

XV. *Ut placita fiant per Kalendas.*

1. Ut placita fiant per Kalendas, aut poſt quindecim dies, ſi neceſſe eſt, ad cauſas inquirendas, ut ſit pax in provincia, & omnes liberi conveniant conſtitutis diebus ubi Judex ordinaverit, & nemo ſit auſus contemnere venire ad placitum. Qui infra illum comitatum manent, ſive Regis vaſſi, ſive Ducis, omnes ad placitum veniant. Et qui neglexerit venire, damnetur duodecim ſolidis.

2. Comes verò ſecum habeat Judicem, qui ibi conſtitutus eſt judicare, & librum legis, ut ſemper rectum judicium judicet de omni cauſa quæ componenda eſt. Lex Baiuvariorum.

3. Qui contra legem fecit, componat ſicut lex habet, & donet wadium Comiti illo de fredo ſic ut lex eſt.

XVI. *Ut Judex partem ſuam accipiat.*

Judex verò partem ſuam accipiat de cauſa quam judicavit. De tribus ſolidis tremiſſem accipiat, de ſex ſolidis duos tremiſſes accipiat, de novem ſolidis unum ſolidum accipiat. De omni compoſitione ſemper nonam partem accipiat, dum rectum judicat.

XVII. *Qualis Judex fieri debeat.*

Judex autem talis ordinetur qui veritatem ſecundùm hoc edictum judicet: non ſit perſonarum acceptor, neque cupidus pecuniæ. Perit lex cupiditatis amore: præmia & dona legibus vires tulerunt: impunita manet malè vivendi licentia: propterea talis conſtituatur Judex qui plus diligat juſtitiam quàm pecuniam.

XVIII. *Si Judex propter munera injuſtè judicaverit.*

Judex ſi acceptâ pecuniâ malè judicaverit, ille qui injuſtè aliquid ab eo per ſententiam judicantis abſtulerit, ablata reſtituat. Nam Judex qui perperam judicaverit, in duplum ei cui damnum intulerit cogatur exſolvere, quia ferre ſententiam contra legum noſtrarum ſtatuta præſumpſit, & in fiſco cogatur quadraginta ſolidos perſolvere.

XIX. *Si per ignorantiam malè judicaverit.*

Si verò nec per gratiam, nec per cupiditatem, ſed per errorem injuſtè judicaverit, judicium ipſius, in quo erraſſe cognoſcitur, non habeat firmitatem; Judex verò non vocetur ad culpam.

XX. *De Ducum genealogia, ut duplum honorem accipiant, & de eorum compoſitione.*

1. De genealogia qui vocantur *Huóſi*, *Throzza*, *Sagana*, *Hahilingua*, *Aennion*, iſti ſunt quaſi primi poſt Agilolfingos, qui ſunt de genere ducali. Illis enim duplum honorem concedimus. Et ſic duplam compoſitionem accipiant.

2. Agilolfingi verò uſque ad Ducem in quadruplum componuntur, quia ſummi Principes ſunt inter ſuos. Vide Greſſer. de cruce, p. 408.

3. Dux verò qui præeſt in populo, ille ſemper de genere Agilolfingorum fuit, & debet eſſe; quia ſic Reges anteceſſores noſtri conceſſerunt eis, ut qui genere illorum fidelis Regi erat & prudens, ipſum conſtituerent Ducem ad regendum populum illum.

LEX BAJUVARIORUM.

4. Et pro eo quia Dux eſt, addatur ei major honor quam cæteris parentibus ejus, ſic ut tertia pars addatur ſuper hoc quod parentes ejus componuntur. Si vita parentorum ejus aufertur, cum ſexcentis quadraginta ſolidis componuntur. Dux verò cum nongentis quadraginta ſolidis componitur parentibus, aut Regi, ſi parentes non habuerit.

5. Et ſecundùm hoc edictum alia compoſitio ſequatur, qualiter parentes ejus componi ſolent. Itaque ſi Duci aliquid acceſſerit à coæqualibus ſuis, ſic eum componere debet. Ubi compoſitio parentorum ejus eſt in quatuor ſolidis, Duci verò ſex ſolidis. Ubi illorum in ſex ſolidis, Duci verò in novem. Ubi verò illis dantur duodecim ſolidi, Duci autem octodecim. Sic ſemper addatur tertia pars ſupra in Ducis cauſa uſque in noviſſimam quæſtionem quæ ſolet inter homines contingere.

TITULUS III.

De liberis, quomodò componantur.

I. *Si quis liberum percuſſerit per iram.*

1. SI quis liberum per iram percuſſerit, quod *puliſlac* vocant, unum ſolidum donet.

2. Si ei ſanguinem fuderit, ſolidum unum & ſemis componat.

3. Si in eum contra legem manus injecerit, quod *infanc* dicunt, tres ſolidos donet.

4. Si in eo venam percuſſerit, ut ſine igne ſanguis ſtagnare non poſſit, quod *athargrati* dicunt, vel in capite teſta appareat, quod *gebulskini* vocant, & ſi os fregerit, & pellam non fregerit, quod *palepruſt* dicunt; & ſi talis plaga ei fuerit quæ tumens ſit, ſi aliquid de iſtis contigerit, cum ſex ſolidis componat.

5. Si os tulerit de plaga de capite, vel de brachio ſupra cubitum, cum ſex ſolidis componat.

6. Si cervella in capite appareat, vel interiora membra plagata fuerint, quod *hreuvavunt* dicunt, cum duodecim ſolidis componat.

7. Si quis eum funibus ligaverit contra legem, duodecim ſolidos componat.

8. Si eum per vim implexaverit, & non ligaverit, quod *hropant* dicunt, cum ſex ſolidis componat.

9. Si quis libero oculum eruerit, vel manum vel pedem tulerit, cum quadraginta ſolidis componat.

10. Et ſi talis plaga vel fractura fuerit ut exinde mancus ſit, cum viginti ſolidis componat.

11. Si quis alicujus pollicem abſciderit, cum viginti ſolidis componat.

12. Et ſi proximum a pollice vel minimum abſciderit, cum novem ſolidis componat, unum ſic, & alium ſic.

13. Illos medianos duos digitos cum decem ſolidis componat, unum cum quinque ſolidis, & alium cum quinque.

14. Et ſi non fuerint abſciſi, & eſt mancus, & ſtat rectus ut non poſſit plicari, hoc impedimentum eſt ad arma bajulare, major eſt compoſitio quàm de abſciſo, tertiam partem ſuperaddat. Ad duodecim adde quatuor, fiunt ſexdecim. Ad novem adde tria, fiunt duodecim. Ad quinque adde duo & tremiſſe, fiunt ſeptem ſolidi & tremiſſe. Sic enim debes judicare, & ſic componere.

15. Si quis alicui brachium ſupra cubitum tranſpunxerit, cum ſex ſolidis componat.

16. Si ante cubitum tranſpunxerit, cum tribus ſolidis componat.

17. Si quis alicui naſum tranſpunxerit, cum novem ſolidis componat.

18. Si quis aurem tranſpunxerit, tres ſolidos componat.

19. Si quis aurem alicui abſciderit, cum viginti ſolidis componat.

20. Si eum ſic plagaverit ut inde ſurdus fiat, cum quadraginta ſolidis componat.

21. Si aurem maculaverit ut exinde turpis appareat, quod *lidſcarſti* vocant, cum tribus ſolidis componat.

22. Labium ſubterius ſimiliter componat, & palpebram ſubteriorem ſimili modo. Si ſic plagaverit ut lacrymam continere non poſſit, vel ſubterius labium ſalivam non continet, tunc cum ſex ſolidis componat.

23. Superiorem verò palpebram vel ſuperius labium ſi maculaverit, cum tribus ſolidis componat.

24. Si quis alicui dentem maxillarem, quem *marchzant* vocant, excuſſerit, cum duodecim ſolidis componat.

25. Alios verò dentes ſi excuſſerit, unumquemque cum ſex ſolidis componat.

II. *De in ripa projectis.*

Si quis alium de ripa vel de ponte in aquam impinxerit, quod Bajuvarii *inunwant* dicunt, cum duodecim ſolidis componat.

III. *De ab equo projectis.*

Si quis aliquem de equo ſuo depoſuerit, quod *marachſalli* vocant, ſolidos ſex componat.

IV. *De ſcalis projectis.*

Et ſi alicui ſcalam injuſtè ejecerit, vel quodcunque genus accenſionis, & ille deſuper fuerit relictus, quod *inunwant* dicunt, cum duodecim ſolidis componat.

V. *De in ignem projectis.*

Similiter qui in ignem impinxerit, ita ut flamma ſuper caput emineat, cum duodecim ſolidis componat, eò quòd *inunwant* impinxerit.

VI. *De ſagitta intoxicata.*

Si quis cum toxicata ſagitta alicui ſanguinem fuderit, cum duodecim ſolidis componat, eò quòd *inunwant* eſt.

VII. *De potione mortifera.*

Similiter qui potionem hujuſmodi donaverit alicui in quo mortiferum eſſe dinoſcitur, quamvis parvum ſit, aut multum, ſi evaſerit, cum duodecim ſolidis componat.

VIII. *De hoſtiliter cinctis.*

1. Si quis liberum hoſtili manu cinxerit, quod *herireita* dicunt, id eſt, cum quadraginta clypeis, & ſagittam in curtim projecerit, aut quodcunque telorum genus, cum quadraginta ſolidis componat. Duci verò nihilominùs.

2. Si autem minùs fuerint ſcuta, verumtamen ita per vim injuſtè cinxerit, quod *heimzuht* vocant, cum duodecim ſolidis componat.

IX. *De invitis pro pignore obtentis.*

Si quis liberum contra legem per vim pro pignore tenuerit, aut in domo recluſerit hujuſmodi ut liberum non habeat egreſſum, cum quadraginta ſolidis componat.

X. *De porcis diſperſis.*

Si quis liberi porcos propter præſumptionem ejulati aut hujuſmodi ſono ejecerit vel diſperſerit, ubi ſeptuaginta fuerint porci, & ipſe paſtor buccinam portaverit vel porcilem paſtoralem, cum duodecim ſolidis componat.

XI. *De ſimulatis, quod* wancſtodal *dicunt.*

Si quis liber à facie inimicorum ſuorum fugerit, & alius eum per vim conſtare fecerit, aut ſe contra illum paraverit, interdum inimici illius conjunxerint, & interfecerint, & iſte nihil ampliùs commiſerit, nec ipſe tetigerit, quod *wancſtodal* dicunt, cum duodecim ſolidis componat parentibus ſuis.

XII. *De plaga claudicationis.* Lex Baiuvariorum.

Si quis aliquem plagaverit ut exinde claudus fiat, ſic ut pes ejus ros tangat, quod *taudregil* vocant, cum duodecim ſolidis componat,

XIII. *De interfectione liberi hominis.*

1. Si quis liberum hominem occiderit, ſolvat parentibus ſuis, ſi habet. Si autem non habet, ſolvat Duci, vel cui commendatus fuit dum vixit, bis octuaginta ſolidos.

2. De feminis verò eorum ſi aliquid de iſtis actis contingerit, omnia dupliciter componantur. Et quia femina cum armis ſe defendere nequiverit, duplicem compoſitionem accipiat.

3. * Si autem pugnare voluerit per audaciam cordis ſui, ſicut vir, non erit duplex compoſitio ejus; ſed ſicut fratres ejus, ita & ipſa recipiat. * Attic. iſte non extat in Regio.

XIV. *De peregrinis tranſeuntibus viam.*

1. Nemo enim auſus ſit inquietare vel nocere peregrinum; quia alii propter Deum, alii propter neceſſitatem diſcurrunt; tamen una pax omnibus neceſſaria eſt. Capitular. V. 364.

2. Si autem aliquis tam præſumptuoſus fuerit ut peregrino nocere voluerit & fecerit, aut deſpoliaverit, vel læſerit, vel plagaverit, aut ipſum ligaverit, vel vendiderit, aut occiderit, & exinde probatus fuerit, centum ſexaginta ſolidos in fiſco cogatur exſolvere; & peregrino, ſi viventem reliquit, omnem injuriam quam fecit ei, vel quod tulit, dupliciter componat ſicut ſolet unum de infra provincia componere.

3. Si autem eum occiderit, centum ſolidos auro adpretiatos cogatur exſolvere. Si parentes deſunt, fiſcus accipiat, & pro delicto aut pauperibus tribuat, ut poſſit is Dominum propitium habere, qui dixit: *Peregrinum & advenam non contriſtabis de ſuis rebus.* Exod. 22.

4. Si Dux illi conceſſerit aliquid habere, componat octuaginta ſolidos.

XV. *Si ſervus liberum furaverit.*

1. Si verò ſervus liberum furaverit & vendiderit, Dominus ejus ligatum præſentet coram Judice. In Ducis poteſtate ſit diſciplina ejus; aut manus perdat, aut oculos. Sine ſigno nunquam evadat, quamvis delitioſus ſit apud Dominum ſuum.

2. Et ſi Dominus ejus hoc juſſit, aut conſentiens fuit, ſuperiori ſententiæ ſubjaceat ipſe, & illum ſervum perdat.

Lex Baiuvariorum.

TITULUS IV.

De liberis qui per manum dimiſſi ſunt liberi, quomodò componantur.

1. SI quis eum percuſſerit, quod *puliſtac* vocant, cum dimidio ſolido componat.

2. Si ei ſanguinem perfuderit, cum novem ſaigis & ſemis componat.

3. Si in eum contra legem manus injecerit, quod *infanc* dicunt, vel ſi eum plagaverit, ut propter hoc medicum inquirat, vel ſic ut in capite teſta appareat, vel vena percuſſa fuerit, cum ſolido & ſemis componat.

4. Si in eum talem plagam fecerit, ut exinde os tollatur de capite vel de brachio ſupra cubitum, cum ſex ſolidis componat.

5. Si quis eum percuſſerit ut cervella ejus appareat, vel interiora membra vulneraverit, quod *hreuvawant* dicunt, vel eum ligaverit contra legem, cum ſex ſolidis componat.

6. Si quis ei oculum, vel manum, vel pedem excuſſerit, cum decem ſolidis componat.

7. Si quis alicui pollicem abſciderit, cum ſex ſolidis componat.

8. Proximum à pollice & minimum digitum, cum ſolido uno & ſemis componat.

9. Et medianos duos, cum ſolido componat.

10. Si quis eum plagaverit ut exinde claudus permaneat, ſic ut pes ejus ros tangat, cum ſex ſolidis componat.

11. Si eum occiderit, componat eum domino ſuo cum quadraginta ſolidis.

TITULUS V.

De ſervis, quomodò componantur.

1. SI quis ſervum alienum per iram percuſſerit, cum tremiſſe componat.

2. Si ſanguinem fuderit, medium ſolidum donet.

3. Si in eo contra legem *infanc* fecerit, vel in capite plagam, ut teſta appareat, vel vena percuſſa, vel plaga tumens fuerit, cum uno ſolido componat.

4. Si in eo talem plagam fecerit ut exinde fracturas oſſium tollat, cum ſolido & ſemis componat.

4. Si eum plagaverit ut cervella appareat, vel interiora membra vulneraverit, quod *hreuvawnt* vocant; & ſi eum tantùm cœderit & turnaverit uſque dum eum ſemivivum relinquat, hoc cum quatuor ſolidis componat.

6. Si ei oculum vel manum, vel pedem abſciderit, cum ſex ſolidis componat.

7. Si ei pollicem abſciderit, cum quatuor ſolidis componat.

8. Et proximum à pollice & minimum, cum duobus ſolidis componat.

9. Et medianos, cum uno ſolido & ſemis componat.

10. Si ei naſum tranſpunxerit, cum duobus ſolidis & ſemis componat.

11. Si labia ſubteriora maculaverit, vel aurem vel palpebram ſubteriorem maculaverit, cum ſolido & ſemis componat.

12. Superiores verò cum uno ſolido componat.

13. Si ei dentem maxillarem excuſſerit, quem *marchzant* vocant, cum ſex ſolidis componat.

14. Alios verò cum ſolido & ſemis componat.

15. Si aurem ejus abſciderit, cum ſolido & ſemis componat.

16. Si aurem ejus tranſpunxerint, cum uno ſolido componat.

17. Si eum ſurdaverit, vel ſic eum plagaverit ut claudus permaneat, quod *taudregil* vocant; & ſi in aquam impinxerit de ripa vel de ponte, in iſtis cauſis ſemper quatuor ſolidos componat.

18. Si eum occiderit, ſolvat eum domino ſuo viginti ſolidis.

TITULUS VI

De nuptiis & operationibus inlicitis prohibendis.

De nuptiis inceſtis prohibendis

1. NUPTIAS prohibemus inceſtas. Itaque uxorem habere non liceat ſocrum, nurum, privignam, novercam, filiam fratris, filiam ſororis, fratris uxorem, uxoris ſororem. Filii fratrum, filii ſororum inter ſe nullâ præſumptione jungantur

2. S quis contra hæc fecerit, a loci Judicibus ſeparetur, & omnes facultates amittat, quas fiſcus adquirat.

3. Si minores perſonæ ſunt quæ ſe inlicitâ conjunctione polluerunt, careant libertate, & ſervis fiſcalibus adgregentur.

II. *De diebus dominicis.*

1. Si quis die dominico operam ſervilem fecerit liber homo, id eſt, ſi boves junxerit, Capituiat. V. 340.

junxerit, & cum carro ambulaverit, dextrum bovem perdat.

2. Si autem ſepem clauſerit, fœnum ſecaverit, aut meſſem ſecaverit vel collegerit, vel aliquod opus ſervile fecerit die dominico. corripiatur ſemel vel bis. Et ſi non emendaverit, rumpatur dorſus ejus quinquaginta percuſſionibus. Et ſi iterum præſumpſerit operare die dominico. auferatur de rebus ſuis tertia pars. Et ſi nec ſic ceſſaverit, tunc perdat libertatem ſuam, & ſit ſervus qui noluit in die ſancto eſſe liber.

3. Servus autem pro tali crimine vapuletur; & ſi non emendaverit, manum dextram perdat: quia talis cauſa vetanda eſt quæ Deum ad iracundiam provocat, & exinde flagellamur in frugibus, & penuriam patimur.

4. Et hoc vetandum eſt in die dominico, ut quamvis in itinere poſitus cum carro vel cum nave, pauſet die dominico uſque in ſecundam feriam.

5. Et ſi noluerit cuſtodire præceptum Domini, quia Dominus dixit: *Nullum opus ſervile facias in die ſancto, neque tu, neque ſervus tuus, neque ancilla tua, neque bos tuus, neque aſinus tuus, neque ullus ſubjectorum tuorum.* Et qui hoc in itinere vel ubicunque obſervare neglexerit, cum duodecim ſolidis condemnetur; & ſi frequenter hoc fecerit, ſuperiori ſententiæ ſubjaceat.

Levit. 23. Numer. 29. Exod. 20.

III. *Ut liberum ſine mortali crimine non liceat inſervire.*

1. Ut nullum liberum ſine mortali crimine liceat inſervire, nec de hereditate ſua expellere; ſed liberi qui juſtis legibus deſerviunt, ſine impedimento hereditates ſuas poſſideant. Quamvis pauper ſit, tamen libertatem ſuam non perdat, nec hereditatem ſuam. Niſi ex ſpontanea voluntate alicui tradere voluerit, hoc teſtarem habeat faciendi.

2. Qui contra hoc præceptum fecerit, ſive Dux, ſive Judex, ſive aliqua perſona, agnoſcat ſe contra legem feciſſe; ſexaginta ſolidis ſit culpabilis in publico, & liberum quem ſervitio oppreſſerit, vel hereditatem tulit, ad priſtinam libertatem reſtituat, & res ejus reddat quas injuſtè abſtulit, & alias ſimiles reſtituat, & cum quadraginta ſolidis componat illi homini quem contra legem inſervivit.

TITULUS VII.

Lex Bajuvariorum.

De uxoribus & cauſis quæ ſæpe contingunt

I. *Si cum uxore alterius quis concubuerit.*

1. SI quis cum uxore alterius concubuerit libera, componat hoc marito ejus cum ſuo weregildo, id eſt, centum ſexaginta ſolidos.

2. Et ſi in lecto cum illa interfectus fuerit, pro ipſa compoſitione quam debuit ſolvere marito ejus, in ſuo ſcelere jaceat ſine vindicta.

3. Et ſi in lecto calcaverit uno pede, & prohibetur à muliere, & ampliùs nihil fecerit, cum duodecim ſolidis componat, eò quòd injuſtè in extraneum calcavit thorum.

II. *De ſervis qui hoc commiſerint.*

1. Si ſervus hoc fecerit, & interfectus cum libera in extraneo fuerit thoro, viginti ſolidis in ſuo damno minuetur ipſius conjugis weregildus.

2. Cætera verò quæ remanent, dominus ejus cogatur exſolvere uſque dùm repletus fuerit numerus ſceleris compoſitionis.

3. Et ſi ille ſervus evaſerit, & interfectus non fuerit, ſed tamen crimine devictus, dominus ejus reddat eum illi cujus uxorem maculavit, pro viginti ſolidis.

4. Cætera verò omnia perimpleat, pro eo quòd ſervo ſuo diſciplinam minimè impoſuit.

III. *Si propter libidinem manum mulieri liberæ injecerit.*

Si quis propter libidinem liberæ manum injecerit, aut virgini ſeu uxori alterius, quod Bajuvarii *haorcriſt* vocant, cum ſex ſolidis componat.

IV. *Si indumenta ſuprà genucula elevaverit.*

Si indumenta ſuper genucula elevaverit, quod *himilzorun* vocant, cum duodecim ſolidis componat.

V. *De diſcriminalibus rejectis.*

Si autem diſcriminalia ejecerit de capite, quod *walwrſt* dicunt, vel virgini libidinoſè crines de capite extraxerit, cum duodecim ſolidis componat.

VI. *De raptu virginum.*

Si quis virginem rapuerit contra ipſius voluntatem & parentum ejus, cum quadraginta ſolidis componat, & alios quadraginta cogatur in fiſco.

VII. *Si quis viduam rapuerit.*

Si autem viduam rapuerit, quæ coacta ex recto egreditur propter orphanorum & propriam penuriam rerum, cum octuaginta

LEX BAJUVARIORUM.

ſolidis componat, & quadraginta cogatur in fiſco: quia vetanda eſt talis præſumptio, & ejus defenſio in Deo & in Duce atque in Judicibus debet conſiſtere.

VIII. *De fornicatione cum libera.*

Si quis cum libera cum conſenſu ipſius fornicaverit, & nolit eam in conjugium ſociare, cum duodecim ſolidis componat, quia nondum ſponſata, nec à parentibus ſociata, ſed in ſua libidine maculata eſt.

IX. *Si ſervus cum libera fornicaverit.*

Si ſervus cum libera fornicaverit, & hoc repertum fuerit, ille cujus ſervus eſt reddat illum parentibus ejus ad pœnam quam meruit ſuendam, vel ad interficiendum, & ampliùs nihil cogatur exſolvere; quia talis præſumptio excitat inimicitias in populo.

X. *Si cum libera manumiſſa fornicaverit.*

Si cum manumiſſa, quam *frilazin* vocant, & maritum habet, concubuerit, cum quadraginta ſolidis componat parentibus ſuis, vel domino vel marito ejus.

XI. *Si cum virgine quæ per manum libera miſſa eſt.*

Si quis cum virgine quæ dimiſſa eſt libera concubuerit, cum octo ſolidis componat parentibus vel domino.

XII. *Si cum ancilla alterius.*

Si quis cum ancilla alterius maritata concubuerit, cum quatuor ſolidis componat domino.

XIII. *Si cum ancilla virgine.*

Si quis cum ancilla virgine concubuerit, cum tribus ſolidis componat.

XIV. *Si uxorem propriam propter invidiam dimiſerit.*

1. Si quis liber liberam uxorem ſuam ſine aliquo vitio per invidiam dimiſerit, cum quadraginta ſolidis componat parentibus.

2. Mulieri autem dotem ſuam ſecundùm genealogiam ſuam ſolvat legitimè. Et quicquid illa de rebus parentum ibi adduxit, omnia reddantur mulieri illi.

XV. *Si ſponſatam non acceperit.*

Si quis liber, poſtquam ſponſaverit alicujus filiam liberam legitimè, ſicut lex eſt, & eam dimiſerit, & contra legem aliam duxerit, cum viginti quatuor ſolidis componat parentibus, & cum duodecim ſacramentalibus juret de ſuo genere nominatis ut non per invidiam parentum ejus, nec per ullum crimen, eam dimiſiſſet; ſed propter amorem alterius alteram duxerit, & ſit finitum inter illos, & poſteà filiam ſuam donet cui vult.

XVI. *Si alterius ſponſam rapuerit.*

Si quis ſponſam alicujus rapuerit, vel per ſuaſionem ſibi eam duxerit uxorem, ipſam reddat, & componat bis octuaginta ſolidos, hoc eſt, centum ſexaginta.

XVII. *Si promiſſione feminam fraudaverit.*

Si quis liberam feminam ſuaſerit quaſi ad conjugem, & in via eam dimiſerit, quod Bajuvarii *wancluga* vocant, cum duodecim ſolidis componat.

XVIII. *De avorſo per potionem facto.*

Si qua mulier alii potionem dederit ut avorſum faceret, ſi ancilla eſt, ducenta flagella ſuſcipiat; & ſi ingenua, careat libertate, ſervitio deputanda cui Dux juſſerit.

XIX. *Varia de avorſo.*

1. Si quis mulieri ictu quolibet avorſum fecerit, ſi mulier mortua fuerit, tamquam homicida teneatur.

2. Si autem tantùm partus extinguitur, & ſi adhuc partus vivus non fuerit, viginti ſolidos componat.

3. Si autem vivens fuit, weregildum perſolvat quinquaginta & tribus ſolidis & tremiſſe.

4. Si avorſum fecerit, in primis duodecim ſolidos cogatur exſolvere; deinde ipſe & poſteri ſui per ſingulos annos, (id eſt, autumnos *,) ſingulos ſolidos ſolvant uſque in ſeptimam propinquitatem de patre in filios.

* Hæc deſunt in Met.

5. Et ſi neglectum unius anni fecerint, tunc iterùm duodecim ſolidos ſolvere cogantur, & deinceps ordine præfato, donec ſeries rationabilis impleatur.

XX. *De diuturna compoſitione, dolore parentum.*

Propterea diuturnam judicaverunt anteceſſores noſtri compoſitionem (& Judices *) poſtquàm religio Chriſtianitatis inolevit in mundo. Quia diuturnam, poſtquam incarnationem ſuſcepit anima, quamvis ad nativitatis lucem minimè perveniſſet, patitur pœnam; quia ſine ſacramento regenerationis abortivo modo tradita eſt ad inferos.

* Deeſt in Met.

XXI. *De debilitata avorſi.*

1. Si verò ancilla à quacunque perſona debilitata fuerit ut avorſum faceret, ſi adhuc vivus non fuit, cum quatuor ſolidis componat.

2. Si autem jam vivus, decem ſolidos componat. Ancillæ domino reformentur.

TITULUS VIII

De furto.

I. *Si liber furtum fecerit.*

SI quis liber aliquid furaverit, qualemcunque rem, niungeldo componat, hoc eſt, novem capitalia reſtituat.

II. *Si in publico furaverit.*

1. Et ſi in Eccleſia, vel infra curte Ducis, vel infra baſilica, vel in molino aliquid furaverit, ter niungeldum componat, hoc eſt, ter novem reddat, quia iſtæ quatuor domus caſæ publicæ ſunt, & ſemper patentes.

2. Et ſi negare voluerit, ſecundùm qualitatem pecuniæ juret.

3. Si unam ſaigam (id eſt, tres denarios *), furaverit, ſolus juret ſecundùm legem noſtram.

* Hæc deſunt in Her.

4. Si duas ſaigas (hoc eſt, ſex denarios *) vel ampliùs uſque ad unum ſolidum, quod ſunt tres tremiſſes, cum ſacramentali uno juret.

* Hæc deſunt in Her.

5. Et ſi ampliùs quàm ſolidum ſive tres denarios vel plus uſque ad quinque ſolidos furaverit, cum ſacramentalibus ſex juret.

6. Si bovem domitùm vel vaccam mulſam, id eſt, lactantem, furaverit, cum ſex ſacramentalibus juret, vel duo campiones pugnent; & ſortiant de illis cui Deus fortiam dederit.

III. *Si majorem pecuniam furaverit.*

Et ſi majorem pecuniam furaverit, hoc eſt, duodecim ſolidos valentem vel ampliùs, aut equum totidem pretii, vel mancipium, & negare voluerit, cum duodecim ſacramentalibus juret de lite ſua, vel duo campiones propter hoc pugnent.

IV. *Si liberum hominem furaverit.*

1. Si quis liber liberum hominem furaverit & vendiderit, & exinde probatus fuerit, reducat eum, & libertati reſtituat, & cum octuaginta ſolidis componat eum; in publico verò quadraginta ſolidos ſolvat propter præſumptionem quam fecit.

2. Et ſi eum revocare non potuerit, tunc ipſe fur perdat libertatem ſuam pro eo quòd conlibertum ſuum ſervitio tradidit, ſi ſolvere non valet weregildum parentibus, & ampliùs non requiratur.

V. *Si fur nocturno tempore captus in furto.*

Lib. V. Capitular. cap. 343.

Fur nocturno tempore captus in furto, dum res furtivas ſecum portat, ſi fuerit occiſus, nulla ex hoc homicidii querela naſcatur.

VI. *Si alienum ſervum in furtum ſuaſerit.*

LEX BAJUVARIORUM. Lib. V. Capitular. cap. 342.

Si quis alienum ſervum ad furtum ſuaſerit aut aliquid damnoſum in fraudem domini ſui, ut poſſet accuſare eum, & fraus ipſa fuerit detecta per inveſtigationem Judicis, dominus nec ſervum perdat, nec aliquid damni pro compoſitione patiatur; ſed ille cujus conludione crimen admiſſum eſt, tanquam fur damnetur, in novicuplum compoſitionem cogatur exſolvere. Servus verò quod tulit reddat, & inſuper ducentos ictus flagellorum extenſus publicè accipiat.

VII. *Si neſciens à fure aliquid comparaverit.*

1. Si quis de fure neſciens comparavit, V. 344. requirat accepto ſpatio venditorem.

2. Quem ſi non potuerit invenire, probet ſe cum ſacramento & teſtibus innocentem, & quod apud eum cognoſcitur, ex medietate reſtituat, & furem quærere non deſiſtat.

3. Quòd ſi furem celare voluerit perjurans, & poſteà detectus inventus fuerit, tamquam ille fur, ita in crimine damnetur.

VIII. *De furto in auro vel aliis ſpeciebus.*

Si quis aurum, argentum, jumenta, vel pecora, aut quaſcunque res uſque ad ſolidos decem vel ampliùs furaverit, & exinde probatus fuerit, tunc fur comprehenſus Judici tradatur, & ſecundùm legem vindictæ ſubjaceat, aut ei qui perdidit in ſimplo componat. Veruntamen non priùs damnetur ad mortem, quàm vel ſimplum de facultatibus furis componatur.

IX. *Si quis occultè alienum animal interfecerit.*

Si quis occultè in nocte vel in die alienum caballum aut bovem aut aliquod animal occiderit, & negaverit, & poſteà exinde probatus fuerit, tamquam furtivum componat. V. 345.

X. *Si caſu occiderit alienum animal.*

Si quis autem non volens caſu faciente occiderit alienum animal, & non negaverit, conſimile dare non tardet, & cadaver mortuum accipiat. V. 346.

XI. *De tintinnabulo.*

1. Si quis tintinnabulum furaverit de caballo vel de bove, cum uno ſolido componat.

2. Si de vacca, cum duobus tremiſſibus componat.

3. Si de minutis pecoribus, cum tremiſſe componat.

XII. *De horto.*

1. Si quis in hortum furtivè alicujus intraverit, cum tribus ſolidis componat; &

LEX BAJUVARIORUM. quicquid ibi tulit ſecundùm legem furtorum componat.

2. Ita & de pomariis lex ſervanda eſt.

XIII. *De furtiva re comparata.*

V. 347. 1. Ut nullus præſumat furtivam rem comparare infra provinciam. Quod comparare voluerit, priùs inquirat ſi furtivum eſt, an non.

2. Si furtivum præſumpſerit emere, & exinde probatus fuerit, & ſcienter hoc fecit, tunc ſimilem rem donet illi cujus pecuniam comparavit. Et in fiſco pro fredo duodecim ſolidis ſit culpabilis.

XIV. *De cuſtodia furtivæ rei.*

V. 348. 1. Similiter ille qui de manu furis furtivam rem ad cuſtodiendum acceperit, quaſi conſentiens furi, ita componat ſicut ſuperiùs diximus.

2. Aut cum uno ſacramentali juret quod neſcivit furtivum quando comparavit, vel quando commendatum ſuſcepit.

3. Una lex erit utriſque, qui emit furtivum, aut qui commendatum ſuſcepit

4. Si autem ille qui furtivam rem commendatam ſuſcepit, & quærente domino negaverit, ille fur eſt; ſicut ille qui furavit, ita componat ſicut lex habet.

XV. *De compoſitione à latrone accepta.*

1. Ut nemo de probato furto compoſitionem a latrone auſus ſit accipere, niſi ante Judicem ſuum judicetur.

2. Si autem præſumpſerit hoc facere, & celaverit Judici ſuo, tunc latronis culpæ ſubjacebit.

XVI. *Ut ſacramenta non citò fiant.*

V. 349. 1. Ut ſacramenta non citò fiant. Judex cauſam ſuam bene cognoſcat, & priùs veraciter inquirat, ut eum veritas latere non poſſit; nec facilè ad ſacramenta veniatur.

2. Hoc autem volumus inter Bajuvarios in perpetuum cuſtodiri, ut cauſa inveſtigata, & veraciter inventa, apud Judicem ſit judicata. Nulli liceat perjurare; ſed ſicut judicatum eſt, cogatur exſolvere.

3. In his verò cauſis ſacramenta præſtentur in quibus nullam probationem diſcuſſio judicantis invenerit.

XVII. *De falſa ſuggeſtione.*

V. 350. 1. Si quis contra caput alterius falſa ſuggeſſerit, vel pro quacunque invidia de injuſta accuſatione commoverit, ipſe pœnam vel damnum quod alteri intulit, excipiat.

2. Neminem damnes antequam inquiras veritatem. Scriptum eſt enim: *Omnia* I. Theſſal. 5. *probate; quod bonum eſt tenete*

XVIII. *De accuſatione ſervi alterius.*

1. Si quis ſervum alienum injuſtè accuſaverit, & innocens tormenta pertulerit, pro eo quòd innocentem in tormenta tradidit, domino ſimile mancipium reddere non moretur. V. 351.

2. Si verò innocens in tormento mortuus fuerit, duos ſervos ejuſdem meriti ſine dilatione reſtituat.

3. Si non habuerit ſervum aut unde componat, ipſe ſubjaceat ſervituti, quia innocentem fecit occidi.

TITULUS IX.

De incendio domorum, & earum compoſitione.

I. *De immiſſione ignis per noctem.*

1. SI quis ſuper aliquem in nocte ignem impoſuerit, & incenderit liberi vel ſervi domum, in primis ſecundùm qualitatem perſonæ omnia ædificia componat atque reſtituat, & quicquid ibi arſerit, reſtituat. V. 351.

2. Et quanti liberi nudi de ipſo incendio evaſerint, unumquemque cum ſua *krewawunti* componat.

3. De feminis verò dupliciter.

4. Et tunc domûs culmen cum qua draginta ſolidis componat.

II. *De ſcuria liberi.*

1. De ſcuria vero liberi, ſi concluſa parietibus & peſſulis cum clave munita fuerit, cum duodecim ſolidis culmen componat.

2. Si autem ſepta non fuerit, ſed talis quod Bajuvarii *ſcoſ* * dicunt, abſque parietibus, cum ſex ſolidis componat. * Scoſph.

3. De illo granario, quod *parch* appellant, cum tribus ſolidis componat.

4. De mita verò, ſi illam detegerit vel incenderit, cum quatuor ſolidis componat.

5. De minore verò, quod *ſcopar* appellant, cum ſolido uno componat, & univerſa comparilia reſtituat.

III. *De culminum ejectione minorum ædificiorum.*

Si quis deſertaverit, aut culmen ejecerit, quod ſæpe contingit, aut incendio tradiderit uniuſcujuſque, quod *firſtfalli* dicunt, quæ per ſe conſtructa ſunt, id eſt, balnearium, piſtoriam, coquinam, vel cætera hujuſmodi, cum tribus ſolidis componat; & reſtituat diſſipata vel incenſa.

IV. *De igne immiſſo & extincto.*

1. Si autem ignem poſuerit in domo, ita

ut flamma eructuet, & non perarſerit, & à familiis liberata fuerit, unumquemque de liberis cum ſua *hrewawunā* componat, eò quòd illos, *inunwan* quod dicunt, id eſt, in deſperationem vitæ fecerit.

2. Et non componat ampliùs niſi tantùm quantùm ignis conſumpſerit.

3. Ducalis verò diſciplina integra permaneat.

4. Et ſi negare voluerit de iſtis, cum campione ſe defendat, aut cum duodecim ſacramentalibus juret.

5. De ſervorum verò *firſtfalli* uniuſcujuſque, ut manum reſciſſam componat.

V. *De diſſipatione domûs.*

Modò quia de domorum incenſione ſermo perfinitur, cenſemus incongruum non eſſe ut de diſſipatione domûs ædificiorumque compoſitione edifferamus.

VI. *De culmine.*

1. Si quis derelicti, vel quâlibet cauſæ præſumptione, vel inimicitiâ necnon & incuriâ, aut certè hebetatione, liberi culmen ejecerit, domino domûs ſexaginta ſolidos componat.

2. Si eam columnam à qua culmen ſuſtentatur, quam *firſtſul* vocant, cum duodecim ſolidis componat.

3. Si interioris ædificii illam columnam ejecerit quam *winchilſul* vocant, ſex ſolidos componat.

4. Cæteræ verò hujus ordinis componantur cum tribus ſolidis.

5. Exterioris verò ordinis columnam angularem cum tribus ſolidis componat.

6. Illas alias columnas hujus ordinis ſingulas cum ſolidis componat.

VII. *De trabibus.*

Trabes verò ſinguli cum tribus ſolidis componantur.

VIII. *De ſpangis quæ parietes continent.*

Exteriores verò, quas *ſpangas* vocamus, eò quòd ordinem contineat parietum, cum tribus ſolidis componat.

IX. *De cæteris ædificii ſumptibus.*

1. Cætera verò, id eſt, aſſeres, laterculi, axes, vel quicquid in ædificio conſtruitur, ſingula cum ſingulis componantur.

2. Et ſi una perſona hæc omnia commiſerit in alterius ædificio, ampliùs non cogatur ſolvere quàm culminis dejectionem, vel ea quæ majora hujus commiſerint criminis: minora hujus perſonæ non ſequuntur, niſi tantùm reſtituendi ſecundùm legem.

X. *De curtis diſſipatione.* Lex Baiuvariorum.

Si curtem diſſipaverit aut inruperit liber libero, cum tribus ſolidis componat, & reſtituat damnum.

XI. *De ſepe rupta.*

1. Si illam ſepem eruperit vel diſſipaverit quam *ezziſezun* vocant, cum uno ſolido componat & reſtitutione.

2. Superiorem verò virgam, quam *etarchartea* vocamus, quæ ſepis continet firmitatem, ſi eam injuſtè reciderit, ſimili modo cum ſolido componat, eò quod minimè tunc ſepis vitiata animalis ſuſtinet impetum.

XII. *De ſignis ob defenſionem poſitis.*

Qui autem ſignum quod propter defenſionem ponitur, aut injuſtum iter excludendum, vel paſcendum, vel campum defendendum, vel applicandum ſecundùm morem antiquum, quod ſignum *wiſſam* vocamus, abſtulerit vel injuſtè reciderit, cum uno ſolido componat.

XIII. *De via publica.*

Si quis viam publicam, ubi Dux egreditur, vel viam æqualem alicujus clauſerit contra legem, cum duodecim ſolidis componat, & illam ſepem tollat. Et ſi negare voluerit, cum duodecim ſacramentalibus juret. V. 353

XIV. *De via convicinali.*

De via convicinali vel paſtorali, qui eam alicui contra legem clauſerit, cum ſex ſolidis componat & aperiat, vel cum ſex ſacramentalibus juret. V. 354

XV. *De ſemita.*

De ſemita convicinali, ſi quis eam clauſerit, cum tribus ſolidis componat, aut cum uno ſacramentali juret. Ibid.

XVI. *De fonte.*

1. Si fontem quâcunque immunditiâ coinquinaverit vel maculaverit, emundet eam priùs, ut nulla ſit ſuſpicio coinquinationis, & cum ſex ſolidis componat. V. 355.

2. Si autem plurimorum in vicinio puteus fuerit, compoſitione inter ſe multentur.

3. Ille vero puteum in priſtinum reſtituat gradum.

TITULUS X.

De violentia.

I. *De curte.*

SI quis in curtem alterius per vim contra legem intraverit, cum tribus ſolidis componat.

Lex Baiuvariorum.

II. *De domo.*

1. Si autem in domum per violentiam intraverit, & ibi ſuum nihil invenerit, cum ſex ſolidis componat.

2. Nemo enim ingrediatur alienam domum per violentiam, quia hoc ſcandalum generat.

3. Et poſtquam intraverit, & ſe cognoverit reum injuſtè quòd intraſſet, det wadium domino domûs. Et ſi ille defuerit, mittat ipſum wadium ſupra liminare, & non cogatur ampliùs ſolvere quàm tres ſolidos.

TITULUS XL

De terminis ruptis.

I. *De limitibus.*

1. SI quis limites complantaverit, aut terminos fixos fuerit auſus evellere, ſi ingenuus eſt, per ſingula ſigna vel notas vicenos ſex ſolidos componat.

2. Si ſervus eſt, per ſingula ſigna vel notas vicena flagella ſuſcipiat.

II. *De limitibus caſu motis.*

Si quis dum arat, vel plantat vineam, terminos caſu, non voluntate, evellerit, vicinis præſentibus reſtituat terminum, & nullum damnum patiatur.

III. *De contentione terminorum.*

1. Quotienſcunque de terminis fuerit orta contentio, ſigna quæ antiquitùs conſtituta ſunt oportet inquirere; id eſt, aggerem terræ quem propter fines fundorum antiquitùs apparuerit fuiſſe ingeſtum, lapides etiam quos propter indicium terminorum notis evidentibus ſculptos vel conſtiterit eſſe defixos.

2. Si hæc ſigna defuerint, tunc in arboribus notas, quas *decoreas* vocant, convenit obſervare, ſed illas quæ antiquitùs probantur inciſæ.

3. Quòd ſi intra terminos alienos per abſentiam aut per ignorantiam domini partem aliquam fortè poſſederit, ſtatim eam, cùm antiqui & evidentes ab inſpectoribus fines agnoſcuntur, amittat domino reformandam, nec contra ſigna evidentia ullum longæ poſſeſſionis tempus opponat.

4. Niſi ſi comparavit ab aliquo, tunc venditorem oſtendat, & ſecundùm legem definiant.

IV. *De novo termino prohibendo.*

1. Nemo novum terminum ſine conſenſu partis alterius, aut ſine inſpectore, conſtituat.

2. Quòd ſi fortè liber hoc fecerit, damnum pervaſionis excipiat, quod legibus continetur, id eſt, ſex ſolidos.

3. Si verò ſervus hoc admiſerit, domino neſciente, ducenta flagella publicè extenſus accipiat; & nullum ex hoc præjudicium domino comparetur.

V. *De ſignis non evidentibus.*

Quotiens de commarchanis contentio naſcitur, ubi evidentia ſigna non apparent in arboribus aut in montibus, nec in fluminibus, & iſte dicit: *Huc uſque anteceſſores mei tenuerunt, & in alodem mihi reliquerunt*, & oſtendit ſecundùm proprium arbitrium locum; alter verò nihilominùs in iſtius partem ingreditur, alium oſtendit locum, ſecundùm prioris verba ſuum & ſuorum anteceſſorum ſemper finiſſe uſque in præſens aſſerit; & ſi alia probatio nuſquam inveniri dinoſcitur, nec utriuſque invaſionem compenſare voluerint, tunc ſpondeant invicem, *wehadinc* quod dicimus, & in campiones non ſortiantur, ſed cui Deus fortiam dederit & victoriam, ad ipſius partem deſignata pars, ut quærit, pertineat.

VI. *De jacentibus columnis.*

1. Si quis, priuſquam finita fuerit contentio, per fortiam ædificia elevare voluerit, & à contrario ille alter jacentibus columnis contradixerit, & inde teſtem habuerit, & is propter contumaciam legi obtemperare noluerit, ſed ſuam perfecerit domum, & cætera ædificia ſepis concluſione firmaverit, tunc dicat: *Emunda territorium meum uſque ad legis perfinitionem*; & ille è contrario in ſuum dicit poſuiſſe, & emundare minimè debere, iſte verò dicit: *Ego teſtem habeo quòd tibi jacentibus columnis contradixi*, tunc teſtes jurantes teſtimonium præferant, & cum campionibus determinetur ſententia.

2. In cæteris hujuſmodi ædificiis & horum concluſionibus nullatenùs teſtificatio conſiſtat; ſed is qui ædificavit, cum ſua lege defendat. Si autem curtis adhuc cinctus non fuerit, ille qui defendere voluerit, jactet ſecurem ſaiga valentem contra meridiem, orientem, atque occidentem: à ſeptentrione verò ut umbra pertingit, ampliùs non ponat ſepem niſi determinata fuerit contentio.

VII. *De materiis non elevatis.*

1. Si aliquis alicujus materiamen in ſylva aut propter inimicitias vel invidiam truncaverit, vel læſerit, cum alio ſimili reſtituat, & cum ſolido uno componat.

2. Et ſi ea ſibi in uſum miſerit, niſi per convenientiam non poteſt; debet ei in mallo placare ad reſtituendum, & cum ſolido, dum ipſam habet, componat.

TITULUS XII.

De pignoribus.

I. *Ut nemini liceat pignorare.*

PIgnorare nemini liceat, niſi per juſſionem Judicis.

2. Si fortè eſt aliquis homo tam durus vel inobediens aut contumax, & rebellis juſtitiæ, qui non vult rectè reſpondere, non vult juſtitiam facere, ille eſt contemptor legis; talis diſtringatur à Judice.

II. *De eo qui non vult juſtitiam facere.*

1. Si quis liber alicui libero, qui eum mallat de qualicunque re, dedignabitur juſtitiam facere, ille qui quærit cauſam ſuam, habeat ibi teſtes duos vel tres, qui audiant & videant qualiter ille reſpondeat, ut poſſint ante Judices teſtes eſſe. Tunc Judex jubeat eum in præſenti venire, & judicet ei, & componat duodecim ſolidos, quia non dignabatur juſtitiam facere ei cui debuit.

2. Sic omnis qui non dignabitur juſtitiam facere ei cui debuit, de qua re appellatus fuerit, pro fatigatione quam facit ei qui eum appellat, componat duodecim ſolidos, & poſteà reſpondeat ſecundùm legem, & faciat juſtitiam ſicut lex habet; Duci verò quadraginta ſolidos.

III. *Si contra legem pignoraverit.*

1. Si quis aliquem contra legem pignoraverit ſine juſſione Ducis, pignus ſine læſione reddat, & aliud ſimile addat; Duci verò pro fredo quadraginta ſolidos ſolvat.

2. Et ſi læſerit illud pignus, componat quantùm æſtimaverit qui cauſas judicat.

3. Talis enim præſumptio non debet fieri, quia hoc ſcandalum generat.

4. Et pro omni pignore quod contra legem tulerit, ſemper cum ſex ſolidis componat.

5. Si pignus illud minùs valet quàm ſex ſolidos, tunc pignus reddat, & cum ſex ſolidis componat.

6. Si autem pignus quod tulit plus valet quàm ſex ſolidos, ipſum inlæſum reddat, & ſimile aliud addat; Duci verò pro fredo quadraginta ſolidos.

IV. *Si porcos in pignus tulerit.*

1. Si quis contra legem porcos in pignus tulerit, unumquemque cum duodecim ſaigis componat.

2. Illam ductricem cum tremiſſe componat. Lex Baiuvariorum.

V. *Si oves tulerit in pignus.*

1. Si quis oves in pignus contra legem tulerit, taceat de cauſa pro qua pignus tulit, & cum ſolido componat.

2. Niſi fortè ille homo alias res non habet per quas poſſit pignus tollere; ſi niſi ipſas oves nihil aliud habet, non erit culpabilis, quia neceſſitas hoc compellit facere.

VI. *Si meſſem vel prata araverit.*

Si quis meſſem vel pratum alterius araverit uſque ad tres ſulces in longitudine jugeris, vel in tranſverſa ſex ſulces, cum tribus ſolidis componat. Aut ſi negare voluerit, juret cum ſacramentali uno.

VII. *Si meſſem maturam furaverit.*

1. Si quis meſſem jam maturam in agro furaverit, cum ſex ſolidis componat.

2. Et ſi negare voluerit, cum ſex ſacramentalibus juret ſecundùm legem ſuam.

VIII. *Si alterius initiaverit meſſem.*

Si quis meſſes alterius initiaverit maleficis artibus, & inventus fuerit, cum duodecim ſolidis componat, quod *arenſcarti* dicunt, & familiam ejus & omnem ſubſtantiam ejus vel pecora ejus habeat in cura uſque ad annum. Et ſi aliquid perdiderit homo ille de rebus ſuis in illo anno, ille reddat. Et ſi negare voluerit, cum duodecim ſacramentalibus juret, aut èum campione cincto defendat ſe, hoc eſt, pugnâ duorum.

IX. *Si ſervum ad fugiendum ſuaſerit.*

1. Si quis ſervum alienum ad fugiendùm ſuaſerit, & foràs terminum eum duxerit, hoc eſt, foràs marcham, cum duodecim ſolidis componat, & ipſum reducat.

2. Et ſi negare voluerit, cum duodecim ſacramentalibus juret, aut cum campionibus ſuam quærat juſtitiam.

3. Si ancilla eſt, cum viginti quatuor ſolidis componat, & ipſam reddat.

TITULUS XIII.

De vitiatis animalibus, & eorum compoſitione.

I. *De animalibus vitiatis.*

ANimalia quæ ſepe damnum inferunt, & hujus vitii aſſueſcunt, ſi ſe in ſtipitem maculaverint introcundo vel exeundo, & ibi mortua fuerint, ſi ſepes legitimè fuerit exaltata, id eſt, mediocri ſtaturâ virili uſque ad mammas, nihil cogatur ſolvere dominus ſepis.

Lex Baiuvariorum

II. *Qui ea in ſepem compulerit.*

Si altera perſona ipſum animal per vim ſalire compellerit, ſolvat animal, quia injuſtè eum in periculum mortis ejecit.

III. *Si dominus ſepis hoc fecerit.*

Si ipſe dominus ſepis ſimili modo ex ſua clauſura cum canibus vel cæteris flagellis ejecerit, cum ſimili componat.

IV. *Statim ſi mortua non fuerint.*

Si autem ſtatim mortuum non fuerit, ſed vulneratum evaſerit ad domum domini ſui, & dominus animalis hoc cognoverit, & dicit ad illum reum qui ipſum animal compellebat in mortem: *Recipe animal quod læſiſti*, quod nos *avursum* vocamus

V. *Si confeſſus eſt, recipiat eum.*

Si autem confeſſus eſt, recipiat, donec ſanetur, & aliud interim ad operationem reſtituat, quale illud fuerat quod læſit.

VI. *De reſtituendis animalibus*

1. Si verò mortuum fuerit, quod in locum poſuit teneat poſſeſſor animalis læſi.

2. Ille verò cadaver quod ſanare nequiverat, ad ſuum teneat uſum.

VII. *Si læſum recipere noluerit.*

Si autem læſum animal, qui id lædere ſe compellebat, recipere noluerit, dominus animalis cadaver ſibi ſumat in uſum, & ille alius nihilominùs ex integro cogatur exſolvere

VIII *Si oculum alterius animalis excuſſerit.*

V. 366. Si quis alicujus caballo aut bovi vel cuilibet quadrupedi unum oculum excuſſerit, adpretier illud pecus quod valet, & tertiam partem componat.

IX. *Si bovis cornu.*

1. Si quis bovi alterius cornu a capite excuſſerit, cum tremiſſe componat

2. Si cornu exilierit, & os remanſerit, duas ſaigas donet

3. Si vaccæ excuſſerit, duas ſaigas componat.

X. *Si caudam amputaverit.*

1. Si caudam amputaverit, vel aurem, ſi equus eſt, quem *marach* dicimus, cum ſolido componat.

2. Si mediocris fuerit, quod *vvlz* vocant, cum medio ſolido componat

3 Et ſi deterior fuerit, quod *angargnago* dicimus, qui in hoſte utilis non eſt, cum tremiſſe componat.

4 Similiter qui alterius bovi caudam amputaverit vel aurem, cum tremiſſe componat

5. Si vaccam alterius hujuſmodi læſerit, cum duabus ſaigis componat.

XI. *De injuſtè uſis animalibus.*

1. Et ſi unum eorum contra legem minaverit, quod *ſvvezcholi* dicimus, pari ſententiæ ſubjaceat.

2. Si quis autem contumaciter alterius jumento propter diſpectionem domini ſui, vel quâcunque inimicitiâ, hoc injuſtè perpetraverit, hæc univerſa in componendo duplentur.

XII. *Ut minimè præſumat animal alienum occidere.*

1. Ut nemo præſumat alienum animal occidere, neque porcum, quamvis in damno eum invenerit vitiare; ſed recludat eum donec domino ejus oſtendat damnum, & aliqui de vicinis eorum videant hoc, & deſignent locum qui læſus eſt; & alia quæ intacta ſunt, uſque ad maturitatem colligat cujus meſſis eſt; & quantùm minùs invenerit in læſione illa, contra hæc æqualitatem integram ille reddat cujus animalia fuerunt & damnum fecerunt.

2. Ita & de vinea & de prato faciat ſicut æſtimatores arbitraverint, & componat.

TITULUS XIV.

De commendatis & commodatis.

I. *De cuſtodia.*

1 SI quis caballum aut quodlibet animalium genus ad cuſtodiendum mercede placita commendaverit, ſi perierit, ejuſdem meriti ille qui commendata ſuſcepit exſolvat, ſi tamen mercedem fuerit pro cuſtodia conſecutus.

2 Quod ſi etiam nullâ placitâ mercede ſuſceperat, & mortuum eſſe probaverit, nec ille mercedem requirat, nec ab illo aliquid requiratur.

3 Tamen ratio eſt ut præbeat ſacramenta ille qui commendata ſuſceperat, quod non per ſuam culpam neque per neglegentiam mortua conſumpta ſint, & reddat corium.

4. Eadem de commodatis forma ſervetur.

II. *Si aurum quis furaverit.*

Si cui aurum, vel argentum, vel ornamenta, vel quæcunque ſpecies fuerint commendatæ, ſive cuſtodiendæ traditæ ſint, ſive vendendæ, & in domo ipſius cum rebus ipſius forſitan fuerint incendio conſumatæ, unà cum reſtibus qui commendata ſuſceperat, præbeat ſacramenta nihil exinde ſuis profuiſſe compendiis, & nihil cogatur exſolvere; excepto auro & argento, quod ardere non potuit. V 356.

III. *De*

III. *De in incendio furatis.*

1. Si quis fortè, dum domum flamma conſumit, ſe quaſi auxilium adlaturus ingeſſerit, & aliquid forte rapuerit, dominus domûs diligenter inquirat; & ſi eum potuerit invenire, ille qui rapuerat, in quadruplum rapta reſtituat.

2. Et ſi de commendatis rebus apud directorem aliquid fortè repererit, domino reſtituere non moretur.

IV. *De commendatis furatis.*

V. 356. 1. Si verò quæ commendata fuerant furto probantur ablata, ei qui commendata perdiderat, ſpatium tribuatur donec furem ſuum inveſtigatione perquirat.

2. Et ſi eum invenerit, commendatori res proprias tantummodò reformare procuret.

3. Compoſitio verò furti ad eum qui habuit rem commendatam, pertineat.

4. Et ſi fur non fuerit intra ſtatutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino ſuſcipiente reddatur, damnum verò ex medio uterque ſuſtineat.

5. Et poſtmodùm ſi dominus rerum apud eum cui commendaverat, quæcunque fuerint ſuppreſſa vel repreſſa, reperit, cùm hæc ille priùs ſe dixerat perdidiſſe vel furto fuiſſe ſublata, ſicut à fure ea ab eo exigi legum ſtatuta præcipiunt, & compoſitionem cogatur implere.

V. *De re in contentione poſita.*

V. 357. Rem in contentione poſitam non liceat donare, nec vendere.

VI. *De viduis.*

Viduæ, ſi poſt mortem mariti in viduitate permaneant, æqualem inter filios ſuos, id eſt, qualem unus ex filiis, uſufructuariam habeant portionem, & uſque ad tempus vitæ ſuæ uſufructuario jure poſſideant

VII. *De ſecundis nuptiis.*

1. Quòd ſi mater ad alias nuptias forte tranſierit, eâ die uſufructuariam portionem, quam de bonis mariti fuerat conſecuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati ſunt conjugio, vindicabunt.

2. Mater vero ſi habet proprias res, cum dote ſua, quam per legem habet, egrediatur.

3. Et ſi ibi filios nec filias generavit, poſt mortem ejus omnia quæ de filiis ſuis detulit, ad alios revertantur.

VIII. *De diviſione inter fratres.*

1. Ut fratres hereditatem patris æqualiter dividant; ut quamvis multas mulieres habuiſſet, & totæ liberæ fuiſſent de genealogia ſua, quamvis non æqualiter divites, unuſquiſque hæreditatem matris ſuæ poſſideat; res autem paternas æqualiter dividant. LEX BAJUVARIORUM.

2 Si verò de ancilla habuerit filios, non accipiant portionem inter fratres, niſi tantùm quantùm eis per miſericordiam dare voluerint fratres eorum; quia in veteri lege ſcriptum eſt: *Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.* Gal. 4 Tamen debent miſericordiam conſiderare, quia caro eorum eſt.

IX. *De eo qui ſine liberis moritur.*

1. De eo qui ſine filiis & filiabus mortuus eſt, mulier accipiat portionem ſuam, dùm viduitatem cuſtodierit, id eſt, medietatem pecuniæ. Medietas autem ad propinquos mariti pertineat.

2. Si autem mulier mortua fuerit, aut alium maritum tulit, tunc quod proprium habet de mariti rebus, quæ per legem ei debentur, accipiat. Cæteras res propinqui prioris mariti accipiant.

3 Si autem maritus, qui nec filios nec filias, nec nepotes, nec pronepotes, nec ullum de propinquis habet, ſed in uxorem, aut donatione aut teſtamento, ſive partem ſive omnes contulerit facultates, & hæc deinceps in viduitate perſiſtit, & memoriam mariti cum pudicitia caſtitatis obſervat, omnia quæ à marito ei ſunt donata poſſideat, & ea in quem voluerit pro ſuo jure transfundat.

4. Quòd ſi maritus & mulier ſine herede mortui fuerint, & nullus uſque ad ſeptimum gradum de propinquis & quibuſcunque parentibus invenitur, tunc illas res fiſcus adquirat.

TITULUS XV.

De venditionibus.

I. *Si quis res alienas vendiderit.*

1. SI quis vendiderit res alienas ſine voluntate domini ſui, aut ſervum, aut ancillam, aut qualemcunque rem, ipſam per legem reddat, & conſimilem aliam addat. V. 365.

2. Et ſi ipſam non poteſt invenire, duas conſimiles reddat.

II. *Si quis poſſeſſionem vendiderit.*

1. Si quis vendiderit poſſeſſionem ſuam alicui, terram cultam, non cultam, prata, vel ſylvas, poſt acceptum pretium aut per chartam aut per teſtes comprobetur firma emptio; ille teſtis per aurem debet eſſe tractus, quia ſic habet lex veſtra. Tom. 3. Metrop. Salisburg. p. 112.

LEX BAJUVARIORUM

Duo vel tres, vel ampliùs, debent eſſe teſtes.

2. Si venditio fuit violenter extorta, id eſt, aut metu mortis, aut per cuſtodiam, nullâ ratione firma ſit.

III. *Si a ſervo alieno comparaverit.*

V. 306. 1. Si quis à ſervo alieno aliquid comparaverit neſciente domino ſuo, ſi dominus firmam eſſe noluerit emptionem, reddatur pretium emptori, & emptio nihil habeat firmitatis.

2. Si ipſum non habet, conſimile reddat.

IV. *De contentione venditæ rei.*

1. Quotiens de vendita re contentio commovetur, ſi alienam fuiſſe conſtiterit, nullus ſine domini præjudicio comparet.

2. Et domino is qui aliena vendere præſumpſit, duplum cogatur exſolvere; nihilominùs emptori, qui accepit, pretium redditurus.

3. Et quicquid ad comparatæ rei profectum ſtudio ſuæ utilitatis emptor adjecerit, à locorum Judicibus æſtimetur, & ei qui laboraſſe cognoſcitur, à venditore juris alieni ſatisfactio juſta reddatur.

V. *Si ingenuum hominem vendiderit.*

1. Si quis ingenuum vendiderit, cùm ille ſuam probaverit libertatem, is qui eum vendidit, reducat eum in locum ſuum, & reſtituat ei libertatem ſicut priùs habuit, & componat ei quadraginta ſolidos; excepto quod emptori in duplum pretium, quod accepit, cogatur exſolvere.

2. Similis ratio dupliciter de feminis ſervetur.

3. Et ſi eum vel illam foris provincia vendiderit, & iterum reducere non potuerit, tunc cum weregildo componat, hoc eſt, centum ſexaginta ſolidos ſolvat parentibus.

VI. *Si ſervum proprium vendiderit.*

V. 368. Si quis ſervum ſuum vendiderit, forſitan ejus neſciens facultates quas habebat, dominus ejus poteſtatem habeat, qui eum vendidit, requirendi res ejus ubicunque invenire potuerit.

VII. *Si ſervus de ſuo fuerit redemptus.*

V. 359. Si quis ſervus de peculio ſuo fuerit redemptus, & hoc dominus ejus forte neſcierit, de domini poteſtate non exeat; quia non pretium, ſed res ſervi ſui, dum ignorat, accepit.

VIII. *De commutatione.*

VI. 161 417 Commutatio, hoc eſt, quod *cambias* talem qualem emptio habeat firmitatem.

IX. *De venditionis forma.* V.

1. Venditionis hæc forma ſervetur, ut ſeu res ſeu mancipium, vel quodlibet genus animalium, venditur, nemo propterea firmitatem venditionis inrumpat quod dicat ſe vili pretio vendidiſſe; ſed poſtquam factum eſt negotium, non ſit mutatum.

2. Niſi forte vitium invenerit quod ille venditor celavit, hoc eſt, in mancipio, aut in caballo, aut in qualicunque peculio, id eſt, aut cœcum, aut hernioſum, aut caducum, aut leproſum.

3. In animalibus autem ſunt vitia quæ aliquotiens celare poteſt venditor.

4. Si autem venditor dixerit vitium, ſtet emptio; non poteſt mutari.

5. Si autem non dixerit, mutare poteſt in illa die, & in alia, & in tertia die.

6. Et ſi plus de tribus noctibus habuerit, poſtea non poteſt mutare.

7. Niſi forte eum invenire non potuerit infra tres dies; tunc quando invenerit, recipiat qui vitiatum vendidit.

8. Aut ſi non vult recipere, juret cum ſacramentali uno: *Quia vitium ibi nullum ſciebam in illa die quando negotium fecimus;* & ſtet factum.

X. *De arris.*

Qui arras dederit pro quacunque re, V. 363. pretium cogatur implere quod placuit emptori. Et ſi non occurrerit ad diem conſtitutum, vel anteà non rogaverit placitum ampliorem, & hoc neglexerit facere, tunc perdat arras, & pretium quod debuit impleat.

XI. *De firmitate.*

1. Si mancipium alicujus aliquis interciaverit, dicens: *Iſtud mancipium ego comprehendi extra terminum ubi Dux exercitum duxit, vel alibi Dux illum per debitam & juſtam culpam tulit, & mihi licenter tradidit.* Aut ſi aliqua ornamenta ſint, dicit: *Quod mancipia mea ex propria mea materia laboraverunt & fecerunt,* aut fabri hujuſmodi ſi fuerint, *propterea tradidi & firmabo.* Si hæc defuerint, in ſupradictis rebus nullatenùs poteſt firmare. Si autem firmaverit, non poteſt ab eo cui firmavit, niſi ipſe voluerit, retrahere.

2. Si campio quæſitores vicerit, ſi firmare promiſerit emptori, id eſt, *ſuviron*, & non potuerit per hæc verba veraciter, ut ſuprà diximus, & conſtitutum ruperit, tunc pretium reddat, & talem terram aut ſpeciem, qualem ſe firmare pollicebatur, reſtituat ſine morâ; eò quod valde reprehenſibilis eſt qui res alterius dare

præſumpſerit, quia aliquotiens exinde ſcandala naſcuntur.

3. Simili modo qui propria donaverit ut quibuſdam injuſtis machinamentis ſibi ſociaret quod nunquam tenuerat.

4. Si mancipium fuerit, & dixit: *Pater meus reliquit mihi in hereditatem;* aut, *Ego in propria domo enutrivi illud, de propriis meis mancipiis natum;* ſimiliter de jumentis vel hujuſmodi, quæ fuerint, adſerere poteſt.

XII. *Ut venditio firmetur per chartam aut teſtes*

Quicquid vendiderit homo, aut comparaverit qualemcunque rem, omnia ſint firmata aut per chartas aut per teſtes qui hoc probare poſſint, hoc eſt, de mancipiis, de terra, caſis vel ſylvis, ut poſteà non ſit contentio.

XIII. *De pactis vel placitis.*

V. 149, 341. Vide notas com. 2. p. 1019.

Pacta vel placita quæ per ſcripturam quamcunque facta ſunt, vel per teſtes denominatos tres vel ampliùs, dummodò in his dies & annus ſit evidenter expreſſus, immutare nullâ ratione permittimus.

TITULUS XVI.

De teſtibus & eorum cauſis.

I. *De teſtibus, ſi ſuum voluerit vindicare.*

1. SI quis homo pratum vel agrum, vel exartum alterius, contra legem malo ordine invaſerit, & dicit ſuum eſſe, propter præſumptionem, cum ſex ſolidis componat, & exeat.

2. Si autem ſuum voluerit vindicare illum agrum aut pratum, vel exartum, vel unde illa contentio eſt, taliter judicetur. Juret cum ſex ſacramentalibus, & dicat: *Ego tua opera priora non invaſi contra legem, nec cum ſex ſolidis componere debeo, nec exire, quia mea opera & labor prior hic eſt quàm tuus.* Tunc dicat ille qui quærit: *Ego habeo teſtes qui hoc ſciunt quòd labores de iſto campo ſemper ego tuli, nemine contradicente exartavi, mundavi, poſſedi uſque hodie, & pater meus reliquit mihi in poſſeſſione ſua.* Ille homo qui hoc teſtificare voluerit, commarchanus ejus debet eſſe, & debet habere ſex ſolidorum pecuniam & ſimilem agrum. Tunc ille teſtis juret taliter: *Quia ego hoc meis auribus audivi, & oculis meis vidi, quòd iſtius hominis priora opera fuerunt in iſto agro quàm tua, & laborum ille fructus tulit.* Poſt ſacramentum reddat agrum. Tunc ille defenſor, ſi ſperat quod juſtitia de illo agro ſui fuiſſet, & hoc in præſenti populo fiat, ne per invidiam aliquis pereat, dicat ad illum teſtem: *Mendacium juraſti contra me. Sponde mihi pugnam duorum, & manifeſtet Deus ſi mendacium an veritatem juraſti contra me; & componere debes cum duodecim ſolidis, & illam terram reddere quam mendaciter abſtuliſti.* Si vicerit ille qui quærit, componat cum duodecim ſolidis, & illam terram reddat. Et ſi illam terram non potuerit donare, donet aliam in proximo quantùm jactus eſt de ſecuri ſaiga valente. Et ſi in proximo non habet, nec comparare poteſt, juret ſecundùm pretium agri ut ipſum agrum cum pretio valente, nec cum duplo nec cum triplo, conquirere potuiſſet, donet ubi habet, & ipſum agrum quem donaverit, juret quòd talis ſit qualis ſuus fuerat. LEX BAJUVARIORUM.

II. *Si teſtem habuerit per aurem tractum.*

Si quis teſtem habuerit per aurem tractum de qualibet cauſa finitâ ratione, & hoc confirmarit per teſtes, poſthæc non debet repetere nec inquietare illum a quo finivit rationem ſuam. Et ſi voluerit, tunc per teſtes defendat ſe, ille teſtis teſtificet ſicut ſcit unde ad teſtem per aurem tractus fuit, & hoc per ſacramentum confirmet. Non debet teſtem veritatis repellere cauſaticus ejus. Niſi fortè aliquis teſtem mendacem habere voluerit, poteſt illum cum lege repellere cum pugna duorum, & dicere: *Non tibi traxi teſtem de iſta cauſa, neque conſentio.* Si autem teſtis per aurem tractus fuerit de compoſitione finienda, vel propter arras, qui donat quaſi pro pignore qualemcunque rem, uſque dum ſolvat debitum, & pignus recipiat, illum teſtem nemo repellat, nec poteſt, ſed conſentiat. Niſi ſuper mortuum hominem teſtare voluerit aliquam cauſam, illum poteſt contradicere cum duorum pugna, & dicere: *Defendere hoc volo cum campione meo quod dicis, quia & tu mentiris & tuus teſtis ſuper mortuum meum.*

III. *Si teſtis victus fuerit.*

Et ſi ille victus fuerit qui negare teſtem voluit ſuper mortuum ſuum, tunc amplius pugna duorum non veniat, quia ad teſtificationem per vim illum mortuum adquiſivit; ſed cum ſacramento, ut lex eſt, teſtificetur, & teſtificatio firma permaneat.

IV. *De diſcordia Judicum.*

Sed hic diſcordant noſtri Judices de pacto, quòd ipſe qui teſtem adducit, jurare debeat quòd mendacem teſtem non proferat, nec de illius teſtificatione ſacramenti ſe abſtinere debeat.

LEX BAJUVARIORUM.

V. *Si plures fuerint teſtes.*

Et ſi plurimi teſtes fuerint, & ad unum conventum venerint, ſortiantur illi teſtes inter ſe, & cui ſors exierit, juret ille taliter & dicat: *Ad teſtem ſortitus ſum, & ad teſtem me facere volo.* Adprehendat manum proximi ſui, & dicat: *Sic me Deus adjuvet & illum cujus manum teneo, quòd ego ad teſtem illum inter vos per aurem tractus fui de iſta cauſa ad veritatem dicendam.* Tunc ſolus juret cum ſua manu. Poſtea donet arma ſua ad ſacrandum, & per ea juret ipſum verbum cum uno ſacramentali. Et ſi mendaciter jurat, componat illi cujus cauſam abſtulit cum duodecim ſolidis, & ipſam cauſam reſtituat, aut defendat ſe cum campione ſuo, ſi rectè juravit, hoc eſt, pugnâ duorum.

TITULUS XVII.

De campionibus, & cauſis quæ ad eos pertinent.

I. *Si unus ab altero fuerit interfectus.*

1. SI unus ex his ab altero interfectus fuerit, quamvis nobilis ſit perſona, non componatur ampliùs quàm duodecim ſolidis; & ab eo componatur qui illum injuſtè invitavit.

2. Si ſervus fuerit per domini ſui conſenſum, pari modo ratio ſubjacebit. Sin autem, cum viginti ſolidis componat.

II. *De his qui propriam alodem vendiderunt.*

De his qui propriam alodem vendunt vel quaſcunque res, & ab emptore alter abſtrahere voluerit ſi ſibi ſociare in patrimonium, tunc dicat emptor ad venditorem: *Terram*, aut quæcunque fuerit res, *abſtrahere mihi vult vicinus meus*, aut quis fuerit. Et iſte reſpondet: *Ego quod tibi donavi, cum lege integra & verbis teſtificatione firmare volo:* ſuper ſeptem noctes fiat conſtitutum. Si dicit, cum utriſque utræque partes conveniunt: *Cur invadere conaris territorium quod ego juſtè jure hereditatis donavi?* Ille alius contrà: *Cur meum donare debuiſti, quod anteceſſores mei antea tenuerunt?* Iſte verò dicit: *Non ita, ſed mei anteceſſores tenuerunt, & mihi in alodem reliquerunt, & veſtita eſt illius manus cui tradidi, & firmare volo cum lege.* Si ſtatim voluerit, liberam habeat poteſtatem. Sin autem, poſteà ſuper duas aut tres, aut certè quatuor noctes, eâ ratione firmet. Per quatuor angulos campi, aut deſignatis terminis, per hæc verba tollat de ipſa terra, vel aratrum circumducat, vel de herbis, aut ramis, ſylva ſi fuerit: *Ego tibi tradidi, & legitimè firmabo per ternas vices.* Dicat hæc verba, & cum dextera manu tradat; cum ſiniſtra verò porrigat wadium huic qui de terra ipſa eum mallat, per hæc verba: *Ecce wadium tibi do quòd terram tuam alteri non do, legem faciendo.* Tunc ille alter ſuſcipiat wadium, & donet illum viceſſoribus iſtius ad legem faciendam. Si cauſa fuerit inter illos pugnæ, dicat ille qui wadium ſuſcepit: *Injuſtè territorium meum alteri firmaſti*, id eſt, faſwirotos. *Ipſum mihi debes reddere, & cum duodecim ſolidis componere.* Tunc ſpondeant pugnam duorum, & ad Dei pertineat judicium. Sin autem, cum ſacramento ſe defendat, id eſt, cum duodecim, quòd ſuam terram injuſtè non firmaret alteri, nec ſuæ ditioni reſtituere deberet, nec cum duodecim ſolidis componere.

TITULUS XVIII.

De mortuis & eorum cauſis.

I. *Si quis mortuum ex monumento ejecerit.*

SI quis mortuum liberum de monumento effodierit, cum quadraginta ſolidis componat parentibus, & ipſum quod ibi tulit furtivum componat.

II. *Si in flumine projecerit.*

1. Si quis liberum occiderit furtivo modo, & in flumen ejecerit, vel in talem locum ut cadaver redire non quiverit, quod Bajuvarii *murdridam* dicunt, in primis cum quadraginta ſolidis componat, eò quòd funus ad dignas obſequias reddere non valet. Poſtea verò cum ſuo weregildo componat.

2. Et ſi ipſum cadaver à fluminis alveo ad ripam projectum fuerit, & à quolibet inventum, qui iterum cadaver de ripa impinxerit, & exinde probatus fuerit, cum duodecim ſolidis componat.

3. Si ſervus furtivo modo ſupradicto more occiſus fuerit, & ita abſconſus, quod *gamurdrid* dicunt, novuplum componat, id eſt, centum octuaginta ſolidos.

III. *De veſtitu mortuorum.*

1. De veſtitu utrorumque, quod *walauraupa* dicimus, ſi ipſe abſtulerit qui hos interfecit, dupliciter componat.

2. Si alter, & non ipſe reus, omnia furvivo more componat.

IV. *Si vulneravit mortuum.*

Et ſi, ut ſæpe contingit, aquilæ vel cæteræ aves cadaver repererint, & ſuper ad lacerandum conſederint, & aliquis ſagit-

tam ejecerit, & cadaver vulneraverit, & repertum fuerit, cum duodecim ſolidis componat.

V. *Si cadaver læſerit.*

Simili modo quicunque cadaver hominis læſerit, quem alter interfecit, ſi caput amputaverit, ſi manum præciderit, ſi pedes, ſi aurem, ſi tantùm quod profuſionem ſanguinis reputamus, de mortuo tam minima quàm maxima plaga, ſemper cum duodecim ſolidis componat.

VI. *Si humaverit mortuum.*

V. 361. 1. Et ſi à quolibet mortuus fuerit repertus, & eum humanitatis cauſâ humaverit, ut neque à porcis inquinetur, nec à beſtiis ſeu canibus laceretur, liber ſit an ſervus, & poſteà repertus fuerit, ille qui eum humaverit, ſi requirere voluerit, parentes illius ſolvant ei ſolidum unum, aut dominus ſervi, ſi ſervus fuit. Sin autem, à domino recipiat mercedem, quia ſcriptum eſt: *Mortuos ſepelire.*

2. Quia aliquotiens conſpicimus, cùm cadaver humo immiſſum fuerit, & lignum inſuper poſitum, cunctis adſtantibus, ut requiratur dominus cadaveris ut primus terram ſuperinjiciat, & ſi liber, ſimiliter filium aut fratrem, ne rei ſint cæteri humatores: quod omne à falſis judicibus fuerat æſtimatum, non in veræ legis veritate repertum.

VII. *De navibus.*

1. Si quis navem alterius tulerit de loco ſuo, ipſam inlæſam reddat aut ſimilem.

2. Et ſi eam foris aqua traxerit & abſconderit, & negaverit interrogatus, furtivum componat.

TITULUS XIX.

De canibus, & eorum compoſitione.

1. SI quis canem ſeucem, quem *leitihunt* vocant, furaverit, aut ſimilem aut ipſum reddat, & cum ſex ſolidis componat. Et ſi negare voluerit, cum tribus ſacramentalibus juret ſecundùm legem ſuam.

2. Si autem ſeucem doctum, quem *triphunt* vocant, furaverit, cum tribus ſolidis componat, aut cum uno ſacramentali juret.

3. Si autem ſeucem qui in ligamine veſtigium tenet, quem *ſpurihunt* dicunt, furaverit, cum ſex ſolidis componat, & ſimilem aut ipſum reddat.

4. De eo cane quem *bibarhunt* vocant, qui ſub terra venatur, qui occiderit, alium ſimilem reddat, & cum ſex ſolidis componat. Lex Baiuvariorum.

5. De canibus veltricibus, qui unum occiderit qui leporem non perſequitur, ſed ſuâ velocitate comprehendit, cum ſimile & tribus ſolidis componat.

6. De eo cane qui dicitur *hapihunt*, pari ſententiæ ſubjaceat.

7. De his canibus qui urſos vel bubalos, id eſt, majores feras, quod *ſuvarzuvild* dicimus, perſequuntur, ſi de his occiderit, cum ſimile & ſex ſolidis componat.

8. Qui verò paſtoralem, qui lupum mordet, occiderit, cum tribus ſolidis componat.

9. Si autem canem qui curtem domini ſui defendit, quem *hovauvarth* dicunt, occiderit poſt occaſum ſolis in nocte, cum tribus ſolidis componat, quia furtivum eſt. Si verò ante ſolis occaſum hoc fecerit, ſimilem reddat, & cum uno ſolido componat.

10. Si autem canis per veſtimentum aut per membrum hominem tenuerit, & de manu eum percuſſerit ut moriatur, ſimilem reddat, & amplius non requiratur. Et dominus canis quod canis fecit componat medietatem, ac ſi ipſe feciſſet. Si hoc noluerit, canem non requirat.

TITULUS XX.

De accipitribus vel avibus.

1. SI quis accipitrem occiderit, quem *chranohari* dicunt, cum ſex ſolidis & ſimile componat, & cum uno ſacramentali juret ut ad volare & capere ſimilis ſit.

2. De eo qui dicitur *ganshapunch*, qui anſeres capit, cum tribus ſolidis componat, & ſimilem reddat.

3. Illum quem *anothapuch* dicimus, cum ſolido & ſimili componat.

4. De ſparvariis verò pari ſententiæ ſubjaceat cum ſolido & ſimile reſtituendi, & cum ſacramento ut tales ſint quales interfectione damnavit.

5. Si verò furto ablati fuerint, per omnia furtivum cogantur ſolvere ut lex compellit.

6. De his quidem avibus quæ de ſylvaticis per documenta humana domeſticantur induſtriâ, & per curtes nobilium manſueſcunt volitare atque cantare, cum ſolido uno & ſimile componat, atque inſuper ad ſacramentum.

LEX ALAMANNORUM

TITULUS XXI.

De pomariis & nemoribus, atque apibus & eorum compoſitione.

1. SI quis alienum pomarium effodierit per invidiam, vel exciderit arbores fructiferas, ubi duodecim ſive ampliùs fuerint, in primis quadraginta ſolidos componat, viginti cujus pomarium fuit, & alios viginti in publicum, quia contra legem fecit. Et alias arbores ſimiles ibi plantet, & unamquamque arborem cum ſolido componat; & omni tempore pomorum ſolidos donet uſque dum illæ arbores fructum faciant quas ille plantavit.

2. Si quis aliena nemora præciderit, ſi portat eſcam, & rubus eſt, cum ſolido & ſimile componat.

3. Et ſi ampliùs uſque ad numerum ſex, per ſingulos ſingulum reſtituat. Deinde arborum numeroſitatem reſtituere cogatur; & de his quæ nondum fructum portaverunt, cum tremiſſe & ſimile reſtituat.

4. De fagis vero, tremiſſem & ſimile reſtituendum cenſemus, uſque ad numerum ſex ſolidorum per ſingulas arbores, id eſt, decem & octo. Et ſi amplius damnum infert, non cogatur componere niſi numerum reſtituendi.

5. Si malum vel pirum vel cætera hujuſmodi, pari ſententiâ ut fagi perſeverent.

6. Si verò de minutis ſylvis de luco vel quacunque kaheio vegetum reciderit, cum ſolido & ſimile componat, & deinceps uſque ad ſex ſolidos reſtitutionem & compoſitionem.

7. Si amplior fuerit numerus vegitarum, non cogatur componere, niſi reſtituere cum ſimili & ſacramento. Si autem poſt compoſitionem & reſtitutionem damnum intraverit inferre in ipſius nemora cui compoſuit, nihil excludat componendi ſententiam, ſed ſuperioris obſervetur regula ſententiæ.

8. Si apes, id eſt, examen alicujus ex apili elapſum fuerit, & in alterius nemoris arborem intraverit, & ille conſecutus fuerit, tunc interpellat eum cujus arbor eſt, & cum fumo & percuſſionibus ternis de tranſverſa ſecure, ſi poteſt, ſuum eiciat examen, veruntamen ita ut arbor non lædatur. Et quod remanſerit, hujus ſit cujus arbor eſt.

9. Si autem in capturis quæ ad capiendas apes ponuntur, id eſt, vaſculis apum, ſimili modo interpellat eum cujus vaſculum eſt, & ſtudeat ſuum eicere examen. Veruntamen vaſculum non aperietur nec lædetur. Si ligneum eſt, ternis vicibus lidat eum terris. Si ex corticibus aut ex ſurculis compoſitum fuerit, cum pugillo ternis vicibus percutiatur vaſculum, & non ampliùs. Et quos ejecerit ſua erunt; & quæ remanſerint, ipſius erunt cujus vaſculum eſt.

10. Si autem dominum arboris vel vaſculi non interpellaverit, & ſine illius conſcientia ejectum domino reſtituerit, & ille cujus vaſculum fuerat eum compellaverit ut ex ſuo opere vel arbore res tuliſſet, & ad reſtituendum compellaverit, quod *uniprut* vocant, & ille alius ſi negare voluerit, & dicit ſuum conſecutum fuiſſe, tunc cum ſex ſacramentalibus juret quod ex ſuo opere ipſum examen injuſtè non tuliſſet, nec illud ad judicium reſtituere deberet.

11. Pari modo de avibus ſententia ſubjacet, ut nullus de alterius ſylva, quamvis priùs inveniat, aves tollere præſumat, niſi ejus commarchanus fuerit, quem calaſneo dicimus. Et qui aliter præſumpſerit, ſemper reſtitutionis ſacramentum juſtum putamus, quamvis minima ſit querela. Et ſi admittitur, cum ſex ſacramentalibus jurare lex compellit.

DE ISTIS SUFFICIT.

☞ *Vide alterum editionem* Legis Bajuvariorum *in* NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

ADMONITIO BALUZII.

SEQUEBANTUR poſt iſta in editione Lindenbrogii leges quas Taſſilo, Dux Bajuvariorum, tulit anno DCCLXXII, *pridie Idus Octobris; quæ ab Henrico Caniſio & Marco Velſero editæ ſunt ex veterrimis membranis, ut ipſa Velſeri verba ponamus. Eas nos heic omiſſas voluimus; quia cùm Taſſilo non fuerit Rex aut Princeps Francorum, leges ab eo latæ ad inſtitutum noſtrum pertinere non poſſunt.*

Poſt illam Taſſilonis conſtitutionem Lindenbrogius exhibet capitula octo quæ Domnus Karolus ſereniſſimus addere juſſit, itemque alia capitula numero quatuordecim, ad Bajuvarios præcipuè ſpectantia. Nos illa referemus ad annum DCCCVI, *quo Karolus Magnus imperii ſui diviſionem inſtituit inter Karolum, Ludovicum & Pippinum, filios ſuos.*

DAGOBERTI REGIS

PRÆCEPTUM DE EPISCOPALI DIGNITATE

Cadurcæ urbis, conlata Deſiderio, Theſaurario.

DAGOBERTUS, Rex Francorum, Epiſcopis & Ducibus, cunctoque populo Galliarum finibus conſtituto. Condecet clementiæ principatûs noſtri ſagaci indagatione proſequere, & pervigili curâ tractare, ut electio vel diſpoſitio noſtra Dei in omnibus voluntati debeat concordare; & dum nobis regiones & regna in poteſtate ad regendum largiente Domino noſcuntur eſſe conlatæ, illis committantur privilegia dignitatum quos vita laudabilis & morum probitas vel generoſitatis nobilitas attollit. Et quoniam virum illuſtrem Deſiderium, Theſaurarium noſtrum, cognovimus religionis obſervantiam ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore in omnibus cuſtodire, & ſub habitu ſeculari Chriſti militem gerere, ac mores angelicos & ſacerdoralem converſationem habere, ut non ſolùm in contiguis, ſed etiam in longinquis fama bonitatis ejus evulgata crebreſcat, ideò credimus eum merito ad ſacerdotium provehere, quem, ſicut diximus, ornatis moribus videmus jugiter ad cœleſtem patriam anhelare. Et dum civium Abbatumque Cadurcorum conſenſus hoc omnimodis expoſcit ut eum Epiſcopum habeant, & noſtra devotio ſimiliter conſentit, abſque dubio credimus Dei nutu id fieri; ut dum ſatis nobis eſt in palatio noſtro neceſſarius, ipſi nobis quodam modo violentiam inferamus, & eum ab editibus propriis profectui publico procuremus. Sed dum nobis, ſicut diximus, eum ab editibus noſtris auferamus, [quibus] regiones & regna à Deo ſunt commiſſa, quamvis nobis inferamus diſpendium, tales debemus procurare paſtores qui ſecundùm Deum & juxta apoſtolica dicta plebes ſibi ac nobis commiſſas debeant regere, unde nobis merces amplior poſſit adcreſcere. Quamobrem juxta civium petitionem, noſtram quoquè concordantem in omnibus voluntatem, decernimus ac jubemus ut, adjuvante Domino, adclamante laudem ipſius clero vel populo, vir illuſtris & verus Dei cultor Deſiderius Pontifex in urbe Cadurca debeat conſecrari, & noſtra civiumque voluntas quod decrevit in omnibus, in Dei nomine perficiatur, & pontificali benedictione ſublimetur, dum modò Chriſto propitio verâ hâc religione profitemur quòd vita & converſatio ejus digna & probata ab univerſis habetur, in tantum ut pro nobis & pro univerſis ordinibus Eccleſiæ debeat exorare, & acceptabiles Deo hoſtias ſtudeat offerre; quia ex hoc vitam nobis longiori ævo auctore Domino credimus propagandam, ſi ille in ſacerdotio elegitur & ſublimatur qui pro nobis vel pro vobis ſibîque commiſſis ſecurus ante tribunal Chriſti preces offerat, & in futuro judicio, ut culpas excuſet, precator adſiſtat Qua de re præſenti auctoritate decernimus ut ſæpedictus Deſiderius epiſcoparum in Cadurca urbe præſentaliter ſuſcipiat, & Chriſto propitio ejus temporibus teneat. Et ut hæc deliberatio voluntatis noſtræ firmior habeatur, manûs noſtræ ſubſcriptione ſubter eam decrevimus roborare. *Chrodobertus obtulit. Dagobertus Rex ſubſcripſit.* Data ſub die VI. Idûs Aprilis, anno octavo Dagoberti Regis.

Vide epiſt. 5. Deſid.

Tom. 2. Gall. Chr. fol. 463. col. 2, C. 11.

INDICULUS DAGOBERTI REGIS AD DOMNUM

Sulpitium, Archiepiſcopum, ut Deſiderium benedicat.

DOMINO ſancto & apoſtolico Domno meo patri Sulpitio, Papæ, Dagobertus Rex. Deo & veſtræ ſanctitati bene credimus eſſe compertum qualiter fidelis noſter vir illuſtris Deſiderius, Theſaurarius noſter, nobis ex adoleſcentiæ ſuæ tempore fideliter deſervivit; & nos devotiſſimam ac monaſticam converſationem ejus habemus bene compertam. Ideò nos cognoſcite taliter decreviſſe, ut in civitate Cadurca, ubi germanus ejus Domnus Ruſticus Epiſcopus præivit, in locum ipſius honorem epiſcopatûs in Dei nomine debeat accipere, quia, divinâ inſ-

pirante potentiâ, talis noſtra devotio manet ut eos quos moribus ornatos & ſanctis operibus deditos perſpicimus, ſicut eſt iſte fideliſſimus Dei & noſter Deſiderius, hos ad epiſcopale culmen provehere debeamus. Quia ſic decet regiam celſitudinem, ut quos cognoſcit in Dei timore cónverſari, & fidem catholicam integrè cuſtodire, vel evangelica præcepta omnimodis obſervare, ad tale officium ſtudeat promovere. Proinde dum vos arcem Metropolitani ſcimus tenere, præſentes apices cum debito ſalutationis officio almitati veſtræ ſtuduimus deſtinare, petentes ut ad eum benedicendum properare debeatis, & litteras ad comprovinciales fratres veſtros dirigatis ut & illi adeſſe debeant, ut canonicè & juxta apoſtolicam inſtitutionem ſub noſtrî præſentia in ſancta Paſchalî ſolemnitate, Pontificali benedictione debeat confirmari. Illud etiam ante omnia ſupplicamus, ut nos in ſanctis ac Deo placitis orationibus veſtris Domino commendetis, & ad explendum quod vobis injungimus negotium nullam moram faciatis. Quem indiculum manûs noſtræ ſubſcriptione, ut mos eſt, decrevimus roborare. *Dagobertus Rex ſubſcripſit.*

Vita Sancti Theodardi, pag. 719 & 766, initio.

CAPITULARE DAGOBERTI REGIS *de Tabulariis.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE DAGOBERTI REGIS *de Diebus dominicis.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

SIGEBERTI REGIS
EPISTOLA AD DESIDERIUM,
Epiſcopum Cadurcenſem.

Quòd ſynodale Concilium celebrari non debeat in regno abſque permiſſu Regis.

Data circa annum DCL.

DOMINO ſancto & apoſtolico in Chriſto patri Domno Deſiderio, Syggibertus Rex. Dum, fabulâ currente, à plures * & fidelibus noſtris cognovimus quaſi vocati ab idemque patre noſtro Vulfoleudo Epiſcopo ſynodali conſilio Kal. Septembris in regno noſtro, ignoramus in quo loco, unà cum reliquos fratres & comprovinciales veſtros debeatis conjungere, licèt nos ſtatuta canonum & eccleſiaſticas regulas, ſicut parentes noſtri in Dei nomen conſervarunt, ita & nos conſervare optamus, tamen dum ad noſtram antea notitiam non fuit perlatum, ſic nobis cum noſtris proceribus convenit, ut ſine noſtra ſcientia ſynodalis concilius in regno noſtro non agatur, nec ad iſtas Kal. Septembris nulla conjunctio facer dotum, ex his qui ad noſtram ditionem pertinere noſcuntur, non fiatur. Poſtea verò opportuno tempore, ſi nobis antea denuntiatur utrùm pro ſtatu eccleſiaſtico, an pro regni utilitate, ſive etiam pro qualibet rationabile conditione, conjunctio eſſe decreverit, non abnuimus; ſic tamen, ut diximus, ut in noſtrî priùs deferatur cognitionem. Proinde præſentia ſcripta ſanctitati veſtræ deſtinare curavimus, per quæ petimus ut pro nos orare dignetis, & ad iſtam conjunctionem, priuſquàm noſtram cognoſcatis voluntatem, penitùs accedere non debeatis. Et ut certiùs credatis, hunc indiculum manu propriâ ſubter ſubſcripſimus.

* F. et.

SYGGIBERTUS REX SUB.

KAROLI MARTELLI, PRINCIPIS FRANCORUM, PRÆCEPTUM *de fide publica vel ſalvo-conducto dato Bonifacio Epiſcopo Moguntino, Legato Sedis Romanæ, in Franciam venienti, eâ ratione ut juſtitiam redderet, & ut ſimiliter juſtitiam acciperet (anno 724).* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KARLOMANNI

KARLOMANNI PRINCIPIS CAPITULARE PRIMUM,

Datum anno Chriſti DCCXLII. in plena Synodo.

Monument. Paderbon. p. 95. Ratisbonæ. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 117. Goldaſt. Conſtit. Imper. Tom. 3. p. 117, 118.

Lib. V. Capitular. c. 1.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Karlomannus, Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Jeſu Chriſti DCCXLII, xj videlicet Kalendas Maias, cum conſilio Servorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt, cum Preſbyteris, ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi, id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, & Burchardum, & Regenfridum, & Vuintranum, & Vuitbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos Epiſcopos, cum Preſbyteris eorum, ut mihi conſilium dediſſent quomodò lex Dei & Eccleſiaſtica Religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum diſſipata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, & per falſos Sacerdotes deceptus non pereat *.

* Qui per falſos Sacerdotes hucuſque deceptus eſt, *additur in editione Goldaſt.*

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE Epiſcopis in Germania conſtitutis, & de ſynodo ſingulis annis congreganda*
2. *Ut Clerici arma non tractent, neque ad exercitum pergant, præter eos qui ſacrorum cauſâ electi fuerint. Item ut à venationibus abſtineant.*
3. *Ut Presbyteri parochiarum Epiſcopo ſuo ſint ſubjecti, & miniſterii ſui rationem illi reddant; paratique ſint ad illum in viſitatione ſuſcipiendum. Ab illo chriſma novum accipiant; illum caſtitatis vitæ, fidei, & doctrinæ ſuæ teſtem habeant.*
4. *Ut ignoti Epiſcopi ac Presbyteri ſine probatione ad miniſterium non admittantur.*
5. *Ut Epiſcopus cum Comite provideat ne populus paganas obſervationes faciat.*
6. *De pœnâ Clericorum vel Monachorum, aut Monialium quæ in fornicationem inciderint.*
7. *Ut Presbyteri & Diaconi ſagis non utantur, ſed caſulis. Et ut in domo ſua mulieres non habeant. Item ut Monachi & Moniales juxta ſancti Benedicti regulam vivere ſtudeant.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS

De Epiſcopis in Germania conſtitutis, & de ſynodo ſingulis annis congreganda.

I. ITAQUE per conſilium Sacerdotum & Optimatum meorum ordinavimus per civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus Sancti Petri. Statuimuſque per annos ſingulos Synodum congregari, ut nobis præſentibus canonum decreta & Eccleſiæ jura reſtaurentur, & Religio Chriſtiana emendetur. Et fraudatas pecunias Eccleſiarum Eccleſiis reſtituimus. Falſos verò Preſbyteros, vel fornicatores Diaconos & Clericos, de pecuniis Eccleſiarum abſtulimus, & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus.

Ut Clerici arma non tractent, neque ad exercitum pergant, præter eos qui ſacrorum cauſâ electi fuerint. Item ut à venationibus abſtineant.

II. Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere, omninò prohibuimus, niſi illis tantummodò qui propter divinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt; id eſt, unum vel duos Epiſcopos, cum capellanis Preſbyteris, Princeps

ſecum habeat, & unuſquiſque Præfectus unum Preſbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare
VII. 125. pœnitentiam poſſit. Necnon & illas venationes & ſylvaticas vagationes cum canibus omnibus ſervis Dei interdiximus. Similiter ut accipitres & falcones non habeant.

Ut Presbyteri parochiarum Epiſcopo ſuo ſint ſubjecti, & miniſterii ſui rationem illi reddant; paratique ſint ad illum in viſitationem ſuſcipiendum. Ab illo chriſma novum accipiant. Illum caſtitatis, vitæ, fidei, & doctrinæ ſuæ teſtem habeant.

VII. 130. III. Decrevimus quoquò juxta ſanctorum canones ut unuſquiſque Preſbyter in parochia habitans Epiſcopo ſubjectus ſit illi in cujus parochia habitat; & ſemper in Quadrageſima rationem & ordinem miniſterii ſui, ſive de baptiſmo, ſive de fide catholica, ſive de precibus & ordine Miſſarum, ipſi Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocumquè jure canonico Epiſcopus circumeat parochiam ad confirmandos populos, Preſbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini ſemper novum chriſma ab Epiſcopo quærat.
Conc. Londin. anno 1102, c. 1. Et ut Epiſcopo teſtis adiſtat caſtitatis, & vitæ & fidei, & doctrinæ illius.

Ut ignoti Epiſcopi ac Presbyteri ſine probatione ad miniſterium non admittantur.

VII. 126. IV. Statuimus etiam ut ſecundùm canonicam cautelam, omnes undecunque ſupervenientes ignotos Epiſcopos, vel Preſbyteros, ante probationem ſynodalem in eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus.

Ut Epiſcopus cum Comite provideat ne populus paganas obſervationes faciat.

VII. 128. V. Decrevimus quoquè ut ſecundùm canones unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem gerat, adjuvante
* Simond. legit Gravione. Graphione *, qui defenſor Eccleſiæ ejus eſt, ut populus Dei paganias non faciat, ſed ut omnes ſpurcitias gentilitatis abjiciat & reſpuat; ſive profana ſacrificia mortuorum, ſive ſortilegos vel divinos, ſive phylacteria & auguria, ſive incantationes, ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias ritu pagano faciunt, ſub nomine ſanctorum Martyrum vel Confeſſorum, Deum & ſuos ſanctos ad iracundiam provocantes; ſive illos ſacrilegos ignes, quos *nedfratres* vocant, ſive omnes, quæcumque ſunt, paganorum obſervationes diligenter prohibeant.

De pœnâ Clericorum vel Monachorum, ac Monialium quæ in fornicationem inciderint.

VI. Statuimus ſimiliter ut poſt hanc VII. Synodum, quæ fuit xj Kalendas Maias, quiſquis ſervorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, ut in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus Preſbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, & anteà flagellatus & ſcorticatus videatur, & poſt Epiſcopus adaugeat. Si autem Clericus aut Monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertentem annum * ibi * Simond. vertente anno. pœnitentiam agat. Similiter & Nonnæ velatæ eâdem pœnitentiâ contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus *. * earum

Ut Presbyteri & Diaconi ſagis non utantur, ſed caſulis. Et in domo ſua mulieres non habeant. Item ut Monachi & Monniales juxta ſancti Benedicti regulam vivere ſtudeant.

VII. Decrevimus quoquè ut Preſbyteri vel Diaconi non ſagis, laicorum more, ſed caſulis utantur, ritu ſervorum Dei. Et nullus in ſua domo mulieres habitare permittat. Et ut Monachi & ancillæ Dei monaſteriales juxta regulam S. Benedicti cœnobia vel xenodochia ſua ordinare, gubernare, & vivere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem non negligant.

Karlomanni Principis Francorum Edictum *de reformatione collapſæ Religionis Chriſtianæ & Diſciplinæ eccleſiaſticæ, & morum Cleri ac populi* (ann. 742). Vide in Novo Codice Legum Veterum.

KARLOMANNI PRINCIPIS CAPITULARE SECUNDUM,

Goldast. Conſtit. Imper. Tom. 3. p. 118. Sirmond. Conc. Gallia, tom. 1. p. 140.

Datum anno Chriſti DCCXLIII. apud Liptinas.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De prioris Synodi capitulis communi conſenſu receptis & approbatis.*
2. *De pecunia eccleſiaſtica ſub precario & cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda.*
3. *De inceſtis matrimoniis; & ut mancipia Chriſtiana paganis non tradantur.*
4. *Ut qui paganas obſervationes in aliqua re fecerit, quindecim ſolidis multetur.*

INCIPIUNT PRÆDICTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De prioris Synodi capitulis communi conſenſu receptis & approbatis.

Lib. V. Capitular. c. 18

I. MOdò autem in hoc ſynodali Conventu, qui congregatus eſt ad Kalendas Martias in loco qui dicitur *Liptinas*, omnes venerabiles Sacerdotes Dei, & Comites & Præfecti prioris Synodi, decreta conſentientes firmaverunt, ſeque ea implere velle & obſervare promiſerunt. Et omnis eccleſiaſtici ordinis Clerus, Epiſcopi, & Preſbyteri, & Diaconi, cum reliquis Clericis, ſuſcipientes antiquorum patrum canones, promiſerunt ſe velle eccleſiaſtica jura moribus & doctrinis & miniſterio recuperare. Abbates verò & Monachi receperunt regulam ſancti patris Benedicti, ad reſtaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores namque & adulteros Clericos, qui ſancta loca vel monaſteria antè tenentes coinquinaverunt, præcepimus inde tollere & ad pœnitentiam redigere. Et ſi poſt hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint, prioris Synodi judicium ſuſtineant. Similiter & Monachi & Nonnæ.

De pecunia eccleſiaſtica ſub precario & cenſu in ſubſidium exercitûs præſtanda.

II. Statuimus quoquè cum conſilio ſervorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella & perſecutiones caterarum gentium quæ in circuitu noſtro ſunt, ut ſub precario & cenſu aliquam partem eccleſialis pecuniæ in adjutorium exercitûs noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, eâ conditione ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus, id eſt, duodecim denarii, ad Eccleſiam vel monaſterium reddantur: eo modo ut ſi moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit. Et iterum, ſi neceſſitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renovetur, & reſcribatur novum. Et omnino obſervetur ut Eccleſiæ vel monaſteria penuriam & paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario præſtita ſit. Sed ſi paupertas cogat, Eccleſiæ vel domui Dei reddatur integra poſſeſſio.

De inceſtis matrimoniis; & ut mancipia Chriſtiana paganis non tradantur.

III. Similiter præcipimus ut, juxta decreta canonum, adulteria & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur & emendentur Epiſcoporum judicio; & ut mancipia Chriſtiana paganis non tradantur.

Ut qui paganas obſervationes in aliqua re fecerit, quindecim ſolidis multetur.

IV. Decrevimus quoquè, quod & pater meus antè præcipiebat, ut qui paganas obſervationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur quindecim ſolidis.

INDICULUS SUPERSTITITIONUM ET PAGANIARUM.

I. De ſacrilegio ad ſepulchra mortuorum.
II. De ſacrilegio ſuper defunctos, id eſt, *dadſiſas*.
III. De ſpurcalibus in Febr.
IV. De caſulis, id eſt, *fanis*.
V. De ſacrilegiis per Eccleſias.
VI. De ſacris ſylvarum, quæ *Nimidas* vocant.
VII. De his quæ faciunt ſuper petras.
VIII. De ſacris Mercurii vel Jovis.

IX. De ſacrificio quod fit alicui ſanctorum.
X. De phylacteriis & ligaturis.
XI. De fontibus ſacrificiorum.
XII. De incantationibus.
XIII. De auguriis, vel avium vel equorum vel bovum ſtercore, vel ſternutatione
XIV. De divinis vel ſortilegis.
XV. De igne fricato de ligno, id eſt, *nodfyr*.
XVI. De cerebro animalium.
XVII. De obſervatione pagana in foco vel in inchoatione rei alicujus.
XVIII. De incertis locis quæ colunt pro ſacris.
XIX. De petendo quod boni vocant S. Mariæ.
XX. De feriis quæ faciunt Jovi vel Mercurio.
XXI. De Lunæ defectione, quod dicunt *Vinceluna*.
XXII. De tempeſtatibus & cornibus, & cocleis.
XXIII. De ſulcis circa villas.
XXIV. De pagano curſu, quem *Yrias* nominant, ſciſſis pannis vel calceis.
XXV. De eo quòd ſibi ſanctos fingunt quoſlibet mortuos.
XXVI. De ſimulacro de conſparſa farina.
XXVII. De ſimulacris de pannis factis.
XXVIII. De ſimulacro quod per campos portant.
XXIX. De ligneis pedibus vel manibus pagano ritu.
XXX. De eo quod credunt quia feminæ Lunam commendent, quòd poſſint corda hominum tollere juxta paganos.

KARLOMANNI PRINCIPIS FRANCORUM EDICTUM *de Metropoli Moguntina* (ann. 745). Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE INCERTI ANNI

Datum in Synodo cui interfuit Bonifacius, Apoſtolicæ Sedis Legatus, circa annum Chriſti DCCXLIV.

Nunc primùm editum ex veteri Codice Mſ. bibliothecæ Thuanæ.

EX CONCILIO REGUM, QUIBUS LEGATUS ROMANÆ SEDIS INTERFUIT BONEFATIUS.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De expoſito infante.*
2. *De trigeſimis mortuorum*
3. *De muliere enixa.*
4. *De Clericis qui comam nutriunt.*
5. *De Sacerdotibus qui demigrant.*
6. *De loco laicorum in Eccleſia.*
7. *De ſervis Clericorum.*
8. *De invaſoribus rerum Eccleſiæ*
9. *De regula collectarum.*
10. *De profeſſione Sacerdotum.*
11. *De teſtamento Sacerdotum.*
12. *De Archidiaconis.*
13. *De compoſitoribus cantionum.*
14. *De modo ſacramenti.*
15. *De libertis, ut non ſint teſtes.*
16. *De commutatione.*
17. *De fidejuſſore.*
18. *De perſonis judiciorum.*
19. *De agnatis & cognatis.*
20. *De falſa moneta.*
21. *De homicidis ad Eccleſiam confugientibus.*
22. *De latronibus.*
23. *De die dominico.*
24. *De empto à fure.*
25. *De alieno animali occiſo.*
26. *De compoſitione incenſæ domus.*
27. *De via convicinali.*
28. *De rebus commendatis incenſis.*

INCIPIUNT PRÆDICTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De expoſito infante.

Lib. VI. Capitular. c. 144.

1. SI expoſitus ante Eccleſiam cujuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat collector epiſtolam. Et ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſe-

curus habeat qui collegit. Sanè qui poſt prædictum tempus ejus calumniator extiterit, ut homicida damnabitur, ſicut Patrum ſanxit auctoritas.

De trigeſimis mortuorum.

VI. 198. II. Fideles pro defunctis amicis jejunia & oblationes triginta diebus adimpleri faciant, & mortuum ſuper mortuum non ponant, nec oſſa defunctorum ſuper terram dimittant. Quòd ſi fecerint, canonicæ ſententiæ ſubjacebunt.

De muliere enixa.

VI. 207. III. Cùm enixa fuerit mulier, ſi ſtatim actura gratias intrat Eccleſiam, nullo hinc peccati pondere gravatur. Voluptas enim carnis, non dolor, in culpa eſt; in prolis verò prolatione gemitus eſt. Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare Eccleſiam, ipſam ei pœnam ſuam in culpam deputamus.

De Clericis qui comam nutriunt.

VII. 234. IV. Sancitum eſt ut Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etſi noluerint, inviti detondeantur. Veſtimenta verò vel calciamenta eis, niſi quæ religionem deceant, habere non liceat.

De Sacerdotibus qui demigrant.

VII. 245. V. De Sacerdotibus qui ſuos titulos abſque licentia Epiſcopi dimittunt aut dimiſerunt, ſtatutum eſt ut tamdiu à communione habeantur alieni, quouſquè ad ſuos titulos revertantur.

De loco laicorum in Eccleſia.

VII. 279. VI. Laici ſecus altare intra cancellos, tam ad vigilias quàm ad Miſſas, ſtare penitùs non præſumant.

De ſervis Clericorum.

VII. 290. VII. Eccleſiarum ſervos vel Epiſcoporum vel Clericorum à Judicibus vel Actoribus publicis in diverſis angariis fatigari divinâ prohibemus auctoritate. Si quis verò Judicum vel Actorum Clericum aut ſervum clericilem Eccleſiæ in publicis vel privatis negotiis voluerit occupare, ab Eccleſia cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

De invaſoribus rerum Eccleſiæ.

VII. 265. 409. VIII. Qui reiculam Eccleſiæ petierint à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapuerint, irrita habeantur quæ obtinent, & ipſi ab Eccleſia quam ſpoliare cupiunt, excludantur.

De regula collectarum.

VI. 66. VII. 418 IX. Nullus in precibus niſi ad Patrem dirigat orationem, ſecundùm illud: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo.* Et ut priùs eas cum inſtructioribus tractet.

De profeſſione Sacerdotum

VII. 466. X. Quando Preſbyteri vel Diaconi per parochias conſtituuntur, oportet eos Epiſcopo ſuo profeſſionem facere.

De teſtamento Sacerdotum.

Add. IV 91. XI. Preſbyteri poſt ordinationem ſuæ paupertatis prædia comparantes, teſtamenta Eccleſiis confirment. Sin aliter, ut fraudatores teneantur.

De Archidiaconis.

Add. IV. 145. XII. Prævideant Epiſcopi ne cupiditas Archidiaconorum ſuorum culpas nutriat, quia multis modis mentitur iniquitas ſibi.

De compoſitoribus cantionum.

VII. 200. XIII. Qui in blaſphemiam alterius cantica compoſuerit, vel qui ea cantaverit, extra ordinem judicetur: nam lex hujuſmodi præcipit exiliari.

De modo ſacramenti.

VI. 214. XIV. Omne ſacramentum in Eccleſia & ſuper reliquias à laicis juretur. Sic illum Deus adjuvet, & illi ſancti quorum ſunt iſtæ reliquiæ.

De libertis, ut non ſint teſtes.

VI. 159. 352. XV. Libertus & liberta in nullis negotiis contra quemquam teſtimonium dicere permittantur, exceptis illis cauſis (in quibus ingenuitas deeſſe, ſicut præmiſſum eſt *) & de ſervis; quia indignum noſtra penſat clementia ut libertorum teſtimonia ingenuis damna incuriant. Qui verò ex eiſdem fuerint progeniti, ad teſtimonium à tertia generatione admittantur.

* *Legend.* ubi ingenuitas deeſſe dinoſcitur, ſicut permiſſum eſt &c. Vide Capitular. VI. cap. 159.

De commutatione.

VI. 154. 417. XVI. Commutatio, ſi non fuerit per vim vel metum extorta, talem qualem & emptio habeat firmitatem.

De fidejuſſore.

VII. 334. XVII. Si quis contempto fidejuſſore debitorem ſuum tenere maluerit, fidejuſſor & heres ejus à fidejuſſionis vinculo liberantur.

De perſonis judiciorum.

VII. 339 XVIII. In judiciis quatuor debent eſſe perſonæ, accuſator, defenſor, teſtes, judex. Accuſator uti debet intentione ad amplificandam cauſam, defenſor extenuatione ad minuendam, teſtes veritate, judex æquitate.

De agnatis & cognatis.

VII. 341. XIX. Agnati ſunt qui per virilem ſexum deſcendunt, cognati qui per ſeminem. Et ideo patrui vel patruorum filii & agnati ſunt & cognati. Avunculi verò & avunculorum filii cognati ſunt, non agnati.

De falſa moneta.

IV. 31. XX. De falſa moneta jubemus ut qui

eam percuſſiſſe comprobatus fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc conſenſit, ſi liber eſt, ſexaginta ſolidos componat. Si ſervus, ſexaginta ictus accipiat.

De homicidis ad Eccleſiam confugientibus.

V. 193. XXI. Homicidis vel cæteris reis qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam confugerint, nullus eis victus detur.

De latronibus.

V. 206. Add. iv. 142. XXII. De latronibus præcipimus obſervandum ut pro prima culpa unum oculum perdat, de alia verò naſus ei truncetur. De tertia culpa, ſi non emendaverit, morietur.

Vide infra, pag. 199 cap. 25

De die dominico.

V. 340. XXIII Si quis die dominico opera ſervilia fecerit, liber homo ſi boves junxerit, dextrum bovem perdat. Et ſi alia quæ prohibita ſunt fecerit, Sacerdotibus illa emendet ſicut de reliquis negligentiis judicibus emendari ſolet, & pœnitentiam inſuper accipiat. Similiter de præcipuis feſtivitatibus.

De empto à fure.

V. 344. XXIV. Si quis de fure neſciens aliquid emerit, quærat accepto ſpatio furem. Quem ſi non potuerit invenire, probet ſe ſacramento innocentem, & rem reſtituat, & furem quærere non omittat. Quòd ſi furem celaverit & perjuraſſe poſteà detectus fuerit, tanquam fur & ipſe damnetur.

De alieno animali occiſo.

V. 346. XXV. Si quis caſu faciente occiderit alienum animal, & non negaverit, ſimile dare non tardet, & cadaver mortui accipiat.

De compoſitione incenſæ domûs.

V. 351. XXVI. Si quis incenderit alienam domum, primò omnia ædificia reſtituat, & quicquid ibi arſerit, componat, & inſuper LX ſolidos, & publicâ pœnitentiâ multetur. Et quotquot homines de ipſo incendio evaſerint, unicuique ſecundùm legem ſuam componat, & quicquid perdiderint reſtituat.

De via convicinali.

V. 354. XXVII. Si quis viam convicinalem vel paſtoralem clauſerit, cum ſua lege componat, & ipſam viam aperiat.

De rebus commendatis incenſis.

V. 356. XXVIII. Si cui commendatæ res fuerint, vel traditæ ad vendendum, & in domo ejus cum rebus ſuis . . . . . .

Cætera deſunt in Mſ.

Sirmond. Conc. Gallæ, tom. I. p. 143

PIPPINI PRINCIPIS
CAPITULARE SUESSIONENSE,

Datum anno Chriſti DCCXLIV. in plena Synodo.

IN Dei nomine & Trinitatis. Anno DCCXLIV. ab incarnatione Chriſti, ſub die vj Nonas Martii, & Luna XIV, in anno ſecundo Childerici Regis Francorum, ego Pippinus, Dux & Princeps Francorum. Dùm pluribus non habetur incognitum qualiter nos in Dei nomine, unà cum conſenſu Epiſcoporum, ſive Sacerdotum vel Servorum Dei conſilio, ſive Comitum & Optimatum Francorum, colloquii apud Sueſſionis civitatem Synodum vel Concilium facere decrevimus: quod ita in Dei nomine & fecimus.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE fide Nicæna, & canonibus antiquis toto regno promulgandis.*
2. *De ſynodo ſingulis annis congreganda. Et de Adalberto hæretico in ſynodo damnato.*
3. *De Epiſcopis per civitates ordinatis ſub Archiepiſcopis Abele & Ardoberto. De Monachis. Et ut Abbates in hoſtem ipſi non eant, ſed mittant. Et Clerici à fornicatione, habitu laico, & venatione abſtineant.*
4. *Ut laici fornicationem omnem, perjuria, falſa teſtimonia devitent, Eccleſiamque tutentur. Et ut Presbyteri parochiarum Epiſcopo ſuo ſint ſubjecti.*
5. *Ut ignoti Epiſcopi vel Presbyteri ad*

miniſterium ſine probatione non admittantur.
6. *Ut Epiſcopi provideant ne populus paganiſmum faciat. Et ut legitimæ per civitates menſuræ ſint.*
7. *Ut Adalberti cruciculæ igni tradantur.*
8. *Ut Clerici extraneas mulieres domi non habeant.*
9. *Ut ſacratam feminam vel propinquam, nemo uxorem ducat; neque uxorem, viro ſuperſtite, alter accipiat; neque uxor, viro ſuperſtite, alterum accipiat.*
10. *De tranſgreſſoribus horum capitulorum.*

Incipiunt suprascripta Capitula et eorum textus.

De fide Nicæna, & canonibus antiquis toto regno promulgandis.

I. IN primis conſtituimus fidem catholicam, quam conſtituerunt cccxviij. Epiſcopi in Nicæno Concilio, ut denuntiaretur per univerſam regionem noſtram, & judicia canonica aliorum ſanctorum, quæ conſtituerunt in ſynodis ſuis; quomodò lex Dei & eccleſiaſtica regula recuperetur, quæ in diebus priorum Principum diſſipata corruit. Karlomanni Capitulare I. præfat.

De ſynodo ſingulis annis congreganda. Et de Adalberto hæretico, in ſynodo damnato.

II. Propterea nos unà cum conſenſu Epiſcoporum, ſive Sacerdotum, ſeu Servorum Dei, & Optimatum meorum conſilio, decrevimus ut annis ſingulis ſynodum renovare debeamus, qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animarum pervenire poſſit, & ut hæreſis ampliùs in populo non reſurgat, ſicut invenimus in Adalberto hæreſim, quem publiciter unâ voce condemnaverunt xxiij. Epiſcopi; & alii multi Sacerdotes, cum conſenſu Principis & populi, ita condemnaverunt ipſum Adalbertum, ut ampliùs populus per falſos Sacerdotes deceptus non pereat. Ibid. c. 1.

De Epiſcopis per civitates ordinatis ſub Archiepiſcopis Abele & Ardoberto. De Monachis. Et ut Abbates in hoſtem ipſi non eant, ſed mittant. Et Clerici à fornicatione, habitu laico, & venatione abſtineant.

III. Idcircò conſtituimus per conſilium Sacerdotum & Optimatum meorum, & ordinavimus per civitates legitimos Epiſcopos; & idcircò conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel & Ardobertum, ut ad judicia eorum de omni neceſſitate eccleſiaſtica recurrant tam Epiſcopi quàm alius populus. Ut ordo monachorum vel ancillarum Dei ſecundùm regulam ſanctam ſtabilis permaneat; & de rebus eccleſiaſticis ſubtractis monachis vel ancillis Dei, conſolentur uſque dum illorum neceſſitati ſatisfaciant; & ſi quid ſuperaverit, cenſus levetur. Et Abbates legitimi hoſtem non faciant, niſi tantùm homines eorum tranſmittant. Et omnes Clerici fornicationem non faciant, nec habitum laicorum portent, nec habeant canes ut venationes faciant, nec accipitres portent. Ibid. c.

Ut laici fornicationem omnem, perjuria, & falſa teſtimonia devitent, Eccleſiamque tutentur. Et ut Presbyteri parochiarum Epiſcopo ſuo ſint ſubjecti.

IV. Similiter decrevimus ut laici homines legitimè vivant, & diverſas fornicationes non faciant, & perjuria in Eccleſia non conſentiant, & falſa teſtimonia non dicant, & Eccleſiam Dei in omni neceſſitate conſervent. Et unuſquiſque Preſbyter qui in parochia eſt, Epiſcopo obediens & ſubjectus ſit, & ſemper in cœna Domini rationem & ordinem miniſterii ſui Epiſcopo reddat, & chriſma & oleum petat. Et quando jure canonico Epiſcopus circumit parochiam ad confirmandum populum, Abbates & Preſbyteri parati ſint ad ſuſcipiendum Epiſcopum in adjutorium neceſſitatis. Ibid. c. 3.

Ut ignoti Epiſcopi & Presbyteri admiſterium ſine probatione non admittantur.

V. Et ſtatuimus ut ſupervenientes Epiſcopi vel Preſbyteri de aliis regionibus non ſuſcipiantur in miniſterium Eccleſiæ, niſi priùs fuerint probati ab Epiſcopo cujus parochia eſt. Ibid. c. 4.

Ut Epiſcopi provideant ne populus paganiſmum faciat. Et ut legitimæ per civitates menſuræ ſint.

VI. Et omnino decrevimus ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem habeat ut populus Chriſtianus paganiſmum non faciat. Et per omnes civitates legitimus forus & menſura fiat, ſecundùm abundantiam temporis. Ibid. c. 5; in Capitulari II. c.

Ut Adalberti cruciculæ igni tradantur.

VII. Similiter conſtituimus ut illas cruciculas quas Adalbertus per parochiam plantaverat, omnes igne conſumantur.

Ut Clerici extraneas mulieres domi non habeant.

VIII. Similiter diximus ut neque Cle-

ricus mulierem habeat in domo ſua, quæ cum illo habitet, niſi matrem, aut ſororem, vel neptam ſuam.

Ut ſacratam feminam vel propinquam nemo uxorem ducat; neque uxorem, viro ſuperſtite, alter accipiat; neque uxor, viro ſuperſtite, alterum accipiat.

Vid. lib. V. Capitular. cap. 21.

IX. Similiter conſtituimus ut nullus laicus homo Deo ſacratam feminam ad mulierem habeat, nec ſuam parentem; nec marito vivente ſuam mulierem alius accipiat, nec mulier vivente ſuo viro alium accipiat: quia maritus mulierem ſuam non debet dimittere, excepto cauſâ fornicationis deprehenſâ.

De tranſgreſſoribus horum capitulorum.

X. Si quis contra hoc decretum, quod xxiij. Epiſcopi cum aliis Sacerdotibus vel ſervis Dei, unà cum conſenſu Principis Pippini vel Optimatum Francorum conſilio conſtituerunt, tranſgredi vel legem irrumpere voluerit, vel deſpexerit, judicandus ſit ab ipſo Principe, vel Epiſcopis vel Comitibus, & componat ſecundùm quod in lege ſcriptum eſt, unuſquiſque juxta ordinem ſuum. Et ſi hæc omnia obſervaverimus, quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, Chriſti miſericordiam invenire poterimus in ſecula ſeculorum. AMEN.

† Signum illuſtris viri PIPPINI, Majoris domûs.

Signum RADBOD'.
Signum ARIBERTI.
Signum HELMIGAUDI.

ADMONITIO BALUZII

De ſequentibus Capitulis ſynodalibus.

SÆPE multùmque dubitavi an decreta ſynodorum quæ ab Epiſcopis celebratæ ſunt ſub Rege Pippino, referenda eſſent inter ejus Capitularia. Videbam illum eâ tempeſtate morem apud Francos fuiſſe ut & Principes ſynodis præſiderent, & conſtitutiones ſub eorum nomine conderentur emitterenturque in publicum. Videbam præterea pleraque capitula quæ in ſynodis epiſcopalibus perſcripta fuerant, in libros Capitularium ab Anſegiſo Abbate & Benedicto Levita compoſitos fuiſſe relata, tamquam partem facerent legum à Principibus noſtris conſtitutarum. At parte ex alia occurrebant nonnullæ ſynodi per ea tempora celebratæ, in quibus nulla mentio Principis, nulla ejus auctoritas apparebat. Mihi iſta meditanti commodùm oblatus eſt vetus codex mſ. ſancti Vincentii Metenſis, in quo Pippini Regis capitula deſcripta ſunt, initio facto à capitulis apud Vermeriam conſtitutis; ſed, quod dolendum eſt, abſque ulla prorsùs inſcriptione, abſque ullo titulo. Sirmondus tamen, qui primus illa edidit, hinc edoctus eſt ea pertinere ad ſynodum Vermerienſem, quòd eorum nonnulla inveniantur apud veteres canonum Collectores ex Concilio apud Vermeriam laudata. Regino ſanè Abbas Prumienſis, qui pleraque iſtius ſynodi capitula deſcripſit in libro ſecundo de diſciplinis eccleſiaſticis & religione Chriſtiana, accepiſſe ſe illa ait in capite CXVIII. *ejuſdem libri* ex Concilio quod factum fuit ad Vermeriam, temporibus Pippini Regis. *Poſtea Burchardus, lib.* IX, *cap.* XXVI, *& hunc ſecutus Ivo, parte* VIII, *cap.* CLXIV, *admonuerunt huic Concilio interfuiſſe Pippinum. Hanc auctoritatem ſecutus Sirmondus, cùm Vermerienſe Concilium ederet, in titulo ſcripſit habitum illud fuiſſe præſente Pippino Rege. Iſtius ergo & reliquarum iſtiuſmodi ſynodorum decreta edi debere viſum eſt inter Capitula ſynodalia Pippini, tum quia in codice Metenſi conjuncta ſunt cum reliquis ejuſdem Principis Conſtitutionibus, & quia nonnulla ex eis relata ſunt in libris Capitularium, tum etiam quia partem facere videntur capitulorum editorumque ſynodalium Pippini, quorum obſervationem imperavit Karolus M. in Capitulari anni* DCCLXXIX, *cap.* XII, *& in Capitulari Aquiſgranenſi anni* DCCLXXXIX, *cap.* LXXIX.

PIPPINI REGIS
CAPITULA SYNODALIA.

CAPITULA DATA APUD VERMERIAM Palatium regium, circa annum Chriſti DCCLII, in plena Synodo.

Simmondus, Conc. Gal. lic. tom. 2. p. 1. & ſeq.

INDEX CAPITULORUM

1. *De conjugiis in tertio & quarto gradu.*
2. *De eo qui cum uxoris ſuæ filia carnale commercium habuit.*
3. *Quòd relictam Sacerdotis uxorem ducere non liceat.*
4. *De feminis ſponte vel invitò, vel ſine virorum conſenſu, velatis.*
5. *De eo cui mortem uxor cum aliis machinata eſt.*
6. *De ingenuo qui ancillam duxit pro ingenua, & de ingenua quæ ſervo nupſit pro ingenuo.*
7. *De ſervo qui ancillam ſuam concubinam habuit, & illâ relictâ domini ancillam vult ducere.*
8. *Servus à domino libertate donatus, ſi poſteà cum ejus ancilla mœchatur, cogi poteſt ut uxorem illam habeat.*
9. *De muliere quæ virum ſuum in alio pago ſequi non vult.*
10. *De filio qui cum noverca mœchatus eſt.*
11. *De eo qui cum privigna vel cum uxoris ſorore mœchatur.*
12. *De eo qui cum duabus ſororibus dormierit.*
13. *Qui ancillam volens uxorem duxit, cum ea permaneat.*
14. *Ut ab Epiſcopis vagis Presbyteri non ordinentur.*
15. *Presbyter degradatus poteſt in neceſſitate baptizare.*
16. *Ne Clerici arma gerant.*
17. *De muliere quæ viri impotentiam cauſatur.*
18. *De eo qui cum uxoris ſuæ conſobrina mœchatur.*
19. *De ſervo & ancilla, ſi per venditionem ſeparentur.*
20. *Ut Chartularius qui cum ancilla fornicatur, eam libertate donatam uxorem habere cogatur.*
21. *Qui uxorem velari permiſit, aliam ne ducat.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De conjugiis in tertio & quarto gradu.

Regino, lib. 2. c. 212. Tom. 9. Spicil. pag. 59, c. 84. Eadem fuit ſententia Alex. III. in App. Petri Cell. pag. 438. extr.

I. IN tertio genuculo ſeparantur, & poſt pœnitentiam actam, ſi ita voluerint, licentiam habent aliis ſe conjungere. In quarta autem conjunctione ſi inventi fuerint, eos non ſeparamus, ſed pœnitentiam eis indicamus. Attamen ſi factum non fuerit, nullam facultatem conjungendi in quarta generatione damus.

De eo qui cum uxoris ſuæ filia carnale commercium habuit.

Regino, lib. 2. c. 213. Burchard. lib. 17. cap. 10.

II. Si aliquis cum filiaſtra ſua manet, nec matrem nec filiam ipſius poteſt habere, nec ille nec illa aliis ſe poterunt conjungere ullo unquam tempore. Attamen uxor ejus, ſi ita voluerit, ſi ſe continere non poteſt, ſi poſtea quàm cognovit quòd cum filia ſua vir ejus fuit in adulterio, carnale commercium cum eo non habet, niſi voluntate ſe abſtinet, poteſt alio nubere.

Quòd relictam Sacerdotis uxorem ducere non liceat.

Burchard. lib. 7. c. 22 in cod. Tal. Tradit. 70. S. Gall.

III. Si quis Preſbyter neptam ſuam uxorem habuerit, ipſam dimittat, & gradum perdat. Si alius eam acceperit, & ipſam à ſe rejiciat. Siſe continere non poteſt, aliam accipiat, quia reprehenſibile eſt ut relictam Sacerdotis alius homo habeat.

De feminis ſponte vel invitò, aut ſine virorum conſenſu, velatis.

Vide infra lib. V, cat 180.

IV. Ut quolibet modo femina velum acceperit, in hoc permaneat, niſi ſe invitam aut reclamantem velaverit aliquis.

Tamen prædicandum eſt ut cum velo ſuo permaneat, ſi voluerit. Quòd ſi Preſbyter eam invitam reclamantemque velaverit, gradum ſuum pro hac cauſa perdat. Quòd ſi contigerit ut mulier ſine convenientia viri ſui ſe velare præſumat, in poteſtate viri ejus erit ut in hoc permaneat, aut non.

Launoius, de Matrim. p. 317.

De eo cui mortem uxor cum aliis machinata eſt.

Regino, lib. 2. c. 118. Burchard. lib. 6. c. 41. Ivo, par. 10, c. 6. Gratian. 31, q. 1, cap. 6. *Si qua mulier.* Decretal. lib. 4. tit. 19. cap. 1.

V. Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conſiliavit, & ipſe vir ipſius hominem ſe defendendo occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam uxorem dimittere, & ſi voluerit, aliam accipiat. Ipſa autem inſidiatrix, pœnitentiæ ſubacta, abſque ſpe conjugii maneat.

De ingenuo qui ancillam duxit pro ingenua, & de ingenua quæ ſervo nupſit pro ingenuo.

Regino, lib. 2. c. 119. Burchard. lib. 9. c. 26. Ivo, par. 8. c. 164, 165. Gratian. 29, q. 2. c. 4. *Si quis ingenuus.* Concil. Vermerien. can. 6.

VI. Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, ſi ipſa femina poſteà fuerit inſervita, ſi eam à ſervitute redimere poteſt, faciat; ſi redimi non poteſt, ſi voluerit, liceat ei aliam accipere. Similiter & mulier ingenua ſi ſervum accipiat pro ingenuo, & poſteà pro qualicunque cauſa inſervitus fuerit, niſi pro inopia fame cogente ſe vendiderit, & ipſa hoc conſenſerit, & de pretio viri ſui à fame liberata fuerit, ſi voluerit poteſt eum dimittere, & ſi ſe continere non poteſt, alium ducere. Similiter & de muliere, ſi ſe vendiderit, & vir ejus ita conſenſerit, taliter poteſt ſtare ſi ſe ſeparaverint. Pœnitentia tamen amborum neceſſaria eſt. Nam qui de pretio paris ſui de tali neceſſitate liberatus fuerit, in tali conjugio debet permanere, & non ſeparari.

De ſervo qui ancillam ſuam concubinam habuit, & illâ relictâ, domini ancillam vult ducere.

Regino, lib. 2. c. 120.

VII. Si ſervus ſuam ancillam concubinam habuerit, ſi ita placet, poteſt illâ dimiſſâ comparem ſuam ancillam domini ſui accipere; ſed melius eſt ſuam ancillam tenere.

Servus à domino libertate donatus, ſi poſteà cum ejus ancilla mœchatur, cogi poteſt ut uxorem illam habeat.

Ibid. cap. 121.

VIII. Si quis ſervus, libertate a domino ſuo acceptâ, poſteà cum ancilla ejus adulterium perpetraverit, ſi dominus ejus vult, velit nolit ipſam ad uxorem habebit. Quòd ſi ipſam dimiſerit, & aliam duxerit, cogatur omninò ut poſteriorem dimittat, & ipſam cum qua priùs adulterium fecit, recipiat, aut illâ vivente nullam aliam habeat.

De muliere quæ virum ſuum in alio pago ſequi non vult.

Launoius, de Matrim. p. 317. Regino, lib. 2. c. 124. Burchard. lib. 9. c. 54. Ivo, par. 8. c. 189. Grat. 34, q. 1. cap. 4. *Si quis neceſſitate.* Conc. Vermer. can. 9.

IX. Si quis neceſſitate inevitabili cogente in alium ducatum ſeu provinciam fugerit, aut ſeniorem ſuum, cui fidem mentiri non poterat, ſecutus fuerit; & uxor ejus, cùm valet & poteſt, amore parentum aut rerum ſuarum, eum ſequi noluerit, ipſa omni tempore, quandiu vir ejus, quem ſecuta non fuit, vivit, ſemper innupta permaneat. Nam ille vir ejus, qui neceſſitate cogente in alium locum fugit, ſi nunquam in ſuam patriam ſe reverſurum ſperat, ſi ſe abſtinere non poteſt, aliam uxorem cum pœnitentia poteſt accipere.

De filio qui cum noverca mœchatus eſt.

Regino, lib. 2. c. 214. Burchard. lib. 17. cap. 11.

X. Si filius cum noverca ſua uxore patris ſui dormierit, nec ille nec illa poſſunt ad conjugium pervenire. Sed ille vir, ſi vult, poteſt aliam uxorem habere: ſed melius eſt abſtinere.

De eo qui cum privigna vel cum uxoris ſorore mœchatur.

Regino, & Burchard. ibid.

XI. Si quis cum filiaſtra ſua dormierit, ſimili ſententiâ ſtare poteſt; & cum ſorore uxoris ſuæ ſimili modo ſtare poteſt.

De eo qui cum duabus ſororibus dormierit.

Regino, lib. 2. c. 215. Burchard. lib. 17. c. 3.

XII. Qui dormierit cum duabus ſororibus, & una ex illis anteà uxor fuerit, nullam ex illis habeat: nec illa adultera ſoror, nec ille vir qui cum illa adulteravit, alios unquam accipiant.

Qui ancillam volens uxorem duxit, cum ea permaneat.

XIII. Qui ſcit uxorem ſuam ancillam eſſe, & accepit eam voluntariè, ſemper poſteà permaneat cum ea.

Ut ab Epiſcopis vagis Presbyteri non ordinentur.

XIV. Ut ab Epiſcopis ambulantibus per patrias ordinatio Preſbyterorum non fiat. Si autem boni ſunt illi Preſbyteri, iterum conſecrentur.

Presbyter degradatus poteſt in neceſſitate baptizare.

XV. Preſbyter degradatus, certâ neceſſitate cogente, pro periculo mortis, ſi alius non adeſt, poteſt infirmum baptizare.

Ne Clerici arma gerant.

XVI. Ut arma Clerici non portent.

De muliere quæ viri impotentiam cauſatur.

Regino, lib. 2. c. 243. Burchard. lib. 9. c. 41. Ivo, par. 8. c. 179.

XVII. Si qua mulier ſe reclamaverit quòd vir ſuus numquam cum ea maniſiſſet, exeant inde ad crucem; & ſi verum fuerit, ſeparentur, & illa faciat quod vult.

De eo qui cum uxoris ſuæ conſobrina mœchatur.

XVIII. Qui cum conſobrina uxoris ſuæ manet, ſuâ careat, & nullam aliam habeat. Illa mulier quam habuit, faciat quod vult. Hoc Eccleſia non recipit.

De ſervo & ancilla, ſi per venditionem ſeparentur.

Regino, lib. 2. c. 122. XIX. Si ſervus & ancilla per venditionis cauſam ſeparati fuerint, prædicandi ſunt ut ſic maneant, ſi eos rejungere non poſſumus.

Ut Chartularius, qui cum ancilla fornicatur, eam libertate donatam uxorem habere cogatur.

XX. Ut ille Chartularius qui cum ancilla manſerit, cùm eam juxta legem libertate à domino ſuo acceptâ dimiſerit aliam accipiens, poſteriorem dimittat.

Qui uxorem velari permiſit, aliam ne ducat.

XXI. Qui uxorem ſuam dimiſerit velare, aliam non accipiat. Regino, lib. 2. c. 125. Burchard. lib. 9. c. 46.

ALIA CAPITULA SYNODI VERMERIENSIS,

Relata à Reginone, Abbate Prumienſi, in libro ſecundo de eccleſiaſticis diſciplinis & religione Chriſtiana.

De illo qui cum uxore fratris ſui fornicatus eſt.

Regino, lib. 2. c. 216. Burchard. lib. 17, cap. 17. I. SI quis cum uxore fratris ſui dormierit, adulter & mœcha diebus vitæ ſuæ abſque conjugio maneant. Ille verò cujus uxor fuit, ſi vult, aliam conjugem accipiat.

De illo qui ſponſam filii ſui oppreſſerit.

Regino, lib. 2. c. 217. Burchard. lib. 17. cap. 18. II. Si quis ſponſam filii ſui oppreſſerit, & poſteà filius ejus eam duxerit, pater poſtmodùm non habeat uxorem, nec ipſa mulier virum Filius, qui facinus patris ignoravit, aliam accipiat.

De eo qui filiaſtrum aut filiaſtram ante Epiſcopum tenuerit.

Lib. V. Capitular. c. 7. III. Si quis filiaſtrum aut filiaſtram ſuam ante Epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab uxore ſua, & aliam nunquam accipiat. Similiter & mulier.

De illo qui cum filiaſtra, ignorante matre, fornicatus eſt.

Regino, lib. 2. c. 219. Burchard. lib. 17. cap. 22. IV. Si quis cum matre & filia fornicatus eſt, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille numquam accipiat uxorem. Illæ verò, ſi volunt, accipiant maritos. Si autem hoc ſcierint ipſæ feminæ, abſque maritis in perpetuum maneant.

De illo qui cum duabus ſororibus fornicatus eſt.

Regino, lib. 2. c. 220. V. Similiter & de duabus ſororibus, qui cum una in adulterio manſit, & aliam publicè accepit, non habeat mulierem uſque in diem mortis; illa quæ neſcivit, accipiat maritum. Burchard. lib. 17. c. 7.

Si quis propter faidam fugit.

VI. Si qui propter vindictam fugiunt in alias patrias, & dimittunt uxores ſuas, nec illi nec illæ alteri copulentur. Lib. V. Capitular. c. 8.

De inceſtis.

VII. Si quis inceſtum cum proxima ſua commiſerit, peculium ſuum perdat, ſi habet; & ſi ſe non emendare voluerit, nullus eum in domo recipiat, neque ei cibum donet. Quòd ſi fecerit, ſexaginta ſolidos Regi componat. Et ſi pecuniam non habet, mittatur, ſi liber eſt, in carcerem Si ſervus eſt, vapulet multis plagis. Regino, lib. 2. c. 222.

De parricidis.

VIII. Si homo liber patrem aut matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hereditatem propriam amittat. Et ſi quis mœchatus fuerit cum matre & ſorore & amita, hereditatem perdat. Ibid. c. 223.

Item de inceſtis.

IX. Epiſcopi inceſtuoſos inveſtigare ſtudeant. Et ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur. Quòd ſi obedire Sacerdotibus noluerint, oportet eos per ſecularem diſciplinam coerceri. Lib. V. Capitular. cap. 165.

CAPITULA SYNODI VERNENSIS,

Edita à Pippino Rege, & ab Epiſcopis, anno DCCLV.

Simondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 27 & ſeq.

Incipit Concilium quod factum fuit ad Palatium Vernis.

SUFFECERANT quidem priſcorum patrum regulæ ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, rectiſſimæque normæ ad mortalium correctionem prolatæ, ſi earum ſanctiſſima jura perſeveraſſent illæſa. Sed quia emergentibus cauſis quibuſdam non congruis, temporeque inquieto ſuperveniente, contigit nonnulla ex hac re negligentiâ faciente fuiſſe intermiſſa, ideoque glorioſiſſimus atque Deo religioſus illuſter vir Pippinus, Rex Francorum, univerſos penè Galliarum Epiſcopos aggregari fecit ad Concilium Vernis palatium publicum, recuperare aliquantiſper cupiens inſtituta canonica. Et quia facultas modò non ſuppetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult eſſe correctum quod Eccleſiæ Dei valde cognoſcitur eſſe contrarium. Et ſi tempora ſerena ſpatiaque tranquilla divinitùs fuerint ei collata, cupit ad plenum ſecundùm ſanctorum canones, pleniùs opitulante divinâ gratiâ, meliùs, perfectiùs, integrèque inanteà conſervare. Et cùm ita factum fuerit, ceſſent hæc quæ neceſſitate cogente ex ſacris canonibus remiſſiùs ſunt excerpta, maneantque præfata jura canonica firma, integra, atque intemerata. Tamen interim quod meliùs poſſumus, hæc inconvulſa atque inviolata eſſe cupimus. Ipſarum enim rerum, quæ pro emendatione noſtra communiter ſunt prolata, per diſtincta capitula ſubter tenentur inſerta. Datum V. Idûs Julii, anno quarto ſupraſcripti glorioſiſſimi Pippini Regis.

Vid. Notas, tom. 1. pag. 1007.

INDEX CAPITULORUM.

1. *UT unaquæque civitas ſuum habeat Epiſcopum.*
2. *De Epiſcopis Metropolitarum vice conſtitutis.*
3. *Ut Epiſcopus in ſua parochia omnium corrigendorum habeat poteſtatem.*
4. *De duabus ſynodis per ſingulos annos convocandis.*
5. *Quâ ratione ſint emendandi qui virorum aut puellarum monaſteriis præſunt.*
6. *Ne Abbatiſſa duobus præſit monaſteriis, nec extra monaſterium, niſi Rex voce, licentiam habeat exeundi. De monialibus item, ne exeant, & ut lapſæ in monaſterio ipſo pœnitentiam agant. Ut per alios ipſarum neceſſitates Regi vel ſynodo ſuggerantur. Et de probatione earum quæ regulariter vivere volunt.*
7. *Ut publicum baptiſterium, niſi juſſu Epiſcopi, nullum conſtituatur.*
8. *Ut omnes Presbyteri Epiſcopo ſubſint, nec ſine illius juſſione baptizent nec Miſſas faciant.*
9. *Excommunicari eos qui cum excommunicatis communicant. Quæ lex ſit excommunicatis; & de iis qui adversùs excommunicationem reclamant, vel eam parvipendunt.*
10. *Ut Monachi Romam vel ad alia loca non vagentur. Et ſi quis ob negligentiam Abbatis ad aliud monaſterium migrare velit, cum Epiſcopi conſenſu liceat.*
11. *Ut Clerici omnes ſub manu vivant Epiſcopi, vel in monaſterio ſub ordine regulari.*
12. *Ut Clerici ab Eccleſiis ſuis ad alias non migrent. Et ut alterius Eccleſiæ Clericum nemo ſuſcipiat.*
13. *De Epiſcopis vagantibus, ut neque*

miniſtrent neque ordinationem ullam faciant ſine licentia Epiſcopi cujus parochia eſt.
14. *Die dominico quid operis facere liceat aut non liceat.*
15. *Ut nuptiæ omnes publicè fiant.*
16. *Ut Clerici ſecularibus negotiis non implicentur.*
17. *Ut, mortuo Epiſcopo, Eccleſia ſupra tres menſes ſine paſtore non relinquatur.*
18. *Ut Clerici publica judicia ſine juſſu Epiſcopi non petant.*
19. *Ut Eccleſiarum immunitates illibatæ ſerventur.*
20. *De ratiociniis monaſteriorum quæ Regi vel Epiſcopo debentur.*
21. *Ut Epiſcopi ſinguli presbyteratus ſibi competentes obtineant.*
22. *De teloneis, ut à peregrinis non exigantur, neque in iis locis ubi eſſe non debent.*
23. *Ut Judices viduarum & orphanorum atque Eccleſiæ cauſas primo audiant loco.*
24. *Ut nullus per pecunias ad honores eccleſiaſticos accedat.*
25. *Ut Epiſcopi & alii Judices pro juſtitia facienda ſportulas non accipiant.*
26. *De teloneis.*
27. *De moneta.*
28. *De immunitatibus conſervandis.*
29. *De juſtitia facienda.*
30. *De eccleſiaſticis viris qui ſe reclamare ad Palatium veniunt.*

Incipiunt ſuprascripta Capitula et eorum textus.

Ut unaquæque civitas ſuum habeat Epiſcopum.

Vide infrà, pag. 195, cap. 2.

I. UT Epiſcopi debeant per ſingulas civitates eſſe.

De Epiſcopis Metropolitanorum vice conſtitutis.

II. Epiſcopos quos modò in vicem Metropolitanorum conſtituimus, ut cæteri Epiſcopi ipſis in omnibus ſecundùm canonicam inſtitutionem obediant, interim quòd ſecundùm canonicam conſtitutionem hoc plenius emendemus.

Ut Epiſcopus in ſua parochia omnium corrigendorum habeat poteſtatem.

III. Ut unuſquiſque Epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua parochia, tam de clero quàm de regularibus vel ſecularibus, ad corrigendum & emendandum ſecundùm ordinem canonicum ſpiritualem, ut ſic vivant qualiter Deo placere poſſint.

De duabus ſynodis per ſingulos annos convocandis.

IV. Ut bis in anno ſynodus fiat. Prima ſynodus menſe primo, quod eſt Martias Kalendas, ubicunque Domnus Rex juſſerit, in ejus præſentia. Secunda ſynodus Kalendas Octobris, aut ad Sueſſiones, aut ubi in Martias Kalendas inter ipſos Epiſcopos convenit. Et illi Epiſcopi ibidem conveniant quos modò vice Metropolitanorum conſtituimus. Et illi alii Epiſcopi vel Abbates ſeu Preſbyteri, quos ipſi Metropolitani apud ſe venire juſſerint, ibidem in ipſa ſecunda ſynodo convenire faciant.

Quâ ratione ſint emendandi qui virorum aut puellarum monaſteria regunt.

V. Ut monaſteria, tam virorum quàm puellarum, ſecundùm ordinem regulariter vivant. Et ſi hoc facere contempſerint, Epiſcopus in cujus parochia eſſe videntur hoc emendare debet. Quod ſi non poterit hoc emendare, illi quem Metropolitanum conſtituimus hoc innoteſcat, & ipſe hoc emendari faciat. Quòd ſi hoc nec ipſe emendare poterit, ad ſynodum publicam exinde veniant, & ibidem canonicam ſententiam accipiant. Et ſi publicam ſynodum contempſerint, aut honorem ſuum perdant, aut excommunicentur ab omnibus Epiſcopis, & tales in eorum loco in ipſa ſynodo conſtituantur, per verbum & voluntatem Domni Regis, vel conſenſu ſervorum Dei, qui ſecundùm ordinem ſanctum ipſum gregem regant.

Tom. 9. Spicil. p. 64, c. 11. infrà, pag. 195. c. 3.

Ne Abbatiſſa duobus præſit monaſteriis, nec extra monaſterium, niſi Rex vocet, licentiam habeat exeundi. De monialibus item, ne exeant; & ut lapſæ in monaſterio ipſo pœnitentiam agant. Ut per alios ipſarum neceſſitates Regi vel ſynodo ſuggerantur. Et de probatione illarum quæ regulariter vivere noluntur.

VI. Conſtituimus ut nulla Abbatiſſa duo monaſteria præſumat habere; nec extra monaſterium licentiam habeat exire, niſi hoſtilitate cogente. Sed Domnus Rex quando aliquam de ipſis Abbatiſſis ad ſe venire juſſerit, ſemel in anno, per conſenſum Epiſcopi in cujus parochia eſt, ut tunc ad eum aliqua veniat ex ſua juſſione,

Vide Tom. 2. Concil. Gall. pag. 321. c. 57.

Vide infrà, pag. 555.

ſi neceſſitas fuerit, & alibi omninò non debeat nec per villas nec per alia loca demorari, niſi tantùm quàm celeriùs potuerit ambulare & reverti. Et antè non moveat de ſuo monaſterio priuſquàm ſuum Miſſum tranſmittat ad Domnum Regem. Et ſi jufſerit Rex venire, veniat. Sin autem, in monaſterio permaneat interim quod inantèa hoc pleniùs ſecundùm canones emendaverit. Similiter nec illæ Monachæ extra monaſterium exire debeant. Quòd ſi aliqua in aliquem lapſum ceciderit, infra monaſterium per conſilium Epiſcopi pœnitentiam agat. Et ſi neceſſe eſt de earum neceſſitate ad Domnum Regem vel ad ſynodum aliquid ſuggerere, earum Præpoſiti vel Miſſi hoc debeant facere. Et qualia munera ad palatium dare voluerint, per Miſſos ſuos ea dirigant. Et ſi aliqua monaſteria ſunt quæ earum ordinem propter paupertatem adimplere non poſſunt, hoc ille Epiſcopus de veritate prævideat, & hoc Domno Regi innoteſcat, ut in ſua eleemoſyna hoc emendare faciat. Et ſi tales feminæ velatæ ad præſens ibidem congregatæ inveniuntur quæ regulariter vivere non velint, nec ad hoc dignæ ſunt ut cum illis aliis habitent, Epiſcopus vel Abbatiſſa prævideant locum aptum ubi ſeparatim cum cuſtodia in pulſatorio habitare debeant, vel operari manibus quod ipſa Abbatiſſa eis jufſerit, interim quòd probatæ dignæ ſint ut in congregatione recipiantur.

Ut publicum baptiſterium, niſi juſſu Epiſcopi, nullum conſtituatur.

VII. Ut publicum baptiſterium in nulla parochia eſſe debeat, niſi ubi Epiſcopus conſtituerit cujus parochia eſt. Niſi tantùm ſi neceſſitas evenerit pro infirmitate, aut pro aliqua neceſſitate, illi Preſbyteri, quos Epiſcopus in ſua parochia conſtituerit, in qualicunque loco evenerit, licentiam habeant baptizandi, ut omninò ſine baptiſmo non moriantur.

Ut omnes Presbyteri Epiſcopo ſubſint, nec ſine illius juſſione baptizent, nec Miſſas faciant.

Lib. V. Capitular. c. 60. Vide Epiſt. S. Bonifac. p. 136; & Lullum, archiep. Mogunt. inter epiſt. S. Bonif. n. 100.

VIII. Ut omnes Preſbyteri qui in parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus Preſbyter præſumat in illa parochia baptizare, nec Miſſas celebrare ſine juſſione Epiſcopi in cujus parochia eſt. Et omnes Preſbyteri ad Concilium Epiſcopi ſui conveniant. Et ſi hoc quod ſuperiùs comprehenſum eſt facere contempſerint, ſecundùm canonicam inſtitutionem judicentur, tam ipſi quàm defenſores eorum.

Excommunicari eos qui ſcientes cum excommunicatis communicant. Quæ lex ſit excommunicatis; & de iis qui adverſus excommunicationem reclamant, vel eam parvipendunt.

Lib. V. Capitular. cap. 62.

IX. Si quis Preſbyter ab Epiſcopo degradatus fuerit, & ipſe per contemptum poſteà aliquid de ſuo officio ſine commeatu facere præſumpſerit, & poſteà ab Epiſcopo ſuo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum. Similiter quicunque Clericus, aut laicus, vel femina, inceſtum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus ſe emendare noluerit, & ab Epiſcopo ſuo excommunicatus fuerit, ſi quis cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe excommunicatum eſſe. Et ut ſciatis qualis ſit modus iſtius excommunicationis, in Eccleſiam non debet intrare, nec cum ullo Chriſtiano cibum vel potum ſumere; nec ejus munera quiſquam accipere debet, vel oſculum porrigere debet, nec in oratione ſe jungere, nec ſalutare, antequam ab Epiſcopo ſuo fuerit reconciliatus. Quòd ſi aliquis ſe reclamaverit quòd injuſtè ſit excommunicatus, licentiam habeat ad Metropolitanum Epiſcopum venire, & ibidem ſecundùm canonicam inſtitutionem dijudicetur; interim ſuam excommunicationem cuſtodiat. Quòd ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus emendare minimè potuerit, Regis judicio exilio condemnetur.

Ut Monachi Romam vel ad alia loca non vagentur. Et ſi quis ob negligentiam Abbatis ad aliud monaſterium migrare velit, cum Epiſcopi conſenſu liceat.

X. Ut Monachi qui veraciter regulariter vivunt, ad Romanam ſedem vel aliubi vagari non permittantur, niſi obedientiam Abbatis ſui exerceant. Et ſi talis cauſa evenerit, quod abſit, quòd ille Abbas ſic remiſſus vel negligens inveniatur ut in manus laicorum ipſum monaſterium veniat, & hoc Epiſcopus emendare non potuerit, & aliqui tales Monachi ibidem fuerint qui propter Deum de ipſo monaſterio in alterum migrare velint, propter eorum animas ſalvandas, hi per conſenſum Epiſcopi licentiam habeant, qualiter eorum animæ poſſint ſalvari.

Ut Clerici omnes ſub manu vivant Epiſcopi, vel in monaſterio ſub ordine regulari.

XI. De illis hominibus qui dicunt quòd ſe propter Deum tonſoraſſent, & modò res eorum vel pecunias habent, & nec ſub manu Epiſcopi ſunt, nec in monaſterio regulariter vivunt, placuit ut in monaſterio ſint ſub ordine regulari, aut ſub manu Epiſcopi ſub ordine canonico. Et ſi aliter fecerint, & correpti ab Epiſcopo ſuo ſe emendare noluerint, excommunicentur. Et de ancillis Dei velatis eadem forma ſervetur.

Ut Clerici ab Eccleſiis ſuis ad alias non migrent. Et ut alterius Eccleſiæ Clericum nemo ſuſcipiat.

Concil. Chalcedon. c. 10. Ivo, par. 6. c. 361. Diſt. 71. c. 4. *Clericos.*

XII. Clericos in Eccleſia militantes, ſicut jam conſtitutum eſt, non licere in alterius civitatis Eccleſia vel in poteſtate laicorum militare, ſed ibidem permanere in qua principiò miniſtrare meruerunt; extra eos qui, amiſſâ patriâ, ad aliam Eccleſiam pro neceſſitate venerint. Qui verò Epiſcoporum aut laicorum, poſt hoc conſtitutum, alterius Eccleſiæ Clericum ſuſceperit, niſi ad excuſandum rationabiliter, placuit à communione ſuſpendi, & eum qui ſuſcepit, & eum qui ſuſceptus eſt, quouſque Clericum qui tranſlatus eſt fecerit ad ſuam reverti Eccleſiam.

De Epiſcopis vagantibus, ut neque miniſtrent neque ordinationem ullam faciant ſine licentia Epiſcopi cujus parochia eſt.

Vide L. Cod. Collectan. pag. 115.

XIII. De Epiſcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec ſcimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit, juxta inſtituta ſanctorum Patrum, ut in alterius parochia miniſtrare, nec ullam ordinationem facere debeant ſine juſſione Epiſcopi cujus parochia eſt. Et ſi hoc facere præſumpſerint, ab officio ſuſpendantur interim quòd ad ſynodum exinde venerint, & ibidem ſecundùm canonicam inſtitutionem accipiant ſententiam; niſi tantùm pro itineris cauſa. Et ſi ullus Clericus aut laicus talem Epiſcopum aut Preſbyterum defenſaverit ſine commeatu Epiſcopi cujus parochia eſt, excommunicetur uſque ad emendationem.

Vide Formulas Baluzianas, c. 1. infrà t. 2. pag. 557.

Die dominico quid operis facere liceat aut non liceat.

Lib. VII, Capitular. c. 176. Conc. Aurel. III. can. 28.

XIV. Quia perſuaſum eſt populis die dominico agi cum caballis ſive bubus & vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum præparari, vel ad nitorem domûs vel hominis pertinentem ullatenùs exerceri, quæ res ad Judaicam magis quàm ad Chriſtianam obſervationem pertinere probatur, id ſtatuimus, ut die dominico quod anteà fieri licuit, liceat. De opera tamen rurali, aratro, aut vineæ ſectione, excuſſione, vel ſepe cenſuimus abſtinendum, quò facilius ad Eccleſiam venientes orationis gratiâ vacent. Quòd ſi inventus fuerit quis in operibus ſupraſcriptis, quæ interdicta ſunt exercere, qualiter emendari debeat, non in laicorum diſtrictione, ſed in Sacerdotis caſtigatione conſiſtat.

Vide Notas infrà, tom. 2. p. 119.

Ut nuptiæ omnes publicè fiant.

XV. Ut omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles, quàm ignobiles.

Ut Clerici ſecularibus negotiis non implicentur.

XVI. Ut Clerici conductores non ſint, hoc eſt, ut non habeant actiones ſeculares, niſi pro cauſa Eccleſiarum, orphanorum, vel viduarum, ordinante Epiſcopo ſuo, vel Abbate.

Concil. Chalced. c. 3.

Ut, mortuo Epiſcopo, Eccleſia ſupra tres menſes ſine paſtore non relinquatur.

XVII. Ut poſt mortem Epiſcopi non liceat epiſcopatum eſſe ſine paſtore ſupra menſes tres; niſi talis neceſſitas grandis evenerit, ut hoc nullo modo aliter fieri poſſit. Præcipuè proximo ſynodo, cùm evenerit, Epiſcopus ordinetur.

Concil. Chalced. c. 25.

Ut Clerici publica judicia ſine juſſu Epiſcopi non petant.

XVIII. Ut nullus Clericus ad judicia laicorum publica veniat, niſi per juſſionem Epiſcopi ſui, vel Abbatis, juxta canones Carthaginienſes, capitulo ix ubi ſcriptum eſt: *Qui relicto eccleſiaſtico judicio publicis judiciis ſe purgare voluerit, etiamſi pro illo prolata fuerit ſententia, locum ſuum amittat. Hoc in criminali judicio. In civili verò perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos Judices undique Eccleſiæ patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio judicat qui de univerſa Eccleſia malè ſentiendo, de ſeculari judicio poſcit auxilium, cùm privatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus ad Eccleſiam deferri atque ibidem terminari præcipiat.* Et maximè, ne in talibus cauſis inquietudinem Domno Regi faciat.

Lib. VII. cap. 155.

Concil. Carthagin. III. c. 9.

Ut Eccleſiarum immunitates illibatæ ſerventur.

XIX. Ut omnes emunitates per univerſas Eccleſias conſervatæ ſint.

Lib. V. c. 15.

De ratiociniis monaſteriorum quæ Regi vel Epiſcopo debentur.

XX. In alia ſynodo nobis perdonaſtis ut illa monaſteria ubi regulariter Monachi vel Monachæ vixerunt, hoc quod eis de iſtis rebus dimittebatis unde vivere potuiſſent, exinde, ſi regalis erat, ad Regem faciant rationes Abbas vel Abbatiſſa; & ſi epiſcopalis, ad illum Epiſcopum. Similiter & de illis vicis.

Ut Epiſcopi ſinguli presbyteratus ſibi competentes obtineant.

XXI. Ut illos preſbyteratus qui ad illum epiſcopatum obtinguntur, ille Epiſcopus ipſos debeat habere, ſicut in alia ſynodo perdonavit Domnus Rex.

De teloneis, ut à peregrinis non exigantur, neque ab iis locis ubi eſſe non debent.

XXII. De peregrinis qui propter Deum vadunt, ut de eis teloneos non tollant; & de illis aliis teloneis quos Domnus Rex anteà perdonavit, ſic fiat ut ubi legitimè non debent eſſe, donari non ſint.

Ut Judices viduarum & orphanorum atque Eccleſiæ cauſas primo audiant loco.

XXIII. Ut Comites vel Judices ad eorum placita primò viduarum, orphanorum, vel Eccleſiarum cauſas audiant & definiant in eleemoſyna Domni Regis, & poſteà alias cauſas cum juſtitia rationabiliter judicent.

Ut nullus per pecùnias ad honores eccleſiaſticos accedat.

Homil. ex Cod. Lagd. p. 23. XXIV. Ut nullus per pecunias ad honorem vel gradum eccleſiaſticum accedere debeat, quia hæreſis ſimoniaca eſſe videtur.

Ut Epiſcopi & alii Judices pro juſtitia faciendâ ſportulas non accipiant.

XXV. Ut nec Epiſcopus nec Abbas, nec ullus laicus, pro juſtitia facienda ſportulas contradictas accipiat; quia ubi dona intercurrunt, juſtitia evacuatur.

De teloneis.

Vide legem Bajuvar. tit. 2. cap. 17. XXVI. De teloneis verò ſic ordinamus, ut nullus de victualio & carris, quæ abſque negotio ſunt, teloneum prehendat. De ſauma ſimiliter ubicunque vadunt. Et de peregrinis ſimiliter conſtituimus, ut quando propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, ſic ordinamus ut ipſos per nullam occaſionem ad pontes vel excluſas aut navigatio detineatis, nec propter ſcirpa ſua ipſis peregrinis calumniam faciatis, nec ullum teloneum eis tollatis. Et ſi aliquis hoc fecerit, qualiſcunque homo hoc comprobaverit, nos de ſexaginta ſolidis triginta concedimus illi, & illi alii triginta in partem Domni Regis veniant.

De moneta.

XXVII. De moneta conſtituimus ſimiliter, ut ampliùs non habeat in libra penſante niſi viginti duos ſolidos, & de ipſis viginti duobus ſolidis monetarius habeat ſolidum unum, & illos alios reddat.

De immunitatibus conſervandis.

XXVIII. Ut emunitates obſervatæ ſint. V. 15.

De juſtitia facienda.

XXIX. Ut omnes faciant juſtitiam, tam publici, quàm eccleſiaſtici. Et ſi aliquis homo ad palatium venerit pro cauſa ſua, & anteà ad illum Comitem non innotuerit in mallo ante Rachinburgios, & hoc ſuſtinere noluerit quod ipſi legitimè judicaverint, ſi pro iſtis ad palatium venerit, vapuletur. Et ſi major perſona eſt, Regis in arbitrio erit. Et ſi reclamaverint quòd legem eis non judicaſſent, tunc licentiam habeant ad palatium venire pro ipſa cauſa. Et ſi ipſos convincere potuerint quòd legem eis non judicaſſent, ſecundùm legem hoc emendare faciat. Et ſi Comes & Rachinburgii eos convincere potuerint quòd legem eis judicaſſent, & ipſi hoc recipere noluerint, contra ipſos emendare faciat. V. 16.

De eccleſiaſticis viris qui ſe reclamare ad palatium veniunt.

XXX. Similiter de eccleſiaſticis, ſi ad palatium venerint de eorum cauſa ſibi reclamare ſuper eorum Seniore, ſi veniunt, vapulentur, niſi Senior ſuus eos pro ſua cauſa tranſmiſerit. V. 17.

CAPITULARE METENSE,

SIVE

CAPITULA SYNODALIA POST SYNODUM VERNENSEM, data in civitate Metenſi, ut quibuſdam videtur; quorum hic eſt titulus in veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Metenſis.

Vide Annales Metenſes ad an. 756. Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 118. 119. Sirmondes, Conc. Galliæ, tom. 1. p. 5. & ſeq.

Incipiunt Capitula de alia Synodo ſub ipſo Domino Rege Pippino facta.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE inceſtis.*
2. *De eccleſiaſticis viris.*
3. *De Presbyteris & Clericis, ut eos Archidiaconus convocet ad ſynodum.*
4. *De his qui res eccleſiaſticas verbo Domni Regis tenent.*
5. *Ut Presbyteri qui vicas vel Eccleſias tenent, ceram vel alios cenſus ad matrem civitatis Eccleſiam perſolvant, ſicut conſuetudo fuit.*
6. *De teloneis, unde exigi non debeant.*
7. *De moneta.*
8. *De immunitatibus conſervandis.*
9. *De juſtitia facienda.*
10. *De eccleſiaſticis viris qui ſe reclamare ad palatium veniunt.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De inceſtis.

Lib. V. Capitul. c. 9.

I. SI homo inceſtum commiſerit de iſtis cauſis, de Deo ſacrata, aut commatre ſua, aut cum matrina ſpiritali de fonte & confirmatione Epiſcopi, aut cum matre & filia, aut duabus ſororibus, aut cum fratris filia, aut ſororis filia, aut nepta, aut cum conſobrina aut ſobrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam ſuam perdat, ſi habet; & ſi emendare ſe noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. Et ſi hoc fecerit, ſexaginta ſolidos Domno Regi componat, uſque dum ſe ipſe homo correxerit. Et ſi pecuniam non habet, ſi liber eſt, mittatur in carcerem uſque ad ſatisfactionem. Si ſervus aut libertus eſt, vapuletur plagis multis. Et ſi Dominus ſuus permiſerit eum ampliùs in tale ſcelus cadere, ipſos ſexaginta ſolidos Domno Regi componat.

De eccleſiaſticis viris.

V. 10. A Coſta, p. 44. 107.

II. De eccleſiaſticis verò qui ſupradicta facinora commiſerint, ſi bona perſona fuerit, perdat honorem ſuum; minores verò vapulentur, aut in carcerem recludantur.

De Presbyteris & Clericis, ut eos Archidiaconus convocet ad ſynodum.

Lib. V. Capitular. cap. 11.

III. De Preſbyteris & Clericis ſic ordinamus, ut Archidiaconus Epiſcopi eos ad ſynodum commoneat unà cum Comite. Et ſi quis contempſerit, Comes eum diſtringere faciat, ut ipſe Preſbyter aut defenſor ſuus ſexaginta ſolidos componat, & ad ſynodum eat. Et Epiſcopus ipſum Preſbyterum vel Clericum juxta canonicam auctoritatem dijudicari faciat. Solidi verò ſexaginta de ipſa cauſa in ſacellum Regis veniant. Et ſi aliquis per violentiam Preſbyterum aut Clericum aut inceſtuoſum contradixerit, tunc Comes ipſam perſonam per fidejuſſores poſitam ante Regem faciat unà cum Miſſo Epiſcopi venire; & Domnus Rex diſtringat, ut cæteri emendentur. Ibid. c. 11.

De his qui res eccleſiaſticas verbo Domni Regis tenent.

V. 13.

IV. Ut illi homines qui res eccleſiaſticas per verbum Domni Regis tenent, ſic ordinatum eſt, ut illas Eccleſias unde ſunt, vel illas domos epiſcopii vel monaſterii cujus eſſe noſcuntur, juxta quod de ipſis rebus tenent, emendare debeant, & illos cenſus vel illas decimas ac nonas ibidem dare pleniter debeant, ſicut eis ad Vernum ordinavimus. Et qui hoc non fecerit, ipſas res perdat.

Ut Presbyteri qui vicos vel Ecclesias tenent, ceram vel alios census ad matrem civitatis Ecclesiam persolvant, sicut consuetudo fuit.

V. 14. V. Ut hi qui illos vicos vel illas Ecclesias tenent, illos census vel illam ceram quæ longo tempore ad illud episcopium reddiderunt, modò sic ordinavimus ut sic faciant. Et qui hoc non fecerit, sexaginta solidos persolvat.

De teloneis, unde exigi non debeant.

Vide suprà, p. 175. cap. 16. VI. De teloneis verò sic ordinamus, ut nullus de victualia aut carralia, quod absque negotio est, teloneum prehendat. De saumis similiter, ubicunque vadunt, & de peregrinis similiter constituimus, qui propter Deum ad Romam vel alicubi vadunt, ut ipsos per nullam occasionem ad pontes & ad exclusas aut navigio non teneatis, nec propter scrippa sua ullo peregrino calumniam faciatis, nec ullum teloneum eis tollatis. Et si aliquis hoc fecerit, qualiscumque homo hoc comprobaverit, nos de sexaginta solidis triginta illi concedimus, & illi alii in sacellum Regis veniant.

De moneta.

Suprà pag. 176. c. 17. VII. De moneta constituimus ut amplius non habeat in libra pensante nisi vicinti duos solidos, & de ipsis viginti duobus solidis monetarius accipiat solidum unum, & illos alios domino cujus sunt reddat.

De immunitatibus conservandis.

V. 15, suprà p. 174. cap 19. VIII. Ut emunitates conservatæ sint.

De justitia facienda.

Lib. V. Capitular. cap. 16. Vide suprà p. 176. c. 29. IX. Ut omnes justitias faciant, tam publici, quàm ecclesiastici. Et si aliquis homo ad palatium venerit pro causa sua, & antè illi Comiti non innotuerit in mallo ante Rachinburgios, aut si causa sua ante Comitem in mallo fuit ante Rachinburgios, & hoc sustinere noluerit quòd ipsi ei legitimè judicaverint; si pro istis causis ad palatium venerit, vapuletur. Et si major persona fuerit, Regis arbitrium erit. Et si reclamaverit quòd legem ei non judicassent, tunc licentiam habeat ad palatium venire pro ipsa causa. Et si ipsos convincere potuerit quòd legem ei non judicassent, secundùm legem contra ipsum emendare faciat. Et si Comes & Rachinburgii eum convincere potuerint quòd legem ei judicassent, & ipse hoc recipere noluerit, hoc contra ipsos emendare faciat.

De ecclesiasticis viris qui se reclamare ad palatium veniunt.

V. 17. Suprà pag. 176. c. 30. X. Similiter de ecclesiasticis, si ad palatium venerint de eorum causa se reclamare super eorum seniore, vapulentur, nisi senior suus pro sua causa transmiserit.

Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 41. & seq. Vide Eginhardum ad ann. 757. Regino, lib. 2. c. 126.

CAPITULARE COMPENDIENSE,

Factum anno Christi DCCLVII. in generali populi conventu.

INCIPIT DECRETUM QUOD FACTUM FUIT AD COMPENDIUM PALATIUM PUBLICUM.

INDEX CAPITULORUM.

1. *Quòd conjuges in quarto consanguinitatis gradu non separentur; in tertio autem, vel ex tertio & quarto mixti separentur.*
2. *Quòd in tertio affinitatis gradu vel in tertio & quarto conjuncti separentur.*
3. *Si uxor sine viri sui consensu velata est, repetere illam vir potest, si velit.*
4. *Privigna libera, si à vitrico contra suam & suorum voluntatem viro data est, potest, illo relicto, alteri nubere.*
5. *De conjugibus quorum alter servilis est conditionis.*
6. *De vassallo qui, relictâ uxore, quam in alterius beneficio duxerat, alteri apud seniorem suum conjungitur.*
7. *Si quis uxorem, quam virgo duxit, corruptam inveniens, alteram ducat, & hâc item ob eandem causam relictâ, tertiam accipiat.*
8. *De eo cujus uxor cum ipsius fratre machata est.*
9. *De eo qui à Presbytero non baptizato baptizatus est.*
10. *De patre qui filii sui sponsam oppressit, & postea filius ipsam accepit.*

11. *Ut quoquo modo mulier velum ſponſè acceperit, non dimittat.*
12. *De eo qui filiaſtrum vel filiaſtram ante Epiſcopum tenuerit.*
13. *Si quis conjugem dimiſerit, & monaſterium ingredi aut velari permiſerit.*
14. *De illo qui cum matre & filia mœchatus eſt.*
15. *De eo qui cum una ſororum mœchatus, alteram in uxorem duxit.*
16. *Si conjugum alter ſit leproſus, poteſt alter, cum illius conſenſu, aliud inire conjugium.*
17. *Quando uxor negat ſibi fuiſſe cum marito commercium, & maritus contrà fuiſſe affirmat.*
18. *Qui propter inimicitias in aliam regionem dimiſſâ uxore fugit, aliam non ducat.*
19. *De inceſtis.*
20. *De eccleſiaſticis viris.*
21. *De Presbyteris & Clericis, ut eos Archidiaconus convocet ad ſynodum.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

Quòd conjuges in quarto conſanguinitatis gradu non ſeparentur; in tertio autem, vel ex tertio & quarto mixti ſeparentur.

Regino, lib. 2, c. 122. Spicileg. tom. 9. p. 54.

I. SI in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non ſeparamus. In tertia verò ſi reperti fuerint, ſeparentur. Et eos qui unus in quarta, alius in tertia ſibi pertinent, & conjuncti inveniuntur, ſeparamus.

Quòd in tertio affinitatis gradu, vel in tertio & quarto conjuncti ſeparentur.

II. Si duo in tertio loco ſibi pertinent, ſive vir, ſive femina, aut unus in tertio & alter in quarto; uno mortuo, non licet alterum accipere uxorem ejus. Et ſi inventi fuerint, ſeparentur. Una lex eſt de viris & de feminis.

Si uxor ſine viri ſui conſenſu velata eſt, repetere illam vir poteſt, ſi velit.

Lib. V. Capitul. c. 18. Gratian. 33. q. 5. *Mulier ſi ſine.*

III. Mulier ſi ſine commeatu viri ſui velum in caput miſerit, ſi viro placuerit, recipiat eam iterùm ad conjugium.

Privigna libera, ſi à vitrico contra ſuam & ſuorum voluntatem viro data eſt, poteſt, illo relicto, alteri nubere.

Lib. V. Capitular. cap. 39.

IV. Si quis francam filiaſtram ſuam contra voluntatem ipſius & matris & parentum dederit viro ingenuo, aut ſervo vel eccleſiaſtico, & illa noluerit habere ipſum, & reliquerit eum, poteſtatem habent parentes ipſius dare ei alium maritum. Et ſi ipſa alium habet, quem poſteà accepit, non ſeparentur.

De conjugibus quorum alter ſervilis eſt conditionis.

Ibid. c. 20. Gratian. 29. q. 2. *Si femina ingenua.*

V. Si francus homo accepit mulierem, & ſperat quòd ingenua ſit, & poſteà invenit quòd non eſt ingenua, dimittat eam, ſi vult, & accipiat aliam. Similiter ſi femina ingenua accepit ſervum, & ſciebat tunc quòd ſervus erat, habeat interim quo vivit. Una lex eſt de viris & feminis.

De vaſſallo qui, relictâ uxore, quam in in alterius beneficio duxerat, alteri apud ſeniorem ſuum conjungitur.

VI. Homo francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſſallum, & poſteà fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimiſit ibi ipſum vaſſallum; & poſt hoc accepit alius homo ipſum beneficium, & pro hoc ut meliùs potuiſſet habere illum vaſſallum, dedit ei mulierem de ipſo beneficio, & habuit ipſam aliquo tempore; & dimiſſâ illâ, reverſus eſt ad parentes ſenioris ſui mortui, & accepit ibi uxorem, & modò habet eam. Diffinitum eſt quòd illam quam poſteà accepit, ipſam habeat. Regino, lib. 2. c. 127.

Si quis uxorem quam virgo duxit, corruptam inveniens, alteram ducat, & hâc item ob eandem cauſam relictâ, tertiam accipiat. Ibid. c. 128.

VII. Si quis, uxore acceptâ, invenit eam à fratre ſuo contaminatam, ipſam dimittens accepit aliam, ipſamque contaminatam invenit, uxor illius legitima eſt, propterea quia nec ipſe virgo fuit illo tempore. Quòd ſi tertiam poſteà acceperit, revertat ad medianam; & ipſa poſterior poteſtatem habeat alio viro ſe conjungere.

De eo cujus uxor cum ipſius fratre mœchata eſt.

VIII Si quis homo habet mulierem legitimam, & frater ejus adulteravit cum ea, ille frater vel illa femina qui adulterium perpetraverunt, interim quo vivunt numquam habeant conjugium. Ille cujus uxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet accipere aliam. Lib. V. Capitular. c. 21.

De eo qui à Presbytero non baptizato baptizatus eſt.

IX. Si quis baptizatus eſt à Preſbytero non baptizato, & ſancta Trinitas in ipſo V. 6. Vid. 1. coll. p. 147, &

3. coll. pag. 417, & Notas Aut. Auguſt. pag. 715.

baptiſmo invocata fuerit, baptizatus eſt, ſicut Sergius Papa dixit. Impoſitione tamen manuum Epiſcopi indiget: Georgius Epiſcopus Romanus & Johannes Sacellarius ſic ſenſerunt.

De patre qui filii ſui ſponſam oppreſſit, & poſteà filius ipſam accepit.

Regino, lib. 1. c. 217. Burchard. lib. 17. c. 18

X. Si pater ſponſam filii ſui oppreſſerit, & poſteà filius ipſam acceperit, pater ejus poſteà non habeat uxorem, & ipſa femina non habeat virum, quia non dixit quòd pater ejus cum ipſa manſiſſet; filius verò ejus qui neſciens fecit, accipiat mulierem legitimam.

Ut quoquo modo mulier velum ſponte acceperit, non dimittat.

Lib. V. Capitular. cap. 180.

XI. In qualicunque modo mulier velum ſanctum acceperit ſponte, in eo permaneat, nec dimittat. Conſenſerunt Georgius Epiſcopus Romanus & Johannes Sacellarius.

De eo qui filiaſtrum vel filiaſtram ante Epiſcopum tenuerit.

V. 7. Regino, lib. 2. c. 218. Gratian. 30. q. 1. *Si quis filiaſtrum.*

XII. Si quis filiaſtrum aut filiaſtram ſuam ante Epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab uxore ſua, & alteram non accipiat. Similiter femina alterum non accipiat. Georgius conſenſit.

Si quis conjugem dimiſerit, & monaſterium ingredi aut velari permiſerit.

Regino, lib. 2. c. 208.

XIII. Si quis vir mulierem ſuam dimiſerit, & dederit commeatum pro religionis cauſa infra monaſterium Deo ſervire, aut foras monaſterium dederit licentiam velare, ſicut diximus, propter Deum, vir illius accipiat mulierem legitimam. Similiter & mulier faciat. Georgius conſenſit.

De illo qui cum matre & filia mœchatus eſt.

Regino, lib. 2. c. 219. Burchard. lib. 17. c. 12. Ivo, par. 9. c. 72. Gratia. 34. q. 1. c. 9; & 35. q. 1. c. 5. *Si quis cum matre.*

XIV. Si quis cum matre & filia in adulterio manſit, neſciente matre quòd cum filia ſua manſiſſet, ſimiliter & filia neſcivit quòd cum matre ſua eſſet, poſteà ille vir ſi acceperit mulierem, dimittat, uſque in diem mortis ſuæ non habeat uxorem, & illa mulier quam reliquerit, accipiat virum; & illa mater & filia, cum quibus in adulterio manſit, ambabus neſcientibus quòd cum matre & filia manſiſſet, habeant viros. Nam ſi in notitiam illarum venerit hoc ſcelus, dimittant maritos, & agant pœnitentiam, & illarum mariti poſteriores accipiant mulieres.

De eo qui cum una ſororum mœchatus, alteram in uxorem duxit.

Regino, lib. 2. c. 220. Burchard. lib. 17. c. 7.

XV. Similiter & de duabus ſororibus, qui cum una in adulterio manſit, & alteram in publico accepit, non habeat mulierem uſque in diem mortis; & illæ duæ ſorores, ſi neſcierunt, habeant maritos. Et ſi in notitiam eis venit, ſuperiorem formam ſervent.

Si conjugum alter ſit leproſus, poteſt alter cum illius conſenſu aliud inire conjugium.

XVI. Si vir leproſus mulierem habeat ſanam, ſi vult ei donare commeatum ut accipiat virum, ipſa femina, ſi vult, accipiat. Similiter & vir.

Quando uxor negat ſibi fuiſſe cum marito commercium, & maritus contrà fuiſſe affirmat.

Regino, lib. 2. c. 244. Burchard. lib. 9. c. 42. Ivo, par. 8, c. 180. Gratia. 33. q. 1. c. 3. *Si quis accepit.*

XVII. Si quis accepit mulierem, & habuit ipſam aliquo tempore, & ipſa femina dicit quòd non manſiſſet cum ea, & ille vir dicit quòd ſic fecit, in veritate viri conſiſtat, quia caput eſt mulieris. De muliere quæ dicit quòd vir ſuus ei commercium maritale non reddidit, Georgius conſenſit.

Qui propter inimicitias in aliam regionem, dimiſſâ uxore, fugit, aliam non ducat.

Lib V. Capitular. c. 8. Regino, lib. 2. c. 244.

XVIII. Si qui propter faidam fugiunt in aliam patriam, & dimittunt uxores ſuas, nec illi viri nec illæ feminæ accipiant conjugium. Georgius conſenſit.

De inceſtis.

V. 9. Vide ſuprà p. 177. c. 1.

XIX. Si homo inceſtum commiſerit de matre ſua, aut cum matrina ſua de fonte & confirmatione ſua, aut cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum fratris vel ſororis filia, aut nepta, aut cum conſobrina vel ſobrina, aut cum amita vel matertera, de his criminibus pecuniam ſuam perdat, ſi habet. Et ſi ſe emendare noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. Et ſi fecerit, ſexaginta ſolidos Domno Regi componat uſque dum ſe ipſe homo correxerit. Et ſi pecuniam non habet, mittatur in carcerem uſque ad ſatisfactionem. Si ſervus aut libertus eſt, vapuletur plagis multis. Et ſi dominus ſuus permiſerit ampliùs in tale ſcelus cadere, ipſe dominus Regi ſexaginta ſolidos componat.

De eccleſiaſticis viris.

V. 10. Suprà pag. 177. c. 2.

XX. De eccleſiaſticis verò, ſi bona perſona fuerit, perdat honorem ſuum. Minores verò vapulentur, & in carcerem mittantur.

De Presbyteris & Clericis, ut eos Archidiaconus convocet ad ſynodum.

V. 11. Suprà pag. 178. cap. 3.

XXI. De Preſbyteris & Clericis ſic ordinamus, ut Archidiaconus Epiſcopi eos ad ſynodum commoneat una cum Comite. Et ſi quis contempſerit, Comes

eum diſtringere faciat, & ipſe Preſbyter aut defenſor ſuus ſexaginta ſolidos componat, & ad ſynodum veniat. Et Epiſcopus ipſum Preſbyterum aut Clericum juxta canonicam auctoritatem dijudicari faciat; ſolidos verò ſexaginta componat. Et ſi aliquis per violentiam Preſbyterum, aut Clericum, aut inceſtuoſum contradixerit, tunc Comes ipſam perſonam per fidejuſſores poſitum ante Regem venire faciat unà cum Miſſo Epiſcopi; & Domnus Rex diſtringat, ut cæteri emendentur.

☞ [Labbæus, tom. V, pag. 1660, monet in Codice Palatino tribui Concilio Compendienſi caput relatum ſuprà, pag. 173, cap. 14. In Sirmondo verò deſunt iſtud caput 14, ſimul & capita 19, 20 & 21 ſuprà relata pag. 184.]

PIPPINI REGIS CONSTITUTIO GENERALIS,

Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 120.

De letaniis faciendis pro ubertate terræ.

Data anno DCCLXIV.

PIPPINUS, gratiâ Dei Rex Francorum, vir illuſter, Domino ſancto Patri Lullo, Epiſcopo*. Cognitum ſcimus ſanctitati veſtræ qualem pietatem & miſericordiam Deus fecit præſenti anno in terra iſta. Dedit tribulationem pro delictis noſtris; poſt tribulationem autem, magnam atque mirabilem conſolationem ſive abundantiam fructus terræ, quam modò habemus. Et ob hoc atque pro aliis cauſis noſtris opus eſt nobis illi gratias agere, quia dignatus eſt ſervos ſuos conſolari per ejus miſericordiam. Sic nobis videtur, ut abſque jejunio indicto unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia letanias faciat, non cum jejunio, niſi tantùm in laude Dei, qui talem nobis abundantiam dedit; & faciat unuſquiſque homo ſua eleemoſyna, & pauperes paſcat. Et ſic prævidere faciatis & ordinare de verbo noſtro, ut unuſquiſque homo, aut vellet aut nollet, ſuam decimam donet. Valete in Chriſto.

* Moguntino.

CONVENTUS APUD SANCTUM DIONYSIUM.

In quo Pippinus Rex, paulo ante mortem, regnum Francorum divisit inter filios suos Karolum & Karolomannum, anno DCCLXVIII, mense Septembri.

Acta conventûs istius non extant, neque charta divisionis. Earum tamen rerum memoriam conservavit auctor veteris collectionis historicæ, quam Henricus Canisius edidit in tomo secundo lectionis antiquæ: ubi narrat auctor, Pippinum Regem, cùm in postrema expeditione Aquitanica febre vexari apud Sanctonas cœpisset, per Pictavum Turonos ad sancti Martini monasterium accessisse; Turonis deinde, cum Bertrada Regina & filiis suis Karolo & Karolomanno, Parisios usque ad monasterium beati Dionysii martyris veniisse.* Ibi moratus, *inquit*, aliquandiu, cernensque quòd vitæ periculum evadere non posset, omnes Proceres suos, Duces & Comites Francorum, tàm Episcopos quàm Sacerdotes, ad se venire præcepit; ibique, unà cum consensu Francorum & Procerum suorum, seu & Episcoporum, regnum Francorum, quod ipse tenuerat, æquali sorte inter prædictos filios suos Carolum & Carlomannum, dum adhuc ipse viveret, divisit; id est, Austrasiorum regnum Carolo seniori filio regnum instituit, Carlomanno verò juniori filio regnum Burgundiæ & Provinciæ, Alesans & Alamaniam tradidit. Aquitaniam, quam ipse Rex acquisierat, inter eos divisit. *Recitat ista, sed breviùs, auctor annalium Metensium.* Inde cùm ad Sanctum Dionysium perveniisset, cernens quòd de illa infirmitate evadere non posset, omnes Optimates suos, Duces & Comites Francorum, Episcopos quoquè ac Sacerdotes, ad se venire præcepit. Ibique unà cum consensu Procerum suorum æquali sorte inter duos filios Karolum & Karolomannum regnum Francorum paterno jure divisit. *His porrò gestis, ut consentiunt omnes Scriptores, Pippinus post paucos dies* vitâ cessit,* VIII. *Kalendas Octobris,* (*anno ætatis* LIV.) *sepultusque est in basilica ejusdem Sancti Dionysii.*

* Pag. 225. & 226 ed. Baluzii.

* Fort. post dies iij. Aimon. 4. c. 67, ait obiisse 7. Kal. Octob.

[His transactis, *addit auctor supradictæ collectionis à Canisio editæ,* prædicti Reges Carolus & Carlomannus unusquisque cum leudibus suis ad propriam sedem regni eorum venientes, instituto placito, initoque consilio cum Proceribus eorum, mense Septembri die Dominico decimo quarto Calendas Octobris Carolus ad novionem urbem, & Carlomannus ad Saxones* civitatem, pariter uno die à Proceribus eorum & consecratione Sacerdotum sublimati sunt in regno.]

* Suessionis inter ab Aimoin. Ib.

CAPITULARIA KAROLI MAGNI, REGIS FRANCORUM.

KAROLI MAGNI CAPITULARE PRIMUM;

Datum, ut videtur, ſub ejus regni exordia, anno Chriſti DCCLXIX.

*Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. S. Vincentii Laudunenſis.* *Aa.

INDEX CAPITULORUM.

1. *UT ſervi Dei in hoſtem non pergant, niſi illi qui neceſſarii ſunt propter divinum miniſterium.*
2. *Ne Sacerdotes fundant ſanguinem Chriſtianorum vel paganorum.*
3. *Ut ſervi Dei venationes non exerceant.*
4. *De Epiſcopis & Presbyteris ignotis, quomodò admittantur ad miniſterium eccleſiaſticum.*
5. *De Sacerdotibus qui plures uxores habuerint.*
6. *Ut unuſquiſque Epiſcopus provideat in ſua parochia ne populus agat paganias aut ſuperſtitiones.*
7. *Ut parochiam ſuam ſingulis annis unuſquiſque Epiſcopus circumeat.*
8. *Ut Presbyteri Epiſcopis ſuis ſubjecti ſint, & ut Quadrageſimæ tempore rationem miniſterii ſui eis reddant.*
9. *Ne aliquis accipiat Eccleſiam infra parochiam ſine conſenſu Epiſcopi ſui*
10. *Ut Sacerdotes magnam curam habeant de inceſtis, & infirmis & pœnitentibus.*
11. *De jejunio quatuor temporum.*
12. *Ut bis in anno ad mallum omnes veniant.*
13. *Ut nullus neglegens ſit quando pro Rege vel fidelibus ſuis orandum fuerit.*
14. *Ut Sacerdos, niſi in locis conſecratis, Miſſam non celebret.*
15. *De Sacerdotibus qui miniſterium ſuum adimplere non valent.*
16. *Ut Sacerdos qui admonitionem Epiſcopi ſui contempſerit, deponatur.*
17. *Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum ſine conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.*
18. *Ut nullus Epiſcoporum vel ſecularium alterius cujuſquam res retinere præſumat.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 137.

Ut ſervi Dei neque in hoſtem pergant, neque armaturam bajulent.

Lib. VII. Capitular. cap. 123.

1. KArolus, gratiâ Dei Rex regnique Francorum rector, & devotus ſanctæ Eccleſiæ Defenſor, atque adjutor in omnibus apoſtolicæ Sedis. Hortatu omnium fidelium noſtrorum, & maximè Epiſcoporum ac reliquorum Sacerdotum conſultu, ſervis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere, omninò prohibemus, niſi illi tantummodò qui propter divinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda & ſanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt; id eſt, unum vel duos Epiſcopos cum Capellanis Preſbyteris. Et unuſquiſque Prin-

ceps unum Presbyterum secum habeat, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam possit.

Ne Sacerdotes fundant sanguinem Christianorum vel paganorum.

Ibid. 124. II. Ut Sacerdotes neque Christianorum neque paganorum sanguinem fundant.

Ut servi Dei venationes non exerceant.

Ibid. 125. III. Omnibus servis Dei venationes & sylvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones non habeant, interdicimus.

De Episcopis & Presbyteris ignotis, quomodò admittantur ad ministerium ecclesiasticum.

Ibid. 126. IV. Statuimus ut secundùm canonicam cautelam omnes undecunquè supervenientes ignotos Episcopos, vel Presbyteros, ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admitteremus.

De Sacerdotib. qui plures uxores habuerint.

Ibid. 127. V. Si Sacerdotes plures uxores habuerint, vel sanguinem Christianorum vel paganorum fuderint, aut canonibus obviaverint, sacerdotio priventur, quia deteriores sunt secularibus.

Ut unusquisque Episcopus provideat in sua parochia ne populus faciat paganias aut superstitiones.

Ibid. 128. VI. Decrevimus ut secundùm canones unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem adhibeat, adjuvante Graphione qui defensor Ecclesiæ est, ut populus Dei paganias non faciat; sed ut omnes spurcitias gentilitatis abjiciat & respuat, sive profana sacrificia mortuorum, sive sortilegos vel divinos, sive phylacteria & auguria, sive incantationes, sive hostias immolatitias, quas stulti homines juxta Ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum Martyrum vel Confessorum Domini; qui potiùs quàm ad misericordiam sanctos suos ad iracundiam provocant.

Ut parochiam suam singulis annis unusquisque Episcopus circumeat.

Ibid. 129. VII. Statuimus ut singulis annis unusquisque Episcopus parochiam suam sollicitè circumeat, & populum confirmare & plebes docere & investigare, & prohibere paganas observationes, divinosque vel sortilegos, aut auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes spurcitias gentilium, studeat.

Ut Presbyteri Episcopis suis subjecti sint, & ut Quadragesimæ tempore rationem ministerii sui eis reddant.

Ibid. 130. VIII. Decrevimus quoquè juxta sanctorum canones ut unusquisque Presbyter in parochia habitans Episcopo subjectus sit illi in cujus parochia habitat, & semper in Quadragesima rationem & ordinem ministerii sui, sive de baptismo, sive de fide catholica, sive de precibus, & ordine Missarum, Episcopo reddat. Et quandocunquè jure canonico Episcopus circumeat parochiam ad populos confirmandos, Presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in cœna Domini semper novum chrisma ab Episcopo suo quærat. Et de vetere nullus baptizare præsumat, sed ardere in luminaribus Ecclesiæ faciat.

Ne aliquis accipiat Ecclesiam infrà parochiam sine consensu Episcopi sui, nec de unà ad aliam transeat.

IX. Ut nemo accipiat Ecclesiam infra parochiam sine consensu Episcopi sui, nec de una ad aliam transeat. Ibid. 131.

Ut Sacerdotes magnam curam habeant de incestis, & infirmis & pœnitentibus.

X. Ut de incestis & criminosis magnam curam habeant Sacerdotes, ne in suis pereant sceleribus, & animæ eorum a districto judice Christo eis requirantur. Similiter de infirmis & pœnitentibus, ut morientes sine sacrati olei unctione & reconciliatione & viatico non deficiant. VI. 106. VII. 132.

De jejunio quatuor temporum.

X. Ut jejunium quatuor temporum & ipsi Sacerdotes observent, & plebi denuntient observandum. Ibid. 135.

Ut bis in anno ad mallum omnes veniant.

XII. Ut ad mallum venire nemo tardet, primùm circa æstatem, secundò circa autumnum. Ad alia verò placita, si necessitas fuerit, vel denuntiatio Regis urgeat, vocatus venire nemo tardet. Ibid. 133.

Ut nemo neglegens sit quando pro Rege vel fidelibus suis orandum fuerit.

XIII. Ut quando denuntiatum fuerit pro Rege vel pro fidelibus suis quâlibet causâ orationes facere, nemo ex hoc neglegens appareat. Ibid. 134.

Ut Sacerdos, nisi in locis consecratis, Missam non celebret.

XIV. Nullus Sacerdos nisi in locis Deo dicatis, vel in itinere positus in tabernaculis & mensis lapideis ab Episcopo consecratis, Missas celebrare præsumat. Quòd si præsumpserit, gradûs sui periculo subjacebit. Ibid. 136.

De

De Sacerdotibus qui miniſterium ſuum adimplere non valent.

Ibid. 137. XV Sacerdotes qui ritè non ſapiunt adimplerę miniſterium ſuum, nec diſcere juxta præceptum Epiſcoporum ſuorum pro viribus ſatagunt, vel contemptores canonum exiſtunt, ab officio proprio ſunt ſubmovendi quouſquè hæc plenirer emendata habeant.

Ut Sacerdos qui admonitionem Epiſcopi ſui contempſerit, deponatur.

XVI. Quicunque autem à ſuo Epiſcopo frequenter admonitus de ſua ſcientia, ut diſcere curet, facere neglexerit, procul dubio & ab officio removeatur, & Eccleſiam quam tenet, amittat; quia ignorantes legem Dei eam aliis annunciare & prædicare non poſſunt.

Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum ſine conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.

Ibid. 139. XVII. Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum, aut juniorem Eccleſiæ, extra conſcientiam Pontificis per ſe diſtringat aut condemnare præſumat. Quòd ſi quis hoc fecerit, ab Eccleſia cui injuriam inrogare dinoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus quandiu reatum ſuum cognoſcat & emendet.

Ut nullus Epiſcoporum vel ſecularium alterius cujuſquam res retinere præſumat.

XVIII. Ut nullus Epiſcoporum vel Ibid. 144. ſecularium cujuſcunque alteruis Epiſcopi ſive Eccleſiæ ſive privati res, aut regnorum diviſione aut provinciarum ſequeſtratione, competere aut retinere præſumat. Quòd ſi quis hoc facere tentaverit, tamdiu ſit ab omnium caritate ſuſpenſus & à communionis gratia ſequeſtratus, quoadusquè res ablatas cum fructuum ſatisfactione reſtituat.

KAROLUS MAGNUS,
REX ITALIÆ.
ANNO DCCLXXIV.

EPISTOLA AD OFFAM, REGEM MERCIORUM.

Spelman Conc. Angliæ, tom. 1. p. 315.

Data anno DCCLXXIV, *poſt devictos Longobardos & Saxones.*

KAROLUS, gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanorum, viro venerando & fratri cariſſimo Offano, Merciorum Regi, ſalutem, honorem, & amorem. Cùm deceat Reges potentes & famoſos amicitiæ fœdere convinciri, & mutuis gaudiis ad invicem gratulari, ut in vinculo caritatis Chriſtus in omnibus & ab omnibus glorificetur, veſtræ ſerenitati hoc eulogium duximus deſtinandum. Cùm nobiliſſimam Longobardorum civitatem cum ſuis civibus omnibus noſtro dominatui ſubjugaverimus, & Italiam totam noſtro imperio feliciter ſubjugaverimus Chriſti adjutorio, cui famulari deſideramus, Rex Deſiderius Longobardorum, Duceſque Saxoniæ, quos noſtris nutibus inclinavimus, Withimundus & Albion, cum ferè omnibus incolis Saxoniæ, baptiſmi ſuſceperunt ſacramentum, Domino Jeſu Chriſto de cætero famulaturi. Hoc igitur ſalubri mandato ego Karolus, Regum Chriſtianorum orientalium potentiſſimus, vos, ô Offane, Regum occidentalium Chriſtianorum potentiſſime, cupio lætificare, & te in dilectione ſpeciali amplecti ſinceriùs.

CAPITULARE ANNI DCCLXXIX.

Incipit Decretum Karoli, precioſi Regis Francorum.

(Collatum denuò cum vetuſtiſſimo Codice mſ. Eccleſiæ Albienſis.)

Herold. pag. 308. L. Longob. lib. 3. tit. 1. Addit. IV. Capitular. c. 119-142. Sirmond. tom. 2. pag. 84, 159, 681. Goldaſt. Conſtit. Imper. t. 3. p. 120-124. Goldaſt. Collection. Conſuetudinum Imper. p. 101-104.

ANNO feliciter undecimo regni Domni noſtri Karoli, glorioſiſſimi Regis, in menſe Martio, facto Capitulare, qualiter congregatis in unum ſynodali Concilio Epiſcopis, Abbatibus, viriſque inluſtribus (Comitibus *), unà cum piiſſimo Domno noſtro, ſecundùm Dei voluntatem, pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum.

* Vox hæc deeſt tàm in mſ. Albienſi quàm in mſ. Palatino.

INDEX CAPITULORUM.

1. *UT ſuffraganei Epiſcopi ſujecti ſint Metropolitanis.*
2. *Ut Epiſcopi ordinentur ubi non ſunt.*
3. *Ut monaſteria regularia regulam cuſtodiant.*
4. *De poteſtate Epiſcoporum ſuper Presbyteros & Clericos.*
5. *Ut Epiſcopi inceſtuoſos emendent & viduas.*
6. *De alterius Clerico Epiſcopi non recipiendo nec ordinando.*
7. *De decimis dandis, & per juſſionem Epiſcopi diſpenſandis.*
8. *De iis qui mori debent, ut ab Eccleſia non defenſentur.*
9. *Qualiter de latronibus faciendum ſit.*
10. *De perjuris.*
11. *De latronibus juſtè peremptis, & de hominibus injuſtè punitis.*
12. *Ut ea conſerventur quæ in placitis & ſynodis Pippinus Rex conſtituit.*
13. *De nonis & decimis, vel cenſu Eccleſiarum.*
14. *De truſte non facienda.*
15. *De tributariis Eccleſiarum.*
16. *Ut ſacramentum pro gildonia non fiat.*
17. *Ut itinerantibus nullus impedimentum faciat.*
18. *De teloneis forbannitis.*
19. *Ut mancipia non ſine teſtibus vendantur.*
20. *De loricis extra regnum non vendendis.*
21. *Qualiter de comitibus vel vaſſis dominicis juſtitias non facientibus agendum ſit.*
22. *De his qui pretium pro faida recipere & juſtitiam facere nolunt.*
23. *De latronibus bis per membra & tertiò per vitam puniendis.*

INCIPIUNT PRÆDICTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

Ut ſuffraganei Epiſcopi ſubjecti ſint Metropolitanis.

Add. IV, cap. 120. Vide epiſt. Hadrian. 1. ad Berther. Ep. Vienn. ap. San-Julian. p. 272.

I. DE Metropolitanis, ut ſuffraganei Epiſcopi eis ſecundùm canones ſubjecti ſint; & ea quæ erga miniſterium illorum emendanda cognoſcunt, libenti animo emendent atque corrigant.

Ut Epiſcopi ordinentur ubi non ſunt.

Add. IV. cap. 121.

II. De Epiſcopis, ut ubi ad præſens ordinati non ſunt, ſine tarditate ordinentur.

Ut monaſteria regularia regulam cuſtodiant.

Ibid. 122. Syn. Vern. cap. 5. 6. * Hæc deſunt in mſ. Alb.

III. (De monaſteriis quæ regularia fuerunt *) ut ſecundùm regulam vivant; necnon & monaſteria puellarum ordinem ſanctum cuſtodiant. Et unaquæque Abbatiſſa ſine intermiſſione in ſuo monaſterio reſideat.

De poteſtate Epiſcoporum ſuper Presbyteros & Clericos.

Ibid. 123.

IV. Ut Epiſcopi de Preſbyteris & Clericis infra illorum parochiam poteſtatem habeant ſecundùm canones.

Ut Epiſcopi inceſtuoſos emendent & viduas.

Ibid. 124. Vide Sirm. pag. 85. * Hæc deſunt in mſ. Alb.

V. Ut Epiſcopi de inceſtuoſis hominibus (licentiam habeant emendandi *;) ſeu & de viduis infra ſuam parochiam poteſtatem habeant ad corrigendum.

De alterius Clerico Epiſcopi non recipiendo nec ordinando.

Add. IV. cap. 125.

VI. Ut nemini liceat alterius Clericum recipere nec ordinare in aliquo gradu.

De decimis dandis, & per juſſionem Epiſcopi diſpenſandis.

Ibid. 127.

VII. De decimis, ut unuſquiſque ſuam

decimam donet, atque per juſſionem Pontificis diſpenſetur.

[* Vide Goldaſt. Collect. Conſuet. Imper. p. 102. *in fine.*]

De reis qui mori debent, ut ab Eccleſia non defenſentur.

Ibid. 126. VIII. Ut homicidæ & cæteri rei qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam confugerint, non excuſentur, neque eis ibidem victus detur.

Qualiter de latronibus faciendum ſit.

Ibid. 128. IX. Ut latrones de infra emunitatem illi Judices ad Comitum placita præſententent. Et qui hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat. Et qui beneficium non habuerit, bannum ſolvat. Similiter & vaſſus noſter, ſi hoc non adimpleverit, beneficium & honorem perdat.

De perjuris.

Ibid. 129. X. De eo qui perjurium fecerit, nullam redemptionem det, niſi manum perdat. Quòd ſi accuſator contendere voluerit de ipſo perjurio, ſtent ad crucem. Et ſi jurator vicerit, legem ſuam accuſator emendet. Hoc verò de minoribus cauſis obſervandum. De majoribus verò rebus, aut de ſtatu ingenuitatis, ſecundùm legem cuſtodiant.

De latronibus juſtè peremptis, & de hominibus injuſtè punitis.

Ibid. 130. XI. De vindicta & judicio juſto in latrones facto teſtimonio Epiſcoporum abſque peccato Comites eſſe dicuntur, ita tamen ut abſque invidia aut occaſione mala nihil aliud ibi interponatur niſi vera juſtitia ad perficiendum. Ille verò qui per odium, aut per malum ingenium, niſi pro juſtitia faciendâ, hominem diſfecerit, honorem ſuum perdat, & hominem quem injuſtè interfecit, ſecundùm pœnam quam intulit, emendet.

Ut ea conſerventur quæ in placitis & ſynodis Pippinus Rex conſtituit.

Ibid. 131. XII. Capitula verò quæ bonæ memoriæ genitor noſter Domnus Pippinus Rex in ſuis placitis conſtituit & in ſynodis, conſervare volumus.

De nonis & decimis vel cenſu Eccleſiarum.

Ibid. 132. XIII. De rebus verò Eccleſiarum, unde nunc cenſus exeunt, decima & nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta; & unde anteà non exierunt, ſimiliter decima & nona cum ipſo cenſu ſit ſoluta; atque de caſatis quinquaginta, ſolidus unus; & de caſatis triginta, dimidius ſolidus, & de viginti, tremiſſis unus. Et precariæ ubi modò ſunt, renoventur; & ubi non ſunt, ſcribantur. Et ſit diſcretio inter precarias de verbo noſtro factas, & inter eas quas ſpontaneâ voluntate de ipſis rebus Eccleſiarum faciunt.

De truſte non facienda.

XIV. De truſte facienda nemo præſumat.

De tributariis Eccleſiarum.

XV. De cerariis & tabulariis atque chartulariis, ſicut à longo tempore fuit, obſervetur. Ibid. 133.

Ut ſacramentum pro gildonia non fiat.

XVI. De ſacramentis pro gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere præſumat. Alio verò modo de eorum eleemoſynis, aut de incendio, aut de naufragio, quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare præſumat. Ibid. 134. Reinaldi Epiſt. ad Daumium pag. 219.

Ut itinerantibus nullus impedimentum faciat.

XVII. De itinerantibus qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo ſit auſus abſallire. Et nemo alterius herbam defenſionis tempore tollere præſumat, niſi in hoſte pergendo, aut Miſſus noſter ſit. Et qui aliter facere præſumpſerit, emendet. Ibid. 135.

De teloneis forbannitis.

XVIII. De teloneis qui jam anteà forbanniti fuerunt nemo tollat, niſi ibi ubi antiquo tempore fuerunt. Ibid. 136.

Ut mancipia non ſine teſtibus vendantur.

XIX. De mancipiis quæ venduntur, ut in præſentia Epiſcopi vel Comitis ſit, aut in præſentia Archidiaconi, aut Centenarii, aut in præſentia Vicedomini, aut judicis Comitis, aut ante bene nota teſtimonia. Et foràs marcham nemo mancipium vendat. Qui fecerit, tantas vices bannum ſolvat quanta mancipia vendidit. Et ſi non habet pretium, in vadio pro ſervo ſemetipſum donet Comiti, uſque dum ipſum bannum ſolvat. Ibid. 137.

De loricis extra regnum non vendendis.

XX. Ut nullus (brunias *) foras noſtro regno vendere non præſumat. Ibid. 138. * *Al.* pruvias.

Qualiter de Comitibus vel vaſſis dominicis juſtitias non facientibus agendum ſit.

XXI. Si Comes in ſuo miniſterio juſtitias non fecerit, Miſſos noſtros in ſua caſa ſoniare faciat uſque dum juſtitiæ ibidem factæ fuerint. Et ſi vaſſus noſter juſtitias non fecerit, tunc & Comes & Miſſus ad ipſius caſam ſedeant, & de ſuo vivant quouſquè juſtitiam faciat. Ibid. 139.

De his qui pretium pro faida recipere & juſtitiam facere nolunt.

XXII. Si quis pro faida pretium recipere non vult, tunc ad nos ſit tranſmiſſus. Ibid. 140. 141.

& nos eum dirigemus ubi damnum minimè poſſit facere. Simili modo & qui pro faida pretium ſolvere noluerit, nec juſtitiam exinde facere, in tali loco eum mittere volumus ut pro eodem majus damnum non creſcat.

De latronibus bis per membra, & tertiò per vitam puniendis.

Ibid. 143. * Deſunt in mſ. Alb.

XXIII. De latronibus ita præcipimus obſervandum, (ut pro *) prima culpa non moriantur, ſed oculum perdant: de ſecunda verò culpa naſus ipſius latronis capuletur; de tertia verò, ſi ſe non emendaverit, moriatur.

EXPLICIT DECRETUM KAROLI REGIS.

Poſt caput decimum ſuperioris Capitularis ſequitur in editione Sirmondi caput de latronibus in cuſtodiam miſſis: quod cùm in nullo eorum exemplarium reperiatur, quæ nos vidimus, nec in editione Bavarica, neque demum in Additione quarta Capitularium, ubi Capitulare iſtud refertur integrum, nos illud ab eo loco ſuſtulimus quem occupat in editione Sirmondi. Ne quis tamen conqueri poſſit à nobis aliquid prætermiſſum fuiſſe, hæc extra ordinem poſuimus.

De latronibus in cuſtodiam miſſis.

De latronibus qui in cuſtodiam miſſi ſunt, ut nullus Judex publicus pretium pendat. Et ſi hoc fecerit, honorem ſuum perdat. Et qui Eccleſiam infregerit, moriatur.

Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. p. 159.

DECRETALE PRECUM QUORUMDAM EPISCOPORUM.

Qualiter pro Rege & exercitu ejus hâc inſtanti tribulatione à fidelibus in orationibus & eleemoſynis Deo ſupplicandum ſit.

Lib. V. Capitular. cap. 107. & Addit. IV. cap. 141. Vide Miræus, in chron. Belgic. ad ann. 779.

CApitulare qualiter inſtitutum eſt in hoc Epiſcoporum conventu, id eſt, ut unuſquiſque Epiſcopus tres Miſſas & pſalteria tria cantet, unum pro Domno Rege, alterum pro exercitu Francorum, tertium pro præſenti tribulatione. Preſbyteri verò unuſquiſque Miſſas tres, Monachi & Monachæ & Canonici unuſquiſque pſalteria tria. Et biduanam omnes faciant, tam Epiſcopi, Monachi, & Monachæ, atque Canonici, atque eorum infra caſati homines, vel qui potentes ſunt. Et unuſquiſque Epiſcopus, aut Abbas, vel Abbatiſſa, qui hoc facere poteſt, libram doner de argento aut valentem in eleemoſynam; mediocres verò mediam libram, minores verò ſolidos quinque. Epiſcopi, Abbates, atque Abbatiſſæ pauperes famelicos quatuor pro iſta ſtriccitate nutrire debent uſque tempore meſſium. Et qui tantùm non poſſunt, juxta quod poſſibilitas eſt, aut tres, aut duos, aut unum. Comites fortiores libram unam de argento aut valentem donent in eleemoſynam, mediocres mediam libram. Vaſſus dominicus de caſatis ducentis, mediam libram, de caſatis centum, ſolidos quinque, de caſatis quinquaginta aut triginta, unciam unam. Et faciant biduanas, atque eorum homines in eorum caſatis, vel qui hoc facere poſſunt. Et qui redimere ipſas biduanas voluerit, fortiores Comites uncias tres, mediocres unciam & dimidiam, minores ſolidum unum. Et de pauperibus famelicis, ſicut ſuprafcriptum eſt, & ipſi faciant. Hæc omnia, ſi Deo placuerit, pro Domno Rege & pro exercitu Francorum, & præſente tribulatione, Miſſa ſancti Johannis ſint completa.

Capitulare Francofor. c. 23. infrà pag. 267.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. FORMULÆ JURAMENTORUM. (*ann. 774.*) Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. CONSTITUTIO *de privilegiis nobilium Francorum & Germanorum, ſubactis Saxonibus, ſancita Padrabunni in comitiis generalibus.* (*ann. 777.*) Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. CONSTITUTIO (*ann. 780.*) *de immunitate eccleſiaſticâ.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. CAPITULARE (*ejuſdem anni*) *de poteſtate Epiſcoporum & de rebus eccleſiaſticis.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CONSTITUTIO
DE SCHOLIS PER SINGULA EPISCOPIA ET MONASTERIA INSTITUENDIS.

Sirmondus Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 141.

JACOBI SIRMONDI ADMONITIO
De ſequenti Epiſtola ſeu Conſtitutione.

Laborasse Carolum Magnum ut inſtaurarentur in Galliis ſtudia litterarum, & ſcholæ publicæ conſtituerentur, teſtantur, ut de aliis nihil dicam, Concilium Cabilonenſe II, cap. 3, & Pariſienſe ſub Ludovico Pio, libro III, cap. 12. Qui ejus vitam ſcripſit, Monachus Engoliſmenſis, auctor eſt in eam maximè curam incubuiſſe poſt tertium iter Romanum, cùm ab urbe Grammaticos adduxiſſet anno ſeptingenteſimo octuageſimo ſeptimo. Nec dubium quin multæ Caroli hac de re fuerint leges atque Capitula. Epiſtola hæc de numero eſt illarum quæ generales dicebantur, quòd uno exemplo, paucis mutatis, ad diverſos mitterentur Metropolitanos, Epiſcopos, Abbates, & alios, ut res poſtulabat. Sed in hac noſtra, quæ ad Baugulfum, Fuldæ Abbatem, miſſa eſt, ſcriniarii oſcitantiâ obrepſit ut nonnulla ſub finem hæſerint quæ mutari oportebat, ut quæ Metropolitano conveniant, non Abbati. Sic enim habet in codice Sancti Arnulfi Metenſis, ex quo deprompta eſt.

Karolus, gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, Baugulfo Abbati & omni congregationi, tibi etiam commiſſis fidelibus oratoribus noſtris, in omnipotentis Dei nomine amabilem direximus ſalutem. Notum igitur ſit Deo placitæ devotioni veſtræ quia nos una cum fidelibus noſtris conſideravimus utile eſſe ut epiſcopia & monaſteria nobis, Chriſto propitio, ad gubernandum commiſſa, præter regularis vitæ ordinem atque ſanctæ religionis converſationem, etiam in litterarum meditationibus, eis qui donante Domino diſcere poſſunt, ſecundùm uniuſcujuſque capacitatem, docendi ſtudium debeant impendere; qualiter ſicut regularis norma honeſtatem morum, ita quoquè docendi & diſcendi inſtantia ordinet & ornet ſeriem verborum; ut qui Deo placere appetunt rectè vivendo, ei etiam placere non negligant rectè loquendo. Scriptum eſt enim: *Aut ex verbis tuis juſtificaberis, aut ex verbis tuis condemnaberis.* Quamvis enim meliùs ſit bene facere quàm noſſe, priùs tamen eſt noſſe quàm facere. Debet ergo quiſque diſcere quod optat implere; ut tantò uberiùs quid agere debeat, intelligat anima, quanto in omnipotentis Dei laudibus ſine mendaciorum offendiculis cucurrerit lingua. Nam cùm omnibus hominibus vitanda ſint mendacia, quanto magis illi ſecundùm poſſibilitatem declinare debent qui ad hoc ſolummodò probantur electi ut ſervire ſpecialiter debeant veritati. Nam cùm nobis in his annis à nonnullis monaſteriis ſæpius ſcripta dirigerentur, in quibus quod pro nobis fratres ibidem commorantes in ſacris & piis orationibus decertarent, ſignificaretur, cognovimus in pleriſque præfatis conſcriptionibus eorundem & ſenſus rectos & ſermones incultos: quia quod pia devotio interiùs fideliter dictabat, hoc exteriùs, propter negligentiam diſcendi, lingua incrudita exprimere ſine reprehenſione non valebat. Unde factum eſt ut timere inciperemus ne fortè, ſicut minor erat in ſcribendo prudentia, ita quoquè & multo minor eſſet quàm rectè eſſe debuiſſet in

Matth. 12. 37.

ſanctarum ſcripturarum ad intelligendum ſapientia. Et bene novimus omnes quia quamvis periculoſi ſint errores verborum, multò periculoſiores ſunt errores ſenſuum. Quamobrem hortamur vos litterarum ſtudia non ſolùm non negligere, verùm etiam humillimâ & Deo placitâ intentione ad hoc certatim diſcere, ut faciliùs & rectiùs divinarum ſcripturarum myſteria valeatis penetrare. Cùm autem in ſacris paginis ſchemata, tropi, & cætera his ſimilia inſerta inveniantur, nulli dubium eſt quòd ea unuſquiſque legens tantò citiùs ſpiritualiter intelligit, quantò priùs in litterarum magiſterio pleniùs inſtructus fuerit. Tales verò ad hoc opus viri eligantur, qui & voluntatem & poſſibilitatem diſcendi & deſiderium habeant alios inſtruendi. Et hoc tantùm eâ intentione agatur, quâ devotione à nobis præcipitur. Optamus enim vos, ſicut decet Eccleſiæ milites, & interiùs devotos & exteriùs doctos caſtoſque bene vivendo, & ſcholaſticos bene loquendo; ut quicunque vos propter nomen Domini & ſanctæ converſationis nobilitatem ad videndum expetierit, ſicut de aſpectu veſtro ædificatur viſus, ita quoquè de ſapientia veſtra, quam in legendo ſeu cantando perceperit, inſtructus, omnipotenti Domino gratias agendo gaudens redeat. Hujus itaque epiſtolæ exemplaria ad omnes ſuffragantes tuoſque coepiſcopos, & per univerſa monaſteria, dirigi non negligas, ſi gratiam noſtram habere vis. Et nullus Monachus foris monaſterio judiciaria teneat, nec per mallos & publica placita pergat. Legens valeat.

Goldaſt. Conſtit Imper. Tom. 1. p. 136.

CONSTITUTIO
DE EMENDATIONE LIBRORUM ET OFFICIORUM ECCLESIASTICORUM.

KAROLUS, Dei fretus auxilio Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, religioſis lectoribus noſtræ ditioni ſubjectis. Cùm nos divina ſemper domi foriſque clementia, ſive in bellorum eventibus, ſive in pacis tranquillitate cuſtodiat, etſi rependere quicquam ejus beneficiis tenuitas humana non prævalet, quia eſt inæſtimabilis miſericordiæ Deus noſter, devotas ſuæ ſervituti benignè approbat voluntates. Igitur quia curæ nobis eſt ut noſtrarum Eccleſiarum ad meliora ſemper proficiat ſtatus, obliteratam penè majorum noſtrorum deſidiâ reparare vigilante ſtudio litterarum ſatagimus officinam, & ad pernoſcenda ſtudia liberalium artium noſtro etiam quos poſſumus invitamus exemplo. Inter quæ jampridem univerſos veteris ac novi inſtrumenti libros, librariorum imperitiâ depravatos, Deo nos in omnibus adjuvante, examuſſim correximus. Accenſi prætereà memoriæ venerandæ Pippini genitoris noſtri exemplis, qui totas Galliarum Eccleſias Romanæ traditionis ſuo ſtudio cantibus decoravit, nos nihilominùs ſolerti eaſdem curamus intuitu præcipuarum inſignire ſerie lectionum. Denique quia ad nocturnale officium compilatas quorundam caſſo labore, licèt recto intuitu, minùs tamen idoneo, reperimus lectiones, quippe quæ & ſine auctorum ſuorum vocabulis eſſent poſitæ, & infinitis vitiorum anfractibus ſcaterent, non ſumus paſſi noſtris in diebus in divinis lectionibus inter ſacra officia inconſonantes perſtrepere ſolœciſmos, atque earundem lectionum in meliùs reformare tramitem mentem intendimus. Idque opus Paulo Diacono, familiari clientulo noſtro, elimandum

injunximus, ſcilicet ut ſtudiosè catholicorum Patrum dicta percurrens, veluti è lectiſſimis eorum pratis certos quoſque floſculos legeret, & in unum quæque eſſent utilia quaſi ſertum aptaret. Qui noſtræ celſitudini devotè parere deſiderans, tractatus atque ſermones diverſorum catholicorum Patrum perlegens, & optima quæque decerpens, in duobus voluminibus per totius anni circulum congruentes cuique feſtivitati diſtinctè & abſque vitiis nobis obtulit lectiones. Quarum omnium textum noſtrâ ſagacitate perpendentes, noſtrâ eadem volumina auctoritate conſtabilimus, veſtræque religioni in Chriſti Eccleſiis tradimus ad legendum.

ADMONITIO BALUZII

De ſequenti Capitulari Bajuvariorum.

Fœdifragus ille Dux Bajuvariorum Thaſſilo cùm fidem Karolo Magno promiſſam levitate ſuâ ſæpe mutaſſet, novaſque inſuper res ab uxore Luitpurga perſuaſus adversùs eum moliretur, tandem de principatu ab eo ejectus eſt anno Chriſti ſeptingenteſimo octuageſimo octavo, ut ait continuator Pauli Diaconi à Marquardo Frehero editus. Nam Karolus audito Thaſſilonem concitaſſe Hunnos ſeu Avaros ut bellum Francis inferrent, multaque alia, ut Eginhardus ſcribit, dixiſſe & feciſſe quæ nonniſi ab inimico & irato vel fieri vel proferri poterant, habito generali populi ſui conventu in villa Ingelenheimenſi, juxtà Moguntiam, in quo, ut Marcus Velſerus tradit, Franci, Boii, Longobardi, Saxones, cæterique provinciales convenêre, & accuſatores audivit, & reum peregit. Cùm nullum accuſationis caput negaretur, uno omnium adſenſu, *inquit Eginhardus*, ut læſæ majeſtatis reus capitali ſententiâ damnatus eſt. Sed clementia Regis licèt morti addictum liberare curavit : nam mutato habitu in monaſterium miſſus eſt *, ubi tam religiosè vixit quàm libens intravit. *Iſta ultima Eginhardi verba, quæ apud Aimoinum quoquè leguntur, Velſerus acri judicio præditus, vir dubiam apprimè & ancipitem ſententiam vocat, ſed quam domeſtici annales opportunè in commodiorem partem interpretantur, nimirùm eluiſſe benefactis ſuperiores maculas. Sanè Thaſſilonem poſted obſcuram admodùm vitam duxiſſe hinc manifeſtè colligitur, quòd nondum inter auctores conſtat de monaſterio in quod projectus eſt ad agendam*

* [*Auctor vitæ Karoli Magni inter Scriptores co-ætaneos Pithæi, part. 2. pag. 39, iſtud ſic recitat* : Et dùm incriminarentur eum de multis aliis infidelitatibus Franci, & Bajoarii, & Langobardi, & Saxones, & quia in exercitu dereliquerat Domnum Pippinum Regem, & omnes acclamarent eum eſſe reum mortis, & ut capitali ſententiâ damnaretur, Domnus piiſſimus Rex Carolus, motus miſericordiâ, ob amorem Dei, & quia conſanguineus ejus erat, continuit ut non moreretur ; & interrogavit Taſſilonem quid agere vellet : ille verò poſtulavit licentiam ſibi tonſorandi, & in monaſterium introeundi, & pro tantis peccatis pœnitentiam agendi, ut ſuam ſalvaret animam. Similiter filius ejus Theodo judicatus eſt : & Monachi ambo facti ſunt in *Olto* Monaſterio ubi Sanctus Bonefacius requieſcit.]

pœnitentiam. Ac ſi verum eſt eum in Gemmeticenſi monaſterio vitam finiiſſe, falſa omninò ſunt quæ de prodigiis & miraculis ad ſepulchrum ejus patratis vulgò circumferuntur. Utcunque ſe res habeat, certum eſt illum principatu exutum, ut perduellionis reum, vacuam feciſſe provinciam. Eam Karolus non ita multò poſt ordinavit, deſcriptamque Comitibus, hoc eſt Judicibus, regendam tradidit, legeſque veteribus addendas propoſuit Reginoburgi in Bajoaria, quas Velſerus ex veterrimis membranis edidit in libro quinto rerum Boicarum. Sunt autem illæ quas nos heîc exhibemus.

CAPITULARE BAJUVARIORUM,

Datum, ut conjectura eſt, Ratisbonæ, anno Chriſti DCCLXXXVIII.

Hæc ſunt Capitula quæ Domnus Karolus ſereniſſimus addere juſſit.

Velſer. lib. 3. Rer. Boic. p. 335. Goldaſt. tom. 3. p. 137. Vide Chr. Moyſſiac. ad an. 788. Stengel. par. 2. c. 6.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De banno Regis inrupto componendo.*
2. *De tuitione Eccleſiæ, viduarum, orphanorum, & minùs potentum.*
3. *De raptu & violentia & incendio infra patriam factis.*
4. *De mannitione in hoſtem.*
5. *De compoſitione hominis denarialis.*
6. *De his qui in Eccleſia manumiſſi ſunt.*
7. *De his qui per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi.*
8. *Ut Clericum alienum nemo recipiat ſine conſenſu Epiſcopi ſui*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De banno Regis inrupto componendo.

I. UT bannum ipſius quilibet inruperit, componere debeat

De tuitione Eccleſiæ, viduarum, orphanorum, & minùs potentum.

II. Ut Eccleſia, viduæ, orphani, vel minùs potentes pacem rectam habeant. Et ubicunque fuerit infracta, ſexaginta ſolidis componatur

De raptu & violentia & incendio infra patriam factis.

III. Ut raptum vel vim per collectam hominum & incendia infra patriam nemo facere præſumat. Et qui hoc commiſerit, ſexaginta ſolidos in bannum noſtrum componat.

De mannitione in hoſtem.

IV. Similiter & qui juſſionem regiam in hoſte bannitus inruperit

De compoſitione hominis denarialis.

V. De denarialibus, ut ſi quis eos occiderit, Regi componantur.

De his qui in Eccleſia manumiſſi ſunt.

VI. Similiter de his qui per charram in Eccleſia juxta altare dimiſſi ſunt liberi, cum quadraginta ſolidis Regi componantur.

De his qui per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi.

VII. Qui verò per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi, ubi nullum patrocinium & defenſionem non elegerint, ſimiliter Regi componantur quadraginta ſolidis.

Ut Clericum alienum nemo recipiat ſine conſenſu Epiſcopi ſui.

VIII. Ut Clericum nemo recipere audeat ſine conſenſu Epiſcopi ſui. Et ſi eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipſius Epiſcopi fuerit, aliter non faciat; niſi eum ejus præſentiæ perſerutandum, ſi dignus fuerit, deducat

CAPITULARE AQUISGRANENSE,

SIVE

CAPITULARE PRIMUM ANNI DCCLXXXIX.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. p. 132. 133. & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 109-110. Simmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 130 & ſeq.

INCIPIT PRÆFATIO DOMNI KAROLI REGIS.

REGNANTE Domino noſtro Jeſu Chriſto in perpetuum, ego Karolus, gratiâ Dei ejuſque miſericordiâ donante, Rex & rector regni Francorum, & devotus ſanctæ Dei Eccleſiæ defenſor humiliſque adjutor, omnibus eccleſiaſticæ pietatis ordinibus, ſeu ſecularis potentiæ dignitatibus, in Chriſto Domino Deo æterno perpetuæ pacis & beatitudinis, ſalutem. Conſiderans pacifico piæ mentis intuitu, unà cum Sacerdotibus & Conſiliariis noſtris, abundantem in nos noſtrumque populum Chriſti Regis clementiam, & quàm neceſſarium eſt non ſolùm toto corde & ore ejus pietati agere gratias inceſſanter, ſed etiam continuâ bonorum operum exercitatione ejus inſiſtere laudibus, quatenùs qui noſtro regno tantos contulit honores, ſuâ protectione nos noſtrumque regnum in æternum conſervare dignetur. Quapropter placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, ô Paſtores Eccleſiarum Chriſti, & ductores gregis ejus, & clariſſima mundi luminaria, ut vigili curâ & ſedulâ admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis, & errantes oves, bonorum operum exemplo, ſeu adhortatione, humeris intra eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare ſatagimini; ne lupus inſidians aliquem canonicas ſanctiones tranſgredientem, vel paternas traditiones univerſalium conciliorum excedentem, quod abſit, inveniens devoret. Ideò magnæ devotionis ſtudio admonendi & adhortandi ſunt, immò compellendi, ut firmâ fide & infatigabili perſeverantiâ intrà paternas ſanctiones ſe contineant: in quo operis ſtudio ſciat certiſſimè ſanctitas veſtra noſtram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & noſtros ad vos direximus Miſſos, qui ex noſtri nominis auctoritate unà vobiſcum corrigerent quæ corrigenda eſſent. Sed & aliqua capitula ex canonicis inſtitutionibus, quæ magis vobis neceſſaria videbantur, ſubjunximus. Ne aliquis, quæſo, hujus pietatis admonitionem eſſe præſumptioſam judicet, quâ nos errata corrigere, ſuperflua abſcidere, recta coartare ſtuduimus, ſed magis benevolo caritatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in Regnorum libris quomodò ſanctus Joſias regnum ſibi à Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei ſtuduit revocare. Non ut me ejus ſanctitati æquiparabilem faciam, ſed quòd nobis ſint ubique ſanctorum ſemper exempla ſequenda, & quoſcunque poterimus ad ſtudium bonæ vitæ, in laudem & in gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, congregare neceſſe eſt. Quapropter, ut prædiximus, aliqua capitula notare juſſimus, ut ſimul hæc eadem vos admonere ſtudeatis, & quæcunque vobis alia neceſſaria eſſe ſcitis: ut & iſta & illa æquali intentione prædicetis. Nec aliquid quod veſtræ ſanctitati populo Dei utile videatur,

4. Reg. 23.

omittatis ut pio ſtudio non admoneatis; quatenùs ut & veſtra ſolertia & ſubjectorum obedientia æternâ felicitate ab omnipotenti Deo remuneretur.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De his qui ab Epiſcopo proprio excommunicantur.*
2. *De his qui ad ordinandum veniunt.*
3. *De Clericis fugitivis & peregrinis.*
4. *De Presbyteris, Diaconis, vel his qui in Clero ſunt.*
5. *De uſuris.*
6. *De Presbyteris Miſſas cantantibus & non communicantibus.*
7. *De his qui à ſynodo vel à ſuo Epiſcopo damnati ſunt.*
8. *De ſuffraganeis Epiſcopis.*
9. *De Chorepiſcopis.*
10. *De Epiſcopis vel quibuſlibet ex Clero.*
11. *De ordinationibus vel quibuſlibet negotiis.*
12. *De cura Epiſcoporum.*
13. *De provincialibus Epiſcopis.*
14. *De Monachis & Clericis.*
15. *De die dominica, qualiter ſervanda eſt.*
16. *De ignotis angelorum nominibus.*
17. *De mulieribus, ne ad altare accedant.*
18. *De maleficis vel incantatoribus.*
19. *De Epiſcopis, ubi non oporteat eos conſtitui.*
20. *De libris canonicis.*
21. *De Epiſcopis ordinandis vel quibuſlibet ex Clero.*
22. *De Monachis, Clericis & Presbyteris. Et de ſervis alterius non ſollicitandis.*
23. *De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum.*
24. *De Presbyteris non abſolutè ordinandis.*
25. *De propoſito Monachorum & Clericorum.*
26. *De Monachis qui ad clericatum provehuntur.*
27. *De negotio Clericorum inter ſe.*
28. *De conſpiratione Clericorum vel Monachorum.*
29. *De accuſatione laicorum contra Epiſcopos.*
30. *De monaſteriis Deo dicatis.*
31. *De fide ſanctæ Trinitatis prædicanda.*
32. *De avaritia.*
33. *De his qui ſe convertunt ad Deum.*
34. *De his qui non ſunt bonæ converſationis.*
35. *De his qui excommunicato communicaverint.*
36. *De ſubjectione Presbyterorum.*
37. *De Clericis eccleſiaſtici ordinis.*
38. *Ut Clerici non ſint uſurarii.*
39. *De virginibus Deo dicatis.*
40. *De principali cathedra Epiſcoporum.*
41. *De falſis nominibus ſanctorum.*
42. *De uxore à viro dimiſſa.*
43. *De judicibus à Metropolitano probatis.*
44. *De accuſatione vilium perſonarum.*
45. *De virginibus velandis.*
46. *De oblatis pauperum.*
47. *De jejuniis à Sacerdotibus conſtitutis.*
48. *De his qui contra naturam peccant.*
49. *De Presbyteris, quo tempore ordinentur.*
50. *De ſponſa alterius.*
51. *De Monachis & Virginibus propoſitum non ſervantibus.*
52. *De pace danda.*
53. *De nominibus recitandis.*
54. *De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.*
55. *De Clericis alterius Epiſcopi.*
56. *De ſervis alterius.*
57. *De Sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
58. *De viduis, ne velentur.*

ITEM ALIA CAPITULA.

59. *De fide catholica & primo præcepto legis.*
60. *De pace & concordia ſervanda.*
61. *De judicibus.*
62. *De perjuriis.*
63. *De auguriis vel aliis maleficiis.*
64. *De odio vel invidia. Et de avaritia vel concupiſcentia.*
65. *De homicidiis.*
66. *De furtis & injuſtis connubiis & falſis teſtimoniis.*
67. *De honore parentum.*
68. *De fide Presbyterorum ab Epiſcopis diſcutienda.*
69. *De honore Eccleſiæ Dei.*
70. *De miniſtris altaris Dei, & de ſchola.*
71. *De voto Monachorum, & de clericatu.*
72. *De menſuris & ponderibus.*
73. *De ſuſceptione hoſpitum.*
74. *De Abbatiſſis contra morem Eccleſiæ Dei facientibus.*
75. *De Clericis qui ſe fingunt eſſe monachos.*
76. *De pſeudographiis & dubiis narrationibus.*

77. *De mangonibus & nudis cum ferro.*
78. *De cantu Romano à Monachis peragendo.*
79. *De operibus ſervilibus quæ diebus dominicis non ſunt agenda.*
80. *De prædicatione Epiſcoporum ac Preſbyterorum.*

Incipiunt prædicta Capitula et eorum textus.

De his qui ab Epiſcopo proprio excommunicantur.

OMNIBUS.

Lib. I. Capitular. c. 1. I. Sunt enim aliqui qui culpis exigentibus ab Epiſcopo proprio excommunicantur, & ab aliis eccleſiaſticis vel laicis præſumptiosè in communionem accipiuntur: quod omninò ſanctum Nicænum Concilium, ſimul & Chalcedonenſe, necnon Antiochenum atque Sardicenſe, fieri prohibent.

Conc. Nic. can. 5. De his qui excommunicantur, ſive Clerici, ſive laici, ab Epiſcopis per ſuas quaſque parochias, ſervetur iſta ſententia, ut ii qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiantur. Requiratur ſanè ne fortè pro aliqua indignatione animi aut contentione, aut qualibet tali commotione ſtomachantis Epiſcopi, abjecti ſint. Ut ergo hæc dignâ poſſint examinatione perquiri, rectum eſſe viſum eſt per ſingulos annos in ſingulis quibuſque provinciis bis in anno Epiſcoporum Concilia fieri, ut ſimul omnes in unum convenientes ex univerſa provincia, ejuſmodi examinent quæſtiones; ut ita demum qui ob culpas ſuas Epiſcoporum ſuorum offenſam meritò contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati ſimiliter habeantur, uſquequò vel in commune omnibus vel ipſi Epiſcopo ſuo fuerit viſum humaniorem circa eos tenere ſententiam. Agantur autem Concilia, ſemel quidem ante dies Quadrageſimæ; ut omnibus, ſi quæ ſunt, ſimultatibus amputatis, mundum Deo ſolemne munus poſſit offerri. Secundò verò agantur circa autumni tempus.

Conc. Antioch. can. 2. Non autem liceat communicare excommunicatis, neque per domos ingredi, & cum eis orare qui Eccleſiæ non participant, neque in alteram Eccleſiam recipi qui ab alia ſegregantur. Quòd ſi viſus fuerit quilibet Epiſcoporum vel Preſbyterorum, aut Diaconorum, vel etiam quis in canone detentus, excommunicatis communicare, & hunc oportet communione privari, tanquam Eccleſiæ regulas confundentem.

Ibid. can. 6. Si quis à proprio Epiſcopo excommunicatus eſt, non eum priùs ab aliis debere ſuſcipi, niſi à ſuo fuerit receptus Epiſcopo, aut Concilio facto occurrat & reſpondeat. Et ſi ſynodo ſatisfecerit, & ſtatuerit, ſub alia ſententia recipi oportere. Quod etiam circa laicos, & Presbyteros & Diaconos, & omnes qui in Clero ſunt, convenit obſervari.

Conc. Sardic. can. 16. Hoſius Epiſcopus dixit: Hoc quoquè omnibus placeat, ut ſive Presbyter, ſive Diaconus, ſive quis Clericorum, ab Epiſcopo ſuo communione fuerit privatus, & ad alterum Epiſcopum perrexerit, & ſcierit is, ad quem confugit, eum ab Epiſcopo ſuo fuiſſe abjectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quòd ſi fecerit, ſciat ſe convocatis Epiſcopis cauſas eſſe dicturum. Univerſi dixerunt; Hoc ſtatutum & pacem ſervabit, & concordiam cuſtodiet.

De his qui ad ordinandum veniunt.

Ad Sacerdotes.

Capitular. lib. 1. c. 2. II. Item enim habetur in eodem Concilio ut eorum qui ad ordinandum veniunt, fides & vita priùs ab Epiſcopo diligenter diſcutiatur, & ſic ordinentur.

Conc. Nic. can. 9. Si qui ſine examinatione provecti ſunt Preſbyteri, & examinati confeſſi ſunt peccata ſua, & cùm confeſſi ſunt, contra regulam venientes homines manus eis temerè impoſuerunt, hos eccleſiaſticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehenſibile eſt catholica defendit Eccleſia.

De Clericis fugitivis & peregrinis.

Omnibus.

Capitular. lib. 1. c. 3. III. Item in eodem Concilio, necnon & in Antiocheno, ſimul & in Chalcedonenſe, ut fugitivi Clerici & peregrini à nullo recipiantur nec ordinentur ſine commendatitiis litteris, & ſui Epiſcopi vel Abbatis licentia.

Conc. Nic. can. 16. Si qui ſine reſpectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque eccleſiaſtica ſtatuta cuſtodientes, receſſerint ab Eccleſia ſua, ſive Presbyteri, ſive Diaconi, ſive in quocunque ordine eccleſiaſtico poſiti fuerint, hi nuſquam ſuſcipi debent in alia Eccleſia: ſed cum omni neceſſitate cogantur ut redeant ad Eccleſias ſuas. Aut ſi permanſerint, excommunicatos eos eſſe oportet. Si quis autem auſus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet, ordinare in ſuam Eccleſiam, cùm non habeat conſenſum Epiſcopi illius à quo receſſit Clericus ſuus, irrita ſit hujuſmodi ordinatio.

Ibid. can. 17.

Conc. Antioch. can. 3. Si quis Presbyter, vel Diaconus, vel quilibet Clericus, deſertâ ſuâ Eccleſiâ, ad aliam tranſeundum eſſe crediderit, & ibi paulatim tentat, quò migravit, perpetuò permanere, ulteriùs miniſtrare debet, præſertim ſi ab Epiſcopo ſuo ad revertendum fuerit exhortatus. Quòd ſi & poſt evocationem ſui Epiſcopi non obaudiat, ſed perſeveraverit, omnibus modis ab officio deponi debere, nec aliquando ſpem reſtitutionis habere. Si quem verò poſt hanc culpam depoſitum alius Epiſcopus ſuſceperit, & ipſe à communi ſyno-

do pœnam merebitur increpationis, tanquam ecclesiastica jura dissolvens.

Concil. Chalc. can. 13. Peregrinos Clericos & Lectores in aliena civitate, sine synodicis litteris Episcopi sui, penitùs nusquam ministrare posse.

De Presbyteris, Diaconibus, vel his qui in Clero sunt.

Ad solos Sacerdotes.

Capitular. lib. 1. c. 4. IV. Item in eadem synodo interdictum est Presbyteris & Diaconibus, vel omnibus qui in Clero sunt, mulierem non habere in domo sua propter suspicionem, nisi matrem, aut sororem, vel eas tantùm personas quæ suspiciones effugiunt.

Conc. Nic. can. 3. De suspectis verò omnimodis interdicit sancta synodus, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque omnino ulli Clericorum, habere secum mulierem extraneam; nisi fortè mater sit, aut soror, aut avia; in his namque personis & harum similibus omnis suspicio declinatur. Qui autem præter hæc agit, periclitabitur de clero suo.

De usuris.

Omnibus.

Capitular. lib. 1. c. 5. V. Item in eodem Concilio, seu in decretis Papæ Leonis, necnon & in canonibus qui dicuntur Apostolorum, sicut & in lege ipse Dominus præcepit, omninò omnibus interdictum est ad usuram aliquid dare

Conc. Nic. can. 17. Quoniam multi Clerici avaritiæ causâ turpia lucra sectantes, oblitique divini præcepti quod dicit: *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram*, fœnerantes centesimas exigunt, statuit hoc sanctum Concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frugum ad sexcuplum dare, omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæstum, abscindatur ex clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

Can. apost. 44. Episcopus, Presbyter, aut Diaconus usuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè damnetur.

De Presbyteris Missas cantantibus & non communicantibus.

Ad Sacerdotes.

Capitular. lib. 1. c. 6. VI. Auditum est aliquos Presbyteros Missam celebrare, & non communicare: quod omninò in canonibus Apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodò dicere rectè potest, si non communicaverit, *Sumpsimus, Domine, sacramenta?* Hæc verò per singula capitula in statutis Nicæni Concilii legere potestis, seu & in aliis sanctorum Patrum synodalibus edictis *.

Can. apost. 9. Si quis Episcopus, aut Presbyter aut Diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo factâ oblatione non communicaverit, aut causam dicat, ut si rationalis fuerit, veniam consequatur; aut si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit, dans suscipionem de eo qui sacrificavit quòd rectè non obtulerit.

De his qui à synodo vel à suo Episcopo damnati sunt.

Omnibus.

Capitular. lib. 1. c. 7 VII. In Antiocheno Concilio, quòd his qui damnati sunt à synodo vel à suo Episcopo, & posteà ministrare præsumunt, præcipitur ut nullus audeat communicare. Si quis verò eis communicaverit, simili sententiæ subjaceat sicut & damnatus.

Conc. Antioch. can. 4. Si quis Episcopus à synodo, vel Presbyter vel Diaconus à proprio Episcopo, fuerit exauctoratus, & præsumpserit sacri ministerii quippiam, non ei amplius liceat, neque in alia synodo spem restitutionis habere, neque assertionis alicujus locum; sed & communicantes ei, omnes abjiciantur ab Ecclesia; & maximè si postquam cognoverunt sententiam adversùs eum prolatam, ei contumaciter communicaverint.

De suffraganeis Episcopis.

Episcopis.

Capitular. lib. 1. c. 8. VIII. Item in eodem Concilio, ut ad metropolitanum Episcopum, Suffraganei respiciant, & nihil novi audeant facere in suis parochiis sine conscientia & consilio sui Metropolitani, nec Metropolitanus sine eorum consilio.

Conc. Antioch. can. 9. Per singulas provincias Episcopos constituros scire oportet Episcopum metropolitanum, qui præest, curam & sollicitudinem totius provinciæ susscepisse. Propter quòd ad metropolitanam civitatem ab his qui causas habent, sine dubio concurratur. Quapropter placuit eum & honore præire, & nihil ultra sine ipso reliquos Episcopos agere secundùm antiquam patrum nostrorum, quæ obtinuit, regulam, nisi hæc tantùm quæ uniuscujusque Ecclesiæ per suam diœcesim competunt. Unumquemque enim Episcopum oportet potestatem habere suæ diœcesis ad hanc gubernandam secundùm competentem sibi reverentiam, ad providendum regioni quæ subest ipsius civitati, ita ut etiam ordinare ei Presbyteros & Diaconos probabili judicio liceat, & de singulis moderatione & pondere disceptare. Ultra autem nihil agendum permittitur citra metropolitani Episcopi conscientiam.

De Chorepiscopis.

Sacerdotibus.

Capitular. lib. 1. c. 9. IX. Item in eodem Concilio, simul & in Ancyronensi, ut Chorepiscopi cognos-

* [*In Sirmondo legitur* synodalibus institutis, vel edictis.]

cant modum ſuum, & nihil faciant abſque licentia Epiſcopi in cujus parochia habitant.

Conc. Antioch. can. 10. Qui in fundis & villis conſtituti ſunt Chorepiſcopi, tametſi mantis impoſitiones ab Epiſcopis ſuſceperunt, & ut Epiſcopi conſecrati ſunt, placuit ſanctæ ſynodo ſcire eos oportere modum proprium retinere, & gubernare adjacentes Eccleſias ſibi commiſſas, & eſſe contentos propriâ ſollicitudine & gubernatione quam ſuſceperunt. Conſtituere autem his permittitur Lectores & Subdiaconos & Exoroiſtas, quibus ſufficiat iſtorum tantùm graduum licentiam accepiſſe. Non autem Presbyterum, non Diaconum audeant ordinare præter conſcientiam Epiſcopi civitatis, vel Eccleſiæ cui adjacens invenitur, ſeu ipſe, ſeu regio in qua præeſſe dinoſcitur. Quòd ſi prævaricari auſus fuerit conſtituta, deponi eum & dignitate quâ præditus eſt debere privari. Chorepiſcopus autem ab Epiſcopo civitatis vel loci, cui adjacet, ordinandus eſt.

Conc. Ancyr. can. 13. Vicariis Epiſcoporum, quos Græci Chorepiſcopos dicunt, non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare; ſed nec Presbyteris civitatis ſine Epiſcopi præcepto ampliùs aliquid jubere, vel ſine auctoritate litterarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

De Epiſcopis vel quibuſlibet ex Clero.

OMNI CLERO.

Capitular. lib. 1. c. 10. X. Item in eodem Concilio, ut Epiſcopus vel quilibet ex Clero ſine conſilio vel litteris Epiſcoporum, vel Metropolitani, non audeant regalem dignitatem pro ſuis cauſis clamare, ſed in communi Epiſcoporum Concilio cauſa examinetur.

Conc. Antioch. can. 11. Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel omnis omninò qui eſt ſub eccleſiaſtica regula conſtitutus, præter conſilium & litteras eorum Epiſcoporum qui ſunt intra provinciam, & maximè Metropolitani, ad Imperatorem perrexerit, hunc abdicari & ejici non ſolùm communione debere, ſed à propria dignitate privari, tamquam moleſtum & importunum imperialibus auribus, contra eccleſiaſtica conſtituta. Si autem neceſſitas cogat ad Imperatorem excurrere, cum deliberatione & conſilio Metropolitani ipſius provinciæ, Epiſcopi & cæterorum conſcientiâ qui in eadem provincia ſunt, & litteris, ire debebit.

De ordinationibus, vel quibuſlibet negotiis.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 11. XI. Item in eodem Concilio, ſimul & in Sardicenſi, necnon & in Decretalibus Innocentii Papæ, ut nullus Epiſcopus in alterius parochia ordinationes aliquas audeat facere, vel negotia peragere quæ ad eum non pertinent.

Conc. Antioch. can. 13. Nullum Epiſcoporum debere ex alia provincia ad aliam tranſitum facere, & ordinare aliquos in Eccleſiis, aut provehere ad ſacrum miniſterium; nec alios illuc ſecum adtrahat Epiſcopos, niſi fortè rogatus per litteras abierit, non ſolùm à Metropolitano, ſed ab his qui cum eo ſunt provinciæ Epiſcopis. Quòd ſi nullo invitante inordinatè ſuperveniat, & aliquos vel ordinare præſumpſerit, vel quoſlibet actus illi Eccleſiæ competentes ad ſe minùs pertinentes uſurpare tentaverit, vacua quidem & inania erunt omnia quæ geſſerit, ipſe verò hujus indiſciplinati auſus & irrationabilis cœpti dignas cauſas expendat, tamquam depoſitus à ſancta ſynodo, & propter hujuſmodi præſumptionem jam prædamnatus.

Januarius Epiſcopus dixit: Illud quoque ſtatuat ſanctitas veſtra, ut nulli liceat Epiſcopo alterius Epiſcopi civitatis miniſtrum eccleſiaſticum ſollicitare, & in ſuis parochiis ordinare. Univerſi dixerunt: Placet; quia ex his intentionibus ſolet naſci diſcordia. Et ideò prohibet omnium ſententia ne quis hoc facere audeat. Conc. Sard. can. 18.

Innocentius Florentino Epiſcopo Tiburtinenſi. Non ſemel ſed aliquotiens clamat ſcriptura divina transferri non oportere terminos à patribus conſtitutos: quia nefas eſt, ſi quod alter ſemper poſſederit, alter invadat. Quod tuam bonitatem frater & coepiſcopus noſter Urſus adſerit perpetraſſe. Nam Nomentanam ſive Filicienſem parochiam ad ſuam diœceſim à majoribus pertinentem, invaſiſſe te, atque illic divina celebraſſe myſteria inconſulto eodem ac neſciente, non ſine dolore conqueſtus eſt. Quòd ſi verum eſt, non leviter te culpam incurriſſe cognoſcas. Unde ſi declinare cupis tantæ uſurpationis invidiam, noſtris litteris admonitum te convenit abſtinere. Certè ſi aliquid tibi credis juſtitiæ ſuffragari, integris omnibus & in priſtino ſtatu manentibus, poſt dies venerabiles Paſchæ adeſſe debebis, ut memoratis poſſis intentionibus reſpondere, partibuſque in medio collocatis, quid antiquitas aut veritas habeat inquiramus. Innocent. Epiſt. 7. Deut. 19 & 27. Prov. 23

De cura Epiſcoporum

EPISCOPIS.

XII. Item in eodem Concilio, ut Epiſcopus ejus Eccleſiæ curam habeat ad quam ordinatus eſt. Capitular. lib. 1. c. 12.

Epiſcopum de diœceſi ad alteram diœceſim non debere tranſire, neque ſi ſeipſum ingeſſerit, neque ſi à populis fuerit violenter attractus, neque ſi etiam hoc ei ab Epiſcopis ſuadetur. Manere autem eum debere in Eccleſia Dei quam ab initio ſortitus eſt, & non ab ea aliò demigrare, ſecundùm regulam ſuper hoc olim à patribus conſtitutam. Conc. Antioch. can. 21.

De provincialibus Epiſcopis.

EPISCOPIS.

XIII. Item in eodem Concilio, necnon & in Chalcedonenſi, ut provinciales Epiſcopi cum ſuo Metropolitano bis in anno propter cauſas Eccleſiæ Concilia celebrent. Capitular. lib. 1. c. 13.

Conc. Antioch. can. 20. Propter eccleſiaſticas curas & quæ exiſtunt controverſias diſſolvendas, ſufficere viſum eſt bis in anno per provincias ſingulas Epiſcoporum Concilium fieri. Primò quidem poſt tertiam hebdomadam Paſchalis feſtivitatis, ita ut in quarta hebdomadâ quæ conſequitur, id eſt, mediæ Pentecoſtes, Concilium compleatur. Admoneant autem provinciales Epiſcopos hi qui in amplioribus, id eſt, qui in metropolitanis civitatibus degunt. Secundum verò Concilium Idibus Octobribus habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi menſis decimus quintus invenitur. In ipſis autem Conciliis & Presbyteros & Diaconos præſentes eſſe oportet, & omnes quotquot ſe læſos exiſtimant, & ſynodicam expectare ſententiam. Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos ſine metropolitanorum Epiſcoporum conſcientia ſynodos facere, quibus de omnibus cauſis conſtat permiſſum eſſe judicium.

Conc. Chalc. can. 19. Ad aures noſtras pervenit quoniam in provinciis non fiunt Epiſcoporum ſynodi ſecundùm Canonum conſtituta, & hinc multa rerum eccleſiaſticarum quæ emendanda ſunt, negligi. Sancta igitur ſynodus conſtituit, ſecundùm Canones Patrum, bis in anno Epiſcopos in idipſum in unaquaque provincia convenire quò Metropolitanus conſtituerit, & omnia quæcumque emerſerint corrigere. Epiſcopi verò qui non convenerint, in propriis poſiti civitatibus, & non per profectionem abſentes, maximè ſuppeditante ſalute, & à neceſſariis & excuſabilibus occupationibus liberi, fraternitatis intuitu corripiantur.

De Monachis & Clericis.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 14. XIV. In Concilio Laodicenſi, necnon & in Africano, præcipitur ut Monachi & Clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi cauſâ.

Conc. Laodic. can. 24. Quoniam non oportet altario ſervientes, à Presbyteris uſque ad Diaconos, & deinceps ordinis eccleſiaſtici omnes uſque ad Miniſtros, aut Lectores, aut Pſaltas, aut Exorciſtas, aut Oſtiarios, aut etiam eos qui in propoſito ſunt continentiæ, tabernas introire.

Conc. Afric. can. 7. Ut Clerici edendi vel bibendi cauſâ tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitate compulſi.

De die Dominica, qualiter ſervanda eſt.

AD OMNES.

Capitular. lib. 1. c. 15. XV. Item in eodem Concilio præcipitur ut à veſpera uſque ad veſperam dies dominica ſervetur.

Conc. Laodic. can. 29. Non oportet Chriſtianos judaizare & in ſabbato vacare, ſed operari eos in eadem die. Dominicâ verò, præponendo eandem diem, ſi hoc eis placet, vacent tanquam Chriſtiani. Quòd ſi inventi fuerint judaizare, anathema ſint.

De ignotis Angelorum nominibus.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 16. XVI. Item in eodem Concilio præcipitur ut ignota angelorum nomina nec fingantur, nec nominentur, niſi illorum quos habemus in auctoritate: id ſunt Michael, Gabriel, Raphael.

Conc. Laodic. can. 35. Quòd non oportet Chriſtianos, derelictâ Eccleſiâ Dei, abire, & angelos nominare, & congregationes facere: quæ omnia interdicta ſunt. Quicunque autem inventus fuerit occultè huic idololatriæ vacans, anathema ſit, quoniam derelinquens Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, acceſſit ad idola.

De mulieribus, ne ad altare accedant.

CLERICIS ET NONNANIS.

Capitular. lib. 1. c. 17. XVII. Item in eodem Concilio, quòd non oporteat mulieres ingredi ad altare.

Conc. Laodic. can. 44. Non oportet mulieres ingredi ad altare.

De maleficis, vel incantatoribus.

AD SACERDOTES.

Capitular. lib. 1. c. 21. XVIII. Item in eodem Concilio, ut cocleārii, malefici, incantatores, & incantatrices fieri non ſinantur.

Conc. Laodic. can. 36. Quoniam non oportet miniſtros altaris, vel Clericos, magos aut incantatores eſſe, aut facere quæ dicuntur phylacteria, quæ ſunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus rebus utuntur, projici ab Eccleſia juſſimus.

De Epiſcopis, ubi non oporteat eos conſtitui.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 18. XIX. Item in eodem Concilio, necnon & in Sardicenſi, quòd non oporteat in villulis vel in agris Epiſcopos conſtituere.

Conc. Sardic. can. 6. Non oportet in vicis & in villis Epiſcopum ordinari, ſed eos qui circumeant conſtitui. Hos autem qui hinc ordinati ſunt, nihil agere ſine conſcientia Epiſcopi civitatis. Similiter etiam Presbyter nihil ſine præcepto Epiſcopi & conſilio agat. Si enim ſubitò aut vicus aliquis aut modica civitas, cui ſatis eſt unus Presbyter, voluerit ſibi Epiſcopum ordinari, ut vileſcat nomen Epiſcopi & auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere Epiſcopum, niſi aut in his civitatibus quæ Epiſcopos habuerint, aut ſi qua talis aut tam populoſa eſt quæ mereatur habere Epiſcopum. Hoc omnibus placet? Synodus reſpondit: Placet.

De Libris canonicis.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 20. XX. Item in eodem Concilio, ut canonici Libri tantùm legantur in Eccleſia.

Conc. Laodic. can. 59. Non oportet ab idiotis pſalmos compoſitos & vulgares dici in Eccleſiis, neque libros qui ſunt extra canonem legere, niſi ſolos canonicos novi & veteris teſtamenti. Quæ autem oporteat legi & in auctoritatem recipi, hæc ſunt. Geneſis mundi, Exodus Ægypti, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jeſu Nave, Judices, Ruth, Regnorum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Eſdræ libri duo, liber Pſalmorum CL, Proverbia Salomonis, Cantica Canticorum, Eccleſiaſtes, Job, Eſther, Duodecim Prophetæ, id eſt, Oſee, Amos, Joel, Abdias, Jonas, Micheas, Naüm, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Item Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Novi teſtamenti Evangelia quatuor; ſecundùm Matthæum, ſecundùm Marcum, ſecundùm Lucam, ſecundùm Joannem. Actus Apoſtolorum. Catholicæ epiſtolæ Petri II, Jacobi I, Joannis III, Judæ I. Epiſtolæ Pauli XIV. ad Romanos, ad Corinthios prima & ſecunda, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes prima & ſecunda, ad Timotheum II, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

De Epiſcopis ordinandis vel quibuſlibet ex Clero.

CLERICIS ET MONACHIS.

Capitular. lib. 1. c. 19. XXI. In Concilio Chalcedonenſi, ut non oporteat Epiſcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari: quia utrique deponendi ſunt, & qui ordinat, & qui ordinatur, necnon & qui mediator eſt inter eos. Item de eadem re in canonibus Apoſtolorum legitur; quam hæreſim jam ipſe princeps Apoſtolorum in Simone Mago terribiliter damnavit.

Conc. Chalc. can. 2. Si quis Epiſcopus ordinationem pro pecunia fecerit, & vendiderit rem quæ niſi gratiâ non adquiritur, & ſub pecunia ordinaverit Epiſcopus provincialem Epiſcopum, ſive Presbyterum vel Diaconum, aut eorum quemquam qui in numero Clericorum continentur, aut acceptâ pecuniâ fecerit Oeconomum vel Defenſorem, vel Oſtiarium, vel quemcumque hujuſcemodi, pro turpitudine lucri qui hoc feciſſe probatur, ſui gradûs periculum ſuſtinebit. Sed & is qui ordinatur, nihil ex ordinatione quæ pro negotiatione proceſſit, utilitatis acquirat; ſed fiat dignitatis vel rei quæ ipſi pro pecunia commiſſa eſt, alienus. Si quis autem his tam turpibus & nefariis lucris medius interfuiſſe videtur, & is, ſi quidem Clericus fuerit, degradetur; ſi verò laicus aut Monachus, anathematizetur.

Can. apoſt. 30. Si quis Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipſe & ordinator ejus, & à communione modis omnibus abſcidatur, ſicut Simon Magus à Petro.

De Monachis, Clericis, & Presbyteris. Et de ſervis alterius non ſollicitandis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. cap. 22. 23. XXII. Item in eodem Concilio infra dua capitula, necnon & in decretis Leonis Papæ, ut nec Monachi nec Clerici nec Preſbyteri in ſecularia negotia tranſeant. Et ut ſervum alterius nullus ſollicitet ad clericatum vel monachalem ordinem ſine voluntate & licentia domini ſui.

Conc. Chalc. can. 4. Item qui reverà & manifeſtè ſolitariam vitam ſectantur, honore competenti fungantur. Quoniam verò quidam ſub prætextu habitûs monachilis, Eccleſias & conventus & res communes diſturbant, civitates indiſcretè circumeuntes, & monaſteria ſibi conſtituere ſtudentes, placuit nuſquam ullum ædificare debere neque monaſterium conſtituere, neque oratorium, abſque civitatis Epiſcopi voluntate. Monachos verò qui ſunt per ſingulas civitates & provincias, Epiſcopis ſubditos eſſe, & quietem diligere, & jejuniis eſſe intentos & orationibus, & in illis locis obſervare in quibus ſeculo renuntiaſſe videntur. Nequaquam autem eccleſiaſticis vel ſecularibus rebus communicare, nec importunitatem inferre deſertis propriis monaſteriis, niſi fortè quæſiti fuerint propter cauſam neceſſariam à civitatis Epiſcopo. Sanè in monaſteriis non eſſe ſuſcipiendum ſervum ad Monachum faciendum præter proprii domini voluntatem. Qui verò hoc conſtitutum noſtrum exceſſerit, eum à communione ſuſpendi decrevimus, ne nomen Dei blaſphemetur. Civitatis autem Epiſcopum oportet competentem providentia monaſteriis impendere.

Leo. c. 1. Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur. Et qui à dominis ſuis libertatem conſequi minimè potuerunt, ad faſtigium ſacerdotii, tamquam ſervilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur. Et probari Deo poſſe creditur, qui domino ſuo necdum probare ſe potuit. Duplex itaque in hac parte reatus eſt; quòd & ſacrum miniſterium talis conſortii vilitate polluitur, & dominorum, quantùm ad inlicitæ uſurpationis temeritatem pertinet, jura ſolvunt. Ab his itaque, fratres cariſſimi, omnes veſtræ provinciæ abſtineant Sacerdotes. Et non tantùm ab his, ſed ab aliis etiam qui originali aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi fortè eorum petitio aut voluntas acceſſerit qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis. Debet enim eſſe immunis ab aliis qui divinæ militiæ fuerit adgregandus, ut à caſtris dominicis, quibus nomen ejus adſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 24. XXIII. Item in eodem Concilio infra

dua capitula, necnon & in Sardicenſi, ut nec Epiſcopus nec Clerici non tranſmigrentur de civitate in civitatem.

Conc. Chalc. can. 5. De Epiſcopis & Clericis qui ſe de civitate in civitatem transferunt, placuit ut canones qui à ſanctis Patribus de his ipſis conſtituti ſunt, ſuam habeant firmitatem.

Conc. Sardic. can. 1. Hoſius Epiſcopus dixit: Ut de civitate in civitatem quiſquam ſi migraverit, aut Epiſcopus aut Clericus, excommunicatus remaneat.

De Presbyteris non abſolutè ordinandis.

OMNIBUS.

Capitular. Lib. 1. c. 25. XXIV. Item in eadem ſynodo, ut nullus abſolutè ordinetur, & ſine pronuntiatione & ſtabilitate loci ad quem ordinatur

Conc. Chalc. can. 6. Nullum abſolutè ordinari, neque Presbyterum, neque Diaconum, neque penitùs quemquam eorum qui ſunt in eccleſiaſtico ordine, niſi ſpecialiter Eccleſiæ civitatis, vel vici vel martyrii, qui ordinandus eſt fuerit declaratus. Horum autem ordinationem hujuſmodi, qui abſolutè ordinantur, conſtituit ſancta ſynodus inefficacem eſſe, & nuſquam poſſe ad ordinantis injuriam prævalere.

De propoſito Monachorum & Clericorum.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 26. XXV. Item in eodem Concilio, ut Clerici & Monachi in ſuo propoſito & voto quod Deo promiſerunt, permaneant.

Conc. Chalc. can. 7. Qui ſemel ſunt ordinati, aut qui Monachi facti ſunt, conſtituimus neque ad militiam neque ad ſecularem dignitatem venire. Cùm verò hoc arripuerint, niſi pœnitentes ad hoc revertantur quod propter Deum elegerant, anathematizentur.

De Monachis qui ad clericatum provehuntur.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 27. XXVI. Item in decretis Innocentii Papæ de eadem re, ut Monachus, ſi ad clericatum provehatur, propoſitum monachicæ profeſſionis non amittat

Innoc. c. 17. De Monachis qui diù morantes in monaſteriis, poſteà ad clericatûs ordinem perveniunt, non debere eos à priori propoſito deviare. Aut enim ſicut in monaſterio fuit, & quod diù ſervavit, in meliori gradu poſitus amittere non debet; aut ſi corruptus, poſteà baptizatus, in monaſterio ſedens ad clericatûs ordinem accedere voluerit, uxorem omninò habere non poterit, quia nec benedici cum ſponſa poteſt jam corruptus. Quæ forma ſervatur in Clericis, maximè cùm vetus regula hoc habeat ut quiſque corruptus baptizatus Clericus eſſe voluiſſet, ſponderet ſe uxorem omninò non ducere.

De negotio Clericorum inter ſe.

OMNIBUS.

Capitular lib. 1. c. 28 XXVII. Item in eodem Concilio, ut ſi Clerici inter ſe negotium aliquod habuerint, à ſuo Epiſcopo dijudicentur, non à ſecularibus.

Conc. Chalc. can. 9 Si quis Clericus cum Clerico cauſam habeat, Epiſcopum ſuum non deſerat, & ad judicia ſecularia currat, ſed priùs apud Epiſcopum ſuum examinet cauſam, aut certè cum voluntate ipſius Epiſcopi cauſa dicatur apud quos partes utræque voluerint. Si quis autem contra hæc veniré tentaverit, canonicis interdictis ſubjaceat. Si verò Clericus habeat cauſam cum extraneo Epiſcopo, vel cum ſuo, apud ſynodum provinciæ cauſam dicat. Si autem Epiſcopus vel Clericus diſceptationem habeat cum metropolitano Epiſcopo, aut ad dioeceſeos primam ſedem recurrat, aut ad ſedem Conſtantinopolitanam, apud quam cauſa dicatur.

De conſpiratione Clericorum vel Monachorum.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 29. XXVIII. Item in eodem Concilio, ut nec Clerici nec Monachi conſpirationem vel inſidias contra paſtorem ſuum faciant.

Conc. Chalc. can. 18. Conjurationis vel conſpirationis crimen etiam apud extrinſecas leges penitùs amputatur: multò magis in Eccleſia Dei hoc ne fiat, oportet prohiberi. Igitur Clerici aut Monachi, ſi inventi fuerint conjurati, aut per conjurationem calumniam machinantes Epiſcopis vel Clericis, proprium amittant gradum.

De accuſatione laicorum contra Epiſcopos.

AD OMNES.

Capitular. lib. 1. c. 30. XXIX. Item in eodem Concilio, ut laici Epiſcopos aut Clericos non accuſent, niſi priùs eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.

Conc. Chalc. can. 21. Clericos vel laicos, qui accuſant Epiſcopos vel Clericos, quomodocunque & ſine judicio non ſuſcipi ad accuſandum debere, niſi priùs eorum exiſtimatio fuerit diſcuſſa.

De monaſteriis Deo dicatis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 31. XXX. Item in eodem Concilio, ut loca quæ ſemel Deo dedicata ſunt ut monaſteria ſint, maneant perpetuò monaſteria, nec poſſint ultra fieri ſecularia habitacula.

Conc. Chalc. can. 24. Quæ Deo ſemel ſacrata ſunt monaſteria ſecundùm Epiſcoporum conſenſum, oportet in perpetuum monaſteria nuncupari, & eorum res monaſteriis reſervari: & non poſſe ulteriùs cœnacula ſecularia fieri. Si qui verò hæc fieri permiſerint, canonicis interdictis ſubjaceant.

De

De fide ſanctæ Trinitatis prædicanda.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 31. XXXI. In Concilio Carthaginenſi. Primo omnium neceſſe eſt ut fides ſanctæ Trinitatis & incarnationis Chriſti, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis in cœlos, diligenter omnibus prædicetur.

Concil. Carth. in profeſſione fidei. Anno ab Alexandro MXXXVI, menſe Junio, XIV. Kalendas Julii, à magna ſynodo dictum eſt. Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc eſt, de ſubſtantia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non creatum, *homouſion* patri, hoc eſt, ejuſdem cum patre ſubſtantiæ. Per quem omnia facta ſunt, quæ in cælo & quæ in terris. Qui propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt homo factus, paſſus eſt, & reſurrexit tertiâ die, & aſcendit in cœlos. Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt: *Erat aliquando quando non erat, & antequam naſceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus eſt*, aut ex alia ſubſiſtentia vel ſubſtantia dicunt eſſe, aut convertibilem filium Dei. anathematizat catholica & apoſtolica Eccleſia.

De avaritia.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 33. XXXII. Item in eodem, de prohibenda avaritia, ut nullus alienos fines uſurpet, vel terminos patrum tranſcendat.

Concil. Carth. can. 5. Aurelius Epiſcopus dixit: Avaritiæ cupiditas, quam omnium malorum matrem eſſe nemo qui dubitet, proinde inhibenda eſt, ne quis alienos fines uſurpet, aut per præmium terminos patrum ſtatutos tranſcendat; nec omninò cuiquam Clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere. Quamquam novellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ à nobis formam accipient; cæterùm, de quibus apertiſſimè ſcriptura divina ſanxit, non ferenda ſententia eſt, ſed potiùs exequenda. Proindè quod in laicis reprehenditur, id multò magis debet in Clericis prædamnari.

De his qui ſe convertunt ad Deum.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 34. XXXIII. Item in eodem, de his qui in periculo conſtituti ſunt, & convertunt ſe ad Deum, ut canonicè inquirant reconciliationem, & canonicè reconcilientur.

Concil. Carth. can. 7. Aurelius Epiſcopus dixit: Si quiſquam in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari divinis altaribus petierit, etſi Epiſcopus abſens fuerit, debet utique Presbyter conſulere Epiſcopum, & ſic periclitantem ejus præcepto reconciliare. Quam rem debemus ſalubri conſilio roborare. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Placet quod ſanctitas veſtra neceſſariò nos inſtruere dignata eſt.

De his qui non ſunt bonæ converſationis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 35. XXXIV. Item in eodem, ut illi qui non ſunt bonæ converſationis, & eorum vita eſt accuſabilis, non audeant Epiſcopos vel majores natu accuſare.

Concil. Carth. can. 8. Aurelius Epiſcopus dixit: Placet igitur caritati veſtræ ut is qui aliquibus ſceleribus inretitus eſt, vocem adverſus majorem natu non habeat accuſandi? Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Si criminoſus eſt, non admittatur. Placet.

De his qui excommunicato communicaverint.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 36. XXXV. Item in eodem, ut qui excommunicato præſumptiosè communicaverit, excommunicetur & ipſe.

Concil. Carth. can. 9. 11. q. 3. *Qui meritò.* Auguſtinus Epiſcopus, Legatus provinciæ Numidiæ, dixit: Hoc ſtatuere dignamini, ut ſi qui fortè meritò facinorum ſuorum ab Eccleſia pulſi ſunt, & ſive ab aliquo Epiſcopo vel Preſbytero fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens ſui Epiſcopi regulare judicium. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Omnibus placet.

De ſubjectione Presbyterorum.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 37. XXXVI. Item in eodem Concilio infra duo capitula, ut nullus Preſbyter contra ſuum Epiſcopum ſuperbire audeat.

Concil. Carth. can. 10. 11 Alypius Epiſcopus, Legatus provinciæ Numidiæ dixit: Nec illud prætermittendum eſt, ut ſi quis fortè Presbyter ab Epiſcopo ſuo correptus, tumore vel ſuperbiâ inflatus, putaverit ſeparatim ſacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra eccleſiaſticam fidem vel diſciplinam crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ ſedis provinciæ Numidiæ, dixit: Neceſſariò diſciplinæ eccleſiaſticæ & fidei congrua ſunt quæ frater noſter Alypius proſecutus eſt. Proinde quid videatur veſtræ dilectioni, edicite. Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: Si quis Presbyter à præpoſito ſuo correptus fuerit, debet utique apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis ejus cauſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari. Quod niſi fecerit, ſed ſuperbiâ, quod abſit, inflatus, ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens, ſacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat, ac ſi

11. q. 3. *Si quis Presbyter.*

querimoniam juſtam adverſùs Epiſcopum non habuerit, inquirendum erit.

Can. apoſt. 32. Si quis Presbyter, contemnens Epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Epiſcopum in cauſa pietatis & juſtitiæ, deponatur, quaſi principatûs amator exiſtens; eſt enim tyrannus. Et cæteri Clerici, quicunque tali conſentiunt, deponantur. Laici verò ſegregentur. Hæc autem poſt unam & ſecundam & tertiam Epiſcopi obſecrationem, fieri conveniat.

De Clericis eccleſiaſtici ordinis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 38. XXXVII. Item in eodem, ut Clerici eccleſiaſtici ordinis, ſi culpam incurrerint, apud eccleſiaſticos judicentur, non apud ſeculares.

Concil. Carthagin. can. 15. 11. qu. 1. *Placuit ut quiſquis.* Item placuit ut quiſquis Epiſcoporum, Preſbyterorum, Diaconorum, ſeu Clericorum, cùm in Eccleſia ei fuerit crimen inſtitutum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico judicio publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat. Et hoc in criminali actione. In civili verò perdat quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit. Hoc etiam placuit ut à quibuſcunque judicibus eccleſiaſticis ad alios judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obſit quorum fuerit ſoluta ſententia, ſi convinci non potuerint vel inimico animo judicaſſe, vel aliquâ cupiditate aut gratiâ depravati. Sanè ſi ex conſenſu partium electi fuerint judices, etiam à pauciori numero quàm conſtitutum eſt, non liceat provocare. Et ut filii Sacerdotum ſpectacula ſecularia non exhibeant, ſed nec expectent, licèt hoc ſemper Chriſtianis omnibus interdictum ſit, ut ubi blaſphemiæ ſunt, non accedant.

Ut Clerici non ſint uſurarii.

OMNIBUS.

Riculf. Sueſſion. cap. 17. Vide ſuprà, p. 215. c. 5. XXXVIII. Item in eodem, ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat. Si ſpeciem aliam, eandem ſpeciem quam dederit accipiat.

Concil. Carthagin. can. 16. Item placuit ut Clericus, ſi commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat; ſi ſpeciem, eandem ſpeciem, quantam dederit, accipiat. Et ut ante viginti quinque annos ætatis, nec Diaconi ordinentur, nec virgines conſecrentur; & ut lectores populum non ſalutent.

De virginibus Deo dicatis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 39. XXXIX. In Concilio Africano præcipitur ut virgines Deo ſacratæ à gravioribus perſonis diligenti cuſtodiâ ſerventur.

Concil. Afric. can. 11. Ut virgines ſacræ, cùm parentibus, à quibus cuſtodiebantur, privatæ fuerint, ab Epiſcopo cuſtodiantur. Ubi autem Epiſcopus abſens eſt, providentiæ gravioribus feminis commendentur, ut ſimul habitantes invicem ſe cuſtodiant; ne paſſim vagando, Eccleſiæ lædant exiſtimationem.

De principali cathedra Epiſcoporum.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 40. XL. Item in eodem, ut non liceat Epiſcopo principalem cathedram ſuæ parochiæ negligere, & aliquam Eccleſiam in ſua diœceſi magis frequentare.

Concil. Afric. can. 38. Rurſùm placuit ut nemini ſit facultas, relictâ principali cathedrâ, ad aliquam Eccleſiam in diœceſi conſtitutam ſe conferre, vel in re propria diutiùs quàm oportet conſtitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

De falſis nominibus Sanctorum.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 41. XLI. Item in eodem, ut falſa nomina Martyrum & incertæ Sanctorum memoriæ non venerentur.

Concil. Afric. can. 50. De conſecr. diſt. 1. *Placuit ut altaria.* Item placuit ut altaria quæ paſſim per agros & per vias tamquam memoriæ Martyrum conſtituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquiæ Martyrum conditæ probantur, ab Epiſcopis qui locis eiſdem præſunt, ſi fieri poteſt, evertantur. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent; ut qui rectè ſapiunt, nullâ ibi ſuperſtitione devincti teneantur. Et omninò nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi corpus aut aliquæ reliquiæ ſunt, aut origo alicujus habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis, fideliſſimâ origine traditur. Nam quæ per ſomnia & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum, ubicunque conſtituuntur altaria, omnimodò reprobentur.

De uxore à viro dimiſſa.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 42. XLII. Item in eodem, ut nec uxor à viro dimiſſa alium accipiat virum, vivente viro ſuo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

Concil. Afric. can. 69. Placuit ut ſecundùm evangelicam & apoſtolicam diſciplinam neque dimiſſus ab uxore, neque dimiſſa à marito, alteri conjungatur; ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem imperialem petendam promulgari.

De Judicibus à Metropolitano probatis

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 43. XLIII. Item in eodem, ut probati à Metropolitano judices non ſpernantur.

A judicibus autem quos communis conſen-

Concil. Afric. can. 89. ſus elegerit, non liceat provocare. Et quiſquis probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare judicibus, cùm hoc primæ ſedis Epiſcopo fuerit probatum, det litteras ut nullus ei communicet Epiſcoporum, donec obtemperet.

De accuſatione vilium perſonarum.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 44. XLIV. Item in eodem infra duo capitula, ut viles perſonæ non habeant poteſtatem accuſandi. Et ſi in primo crimine victi ſunt falſum dicere, in ſecundo non habeant poteſtatem dicendi.

Concil. Afric. can. 96. Item placuit ut omnes ſervi vel proprii liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt; omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubjectæ perſonæ, hæretici etiam, ſive pagani, ſive Judæi. Sed tamen omnibus quibus accuſatio denegatur, in cauſis propriis accuſandi licentiam non denegandam.

4. q. 6. *Omnibus.*

Concil. Afric. can. 97. Item placuit, quotieſcunque Clericis ab accuſatoribus multa crimina objiciuntur, & unum ex ipſis, de quo priùs egerit, probare non valuerit, ad cætera jam non admittatur.

De virginibus velandis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 45. XLV. Item in eodem ut virgines non velentur ante viginti quinque annos, niſi rationabili neceſſitate cogente.

Concil. Afric. can. 93. Item placuit ut quicunque Epiſcoporum neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm vel petitor potens vel raptor aliquis formidatur, vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem ſeu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obſit Concilium quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.

De oblatis pauperum.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 46. XLVI. In Concilio Gangrenſi, ut nulli liceat oblata, quæ ad pauperes pertinent, rapere vel fraudare.

Concil. Gang. can. 7. Si quis oblationes fructuum Eccleſiæ debitas voluerit extra Eccleſiam accipere vel dare præter conſcientiam Epiſcopi, & non magis cum conſilio ejus cui hæc credita ſunt de his agendum putaverit, anathema ſit.

De jejuniis à Sacerdotibus conſtitutis.

OMNIBUS.

Capitular lib. 1. c. 47. XLVII. Item in eodem, ut eccleſiaſtica à Sacerdotibus jejunia conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur.

Si quis eorum qui in propoſito ſunt continentiæ præter neceſſitatem corporalem ſuperbiat, & jejunia communia, quæ totius Eccleſiæ traditio celebrat, putaverit diſſolvenda, perfectam ſcientiam eſſe apud ſe judicans, anathema ſit. Concil. Gang. can. 19.

De his qui contra naturam peccant.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 48. XLVIII. In Concilio Ancyronenſi invectum eſt in eos qui cum quadrupedibus vel maſculis contra naturam peccant, durâ & diſtrictâ pœnitentiâ. Quapropter Epiſcopi & Preſbyteri, à quibus judicium pœnitentiæ injungitur, conentur omnimodis hoc malum à conſuetudine prohibere vel abſcindere.

Conc. Anyr can. 15. Lib. VII. Capitular. cap. 356. In titulo Græca verba hæc ſunt: Περὶ τῶν ἀλογευομένων, ὅ ἐστι κτηνοβατούντων; quæ nos Latinè poſſumus dicere: *De his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur.* Senſus autem in hac ſententia triplex eſſe poteſt, qui ex ſubjectis conjicitur, aut de his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecudum inceſta cum conſanguineis commiſerunt, aut cum maſculis concubuerunt. Quotquot igitur ante viceſimum ætatis ſuæ annum tale crimen admiſerunt, quindecim annis in pœnitentia exactis, orationi tantùm incipiant participari; & quinquennio altero in communione ſimplici perdurantes, poſt viceſimum cum oblatione ad communionem ſuſcipiantur. Diſcutiatur autem & vita eorum quæ fuerit tempore pœnitentiæ, & ita hanc humanitatem conſequantur. Quòd ſi qui perſeverantius abuſi ſunt hoc crimine, prolixius tempus habeant ſubmiſſioni. Quotquot verò exactâ viginti annorum ætate, & uxores habentes, in hoc crimen inciderunt, viginti quinque annis pœnitentiâ actâ, ad communionem orationum tantùm admittantur: in qua communione orationis altero quinquennio pedurantes, plenam communionem cum oblatione recipiant. Quòd ſi aliqui & uxores habentes, & excedentes quinquageſimum ætatis ſuæ annum, in hoc prolapſi ſunt, ad exitum vitæ tantùm communionem mereantur.

De Presbyteris, quo tempore ordinentur.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 49. XLIX. In Concilio Neocæſarienſi, ut nullatenùs Preſbyter ordinetur ante triceſimum ætatis ſuæ annum, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus non prædicavit ante triceſimum annum.

Concil. Neoc. can. 11. Presbyter ante triginta annorum ætatem, quamvis ſit dignus, non ordinetur, ſed obſervet uſque ad præfinitum tempus: Dominus enim triceſimo anno baptizatus eſt, & tunc prædicavit.

De ſponſa alterius.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 51. L. In decretalibus Siricii Papæ, ut alterius ſponſam nemo accipiat.

Silic. c. 4. De conjugali violatione requisiſti, ſi deſponſatam alii puellam alter in matrimonio poſſit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus; quia illa benedictio, quam nuptæ Sacerdos imponit apud fideles, cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ullâ tranſgreſſione violetur.

De Monachis, & virginibus propoſitum non ſervantibus.

EPISCOPIS, MONACHIS ET VIRGINIBUS.

LI. Item ejuſdem, ut Monachi & virgines ſuum propoſitum omnimodis obſervent.

Silic. c. 6. Præterea Monachorum quoſdam atque Monacharum, abjecto propoſito ſanctitatis, in tantam proteſtatis demerſos eſſe laſciviam, ut priùs clanculò, velut ſub monaſteriorum prætextu, inlicitâ ac ſacrilegâ ſe contagione miſcuerint, poſteà verò in abruptum conſcientiæ deſperatione perducti, de inlicitis complexibus liberè filios procrearint: quod & publicæ leges & eccleſiaſtica jura condemnant. Has igitur impudicas deteſtabileſque perſonas à monaſteriorum cœtu Eccleſiarumque conventibus eliminandas eſſe mandamus: quatenùs retruſæ in ſuis ergaſtulis, tantum facinus continuâ lamentatione deflentes, purificatorio poſſint pœnitudinis igne decoquere, ut eis vel ad mortem ſaltèm, ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gtatiam poſſit indulgentia ſubvenire.

De pace danda.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 50. LII. In decretalibus Innocentii Papæ, ut pax detur ab omnibus, confectis Chriſti ſacramentis.

Innocent. cap. 1. De conſecr. diſt. 2. *Pacem igitur.* Pacem igitur aſſeris ante confecta myſteria quoſdam populis imperare, vel ſibi inter Sacerdotes tradere, cùm poſt omnia, quæ aperire non debeo, pax ſit neceſſariò indicenda, per quam conſtet populum ad omnia quæ in myſteriis aguntur atque in Eccleſia celebrantur præbuiſſe conſenſum, ac finita eſſe pacis concludentis ſignaculo demonſtrentur.

De nominibus recitandis.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 52. LIII. Item ejuſdem, ut nomina publicè non recitentur ante precem ſacerdotalem.

Innocent. cap. 2. De conſecr. diſt. 1. *De nominibus.* De nominibus verò recitandis antequam precem Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda ſunt, ſuâ oratione commendet, quàm ſuperfluum ſit, & ipſe pro tua prudentia recognoſcis; ut cujus hoſtiam necdum Deo offerus, ejus nomen antè inſinues, quamvis incognitum illi nihil ſit. Priùs ergo oblationes ſunt commendandæ, ac tunc eorum nomina quorum oblationes ſunt edicenda; ut inter ſacra myſteria nominentur, non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipſis myſteriis viam futuris precibus aperiamus.

De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.

EPISCOPIS ET SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 53. LIV. In decretis Celeſtini Papæ, ut nulli Sacerdotum liceat ignorare ſanctorum Canonum inſtituta.

Celeſtinus. diſtinct. XXXVIII. can. 4. *Nulli Sacerdotum.* Nulli Sacerdotum ſuos liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum poſſit regulis obviare. Quæ enim à nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libitu, licentiâ populis permiſſa, frangatur?

De Clericis alterius Epiſcopi.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 54. LV. In decretis Leonis Papæ, ſicut & in Sardicenſe Concilio, ut Epiſcopus alterius Clericum ad ſe non ſollicitet, nec ordinet.

Leo, c. 39. Gratian. 19. q. 2. *Alienum Clericum.* Alienum Clericum, invito Epiſcopo ipſius, nemo ſuſcipiat, niſi fortè ex placito caritatis id inter dantem accipientemque conveniat. Nam gravis injuriæ reus eſt qui de fratris Eccleſia id quod eſt utilius aut pretioſius, audet vel allicere vel tenere. Itaque ſi intra provinciam res agitur, transfugam Clericum ad Eccleſiam ſuam Metropolitanus redire compellat. Si autem longiùs receſſit, tui præcepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati nec ambitioni occaſio relinquatur.

Conc. Sardicenſ. can. 17.

De ſervis alterius.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 55. LVI. Item ejuſdem, ut nullus Epiſcopus ſervum alterius ad clericatûs officium ſine domini ſui voluntate promovere præſumat. Et hoc Gangrenſe Concilium prohibet.

Concil. Gang. can. 3. Si quis ſervum occaſione religionis doceat dominum ſuum contemnere & ejus miniſterium deſerere, ac non potiùs docuerit eum domino ſuo bonâ fide & cum omni honorificentia deſervire, anathema ſit.

De Sacerdotibus contra decretalia agentibus.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 56. LVII. Item ejuſdem, ut ſi quis Sacerdotum contra conſtituta decretalia præſumptioſè agat, & corrigi nolens, ab officio ſuo ſubmoveatur.

Leo, c. 5. Hæc itaque admonitio noſtra denuntiat, quòd ſi quis fratrum contra hæc conſtituta venire tentaverit, & prohibita fuerit auſus admittere, à ſuo ſe noverit officio ſubmovendum,

nec communionis noſtræ futurum eſſe conſortem qui ſocius eſſe non voluit diſciplinæ. Ne quid verò ſit quod prætermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia conſtituta, tàm beatæ recordationis Innocentii quàm omnium deceſſorum noſtrorum, quæ de eccleſiaſticis ordinibus & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita à veſtra dilectione cuſtodiri debere mandamus, ut ſi quis in illa commiſerit, veniam ſibi deinceps noverit denegari.

De viduis, ne velentur.

EPISCOPIS.

Capitular. lib. 1. c. 57. LVIII. In decretis Gelaſii Papæ, ut nullus Epiſcopus viduas velare præſumat.

Gelaſius, c. 13. Viduas autem velare Pontificum nullus attentet: quod nec auctoritas divina delegat, nec canonum forma præſtituit. Non eſt ergo penitùs uſurpandum, eiſque ſic eccleſiaſtica ſunt inferenda præſidia, ut nihil committatur inlicitum.

ITEM ALIA CAPITULA.

Hæc enim, dilectiſſimi, pio ſtudio & magnâ dilectionis intentione veſtram unanimitatem admonere ſtuduimus, quæ magis neceſſaria videbantur, ut ſanctorum Patrum canonicis inſtitutis inhærentes præmia cum illis æternæ felicitatis accipere mereamini. Scit namque prudentia veſtra quàm terribili anathematis cenſurâ feriantur qui præſumptiosè contra ſtatuta univerſalium Conciliorum venire audent. Quapropter & vos diligentiùs admonemus ut omni intentione illud horribile execrationis judicium vobis cavere ſtudeatis, & magis canonica inſtituta ſequentes, & pacificâ unitate nitentes, ad æterna pacis gaudia venire digni efficiamini. Sunt quoquè alia capitula quæ vobis utilia huic præcedenti admonitioni ſubjungere viſa ſunt.

De fide catholica & primo præcepto legis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 58. LIX. Primò omnium admonemus ut fides catholica ab Epiſcopis & Preſbyteris diligenter legatur, & omni populo prædicetur; quia hoc primum præceptum eſt
Deut. 6. 4. Domini Dei omnipotentis in lege: *Audi, Iſrael, quia Dominus Deus tuus Deus unus eſt.* Et ut ille diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute noſtra.

De pace & concordia ſervanda.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 59. LX. Ut pax ſit & concordia & unanimitas cum omni populo Chriſtiano, inter Epiſcopos, Abbates, Comites, Judices, & omnes ubique ſeu majores ſeu minores perſonas; quia nihil Deo ſine pace placet, nec munus ſanctæ oblationis ad altare,
Matth. 5. 23. ſicut in evangelio ipſo Domino præcipiente legimus; quia & illud ſecundum mandatum eſt in lege: *Diliges proximum tuum*
Levit. 19. 18. *ſicut te ipſum.* Item in evangelio: *Beati*
Matth. 5. 9. *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et iterùm: *In hoc cognoſcent omnes quia mei*
Joan. 13. 35. *diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim præcepto diſcernuntur filii Dei & filii diaboli; quia filii diaboli ſemper diſſenſiones & diſcordias movere ſatagunt: filii autem Dei ſemper paci & dilectioni ſtudent.

De Judicibus.

OMNIBUS

Capitular. lib. 1. c. 60. LXI. Ut quibus data eſt poteſtas judicandi, juſtè judicent, ſicut ſcriptum eſt:
Pſal. 57. 1. *Juſtè judicate, filii hominum.* Non in muneribus, quia munera excœcant corda prudentium, & ſubvertunt verba juſtorum. Non in adulatione, nec in conſideratione perſonæ, ſicut in Deuteronomio dictum
Deut. 1. 16 17. eſt. *Quod juſtum eſt judicate. Sive civis ſit ille, ſive peregrinus, nulla ſit diſtantia perſonarum, quia Dei judicium eſt.* Primùm namque judici diligenter diſcenda eſt lex à ſapientibus populo compoſita, ne per ignorantiam à via veritatis erret. Et dum ille rectum intelligit judicium, caveat ne declinet, aut per adulationem aliquorum, aut per amorem cujuſlibet amici, aut per timorem alicujus potentis, aut propter præmium, à recto judicio. Rectum autem & honeſtum videtur ut judices jejuni cauſas audiant & diſcernant.

De perjuriis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 61. LXII. Item habemus in lege, Domino
Levit 19. 12. præcipiente: *Non perjurabis in nomine*
Exod. 20. 7. *meo, nec pollues nomen Dei tui, neque aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Ideò omninò admonendi ſunt omnes diligenter ut caveant perjurium, non ſolùm in ſancto evangelio, vel in altari, ſeu in ſanctorum reliquiis, ſed & in communi loquela; quia ſunt aliqui qui per caritatem & veritatem jurant, & cavent ſe à juramento nominis Dei, & neſciunt quòd idem eſt Deus quòd caritas & veritas, dicente

Joanne Apoſtolo, quia *Deus caritas eſt.* I. Joan. 4. 8. Item ipſe Dominus in evangelio: *Ego ſum via & veritas.* Joan. 14. 6. Ideò qui in veritate & caritate jurat, in Deo jurat. Item cavendum eſt ne Phariſaïcâ ſuperſtitione aliquis plus aurum honoret quam altare; ne dicat ei Dominus: *Stulte, & quid eſt majus, aurum an altare quod ſanctificat aurum?* Matth. 23. 17. Sed & nobis honeſtum videtur ut qui in ſanctis habet jurare, hoc jejunus faciat, cum omni honore & timore Dei. Et ſciat ſe rationem redditurum Deo unuſquiſque veſtrûm, ubicunque ſit, ſive intra Eccleſiam, ſive extra Eccleſiam. Et ut parvuli, 22. q. 6. *Parvuli.* qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur jurare, ſicut Gunebodigni faciunt. Vide Agobard. pag. 108. Et qui ſemel perjuratus fuerit, nec Filefic. t. 2. p. 106. teſtis ſit poſthæc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa vel alterius jurator exiſtat.

De auguriis vel aliis maleficiis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 62. LXIII. Item habemus in lege Domini mandatum: *Non auguriamini;* & in Deuteronomio: *Nemo ſit qui ariolos ſciſcitetur,* Levit. 19. 26. Deut. 18. 10. *vel ſomnia obſervet, vel ad auguria intendat.* Item: *Nemo ſit maleficus, nec incantator, nec Pythonis conſultor.* Ideo præcipimus ut nec cauculatores & incantatores, nec tempeſtarii vel obligatores non fiant; & ubicunque ſunt, emendentur, vel damnentur. Item de arboribus vel petris vel fontibus, ubi aliqui ſtulti luminaria vel alias obſervationes faciunt, omninò mandamus ut iſte peſſimus uſus & Deo execrabilis, ubicunque invenitur, tollatur & deſtruatur

De odio vel invidia. Et de avaritia vel concupiſcentia.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 63. & 64. LXIV. Prædicare neceſſe eſt quantum malum ſit odium vel invidia; quia in Levit. 19. 17. lege ſcriptum eſt: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum.* Item I. Joan. 3. 15. Joannes Evangeliſta: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Item in evangelio: *Si* Matth. 18. 15. *peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum:* & cætera quæ ibi leguntur. De avaritia autem Apoſtolum legimus dicentem: *Avaritia, quæ eſt* Coloſſ. 3. *idolorum ſervitus,* cavenda eſt. De concupiſcentia verò legitur quòd radix ſit omnium malorum. Et in lege: *Non concupiſces rem proximi tui.* Exod. 20. 17.

De homicidiis.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 3. c. 89. lib. 6. cap. 375. LXV. Item ut homicidia infra patriam, ſicut in lege Domini interdictum eſt, nec cauſâ ultionis nec avaritiæ nec latrocinandi non fiant. Et ubicunque inventa fuerint, à judicibus noſtris ſecundùm legem ex noſtro mandato vindicentur. Et non occidatur homo, niſi lege jubente.

De furtis & injuſtis connubiis, & falſis teſtimoniis.

OMNIBUS.

App. II. 38. LXVI. Item & furta & injuſta connubia, necnon & falſa teſtimonia, ſicut ſæpe rogavimus, prohibete diligenter, ſicut & lex Domini prohibet.

De honore parentum.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 65. LXVII. Et hoc cum magno ſtudio admonendum eſt, ut filii honorent parentes ſuos; quia ipſe Dominus dicit: *Hono-* Exod. 20. 12. *ra patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.*

De fide Presbyterorum ab Epiſcopis diſcutienda.

SACERDOTIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 66. LXVIII. Ut Epiſcopi diligenter diſcutiant per ſuas parochias Preſbyteros, eorum fidem, baptiſma, & Miſſarum celebrationes, ut fidem rectam teneant, & baptiſma catholicum obſervent, & Miſſarum preces bene intelligant, & ut pſalmi dignè ſecundùm diviſiones verſuum modulentur, & dominicam orationem ipſi intelligant & omnibus prædicent intelligendam, ut quiſque ſciat quid petat à Deo: & ut *Gloria Patri* cum omni honore apud omnes cantetur; & ipſe Sacerdos cum ſanctis angelis & populo Dei communi voce *Sanctus, Sanctus, Sanctus* decantet. Et omnimodis dicendum eſt Preſbyteris & Diaconibus ut arma non portent, ſed magis confidant in defenſione Dei quàm in armis.

De honore Eccleſiæ Dei.

Aliquid Sacerdotibus.

Aliquid omnibus.

Capitular. lib. 1. c. 67. LXIX. Item placuit nobis admonere reverentiam veſtram ut unuſquiſque veſtrûm videat per ſuam parochiam ut Eccleſia Dei ſuum habeat honorem, ſimul & altaria ſecundùm ſuam dignitatem venerentur, & non ſit domus Dei & altaria ſacrata pervia canibus, & ut vaſa ſacrata Deo cum magna veneratione habeantur, & ut ſacrificia ſanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni ſunt, vel cum honore ſerventur, & ut ſecularia negotia vel vaniloquia in Eccleſiis non agantur, quia domus Dei domus orationis debet eſſe, non ſpelunca latronum; & ut intentos habeant animos ad Deum quando veniunt ad Miſſarum ſolemnia, & ut non exeant ante completionem benedictionis ſacerdotalis.

De miniſtris altaris Dei, & de ſchola.

Sacerdotibus.

Capitular. lib. 1. c. 68. LXX. Sed & hoc flagitamus veſtram almitatem, ut miniſtri altaris Dei ſuum miniſterium bonis moribus ornent, ſeu & alii Canonici obſervantiâ ordinis, vel Monachi propoſito conſecrationis; obſecramus ut bonam & probabilem vitam & converſationem habeant, ſicut ipſe Dominus in evangelio præcipit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt*; ut eorum bonâ converſatione multi pertrahantur ad ſervitium Dei. Et non ſolùm ſervilis conditionis infantes, ſed etiam ingenuorum filios adgregent ſibique ſocient. Et ut ſcholæ legentium puerorum fiant. Pſalmos, notas, cantus, computum, grammaticam per ſingula monaſteria vel epiſcopia diſcant. Sed & libros catholicos bene emendatos habeant; quia ſæpe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros male rogant. Et pueros veſtros non ſinite eos vel legendo vel ſcribendo corrumpere. Et ſi opus eſt evangelium vel pſalterium & Miſſale ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcribant cum omni diligentia.

Matth. 5. 16.

De voto Monachorum, & de clericatu.

Sacerdotibus.

Capitular. lib. 1. c. 69. LXXI. Simul & hoc rogare curavimus, ut omnes ubicunque qui ſe voto monachicæ vitæ conſtrinxerunt, monachicè & regulariter omnimodis ſecundùm votum ſuum vivant, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Vota veſtra reddite Domino Deo veſtro.* Et iterùm: *Melius eſt non vovere, quàm vovere & non reddere.* Et ut ad monaſteria venientes, ſecundùm regularem ordinem primò in pulſatorio probentur, & ſic recipiantur. Et qui ex ſeculari habitu in monaſteria veniunt, non ſtatim foràs ad miniſteria monaſterii mittantur antequam intùs bene erudiantur. Et ut Monachi ad ſecularia placita non vadant. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus ut illi canonicè ſecundùm ſuam regulam omnimodis vivant, & Epiſcopus eorum regat vitam, ſicut Abba Monachorum.

Eccl. 5. 4.

De menſuris & ponderibus.

Omnibus.

Capitular. lib. 3. c. 90. lib. 6. cap. 378. LXXII. Ut æquales menſuras & rectas, pondera juſta & æqualia, omnes habeant, ſive in civitatibus, ſive in monaſteriis, ſive ad dandum in illis, ſive ad accipiendum, ſicut in lege Domini præceptum habemus. Item in Salomone, Domino dicente: *Pondus & pondus, menſuram & menſuram odit anima mea.*

Levit. 19. 35. Prov. 20. 10.

De ſuſceptione hoſpitum.

Omnibus.

Capitular. lib. 1. c. 70. LXXIII. Et hoc nobis competens & venerabile videtur, ut hoſpites, peregrini, & pauperes, ſuſceptiones regulares & canonicas per loca diverſa habeant: quia ipſe Dominus dicturus erit in remuneratione magni diei: *Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me.* Et Apoſtolus hoſpitalitatem laudans, dixit: *Per hanc quidam placuerunt Deo, angelis hoſpitio ſuſceptis.*

Matth. 25. 36. Hebr. 13. 2.

De Abbatiſſis contra morem Eccleſiæ Dei facientibus.

Episcopis et Abbatibus.

Capitular. lib. 1. c. 71. LXXIV. Auditum eſt aliquas Abbatiſſas, contra morem ſanctæ Dei Eccleſiæ, benedictiones cum manûs impoſitione & ſignaculo ſanctæ crucis ſuper capita virorum dare, necnon & velare virgines cum benedictione ſacerdotali. Quod omninò à vobis, ſanctiſſimi Patres, in veſtris parochiis illis interdicendum eſſe ſcitote.

De Clericis qui ſe fingunt eſſe Monachos.

CLERICIS.

Capitular. lib. 1. c. 72. LXXV. Ut illi Clerici qui ſe fingunt habitu vel nomine Monachos eſſe, & non ſunt, omnimodis videtur corrigendos atque emendandos eſſe, ut vel veri Monachi ſint, vel veri Canonici.

De pſeudographiis & dubiis narrationibus.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 73. LXXVI. Item & pſeudographiæ & dubiæ narrationes, vel quæ omninò contra fidem catholicam ſunt, ut epiſtola peſſima & falſiſſima, quam tranſacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem alios mittentes quòd de cœlo cecidiſſet, nec credantur nec legantur, ſed comburantur, ne in errorem per talia ſcripta populus mittatur. Sed ſoli canonici libri & catholici tractatus & ſanctorum auctorum dicta legantur & tradantur.

De mangonibus & nudis cum ferro.

ALIQUID SACERDOTIBUS.

ALIQUID OMNIBUS.

App. t. 34. VI. 379. LXXVII. Item ut iſti mangones & cottiones qui ſine omni lege vagabundi vadunt, per iſtam terram non ſinantur vagari, & deceptiones hominibus agere. Nec iſti nudi cum ferro, qui dicunt ſe datâ ſibi pœnitentiâ ire vagantes. Melius videtur, ſi aliquid inconſuetum & capitale crimen commiſerint, ut in uno loco permaneant laborantes & ſervientes, & pœnitentiam agentes ſecundùm quod ſibi canonicè impoſitum ſit.

De cantu Romano à Monachis peragendo.

OMNIBUS CLERICIS.

Capitular. lib. 1. c. 74. LXXVIII. Monachi ut cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant, ſecundùm quod beatæ memoriæ genitor noſter Pippinus Rex decertavit ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit ob unanimitatem apoſtolicæ ſedis, & ſanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam.

De operibus ſervilibus quæ diebus dominicis non ſunt agenda.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 75. LXXIX. Statuimus quoquè, ſecundùm quod & in lege Dominus præcepit, ut opera ſervilia diebus dominicis non agantur, ſicut & bonæ memoriæ genitor meus in ſuis ſynodalibus edictis mandavit, quòd nec viri ruralia opera exerceant, id eſt, nec in vinea colenda, nec in campis arando, nec in metendo, vel fœnum ſecando, vel ſepem ponendo, nec in ſylvis ſtirpare, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domos conſtruere; nec in horto laborent, nec ad placita conveniant, nec venationes exerceant. Et tria carraria opera licet fieri in die dominico; id eſt, hoſtilia carra, vel victualia, vel ſi fortè neceſſe erit corpus cujuſlibet duci ad ſepulchrum. Item feminæ opera textrilia non faciant, nec capulent veſtitus, nec conſuant, vel acupictile faciant: nec lanam carpere, nec linum battere, nec in publico veſtimenta lavare, nec berbices tondere habeant licitum; ut omnimodis honor & requies diei dominici ſervetur. Sed & ad Miſſarum ſolemnia ad Eccleſiam undique conveniant, & laudent Deum in omnibus bonis quæ nobis in illo die fecit.

De prædicatione Epiſcoporum & Presbyterorum.

OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 76. LXXX. Sed & veſtrum videndum eſt, dilectiſſimi & venerabiles paſtores & rectores Eccleſiarum Dei, ut Preſbyteri quos mittitis per parochias veſtras ad regendum, & ad prædicandum per Eccleſias populum Deo ſervientem, ut rectè & honeſtè prædicent; & non ſinatis nova & non canonica aliquos ex ſuo ſenſu, & non ſecundùm ſcripturas ſacras, fingere & prædicare populo. Sed & voſmetipſi utilia honeſtè & rectè, & quæ ad vitam ducunt æternam, prædicate, alioſque inſtruite ut hæc eadem prædicent.

Primò omnium prædicandum eſt omnibus generaliter ut credant Patrem & Filium & Spiritum ſanctum unum eſſe Deum omnipotentem, æternum, inviſibilem, qui creavit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & unam eſſe deitatem, ſubſtantiam, & majeſtatem in tribus perſonis Patris & Filii & Spiritûs ſancti.

Item prædicandum eſt quomodò Filius Dei incarnatus eſt de Spiritu ſancto & ex Maria ſemper virgine pro ſalute & reparatione humani generis, paſſus, ſepultus, & tertiâ

& tertiâ die reſurrexit, & aſcendit in cœlos; & quomodò iterum venturus ſit in majeſtate divina judicare omnes homines ſecundùm merita propria; & quomodò impii propter ſcelera ſua cum diabolo in ignem æternum mittentur, & juſti cum Chriſto & cum ſanctis Angelis ſuis in vitam æternam.

Item diligenter prædicandum eſt de reſurrectione mortuorum, ut ſciant & credant in iiſdem corporibus præmia meritorum accepturos.

Item cum omni diligentia cunctis prædicandum eſt pro quibus criminibus deputentur cum diabolo in æternum ſupplicium. Legimus enim, Apoſtolo dicente: Galat. V. 19. 20. 21. *Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, iræ, rixæ, diſſenſiones, hæreſes, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia: quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Ideò hæc eadem quæ magnus prædicator Eccleſiæ Dei ſingillatim nominavit, cum omni ſtudio prohibeantur, intelligentes quàm ſit terribile illud quod dixit: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Galat. V. 21.

Sed & omni inſtantiâ admonete eos de dilectione Dei & Proximi, de fide & ſpe in Deo, de humilitate & patientia, de caſtitate & continentia, de benignitate & miſericordia, de eleemoſynis & confeſſione peccatorum ſuorum, & ut debitoribus ſuis, ſecundùm orationem dominicam, debita ſua dimittant: ſcientes certiſſimè quòd qui talia agunt, regnum Dei poſſidebunt.

Et hoc ideò diligentiùs injungimus veſtræ caritati, quia ſcimus temporibus noviſſimis pſeudodoctores eſſe venturos, ſicut ipſe Dominus in evangelio prædixit, & Apoſtolus Paulus ad Timotheum teſtatur. Ideò, dilectiſſimi, toto corde præparemus nos in ſcientia veritatis, ut poſſimus contradicentibus veritati reſiſtere, & divinâ donante gratiâ verbum Dei creſcat & currat & multiplicetur in profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem animarum veſtrarum, & laudem & gloriam nominis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino noſtro Jeſu Chriſto. (Amen.)

Anno dominicæ incarnationis DCCLXXXIX, *Indictione* XII, *anno* XXI *regni noſtri, actum eſt hujus legationis edictum in Aquiſgrani palatio publico. Data eſt hæc charta die* X. *Kalendas Aprilis.*

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCLXXXIX.

(*De reformatione Monachorum.*)

Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 139. & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 110. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 156.

Vide Concord. Reg. ſanct. S. Benedicto, edente Hugone Menardo, pag. 99. 104. 105 & 106.

I. De Monachis gyrovagis & ſarabaitis.

Ibid. pag. 156. c. 5.

II. De anachoretis, melius eſt ut hortentur in congregatione permanere, quàm animus eorum aliubi ambulare tenter.

Ibid. c. 8.

III. Ut non parvipendentes ſint paſtores animarum ſibi commiſſarum; nec majorem curam habeant de lucris terrenis, quàm de animabus ſibi commiſſis.

Ibid. c. 27. & 28.

IV. De obedientia quæ Abbati debet exhiberi, & ut abſque murmuratione fiat.

Ibid. p. 585. cap. 40.

V. De Decanis & Præpoſitis, ut eorum mutatio ſecundùm regulam fiat.

VI. De cellarariis monaſterii, ut non avari mittantur, ſed tales quales regula præcipit.

VII. Ut ubi corpora Sanctorum requieſcunt, aliud oratorium habeatur ubi fratres ſecretè poſſint orare.

VIII. De eulogiis.

IX. * De ſuſceptione hoſpitum, ſicut regula continet.

* Concord. Regular. c. 61.

X. De veſtimentis Monachorum, ubi ſuperfluum eſt, abſcidatur; & ubi minus, augeatur.

Ibid. c. 60.

XI. De noviter venientibus ad converſionem, ut ſecundùm regulam probentur, & non antea ſuſcipiantur niſi ſicut regula jubet. Et nullus cogatur invitè repromittere. Et de obedientia & de ſtabilitate permanendi, ſicut regula habet.

Ibid. c. 62.

Ibid. c. 65.

XII. De filiis nobilium qui offeruntur.

Ibid. pag. 682.

XIII. De ordinandis Abbatibus.

Regula Magiſtri, c. 93. Francof. 14.

XIV. De fratribus in via directis.

XV. Ut nullus Abbas pro ſuſceptione Monachi præmium non quærat.

XVI. Ut diſciplina Monachi. regularis imponatur, non ſecularis, id eſt, non orbentur, nec mancationes alias habeant, niſi ex auctoritate regulæ. Francof. 16.

CAPITULARE TERTIUM

ANNI DCCLXXXIX.

Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 140. & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 110. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 157. Buſæus ad talcem Ep. Hincmari, pag. 262.

I. UT Comites pupillorum & orphanorum cauſas primùm audiant. Et in venationem non vadant illo die quando placitum debent cuſtodire, nec ad paſtum.

II. De ſacramento fidelitatis cauſâ quod nobis & filiis noſtris jurare debent, quod his verbis conteſtari debet: *Sic promitto ego ille partibus Domni mei Karoli Regis, & filiorum ejus, quia fidelis ſum & ero diebus vitæ meæ, ſine fraude vel malo ingenio.*

Hero'd. p. 309.

III. De monaſteriis minutis, ubi Nonnanes ſine regula ſedent, volumus ut in uno loco congregatio fiat regularis, & Epiſcopi prævideant ubi fieri poſſit, & ut nulla Abbatiſſa foràs monaſterio exire præſumat ſine noſtra juſſione, nec ſibi ſubditas facere permittat; & earum clauſtra ſint bene firmata, & nullatenùs ibi vuinileodes ſcribere vel mittere præſumant: & de pallore earum propter ſanguinis minuationem.

IV. De tabulis vel codicibus requirendis. Et ut nullus in pſalterio vel in evangelio, vel in aliis rebus, ſortire præſumat, nec divinationes aliquas obſervare.

V. Ut nullus glorietur per injuſtam rationem aut conquirere aliquid aut continere.

VI. Ut illæ diſciplinæ quæ propter legem conſervandam ſunt conſtitutæ, propter præmium non dimittantur.

VII. Ut audiant Epiſcopi baptiſterium Preſbyterorum, ut ſecundùm morem Romanum baptizent.

VIII. De calceamentis ſecundùm Romanum uſum.

IX. Ut in diebus feſtis vel dominicis omnes ad Eccleſiam veniant; & non inviteni Preſbyteros ad domos ſuas ad Miſſas faciendas.

X. Omninò prohibendum eſt omnibus ebrietatis malum. Et iſtas conjurationes quas faciunt per ſanctum Stephanum. aut per nos, aut per filios noſtros, prohibemus. Et præcipimus ut Epiſcopi vel Abbates non vadant per caſam miſcendo.

XI. De eo quòd Miſſi noſtri providere debent ne fortè aliquis clamor ſuper Epiſcopum vel Abbatem vel Abbatiſſam, vel Comitem, ſeu ſuper qualemcumque gradum ſit, & nobis renuntiare.

XII. De injuſtis teloneis.

XIII. De manu leproſi.

XIV. Ut Monachi, & qui in gradu ſacerdotali conſtituti ſunt, ad ſeculania negotia non tranſeant. De reliquis tonſoratis detur ſpatium uſque in ſynodum noſtram.

XV. Ut Epiſcopi & Abbates & Abbatiſſæ cupplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec joculatores.

XVII. De pauperibus in plateis vel in quadruviis jacentibus, ut ad Eccleſiam veniant, & illorum confeſſiones donentur.

XVII. Ut ſuper altaria teguria fiant vel laquearia.

XVIII. Ut clocas non baptizent, nec chartas per perticas appendant propter grandinem.

XIX. Ut Miſſi noſtri provideant beneficia quomodò ſint condirecta, & nobis renuntiaro faciant.

XX. De leproſis, ut ſe non intermiſceant alio populo.

XXI. Et omninò Miſſis noſtris præcipimus ut bona quæ aliis per verbum noſtrum docent facere, factis in ſe ipſis oſtendant.

Poſt ſuperiora capitula ſequuntur in veuſtiſſimo Codice mſ. Longobardico bibliothecæ Thuanæ duo ſequentia, cum hoc titulo:

ITEM DE REBUS ECCLESIARUM.

I. Volumus ut qui aliqui per teſtes exinde qualecunque rem tollere voluerit, per quinque vel ſeptem teſtimonia dicant ſuum teſtimonium, & ſic tollantur qualecunque rem. Quia teſtamento quod Romani faciunt firmum non poſſet, niſi per quinque aut per ſeptem confirmatur.

II. Item de theſauro quod ſubtus terram invenitur: ſi inventus fuerit in terra Eccleſiarum, tertia ad partem Epiſcopi revocetur. Et ſi aliquod Langobardus aut qualibet homo propria expontanea voluntate cavaverit, & aliquit ei dominus dederit in propria ſua quarta portione, exinde tollantur, & ille verò tres portiones ad nos perveniat, & de verbo noſtro ut nullus præſumat aliter facere.

PRÆCEPTUM DE INSTITUTIONE EPISCOPATUUM PER SAXONIAM,

Datum anno Chriſti DCCLXXXIX.

Præceptum quod ſequitur de inſtitutione & finibus epiſcopatûs Bremenſis, unum eſt ex variis exemplaribus quæ Karolus Magnus ſcribi fecit cùm Saxoniam, quam Chriſti imperio nuper adjecerat, in octo diœceſes diviſit, ut patet ex libro primo hiſtoriæ eccleſiaſticæ Adami Bremenſis. Is enim, cùm dixiſſet Karolum, poſtquam Saxoniam in provinciam redegerat, in octo eam epiſcopatus diviſiſſe, demum addit: Cujus exemplar diviſionis, quod ex præcepto Regis in Bremenſi Eccleſia ſervatur, his cognoſci poteſt verbis. *Tum ſubjungit præceptum de inſtitutione epiſcopatûs Bremenſis. Præceptum de fundatione epiſcopatûs Verdenſis, quod eſt alterum iſtius diviſionis exemplar, nuper in lucem prodiit beneficio Joachimi Joannis Maderi, ſed corruptum & interpolatum in aliquot locis. Nobis ſatis viſum fuit ad inſtitutum noſtrum, unum diviſionis illius exemplar proferre.*

In nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Karolus, divinâ ordinante providentiâ, Rex. Si Domino Deo exercituum ſuccurrente in bellis victoriâ potiti ſumus, in illo, & non in nobis, gloriamur, & in hoc ſeculo pacem & proſperitatem, & in futuro perpetuæ mercedis retributionem, nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Chriſti fideles quòd Saxones, quos à progenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciam perfidiæ ſemper indomabiles, ipſique Deo & nobis tamdiu rebelles, quouſque illius, non noſtrâ, virtute ipſos & bellis vicimus & ad baptiſmi gratiam Deo annuente perduximus, priſtinæ libertati donatos, & omni nobis debito cenſu ſolutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubjugales devotè addiximus; videlicet ut qui noſtræ poteſtatis jugum hactenùs ferre detrectaverunt, victi jam, Deo gratias, & armis & fide Domino & Salvatori noſtro Jeſu Chriſto & Sacerdotibus ejus, omnium ſuorum jumentorum & fructuum, ſeriuſque culturæ decimas ac nutrituræ, divites ac pauperes legaliter conſtricti perſolvant. Proindè omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provinciam rédigentes, & inter Epiſcopos certo limite diſterminantes, ſeptentriona-

ler illius partem, quæ eſt piſcium ubertate ditiſſima, & pecoribus alendis habetur aptiſſima, pio Chriſto & Apoſtolorum ſuorum principi Petro pro gratiarum actione devotè obtulimus, ſibique in Wigmodia in loco Bremon vocato, ſuper flumen Wirraham, Eccleſiam & epiſcopalem ſtatuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos ſubjecimus; quos etiam abjectis eorum antiquis vocabulis & diviſionibus in duas redegimus provincias, iis appellantes nominibus Wigmodiam & Lorgoe. Inſuper ad præfatæ conſtructionem Eccleſiæ in ſupradictis pagis ſeptuaginta manſos cum ſuis colonis offerentes totius hujus parochiæ incolas, decimas ſuas Eccleſiæ ſuoque proviſori fideliter perſolvere hoc noſtræ majeſtatis præcepto jubemus, donamus, & confirmamus. Adhuc etiam ſummi Pontificis & univerſalis Papæ Adriani præcepto, necnon & Mogontiacenſis Epiſcopi Lullonis, omniumque qui affuêre Pontificum conſilio, eandem Bremenſem Eccleſiam cum omnibus ſuis appendiciis Willehado, probabilis vitæ viro, coram Deo & ſanctis ejus commiſimus: quem etiam primum ejuſdem Eccleſiæ III. Idûs Julii conſecrari fecimus Epiſcopum, ut populis divini ſemina verbi ſecundùm datam ſibi ſapientiam fideliter diſpentando, & novellam hanc Eccleſiam canonico ordine & monaſteriali competentiâ utiliter inſtruendo, interim plantet & riget quouſque precibus Sanctorum ſuorum exoratus incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam idem venerabilis vir ſerenitati noſtræ, eam quam diximus parochiam, propter barbarorum infeſtantium pericula, ſeu varios eventus qui in ea ſolent contigere, ad ſuſtentacula ſive ſtipendia Dei ſervorum inibi militantium Deo minimè ſufficere poſſe. Quamobrem quia Dominus omnipotens in gente Freſonum, ſicut & Saxonum oſtium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet Freſiæ, quæ contigua huic parochiæ eſſe dinoſcitur, eidem Bremenſi Eccleſiæ ſuoque proviſori Willehado Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, perpetualiter delegavimus retinendam. Et quia caſus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus, aliquam ſibi in eadem diœceſi uſurpet poteſtatem, certo eam limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluvium, Liam, Steinbach, Haſalam, Wimarcham, Sneidbach, Oſtam, Mulinbach, motam paludem quæ dicitur Sigefrideſmor, Quiſtinam, Cheſenmor, Aſchbroch, Wiſebroch, Bivernam, Uternam, iterumque Oſtam; ab Oſta verò uſquequò perveniatur ad paludem quæ dicitur Caldenbach, deinde ipſam paludem uſque in Wempnam fluvium; à Wempna verò Bicinam Farſtinam uſque in Wirraham fluvium; dehinc ab orientali parte ejuſdem fluminis viam publicam quæ dicitur Heſſeweg, Sturmegoe & Lorgoe diſterminantem Sechbaſam, Alapam, Caldhowa, iterumque Wirraham; ex occidentali autem parte viam publicam quæ dicitur Folcwego, Derve & Lorgoe dividentem uſque in Huntam flumen; deinde ipſum flumen, & Amrivum lucum ſylveſtrem, quem incolæ loci *Wildloch* nominant, Finolam, Waldeſmoer, Berepol, Eddenriad paludem Emiſgoe & Oſtergoe diſterminantem, Bruſtlacho, Biberlach, iterumque mare, firmos & intrangreſſibiles circumſcribi juſſimus. Et ut hujus donationis ac circumſcriptionis auctoritas noſtris futuriſque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulſa manere, manu propriâ ſubſcripſimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domni KAROLI Regis invictiſſimi.

HILDEBALDUS, Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri palatii Capellanus, recognovi.

Data II. Idûs Julii, anno dominicæ incarnationis DCCLXXXIX, Indictione XII, anno autem regni Domni Karoli XXI.

Actum in Palatio Nemetenſi feliciter. Amen.

PRÆCEPTUM PRO TRUTMANNO COMITE,

Datum anno Chriſti DCCLXXXIX.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Karolus, divinâ ordinante clementiâ, Rex. Si Domino Deo exercituum ſuccurrente in bellis victoriâ potiti ſumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc ſeculo pacem & proſperitatem, & in perpetuum futuro æternæ mercedis retributionem, nos promereri confidimus. Propterea omnes Chriſti fideles noverint quòd Saxones, quos à progenitoribus noſtris ob ſuæ pertinaciæ perfidiam ſemper indomabiles, ipſique Deo & nobis tamdiu rebelles, quouſque illius & noſtra virtute ipſos & bellis vicimus & ad baptiſmi gratiam Deo annuente perduximus, priſtinæque libertati donatos, & omni nobis debito cenſu ſolutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipſi tributarios & ſubjugales devotè addiximus, coſque in fide Chriſtiana retinere optamus & perſeverare cupimus. Quapropter in illa parte Saxoniæ Trutmannum virum illuſtrem ibidem Comitem ordinamus, ut reſideat in curte ad campos in mallo publico ad univerſorum cauſas audiendas vel recta judicia terminanda, iiſque Advocatum omnium Preſbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, ſuperque Vicarios & Scabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat, & animadvertat ut officia ſua ſedulò peragant; tandem idem Comes omnia ſua ſibi ſingulariter à nobis præſcripta toto conatu & viribus perficiat, atque ita memoratus noſter Comes Trutmannus bene ingenuus atque ſecurus exiſtat. Et ut iſta ingenuitatis pagina firma ſtabiliſque conſiſtat, manu propriâ ſubſcripſimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Karoli Regis invictiſſimi.

Hildebaldus, Archiepiſcopus Colonienſis & ſacri palatii Capellanus, recognovi.

Data IV. Kal. Octobris, anno dominicæ incarnationis DCCLXXXIX, Indictione XII, anno autem regni Domini Karoli XXI.

Actum in villa Trutmanni feliciter. Amen.

CAPITULATIO
DE PARTIBUS SAXONIÆ.

Trithem. apud Winkelmann. p. 576.

HÆC DE PARTIBUS SAXONIÆ CONSTITUTA SUNT.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE honore Eccleſiarum.*
2. *De confugio ad Eccleſiam.*
3. *Si quis Eccleſiam per violentiam intraverit, aut ſuratus fuerit, aut incenderit.*
4. *De jejunio quadrageſimali obſervando.*
5. *De interfectione Clericorum.*
6. *De magis & ſtrigis occiſis.*
7. *Ne corpora defunctorum crementur.*
8. *Qualiter puniantur Saxones qui ad baptiſmum venire noluerint.*
9. *De his qui homines dæmonibus immolant.*
10. *Quæ pœna eos maneat qui cum paganis adversùs Chriſtianos conſpirant.*
11. *De eo qui infidelis eſt Domino Regi.*
12. *De eo qui filiam domini ſui rapuerit.*
13. *De eo qui dominum vel dominam ſuam interfecerit.*
14. *Vita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commiſſis pœnitentiam agere voluerit.*
15. *De rebus & mancipiis Eccleſiarum.*
16. *Ut decima detur Eccleſiis de omni re quæ ad fiſcum pervenerit.*
17. *Ut omnes decimam partem ſubſtantiæ & laboris ſui donent Eccleſiis.*
18. *Ne in dominicis & feſtivis diebus placita teneantur.*
19. *Ut infantes baptizentur infra annum.*
20. *De conjugiis prohibitis.*

21. *Qualiter puniendi ſint qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt.*
22. *Ut corpora defunctorum in cœmeteriis Eccleſiæ ſepeliantur.*
23. *De divinis & ſortilegis.*
24. *De latronibus & malefactoribus.*
25. *Ut nullatenùs alterum aliquis pignorare præſumat.*
26. *Ut nulli ad Regem pro ſua reclamatione venienti viam contradicere aliquis præſumat.*
27. *De fidejuſſoribus dandis.*
28. *Ut munera ſuper innocentem nullus accipiat.*
29. *Ut Comites pacem & concordiam ad invicem habeant.*
30. *De eo qui Comitem interfecerit.*
31. *Qualiter bannus ſolvatur pro faida.*
32. *De juramento in Eccleſia præſtando.*
33. *De perjuriis.*
34. *Ne Saxones agant conventus publicos, niſi per juſſionem Regis.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De honore Eccleſiarum.

I. PRIMUM de majoribus capitulis hoc placuit omnibus, ut Eccleſiæ Chriſti, quæ modò conſtruuntur in Saxonia, & Deo ſacratæ ſunt, non minorem habeant honorem, ſed majorem & excellentiorem, quàm fana habuiſſent idolorum.

De confugio ad Eccleſiam.

II. Si quis confugium fecerit in Eccleſiam, nullus eum de Eccleſia per violentiam expellere præſumat, ſed pacem habeat uſque dum ad placitum præſententur, & propter honorem Dei ſanctorumque Eccleſiæ ipſius reverentiam, concedatur ei vita & omnia membra. Emender autem cauſam in quantum potuerit, & ei fuerit judicatum; & ſic ducatur ad præſentiam Domini Regis; & ipſe eum mittat ubi clementiæ ipſius placuerit.

Si quis Eccleſiam per violentiam intraverit, aut furatus fuerit, aut incenderit.

III. Si quis Eccleſiam per violentiam intraverit, & in ea per vim vel furtum aliquid abſtulerit, vel ipſam Eccleſiam igne cremaverit, morte moriatur.

De jejunio quadrageſimali obſervando.

IV. Si quis ſanctum quadrageſimale jejunium pro deſpectu chriſtianitatis contempſerit, & carnem comederit, morte moriatur. Sed tamen conſideretur à Sacerdote, ne fortè cauſâ neceſſitatis hoc cuilibet proveniat ut carnem comedat. Dimar. pag. 105.

De interfectione Clericorum.

V. Si quis Epiſcopum aut Preſbyterum ſive Diaconum interfecerit, ſimiliter capite punietur.

De magis & ſtrigis occiſis.

VI. Si quis à diabolo deceptus crediderit, ſecundùm morem paganorum, virum aliquem aut feminam ſtrigam eſſe & homines comedere, & propter hoc ipſam incenderit, vel carnem ejus ad comedendum dederit, vel ipſam comederit, capitis ſententiâ punietur.

Ne corpora defunctorum crementur.

VII. Si quis corpus defuncti hominis ſecundùm ritum paganorum flammâ conſumi fecerit, & oſſa ejus ad cinerem redegerit, capite punietur.

Qualiter puniantur Saxones qui ad baptiſmum venire noluerint.

VIII. Si quis deinceps in gente Saxonum inter eos latens non baptizatus ſe abſcondere voluerit, & ad baptiſmum venire contempſerit, paganuſque permanere voluerit, morte moriatur. Vide Alcuin. pag. 1642, et ſeq.

De his qui homines dæmonibus immolant.

IX. Si quis hominem diabolo ſacrificaverit, & in hoſtiam more paganorum dæmonibus obtulerit, morte moriatur.

Quæ pœna eos maneat qui cum paganis adversùs Chriſtianos conſpirant.

X. Si quis cum paganis conſilium adversùs Chriſtianos inierit, vel cum illis in adverſitate Chriſtianorum perdurare voluerit, morte moriatur Et quicunque hoc idem fraude contra Regem vel gentem Chriſtianorum conſenſerit, morte moriatur.

De eo qui infidelis eſt Domino Regi.

XI. Si quis Domino Regi infidelis apparuerit, capitali ſententiâ punietur.

De eo qui filiam domini ſui rapuerit.

XII. Si quis filiam domini ſui rapuerit, morte moriatur.

De eo qui dominum vel dominam ſuam interfecerit.

XIII. Si quis dominum ſuum vel dominam ſuam interfecerit, ſimili modo punietur

Vita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commiſſis pœnitentiam agere voluerit.

XIV. Si verò pro his mortalibus criminibus latenter commiſſis aliquis ſponte ad Sacerdotem confugerit, & confeſſione datâ agere pœnitentiam voluerit, teſtimonium Sacerdotis de morte excuſet.

De rebus & mancipiis Eccleſiarum.

XV. De minoribus capitulis conſenſerunt omnes, ad unamquamque Eccleſiam, curtem & duos manſos terræ, pagenſes ad Eccleſiam recurrentes condonent, & inter centum viginti homines nobiles & ingenuos, ſimiliter & litos, ſervum & ancillam eidem Eccleſiæ tribuant.

Ut decima detur Eccleſiis de omni re quæ ad fiſcum pervenerit.

XVI. Et hoc Chriſto propitio placuit, ut undecunque cenſûs aliquid ad fiſcum pervenerit, ſive in frido, ſive in qualicunque banno, & in omni redibutione ad Regem permente, decima pars Eccleſiis & Sacerdotibus reddatur.

Ut omnes decimam partem ſubſtantiæ & laboris ſui donent Eccleſiis.

XVII. Similiter ſecundùm Dei mandatum præcipimus ut omnes decimam partem ſubſtantiæ & laboris ſui Eccleſiis & Sacerdotibus donent, tam nobiles quàm ingenui, ſimiliter & liti, juxta quod Deus unicuique dederit Chriſtiano, partem Deo reddant.

Ne in dominicis & feſtivis diebus placita publica teneantur.

XVIII. Ut in dominicis diebus conventus & placita publica non faciant, niſi fortè pro magna neceſſitate, aut hoſtilitate cogente; ſed omnes ad Eccleſiam recurrant ad audiendum verbum Dei, & orationibus vel juſtis operibus vacent. Similiter & in feſtivitatibus præclaris Deo & Eccleſiæ conventui deſerviant, & ſecularia placita dimittant.

Ut infantes baptizentur infra annum.

XIX. Similiter placuit his decretis inſerere quòd omnes infantes infra annum baptizentur. Et hoc ſtatuimus, ut ſi quis infantem intra circulum anni ad baptiſmum offerre contempſerit, ſine conſilio vel licentia Sacerdotis, ſi de nobili genere fuerit, centum viginti ſolidos fiſco componant; ſi ingenuus, ſexaginta; ſi litus, triginta.

De conjugiis prohibitis.

XX. Si quis prohibitum vel illicitum conjugium ſibi ſortitus fuerit, ſi nobilis, ſolidos ſexaginta; ſi ingenuus, triginta; ſi litus, quindecim.

Qualiter puniendi ſint qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt.

XXI. Si quis ad fontes aut arbores vel lucos votum fecerit, aut aliquid more gentilium obtulerit, & ad honorem dæmonum comederit, ſi nobilis fuerit, ſolidos ſexaginta; ſi ingenuus, triginta; ſi litus, quindecim. Si verò non habuerint unde præſentialiter perſolvant, ad Eccleſiæ ſervitium donentur uſque dum ipſi ſolidi ſolvantur.

Ut corpora defunctorum in cœmeteriis Eccleſiæ ſepeliantur.

XXII. Jubemus ut corpora Chriſtianorum Saxonum ad cœmeteria Eccleſiæ deferantur, & non ad tumulos paganorum.

De divinis & ſortilegis.

XXIII. Divinos & ſortilegos Eccleſiis & Sacerdotibus dare conſtituimus.

De latronibus & malefactoribus.

XXIV. De latronibus & malefactoribus, qui de uno comitatu ad alium confugium fecerint, ſi quis eos receperit in ſua poteſtate, & ſeptem noctibus ſecum detinuerit, niſi ad præſentandum, noſtrum bannum ſolvat. Similiter ſi Comes eum abſconderit, & ad juſtitiam faciendam præſentare noluerit, & ad hoc excuſare non poteſt, honorem ſuum perdat.

Ut nullatenùs alterum aliquis pignorare præſumat.

XXV. De pignore, ut nullatenùs alterum aliquis pignorare præſumat. Et qui hoc fecerit, bannum perſolvat.

Ut nulli ad Regem pro ſua reclamatione venienti viam contradicere aliquis præſumat.

XXVI. Ut nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro juſtitia reclamandi aliquis præſumat. Et ſi aliquis hoc facere conaverit, noſtrum bannum perſolvat.

De fidejuſſoribus dandis.

XXVII. Si quis homo fidejuſſorem invenire non potuerit, res illius in forbanno mittantur uſque dum fidejuſſorem præſentet. Si verò ſuper bannum in domum ſuam intrare præſumpſerit, aut ſolidos decem aut unum bovem pro emendatione ipſius banni componat; & inſuper unde debitor exſtitit, perſolvat. Si verò fidejuſſor diem ſtatutum non obſervaverit, tunc ipſe tantum damni incurrat quantum manus ſua fidejuſſoris exſtitit. Ille

autem qui debitor fidejussori exstitit, duplum restituat pro eo quòd fidejussorem in damnum cadere permisit.

Ut munera super innocentem nullus accipiat

XXVIII. De præmiis & muneribus, ut munera super innocentem nullus accipiat. Et si quis hoc facere præsumpserit, nostrum bannum solvat. Et si, quod absit, fortè Comes hoc fecerit, honorem suum perdat.

Ut Comites pacem & concordiam ad invicem habeant

XXIX. Ut universi Comites pacem & concordiam ad invicem habere studeant. Et si forte inter eos aliqua discordia aut conturbium ortum fuerit, ut nostrum solatium vel perfectum pro hoc non demittant.

De eo qui Comitem interfecerit.

XXX. Si quis Comitem interfecerit, vel de ejus morte consilium dederit, hereditas illius ad partem Regis eveniat, & in jus ejus redigatur.

Qualiter bannus solvatur pro faida.

XXXI. Dedimus potestatem Comitibus bannum mittere infra suo ministerio de faida vel majoribus causis in solidis seraginta. De minoribus verò causis Comitis bannum in solidis duodecim constituimus.

De juramento in Ecclesia præstando.

XXXII. Si cuilibet homini sacramentum debet aliquis, aframent illum ad Ecclesiam sacramento ad diem statutum. Et si jurare contempserit, fidem faciat, & solidos quindecim componat qui inactivus apparuit, & deinceps causam pleniter emendare faciat.

De perjuriis.

XXXIII. De perjuris, secundùm legem Saxonum sit.

Ne Saxones agant conventus publicos, nisi per jussionem Regis.

XXXIV. Interdiximus ut omnes Saxones generaliter conventus publicos nec faciant, nisi fortè Missus noster de verbo nostro eos congregare fecerit. Sed unusquisque Comes in suo ministerio placita & justitias faciat. Et hoc à Sacerdotibus consideretur ne aliter faciat.

Sirmondus, Conc. Gallic. tom. 2. pag. 158.

EPISTOLA AD FASTRADAM REGINAM, CONJUGEM SUAM,

De Victoria Avarica, & de Letaniis.

KAROLUS, gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, dilectæ nobis & valdè amabili conjugi nostræ Fastradæ Reginæ. Salutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere studuimus, & per te dulcissimis filiabus nostris, vel cæteris fidelibus nostris tecum manentibus. Scientem te enim facimus quia gratias Deo sani & salvi sumus. Missus quidem dilecti filii nostri Pippini, nomine ill nobis nuntiavit de ejus sanitate ac Domni Apostolici, vel de salvatione confinium nostrorum illis partibus positorum: unde valde lætificati extitimus. Et insuper retulit nobis qualiter illæ scaræ, quas priùs de Italia jussimus pergere partibus Avariæ in ill. confinia residendum, perrexerunt infra fines ipsorum decimo Kalendas Septembris, & inierunt pugnam cum eis; & dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, & multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quòd in multis diebus major strages de ipsis Avaris facta non fuit. Et expoliaverunt ipsum vallum, & sederunt ibidem ipsâ nocte, vel in crastina, usque horâ diei tertiâ. Et acceptis spoliis reversi sunt in pace, & centum quinquaginta de ipsis Avaris vivos comprehenderunt, quos reservaverunt ut nostra fiat jussio qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri, qui hoc egerunt, fuerunt ille Episcopus, ille Dux, ille & ille Comites Ill Dux de Histria, ut dictum est nobis ibidem bene fecit cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi. Nos autem, Domino adjuvante, tribus diebus letaniam fecimus, id est, Nonis Septembris, quod fuit Lunis die, incipientes, & Martis, & Mercoris, Dei misericordiam deprecantes ut nobis pacem & sanitatem, atque victoriam & prosperum iter, tribuere dignetur, & ut in sua misericordia & pietate nobis adjutor & consiliator atque

Vide Eginhardum ad ann. 791.

atque defensor in omnibus angustiis nostris existat. Et à vino & carne ordinaverunt Sacerdotes nostri, qui propter infirmitatem aut senectudinem aut juventudinem abstinere poterant, ut abstinuissent: & qui redimere voluisset quòd vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, ditiores & potentiores homines in unaquaque die solidum unum dedissent, minùs potentes juxta possibilitatem ipsorum, & qui ampliùs dare non poterat, & vinum bibere volebat, saltèm vel unum denarium donasset; eleemosynam verò unusquisque secundùm propriam atque bonam voluntatem, vel juxta possibilitatem, fecisset. Et Sacerdos unusquisque Missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset; & Clerici qui psalmos sciebant, unusquisque quinquaginta cantasset: & interim quòd ipsas litanias faciebant, discalceati ambulassent. Sic consideraverunt Sacerdotes nostri, & nos omnes ita aptificavimus, & Domino adjuvante complevimus. Unde volumus ut tu cum ill. & ill. vel cæteris fidelibus nostris considerare debeas qualiter ipsæ litaniæ ibidem factæ fiant. Tu autem juxta quod tua infirmitas permittit, in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit quia vester missus nec epistola, postquam de Rageniſburgo, ad nos non venit. Unde volumus ut læpius nobis de tua sanitate, vel de aliud quod placuerit, significare debeas. Iterumque salutamus te multùm in Domino.

Vide Eginhardum ubi suprà.

CAPITULARE
DE CAUSIS REGNI ITALIÆ,

Goldast. Constit. Imper. tom. 3. p. 135. 136. & Collect. Consuetudinum Imper. pag. 111. Baluzius, ad calcem Epist. Hincmari, pag. 267. Herold. pag. 310.

Datum, ut videtur, anno Christi DCCXCIII, post obitum Hildegardis Reginæ.

Incipit Capitulare qualiter præcepit Domnus Rex de quibusdam causis.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De Xenodochiis.*
2. *De Ecclesiis baptismalibus.*
3. *De Advocatis Sacerdotum.*
4. *De diversis generationibus hominum qui in Italia commanent. Et de statu ingenuitatis.*
5. *De compositionibus quæ ad palatium pertinent.*
6. *De Monasteriis & Xenodochiis regalibus.*
7. *De rebus forfactis.*
8. *De eo cujus res in eleemosyna datæ sunt.*
9. *De jure filiæ in res servorum quos pater fecit liberos.*
10. *De auctoritate legum & consuetudinum.*
11. *De potestate vendendi & donandi in femina.*
12. *De mancipiis palatii & Ecclesiarum.*
13. *De liberis hominibus ad servilia opera non cogendis.*
14. *De rebus quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt.*
15. *De aldionibus palatii.*
16. *De fugitivis.*
17. *De sigillis & epistolis, & de porturis custodiendis.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

Capitulare Pippini, an. 755. cap. 7. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 29. Vide infrà, p. 615. Baral. Hist. Episc. Aretinor. p. 21. & 25. Burchard. lib. 3. c. 21. Yvo, part. 3. cap. 27.

De Xenodochiis.

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 28.

I. Primo capitulo de Xenodochiis jussit ut quicunque Xenodochia habent, si ita pauperes pascere voluerint & consilium facere quomodò ab anteà fuit, habeant ipsa Xenodochia, & regant ordinabiliter. Et si hoc facere noluerint, ipsa dimittant; & per tales homines in anteà sint gubernata, cum consilio Episcopi, qualiter Deo & nobis exinde placeat

De Ecclesiis baptismalibus

II. De *Ecclesiis baptismalibus*, ut nullatenùs eas laici homines tenere debeant, sed per Sacerdotes fiant, sicut ordo est, gubernatæ. Et neque ipsi pagenses negligentiam habeant de hoc quod ibidem facere debeant. Et illi Sacerdotes eas sic regant quomodò ordo canonicus exposcit.

De Advocatis Sacerdotum.

Lib. 2. Leg. Longob. tit. 47. cap. 3.

III. De Advocatis Sacerdotum, volumus pro eccleſiaſtico honore & illorum reverentia ut Advocatos habeant

De diverſis generationibus hominum qui in Italia commanent. Et de ſtatu ingenuitatis.

Ibid. tit. 56. cap. 2.

IV De diverſis generationibus hominum qui in Italia commanent, volumus ut ubicunque culpa contigerit unde faida creſcere poteſt, propter eas fatigationes hominis illius contra quem culpaverit, ſecundùm ipſius legem cui negligentiam commiſit, emendet. De ſtatu verò ingenuitatis, aut aliis querelis, unuſquiſque ſecundùm ſuam legem ſemetipſum defendat.

De compoſitionibus quæ ad palatium pertinent.

Ibid. lib. 1. tit. 2. c. 10.

V. De compoſitionibus quæ ad palatium pertinent, ſi Comites ipſas cauſas commoverint ad requirendum, illam tertiam partem ad eorum recipiant opus, duas verò ad palatium. Et ſi per ſuam negligentiam remanſerint, & Miſſus dominicus ipſas cauſas cœperit inquirere, tunc volumus ut ipſe Comes illam tertiam partem non habeat, ſed cum integritate ad palatium veniat.

De Monaſteriis & Xenodochiis regalibus.

Ibid. lib. 3. tit. 1. c. 30. Vide cap. 20. Synodi Vernenſ. *Cod. Dipl. Belgic.* p. 20.

VI. De Monaſteriis & Xenodochiis quæ per diverſos comitatus eſſe videntur, ut regalia ſint; & quicunque ea habere voluerit, per beneficium Domni Regis habeat

De rebus forfactis.

Lib. 1. Leg. Longob. tit. 33.

VII. De rebus forfactis per diverſos comitatus, volumus ut ad palatium pertineant.

De eo cujus res in eleemoſyna datæ ſunt.

Ibid. lib. 2. tit. 18. c. 6.

VIII. Si cujuſcunque res in eleemoſyna datæ ſunt, & ipſe mortuus fuerit antèquàm eas diſpenſet, tunc Miſſus dominicus unà cum Epiſcopo parochiæ ipſius conſideret qualiter in Domni Regis mercede ipſa eleemoſyna fiat facta, & infra triginta noctes impleta eſſe debeat.

Vide Sirmond. ad Capit. Karoli Calvi, pag. 69.

De jure filiæ in res ſervorum quos pater fecit liberos.

IX. De filia cujus pater per manum *erogatoris* omnes ſervos ſuos juſſit fieri liberos, quia contra legem eſſe videtur, inſtituimus quòd ipſa filia in tertiam portionem de præfatis rebus iterum in ſervos ſuos introire poſſit.

Lib. 2. Leg. Longob. tit. 20. c. 5. Du Cange ſur S. Louis, pag. 37.

De auctoritate legum & conſuetudinum.

X. Placuit inſerere ut ubi lex erit, præcellat conſuetudini, & ut nulla conſuetudo ſuperponatur legi.

Lib. 2 Leg. Longob. tit. 43. c. 6.

De poteſtate vendendi & donandi in ſemina.

XI. Placuit etiam nobis ut quæcunque femina poteſtatem habet per commeatum viri ſui res ſuas vendere, habeat poteſtatem & donare.

Ibid. tit. 10. c. 3.

De mancipiis palatii & Eccleſiarum.

XII. De mancipiis palatii noſtri & Eccleſiarum noſtrarum nolumus mundium recipere, ſed ipſa noſtra mancipia habere.

Ibid. tit. 12. c. 17.

De liberis hominibus ad ſervilia opera non cogendis

XIII. Placuit nobis ut illos liberos homines Comites noſtri ad eorum opus ſervile non opprimant Et quicunque hoc fecerit, ſecundùm quod judicatum habemus emendet.

Ibid. lib. 3. tit. 12. c. 2.

De rebus quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt.

XIV. De rebus quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt, volumus ut fiant deſcriptæ breves, & ipſæ breves ad nos fiant adductæ.

Vide Sirm. ad Capitula Kar. Galv. p. 113. 19.

De aldionibus palatii.

XV. Non eſt noſtra voluntas ut homines Placentini per eorum præceptum de curte palatii noſtri illos aldiones recipiant.

Lib. 2. Leg. Longob. tit. 44.

De fugitivis.

XVI. De fugitivis qui in partibus Beneventi & Spoleti, ſive Romaniæ vel Pentapoli, confugium faciunt, ut reddantur, & ſint reverſi ad propria loca.

Ibid. lib. 1. tit. 25. c. 74.

De ſigillis & epiſtolis, & de porturis cuſtodiendis.

XVII. Sicut conſuetudo fuit ſigilla & epiſtolas prendere, vel porturas cuſtodire, ita & nunc ſit factum.

Ibid. lib. 3. tit. 5. c. 3.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. CONSTITUTIO *contrà hæreſim Elipandinam.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. CAPITULARE *de non adorandis Imaginibus.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. EDICTUM *de ſummâ Trinitate & Fide catholicâ.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. RESCRIPTUM *de non adorandis Imaginibus contra Græcorum Synodum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE FRANCOFORDIENSE,

Sirmondus, Conc. Gallic., tom. 2. pag. 194. & seq.

Datum in plena Synodo, anno Christi DCCXCIV.

INDEX CAPITULORUM.

1. De indulgentia Taſſiloni Duci Bajoariorum à Karolo Rege conceſſa.
2. De ſtabili pretio annonæ, tum privatæ, tum publicæ.
3. De novis denariis, ut ab omnibus in omni loco accipiantur.
4. Ut Epiſcopi juſtitias faciant in ſuis parochiis.
5. Ut Epiſcopus non migret de ſua civitate, nec Presbyter aut Diaconus de ſua Eccleſia.
6. De altercatione Viennenſis & Arelatenſis Epiſcopi. Et de Tarentaſia, Ebredune, & Aquis.
7. De purgatione & reconciliatione Petri Epiſcopi.
8. Gerbodo incertæ ordinationis Epiſcopo dignitas abrogata.
9. Ut Monachi à ſecularibus negotiis & placitis abſtineant.
10. Ut recluſi, niſi ex Epiſcopi & Abbatis approbatione, non fiant.
11. Ut Abbas cum ſuis dormiat Monachis.
12. Cellarii in Monaſteriis quales eligendi ſint.
13. De Monaſteriis ubi corpora Sanctorum ſunt.
14. Ut pro introeuntibus in monaſterium præmia non exigantur.
15. Ut Abbas ſine conſenſu Epiſcopi non eligatur.
16. Nulla ex culpa Monachos Abbati cædere aut mutilare licet.
17. Ne Clerici aut Monachi tabernas ingrediantur.
18. Epiſcopus canones & regulas ſcire debet.
19. Dies dominica quomodò obſervanda.
20. Ne in villis ac vicis ordinentur Epiſcopi.
21. Servum ſine domini licentia nemo recipiat vel ordinet.
22. Ut Clerici & Monachi in propoſito permaneant donent.
23. Ut decimas & nonas Eccleſiæ ſolvant qui debent, & omnes decimam de ſua proprietate donent.
24. Ut Eccleſiæ per eos reſtaurentur qui beneficia habent, & inde ablata reſtituantur.
25. Ut Clerici alieni ſine commendatiis non recipiantur; & qui nunc ſunt, redeant ad Eccleſias ſuas.
26. Ut abſolutè nullus ordinetur.
27. Ut Epiſcopus ſibi ſubditos ritè doceat.
28. De altercationibus Clericorum inter ſe vel cum laicis.
29. Ut conjurationes non fiant.
30. Ut monaſteriorum diſciplina ſervetur.
31. Ut orationem dominicam & ſymbolum fidei omnes doceantur
32. De avaritia & cupiditate.
33. De hoſpitalitate.
34. Ut criminoſis accuſare non liceat.
35. De reconciliatione.
36. Ut Presbyteri contumaces cum regiæ capellæ Clericis non communicent.
37. De judicio Presbyteri in crimine deprehenſi.
38. De ſuſcipienda cura puellarum quæ parentibus privatæ ſunt.
39. Ut Epiſcopus extra propriam ſedem ultra tres hebdomadas non hæreat. Et in Epiſcopi rebus poſt ejus obitum quis ſuccedat.
40. Quinam Sancti in Eccleſia venerandi ſint.
41. De arboribus & lucis deſtruendis.
42. Ut electi utrinque Judices non ſpernantur.
43. Ut parvuli ad ſacramenta non trahantur.
44. Ut in velandis virginibus canones obſerventur
45. Abbatiſſæ quæ canonicè vel regulariter non vivunt, deponendæ.
46. Ut oblationes quæ in Eccleſia fiunt, diſpenſet Epiſcopus.
47. Ut Presbyteri ante annos triginta non ordinentur.
48. Ut poſt Miſſarum ſolemnia pax invicem detur.
49. Ut nomina ante oblationem non recitentur.
50. Quòd non in tribus tantùm linguis orandus ſit Deus.
51. Ut Epiſcopi & Presbyteri canones non ignorent.

52. *Quatenùs Eccleſiæ ab ingenuis conſtructæ tradi aut vendi queant.*
53. *De licentia Hildeboldi Archicapellani.*
54. *De Alcuino, quem Rex ſynodo commandavit.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De indulgentia Taſſiloni Duci Bajoariorum à Karolo Rege conceſſa.

I. DE Taſſilone definitum eſt capitulum, qui dudum Bajoariæ Dux fuerat, ſobrinus videlicet Domni Karoli Regis. In medio ſanctiſſimi adſtitit Concilii, veniam rogans pro commiſſis culpis, tam quas tempore Domni Pippini Regis adversùs eum & regnum Francorum commiſerat, quàm & quas poſteà ſub tempore Domni noſtri piiſſimi Karoli Regis, in quibus fraudator fidei ſuæ extiterat, indulgentiam ut ab eo mereretur accipere humili petitione viſus eſt poſtulaſſe, dimittens videlicet puro animo iram atque omne ſcandalum de parte ſua, quæque in eo perpetrata fuiſſent, & ſciebat, necnon omnem juſtitiam & res proprietatis, quantùm illi aut filiis vel filiabus ſuis in ducatu Bajoariorum legitimè pertinere debuerant, gurpivit atque projecit, & inpoſtmodùm omni lite calcandâ, ſine ulla repetitione indulſit, & filios ac filias ſuas in illius miſericordia commendavit. Et idcircò Domnus noſter miſericordiâ motus præfato Taſſiloni gratuito animo & culpas perpetratas indulſit, & gratiam ſuam pleniter conceſſit, & in ſua eleemoſyna eum in amore dilectionis viſus eſt ſuſcepiſſe, ut ſecurus de Dei miſericordia exiſteret inantea Unde tres breves ex hoc capitulo uno tenore conſcriptos fieri præcepit: unum in palatio retinendum; alium præfato Taſſiloni, ut ſecum haberet in monaſterio, dandum; tertium verò in ſacri palatii capella recondendum fieri juſſit.

De ſtabili pretio annonæ, tum privatæ tum publicæ.

II. Statuit piiſſimus Domnus noſter Rex, conſentiente ſanctâ Synodo, ut nullus homo, ſive eccleſiaſticus ſive laicus ſit, nunquam cariùs vendat annonam, ſive tempore abundantiæ, ſive tempore caritatis, quàm modium publicum & noviter ſtatutum. De modio de avena, denario uno; modio ordei, denarius II; modio ſigali, denarii tres; modio frumenti, denarii quatuor. Si verò in pane vendere voluerit, duodecim panes de frumento, habentes ſinguli libras duas, pro denario dare debeat, ſigalâtios quindecim æquo pondere pro denario; ordeaceos viginti ſimiliter penſantes, avenatios viginti quinque ſimiliter penſantes. De verò annona publica Domni Regis, ſi venumdata fuerit, de avena modius II pro denario, ordeo den. I ſigalo den. II frumento mod. denar. III. Et qui noſtrum habet beneficium, diligentiſſimè prævideat, quantùm poteſt Deo donante, ut nullus ex mancipiis ad illum pertinentes beneficium fame moriatur, & quod ſupereſt ultra illius familiæ neceſſitatem, hoc liberè vendat jure præſcripto.

De novis denariis, ut ab omnibus in omni loco accipiantur.

III. De denariis autem certiſſimè ſciatis noſtrum edictum, quòd in omni loco, in omni civitate, & in omni emporio ſimiliter vadant iſti novi denarii, & accipiantur ab omnibus. Si autem nominis noſtri nomiſma habent, & mero ſunt argento, pleniter penſantes, ſi quis contradicit eos in ullo loco, in aliquo negotio emptionis vel venditionis, ſi ingenuus eſt homo, quindecim ſolidos componat ad opus Regis; ſi ſervilis conditionis, ſi ſuum eſt illud negotium proprium, perdat illud negotium, aut flagelletur nudus ad palam coram populo. Si autem ex juſſione ſui domini fecerit, tunc ille dominus ſolidos quindecim componat, ſi ei adprobatum fuerit.

Ut Epiſcopi juſtitias faciant in ſuis parochiis.

IV. Statutum eſt à Domno Rege & ſancta Synodo ut Epiſcopi juſtitias faciant in ſuas parochias. Si non obedierit aliqua perſona, Epiſcopo ſuo de Abbatibus, Preſbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, Monachis, & cæteris Clericis, vel etiam aliis, in ejus parochia, veniant ad Metropolitanum ſuum, & ille dijudicet cauſam cum ſuffraganeis ſuis. Comites quoquè noſtri veniant ad judicium Epiſcoporum. Et ſi aliquid eſt quod Epiſcopus metropolitanus non poſſit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accuſatores cum accuſato cum litteris Metropolitani, ut ſciamus veritatem rei.

Ut Epiſcopus non migret de ſua civitate, nec Presbyter aut Diaconus de ſua Eccleſia.

V. Definitum eſt etiam à Domno Rege & ſancta Synodo ut Epiſcopus non migret

de civitate in civitatem, ſed curam habeat Eccleſiæ ſuæ. Similiter Preſbyter & Diaconus maneant in ſuas Eccleſias canonicè.

De altercatione Viennenſis & Arelatenſis Epiſcopi. Et de Tarentaſia, Ebreduno, & Aquis.

VI. De altercatione Urſionis Viennenſis Epiſcopi & advocato Elifanti Arelatenſis Epiſcopi lectæ ſunt epiſtolæ beati Gregorii, Zoſimi, Leonis, & Symmachi, quæ definierunt eò quòd Viennenſis Eccleſia quatuor ſuffraganeas habere ſedes deberet, quibus illa quinta præmineret; & Arelatenſis Eccleſia novem ſuffraganeas habere deberet, quibus ipſa præmineret. De Tarentaſia verò & Ebreduno ſive Aquis, legatio facta eſt ad ſedem apoſtolicam; & quicquid per Pontificem Romanæ Eccleſiæ definitum fuerit, hoc teneatur.

De purgatione & reconciliatione Petri Epiſcopi.

VII. Definitum eſt etiam ab eodem Domno Rege, ſive à ſancta Synodo, ut Petrus Epiſcopus conteſtans coram Deo & angelis ejus juraret cum duobus aut tribus ſicut ſacrationem ſuſcepit, aut certè cum ſuo Archiepiſcopo, quòd ille in mortem Regis ſive in regnum ejus non conſiliaſſet, nec ei infidelis fuiſſet. Qui Epiſcopus, dum cum quibus juraret non inveniſſet, elegit ſibi ipſe ut ſuus homo ad Dei judicium iret, & ille teſtaretur abſque reliquiis & abſque ſanctis evangeliis, ſolummodò coram Deo, quòd ille innocens exinde eſſet, & ſecundùm ejus innocentiam Deus adjuvaret illum ſuum hominem, qui ad illud judicium exiturus erat. Et exivit tamen ejus homo ad judicium Dei, neque per Regis ordinationem, neque per ſanctæ ſynodi cenſuram, ſed ſpontaneâ voluntate. Qui etiam à Domino liberatus, idoneus exivit. Clementia tamen Regis noſtri præfato Epiſcopo gratiam ſuam contulit, & priſtinis honoribus eum ditavit, nec paſſus eum eſſe ſine honore quem proſpexit de compoſito crimine nihil malè meruiſſe.

Gaerbodo incertæ ordinationis Epiſcopo dignitas abrogata.

VIII. Definitum eſt quidem à Domno Rege, & ſancta Synodo eſſe dinoſcitur, ut Gaerbodus, qui ſe Epiſcopum eſſe dicebat, & ſuæ ordinationis teſtes non habuit, qui tamen epiſcopalia à Magnardo metropolitano Epiſcopo conſecutus eſt, qui etiam profeſſus eſt Diaconum & Preſbyterum non ſecundùm canonicam ordinationem ordinatum eſſe, ut ab eodem gradu epiſcopatûs quem ſe habere dicebat, deponeretur à prædicto Metropolitano ſive à comprovincialibus Epiſcopis.

Ut Monachi à ſæcularibus negotiis & placitis abſtineant.

IX. Ut Monachi ad ſecularia negotia neque ad placita exercenda non exeant; niſi ita faciant ſicut ipſa regula præcepit. Capitulare III. anni 789. c. 14.

Ut recluſi, niſi ex Epiſcopi & Abbatis approbatione, non ſiant.

X. Ut recluſi non fiant niſi quos antè Epiſcopus provinciæ atque Abbas comprobaverint, & ſecundùm eorum diſpoſitionem in recluſionis loco ingrediantur.

Ut Abbas cum ſuis dormiat Monachis.

XI. Ut Abbas cum ſuis dormiat Monachis ſecundùm regulam ſancti Benedicti

Cellarii in monaſteriis quales eligendi ſint.

XII. Ut Cellarii in monaſteriis avari non eligantur, ſed tales electi ſint quales regula ſancti Benedicti docet. Capitulare II. anni 789. c. 6.

De monaſteriis ubi corpora ſanctorum ſunt.

XIII. De monaſterio ubi corpora ſanctorum ſunt, ut habeat oratorium intra clauſtra, ubi peculiare officium & diuturnum fiat. Ibid. c. 7.

Ut pro introeuntibus in monaſterium præmia non exigantur.

XIV. Audivimus enim ut quidam Abbates cupiditate ducti præmia pro introeuntibus in monaſterio requirant. Ideò placuit nobis & ſanctæ ſynodo, pro ſuſcipiendis in ſancto ordine fratribus nequaquam pecuniâ requirantur; ſed ſecundùm regulam ſancti Benedicti ſuſcipiantur. Ibid. c. 13.

Ut Abbas ſine conſenſu Epiſcopi non eligatur.

XV. Ut Abbas in congregatione non eligatur, ubi juſſio Regis fuerit, niſi per conſenſum Epiſcopi loci illius. Ibid. c. 13.

Nulla ex culpa Monachos Abbati cæcare aut mutilare licet.

XVI. Ut Abbates, quâlibet culpâ à Monachis commiſſâ, nequaquam permittimus cæcari, aut membrorum debilitatem ingerere, niſi regularis diſciplina ſubjaceat. Ibid. c. 16.

Ne Clerici aut Monachi tabernas ingrediantur.

XVII. Ut Preſbyteri, Diaconi, Monachi, & Clerici tabernas ad bibendum non ingrediantur. Capitulare I. anni 789. c. 14.

Epiſcopus canones & regulam ſcire debet.

XVIII. Ut Epiſcopum canones & regulam non liceat ignorare. Ibid. c. 54.

Dies dominica quomodò obſervanda.

Ibid. c. 15. XIX. Ut dies dominica à veſpera uſque ad veſperum ſervetur.

Ne in villis ac vicis ordinentur Epiſcopi.

Ibid. c. 19. XX. Quod non oporteat in villis nec vicis Epiſcopos ordinare.

Servum ſine domini licentia nemo recipiat vel ordinet.

Ibid. c. 22. XXI. De ſervis alienis, ut à nemine recipiantur, neque ab Epiſcopis ſacrentur, ſine licentia dominorum.

Ut Clerici & Monachi in propoſito permaneant.

Ibid. c. 26. XXII De Clericis & Monachis, ut in ſuo propoſito permaneant

Ut decimas & nonas Eccleſiæ ſolvant qui debent, & omnes decimam de ſua proprietate donent

XXIII. Ut decimas & nonas ſive cenſus omnes generaliter donent qui debitores ſunt ex beneficiis & rebus Eccleſiarum, ſecundùm priorem capitularem Domni Regis. Et omnis homo ex ſua proprietate legitimam decimam ad Eccleſiam conferat. Experimento enim didicimus, in anno * quo illa valida fames inrepſit, ebullire vacuas annonas à dæmonibus devoratas, & voces exprobrationis auditas.

Capitulare anni 779. c. 13.

* Id eſt, anno 778.

Ut Eccleſiæ per eos reſtaurentur qui beneficia habent, & inde ablata reſtituantur.

XXIV Ut domus Eccleſiarum & tegumenta ab eis fiant emendata vel reſtaurata qui beneficia exinde habent. Et ubi repertum fuerit per veraces homines quod lignamen & petras, ſive tegulas, quæ in domibus Eccleſiarum fuerint, & modò in domo ſua habeat, omnia in Eccleſia fiant reſtaurata unde abſtracta fuerunt.

Ut Clerici alieni ſine commendatitiis non recipiantur; & qui nunc ſunt, redeant ad Eccleſias ſuas.

Capitulare f. anni 789. c. 23.

XXV. De Clericis, nequaquam de Eccleſia ad aliam Eccleſiam tranſmigrentur, neque recipiantur ſine conſcientia Epiſcopi & litteras commendatitias de cujus dioceſia fuerunt; ne fortè diſcordia exinde veniat in Eccleſia. Et ubi modò tales reperti fuerint, omnes ad eorum Eccleſiam redeant & nullus eum poſt ſe retinere audeat poſtquam Epiſcopus aut Abbas ſuus eum recipere voluerit. Et ſi forte ſenior ignorat ubi ſuum requirere debet Clericum, cum quo fuerit, ipſe eum ſub cuſtodia retineat, & non permittat eum vagari aliubi, uſque dum domino ſuo reſtituatur.

Ut abſolutè nullus ordinetur.

Ibid. c. 24. XXVI. Ut non abſolutè ordinentur.

Ut Epiſcopus ſibi ſubditos ritè doceat.

XXVII. Ut unuſquiſque Epiſcopus ſibi ſubditos bene doceant & inſtruant; ita ut in domo Dei ſemper digni inveniantur qui canonicè poſſint fieri electi.

De altercationibus Clericorum inter ſe vel cum laicis.

XXVIII. De Clericis ad invicem altercantibus, aut contra Epiſcopum ſuum agentibus, ut ſicut canones docent, ita omnimodis peragant. Et ſi fortè inter Clericum & laicum fuerit orta altercatio, Epiſcopus & Comes ſimul conveniant, & unanimiter inter eos cauſam definiant ſecundùm rectitudinem. Ibid. c. 27.

Ut conjurationes non fiant.

XXIX. De conjurationibus & conſpirationibus, ne fiant, & ubi ſunt inventæ, deſtruantur. Ibid. c. 28

Ut monaſteriorum diſciplina ſervetur.

XXX. Ut monaſteria ſecundùm canonicam inſtitutionem fiant cuſtodita. Ibid. c. 30.

Ut orationem dominicam & ſymbolum fidei omnes doceantur.

XXXI. Ut fides catholica ſanctæ Trinitatis & oratio dominica atque ſymbolum fidei omnibus prædicetur & tradatur. Ibid. c. 31.

De avaritia & cupiditate.

XXXII. De avaritia & cupiditate calcanda. Ibid. c. 32.

De hoſpitalitate.

XXXIII. De hoſpitalitate ſectanda. Ibid. c. 33

Ut criminoſis accuſare non liceat.

XXXIV. De criminoſis, ut non habeant vocem accuſandi majores natu aut Epiſcopos ſuos Ibid. c. 34

De reconciliatione.

XXXV. De reconciliatione tempore neceſſitatis. Ibid. c. 35.

Ut Presbyteri contumaces cum regiæ capellæ Clericis non communicent.

XXXVI. De Preſbyteris qui contumaces fuerint contra Epiſcopos ſuos, nequaquam communicentur cum Clericis qui in capella Regis habitant, niſi reconciliati fuerint ab Epiſcopo ſuo, ne fortè canonica excommunicatio ſuper eos exinde veniat.

De judicio Presbyteri in crimine deprehenſi.

XXXVII. Si Preſbyter in criminali opere fuerit deprehenſus, ad Epiſcopum ſuum ducatur, & ſecundùm canonicam inſtitutionem conſtringatur. Et ſi fortè negare voluerit, & accuſator comprobationem dare non potuerit, & coram Epiſcopo definitum eſſe nequiverit, tunc ad univerſali Concilio illorum ratio deferatur

De ſuſcipienda cura puellarum quæ parentibus privatæ ſunt.

Ibid. c. 39. XXXVIII. De puellis quæ à parentibus privatæ fuerint, ſub Epiſcoporum & Preſbyterorum prævidentia gravioribus feminis commendentur, ſicut canonica docet auctoritas.

Ut Epiſcopus extra propriam ſedem altra tres hebdomadas non hæreat. Et in Epiſcopi rebus poſt ejus obitum quis ſuccedat.

Ibid. c. 40. XXXIX. Ut nullus Epiſcopus propriam ſedem amittat aliubi frequentando, aut in propriis rebus ſuis manere audeat, amplius quàm tres hebdomadas. Et propinqui vel heredes Epiſcopi res quæ ab Epiſcopo ſunt adquiſitæ, aut per comparationes, aut per traditiones, poſtquam Epiſcopus fuerit ordinatus, nequaquam poſt ejus obitum hereditare debeant; ſed ad ſuam Eccleſiam catholicè. Illæ autem quas priùs habuit, niſi traditionem ad Eccleſiam ex eis fecerit, heredibus & propinquis ſuccedant.

Quinam Sancti in Eccleſiam venerandi ſint.

Ibid. c. 41. XL. Ut nulli novi ſancti colantur, aut invocentur, nec memoriæ eorum per vias erigantur; ſed ii ſoli in Eccleſia venerandi ſint qui ex auctoritate paſſionum aut vitæ merito electi ſunt.

De arboribus & lucis deſtruendis.

Ibid. c. 63 XLI. De arboribus & lucis deſtruendis canonica obſervetur auctoritas.

Ut electi utrinque judices non ſpernantur.

Ibid. c. 43. XLII. Ut electi judices de utriſque partibus non ſpernantur.

Ut parvuli ad ſacramenta non trahantur.

Ibid. c. 62. XLIII. De eorum teſtibus canonica ſit obſervatio. Et parvuli non trahantur ad ſacramentum, ſicut Gundobadingi faciunt.

Ut in velandis virginibus canones obſerventur.

Ibid. c. 45. XLIV De virginibus, quo tempore velandæ ſint, vel quibus occaſionibus ante annos viginti quinque; ſi neceſſitas compellit, ea quærantur quæ in canone ſcripta ſunt.

Abbatiſſæ quæ canonicè vel regulariter non vivunt, deponendæ.

XLV. De Abbatiſſis quæ canonicè vel regulariter non vivunt, Epiſcopi requirant, & Regi adnuntient, ut ab honore priventur.

Ut oblationes quæ in Eccleſia fiunt, diſpenſet Epiſcopus.

Ibid. c. 46. XLVI. De oblationibus quæ in Eccleſia vel in uſus pauperum conferuntur, canonica obſervetur norma; & non ab aliis diſpenſentur niſi cui Epiſcopus ordinaverit.

Ut Presbyteri ante annos triginta non ordinentur

XLVII. De Preſbyteris ante triceſimum ætatis annum non ordinandis.

Ut poſt Miſſarum ſolemnia pax invicem detur.

XLVIII. Ut poſt confecta ſacra myſteria, in Miſſarum ſolemnis omnes generaliter pacem ad invicem præbeant. Ibid. c. 49

Ut nomina ante oblationem non recitentur.

XLIX. De non recitandis nominibus antequam oblatio offeratur. Ibid. c. 52

Quòd non in tribus tantùm linguis orandus ſit Deus.

L. Ut nullus credat quod nonniſi in tribus linguis Deus orandus ſit; quia in omni lingua Deus adoratur, & homo exauditur, ſi juſta petierit. Ibid. c. 53.

Ut Epiſcopi & Presbyteri canones non ignorent.

LI. Ut nulli Epiſcoporum & Sacerdotum liceat ſacros canones ignorare. Ibid. c. 54.

Quatenùs Eccleſiæ ab ingenuis conſtructæ tradi aut vendi queant.

LII. De Eccleſiis quæ ab ingenuis hominibus conſtruuntur, liceat eas tradere aut vendere, tantum modò ut Eccleſia non deſtruatur, ſed (ſerviuntur cotidie *) honores.

*[*Sirmond. legit ſervetur quotidie.]*

De licentia Hildeboldi Archicapellani.

LIII. Dixit etiam Domnus Rex in eadem ſynodo ut a Sede apoſtolica, id eſt, ab Hadriano Pontifice, licentiam habuiſſet ut Angilramnum Archiepiſcopum in ſuo palatio aſſiduè haberet propter utilitates eccleſiaſticas. Deprecatus eſt eandem ſynodum ut eo modo ſicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum Epiſcopum habere debuiſſet; quia & de eodem, ſicut & de Angilramno, apoſtolicam licentiam habebat. Omnis ſynodus conſenſit, & placuit eis eum in palatio eſſe debere propter utilitates eccleſiaſticas.

Vide Acta SS. Ordinis S. Bened. t. 1. p. 1031. & Spicil. tom. 3. pag. 299. & 304.

De Alcuino, quem Rex ſynodo commendavit.

LIV. Commonuit etiam ut *Alcuinum** ipſa ſancta ſynodus in ſuo conſortio ſive in orationibus recipere dignaretur, eò quòd eſſet vir in eccleſiaſticis doctrinis eruditus. Omnis namque ſynodus ſecundùm admonitionem Domni Regis conſenſu, & eum in eorum conſortio ſive in orationibus receperunt

[In mſ. Cod S. Remigii Rem. legitur Alquenum.]

Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2, p. 207.

COMMONITORIUM

Datum Angilberto, Abbati Centulenſi, eunti Romam ad Leonem III, anno Chriſti DCCXCVI. [De Papâ admonendo.]

KAROLUS, gratiâ Dei Rex, & Defenſor ſanctæ Eccleſiæ, Homero Auriculario ſalutem. Divinâ regente miſericordiâ iterum & proſperè te adducente ad Domnum Apoſtolicum Papam noſtrum, admoneas eum diligenter de omni honeſtate vitæ ſuæ, & præcipuè de ſanctorum obſervatione canonum, de pia ſanctæ Dei Eccleſiæ gubernatione, ſecundùm opportunitatem collationis inter vos & animi illius convenientiam. Ingeraſque ei ſæpiùs quàm paucorum honor ille, quem præſentialiter habet, annorum, quàm multorum eſt perpetualiter merces, quæ datur bene laboranti in eo. Et de ſimoniaca ſubvertenda hæreſi diligentiſſimè ſuadeas illi, quæ ſanctum Eccleſiæ corpus multis malè maculat in locis; & quicquid mente tenes ſæpiùs querelis agitaſſe inter nos. Sed qualis mihi eſſet conlatio cum beato Hadriano Papa prædeceſſore illius de conſtruendo monaſterio ad ſanctum Paulum nullatenùs dimittas ſuggerere illi, ut volente Deo revertens certum mihi reſponſum habeas referre. Dominus Deus ducat te, & dirigat in omni bonitate cor illius, ut faciens faciat quod ſanctæ ſuæ proficiat Eccleſiæ, ut ſit nobis pius pater, & pro nobis præcipuus interceſſor; ut idem Deus & Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos in ſua florere faciat voluntate, & curſum qui ſupereſt nobis vitæ noſtræ ad perpetuæ ſtabilitatis quietem perducere dignetur. Vade cum proſperitate, proficiens in veritate, reverſurus cum gaudio, Homeriane puer.

Sirmond. Conc Galliæ, tom. 2. p. 206.

EPISTOLA AD LEONEM III. PAPAM,

[*De ipſius in ſummum Pontificem electione.*]

Miſſa per Angilbertum Abbatem Centulenſem.

KAROLUS, gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, Leoni Papæ perpetuæ beatitudinis in Chriſto ſalutem. Perlectis excellentiæ veſtræ litteris & auditâ decretali chartulâ, valde, ut fateor, gaviſi ſumus, ſeu in electionis unanimitate, ſeu in humilitatis veſtræ obedientia, & in promiſſionis ad nos fidelitate. In quibus omnibus ex intimo cordis affectu divinæ pietati agimus gratias, quia nobis poſt lacrymabile doloris vulnus quod animæ noſtræ dilectiſſimi patris & fideliſſimi amici obitus inflixit, tale in vobis ſolitâ ſuæ clementiæ providentiâ ſolatium perdonare dignatus eſt. Unde & veſtræ ſanctitati, quaſi vicario lætitiæ munere, per ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti miſericordiam, qui ſanctæ ſuæ Eccleſiæ in veſtræ beatitudinis exaltatione conſuluit, noſtram omniùmque fidelium noſtrorum demandamus proſperitatem, necnon & pacificam in Dei voluntate totius regni noſtri innoteſcimus unanimitatem, ut æquè in noſtræ devotionis gaudeatis ſicut & nos in veſtræ ſanctitatis lætamur ſucceſſibus. Sed & hoc veſtræ ſanctiſſimæ benevolentiæ innoteſcimus, quòd cùm dilectionis munera patri meo dulciſſimo prædeceſſori veſtro dirigere paraveram, ut caritatis quam in eo habui munificentiæ largitate monſtrarem magnitudinem, & ſuaviſſimæ inter nos familiaritatis fidelitas multorum oſtenderetur oculis, ecce ſubitò, quod ſine dolore non dicam, ſine lacrymis non cogito præ triſtitia, obitus illius legatione conſternatus ſum; & ubi lætitiæ paraveram inſignia, ibi me triſtitiæ turbaverunt lugubria. Etſi Apoſtolus de mortuis contriſtari prohibet, tamen caritas lacrymas elicere non ceſſat. Non quaſi mortuum plangentes, ſed quaſi meliùs cum Chriſto viventem recordantes, ſi nos corporali præſentiâ amiſiſſe, non tamen ſpiritali ſuffragio

ſuffragio illum nos amittere arbitramur. Sed magnum divina nobis prævidebat gratia ſolatium, dum vos, Vir venerande, in locum illius ſubrogavit, ut eſſet qui quotidie apud beatum Petrum, principem Apoſtolorum, pro totius Eccleſiæ ſtabilitate, & qui pro ſalute mea meorumque fidelium, immò & pro totius ſtabilitate regni nobis à Deo dati intercederet, & paternâ pietate nos in filium ſibi adoptaret. Ad dilectionis pacificam unanimitatem Angilbertum manualem veſtræ familiaritatis veſtræ direximus ſanctitati, quem priùs, ſicut promiſimus, per religioſos viros Campolum & Anaſtaſium, beatiſſimo patri noſtro prædeceſſori veſtro dirigere curavimus: ſed, ut præfati ſumus, dum exenia omnia parata erant, lugubri paternæ mortis nuntio repentè tardatum eſt iter illius. Sed modò lætiores de veſtræ ſanctitatis ſucceſſione facti, quod deſideravimus in illo pio patre agere, in vobis perficere ſtudemus. Illique omnia injunximus quæ vel nobis voluntaria vel vobis neceſſaria eſſe videbantur; ut ex conlatione mutua conferatis vel quicquid ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, vel ad ſtabilitatem honoris veſtri, vel patriciatûs noſtri firmitatem neceſſarium intelligeretis. Sicut enim cum beatiſſimo prædeceſſore veſtræ ſanctæ paternitatis pactum inii, ſic cum beatitudine veſtra ejuſdem fidei & caritatis inviolabile fœdus ſtatuere deſidero; quatenùs apoſtolicæ ſanctitati veſtræ, divinâ donante gratiâ, Sanctorum advocatâ, precibus me ubique apoſtolica benedictio conſequatur, & ſanctiſſima Romanæ Eccleſiæ ſedes, Deo donante, noſtrâ ſemper devotione defendatur. Noſtrum eſt, ſecundùm auxilium divinæ pietatis, ſanctam ubique Chriſti Eccleſiam ab incurſu paganorum & ab infidelium devaſtatione armis defendere, foris & intùs catholicæ fidei agnitione munire. Veſtrum eſt, ſanctiſſime pater, elevatis ad Deum cum Moyſe manibus, noſtram adjuvare militiam; quatenùs vobis intercedentibus, Deo ductore & dàtore, populus Chriſtianus ſuper inimicos ſui ſancti nominis ubique ſemper habeat victoriam, & nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti toto clarificetur in orbe. Veſtræ verò auctoritatis prudentia canones ubique ſequatur; quatenùs totius ſanctitatis exempla omnibus evidenter in veſtra fulgeant converſatione, & ſanctæ admonitionis exhortatio audiatur ab ore; quatenùs ſic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Omnipotens Deus veſtræ auctoritatis beatitudinem, ad ſanctæ ſuæ Eccleſiæ exaltationem, per multa annorum curricula incolumem conſervare dignetur.

EPISTOLÆ DUÆ AD OFFAM, REGEM MERCIORUM.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. p. 241. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 208.

I.

[*De Peregrinorum, Negotiatorumque patricinio; & de variis muneribus, quæ pro Hadriani Papæ anima mittit ad ſingulas Eccleſias regni ejus.*]

Karolus, gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanorum, Viro venerando & fratri cariſſimo Offæ, Regi Merciorum, ſalutem. Primò gratias omnipotenti Deo agimus de catholicæ fidei ſinceritate quam in veſtris laudabiliter paginis reperimus exaratam. De peregrinis verò, qui pro amore Dei & ſalute animarum ſuarum beatorum Apoſtolorum limina deſiderant adire, cum pace ſine omni perturbatione vadant. Sed ſi aliqui non religioni ſervientes, ſed lucrum ſectantes, inter eos inveniantur, locis opportunis ſtatuta ſolvant telonea. Negotiatores quoquè volumus ut ex mandato noſtro patrocinium habeant in regno noſtro legitimè. Et ſi aliquo loco injuſtâ affligantur oppreſſione, reclament ſe ad nos vel noſtros Judices, & plenam jubebimus juſtitiam fieri. Cognoſcat quoquè dilectio veſtra quòd aliquam benignitatem de dalmaticis noſtris vel palliis ad ſingulas ſedes epiſcopales regni veſtri vel Ethelfredi direximus in eleemoſynam Domni Apoſtolici Hadriani, deprecantes ut pro eo intercedi jubeatis, nullam habentes dubitationem beatam illius animam in requie eſſe, ſed ut fidem & dilectionem oſtendamus in amicum noſtrum cariſſi-

mum. Sed & de theſauro humanarum rerum, quem Dominus Jeſus nobis gratuitâ pietate conceſſit, aliquid per metropolitanas civitates direximus. Veſtræ quoquè dilectioni unum baltheum & unum gladium Huniſcum, & duo pallia ſerica.

II.

[*Presbyterum Scottum accuſatum mittit in patriam, ut ibi ab Epiſcopo ſuo judicetur.*]

Simondus, Conc. Galliæ, tom. 1 pag. 210.

KAROLUS, gratiâ Dei Rex Francorum, & Defenſor ſanctæ Dei Eccleſiæ, dilecto fratri & amico Offæ, Regi, ſalutem. Preſbyter iſte & Scottus apud nos moratus eſt aliquanto tempore in parochia Hildeboldi, Colonienſis Epiſcopi; ſed reprehenſibilis factus, ut fertur, à quodam accuſatore, quòd carnem diebus quadrageſimalibus comediſſet. Noſtri verò Sacerdotes judicare renuerunt, quia plenum teſtimonium accuſantium ſuper eum non invenerunt. Tamen nec eum loco conſuero habitationis ſuæ propter infamiam diutiùs morari permiſerunt; ne ſacerdotalis honor apud imperitum vulgus vileſceret, vel rumigeri loquelâ aliqui hortarentur violare ſanctum jejunium. Viſum eſt noſtris Sacerdotibus illum ad ſui Epiſcopi, ubi Deo votum fecit, dirigere judicium. Idcircò veſtram deprecamur providentiam ut jubeatis illum ſecundùm opportunitatem temporis & protectionis in ſuam tranſponere patriam, ut ibi judicetur unde exivit. Nam ibi quoquè ſanctæ Dei Eccleſiæ puritas in moribus, & firmitas in fide, & honeſtas in converſatione, ſecundùm canonicam ſanctionem diligenter obſervari debebit; ut una, perfecta, & immaculata columba, cujus pennæ deargentatæ, & poſteriora ejus in ſpecie auri clareſcere debent. Vita, ſalus, & proſperitas tibi tuiſque fidelibus à Deo Chriſto detur in æternum.

CAPITULARE SAXONUM,

Datum Aquiſgrani anno Chriſti DCCXCVII, V Kalend. Novembris, in generali Epiſcoporum & Optimatum conventu.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De juſtitia Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, & minus potentum. De raptu & incendio, & de exercitu.*
2. *De obſervatione ſuperiorum capitulorum.*
3. *De compoſitione ſecundùm legem Saxonum.*
4. *De his qui cauſam judicatam repetere præſumunt in patria aut in præſentia Regis.*
5. *De mannitione ad placitum.*
6. *De compoſitione rerum quæ Presbyteris ablatæ ſunt.*
7. *De compoſitione Miſſorum regiorum.*
8. *Ne quis incendium faciat infra patriam.*
9. *De banno augendo.*
10. *De maleſactoribus qui mori debent.*
11. *Quales debeant eſſe ſolidi Saxonum.*

ANNO ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCXCVII, & XXX. ac XXII. regnante Domno Karolo præcellentiſſimo Rege, convenientibus in unum Aquis Palatio in ejus obſequio venerabilibus Epiſcopis & Abbatibus, ſeu illuſtribus viris Comitibus, V Kalendas Novembris, ſimulque congregatis Saxonibus de diverſis pagis, tàm de Veſtfalahis & Angrariis, quàm & de Ooſtfalahis, omnes unanimiter conſenſerunt & aptificaverunt ut de illis Capitulis pro quibus Franci, ſi Regis bannum tranſgreſſi ſunt, ſolidos ſexaginta componunt, ſimiliter Saxones ſolvent, ſi alicubi contra ipſos bannos fecerint.

Vide Conring. de origine Juris Germ. pag. 101.

HÆC SUNT CAPITULA.

De juſtitia Eccleſiarum, viduarum, orphanorum, & minùs potentum. De raptu & incendio, & de exercitu.

Capitular. Bajovar. c. 1. 2. 3. ſuprà p. 109.

I. UT Eccleſiæ, viduæ, orphani, & minùs potentes juſtam & quietam pacem habeant. Et ut raptum & fortiam nec incendium infra patriam quis facere audeat præſumptivè. Et de exercitu nullus ſuper bannum Domni Regis remanere præſumat.

De obſervatione ſuperiorum capitulorum.

* Hinc patet multa deeſſe in ſuperiori capite.

II. Si quis ſupradicta octo capitula * tranſgreſſus fuerit, omnes ſtatuerunt & aptificaverunt ut Saxones ſimiliter ſicut & Franci ſexaginta ſolidos componant.

De compoſitione ſecundùm legem Saxonum.

III. Item placuit omnibus Saxonibus ut ubicunque Franci ſecundùm legem ſolidos duodecim ſolvere debent, ibi nobiliores Saxones ſolidos duodecim, ingenui quinque, liti quatuor componant.

De his qui cauſam judicatam repetere præſumunt in patria aut in præſentia Regis.

Vide du Cange ſur S Louis, p. 226.

IV. Hoc etiam ſtatuerunt, ut qualiſcunque cauſa infra patriam cum propriis vicinantibus pacificata fuerit, ibi ſolito more ipſi pagenſes ſolidos duodecim pro diſtrictione recipiant, & pro vuargilda, quæ juxta conſuetudinem eorum ſolebant facere, hoc conceſſum habeant. Si autem in præſentia Miſſorum regalium cauſæ definitæ fuerint, pro jamdicta vuargilda ſuprascriptos ſolidos duodecim ipſi pagenſes habeant conceſſos. Et pro hoc quia Miſſus regalis ex hac re fatigatus fuerit, alios duodecim ſolidos inde recipiat ad partem Regis. Si autem ipſa cauſa ad palatium in præſentia Regis ad definiendum fuerit perducta, tunc utrique ſolidi duodecim, id eſt, pro vuargilda, & quod vicinis debuit componere, eò quòd infra patriam definita ratio non fuerit, ad partem Regis faciant componere, quod ſint ſoljdi viginti quatuor. Nam ſi fuerit aliquis qui in patria, juxta quod ſui convicini judicaverint, ſeque pacificare noluerit, & ad palatium pro hujus rei cauſa venerit. & ibi ei fuerit judicatum quòd juſtum judicium judicaſſent, in prima vice, ut ſuprà dictum eſt, ſolidos viginti quatuor ad partem Regis componat. Et ſi tunc inde rediens ſe pacificare & juſtitiam facere renuerit, & iterum pro iſta cauſa ad palatium fuerit convocatus & dejudicatus, bis viginti quatuor ſolidos componat. Si verò necdum correptus tertiâ vice pro eadem re ad palatium remeaverit, triplam compoſitionem exinde faciat ad partem Regis.

De mannitione ad placitum.

V. Si quis de nobilioribus ad placitum mannitus venire contempſerit, ſolidos quatuor componat, ingenui duos, liti unum.

De compoſitione rerum quæ Presbyteris ablatæ ſunt.

VI. De Preſbyteris ſtatuerunt quòd ſ aliquid eis aut eorum hominibus quis contrarium facere aut tollere præſumpſerit contra juſtitiam, omnia in duplum reſtituat eis & componat.

De compoſitione Miſſorum regiorum.

VII. De Miſſis Regis ſtatuerunt ut ſi ab eis aliquis interfectus evenerit, in triplum eum componere debeat qui hoc facere præſumpſerit. Similiter quicquid aut eorum hominibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant reſtaurare & ſecundùm eorum euva componere.

Ne quis incendium faciat infra patriam.

VIII. De incendio convenit quòd nullus infra patriam præſumat facere propter iram aut inimicitiam, aut quâlibet malevolâ cupiditate; excepto ſi talis fuerit rebellis qui juſtitiam facere noluerit, & aliter diſtrictus eſſe non poterit, & ad nos, ut in præſentia noſtra juſtitiam reddat, venire deſpexerit, condicto commune placito ſimul ipſi pagenſes veniant; & ſi unanimiter conſenſerint pro diſtrictione illius caſa incendatur, tunc de ipſo placito commune conſilio facto ſecundùm eorum euva fiat peractum, & non pro qualibet iracundia aut malevola intentione, niſi pro diſtrictione noſtra. Si aliter facere auſus fuerit, ſicut ſuperiùs dictum eſt, ſolidos ſexaginta componat.

De banno augendo

IX. Item placuit ut quandoquidem voluerit Domnus Rex propter pacem, & propter faidam & propter majores cauſas, bannum fortiorem ſtatuere, unà cum conſenſu Francorum & fidelium Saxonum, ſecundum quod ei placuerit, juxta quod cauſa exigit & opportunitas fuerit, ſolidos ſexaginta multiplicare in duplum, & ſolidos centum ſive uſque ad mille componere faciat qui ejus mandatum tranſgreſſus fuerit.

De malefactoribus qui mori debent.

X. De malefactoribus qui vitæ periculum ſecundùm euva Saxonum incurrere debent, placuit omnibus ut qualiſcunque ex ipſis ad regiam poteſtatem confugium fecerit, aut in illius ſit poteſtate utrùm interficiendum illis reddat, aut unà cum conſenſu eorum habeat licentiam ipſum malefactorem cum uxore & familia, & omnia ſua foris patriam infra ſua regna aut in marca, ubi ſua fuerit voluntas, collocare, & habeant ipſum quaſi mortuum.

Quales debeant eſſe ſolidi Saxonum.

XI. Illud notandum eſt quales debent ſolidi eſſe Saxonum, id eſt, bovem annoticum utriuſque ſexus auctumnali tempore, ſicut in ſtabulum mittitur, pro uno ſolido. Similiter & vernum tempus, quando de ſtabulo exiit & deinceps, quantùm ætatem auxerit, tantùm in pretio creſcat. De annona verò bortrinis pro ſolido uno ſcapilos quadraginta donant, & de ſigale viginti. Septentrionales autem pro ſolido ſcapilos triginta dent, & ſigale quindecim. Mel verò pro ſolido bortrenſi ſiglæ una & medio donant. Septentrionales autem duos ſiclos de mille pro uno ſolido donent. Item hordeum mundum ſicut & ſigale pro uno ſolido donent. In argento duodecim denarios ſolidum faciant. Et in aliis ſpeciebus ad iſtud pretium omnes æſtimationes compoſitionis ſunt.

Explicit Capitulare Saxonum.

PACTUS LEGIS SALICÆ.

Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCXCVIII*, Indictione VI, Domnus Karolus, Rex Francorum inclytus, hunc libellum tractati legis Salicæ ſcribere juſſit.

* [Editio Pithœana & nonnulli Codices, ſicut & Baluzius, leguot Anno DCCXCVIII. Sangallenſis ità habet DCCLXXVIII. Bigotianus DCCLXVIII. *Indictio VI*, inquit Baluzius infrà tom. 2. pag. 1048, *arguit veram eſſe lectionem quam nos retulimus.* Non ergò animadverterat vir celeberrimus *Indictionem VI* æquè cadere in annum DCCLXVIII, & ideò æquè favere lectioni codicis Bigotiani, ſolamque lectionem Sangallenſem arguere erroris. At verò ex incuria Scribæ Sangallenſis una litterula X addi potuit, quod frequentiſſimè accidit in veteriſſimis codicibus manuſcriptis. Quam ob cauſam lectionem codicis Bigotiani confirmare videtur codex Sangallenſis, legendumque forſitan Anno DCCLXVIII, quo tempore Carolus regnare cœpit, & antequam Longobardorum Rex evaderet.]

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE mannire.*
2. *De furtis porcorum.*
3. *De furtis animalium.*
4. *De furtis ovium.*
5. *De furtis caprarum.*
6. *De furtis canum.*
7. *De furtis avium.*
8. *De furtis arborum.*
9. *De furtis apium.*
10. *De damno in meſſe vel in qualibet clauſura.*
11. *De ſervis vel mancipiis furatis.*
12. *De furtis ingenuorum vel infracturis.*
13. *De furtis ſervorum vel infracturis.*
14. *De ingenuis hominibus qui ingenuas mulieres rapiunt.*
15. *De eo qui hominem ingenuum expoliaverit.*
16. *De eo qui villam alienam adſallierit.*
17. *De eo qui mortuum hominem expoliaverit.*
18. *De incendiis.*
19. *De vulneribus.*
20. *De eo qui hominem innocentem & abſentem ad Regem accuſaverit.*
21. *De maleficiis.*
22. *De eo qui mulieri ingenuæ manum ſtrinxerit.*
23. *De eo qui navem ſine permiſſu domini moverit aut furaverit.*
24. *De furtis in molino commiſſis.*
25. *De caballo ſine permiſſu domini ſui aſcenſo.*
26. *De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.*
27. *De adulteriis ancillarum.*
28. *De libertis dimiſſis.*
29. *De furtis diverſis.*
30. *De locationibus.*
31. *De debilitatibus.*
32. *De conviciis.*
33. *De via lacina.*
34. *De eo qui hominem ingenuum ſine cauſa ligaverit.*
35. *De venationibus.*
36. *De ſepibus.*
37. *De homicidiis ſervorum vel ancillarum.*
38. *De quadrupedibus, ſi hominem occiderint.*
39. *De veſtigio minando.*
40. *De caballis furatis.*
41. *De his qui aliena mancipia ſollicitaverint.*
42. *De ſervo qui de furto fuerit interpellatus.*
43. *De homicidiis ingenuorum.*
44. *De homicidiis à contubernio factis.*
45. *De homicidiis in convivio factis.*
46. *De reippus.*
47. *De eo qui villam alienam occupaverit, vel ſi duodecim menſibus eam tenuerit.*
48. *De affatomie.*
49. *De filtortis, hoc eſt, qualiter homo furatas res interviare debet.*
50. *De falſo teſtimonio.*
51. *De teſtibus adhibendis.*
52. *De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.*
53. *De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas invitaverit.*
54. *De re præſtata.*
55. *De manu ab æneo redimenda.*
56. *De eo qui Grafionem occiderit.*

57. *De corporibus expoliatis.*
58. *De incendio vel expoliatione Eccleſiæ, ſive homicidiis Clericorum.*
59. *De eo qui ad mallum venire contempſerit.*
60. *De Rachinburgiis qui ſecundum legem non judicant.*
61. *De chrenechruda.*
62. *De elode.*
63. *De eo qui ſe de parentela tollere vult.*
64. *De charoena.*
65. *De compoſitione homicidii.*
66. *De homine in hoſte occiſo.*
67. *De eo qui alterum hereburgium clamaverit.*
68. *De caballo excoriato.*
69. *De eo qui hominem de bargo vel de furca dimiſerit.*
70. *De eo qui filiam alienam quæſierit, & ſe retraxerit.*
71. *De terra condemnata.*

INCIPIT LIBER LEGIS SALICÆ.

TITULUS I.

De mannire.

Lib. III. Capitular. c. 45 ; & VI. p. 211.

I. SI quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, & non venerit, ſi eum ſunnis non detinuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Ille verò qui alium mannit, ſi non venerit, & eum ſunnis non detinuerit, ei quem mannivit ſimiliter ſexcentos denarios, qui faciunt ſolidos quindecim, componat.

III. Ille autem qui alium mannit, cum teſtibus ad domum illius ambulet, & ſic eum manniat, aut uxorem illius, vel cuicunque de familia illius denuntiet ut ei faciat notum quomodò ſit ab illo mannitus.

IV. Nam ſi in juſſione Regis fuerit occupatus, manniri non poteſt.

V. Si verò infra pagum in ſua ratione fuerit, poteſt manniri, ſicut ſuperiùs dictum eſt.

TITULUS II. *De furtis porcorum.*

I. Si quis porcellum lactantem furaverit de chranne prima aut de mediana, & inde fuerit convictus, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur ; excepto capitale & delaturâ.

Vide Vadian. p. 80.

II. Si verò in tertiâ chranne furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis porcellum de ſude furaverit, qui clavem habet, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis porcellum in campo inter porcos ipſo porcario cuſtodiente furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis porcellum furaverit, qui ſine matre vivere poteſt, quadraginta denariis, qui faciunt ſolidum unum, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si quis ſcrovam ſubbattit in furto, hoc eſt, porcellos à matre ſubtrahit, ducentis octuaginta denariis, qui faciunt ſolidos ſeptem, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VII. Si quis ſcrovam cum porcellis furaverit, ſeptingentis denariis, qui faciunt ſolidos decem & ſeptem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VIII. Si quis porcellum anniculum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IX. Si quis porcum bimum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

X. Si quis tertuſſum porcellum furaverit uſque ad anniculatum, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XI. Si quis verò porcum poſt anniculatum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XIII. Si quis ſcrovam ducariam furaverit, ſeptingentis denariis, qui faciunt ſolidos decem & ſeptem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XIV. Si quis maialem ſacrivum, qui dicitur votivus, furaverit, & hoc cum teſtibus ille qui eum perdidit, potuerit adprobare quòd ſacrivus fuiſſet, ſeptingentis denariis, qui faciunt ſolidos decem & ſeptem cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XV. Si quis maialem non ſacrivum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XVI. Si quis tres porcos vel ampliùs uſque ad ſex capita furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XVII. Si quis de grege quindecim porcos furaverit, & reliqui ibi remanſerint, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XVIII. Si quis viginti quinque porcos furaverit, & de grege illo ampliùs non fuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XIX. Si autem aliqui ex iiſdem porcis ſupra viginti quinque porcos remanſerint, & non fuerint furati, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XX. Si verò quinquaginta porcos furaverit, & aliqui remanſerint, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

Titulus III. *De furtis animalium.*

I. Si quis vitulum lactantem furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis anniculum animal aut bimam vitulam furatus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis vaccam cum vitulo furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis vaccam ſine vitulo furaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis vaccam domitam furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si quis bovem furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VII. Si quis taurum gregem regentem furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, hoc eſt, treſpellius, mille & octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VIII. Si quis taurum furaverit qui unum gregem regit, & junctus nunquam fuit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IX. Si quis bimum taurum furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

X. Si quis taurum Regis furaverit, ter mille ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos nonaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XI. Si quis duodecim animalia furaverit, ut nec unum quidem animal ex eis remanſerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XII. Si autem duodecim furaverit, & ſuper aliqua remanſerint, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ. Et uſque ad viginti quinque uno judicio terminantur.

XIII. Si quis viginti quinque animalia furaverit, & ſuper aliqua remanſerint, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

Titulus IV. *De furtis ovium.*

I. Si quis agnum lactantem furaverit, ſeptem denariis culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis anniculum vel bimum berbicem furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si verò duos aut tres furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ. Qui numerus uſque ad quadraginta berbices obſervetur.

IV. Si quis quinquaginta berbices aut ſexaginta vel ampliùs furaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

Titulus V. *De furtis caprarum.*

I. Si quis capritum ſive capram aut duas capras vel tres furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

LEX SALICA.

II. Si verò ſupra tres capras furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis buccum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos tres *, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

* *Legendum ſolidos quindecim.*

TITULUS VI. *De furtis canum.*

I. Si quis canem ſeuſium furaverit aut occiderit, qui magiſter ſit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis verò ſeuſium reliquum, aut veltrem porcarium, ſive veltrem leporarium, qui & argutarius dicitur, furatus fuerit vel occiderit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis verò canem cuſtodem domûs ſive curtis qui in die ligari ſolet ne damnum faciat, poſt ſolis occaſum ſolutum furatus fuerit vel occiderit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis verò canem paſtoralem furatus fuerit vel occiderit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

TITULUS VII. *De furtis avium.*

I. Si quis acceptorem de arbore furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis acceptorem de pertica furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis acceptorem intra clavem repoſitum furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis ſparvarium furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis anſerem domeſticam aut anetam furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si quis gallum aut gallinam furaverit, vel cygnum aut gruam domeſticam, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VII. Si quis turturem de rete alterius aut quamlibet aviculam de quolibet laqueo vel decipula furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

TITULUS VIII. *De furtis arborum.*

I. Si quis pomarium ſive quamlibet arborem domeſticam extra clauſuram exciderit aut furatus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis verò pomarium aut quamlibet arborem domeſticam infra clauſuram exciderit aut furatus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Hanc quoquè legem & de vitibus furatis obſervari juſſimus.

IV. Si quis in ſylva alterius materiamen furatus fuerit, aut incenderit vel concapulaverit, aut ligna alterius furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

TITULUS IX. *De furtis apium.*

I. Si quis unum vas apium de intrò clave aut ſub tecto furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis unum vas cum apibus, ubi ampliùs non fuerit, furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis unum vas cum apibus inter alia vaſa ſub tecto aut ſub clave furaverit, cauſam ſuperiùs comprehenſam convenit obſervare.

IV. Si verò unum vas cum apibus foris tecto, ubi ampliùs non fuerit, furaverit, cauſam ſuperiùs comprehenſam componat.

V. Si quis ex plurimis uſque ad ſex vaſa foris tecto furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si verò ſeptem aut ampliùs furaverit, & adhuc aliqua remanſerint, mille octingentis

octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VII. Si autem ſeptem aut ampliùs furaverit, ita ut nulla remaneant, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

Titulus X. *De damno in meſſe vel in qualibet clauſura.*

I. Si quis animal aut caballum vel quodlibet pecus in meſſe ſua invenerit, penitùs eum lædere non debet.

II. Quod ſi fecerit, & confeſſus fuerit, capitale in locum reſtituat; ipſum verò debile, quod percuſſit, ad ſe recipiat.

III. Si verò confeſſus non fuerit, & inde fuerit convictus, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis animal aut caballum aut jumentum in furto punxerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis in meſſe ſua pecora aliena invenerit, quæ paſtorem non habeant, & ea inclauſerit, & nulli penitùs innoteſcat, & aliqua ex ipſis pecoribus perierint, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si quis animal vel quodlibet pecus per ſuam negligentiam nocuerit, & hoc domino ejus confeſſus fuerit, capitale in locum reſtituat, & illud debile ad ſe recolligat.

VII. Si verò negaverit, ſed tamen convictus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VIII. Si alicujus porci aut quælibet pecora, paſtore cuſtodiente, in meſſem alienam cucurrerint, & ille negando fuerit convictus, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IX. Si qua pecora propter damnum meſſis alienæ inclauſa fuerint, aut minantur, qui ea excutere vel expellere præſumpſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

X. Si alicujus pecora propter damnum inclauſa fuerint, damnum æſtimatum reddat, & inſuper decem denarios perſolvat.

XI. Si quis propter inimicitiam aut propter ſuperbiam ſepem alienam aperuerit, aut in meſſem aut in pratum, vel in vineam, ſive in quemlibet laborem, quælibet pecora miſerit, & teſtibus fuerit convictus, ei cujus labor eſt æſtimationem damni reddat, & inſuper mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

Titulus XI. *De ſervis vel mancipiis furatis.*

I. Si quis ſervum aut ancillam alterius furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si ſervus aut ancilla cum ipſo ingenuo de rebus domini ſui aliquid portaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, excepto capitale & delaturâ, atque cauſam quam ſuperiùs diximus, culpabilis judicetur.

III. Si quis ſervum alienum occiderit aut vendiderit, vel ingenuum dimiſerit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis homo ingenuus alienum ſervum in texaga ſecum duxerit, aut aliquid cum eo negotiaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis ſervum aut ancillam valentem ſolidos quindecim aut viginti quinque furaverit aut vendiderit, ſeu porcarium aut fabrum, ſive vinitorem vel molinarium, aut carpentarium ſive venatorem, aut quemcunque artificem, bis mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſeptuaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si quis puerum aut puellam de miniſterio dominorum furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, in capitale reſtituat; & inſuper mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

Titulus XII. *De furtis ingenuorum vel effracturis.*

I. Si quis ingenuus foris caſa quod valet duos denarios furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si verò foris caſa quod valet quadraginta denarios furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos

Lex Salica. triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis ingenuus caſam effregerit, & quod valet duos denarios furaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si verò quinque aut ſupra quinque denarios furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis ingenuus clavem effregerit aut adulteraverit, & ſic domum ingreſſus fuerit, & inde aliquid per furtum tulerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si verò nihil tulerit, ſed fugiens evaſerit, propter effracturam tantùm mille & ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

Titulus XIII. *De furtis ſervorum vel infracturis.*

I. Si quis ſervus foris caſa quod valet duos denarios furaverit, & inde convictus fuerit, aut flagellis centum viginti ictus accipiat, aut pro dorſo ſuo centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si verò furaverit quod valet quadraginta denarios, aut caſtretur, aut ducentos quadraginta denarios qui faciunt ſolidos ſex, reddat. Dominus autem ſervi qui furtum fecerit, capitale in locum reſtituat.

Titulus XIV. *De ingenuis hominibus qui ingenuas mulieres rapiunt.*

I. Si tres homines ingenuam puellam de caſa aut de ſcreona rapuerint, unuſquiſque eorum mille & ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

II. Illi alii qui ſuper tres fuerint, unuſquiſque eorum ducentis denariis, qui faciunt ſolidos quinque, culpabilis judicetur.

III. Qui cum ſagittis fuerint, unuſquiſque eorum centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

IV. Raptor verò bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

V. Si verò puella quæ trahitur in verbo Regis fuerit, propter fredum bis mille quingentos denarios, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, cogatur perſolvere.

VI. Si verò puer Regis vel lidus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.

VII. Si verò ingenua femina quemquam de illis ſuâ voluntate ſecuta fuerit, ingenuitatem ſuam perdat.

VIII. Si quis ſponſam alienam tulerit, & ſibi in conjugium copulaverit, bis mille quingintis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur. *Vide* Vadian. p. 13.

IX. Sponſo autem ejus ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si quis puellam, quæ druchte ducitur ad maritum, in via adſallierit, & cum ipſa violenter mœchatus fuerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

XI. Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipſe cum ea in ſervitio implicetur.

XII. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

XIII. Si quis cum ingenua puella per virtutem mœchatus fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XIV. Si quis cum ingenua puella deſponſata, eâ conſentiente, in occulto mœchatus fuerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XV. Si quis lidam alienam in conjugium ſociaverit, mille & ducentis denariis, qui faciunt ſolidos xxx, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis ſororem aut fratris filiam, aut certè alterius gradûs conſobrinam, aut fratris uxorem, aut avunculi, ſceleratis nuptiis ſibi junxerit, huic pœnæ ſubjaceat ut à tali conſortio ſeparetur. Atque etiam ſi filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, ſed infamiâ ſint notati.

Titulus XV. *De eo qui hominem ingenuum expoliaverit.*

I. Si quis hominem ingenuum in ſuperventu expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si Romanus homo Francum expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si verò Francus Romanum expoliaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

IV. Si quis hominem præceptum Regis habentem contra ordinationem Regis adſallire vel viæ laciniam ei facere præſumpſerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

V. Si quis hominem ingenuum dormientem furtu expoliaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

Titulus XVI. *De eo qui villam alienam adſallierit.*

I. Si quis villam alienam adſallierit, ipſe & omnes qui convicti fuerint quòd in ejus contubernio fuiſſent, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, unuſquiſque ipſorum culpabilis judicetur.

II. Si quis villam alienam adſallierit, & ibidem oſtia fregerit, canes occiderit, vel homines plagaverit, aut in carro aliquid inde abduxerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur; & quicquid inde abſtulerit, in locum reſtituat.

III. Et quanticunque in ejus contubernio fuiſſe convicti fuerint, unuſquiſque illorum bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

Titulus XVII. *De eo qui mortuum hominem expoliaverit.*

I. Si quis hominem mortuum, antequam in terra mittatur, furtu expoliaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

II. Si quis hominem mortuum effodierit & expoliaverit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur. Et poſteà parentes defuncti judicem rogare debent ut inter homines non habitet auctor ſceleris. Et qui ei hoſpitium dederit antequam parentibus ſatisfaciat, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si quis mortuum hominem aut in noſſo aut in petra, quæ vaſa ex uſu ſarcophagi dicuntur, ſuper alium miſerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

IV. Si quis ariſtatonem ſuper hominem mortuum capulaverit, de unoquoque ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

Titulus XVIII. *De incendiis.*

I. Si quis caſam quamlibet intus hominibus dormientibus incenderit, ei cujus caſa fuit bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ. Et quanticunque intus fuerint & evaſerint, mallare eum debent. Et unicuique illorum bis mille & quingentos denarios, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, componat; & quicquid ibi perdiderint, in locum reſtituat. Et ſi aliquis intus arſerit, ille qui incendium miſit, parentibus defuncti octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur. Lex Salica.

II. Si quis ſpicarium aut maholum cum annona incenderit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis ſudem cum porcis, ſcuriam cum animalibus vel fenile incenderit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis concidam vel ſepem alterius capulaverit vel incenderit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

Titulus XIX. *De vulneribus.*

I. Si quis voluerit alterum occidere, & colpus ei fallierit, vel cum ſagitta toxicata eum percutere voluerit, & ei ictus fallierit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

II. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut ſanguis ad terram cadat, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut inde tria oſſa exeant, ille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

IV. Si quis hominem in capite ita plagaverit ut cerebrum appareat, & tria oſſa deſuper cerebro exierint, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

V. Si verò intra coſtas vulnus intraverit, & uſque ad intranea pervenerit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

VI. Si verò plaga ipſa ſemper currit, & ad ſanitatem non pervenerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis

LEX SALICA. judicetur: exceptâ medicaturâ, quæ eſt trecentorum ſexaginta denariorum, qui faciunt ſolidos novem.

VII. Si quis ingenuus ingenuum fuſte percuſſerit, & tamen ſanguis non exierit, uſque ad tres colpos, pro unoquoque ictu centum viginti denarios, qui faciunt ſolidos tres, ſolvat.

VIII. Si verò ſanguis exierit, ita componat veluti cum de ferramento vulneraſſet, id eſt, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis alterum clauſâ manu, id eſt, pugno percuſſerit, trecentis ſexaginta denariis, qui faciunt ſolidos novem, culpabilis judicetur, videlicet ut pro unoquoque ictu tres ſolidos reddat.

X. Si quis alterum in via adſallierit & expoliare tentaverit, & ille fugâ evaſerit, bis mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. Si verò ceperit eum & expoliaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

TITULUS XX. *De eo qui hominem innocentem & abſentem ad Regem accuſaverit.*

I. Si quis hominem innocentem & abſentem de culpis minoribus ad Regem accuſaverit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

II. Si verò tale crimen imputaverit unde mori debuiſſet, ſi verum fuiſſet, ille qui eum accuſaverit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

TITULUS XXI. *De maleficis.*

I. Si quis alteri herbas dederit bibere, & mortuus fuerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò biberit, & mortuus non fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, ille qui dedit pro aliquo maleficio, culpabilis judicetur.

III. Si quis alteri aliquod maleficium ſuperjactatus fuerit, ſive cum ligaturis in quolibet loco miſerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

IV. Si quis mulieri herbas dederit ut infantes habere non poſſit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

TITULUS XXII. *De eo qui mulieri ingenuæ manum ſtrinxerit.*

I. Si quis homo ingenuus feminæ ingenuæ manum aut digitum ſtrinxerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò brachium ſtrinxerit, mille & ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si autem ſuper cubitum manum miſerit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si ergo manillam ſtrinxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

TITULUS XXIII. *De eo qui navem ſine permiſſu domini moverit aut furaverit.*

I. Si quis ſine permiſſu navem alienam movere præſumpſerit, & cum ea flumen tranſierit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

II. Si verò ipſam navem furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis navem vel aſcum de intro clave furaverit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis aſcum de intro clave poſitum, & in ſuſpenſo pro ſtudio poſitum, furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

TITULUS XXIV. *De furtis in molino commiſſis.*

I. Si quis ingenuus in molino alieno annonam furaverit, ei cujus molinus eſt ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur. Et verò cujus annona eſt, ſimiliter ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis ferramentum de molino alieno furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis ſcluſam de farinario alieno ruperit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

TITULUS XXV. *De caballo ſine permiſſu domini ſui aſcenſo.*

Si quis caballum alienum ſine permiſſu

domini ſui aſcenderit, & eum caballicaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur. Et pro eo quia deſcenderit, ſimiliter aliis ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

TITULUS XXVI. *De his qui pueros vel puellas occiderint vel totonderint.*

I. Si quis puerum infra duodecim annos, ſive crinitum ſive incrinitum, occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

Vide du Cange ſur S. Louis, pag. 273.

II. Si quis puerum crinitum ſine voluntate parentum totonderit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si verò puellam totonderit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

IV. Si quis feminam gravidam occiderit, viginti octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ſeptingentos, culpabilis judicetur.

V. Si quis infantem in ventre matris ſuæ, aut natum antequam nomen habeat, infra novem noctes occiderit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

VI. Si quis puellam ingenuam, infra annos antequam infantes poſſit habere occiderit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

VII. Si quis feminam ingenuam poſtquam infantes cœperit habere, occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis feminam poſtquam infantes habere non potuerit, occiderit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

IX. Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiſerit, fredus ei non requiratur.

TITULUS XXVII. *De adulteriis ancillarum.*

I. Si quis ingenuus cum ancilla aliena mœchatus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos XV, culpabilis judicetur.

II. Si quis verò cum Regis ancilla mœchatus fuerit, ſeptingentis* denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

**Legendum* mille ducentis denariis, &c.

III. Si quis francus alienam ancillam ſibi publicè junxerit, ipſe cum ea in ſervitio permaneat.

IV. Si ſervus cum ancilla aliena mœchatus fuerit, & de ipſo crimine ancilla mortua fuerit, ſervus ipſe aut caſtretur, aut ducentis quadraginta denariis, qui faciunt ſolidos ſex, culpabilis judicetur. Dominus verò ſervi capitale in locum reſtituat.

V. Si autem ancilla propter hoc mortua non fuerit, ſervus ipſe aut centum viginti ictus accipiat, aut centum viginti denarios, qui faciunt ſolidos tres, domino ancillæ cogatur perſolvere.

VI. Si quis ſervus ancillam alienam ſine voluntate domini ſui ſibi in conjugium copulaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, aut centum viginti ictus accipiat.

TITULUS XXVIII. *De libertis dimiſſis.*

I. Si quis lidum alienum, qui cum domino ſuo in hoſte fuerit, ſine conſilio domini ſui ante Regem per denarium ingenuum dimiſerit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur: res verò ipſius lidi legitimo domino reſtituantur.

II. Si quis ſervum alienum ante Regem per denarium ingenuum dimiſerit, mille & quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, & capitale in locum reſtituat, & res ſervi ipſius proprius dominus recipiat.

TITULUS XXIX. *De furtis diverſis.*

I. Si quis tintinnum de porcina aliena furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò de pecoribus tintinnum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

III. Si quis ſchillam de caballis furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis pedicam de caballis furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

V. Si caballi ipſi perierint, capitale in locum reſtituat.

VI. Si quis meſſem alienam per furtum metere, aut reffare præſumpſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

VII. Si quis hortum alienum ad furtum faciendum ingreſſus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis impotus de melario aut de pirario tulerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

LEX SALICA.

IX. Si verò in horto fuerint, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si quis melarium aut pirarium decorticaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XI. Si verò in horto fuerint, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XII. Si quis cultellum alienum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XIII. Si quis in napinam, in fabariam, in piſariam, in lenticulariam, vel in his ſimilia ad furtum faciendum ingreſſus fuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XIV Si quis in campo alieno linum furaverit, & hoc in caballo aut in carro duxerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XV. Si verò tantùm tulerit quantùm in dorſo ſuo portare potuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis in agro alieno arborem inſertam exciderit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

XVII. Si quis campum alienum araverit & ſeminaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XVIII. Si verò tantùm araverit, & non ſeminaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XIX. Si quis aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras jactaverit vel teſtaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XX. Si quis pratum alienum ſecaverit, laborem ſuum perdat, & inſuper ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXI. Et ſi inde fœnum ad domum ſuam in carro duxerit, & diſcarricaverit, mille octingentis denariis qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XXII. Si verò tantùm tulerit quantùm in dorſo ſuo portare potuerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XXIII. Si quis vineam alienam per furtum vindemiaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXIV. Et ſi inde vinum in carro ad domum ſuam adduxerit, & diſcarricaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XXV. De meſſibus autem ſimiliter convenit obſervare.

XXVI. Si quis clauſuram alienam ruperit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXVII. Si quis in ſylva materiamen alienum aut incenderit aut capulaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXVIII. Si quis materiamen de una parte dolatum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XXIX. Si quis arborem poſt annum quàm fuerit ſignata, capulare præſumpſerit, nullam exinde habeat culpam.

XXX. Si infra annum quis eam capulaverit, centum viginti denariis qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XXXI. Si quis rete ad anguillas capiendas de flumine furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXXII. Si quis ſtatuam aut tremaclum vel vertivolum de flumine furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXIII. Si quis ſcreonam, quæ clavem habet, effregerit, & aliquid furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XXXIV. Et ſi inde nihil tulerit, pro ſola effractura ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXV. Si verò ſcreonam, quæ ſine clave eſt, effregerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXVI. Si quis cum ſervo alieno ſine conſenſu domini ſui aliquid negotiaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XXXVII. Si quis mulieri brachile furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XXXVIII. Si quis caſam alienam ſine permiſſu poſſeſſoris tranſierit *, mille du-

* *Al. leg.* traxerit.

centis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

Titulus XXX. *De locationibus.*

I. Si quis furtim aliquem locaverit, ut hominem interficiat, & pretium propter hoc dederit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Similiter & ille qui pretium accepit, ut hominem occideret, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si verò per tertium locatio ipſa fuerit tranſmiſſa, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

Sic dans, accipiens, portans, unuſquiſque illorum culpabilis judicetur.

Titulus XXXI. *De debilitatibus.*

I. Si quis alteri manum aut pedem truncaverit, vel oculum effodierit, aut auriculam vel naſum amputaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

II. Si verò manus ipſa ibidem mancata pependerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si verò manus ipſa perexcuſſa fuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos & dimidium, culpabilis judicetur.

IV. Si quis pollicem de manu vel de pede excuſſerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

V. Si verò ipſe pollex mancatus pependerit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

VI. Si ſecundum digitum, quo ſagittatur, excuſſerit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VII. Si quis tres ſequentes digitos pariter uno ictu excuſſerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis medium digitum excuſſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis quartum digitum excuſſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si minimum excuſſerit, ſimiliter ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XI. Si quis pedem alterius capulaverit, & ibi mancatus remanſerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur. Lex Salica.

XII. Si vero pes ipſe perexcuſſus fuerit, bis mille & quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XIII. Si quis alteri oculum evellerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

XIV. Si quis naſum excuſſerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XV. Si quis auriculam excuſſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis linguam alterius amputaverit, ut loqui non poſſit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

XVII. Si quis dentem excuſſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

XVIII. Si quis ingenuus ingenuum caſtraverit, aut virilia truncaverit ut mancus fiat, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

XIX. Si vero ad integrum tulerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

Titulus XXXII. *De conviciis.*

I. Si quis alterum cenitum clamaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur. *Vide* Du Cange ſur les Etabliſſemens, p. 188.

II. Si quis alterum concagatum clamaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur. *Vide* ibid.

III. Si quis alterum vulpeculam clamaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

IV. Si quis alterum lepòrem clamaverit, ducentis quadraginta denariis, qui faciunt ſolidos ſex, culpabilis judicetur.

V. Si quæ mulier ingenua aut vir mulierem meretricem clamaverit, & non potuerit adprobare, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

VI. Si quis alteri imputaverit quòd ſcutum ſuum projeciſſet in hoſte, vel fugiendo præ timore, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

VII. Si quis alterum delatorem clamaverit, & non potuerit comprobare, ſex-

LEX SALICA centis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis alterum falſatorem clamaverit, & non potuerit comprobare, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IX. Si quis compari ſuo pittum excuſſerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, aut ſimilem illi reddat, vel cum duodecim juret quòd ſimilem illi reſtituiſſet.

TITULUS XXXIII. *De via lacina.*

I. Si quis baroni viam ſuam obſtaverit, aut eum impinxerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis mulieri ingenuæ viam ſuam obſtaverit, vel eam impinxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si quis viam quæ ad farinarium ducit clauſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

TITULUS XXXIV. *De eo qui hominem ingenuum ſine cauſa ligaverit.*

I. Si quis hominem ingenuum ſine cauſa ligaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

II. Si verò eum ligatum in aliquam partem duxerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si Romanus Francum ligaverit ſine cauſa, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

IV. Si autem Francus Romanum ligaverit ſine cauſa, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

V. Si quis hominem noxium ligatum per vim tulerit Grafioni, vitam ſuam redimat.

TITULUS XXXV. *De venationibus.*

I. Si quis de diverſis venationibus aliquid, aut furaverit, aut celaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur. Quam legem, tam de venationibus quàm & de piſcationibus, convenit obſervare.

II. Si quis cervum domeſticum ſignum habentem aut occiderit aut furaverit, qui ad venationem faciendam manſuetus factus eſt, & cum teſtibus comprobare dominus ejus potuerit quòd eum in venatione habuiſſet, & cum ipſo duas feras aut tres occidiſſet, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

III. Si quis verò cervum domeſticum, qui in venatione adhuc non fuit, aut occiderit aut furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

IV. Si quis cervum quem alterius canes moverunt aut laſſaverunt, occiderit aut celaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

V. Si quis aprum laſſum, quem alieni canes moverunt, occiderit vel furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

TITULUS XXXVI. *De ſepibus.*

I. Si quis tres virgas cum quibus ſepis ſuperligata eſt, vel retortas quibus ſepis continetur, capulaverit, aut tres cambortas excervicaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis per meſſem alienam, poſtquam germina produxerit, herpicem traxerit, aut cum carro ſine via tranſierit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

III. Si quis per meſſem alienam, poſtquam in culmum erigitur, ſine via cum carro tranſierit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in caſam, vel ubicunque miſerit aliquid quod furatum eſt, neſciente domino cujus poſſeſſio eſt, & ibidem inventum fuerit, ille qui per malum ingenium hoc miſerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

V. Si quis in curte alterius poſt ſolis occaſum in furtum ingreſſus fuerit, & ibidem fuerit inventus, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

TITULUS XXXVII. *De homicidiis ſervorum vel ancillarum.*

I. Si quis ſervus ſervum aut ancillam ſibi conſimilem occiderit, homicidam illum domini inter ſe dividant.

II. Si quis ingenuus ſervum alienum adſallierit & expoliaverit, & convictus fuerit quòd ei plus quàm quadraginta denarii valeant tuliſſet, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si

III. Si verò minus quàm quadraginta denarii valent, tulerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis ſervum alienum flagellaverit, (& *) in quadraginta noctibus operari non potuerit, quadraginta denariis, qui faciunt ſolidum unum, & triante uno, quod eſt tertia pars ſolidi, culpabilis judicetur.

* Leg. ut.

V. Si quis homo ingenuus lidum alienum expoliaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VI. Si quis ſervum alienum mortuum per furtum expoliaverit, & ſpolia ipſa plus quàm quadraginta denarii valeant, mille quadringintis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

VII. Si autem ſpolia minùs quàm quadraginta denarii valeant, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

VIII. Si ſervus ingenuum hominem occiderit, ipſe homicida pro medietate compoſitionis hominis occiſi parentibus tradatur, & aliam medietatem dominus ſervi ſe noverit ſolviturum. Aut ſi legem intellexerit, poterit ſe obmallare, ut leudem non ſolvat.

Titulus XXXVIII. *De quadrupedibus, ſi hominem occiderint.*

Si quis homo à quolibet pecude domeſtico fuerit occiſus, & hoc parentes illius teſtibus potuerint comprobare quòd dominus pecudis anteà legem non adimpleverit, medietatem compoſitionis dominus ipſius quadrupedis cogatur exſolvere; ipſum verò quadrupedem, qui eſt auctor criminis, pro medietate compoſitionis reſtituat requirenti; eo videlicet modo, ſi dominus quadrupedis non intellexerit ſecundùm legem ſe defendere.

Titulus XXXIX. *De veſtigio minando.*

Si quis bovem aut caballum vel quodlibet animal ſibi furatum perdiderit, & eum per veſtigium ſequendo fuerit conſecutus infra tres noctes, & ille qui eum ducit, ſe comparaſſe aut concambiaſſe dixerit vel proclamaverit, ille qui per veſtigium ſequitur res ſuas, debet per tertiam manum adhramire. Si verò jam tribus noctibus exactis, qui res ſuas quæſierit & invenerit, ille apud quem inveniuntur, ſi eas emiſſe aut concambiaſſe ſe dixerit, liceat ei adhramire. Quòd ſi ille qui per veſtigium ſequitur, quod ſe agnoſcere dicit, illo alio reclamante, per tertiam manum adhramire noluerit, nec ſolem ſecundùm legem culcaverit, ſed ei violenter quod ſe agnoſcere dicit, tuliſſe convincitur, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

Lex Salica.

Titulus XL. *De caballis furatis.*

I. Si quis caballum qui carrucam trahit furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

II. Si quis waranionem homini Franco furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

III. Si quis caballum ſpadatum furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis waranionem Regis furaverit, ter mille ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos nonaginta, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

V. Si quis admiſſarium cum grege, hoc eſt, cum ſeptem aut duodecim equabus furaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VI. Si autem de grege minùs fuerit uſque ad ſex capita, & pretium & cauſam ſuperiùs intimatam convenit obſervare.

VII. Si quis poledrum anniculum vel bimum furaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

VIII. Si verò ſequentem poledrum furaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IX. Si quis jumenta aliena tribaterit, & evaſerint, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

X. Si autem mortua inde fuerint, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

XI. Si quis equam prægnantem furaverit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

XII. Si quis jumentum aut caballum furaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

XIII. Si quis admiſſarium alienum ſine

LEX SALICA.

conſenſu domini ſui ſpadaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur; & per unumquodque jumentum, quæ ille continere conſueverat, trien * componat, quod eſt tertia pars ſolidi, id eſt, tredecim denarii & tertia pars unius denarii.

* Al. triaen, al. triantem, al. tricentem, al. tireatem.

XIV. Si quis per ſuperbiam aut per inimicitiam caballos aut jumenta aliena tribatterit vel debilitaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

XV. Si quis caballum alienum ſine conſenſu domini ſui excurtaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

XVI. Si quis caballum alienum excorticaverit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

TITULUS XLI. *De his qui aliena mancipia ſollicitaverint.*

I. Si quis mancipium alienum ſollicitaverit, & convictus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si quis ſervum alienum plagiaverit, id eſt, per circumventionem de ſervitio domini ſui abſtraxerit, & trans mare ſive in quamlibet regionem ipſum duxerit, & ibidem à domino ſuo inventus fuerit, & ipſum à quo in patria plagiatus eſt in mallo publico nominaverit, & tres ibidem teſtes dominus habere debet, & iterum cùm ſervus ipſe de trans mare vel de qualibet regione fuerit revocatus, in altero mallo debet nominare qui eum plagiaverit, & ibidem ſimiliter tres teſtes debent eſſe. Ad tertium vero mallum ſimiliter fieri debet, ut novem teſtes jurent quod ſervum ipſum æqualiter ſemper ſuper plagiatorem dicentem audiſſent. Sic poſtea qui eum plagiaverit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ. Ea tamen ratione, ut nomina hominum & villarum æqualiter per totos tres mallos debeat nominare.

III. Si quis hominem ingenuum plagiaverit vel vendiderit, & poſteà in patriam reverſus fuerit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

IV. Si quis hominem ingenuum vendiderit, & poſtea in patriam ad propria reverſus non fuerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

TITULUS XLII. *De ſervo qui de furto fuerit interpellatus.*

I. Si cujus ſervus de furtu fuerit interpellatus, ſi talis cauſa eſt unde ingenuus ſexcentos denarios, qui faciunt ſolidos quindecim, componere debeat, ſervus ſuper ſcamnum tenſus centum viginti ictus accipiat.

II. Si verò antequam torqueatur fuerit confeſſus, & domino ejus ita placuerit, centum viginti denarios, qui faciunt ſolidos tres, pro dorſo ſuo reddat, & capitale dominus ſervi in locum reſtituat.

III. Si autem talis culpa fuerit de qua ingenuus mille quadringentos denarios, qui faciunt ſolidos triginta quinque, componere debeat, ſimiliter ſervus centum viginti ictus accipiat tenſus.

IV. Et ſi in ipſo ſupplicio fuerit confeſſus, aut caſtretur, aut ducentos quadraginta denarios, qui faciunt ſolidos ſex, ſolvat; dominus verò ſervi capitale in locum reſtituat requirenti.

V. Et ſi ſervus confeſſus non fuerit, & ille qui eum torquet, adhuc ipſum ſervum torquere voluerit, etiam nolenti domino ſervi pignus donare debet, & ipſum ſervum ad majora ſupplicia retinere. Et ſi poſtea ſervus ad majora ſupplicia traditus confeſſus non fuerit, qui eum torquebat, ipſum habeat; dominus vero ſervi de quo jam pignus acceperat, pretium pro ipſo ſervo ſuo ſuſcipiat.

VI. Si verò ſupra dominum ſervus confeſſus fuerit, nunquam illi credatur. Capitular. lib. 6. cap. 146. 344.

VII. Si verò in majori crimine ſervus inculpatus fuerit, de quo ingenuus mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, poſſet culpabilis judicari, & inter ſupplicia confeſſus fuerit, capitali ſententiâ feriatur.

VIII. Si autem ſervus de quolibet crimine inculpatus fuerit, & dominus ſervi ipſius præſens adfuerit, ab eo qui repetit admoneatur ut ſervum ſuum ad juſta ſupplicia dare non differat. Et qui repetit, virgas paratas habere debet, quæ in ſimilitudinem minimi digiti groſſitudinem habeant, & ſcamnum paratum habere debet, ubi ſervum ipſum tendere poſſit.

IX. Quòd ſi dominus ſervi ſupplicia diſtulerit, & ſervus præſens fuerit, continuò ipſe qui repetit, domino ſervi ſolem collocet, & ad ſeptem noctes placitum concedat ut ſervum ad ſupplicia tradat.

X. Si infra ſeptem noctes ſervum ad ſupplicia diſtulerit tradere, ſolem eiitera-

tò is qui repetit collocet, & ſic iterum ad alias ſeptem noctes placitum tribuat; id eſt, ut quatuordecim noctes à prima admonitione compleantur.

XI. Quòd ſi impletis quatuordecim noctibus ſervum noluerit ad ſupplicia dare, omnem cauſam & compoſitionem dominus in ſe excipiat; hoc eſt, ut ſi talis cauſa fuerit de qua ingenuus ſexcentos denarios, qui faciunt ſolidos quindecim, componere debeat, tantùm ipſe dominus ſervi reddat.

XII. Si verò major culpa fuerit, de qua ingenuus mille octingentos denarios, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, componere debeat, & dominus ſervum non repræſentaverit, ipſum numerum ſolidorum reddat, & capitale in locum reſtituat.

XIII. Quòd ſi adhuc major culpa fuerit quæ ſervo requiritur, dominus ſervi, non ut ſervus, ſed ut ingenuus, totam legem ſuper ſe ſolviturus accipiat.

XIV. Si autem ſervus abſens fuerit, dominum ſervi, is qui repetit, admonere debet ſecretiùs ut ſervum ſuum infra ſeptem noctes præſentem faciat. Quòd ſi non fecerit, tunc repetens ſolem illi cum teſtibus collocet. Et ſi infra alias ſeptem noctes ipſum ſervum nom præſentaverit, iterum repetens cum teſtibus ſolem ei collocet, & tertiâ vice adhuc ſeptem noctes placitum illi concedat; id eſt, ut totus numerus ad viginti & unam noctem perveniat. Quòd ſi poſt tria placita ſervum noluerit ligatum ad ſupplicia dare, & per ſingula placita ſolem ei collocaverit, tunc dominus ſervi omnem repetitionem, ſicut ſuperiùs diximus, non ut ſervus, ſed quaſi ingenuus hoc commiſiſſet, talem compoſitionem repetenti reſtituat.

XV. Si verò ancilla in tali crimine inculpatur de quo ſervus caſtrari debuerat, ducentos quadraginta denarios, qui faciunt ſolidos ſex, pro ipſa dominus reddat, aut ducentos quadraginta ictus accipiat flagellorum.

Titulus XLIII. *De homicidiis ingenuorum.*

I. Si quis ingenuus hominem Francum aut barbarum occiderit qui lege Salicâ vivit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò eum in puteum aut ſub aquam miſerit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

III. Si autem de ramis vel de hallis aut de qualibet re eum cooperuerit aut incenderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

IV. Si quis eum occiderit qui in truſte dominica eſt, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

V. Si verò in puteum aut ſub aquam miſerit, aut de hallis vel de ramis eum cooperuerit aut incenderit, ſeptuaginta duobus mille denariis, qui faciunt ſolidos mille octingentos, culpabilis judicetur.

VI. Si quis Romanum hominem convivam Regis occiderit, duodecim mille denariis, qui faciunt ſolidos trecentos, culpabilis judicetur.

VII. Si Romanus homo poſſeſſor, id eſt, qui res in pago ubi commanet proprias poſſidet, occiſus fuerit, is qui eum occidiſſe convincitur, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

VIII. Si quis Romanum tributarium occiderit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

IX. Si quis hominem invenerit in quadruvio ſine manibus & ſine pedibus, quem inimici ſui detruncatum dimiſerint, & eum vitâ privaverit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

X. Si quis hominem ingenuum in puteum aut in pelagus, aut in quodlibet præcipitium, ubi periculum mortis eſſe poſſit, impinxerit; & ille qui projectus eſt, quolibet modo ab eodem periculo vivus evaſerit, ille qui eum impinxerit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

XI. Si autem qui præcipitatus eſt mortuus fuerit, totâ leude ſuâ componatur. Atque ita unaquæque perſona, quæ majori minorive compoſitione componi debuerat, ſi de præcipitio periculum mortis evaſerit, medietate leudis ſuæ componatur, quâ componi debuerat ſi mortuus fuiſſet. Nam & ſi mortuus fuerit, unuſquiſque ſecundùm modum leudis ſuæ componatur.

XII. Si quis hominem ingenuum cuilibet ſocio ſuo de quolibet crimine accuſaverit, & per ejus commonitionem ſive mendacium ille qui accuſatus eſt, occiſus fuerit, ſi ei adprobatum fuerit, medietatem leudis ejus componat. Ille verò qui eum

LEX SALICA. occidit, ſecundùm legem pleniter eum componat.

TITULUS XLIV. *De homicidiis à contubernio factis.*

I. Si quis collecto contubernio hominem ingenuum in domo ſua adſallierit, & ibidem eum occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò in truſte dominica ille qui occiſus eſt, fuerat, ſeptuaginta duobus mille denariis, qui faciunt ſolidos mille octingentos, culpabilis judicetur.

III. Quòd ſi corpus occiſi hominis tres plagas vel ampliùs habuerit, tres qui inculpantur, & quòd in eo contubernio fuiſſent, convincuntur, legem ſuperius comprehenſam ſingillatim cogantur exſolvere. Alii verò tres de eodem contubernio ter mille ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos nonaginta, unuſquiſque illorum culpabilis judicetur. Et tres adhuc in tertio loco de eodem contubernio, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, ſinguli eorum cogantur exſolvere.

IV. Si verò Romanus vel lidus in tali contubernio occiſus fuerit, hujus compoſitionis medietas ſolvatur.

TITULUS XLV. *De homicidiis in convivio factis.*

I. Si in convivio, ubi quatuor aut quinque fuerint homines, unus ex ipſis interfectus fuerit, illi qui remanent, aut unum convictum reddant, aut omnes mortis illius compoſitionem conjectent. Quæ lex uſque ad ſeptem qui fuerint in convivio illo, convenit obſervari.

II. Si verò in illo convivio plus quàm ſeptem fuerint, non omnes teneantur obnoxii; ſed quibus fuerit imputatum, illi ſecundùm legem componant.

III. Si quis foris caſa, ſive iter agens, ſeu in agro poſitus, à contubernio fuerit occiſus, & tres plagas vel ampliùs habuerit, tres de eodem contubernio qui convicti fuerint, ſingillatim mortis illius compoſitionem componant, & tres alii de ipſo contubernio mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, unuſquiſque illorum culpabilis judicetur. Et tres adhuc alii de ipſo contubernio ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, ſinguli eorum culpabiles judicentur.

TITULUS XLVI. *De reippus.*

I. Si quis homo moriens viduam dimiſerit, & eam quis in conjugium voluerit accipere, antequam eam accipiat, Tunginus aut Centenarius mallum indicent, & in ipſo mallo ſcutum habere debent, & tres homines cauſas tres demandare. Et tunc ille qui viduam accipere vult, cum tribus teſtibus qui adprobare debent, tres ſolidos æquè penſantes & denarium habere debet. Et hoc facto, ſi eis convenit, viduam accipiat.

II. Si vero iſta non fecerit, & ſic eam acceperit, illi, cui reippus debetur, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur

III. Si autem quæ ſuperiùs diximus omnia ſecundùm legem impleverit, & tres ſolidos & denarium ille, cui reippus debetur, acceperit, tunc eam legitimè accipiat.

IV. Hoc diſcernendum videtur, cui reippus debeatur.

V. Si nepos fuerit ſororis filius ſenior, ille reippum accipiat.

VI. Si verò nepos non fuerit, neptis filius ſenior ille accipiat.

VII. Quòd ſi neptis filius non fuerit, conſobrinæ filius qui ex materno genere venit, ipſe accipiat.

VIII. Si autem nec conſobrinæ filius fuerit, tunc avunculus frater matris reippum accipiat.

IX. Si verò avunculus non fuerit, tunc frater illius qui ipſam mulierem antè habuerat, ſi in hereditatem defuncti fratris, id eſt, mariti mulieris illius, venturus non eſt, ipſe reippum accipiat.

X. Quod ſi nec ipſe fuerit, tunc qui proximior fuerit poſt ſuperiùs nominatos, qui ſingillatim ſecundùm parentelam dicti ſunt uſque ad ſextum genuculum, ſi in hereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipſe reippum accipiat.

XI. Si autem nullus niſi poſt ſextum genuculum proximus fuerit, in fiſcum ipſe reippus vel cauſa quæ inde orta fuerit, colligatur.

TITULUS XLVII. *De eo qui villam alienam occupaverit, vel ſi duodecim menſibus eam tenuerit.*

I. Si quis ſuper alterum in villam migrare voluerit, & aliqui de his qui in villa conſiſtunt eum ſuſcipere voluerint, & vel unus ex ipſis extiterit qui contradicat, migrandi licentiam ibidem non habeat.

II. Si verò contra interdictum unius vel duorum in ipſa villa conſedere præſumpſerit, tunc interdictor teſtari debet illi cum teſtibus, ut infra decem noctes inde

exeat. Et si noluerit, iterum ad ipsum cum testibus veniat, & testetur illi ut infra alias decem noctes secedat. Quòd si noluerit, iterum tertio placito, ut infra decem noctes exeat, denuntiet. Si verò triginta noctes impletæ fuerint, & nec tunc voluerit exire, statim illum manniat ad mallum; & testes suos, qui ad ipsa placita fuerunt, secum præstos habeat. Si autem ipse cui testatum est venire noluerit, & eum aliqua sunnis non detinuerit, & secundùm legem supradictam testatus fuerit, tunc ipse qui ei testatus est, super fortuna sua ponat, & Grafionem roget ut accedat ad locum, & ipsum inde expellat. Et si ibi aliquid elaboravit, quia legem noluit audire, amittat, & insuper mille ducentis denariis, qui faciunt solidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si verò quis alium in villam alienam migrare rogaverit antequam conventum fuerit, mille octingentis denariis, qui faciunt solidos xlv, culpabilis judicetur.

IV. Si autem quis migraverit in villam alienam, & ei aliquid infra duodecim menses secundùm legem contestatum non fuerit, securus ibidem consistat sicut & alii vicini.

Titulus XLVIII. *De affotomie.*

Hoc convenit observare, ut Tunginus vel Centenarius mallum indicent, & scutum in ipso mallo habeant, & tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo, & requiratur postea homo qui ei non pertinet, & sic festucam in laisum jactet; & ipse in cujus laisum festucam jactaverit, dicat verbum de fortuna sua, quantùm ei voluerit dare. Posteà ipse in cujus laisum festucam jactaverit, in casa ipsius manere & hospites tres suscipere, & de facultate sua, quantùm ei datur, in potestate sua habere debet; & posteà ipse cui creditum est, ista omnia cum testibus collectis agere debet. Posteà aut ante Regem aut in mallo legitimo illi cui fortunam suam deputavit, reddere debet; & accipiat posteà festucam in mallo ipso ante duodecim menses ipse quem heredem deputavit, in laisum suum jactet, & nec minùs, nec majùs, nisi quantùm ei creditum est. Et si contra hoc aliquid dicere voluerit, debent tres testes jurati dicere quòd ibi fuissent in mallo ubi Tunginus vel Centenarius indixerunt, & quòd vidissent hominem illum, qui fortunam suam dedit, in laisum illius quem jam elegerat festucam jactare, & nominare illum debent qui fortunam suam in laisum electi jactavit: necnon & illum in cujus laisum festucam jactavit, & heredem appellavit, similiter nominent. Et alteri tres testes jurati debent dicere quòd in casa illius hominis qui fortunam suam donavit, ille in cujus laisum festucam jactavit, ibidem mansisset, & hospites tres vel ampliùs collegisset & pavisset, & ei ibidem gratias egissent, (& in beo de suo *) pultes manducassent, & testes collegissent. Ista omnia alii tres testes jurati dicere debent, quoniam in mallo legitimo vel ante Regem ille qui accepit in laisum suum fortunam in mallo publico, hoc est, ante Theada vel Tunginum, fortunam illam, quem heredem appellavit, publicè coram omnibus festucam in laisum ipsius jactasset. Et hæc omnia novem testes debent adfirmare. Lex Salica.

* *Al.* & in beudo suo, &c.

Titulus XLIX. *De filiorum, hoc est, qualiter homo furatas res intertiare debet.*

Si quis, qui lege Salicâ vivit, servum aut ancillam, caballum vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum; & ille apud quem agnoscitur, debet adhramire. Et si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoscit, & apud quem agnoscitur, in noctes quadraginta placitum faciant. Et in ipso placito quanticunque fuerint qui rem intertiatam vendiderint aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoneantur, ut unusquisque cum negotiatoribus suis alter alterum admoneat. Si quis verò commonitus fuerit, & aliqua sunnis eum non detinuerit, & ad placitum venire distulerit, tunc ille qui cum eo negotiavit, habeat tres testes quòd ei nuntiasset ut ad placitum venire debuisset, & alios tres similiter habeat quòd cum eo publicè negotiasset. Hoc si fecerit, exivit se de latrocinio. Ille autem qui admonitus non venerit, super quem testes juraverint, erit latro illius qui res suas agnoscit, & ei secundùm legem ipsas componat, & insuper pretium illi reddat qui cum eo negotiavit. Ista omnia ubi suus hamallus est, super quem res primitùs agnita fuerit aut intertiata, fieri debent. Quòd si trans Ligerim aut Carbonariam manet ille apud quem res agnoscitur, in noctibus octuaginta lex ista custodiatur.

Titulus L. *De falso testimonio.*

I. Si quis falsum testimonium præbuerit, sexcentis denariis, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis judicetur.

Lex Salica.

II. Quòd ſi aliquis alicui imputaverit quòd ſe perjuraſſet, & non potuerit adfirmare, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si alicui fuerit imputatum quòd ſe perjuraſſet, & hoc qui imputaverit adfirmare potuerit, tres de ipſis conjuratoribus perjuri, unuſquiſque illorum ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicentur.

IV. Alii verò qui ſuper ipſos tres fuerint, quinis ſolidis culpabiles judicentur.

V. Ipſe verò cui imputatum fuerit, excepto cauſâ vel capitale & delaturâ, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

Titulus LI. *De teſtibus adhibendis.*

I. Si quis teſtes neceſſarios habuerit, & fortaſsè ipſi ad placitum venire noluerint, ille qui eos neceſſarios habet, mannire illos debet cum teſtibus ad placitum, ut ea quæ ſciunt jurantes dicant.

II. Si verò noluerint venire, & eos ſunnis non detinuerit, unuſquiſque illorum ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si verò præſentes fuerint ad teſtimonium vocati, & noluerint jurando dicere ea quæ ſciunt, & forbanniti fuerint, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, unuſquiſque illorum culpabilis judicetur.

Titulus LII. *De eo qui fidem factam alteri reddere noluerit.*

I. Si quis ingenuus aut lidus alteri fidem fecerit, tunc ille cui fides facta eſt, quadraginta noctes, aut quomodò placitum fecit quando fidem ei fecit, ad domum illius cum teſtibus ambulare debet, vel cum illis qui pretium adpretiare debent. Et ſi noluerit fidem factam ſolvere, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

II. Si verò adhuc ſupradictum debitum ſolvere noluerit, debet eum ſic admallare: *Rogo te, Judex, ut hominem illum denominatum, gaſachionem meum, qui mihi fidem fecit de debito tali denominato, ſecundùm legem Salicam mihi inde eum adſtringas.* Tunc Judex dicere debet: *Ego gaſachium tuum illum in hoc mallo quod lex Salica habet.* Tunc ille cui fides facta eſt, debet teſtificari fidejuſſori, ut nulli alteri nec ſolvat nec pignus donet ſolutionis, antequam ei impleat unde fidem fecit. Et ſic feſtinanter ad domum illius qui ei fidem fecit, cum teſtibus accedat, & roget eum ſolvere debitum ſuum. Quòd ſi noluerit, ſolem ei collocet. Et ſi ei ſolem culcaverit, tres ſolidos ſuper debitum ſuum addat; & ſic uſque ad tres vices per tres mannitas facere debet. Iſtis igitur omnibus factis, ſi adhuc noluerit debita componere, uſque ad novem ſolidos debitum aſcendat; id eſt, ut per ſingulas admonitiones, vel ſolem culcatum, terni ſolidi adcreſcant.

III. Si verò nec fidem factam in placito legitimo ſolvere voluerit, tunc ille cui fides facta eſt, ambulet ad Grafionem loci illius in cujus pago manet, accipiatque feſtucam, & dicat verbum iſtud: *Tu Grafio, rogo te quia ille homo denominatus, qui mihi fidem fecit, quem legitimè habeo adjactivum vel admallatum ſecundùm legem Salicam, & ego ſuper me & ſuper fortunam meam pono quòd ſecurus mitto in fortunam illius manum;* & dicat de quanta cauſa ei fidem fecerat. Tunc Grafio congreget ſecum ſeptem Rachinburgios idoneos, & cum ipſis ad caſam illius fidejuſſoris veniat; & roget eum, ſi præſens eſt, ita dicens: *Per voluntatem tuam ſolve homini iſti de quo ei fidem feciſti, & hoc quod debes ſecundùm pretium legitimè adpretiatum ſatisfacere ſtude.* Quòd ſi tunc adimplere noluerit præſens, aut ſi abſens fuerit, ſtatim Rachinburgii pretium adpretiatum, quantùm debitum quod debet valuerit, de fortuna illius tollant. Et ſi fredus antea de ipſa cauſa non fuerat datus, duas partes ille cujus cauſa eſt ad ſe revocet, & Grafio tertiam partem obtineat.

IV. Si autem Grafio ibi invitatus non venerit, & ſunnis eum aliqua non detinuerit, aut certa ratio dominica, & ſi diſtulerit, ut ibi non ambulet, neque mittat, ut cum juſtitia exigatur debitum, aut ſe redimat, aut de vita componat.

Titulus LIII. *De eo qui Grafionem ad res alienas tollendas injuſtè invitaverit.*

I. Si quis Grafionem ad res alienas injuſtè tollendas invitaverit, antequam gaſachium ſuum ſecundùm legem habeat admallatum, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

II. Si verò Grafio invitatus contra legem ſuper debitum juſtum aliquid ampliùs tulerit, aut ſe redimat, aut de vita componat.

Titulus LIV. *De re præſtata.*

Si quis alteri de rebus ſuis aliquid præſtiterit, & ei reddere noluerit, ſic eum debet mallare. Cum teſtibus ad domum illius cui res præſtavit, accedat, & ſic con-

teſtetur ei: *Quia res meas noluiſti reddere, quas tibi præſtiti, in hoc eas tene nocte proxima quod lex Salica continet;* & ſic ei ſolem collocet. Si nec tunc voluerit reddere, adhuc ſuper ſeptem noctes ſimiliter conteſtetur, ſicut anteà fecit, ut nocte proximâ ſecundùm quod lex Salica continet, res ſuas tenere debeat. Quòd ſi nec tunc voluerit reddere, iterum poſt alias ſeptem noctes ad eum ſimiliter cum teſtibus veniat, & roget ut debitum ſuum reddat. Ergo ſi tunc noluerit reddere, nec fidem facere reddendi, ſuprà debitum quod ei præſtitum eſt, & ſuper illos novem ſolidos qui per tres admonitiones accreverunt, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

Titulus LV. *De manu ab æneo redimenda.*

I. Si quis ad æneum mallatus fuerit, & forſitan convenerit ut ille qui admallatus eſt manum ſuam redimat, & juratores donet, ſi talis cauſa eſt de qua legitimè, ſi convictus fuiſſet, ſexcentos denarios, qui faciunt ſolidos quindecim, componere debeat, tunc centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, manum ſuam redimat.

II. Si verò plus ad manum ſuam redimendam dederit, fredus Grafioni ſolvatur tamquam ſi de ipſa cauſa convictus fuiſſet.

III. Si verò talis cauſa fuerit de qua, ſi convictus fuiſſet, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, debuiſſet ſolvere, & convenit ut manum ſuam redimat & juratores donet, novem ſolidis manum ſuam redimat.

IV. Quòd ſi ampliùs dederit, fredus Grafioni ſolvatur tamquam ſi de ipſa cauſa convictus fuiſſet.

V. Quòd ſi major culpa fuerit, de qua ſexaginta duos ſolidos cum dimidio ſolvere, ſi convictus fuiſſet, deberet, & convenit ut manum ſuam redimat, cum ſolidis quindecim manum ſuam redimat.

VI. Et ſi ampliùs dederit, fredus Grafioni ſolvatur tamquam ſi de ipſa cauſa convictus fuiſſet. Iſta redemptio uſque ad leudem ſic permaneat.

VII. Si autem leudem alter alteri imputaverit, & eum ad æneum admallatum habet, & convenit ut manum ſuam redimat & juratores donet, cum ſolidis triginta manum ſuam redimat.

VIII. Et ſi amplius dederit, fredum Grafioni perſolvat tamquam ſi de ipſa cauſa convictus extitiſſet.

Titulus LVI. *De eo qui Grafionem occiderit.* Lex Salica.

I. Si quis Grafionem occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

II. Si quis Sagibaronem, qui puer Regis fuerat, occiderit, duodecim mille denariis, qui faciunt ſolidos trecentos, culpabilis judicetur.

III. Si quis Sagibaronem qui ingenuus eſt, & ſe Sagibaronem poſuit, occiderit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

IV. Sagibarones in ſingulis mallobergiis, id eſt, ubi plebs quæ ad unum mallum convenire ſolet, plus quàm tres eſſe non debent. Et ſi cauſa aliqua ante illos ſecundùm legem fuerit definita, antè Grafionem removere eam non licet.

Titulus LVII. *De corporibus expoliatis.*

I. Si quis corpus hominis mortui, antequam in terra mittatur, per furtum expoliaverit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si quis tumulum ſuper hominem mortuum expoliaverit vel diſſipaverit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Si quis ariſtatonem, hoc eſt, ſtapplum qui ſuper mortuum miſſus eſt, capulaverit, aut mandualem, quod eſt ea ſtructura, ſive ſelave, qui eſt ponticulus, ſicut more antiquorum faciendum fuit, qui hoc deſtruxerit, aut mortuum exinde expoliaverit, de unaquaque de iſtis ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis hominem mortuum ſuper alium in naufo vel in petra miſerit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

V. Si quis corpus jàm ſepultum effodierit aut expoliaverit, wargus ſit, hoc eſt, expulſus de eodem pago uſque dum cum parentibus defuncti convenerit ut & ipſi parentes rogati ſint pro eo ut liceat ei infra patriam eſſe. Et quicunque anteà panem aut hoſpitalitatem ei dederit, etiamſi uxor ejus hoc fecerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

VI. Auctor verò ſceleris hujus, ſi ipſe hoc fecit, & comprobatus fuerit, vel alium ad iſtud faciendum locaverit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

VII. Si quis domum in modum baſi-

Lex Salica. licæ factam ſuper hominem mortuum expoliaverit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

Titulus LVIII. *De incendio vel expoliatione Eccleſiæ, ſive homicidiis Clericorum.*

I. Si quis Eccleſiam ſanctificatam, vel ubi reliquiæ Sanctorum reconditæ ſunt, incenderit, vel infrà ipſa Eccleſia aliquam expoliationem de altari aut infrà Eccleſiam aliquid tulerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ

II. Si quis Diaconum interfecerit, duodecim mille denariis, qui faciunt ſolidos quadringentos, culpabilis judicetur.

III. Si quis Presbyterum interfecerit, viginti quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos ſexcentos, culpabilis judicetur.

Titulus LIX. *De eo qui ad mallum venire contempſerit.*

Si quis ad mallum venire contempſerit, & quod ei à Rachinburgiis judicatum fuerit, implere diſtulerit, ſi nec de compoſitione nec de ulla lege fidem facere voluerit, tunc ad Regis præſentiam ipſum mannire debet, & ibidem duodecim teſtes eſſe debent, qui per ſingula placita jurando dicant quòd ibidem fuiſſent ubi Rachinburgii ei judicaſſent, & ille decretum Judicum contempſiſſet. Iterùm alii tres jurare debent quòd ibidem fuiſſent poſt illam diem in qua ei Rachinburgii judicaverunt, ut aut per ſeneum aut per compoſitionem ſe educeret; hoc eſt, de illa die in quadraginta noctes in mallo iterùm ſolem culcaverit, & nullatenùs legem implere voluerit, tunc eum debet mannire ante Regis præſentiam in quatuordecim noctes; & tria teſtimonia jurando dicant quòd eum manniſſet. Quòd ſi nec tunc venerit, & iſta omnia novem teſtimonia conjurando quæ ſuperiùs diximus vera eſſe dixerint, ſimiliter ei iterùm ſolem culcet, & illos tres teſtes ibidem habeat. Ubi culcaverit ſolem, & iſta omnia compleverit, qui eum admallat, & ille qui admallatur, ad nullum placitum venire nec per legem ſe educere noluerit, tunc Rex ad quem mannitus eſt extra ſermonem ſuum eum eſſe dejudicet; & ita ille culpabilis & omnes res ſuæ erunt in fiſco, aut cui fiſcus dare voluerit. Et quicunque ei panem dederit, aut in hoſpitium collegerit, etiamſi uxor ejus propria ſit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur, donec omnia quæ ei legibus imputantur, ſecundùm legem componat.

Titulus LX. *De Rachinburgiis qui ſecundùm legem non judicant.*

I. Siquidem Rachinburgii in mallo reſidentes, cùm cauſa diſcuſſa fuerit inter duos cauſatores, admoniti ab eo qui cauſam requirit ut legem Salicam dicant, & ſi legem dicere noluerint, tunc ab eo qui cauſam requirit, ſint iterum admoniti uſque in tertia vice. Quòd ſi dicere noluerint, tunc dicat ille qui cauſam requirit: *Ego vos tangano uſque dum vos inter me & contra cauſatorem meum legem judicetis.* Et ſi tunc dicendi ſe legem diſtulerint, ſole culcato ſeptem de illis unuſquiſque centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur.

II. Et ſi adhuc tunc Rachinburgii deſpexerint, nec legem dicere voluerint, neque de tribus ſolidis compoſitionem facere, tunc unuſquiſque illorum ſeptem culcato ſole ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

III. Similiter ſi comprobati fuerint legem non judicaſſe, ſeptem ex eis unuſquiſque ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV Si autem Rachinburgii legem judicaverint, & cui judicatum fuerit hoc ſuſtinere noluerit, & dicit contra legem judicaſſe ſibi, & hoc comprobare non potuerit, contra unumquemque de ſeptem Rachinburgiis ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos xv, culpabilis judicetur.

Titulus LXI. *De chrenechruda.*

Si quis hominem occiderit, & in tota facultate ſua non habuerit unde totam legem implere valeat, duodecim juratores donet ut nec ſuper terram nec ſub terra ampliùs de facultate non habeat, niſi quod donatum habet. Poſteà intrare debet in caſam ſuam, & de quatuor angulis de terra illa in pugno ſuo colligere, & ſtare in durpilo, hoc eſt, in liminare, & intus captare, & cum ſiniſtra manu de illa terra ultra ſuas ſcapulas jactare ſuper quem proximiorem parentem habet. Quòd ſi jàm pater aut mater, vel frater, ſolverint, tunc ſuper ſororem matris aut ſuper ſuos filios debet illam terram jactare, id eſt, ſuper tres de generatione matris qui proximiores ſunt. Et poſteà in camiſia diſcinctus, & diſcalciatus, cum palo in manu ſuprà ſepem ſallire debet, ut pro medietate, quantùm de compoſitione diger eſt, aut quantùm lex dicat, illi tres ſolvant. Idem illi alii qui de paterna generatione

generatione veniunt, facere debent. Si verò aliquis ex illis pauperior fuerit, & non habet unde ad integrum debitum ſolvat, quicunque de illis amplius habet, iterum ſuper illum chrenechruda, ille qui pauperior eſt, jactet, & ille totam legem componat. Quòd ſi nec ipſe habuerit ut totam legem perſolvat, tunc illum qui homicidium fecit, ille qui eum in fide ſua habet, per quatuor mallos præſentem faciat. Et ſi eum nullus ſuorum per compoſitionem voluerit redimere, de vita componat.

Titulus LXII. *De alode.*

I. Si quis homo mortuus fuerit, & filios non dimiſerit, ſi pater aut mater ſuperfuerint, ipſi in hereditatem ſuccedant.

II. Si pater aut mater non ſuperfuerint, & fratres vel ſorores reliquerit, ipſe hereditatem obtineant.

III. Quòd ſi nec iſti fuerint, ſorores patris in hereditatem ejus ſuccedant.

IV. Si verò ſorores patris non extiterint, ſorores matris ejus hereditatem ſibi vindicent.

V. Si autem nulli horum fuerint, quicunque proximiores fuerint de paterna generatione, ipſi in hereditatem ſuccedant.

VI. De terra verò Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat, sed ad virilem sexum tota terræ hereditas perveniat.

Titulus LXIII. *De eo qui ſe de parentela tollere vult.*

I. Si quis ſe de parentela tollere voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet, & ibi quatuor fuſtes alninos ſuper caput ſuum frangat; & illas quatuor partes in mallo jactare debet, & ibi dicere ut & de juramento, & de hereditate, & de tota illorum ſe ratione tollat.

II. Et ſi poſteà aliquis de parentibus ſuis aut moritur aut occiditur, nihil ad eum de ejus hereditate vel de compoſitione pertineat.

III. Si autem ille occiditur aut moritur, compoſitio aut hereditas ejus non ad heredes ejus, ſed ad fiſcum pertineat, aut cui fiſcus dare voluerit.

Titulus LXIV. *De charoena.*

I. Si quis alteri de manu aliquid per vim tulerit aut rapuerit, rem pro capitali reſtituat, & inſuper mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos xxx, culpabilis judicetur.

II. Si quis homini aliquid quod ei in tertia manu miſſum fuerat, per vim tuliſſe convincitur, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos xxx, culpabilis judicetur.

Titulus LXV. *De compoſitione homicidii.*

I. Si alicujus pater occiſus fuerit, medietatem compoſitionis filii colligant, & aliam medietatem parentes qui proximiores fuerint, tam de paterna quàm de materna generatione, dividant.

II. Quòd ſi de una parte, vel paterna, vel materna, nullus proximus fuerit, portio illa ad fiſcum perveniat, vel cui fiſcus conceſſerit.

Titulus LXVI. *De homine in hoſte occiſo.*

I. Si quis hominem in hoſte occiderit, triplici compoſitione componat, ſicut in patria componere debuit; excepto ſi ex truſte regali non fuerit ille homo.

II. Nam ſi ex truſte regali fuerit, eâdem compoſitione quam infrà patriam facere debuit, culpabilis judicetur, hoc ſunt denariis ſeptuaginta duobus mille, qui faciunt ſolidos mille octingentos.

Titulus LXVII. *De eo qui alterum hereburgium clamaverit.*

I. Si quis alterum hereburgium clamaverit, hoc eſt, ſtrioportium, aut qui æneum portare dicitur ubi ſtriæ concinunt, & convincere non potuerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

II. Si quis mulierem ingenuam ſtriam clamaverit aut meretricem, & convincere non potuerit, ſeptem mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos centum octuaginta ſeptem cum dimidio, culpabilis judicetur.

III. Si ſtria hominem comederit, & convicta fuerit, octo mille denariis, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

Titulus LXVIII. *De caballo excoriato.*

I. Si quis caballum alienum ſine conſenſu poſſeſſoris decorticaverit, & interrogatus, fuerit confeſſus, caballum ipſum in capite reſtituat.

II. Si verò negaverit & convictus fuerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, excepto capitale & delaturâ, culpabilis judicetur.

Titulus LXIX. *De eo qui hominem de bargo vel de furca dimiſerit.*

I. Si quis hominem de bargo vel de furca ſine voluntate Judicis dimiſerit, mille octingentis denariis, qui faciunt ſolidos quadraginta quinque, culpabilis judicetur.

II. Si quis hominem ſine conſenſu Judi-

LEX SALICA.

cis de ramo ubi incrocatus eſt deponere præſumpſerit, mille ducentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta, culpabilis judicetur.

III. Si quis caput hominis, quod inimicus ſuus in palo miſerit, ſine permiſſu Judicis aut illius qui eum ibi poſuit, tollere præſumpſerit, ſexcentis denariis, qui faciunt ſolidos quindecim, culpabilis judicetur.

IV. Si quis vivum hominem de furca dimiſerit, quatuor mille denariis, qui faciunt ſolidos centum, culpabilis judicetur.

TITULUS LXX. *De eo qui filiam alienam quæſierit, & ſe retraxerit.*

Si quis filiam alienam ad conjugium quæſierit præſentibus ſuis & puellæ parentibus, & poſteà ſe retraxerit, & eam accipere noluerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

TITULUS LXXI. *De terra condemnata.*

Si quis terram alienam condemnaverit, & ei fuerit adprobatum, bis mille quingentis denariis, qui faciunt ſolidos ſexaginta duos cum dimidio, culpabilis judicetur.

In Codice Mazarino bibliothecæ regiæ ſequens titulus additur in fine Legis Salicæ.

TITULUS LXXII. *De invitu ſtricto.*

I. Si quis pitto alterius excuſſerit invitu ſtricto, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis judicetur. *Vide* Notas ad pag. 12. infrà tom. 2. p. 989.

II. Si verò contra voluntatem domini, & negare voluerit, & ei fuerit adprobatum, capitale reſtituat, & inſuper mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur.

EXPLICIT LEX SALICA.

RECAPITULATIO SOLIDORUM.

SCIENDUM eſt quòd in quibuſdam libellis Legis Salicæ inveniuntur capitula principalia ſexaginta quinque, in quibuſdam verò ſeptuaginta, in quibuſdam etiam paulò plus, aut paulò minùs. Continentur alia capitula in quibuſdam codicibus CCCLVIII, in quibuſdam verò plus minuſve. Habent etiam ſpecies in quibuſdam libellis viginti ſeptem, in quibuſdam verò minùs vel paulò plus.

Inquirendum eſt compoſitionis legis Salicæ quot varietates, & quem numerum perminimum, quem verò permaximum habeant diviſionis. Compoſitiones ſunt CCCLVIII, varietates XXXI.

I. Incipit autem à ſeptem denariis, ut ſi quis agnum furaverit.

II. Inde ad decem, ut ſi quis alterius meſſem damnaverit.

III. Inde ad ſolidum unum, ut ſi quis porcellum, qui ſine matre vivere poteſt, foràs domum furaverit.

IV. Inde ad ſolidum unum & tremiſſem, ut ſi quis alterius ſervum cædit.

V. Inde ad ſolidos tres, ut ſi quis tres capras furaverit. Hæc compoſitio trium ſolidorum in quadraginta tribus locis legis Salicæ habetur.

VI. Inde ad ſolidos tres & denarium unum, ut ſi quis viduam in conjugium voluerit ſociare.

VII. Inde ad ſolidos quinque. Hi ſunt qui in raptu ſecundùm legem componunt. Hæc compoſitio in duobus locis habetur.

VIII. Inde ad ſolidos ſex pro redemptione ſervi ut non caſtretur. Hæc compoſitio ſex ſolidorum in quinque locis habetur.

IX. Inde ad ſolidos ſeptem & dimidium, ut ſi quis ſcrofam alterius ſubbattit ut porcellos non habeat.

X. Inde ad ſolidos novem, ut ſi quis alterum clauſo pugno percuſſerit. Hæc compoſitio novem ſolidorum in tribus locis habetur.

XI. Inde ad ſolidos duodecim & dimidium, ut ſi quis ſervum miniſterialem in mortis periculum immiſerit, & eum Deus liberaverit.

XII. Inde ad ſolidos quindecim, ut ſi quis ſponſam alterius tulerit. Hæc compoſitio quindecim ſolidorum in nonaginta & tribus locis habetur.

XIII. Inde ad ſolidos ſeptemdecim & dimidium, ut ſi quis alterius verrem furaverit. Hæc compoſitio ſeptemdecim ſolidorum cum dimidio in tribus locis habetur.

XIV. Inde ad ſolidos viginti duos & dimidium, ut ſi quis tributarium Romanum in pelagus impinxerit.

XV. Inde ad ſolidos viginti quinque,

ut ſi quis ſervum miniſterialem occiderit. Hæc compoſitio in duobus locis habetur.

XVI. Inde ad ſolidos triginta, ut ſi quis alterius ancillam furaverit. Hæc compoſitio triginta ſolidorum in viginti ſex locis habetur.

XVII. Inde ad ſolidos triginta quinque, ut ſi quis ſervum alterius furaverit. Hæc compoſitio triginta quinque ſolidorum in viginti octo locis habetur.

XVIII. Inde ad ſolidos quadraginta quinque, ut ſi quis waranionem furaverit. Hæc compoſitio quadraginta quinque ſolidorum in triginta ſex locis habetur.

XIX. Inde ad ſolidos quinquaginta, ut ſi quis Romanum in pelagus impinxerit.

XX. Inde ad ſolidos ſexaginta duos & dimidium, ut ſi quis hominem percutere voluerit cum gladio, & eum non tetigerit. Hæc compoſitio ſexaginta duorum ſolidorum cum dimidio in quadraginta locis habetur.

XXI. Inde ad ſolidos ſeptuaginta, ut ſi quis ſervum aut ancillam miniſterialem furaverit.

XXII. Inde ad ſolidos ſeptuaginta quinque, ut ſi quis ſervum miniſterialem in hoſte occiderit.

XXIII. Inde ad ſolidos nonaginta, ut ſi quis waranionem Regis furaverit. Hæc compoſitio nonaginta ſolidorum in tribus locis habetur. LEX SALICA.

XXIV. Inde ad ſolidos centum, ut ſi quis Romanum occiderit. Hæc compoſitio centum ſolidorum in viginti quatuor locis habetur.

XXV. Inde ad ſolidos centum octuaginta ſeptem & dimidium, ut ſi quis mulierem ſtriam vel meretricem clamaverit.

XXVI. Inde ad ſolidos ducentos, ut ſi quis hominem ingenuum occiderit. Hæc compoſitio ducentorum ſolidorum in ſeptemdecim locis habetur.

XXVII. Inde ad ſolidos trecentos, ut ſi quis lidum alienum in hoſte occiderit. Hæc compoſitio trecentorum ſolidorum in duobus locis habetur.

XXVIII. Inde ad ſolidos ſexcentos, ut ſi quis hominem ingenuum in hoſte occiderit. Hæc compoſitio ſexcentorum ſolidorum in quatuordecim locis habetur.

XXIX. Inde ad ſolidos ſeptingentos, ut ſi quis mulierem habentem in utero parvulum occiderit.

XXX. Inde ad ſolidos nongentos, ut ſi quis Romanum vel lidum in truſte dominica * occiderit. * *Lindenbr.* in curte Domini.

XXXI. Inde ad ſolidos mille octingentos, ut ſi quis hominem in truſte dominica occiderit & in puteum jactaverit. Hæc compoſitio mille octingentorum ſolidorum in duobus locis habetur.

INCIPIUNT SENTENTIÆ DE SEPTEM SEPTENIS, hoc ſunt pariculas * cauſas.

* *Vid.* Notas infrà, tom. 2. p. 1049.

I. SI quis baſilicam incenderit, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Titulo* LVIII. *cap.* 1.

II. Si quis Francus Francum occiderit, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit.* XLIII. *cap.* 1.

III. Si quis villam alienam adſallierit & ibidem oſtia fregerit, & canes occiderit, & homines plagaverit, vel aliquid exinde in carro duxerit, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit.* XVI. cap. 3.

IV. Si quis alicui herbas dederit bibere unde moriatur, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit.* XXI. *cap.* 1.

V. Si quis uxorem alienam tulerit vivo marito, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit.* XIV. *cap.* 12.

VI. Si quis hominem mortuum effodierit & expoliaverit, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit.* XVII. *cap.* 2.

VII. Si quis Francus Francum vendiderit, ſolidis ducentis culpabilis judicetur. *Tit.* XII. *cap.* 4.

CAPITULARE INTERROGATIONIS AD EPISCOPOS, DE PRESBYTERIS CRIMINOSIS.

Certum est Karolum Magnum multùm laboraſſe ut quietam ac tranquillam vitam procuraret populis ſibi ſubjectis, præcipuè verò viris eccleſiaſticis, ac propterea omni ſtudio in id incubuiſſe ut vitam eorum moreſque ad optimum exemplar componeret. Duæ in primis res animum ejus valdè occupârunt, quid agendum foret de Presbyteris criminoſis non convictis neque confeſſis, & quid Chorepiſcopis liceret, quidve non liceret. Ea de cauſa Arnonem, Archiepiſcopum Juvavenſem, & alios quoſdam miſit ad Leonem III, Pontificem Romanum, anno DCCXCIX *aut circiter, ut ejus reſponſis edoctus, rei finem imponeret quæ tum multùm habebat difficultatis ac laboris. Interim regni ſui Epiſcopos per litteras admonuit legationis à ſe Romam miſſæ, ut & ipſi ſeriò cogitarent quid fieri deberet, ac poſteà in commune conſulerent coràm Imperatore. Epiſtola ejus miſſa ad Epiſcopos non extat integra. Supereſt tantùm ea pars in qua agitur de Presbyteris criminoſis, relata in libro* V *Capitularium, cap.* XXXV; *& apud Hincmarum in epiſtola* XLVIII, *cap.* I.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ IMPERATORIÆ.

Capitular. lib. 5. c. 35. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 337.

ET hoc vobiſcum magno ſtudio pertractandum eſt, quid de illis Preſbyteris unde approbatio non eſt, & ſemper negant, faciendum ſit. Nam hoc ſæpiſſimè à nobis & Progenitoribus atque Anteceſſoribus noſtris ventilatum eſt, ſed non ad liquidum hactenùs definitum. Unde ad conſulendum Patrem noſtrum Leonem Papam Sacerdotes noſtros mittimus. Et quicquid ab eo vel à ſuis perceperimus, vobis, unà cum illis quos mittimus, renuntiare non tardabimus. Vos interdum viciſſim tractate adtentiùs quid ex his vobiſcum conſtituamus unà cum prædicti ſancti Patris inſtitutionibus; ut murmur ceſſet populi, & nos his ſatisfacientes, inlæſi, Domino auxiliante, ab utriſque maneamus.

CAPITULA DATA POST REDITUM LEGATORUM A SEDE APOSTOLICA.

De Chorepiſcopis, ne deinceps fiant.

Capitular. lib. 6. cap 121. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. p. 241.

I. PLACUIT ne Chorepiſcopi à quibuſdam deinceps fiant; quoniam hactenus à neſcientibus ſanctorum patrum & maximè Apoſtolicorum decretis, ſuiſque quietibus ac delectationibus inhærentes, facti ſunt. Idcircò & olim perſæpè, & noſtro à ſancta apoſtolica ſede tempore ſunt prohibiti, & ne deinceps à quoquam tam ordinante quàm ordinari cupiente talis præſumptio aſſumatur, à cunctis noſtri regni Epiſcopis eſt in ſynodo canonice prohibitum.

Ut ſi Chorepiſcopi aliquam conſecrationem aut confirmationem fecerint, ab Epiſcopis canonicè reformentur.

Capitular. lib. 6. cap. 365.

II. Hominum confirmatio, Eccleſia-

rum, altarium, virginum, chriſmatum, Preſbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum conſecrationes à Chorepiſcopis factæ, ab Epiſcopis qui canonicè ordinati ſunt reformandæ canonicèque ſunt peragendæ, quia Chorepiſcopi hæc contingere non debuerunt nec agere potuerunt; non enim ea tribuere valuerunt quæ non habuerunt. Nequaquam enim talis ordinatio vel conſecratio reiteratio eſſe à prudentibus & rectè ſapientibus videtur, ſed irrita indubitanter fore agnoſcitur. Si quis autem Chorepiſcoporum aliquid ex prædictis agere tentaverit, non acta, ſed imperfecta atque irrita erunt, & ipſe omni eccleſiaſtico irrevocabiliter careat gradu.

De Presbyteris & Miniſtris Eccleſiæ, ut à ſuis, & non ab aliis Epiſcopis, chriſma petant vel accipiant.

Capitular. lib. 7. cap. 394.

III. In ſingulis Epiſcoporum parochiis Preſbyteri eorumque miniſtri non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuis propriis, chriſma petant vel accipiant. Nec alio unquam tempore, juxta ſacros canones vel ſecundùm morem Romanum, niſi in cœna Domini ſanctum chriſma conficiatur. Quibus etiam diebus Preſbyteris vel eorum miniſtris canonicè diſpenſandum eſt, ſed non aliis tradendum, niſi ſolummodò Preſbyteris vel Diaconibus aut Subdiaconibus bene fidelibus. Indignum enim eſt ut alii illud ſuſcipiant, niſi illi qui hoc in tradendo uſuri ſunt.

De Chorepiſcoporum caſſanda ſuperſtitione.

IV. Similiter & hoc ſtatutum eſt, ut à Chorepiſcopis, qui juxta ſanctorum decreta locum ſeptuaginta Diſcipulorum, id eſt Preſbyterorum, tenent, vel ab ipſis Preſbyteris nec virginum conſecratio, nec Sancti Spiritûs traditio, nec Eccleſiarum vel altarium conſecratio, vel illa quæ ſolis Epiſcopis debentur, fiat. Nam ſi à duobus Epiſcopis Epiſcopus non poteſt conſecrari, quomodò ille Epiſcopus erit, aut aliquid de epiſcopali miniſterio, niſi quantùm Preſbyter, cujus locum in Eccleſia tenet, agere poterit? Omnia ergo quæ iſti præſumptioſi de epiſcopali miniſterio egerunt, irrita eſſe comprobantur & effectu carere, atque per omnia tam ab apoſtolica ſede quàm & omnium Epiſcoporum decreto irrita eſſe, & potiùs nocumenta quàm aliqua adjumenta ſunt judicata, ac ſæpius interdicta. Ideoque ne fiant ſub anathematis vinculo interdicimus, atque qui ab eis ſunt polluti potiùs quàm ſanctificati, in meliorem ſtatum canonicè, id eſt, à tribus ordinatis Epiſcopis ut reformentur jubemus; quia reformatio non eſt iteratio, ſed eccleſiaſtica & canonica perfectio.

De his qui à Chorepiſcopo confirmati ſunt.

Capitular. lib. 7. cap. 402.

V. Si quis ab Epiſcopo, & non à Chorepiſcopo, qui non Epiſcopus, ſed Vicarius Epiſcopi, priuſquàm prohibiti eſſent, & erant & dicebantur, fuerit confirmatus, reiterari talis confirmatio non debet. Nam Chorepiſcopi ante apoſtolicam atque ſynodalem prohibitionem [non ex numero LXX. Diſcipulorum *], ut ſacri canones teſtantur, ordine erant, quos nunquam Spiritum paraclitum tradidiſſe novimus. Sed quia olim, ut dictum eſt, jamdicti Chorepiſcopi prohibiti ſunt, ideò modò nihil ſunt, nec Spiritum paraclitum ullo unquam tempore tradere non potuerunt, nec modò poſſunt. Quapropter non apparet iteratum quod olim canonicè non agnoſcitur patratum.

* *Legendum* non ex numero Apoſtolorum, ſed ex ſeptuaginta Diſcipulorum, &c.

EDICTUM DOMINICUM

DE HONORE ET ADJUTORIO EPISCOPIS PRÆSTANDO à Comitibus & aliis Judicibus,

Datum circà annum Chriſti DCCC.

Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 146. & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 120. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 232. Buſæus ad calcem Ep. Hincmari, pag. 510.

Karolus, gratiâ Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, dilectis Comitibus ſeu Judicibus & Vaſſis noſtris, Vicariis, Centenariis, vel omnibus Miſſis noſtris & Agentibus. Cognoſcat utilitas veſtra quia reſonuit in auribus noſtris quorumdam præſumptio non modica, quòd non ita obtemperetis Pontificibus noſtris ſeu Sacerdotibus quemadmodùm canonum & legum continet auctoritas, ita ut Preſbyteros neſcio quâ temeritate præſentari Epiſcopis denegetis, inſuper & aliorum Clericos uſurpare non pertimeſcatis, & abſque conſenſu Epiſcopi in veſtras Eccleſias mittere audeatis; necnon & in veſtris

miniſteriis Pontifices noſtros talem poteſtatem habere non permittatis, qualem rectitudo eccleſiaſtica docet. Inſuper nonas & decimas, vel cenſus, improbâ cupiditate de Eccleſiis unde ipſa beneficia ſunt abſtrahere nitimini, & precarias de ipſis rebus, ſicut à nobis dudum in noſtro Capitulare inſtitutum eſt, accipere negligitis, & ipſam ſanctam Dei Eccleſiam unà cum ipſis Epiſcopis vel Abbatibus emendare juxta vires veſtras denegatis. Quapropter nos unà cum conſenſu Epiſcoporum noſtrorum, Abbatum, necnon & aliorum Sacerdotum, hæc inſtituta partibus veſtris direximus. Præcipientes enim jubemus ut nullus quilibet ex fidelibus noſtris, à minimo uſque ad maximum, in his quæ ad Deum pertinent Epiſcopo ſuo inobediens parere audeat de ſuprædictis capitulis, ſeu aliis eruditionibus ad illorum miniſterium pertinentibus; ſed cum bona voluntate & omni manſuetudine ſubjectionis unuſquiſque Sacerdoti ſuo propter Deum & pacis ſtudium obtemperare ſtudeat. Si quis autem, quod abſit, unus ex vobis ullus de nonis & decimis cenſibuſque reddendis, atque precariis renovandis, neglegens apparuerit, & importunus Epiſcopis noſtris de his quæ ad miniſterium illorum pertinere noſcuntur, vel ſicut in Capitulare dudum à nobis facto continetur, contradicere præſumpſerit, ſciat ſe procul dubio, niſi ſe citò correxerit, in conſpectu noſtro exinde dicere rationem. Et ut has litteras certiùs credatis, de anulo noſtro ſubter eas decrevimus roborare.

Capitulare anni 779. c. 13. Capitulare Francof. c. 25.

CAPITULARE
DE VILLIS KAROLI MAGNI,

Datum per annos regni illius, id eſt, antequàm fieret Imperator.

Incipit Capitulare de villis & curtis Imperatoris.

I. VOLUMUS ut villæ noſtræ, quas ad opus noſtrum ſerviendum inſtitutas habemus, ſub integritate partibus noſtris deſerviant & non aliis hominibus.

II. Ut familia noſtra bene conſervata ſit, & à nemine in paupertate miſſa.

III. Ut non præſumant Judices noſtram familiam in eorum ſervitium ponere. Non corvadas, non materiam cædere, nec aliud opus ſibi facere cogant. Et neque ulla dona ab ipſis accipiant, non caballum, non bovem, non vaccam, non porcum, non vervecem, non porcellum, non agnellum, nec aliam cauſam, niſi buticulas & ortum, poma, pullos, & ova.

IV. Si familia noſtra partibus noſtris aliquam fecerit fraudem de latrocinio aut alio neglecto, illud in caput componat; de reliquo verò pro lege recipiat diſciplinam vapulando; niſi tantùm pro homicidio & incendio, unde feida exire poteſt. Ad reliquos autem homines juſtitiam eorum, qualem habuerint, reddere ſtudeant, ſicut lex eſt. Pro feida verò noſtra, ut diximus, familia vapuletur. Franci autem qui in fiſcis aut villis noſtris commanent, quicquid commiſerint, ſecundùm legem eorum emendare ſtudeant; & quod pro feida dederint, ad opus noſtrum veniat, id eſt, in peculio aut in alio pretio.

V Quando Judices noſtri labores noſtros facere debent, ſeminare, aut arare, meſſes colligere, fœnum ſecare, aut vindemiare, unuſquiſque in tempore laboris ad unumquemque locum provideat ac inſtituere faciat quomodò factum ſit, ut bene ſalva ſint. Si intrà patriam non fuerit, aut in quali loco Judex venire non potuerit, Miſſum bonum de familiâ noſtra aut alium hominem bene creditum cauſas noſtras ad providendum dirigat, qualiter ad perfectum veniant; & Judex diligenter provideat ut fidelem hominem tranſmittat ad hanc cauſam providendam.

VI. Volumus ut Judices decimam ex omni conlaboratu pleniter donent ad Eccleſias quæ ſunt in noſtris fiſcis, & ad alterius Eccleſiam noſtra decima data non fiat, niſi ubi antiquitùs inſtitutum fuit. Et non alii Clerici habeant ipſas Eccleſias,

niſi noſtri, aut de familia aut de capella noſtra.

VII. Ut unuſquiſque Judex ſuum ſervitium pleniter perficiat, ſicut ei fuerit denuntiatum. Et ſi neceſſitas evenerit quòd plus ſervire debeat, tunc computare faciat ſi ſervitium debeat multiplicare in noctes.

VIII. Ut Judices noſtri vineas recipiant noſtras quæ de eorum ſunt miniſterio, & bene eas faciant, & ipſum vinum in bona mittant vaſcula, & diligenter providere faciant quòd nullo modo naufragium ſit. Aliunde vinum peculiare comparando emere faciant, unde ad villas dominicas condirigere poſſint. Et quandoquidem plus de ipſo vino comparatum fuerit quàm ad villas noſtras condirigendum mitti opus ſit, nobis innoteſcat, ut nos commendemus qualiter noſtra fuerit exinde voluntas. Cippaticos etiam de vineis noſtris ad opus noſtrum mittere faciant. Cenſa de villis noſtris quæ vinum debent, in cellaria noſtra mittant.

IX. Volumus ut unuſquiſque Judex in ſuo miniſterio menſuram modiorum, ſextariorum, & ſiculas per ſextaria octo, & corborum eò tenere habeat ſicut & in palatio habemus.

X. Ut majores noſtri & foreſtarii, poledrarii, cellularii, decani, telonarii, & cæteri miniſteriales ea faciant, & ſogales donent de manſis eorum: pro manuopera verò eorum miniſteria bene provideant. Et qualiſcunque major habuerit beneficium, ſuum Vicarium mittere faciat, qualiter & manuopera & cæterum ſervitium pro eo adimplere debeat.

XI. Ut nullus Judex manſionaticos ad ſuum opus, nec ad ſuos canes, ſuper homines noſtros atque in foreſtos nullatenùs prendat.

XII. Ut nullus Judex obſidem noſtrum in villa noſtra commendare faciat.

XIII. Ut equos emiſſarios, id eſt, waraniones, bene provideant, & nullatenùs eos in uno loco diù ſtare permittant, ne fortè per hoc pereant. Et ſi aliquis talis, qui bonus non ſit, aut veteranus ſit ***. Si verò mortuus fuerit, nobis nuntiare faciant tempore congruo, antequam tempus veniat ut inter jumenta mitti debeat.

XIV. Ut jumenta noſtra bene cuſtodiant, & poledros ad tempus ſegregent. Et ſi pultrellæ multiplicatæ fuerint, ſeparatæ fiant; & gregem per ſe exinde adunare faciant.

XV. Ut poledri noſtri Miſſa ſancti Martini hyemale ad palatium omnimodis habeant.

XVI. Volumus ut quicquid nos aut Regina unicuique Judici ordinaverimus, aut miniſteriales noſtri Sineſcalcus & Buticularius de verbo noſtro aut Reginæ ipſis Judicibus ordinaverint, ad eorundem placitum, ſicut eis inſtitutum fuerit, impletum habeant. Et quicunque per negligentiam dimiſerit, à potu ſe abſtineat, poſtquam ei nuntiatum fuerit, uſque dum in præſentia noſtra aut Reginæ veniat, & à nobis licentiam quærat abſolvendi. Et ſi Judex in exercitu aut in wacta ſeu in ambaſiato vel aliubi fuerit, & junioribus ejus aliquid ordinatum fuerit, & non compleverint, tunc ipſi pedeſtres ad palatium veniant, & à potu & carne ſe abſtineant; interim quidem rationes deducant propter quod hoc dimiſerunt, & tunc recipiant ſententiam aut in dorſo aut quomodò nobis vel Reginæ placuerit.

XVII. Quantaſcunque villas unuſquiſque in miniſterio habuerit, tantos habeat deputatos homines qui apes ad opus noſtrum provideant.

XVIII. Ut ad farinarias noſtras pullos & aucas habeant juxta qualitatem farinariæ, vel quantùm meliùs potuerint.

XIX. Ad ſcuras noſtras in villis capitaneis pullos habeant non minùs centum, & aucas non minùs triginta. Ad manſionales verò pullos habeant non minùs quinquaginta, aucas non minùs quàm xij.

XX. Unuſquiſque Judex fructa ſemper abundanter faciant omni anno ad curtem venire; excepto **** viſitationes eorum per vices tres aut quatuor, ſeu ampliùs.

XXI. Vivarios in curtis noſtris unuſquiſque Judex ubi anteà fuerunt habeat; & ſi augeri poteſt, augeat. Et ubi antè non fuerint, & modò eſſe poſſunt, noviter fiant.

XXII. Coronas de racemis, qui vineas habuerint, non minùs tres aut quatuor habeant.

XXIII. In unaquaque villa noſtra habeant Judices vaccaritias, porcaritias, berbicaritias, capraritias, hircaritias, quantùm plus potuerint, & nullatenùs ſine hoc eſſe debent. Et inſuper habeant vaccas ad illorum ſervitium perficiendum commendaras per ſervos noſtros; qualiter pro ſer-

vitio ad dominicum opus vaccaritiæ & carrucæ nullo modo minoratæ ſint. Et habeant quando ſervierint ad canes dandum, boves cloppos non languidos, & vaccas ſive caballos non ſcabioſos, aut alia pecora non languida. Et, ut diximus, per hoc vaccaritias & carrucas non minorent.

XXIV. Quicquid ad diſcum noſtrum dare debent, unuſquiſque Judex in ſua habeat plebeio, qualiter bona & optima atque bene ſtudioſè & nitidè omnia ſint compoſita quicquid dederint. Et unuſquiſque Judex habeat de annona paſtos per ſingulos dies ad ſuum ſervitium, ad menſam noſtram quando ſervierit. Et reliqua diſpenſa ſimiliter in omnibus bona ſit, tam farina, quàm & peculium.

XXV. De paſtione autem Kal. Septemb. indicare faciant, ſi fuerit, an non.

XXVI. Majores verò ampliùs in miniſterio non habeant niſi quantùm in una die circumire aut providere potuerint.

XXVII. Caſæ noſtræ indeſinenter foca & wactas habeant, ita ut ſalvæ ſint. Et quando Miſſi vel legatio ad palatium veniunt vel redeunt, nullo modo in curtes dominicas manſionaticas prendant, niſi ſpecialiter juſſio noſtra aut Reginæ fuerit. Et Comes de ſuo miniſterio, vel homines illi qui antiquitùs conſueti fuerunt Miſſos aut legationes ſoniare, ita & modò inantea & de parveridis, & omnia eis neceſſaria, ſolito more ſoniare faciant, qualiter bene & honorificè ad palatium venire vel redire poſſint.

XXVIII. Volumus ut per annos ſingulos intra Quadrageſima, Dominica in palmis, quæ Oſanna dicitur, juxta ordinationem noſtram argentum de noſtro laboratu, poſtquam cognoverimus de præſenti anno quanta ſit noſtra laboratio, deferre ſtudeant.

XXIX. De clamatoribus ex hominibus noſtris unuſquiſque Judex provideat, ut non ſit eis neceſſe venire & ad nos proclamare; & dies, quos ſervire debent, per neglegentiam non dimittat perdere. Et ſi habuerit ſervus noſter forinſecùs juſtitias ad quærendum, magiſter ejus cum omni intentione decertet pro ejus juſtitia. Si aliquo loco minimè eam accipere valuerit, tamen ipſi ſervo noſtro pro hoc fatigare non permittat, ſed magiſter ejus per ſemetipſum aut ſuum Miſſum hoc nobis notum facere ſtudeat.

XXX. Volumus unde ſervire debent ad opus noſtrum, ex omni conlaboratu eorum ſervitium ſegregare faciant; & unde carra in hoſtem carrigari debent, ſimiliter ſegregentur tam per domos quàm & per paſtores, & ſciant quantùm ad hoc mittunt.

XXXI. Ut hoc ad perveredarios vel gentias dare debent, ſimili modo unoquoque anno ſeparare faciant, & tempore opportuno pleniter donent, & nobis dicere ſciant qualiter inde faciunt vel unde exit.

XXXII. Ut unuſquiſque Judex provideat quomodo ſementem bonam & optimam ſemper de comparatu vel aliunde habeat.

XXXIII. Poſt iſta omnia ſegregata & ſeminata atque pacta, quicquid reliquum fuerit exinde de omni conlaboratu uſque ad verbum noſtrum ſalvetur, quatenùs ſecundùm juſſionem noſtram aut venundetur aut reſervetur.

XXXIV. Omninò providendum eſt cum omni diligentia ut quicquid manibus laboraverint aut fecerint, id eſt, lardum, ſiccum, ſulcia, niuſaltus, vinum, acetum, moratum, vinum coctum, garum, ſynapi, formaticum, butyrum, bracios, cervilias, medum, mel, ceram, farinam, omnia cùm ſummo nitore ſint facta & parata.

XXXV. Volumus ut de verbecibus craſſis ſoccia fiat, ſicut & de porcis; & inſuper habeant boves ſaginatos in unaquaque villa non minùs quàm duos, aut ibidem ad ſocciandum aut ad nos deducendum.

XXXVI. Ut ſylvæ vel foreſtes noſtræ bene ſint cuſtoditæ; & ubi locus fuerit ad ſtirpandum, ſtirpare faciant, & campos de ſylva increſcere non permittant. Et ubi ſylvæ debent eſſe, non eas permittant nimis capulare atque damnare. Et feramina noſtra intra foreſtes bene cuſtodiant. Similiter accipitres & ſpervarios ad noſtrum profectum provideant; & cenſa noſtra exinde diligenter exactent. Et Judices, ſi eorum porcos ad ſaginandum in ſylvam noſtram miſerint, vel majores noſtri, aut homines illorum, ipſi primi illam decimam donent ad exemplum bonum perferendum, qualiter poſtmodùm cæteri homines illorum decimam pleniter perſolvant.

XXXVII. Ut campos & culturas noſtras bene componant, & prata noſtra ad tempus cuſtodiant.

XXXVIII. Ut aucas paſtas & pullos paſtos ad opus noſtrum ſemper, quando ſervire

ſervire debent, aut ad nos tranſmittere, ſufficienter habeant.

XXXIX. Volumus ut pullos & ova, quos ſervientes vel manſuarii reddunt, per ſingulos annos recipere debeant; & quando non ſervierint, ipſos venundare faciant.

XL. Ut unuſquiſque Judex per villas noſtras ſingulares etlehas, pavones, faſianos, eneras, columbas, perdices, turtures, pro dignitatis cauſa omnimodis ſemper habeant.

XLI. Ut ædificia intra curtes noſtras, vel ſepes in circuitu, bene ſint cuſtodita. Et ſtabula atque coquinæ, & piſtrina, ſeu torcularia, ſtudiosè præparata ſiant; quatenùs ibidem condignè Miniſteriales noſtri officia eorum bene nitidè peragere poſſint.

XLII. Ut unaquæque villa intra cameram lectaria, culcitas, plumatias, batlinias, drappos, ad diſcum bancales, vaſa ærea, plumbea, ferrea, lignea, andedos, catenas, cramaculos, delaturas, ſecures, id eſt, cuniadas, terebras, id eſt, caradros, ſcalpros, vel omnia utenſilia ibidem habeant, ita ut non ſit neceſſe aliubi hoc quærere aut commodare. Et ferramenta quæ in hoſtem ducunt, in eorum habeant plebio, qualiter bonæ ſint. Et iterum, quando revertuntur, in camera mittantur.

XLIII. Ad genitia noſtra, ſicut inſtitutum eſt, opera ad tempus dare faciant, id eſt, linum, lanam, waiſda, vermicula, warentia, pectines, laminas, cardones, ſaponem, unctum, vaſcula, & reliqua minutia quæ ibidem neceſſaria ſunt.

XLIV. De quadrageſimali duæ partes ad ſectam *** de leguminibus quoquè, & de piſcato, ſeu formatico, butyro, melle, ſinape, acero, milio, panicio, herbulas ſiccas vel virides, radices, napos inſuper, & cæcoram, ma ſec. vel ſaponem, atque cætera minutia. Et quod reliquum fuerit, nobis per brevem, ſicut ſuprà diximus, innoteſcant; & nullatenùs hoc prætermittant, ſicut uſque nunc fecerunt; quia per illas duas partes volumus cognoſcere de illa tertia quæ remanſit.

XLV. Ut unuſquiſque Judex in ſuo miniſterio bonos habeat artifices, id eſt, fabros ferrarios, & aurifices, vel argentarios, ſutores, tornatores, carpentarios, ſcutatores, precatores, accipitares, id eſt, aucellatores, ſaponarios, ſiceratores, id eſt, qui cerviſiam vel pomatium ſive piratium vel aliud quodcunque liquamen ad bibendum aptum fuerit, facere ſciant; piſtores qui ſimilas ad opus noſtrum faciant, retiatores qui retia facere bene ſciant tam ad venandum, necnon & reliquos miniſteriales quos ad numerandum longum eſt.

Vide Reineſii Epiſt. ad Daumium, pag. 69.

XLVI. Ut lucos noſtros, quos vulgus brogilos vocat, & ad tempus ſemper emendent, & nullatenùs exſpectent ut neceſſe ſit à novo reædificare. Similiter faciant & de omni ædificio.

XLVII. Ut venatores noſtri, & falconarii, vel reliqui miniſteriales, qui nobis in palatio aſſiduè deſerviunt, conſilium in villis noſtris habeant ſecundùm quod nos aut Regina per litteras jufſerimus, quando ad aliquam utilitatem eos miſerimus, aut Siniſcalcus & Buticularius de noſtro verbo eis aliquid facere præceperint.

XLVIII. Ut torcularia in villis noſtris bene ſint præparata. Et hoc prævideant Judices, ut vindemia noſtra nullus pedibus premere præſumat, ſed omnia nitida & honeſta ſint.

XLIX. Ut genitia noſtra bene ſint ordinata, id eſt, de caſis, piſtis, tuguriis; id eſt, ſereones & ſepes bonas in circuitu habeant, & portas firmas, qualiter opera noſtra bene peragere valeant.

L. Ut unſquiſque Judex provideat quanti poledri in uno ſtabulo ſtare debeant, & quanti poledrarii cum ipſis eſſe poſſint. Et ipſi poledrarii, qui liberi ſunt, & in ipſo miniſterio beneficia habuerint, de illorum vivant beneficiis. Similiter & fiſcalini qui manſos habuerint, inde vivant. Et qui hoc non habuerit, de dominica accipiat provendam.

LI. Provideat unuſquiſque Judex ut ſemantia noſtra nullatenùs pravi homines ſubtus terram vel aliubi abſcondere poſſint, & propter hoc meſſis rarior fiat. Similiter & de aliis maleficiis illos provideant, ne aliquandò facere poſſint.

LII. Volumus ut de fiſcalibus, vel ſervis noſtris, ſive ingenuis, qui per fiſcos aut villas noſtras commanent, diverſis hominibus plenam & integram, qualem habuerint, faciant juſtitiam.

LIII. Ut unuſquiſque Judex provideat qualiter homines noſtri de eorum miniſterio latrones vel malefici nullo modo eſſe poſſint.

LIV. Ut unuſquiſque Judex provideat quatenùs familia noſtra ad eorum opus bene laboret, & per mercata vacande non eat

LV. Volumus ut quicquid ad noſtrum opus Judices dederint, vel ſervierint, aut ſequeſtraverint, in uno brevi conſcribi faciant, & quicquid diſpenſaverint, in alio; & quod reliquum fuerit, nobis per brevem innoteſcant.

LVI. Ut unuſquiſque Judex in eorum ininiſterio frequentiùs audientias teneat, & juſtitiam faciat, & provideat qualiter cœtè familiæ noſtræ vivant.

LVII. Si aliquis ex ſervis noſtris ſuper magiſtrum ſuum nobis de cauſa noſtra aliquid vellet dicere, vias ei ad nos veniendi non contradicat. Et ſi Judex cognoverit quòd juniores illius adversùs eum ad palatium pro clamando venire velint, tunc ipſe Judex contra eos rationes deducendi ad palatium venire faciat, qualiter illorum proclamatio in auribus noſtris faſtidium non generet. Et ſic volumus cognoſcere utrùm ex neceſſitate an ex occaſione veniant.

LVIII. Quando catelli noſtri Judicibus commendati fuerint, de ſuo eos nutriant, aut junioribus ſuis, id eſt, majoribus & decanis, vel cellariis, ipſos commendare faciant, quatenùs de illorum cauſa eos bene nutrire faciant: niſi fortè juſſio noſtra aut Reginæ fuerit ut in villam noſtram ex noſtro eos nutriant. Et tunc ipſe Judex hominem ad hoc opus mittat, qui ipſos bene nutriat, & ſegreget unde nutriantur, & non ſit illi homini quotidie neceſſitas ad ſcuras recurrere.

LIX. Unuſquiſque Judex, quando ſervierit, per ſingulos dies dare faciat de cera libras tres, de ſapone ſextaria octo; & ſuper hoc, ad feſtivitatem ſancti Andreæ, ubicunque cum familia noſtra fuerimus, dare ſtudeat de cera libras ſex. Similiter mediante quadrageſima.

LX. Nequaquam de potentioribus hominibus majores fiant, ſed de mediocribus qui fideles ſunt.

LXI. Ut unuſquiſque Judex, quando ſervierit, ſuos bracios ad palatium ducere faciat; & ſimul veniant magiſtri, qui cerviſiam bonam ibidem facere debeant.

LXII. Ut unuſquiſque Judex per ſingulos annos ex omni conlaboratione noſtra quid de bobus, quos bubulci noſtri ſervant, quid de manſis qui arari debent, quid de ſogalibus, quid de cenſis, quid de feda fracta vel freda, quid de feraminibus in foreſtis noſtris permiſſo captis, quid de diverſis compoſitionibus, quid de molinis, quid de foreſtibus, quid de campis, quid de pontibus vel navibus, quid de liberis hominibus & centenis qui partibus fiſci noſtri deſerviunt, quid de mercatis, quid de vineis, quid de illis qui vinum ſolvunt, quid de fœno, quid de ligmariis & faculis, quid de axilis & alio materiamine, quid de pterariis, quid de leguminibus, quid de milio & panico, quid de lana, lino, & canava, quid de frugibus arborum, quid de nucibus majoribus vel minoribus, quid de inſitis ex diverſis arboribus, quid de hortis, quid de apibus, qui de rivariis, quid de coriis, quid de pellibus, quid de carnibus, quid de melle & cera, quid de uncto vel ſapone, quid de morato, vino cocto, medo, & aceto, quid de cerviſia, de vino novo & vetere, de annona nova & vetere, quid de pullis & ovis, vel anſeribus, id eſt, aucis, quid de piſcatoribus, de fabris, de ſcurariis vel ſutoribus, quid de buticis & cofinis, id eſt, ſcriniis, quid de tornatoribus & ſellariis, de ferrariis & ſerobis, id eſt, foſſis ferrariciis, vel aliis foſſis plumbariciis, quid de tributariis, quid de poledris & petrellis habuerint, omnia ſepoſita, diſtincta, & ordinata ad nativitatem Domini nobis notum faciant, ut ſcire valeamus quid vel quantùm de ſingulis rebus habeamus.

LXIII. De his omnibus ſupradictis nequaquam Judicibus noſtris aſperum videatur ſi hoc requirimus; quia volumus ut & ipſi ſimili modo à junioribus illorum omnia abſque ulla indignatione requirere ſtudeant. Et omnia quicquid homo in domo ſua & villis ſuis habere debet, Judices noſtri in villis noſtris habere debent.

LXIV. Ut carra noſtra quæ in hoſtem pergunt & baſternæ bene factæ ſint; & opercula bene ſint cum coriis cooperta, & ita ſint conſuta ut ſi neceſſitas evenerit, ad aquas ad natandum, cum ipſa expenſa quæ intus fuerit, tranſire flumina poſſint, ut nequaquam aqua intus intrare valeat, & bene ſalva cauſa noſtra, ſicut diximus, tranſire poſſit. Et hoc volumus, ut farina in unoquoque carro ad ſpenſam noſtram miſſa fiat, hoc eſt, duodecim modia de farina, & in quibus vinum ducunt, modia duodecim ad noſtrum modium mittant. Et ad unumquodque carrum, ſcutum & lanceam, cucurum & arcum habeant.

LXV. Ut piſces de vivariis noſtris venundentur, & alii mittantur in locum, ita ut piſces ſemper habeantur. Tamen quando nos in villas non venimus, tunc

fiant venundati, & ipſos ad noſtrum profectum Judices noſtri conlucrari faciant.

LXVI. De capris & hircis, & eorum cornibus & pellibus, nobis rationes deducant, & per ſingulos annos niuſaltos craſſos nobis inde adducant.

LXVII. De manſis abſis & mancipiis adquiſitis, ſi habuerint, ſi non habeant ubi eos collocare poſſint, nobis renuntiare faciant.

LXVIII. Volumus ut bonos barridos ferro ligatos, quos in hoſtem & ad palatium mittere poſſint, Judices ſinguli præparatos ſemper habeant, & utres ex coriis non faciant.

LXIX. De lupis omni tempore nobis annuntient quantos unuſquiſque comprehenderit, & ipſas pelles nobis præſentare faciant. Et in menſe Maio illos lupellos perquirant & comprehendant, tam cum pulvere & hamis, quàm cum foſſis & canibus.

LXX. Volumus quòd in horto omnes herbas habeant, id eſt, lilium, roſas, fœnigræcum, coſtum, ſalviam, rutam, abrotanum, cucumeres, pepones, cucurbitas, faſeolum, cuminum, roſmarinum, carvum, cicerum Italicum, ſquillam, gladiolum, dragontea, aniſum, coloquintidas, ſolſequium, ameum, ſilum, lactucas, git, erucam albam, naſturtium, bardanam, pulegium, oliſatum, petroſelinum, apium, leviſticum, ſabinam, anetum, fanicalum, intubas, diptamnum, ſynapi, ſatureiam, ſiſimbrium, mentam, mentaſtrum, tanaritam, nepetam, febrifugiam, papaver, betas, vulgigina, biſmaluas, id eſt, alteas, maluas, carrucas, paſtinacas, adripias, blitum, ravacaulos, caulos, uniones, britlas, porros, radices, aſcalonicas, cepas, allia, wacentiam, cardones, fabas majores, piſa maurifica, coriandrum, cerefolium, lacteridas, ſclareiam. Et ille hortulanus habeat ſub domum ſuam Jovis barbam. De arboribus volumus quòd habeat pomarios diverſi generis, prunarios diverſos, ſorbarios, meſpilarios, pirarios diverſos, caſtanearios, perſicarios diverſi generis, cotoniarios, avellanarios, amandalarios, morarios, lauros, pinos, ficus, nucarios, cereſarios diverſi generis. Malorum nomina. Gormaringa, Geroldinga, crevedella, ſpirauca, dulcia, &c.

EXPLICIT CAPITULARE DOMINICUM.

CAPITULARE
DE MINISTERIALIBUS PALATINIS.

* an. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Laudunenſis*

CAP. I.

UT unuſquiſque miniſterialis palatinus diligentiſſimâ inquiſitione diſcutiat primò homines ſuos, & poſteà pares ſuos, ſi aliquem inter eos vel apud vos ignotum hominem vel meretricem latitantem invenire poſſit. Et ſi inventus homo aliquis aut femina hujuſmodi fuerit, cuſtodiatur, ne fugere poſſit, uſque dum nobis adnuntietur. Et ille homo qui talem hominem vel talem feminam ſecum habuit, ſi ſe emendare noluerit, in palatio noſtro obſervetur. Similiter volumus ut faciant miniſteriales dilectæ conjugis noſtræ vel filiorum noſtrorum.

II.

Ut Ratbertus actor per ſuum miniſterium, id eſt, per domos ſervorum noſtrorum, tam in Aquis quàm in proximis villulis noſtris ad Aquis pertinentibus, ſimilem inquiſitionem faciat. Petrus verò & Gunzo per ſcruas & alias manſiones ſervorum noſtrorum ſimiliter faciant. Et Ernaldus per manſiones omnium negotiatorum, ſive in mercato, ſive aliubi negotientur per Chriſtianorum vel Judæorum manſionari **** noſtrorum eo tempore quando illi ſeniores in ipſis manſionibus non ſunt.

III.

Volumus atque jubemus ut nullus de his qui nobis in noſtro palatio deſerviunt, aliquem hominem propter furtum, aut aliquem homicidium vel adulterium, vel

aliud aliquod crimen ab ipſo perpetratum, & propter hoc ad palatium noſtrum venientem, atque ibi latitare volentem, recipere præſumat. Et ſi liber homo hanc conſtitutionem tranſgreſſus fuerit, & talem hominem.....fuerit, in collo ad mercatum portare debere..... deinde ad cippum in quem idem malefactor mittendus eſt. Si autem ſervus fuerit qui hanc noſtram juſſionem ſeverare* contempſerit, ſimiliter illum malum factorem in collo ſuo uſque ad cippum deporter, & ipſe poſteà in mercatum adducatur, & ibi ſecundùm merita ſua flagelletur. Similiter de gadalibus & meretricibus volumus ut apud quemcunque inventæ fuerint, ab eis portentur uſque ad mercatum, ubi ipſæ flagellandæ ſunt. Vel ſi noluerit, volumus ut ſimul cum illa* in eodem loco vapuletur.

* *Leg.* ſeverare.

* *Leg.* illis.

IV.

Quicunque homines rixantes in palatio invenerit, & eos pacificare potuerit & noluerit, ſciat damnum quod inter eos factum fuerit, participem eſſe debere. Quod ſi rixantes viderit, & eos pacificare non potuerit, & qui ſint illi qui inter ſe rixantur cognoſcere noluerit ut hos indicare poſſit, ſimiliter jubemus ut damnum quod inter eos commiſſum fuerit, in compoſitione communionem habeat.

V.

Quicunque hominem undecunque ad palatium noſtrum venientem receperit ſive adduxerit, nec expellere curaverit, damnum quod ab eo fuerit in palatio noſtro factum.....

Cætera ita obliterata & deleta ſunt in codice ms. ut legi nullâ arte potuerint.

SUPPLEX LIBELLUS MONACHORUM FULDENSIUM *Karolo Magno porrectus, pro confirmatione Inſtituti ejuſdem Monaſterii.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE PRIMUM (verſ. ann. 800), *de Diſciplina in Monaſteriis obſervanda.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE SECUNDUM (ejuſd. ævi), *de Juſtitiis Eccleſiarum, & de reſtauratione Synodochiorum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE KAROLI MAGNI, REG. FRANC. (ejuſd. ævi), *de Diſciplina eccleſiaſtica, & de Stipendiis Clericorum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

ANTIQUUM CAPITULARE (ejuſd. ævi), *per Miſſos Karoli Magni Imp. promulgatum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULA (ejuſd. ævi), *de Officiis Presbyterorum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE KAROLI MAGNI, *de Alode.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

EPISTOLA KAROLI IMPERATORIS AD GARIBALDUM, LEODIENSEM EPISCOPUM. Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI EDICTUM, *quo jejunium pro neceſſitatibus publicis, maximè pro fame, peſte & bello, indicitur.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARIA KAROLI MAGNI, IMPERATORIS.

CAPITULA ADDITA AD LEGEM LONGOBARDORUM.

Goldast. Constit. Imper. tom. 3. p. 146. & Collection. Consuetudinum Imper. pag. 111. Baron. to. 9. p. 496. Herold. p. 319. Buserus, p. 313. Labbeus, tom. 7. p. 1159. *Vide* Chronic. Moyss. ad annum 801.

Anno Christi DCCCI, imperii Karoli Magni primo.

KAROLUS, divino nutu coronatus, Romanum gerens Imperium, serenissimus Augustus, omnibus Ducibus, Comitibus, Gastaldiis, seu cunctis reipublicæ per provincias Italiæ à nostra mansuetudine præpositis. Anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCI, Indictione IX, anno verò regni nostri in Francia XXXIII, in Italia XXVIII, consulatûs autem nostri primo, cùm in Italiam propter utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ ac provinciarum disponendarum venissemus, & multæ atque diversæ per urbes singulas ante conspectum nostrum quæstiones tàm de ecclesiasticis quàm & publicis ac privatis rebus discuterentur, pleraque statuta recitata ex Romana seu Longobardica lege competenti sententiâ terminata sunt, quædam verò in nostri examinis arbitrium ad tempus dilata, quorum judicialis sententia à legislatoribus aut penitùs omissa est, aut à posteris oblivioni tradita. Quocircà nos considerantes utilitatem nostram & populi à Deo nobis concessi, ea quæ ab antecessoribus nostris Regibus Italiæ in edictis legis Longobardicæ ab ipsis editæ prætermissa sunt, juxta rerum & temporis considerationem addere curavimus, solliciti ut necessaria quæ legi defuerant supplerentur, & in rebus dubiis non quorumlibet Judicum arbitrium, sed nostræ regiæ auctoritatis sanctio prævaleret.

Capitula autem quæ nobis addere placuit, hæc sunt.

1. *DE chartis donationis faciendis.*
2. *De heribanno.*
3. *De desertoribus.*
4. *De latronibus.*
5. *De mancatione qualibet.*
6. *De aldionibus publicis ad jus publicum pertinentibus.*
7. *Item de latronibus.*
8. *De servis fugacibus.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De chartis donationis faciendis.

Tom. VI. Ital. Sac. pag. 1178. 1181. Lib. 2. Leg. Longobar. tit. 18. c. 4.

I. SI quis Langobardus ſtatum humanæ fragilitatis prægogitans, pro ſalutæ animæ ſuæ de rebus ſuis chartam donationis quamlibet facere voluerit, non ſicut hactenùs fieri ſolebat, jus ſibi vendendi, commutandi, & per aliam chartam eandem rem alienandi reſervet; ſed abſolutè faciat unuſquiſque de rebus ſuis quod velit, & noverit ſibi à noſtra auctoritate penitùs interdictum eſſe duas de eadem re facere donationes. Sed poſtquam unam de rebus ſuis traditionem fecerit, aliam de ipſis faciendi nullam habeat poteſtatem. Eidem tamen, ſi voluerit, uſumfructum per precariam res traditas uſque in tempus definitum poſſidendi, ſit conceſſa facultas.

De heribanno.

Ibid. lib. 1. tit. 14. cap. 25.

II. Si quis liber, contemptâ juſſione noſtrâ, cæteris in exercitum pergentibus, domi reſidere præſumpſerit, plenum heribannum ſecundùm legem Francorum, id eſt, ſolidos ſexaginta, ſciat ſe debere componere. Similiter & pro contemptu ſingulorum capitulorum quibus per noſtram regalem auctoritatem bannum promulgavimus, id eſt, qui pacem Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, & pupillorum ac minùs potentium irruperit, aut raptum intra patriam fecerit, aut alienas domos incenderit, vel cum collecta multitudine vim cuilibet intulerit, ſexaginta ſolidorum multam exſolvat

De deſertoribus.

Ibid. c. 15.

III. Si quis adeò contumax aut ſuperbus extiterit ut, dimiſſo exercitu, abſque juſſu vel licentia Regis domum revertatur, & quod nos Theudiſcâ linguâ dicimus *heriſliz* fecerit, ipſe ut reus majeſtatis vitæ incurrat periculum, & res ejus in fiſco noſtro ſocientur.

De latronibus.

Ibid. tit. 25. c. 69.

IV. Si quis latronem morte dignum ſibi ad occidendum traditum ſervaverit, & vitam indigno conceſſerit, medietatem damni propter quod traditus eſt, componat. Et idem latro, ſi rurſùs in latrocinio fuerit comprehenſus, quod priùs debuerat, capitali ſententiâ debitum exſolvat.

De mancatione qualibet.

Ibid. tit. 7. cap. 18.

V. Si quis alterum præſumptivè ſuâ ſponte caſtraverit, & ei ambos teſticulos amputaverit, integrum widrigildum ſuum juxta conditionem perſonæ componat. Si virgam abſciderit, ſimiliter. Si unum teſticulum, medietatem perſolvat. Et hoc de oculis, manibus, & pedibus, vel de lingua ſancimus, ut ſi unum horum abſciſum fuerit, medietas widrigildi componatur; ſi ambo, integritas pro facti emendatione componatur.

De aldionibus publicis ad jus publicum pertinentibus.

Ibid. lib. 3. tit. 20.

VI. Aldiones vel aldianæ ad jus publicum pertinentes eâ lege vivant in Italia in ſervitute dominorum ſuorum, quâ fiſcalini vel liti vivunt in Francia.

Item de latronibus.

Ibid. lib. 1. tit. 25. c. 70.

VII. Si quis furem vel latronem comprehenderit, & eum indemnem dimiſerit, neque illum ad præſentiam Ducis aut Comitis vel loci ſervatoris, qui Miſſus Comitis eſt, non adduxerit, & de hoc facto ſive de hac nequitia poſthac in præſentia Judicum convictus fuerit, ipſius damni æſtimatione pro quo fur vel latro comprehenſus eſt, componere cogatur.

De ſervis fugacibus.

Ibid. c. 71.

VIII. Ubicunque intra Italiam ſive regius, ſive eccleſiaſticus, vel cujuſlibet alterius hominis ſervus fugitivus inventus fuerit, à domino ſuo ſine ulla annorum præſcriptione vindicetur; eâ tamen ratione, ſi dominus Francus ſive Alamannus aut alterius cujuſlibet nationis ſit. Si verò Langobardus aut Romanus fuerit, eâ lege ſervos ſuos vel adquirat, vel amittat, quæ inter eos antiquitùs eſt conſtituta.

CAPITULA

EXCERPTA EX LEGE LONGOBARDORUM.

Lib. I. leg. Longobar. tit. 9. c. 27.

I. Qui Subdiaconem occiderit, trecentos ſolidos componat. Qui Diaconem occiderit, quadringentos ſolidos componat. Qui Preſbyterum, ſexcentos ſolidos componat. Qui Epiſcopum, nongentos componat. Qui Monachum occiderit, quadringentos ſolidos componat.

Ibid.

II. De Epiſcopis & Sacerdotibus occiſis, ſicut ſtatutum habemus fiat, & de reliquis quibuſlibet cauſis. Veruntamen de Preſbyteris videtur nobis ut ſi liber natus fuerit Preſbyter, per triplam compoſitionem ſecundùm legem ſuam fiat compoſitus ab eo qui hoc perpetraverit. Et ſi plagatus fuerit, ſecundùm qualitatem vel quantitatem plagarum vel diſciplinæ, per triplam compoſitionem, ſecundùm legem ſuam emendetur ab eo qui hoc perpetraverit. Si autem ſervus Preſbyter natus fuerit, ſecundùm illius nativitatem per triplam compoſitionem ſolvatur in plagis & diſciplinis. De Diaconibus ſimiliter fiat.

Ibid. tit. 14. c. 10.

III. Si quis liber homo aliquod tale damnum cuilibet fecerit pro quo plenam compoſitionem facere non valeat, ſemetipſum inwadiare ſtudeat uſque dum plenam compoſitionem adimpleat.

Ibid. c. 11. 12.

IV. Si quis meſſem aut annonam in hoſte ſuper bannum dominicum rapuerit, aut furatus fuerit, vel paverit, aut cum caballis vaſtaverit, æſtimato damno ſecundùm legem in triplo componat. Et ſi liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur. Si verò ſervus hoc fecerit, ſecundùm legem in triplum damnum in loco reſtituat, & pro banno diſciplinæ corporali ſubjaceat. Si quælibet perſona de hoc quoquè interpellata fuerit, aut præſentialiter emendet, aut ſacramentum reddat ſolus quòd nec ipſe fecerit, nec qui feciſſet ſciat. Accuſator verò priùs juret quòd non eum injuſtè ſe ſciente interpellaſſet. *Libro* III. *Capitularium, cap.* 66.

Ibid. tit. 22. c. 7.

V. Ut nemo pedicas in foreſto dominico nec in quolibet regali loco tendere præſumat. Et ſi ingenuus hoc perpetraverit, bannum dominicum ſolvat. Et ſi ſervus eſt, dominus illius ſicut lex eſt emendet.

Ibid. tit. 25. c. 64.

VI. Sed & hoc volumus, ut Comites de latronibus plenam juſtitiam faciant per eorum miniſteria, & fures & malefactores non patiantur quietè reſidere, ſed ſemper eos in quantum valent infeſtent.

Ibid. c. 65.

VII. Ut mancipia adventitia & fugitiva nullus recipere præſumat.

Ibid. c. 67.

VIII. Si quis latro de uno furto probatus fuerit, perdat oculum. Et ſi de duobus furtis probatus fuerit, naſus ei ſcapelletur. Et ſi de tribus furtis probatus fuerit, moriatur.

Ibid. c. 68.

IX. De his verò duobus furtis unde oculum & naſum perdere debet, conſtituimus ut dominus ſervi illius ſecundùm legem cui furta facta fuerint, ſolvere debeat. De tertio verò furto, unde mori debeat, mors illius furta illa excludat. Et ſi Comes ſine culpa per invidiam aut occaſionem injuſtam, niſi per juſtitiam & pacem faciendam, hominem diſfecerit, & honorem ſuum perdat, & legibus illi contra quem injuſtè fecerit, ſecundùm pœnam quam intulerit, emendet. *Capitulare anni 779, cap.* 11.

Ibid. c. 72.

X. De fugitivis ſervis & ancillis fugacibus, advenis ac peregrinis, ut diſtringantur, ut ſcire poſſimus qui ſint & unde veniant.

Ibid. tit. 34. c. 2.

XI. Si quis Præpoſitus aut miniſterialis aliquas res Eccleſiæ, quas prævidere debet, aliquo ſcriptionis titulo cuicunque conceſſerit, quod ad damnum ipſius Eccleſiæ pertineat, pro ſacrilegio computetur. Similiter de rebus quæ ad rempublicam pertinent, ſi Comes aut miniſterialis reipublicæ conceſſerit, ſimiliter pro infidelitate computetur.

Ibid. tit. 36 c. 7.

XII. Nemini liceat dimittere ſervum ſuum propter damnum ab illo cuilibet illatum; ſed juxta qualitatem damni dominus ejus pro illo reſpondeat, vel eum in compoſitionem aut ad pœnam petitori offerat. Si autem ſervus perpetrato ſcelere fugerit, ita ut à domino penitùs inveniri non poſſit, cum ſacramento dominus ejus ſe excuſare ſtudeat quòd hoc ſuæ voluntatis non fuiſſet, nec conſentiens fuiſſe

quòd ſervus ejus tale factum commiſiſſet, & ſit abſolutus. Jubemus quoquè ut propter nullam diſtrictionem quam nos facere jubemus, pro quibuſlibet cauſis ſervi non mittantur in diſtrictionem ; ſed per Miſſos noſtros, vel dominos eorum, aut illorum advocatos, ipſi ſervi diſtringantur, & ipſi, ſicut lex jubet, rationem pro ſervis ſuis reddant utrùm culpabiles ſint, an non. Ipſi verò domini diſtringant & inquirant ſervos ſuos, ſicut ipſos amant. *Libro* III. *Capitularium, cap.* 44. *& lib.* VI. *cap.* 210.

Lib. 1. tit. 6. c. 2. XIII. De feminis quas defunctis viris lex Longobardorum prohibet ante anni ſpatium veſtem religionis mutare velumque ſuſcipere, petierunt noſtram licentiam ut mox dum divina pietas inſpiraverit, eas indemnes liceat ſuſcipere. Nos autem conſiderantes quia præterito tempore pro ipſa dilatione multæ raptæ intra idem ſpatium ad aliam partem diſtractæ fuerunt, ideò petitionem earum, quia cenſuimus eſſe juſtum, ſuſcepimus, & eis fieri ita concedimus.

Ibid. tit. 12. c. 10. XIV. Ut conjugia ſervorum non dirimantur, etiamſi diverſos dominos habuerint, ſed in uno conjugio ſervi permanentes, dominis ſuis ſerviant. ſic tamen ut ipſum conjugium legale ſit, & per voluntatem dominorum ſuorum, juxta evangelium : *Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet.*

Matth. 19. Marc. 10.

Ibid. tit. 22. c. 1. XV De omnibus debitis ſolvendis, ſicut antiquitùs fuit conſuetudo, per duodecim denarios ſolidi ſolvantur per totam Salicam legem. Excepto ſi leudes, id eſt, ſi Saxo aut Friſo Salicum occiderit, per quadraginta denarios ſolidus ſolvatur. Inter Salicos verò ex utraque parte de omnibus debitis, ſicut diximus, per duodecim denarios ſolidi ſolvantur, ſive de homicidiis, ſive de omnibus rebus.

Capitular. lib. 4. c. 75.

Lib. 1. leg. Longobar. tit. 30. c. 1. XVI. Ut nemo præſumat hominem aliquem vendere aut comparare, niſi in præſentia Comitum aut Miſſorum noſtrorum.

Ibid. c. 2. XVII. Item ut nemo audeat in furto mancipia emere, & in aliam regionem occultè ducere. Ubi verò repertum fuerit, legali ſententiæ ſubjaceat.

Ibid. tit. 40 c. 3. XVIII. Ut latrones illos de infra emunitate Judices & Advocati ad Comitum placita, quando eis adnuntiatum fuerit, præſentent. Et ſi dixerint quòd ipſos latrones præſentare non potuiſſent, jurare debent quod illos latrones præſentare non potuiſſent poſtquam eis denuntiatum fuerit, nec pro ulla juſtitia dilatanda illis latronibus fugere conſenſerint, nec pro cauſa dilationis de illorum poteſtate vel de ſuorum miniſterio ipſos latrones jactaſſent. Et hoc jurent, ut per ſuorum voluntatem, ſi potuerint, ipſos latrones præſentare debeant ad juſtitiam faciendam. Et qui hoc non fecerint, beneficium & honorem perdant. Similiter & ſi vaſſi noſtri hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant. Et qui beneficium noſtrum non habuerit, bannum noſtrum perſolvat. *Capitulare anni* 779, *cap.* 9.

Ibid. tit. 43. c. 2. XIX. De mannitione verò, niſi de ingenuitate, aut de hereditate, non ſit opus obſervare. De cæteris verò cauſis per diſtrictionem Comitis ad mallum veniant, & juſtè examinentur ad juſtitiam faciendam. Comites verò non ſemper pauperes ad placita opprimant.

Ibid. tit. 44. c. 2. XX. Ut ſervi, aldiones, libellarii antiqui, vel alii noviter facti, qui non per fraudem neque per malum ingenium de publico ſervitio ſe ſubtrahentes, ſed per ſolam neceſſitatem & paupertatem terram eccleſiaſticam vel colunt vel colendam ſuſcipiunt, non à Comite vel aliquo miniſtro illius ad ullam angariam ſeu ſervitium publicum vel privatum cogantur vel compellantur ; ſed quidquid ab eis juſtè agendum eſt, à domino vel patrono ſuo ordinandum eſt. Si verò de aliquo crimine accuſantur, Epiſcopus primò compelletur ; & ipſe per advocatum ſuum, ſecundùm quod lex eſt, juxta conditionem ſingularum perſonarum juſtitiam faciat. Si verò culpabilis fuerit, ſicut in Capitulare Domni Imperatoris ſcriptum eſt, ita fiat. Cæteri verò liberi homines qui vel commendationem vel beneficium eccleſiaſticum habent, ſicut reliqui homines juſtitiam faciant.

Ibid. c. 3. XXI. Et quia ſunt nonnulli qui ſine proprietatibus in regno noſtro degentes judicia Comitum effugiunt, & non habentes res aut ſubſtantiam, quibus conſtringi poſſint, ideò circumquaquè maliciam exercere non ceſſant ; de illis verò placuit nobis ut ipſi cum quibus manere videntur, aut eos præſentent, aut pro eorum malefactis rationem reddant.

Ibid. tit. 47. c. 2. XXII. Volumus ut advocati in præſentia Comitum eligantur, non habentes malam famam, ſed tales eligantur quales lex jubet eligere.

Ibid. tit. 51. c. 7. XXIII. Volumus etiam atque jubemus ut Comites & Judices non admittant teſtes habentes

habentes malam famam teſtimonium perhibere, ſed tales eligantur qui teſtimonium bonum habeant inter ſuos pagenſes. Et primùm per ipſos Judices inquirantur, & ſicut ab illis rectiùs inquirere potuerint, ita faciant, non voluntatibus malorum hominum aſſenſum præſtantes. Et ut ipſi Comites & eorum Judices qui noverint cauſam de qua inter eos agitur eſſe coopertam, ſine blandimento ipſius qui cauſam habet teſtes faciant ad eandem cauſam venire, & per eorum inquiſitionem ita fiat diffinita. Et jubemus ut teſtimonia ab invicem ſeparentur, ut lex habet; quia ſi ita agitur, multi falſi teſtes poſſunt eſſe ſuperati, ſi interrogati fuerint ſeparatim. *Libro* III. *Capitular. cap.* 52.

Ibid. c. 8. XXIV. Falſa perſona poteſtatem accuſandi non habeat. Et ſi in primo crimine convictus fuerit falſum teſtimonium dixiſſe, in ſecundo non habeat poteſtatem dicendi.

Ibid. tit. 52. cap. 4. XXV Ut Judices jejuni cauſas audiant & diſcernant.

Ibid. c. 6. XXVI. Ut Comites pleniter juſtitiam faciant & diligant, & juxta vires eorum expleant, & juſtitiæ ſanctæ Dei Eccleſiæ vigilanti curâ inſiſtant, & orphanorum & viduarum, & pauperum, & omnium qui in eorum miniſterio permanent, & de cauſa quacunque ad eos venerit querela, pleniſſimâ & juſtiſſimâ deliberatione diffinire decertent; & ſicut rectum & juſtum eſt, ita agant. Et ut primitùs ad placita eorum orphanorum & viduarum, necnon pauperum, cauſæ deliberentur, nec propter aliquam dilationem eorum juſtitia à Judicibus dilatetur.

Ibid. c. 7. XXVII. Ut ante Vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, niſi tantùm leviores cauſæ quæ faciliter poſſunt judicari. Et nullus in eorum judicio aliquem in ſervitio hominem conquirat, ſed per fidejuſſorem mittantur uſque in præſentiam Comitis. Et ad ingenuos homines nulla placita faciant cuſtodire poſtquam illa tria cuſtodierint placita quæ inſtituta ſunt, niſi fortè contingat ut aliquis aliquem accuſet; excepto illis Scabinis qui cum Judicibus reſidere debent.

Ibid. c. 8. XXVIII. Volumus ut ſicut nos omnibus legem conſervamus, ita omnes Comites nobis legem conſervare faciant, & plenam juſtitiam in eorum miniſteriis, quicquid ad nos pertinet, facere ſtudeant.

Ibid. c. 9. XXIX. Ut Judices ſive Miſſi noſtri fiſcalini de qualibet cauſa non exigant fredam priuſquàm facinus componatur

XXX. Omnis controverſia coram Centenariis diffiniri poteſt; excepto redhibitione terræ & mancipiorum, quæ non poteſt diffiniri niſi coram Comite. Ibid. c. 10. Infrà, pag. 781, c. 26.

XXXI. Ut placita publica vel ſecularia neque à Comite, nec ab ullo Miniſtro ſuo vel Judice, nec in Eccleſia nec in terris Eccleſiæ circumjacentibus vel cohærentibus, nullatenus teneantur. Lib. 1. Leg. Longob. tit. 40. c. 12.

XXXII. Hoc quoque jubemus ut Judices ſuprà nominati, ſive Miſſi noſtri fiſcalini, de qualibet cauſa fredam non exigant priuſquàm facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem iſta tranſgreſſus fuerit, legibus componat. Fredam autem non illi Judici qui culpam commiſit, tribuat; ſed ille qui ſolutionem recepit, tertiam partem coram teſtibus fiſco tribuat, & pax perpetua ſtabilis permaneat. *Lex Ripuariorum*, *cap.* 89. Ibid. c. 13.

XXXIII. Volumus ut Epiſcopi & Comites concordiam & dilectionem inter ſe habeant ad Dei & ſanctæ Eccleſiæ pertractatum peragendum, & ut Epiſcopus ſuo Comiti, ubi ei neceſſitas popoſcerit, adjutor & exhortator exiſtat qualiter ſuum miniſterium explere poſſit. Similiter & Comes faciat contra ſuum Epiſcopum, ut in omnibus illi adjutor ſit qualiter intra ſuam parochiam canonicum poſſit explere miniſterium. Ibid. tit. 54. c. 1.

XXXIV. Mentio etenim facta eſt à nonnullis in placitis quæ habuimus in anno præterito, & dictum eſt ibi, ut palam apparet, quòd aut ille qui crimen ingerit, aut ille qui vult ſe defendere, perjurare ſe debeat. Melius viſum eſt ut in campo cum fuſtibus pariter contendant, quàm perjurium abſconſè perpetrent. Ibid. tit. 55. cap. 23.

XXXV. Ut nemo furem camphium de mancipiis aut de qualibet cauſa recipere præſumat, ſicut ſæpiùs Domnus Imperator commendavit. Ibid. c. 24.

XXXVI. Sicut conſuetudo noſtra eſt, ut Romanus aut Longobardus, ſi evenerit quòd cauſam inter ſe habeant, obſervamus ut Romani ſucceſſionem eorum juxta illorum legem habeant, ſimiliter ut omnes ſcriptiones juxta legem ſuam faciant. Et quando jurant, ſecundùm legem ſuam jurent. Et alii illis ſimiliter faciant. Et quando componunt, juxta legem ipſius cui malum fecerint, componant. Et Longobardos illos convenit componere ſimiliter. De cæteris verò cauſis, communi lege vivant quam Domnus Karolus, excellen- Ibid. tit. 56. cap. 1.

tiſſimus Rex Francorum atque Longobardorum, in edicto adjunxit.

Ibid lib. 3. tit. 1. c. 8. XXXVII. Volumus atque jubemus ut Epiſcopi ſuum in omnibus juxta vires ſuas peragere ſtudeant miniſterium in parochiis eorum, & ut prædicationes & confirmationes ibidem expleant. Et de monaſteriis quæ infra parochias eorum ſunt, vigilanter curent ut Canonici ſecundùm canones, & Regulares ſecundùm regulam vivant. Et ubi aliter quàm ordo poposcerit invenerint, emendare ſtudeant. Et ſi emendare nequiverint, nobis nuntietur.

Vide Notas ad Innoc. III. p. 11. 40.

Tom. 9. Spicil. pag. 64. cap. 11.

Lib. 1. leg. Longobar. tit. 1. c. 9. XXXVIII. Ut Epiſcopi Abbates per xenodochia vel monaſteria eorum hoſpitalia, ubi antiquitùs fuerint, faciant, & ſummoperè curent ut nullatenùs prætermittatur.

Ibid. c. 11. XXXIX. Volumus primò ut neque Abbates, neque Preſbyteri, neque Diaconi, neque Subdiaconi, neque quiſlibet de Clero, de perſonis ſuis ad publica vel ad ſeculania judicia trahantur vel diſtringantur, ſed à ſuis Epiſcopis judicati juſtitiam faciant. Si autem de poſſeſſionibus ſive eccleſiaſticis, ſive ſuis propriis, ſuper eos clamor ad Judicem venerit, mittat Judex clamantem cum Miſſo ſuo ad Epiſcopum ut faciat ei per advocatum juſtitiam percipere. Si vero talis aliqua inter eos exorta fuerit intentio, quam per ſe pacificare non velint aut non poſſint, tunc per advocatum Epiſcopi, qualem lex juſſerit, cauſa ipſa ante Comitem vel Judicem veniat, & ibi ſecundùm legem finiatur, antepoſito quod dictum eſt de perſona Clericorum.

A Coſta, p. 297.

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 2. c. 1. XL. Ut nulli Epiſcopo liceat alterius Clericum recipere aut ordinare in aliquo gradu, ſine dimiſſoria Epiſcopi ſui de cujus parochia eſt.

Ibid. c. 2. XLI. Ut nemo alterius Clericum ſine commendatitiis aut dimiſſoriis litteris recipere præſumat.

Ibid. tit. 3. cap. 2. XLII. Præcipimus etiam Comitibus & omnibus fidelibus noſtris ut quicunque de rebus eccleſiaſticis beneficia habent, plenitèr nonas & decimas ad ipſas Eccleſias donent abſque ulla diminutione & dilatatione, in quantum meliùs poſſunt, & juxta poſſibilitatem eorum. Et quando neceſſitas exegerit, dent operas ad ipſas Eccleſias reſtaurandas, & adjutorium faciant.

Ibid. c. 3. XLIII. Ut vos Epiſcopi, qui in omnibus nonas & decimas accipitis, in veſtra providentia ſit quatenùs Eccleſiæ vel capellæ quæ in veſtra parochia ſunt, emendentur, & luminaria eis præbeatis, ut in eis Preſbyteri vivere poſſint.

Ibid. c. 4. XLIV. Ut decimæ populi in quatuor partes dividantur. Prima pars Epiſcopis detur, alia Clericis, tertia pauperibus, quarta in fabrica ipſius Eccleſiæ.

Ibid. tit. 4. c. 2. XLV. De truſte facienda, ut nemo præſumat ad nos venienti manſionem vetare, & quæ neceſſaria ſunt, ſicut vicino ſuo ei vendat.

Vide ſuprà, p. 198, c. 14.

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 12. c. 1. XLVI. Audivimus etiam quòd juniores Comitum, vel aliqui miniſtri reipublicæ, ſive etiam nonnulli fortiores vaſſi Comitum, aliquas redhibitiones vel collectiones, quidam per paſtum, quidam etiam ſine paſto, quaſi deprecando à populo exigere ſolent. Similiter quoquè operas collectionis frugum, arare, ſeminare, runcare, carrucare, vel cætera his ſimilia à populo per eaſdem vel per alias machinationes exigere conſuevere, non tantùm ab eccleſiaſticis, ſed etiam à reliquo populo: quæ omnia nobis ab omni populo juſtè removenda eſſe videntur; quia in quibuſdam locis in tantum inde populus oppreſſus eſt, ut multi ferre non valentes, per fugam à dominis vel à patronis ſuis lapſi fuerint, & terræ ipſæ in ſolitudinem redactæ ſunt. Potentioribus autem vel ditioribus ex ſpontanea tantùm voluntate, vel mutuâ dilectione volentibus ſolatia præſtare invicem, nunime prohibemus.

Ibid. tit. 26. XLVII. Placuit nobis ſecundùm ſanctorum Patrum auctoritatem, ſi quis ab Epiſcopo ſuo juſtè excommunicatus fuerit, à nullo penitùs recipiatur, antequam in præſentiam ſui Epiſcopi veniat, pro culpa ſatisfactionem facturus.

Ibid. tit. 30 XLVIII. Si qua mulier filium vel filiam ſuam per fraudem aliquam coram Epiſcopo ad confirmandum tenuerit, pro fallacia ſua publicam agat pœnitentiam. A viro tamen ſuo non ſeparetur.

Ibid. tit. 31. XLIX. Generaliter omnes admonemus ut capitula quæ præterito anno legi Salicæ cum omnium conſenſu addenda eſſe cenſuimus, jam non ulteriùs capitula, ſed tantùm leges dicantur, immò pro lege Salica teneantur.

CAPITULUM
DE HONORANDA EDE APOSTOLICA.

Concil. Tribur. c. 30. Burchard. lib. 1. cap. 220. Ivo, par. 5. c. 50. Gratianus, dist. 19. c. 3. *Vide* Odoricum Raynaldum, ad an. 1236, §. 24.

IN memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & apostolicam Sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas; ut licèt vix ferendum ab illa Sancta sede imponatur jugum, feramus & piâ devotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet, sive sit Presbyter, sive Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab apostolica Sede detulisse epistolam, vel aliud quid quod inde non convenerit, salvâ fide & integrâ circa Apostolicum humilitate penès Episcopum sit potestas utrùm eum in carcerem aut in aliam detrudat custodiam, usquequò per epistolam aut per idoneos suæ partis legatos apostolicam interpellet sublimitatem, ut potissimùm suâ sanctâ legatione dignetur decernere quid de talibus justo ordine lex Romana statuat definire; ut & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

CAPITULARE EPISCOPORUM.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 249.

Hæc sunt Capitula ex divinarum Scripturarum scriptis, quæ electi Sacerdotes custodienda atque adimplenda censuerunt.

INDEX CAPITULORUM.

1. *UT Sacerdotes assiduè orent pro Domno Imperatore.*
2. *Ut orent pro Episcopo suo.*
3. *De cura Ecclesiæ & sacrarum Reliquiarum.*
4. *Ut evangelium Christi populo prædicent.*
5. *Quænam populo præcipuè insinuanda sint.*
6. *De decimis à populo dandis.*
7. *Quomodò dividendæ sint decimæ.*
8. *Ut officia divina competentibus horis non prætermittant.*
9. *Ut Missas extra Ecclesiam non celebrent.*
10. *Ut congrua tempora baptismi serventur.*
11. *Ut infirmi quolibet tempore baptizentur.*
12. *Ut pro baptismo & aliis spiritualibus pretium non exigant.*
13. *Ut in qua ordinati sunt Ecclesia permaneant.*
14. *Ut ebrietatem in se & in aliis cæveant.*
15. *Ut cum extraneis mulieribus non habitent.*
16. *Ut fidejussores non sint, & seculares judicia non adeant.*
17. *De possessione triginta annorum.*
18. *Ut arma non gerant, nec lites moveant.*
19. *Ut tabernas non ingrediantur.*
20. *Ut à juramento abstineant.*
21. *Ut pœnitentiam confitentibus & viaticum infirmis tribuant.*
22. *De unctione infirmorum.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

Ut Sacerdotes assiduè orent pro domno Imperatore.

Vide Præcepta Egbert. p. 159.

I. UT cuncti Sacerdotes precibus assiduis pro vita & imperio Domni Imperatoris, & filiorum ac filiarum salute, orent.

Ut orent pro Episcopo suo.

II. Ut unusquisque Sacerdos quotidianis assistat orationibus pro Pontifice cujus gubernatur regimine.

De cura Ecclesiæ & sacrarum Reliquiarum.

III. Ut unusquisque Sacerdos ecclesiam suam cum omni diligentia ædificet; & Reliquias Sanctorum cum summo studio vigiliarum noctis & diurnis officiis conservet. Ibid. pag. 158.

Ut evangelium Christi populo prædicent.

IV. Ut omnibus festis & diebus dominicis unusquisque Sacerdos evangelium Christi populo prædicet. Ibid. p. 159.

Quænam populo præcipuè insinuenda sint.

V. Ut unusquisque Sacerdos orationem dominicam & symbolum populo sibi commisso curiosè insinuet, ac totius religionis studium & Christianitatis cultum eorum mentibus ostendat.

De decimis à populo dandis.

VI. Ut unusquisque Sacerdos cunctos sibi pertinentes erudiat, ut sciant qualiter decimas totius facultatis Ecclesiis divinis debitè offerant.

Quomodò dividendæ sint decimæ.

VII. Ut & ipsi Sacerdotes populi suscipiant decimas, & nomina eorum quicunque dederint scripta habeant, & secundùm auctoritatem canonicam coram testibus dividant. Et ad ornamentum Ecclesiæ primam eligant partem, secundam autem ad usum pauperum vel peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensent, tertiam verò partem semetipsis solis Sacerdotes reservent.

Ut officia divina competentibus horis non prætermittant.

VIII. Ut omnes Sacerdotes horis competentibus diei & noctis suarum sonent signa Ecclesiarum, & sacrata Deo celebrent officia, & populos erudiant quomodò aut quibus Deus adorandus est horis.

Ut Missas extra Ecclesiam non celebrent.

IX. Ut nullus Sacerdos in domibus, vel in aliis locis, nisi in Ecclesiis dedicatis, celebrare Missas audeat.

Ut congrua tempora baptismi serventur.

X. Ut à cunctis Sacerdotibus jus & tempus baptismatis temporibus congruis, secundùm canonicam institutionem, cautissimè observetur.

Ut infirmi quolibet tempore baptizentur.

XI. Ut omnes Sacerdotes quibuscunque horis omnibus indigentibus baptismum, infirmitatis causâ, diligentissimè tribuant.

Ut pro baptismo & aliis spiritualibus pretium non exigant.

XII. Ut nullus Presbyter sacrum officium sive baptismatis sacramentum, aut aliquid donorum spiritualium, pro aliquo pretio vendere præsumat, ne vendentes & ementes in templo columbas imitentur; ut pro his qui adepti sunt gratiam divinam non pretia concupiscant terrena, sed solam regni cœlestis gloriam promereantur accipere.

Ut in qua ordinati sunt Ecclesia permaneant.

XIII. Ut nullus Prebyter à sede propria sanctæ Ecclesiæ sub cujus titulo ordinatus fuit, ambitionis causâ ad alienam pergat Ecclesiam, sed in eadem devotus usque ad vitæ permaneat exitum.

Ut ebrietatem in se & in aliis caveant.

XIV. Ut nullus ex Sacerdotum numero ebrietatis vitium nutriat, nec alios cogat per suam jussionem inebriari.

Ut cum extraneis mulieribus non habitent.

XV. Ut nullus Sacerdos extranearum mulierum habeat familiaritatem; nec in sua domo, in qua ipse habitat, ullam mulierem unquam permittat habitare.

Ut fidejussores non sint, & secularia judicia non adeant.

XVI. Nulli Sacerdotum liceat fidejussorem esse; neque, derelictâ propriâ lege, ad secularia judicia accedere præsumat.

De possessione triginta annorum.

XVII. Ut qui possessionem Ecclesiæ vel parochiam per triginta annos sine alicujus interpellatione tenuerit, jure perpetuo possideat. Si verò inde crebrò repetitum fuerit, fiat diligens inquisitio. Et si eum qui repetit, justè quærere potuerit, adhibitis veracibus & nobilibus testibus quod repetit confirmando vindicet.

Ut arma non gerant, nec lites moveant.

XVIII. Nemo ex Sacerdotum numero arma pugnantium unquam portet, nec litem contra proximum ullam excitet.

Ut tabernas non ingrediantur.

XIX. Ut nullus Presbyterorum edendi aut bibendi causâ ingrediatur in tabernas.

Ut à juramento abstineant.

XX. Ut nullus Sacerdos quicquam cum juramento juret, sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.

Ut pœnitentiam confitentibus & viaticum infirmis tribuant.

XXI. Ut cuncti Sacerdotes omnibus illis confitentibus eorum crimina, dignam pœnitentiam cum summa vigilantia ipsis indicent; & omnibus infirmis ante exitum vitæ viaticum & communionem Corporis Christi misericorditer tribuant.

De unctione infirmorum.

XXII. Ut secundùm diffinitionem sanctorum Patrum, si quis infirmatur, à Sacerdotibus oleo sanctificato cum orationibus diligenter unguatur.

Karoli Magni Imp. Aug. Constitutiones, *sanctæ* (vers. ann. 801.) *in comitiis Imperii generalibus Aquisgrani; ut litem habentes, sive petitor sive possessor, si Antistitum judicium elegerint, ad eos dirigantur.* Vide in novo Codice Legum veterum.

CAPITULARE PRIMUM
ANNI DCCCII.
SIVE
CAPITULA DATA MISSIS DOMINICIS,
ANNO SECUNDO IMPERII.

*An. 1677. *Nunc primùm edita ex veteri Codice Longobardico manuſcripto Bibliothecæ Thuanæ.*

INDEX CAPITULORUM.

1. *De legatione à Domno Imperatore directa.*
2. *De fidelitate promittenda Domno Imperatori.*
3. *Ut unuſquiſque ſe in ſervitio Dei conſervare ſtudeat.*
4. *De perjuriis cavendis.*
5. *De Eccleſiis, viduis, orphanis, & peregrinis.*
6. *Ut beneficium Domni Imperatoris nemo deſeret.*
7. *De hoſte pergendi.*
8. *Ut bannum Domni Imperatoris aut cenſum nemo marrire præſumat.*
9. *De juſtitia facienda.*
10. *Ut Epiſcopi & Presbyteri ſecundùm canones vivant, & cæteros doceant.*
11. *De officio Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum erga ſubditos.*
12. *Ut Monachi & Sanctimoniales ſecundùm regulam vivant.*
13. *De Advocatis, Vicedominis, & centenariis Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum.*
14. *De concordia Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum cum Comitibus.*
15. *Ut Abbates & Monachi ſubjecti ſint Epiſcopis.*
16. *De ordinatione Clericorum & Monachorum.*
17. *Ut Monachi ſecundùm regulam vivant.*
18. *Ut Monaſteria puellarum firmiter obſervata ſint.*
19. *Ut Epiſcopi & alii Clerici canes ad venandum aut acceptores non habeant.*
20. *Ut Abbatiſſæ & Sanctimoniales intra clauſtra ſua maneant, nec egrediantur abſque licentia & conſilio Epiſcopi.*
21. *Ut Presbyteri Comitum Epiſcopis ſuis ſubjecti ſint.*
22. *Ut Canonici pleniter vitam canonicam obſervent.*
23. *Qualis debeat eſſe converſatio Clericorum qui cum Presbyteris degunt.*
24. *Ne Presbyter aut Diaconus mulieres in domo ſua habeat.*
25. *Ut Comites & Centenarii juſtitias faciant.*
26. *Ut Judices judicent ſecundùm legem.*
27. *De hoſpitalitate.*
28. *Quam providentiam Comites & Centenarii habere debeant erga Miſſos dominicos.*
29. *De pauperibus non opprimendis.*
30. *De his qui ad Imperatorem confugiunt.*
31. *De his qui juſtitiam Domni Imperatoris annuntiant.*
32. *De homicidiis cavendis, de compoſitione occiſorum, & de pœnitentia homicidarum.*
33. *De inceſtis puniendis. Et de Friccone qui inceſtum in Sanctimoniali perpetravit.*
34. *Ut omnes parati ſint quandocunque Domnus Imperator juſſerit.*
35. *De honore Epiſcoporum & Presbyterorum. Et de nuptiis illiciitis.*
36. *Ut omnes Miſſis dominicis conſentientes ſint ad juſtitias faciendas. Et de perjurio cavendo.*
37. *De patricidis & fratricidis, & de eorum pœnitentia.*
38. *De illiciitis conjunctionibus.*
39. *Ut nemo feramina furetur in foreſtibus dominicis.*
40. *Capitula ad omnes generaliter.*
41. *Admonitio de ſymbolo fidei.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

legatione à Domno Imperatore directa.

Chronic. Moyſiac. ad annum 802. Lambec. tom. 1. p. 382.

I. SERENISSIMUS igitur & Chriſtianiſſimus Domnus Imperator Karolus elegit ex optimatibus ſuis prudentiſſimos & ſapientiſſimos viros, tam Archiepiſcopos, quàm & reliquos Epiſcopos, ſimulque & Abbates venerabiles laicoſque religioſos, & direxit in univerſum regnum ſuum, & per eos cunctis ſubſequentibus ſecundùm rectam legem vivere conceſſit. Ubi autem aliter quàm rectè & juſtè in lege aliquid eſſet conſtitutum, hoc diligentiſſimo animo exquirere juſſit & ſibi innoteſcere: quod ipſe donante Deo meliorare cupit. Et nemo per ingenium ſuum vel aſtutiam perſcriptam legem, ut multi ſolent, vel ſibi ſuam juſtitiam marrire audeat vel prævaleat, neque Eccleſiis Dei, neque pauperibus, nec viduis, nec pupillis, nullique homini Chriſtiano. Sed omnes omninò ſecundùm Dei præceptum juſta viverint rationem juſto judicio, & unuſquiſque in ſuo propoſito vel profeſſione unanimiter abſque turpis lucri negotio pleniter obſervaſſent, Sanctimoniales ſub diligenti cuſtodia vitam ſuam cuſtodirent, laici & ſeculares rectè legibus ſuis uterentur abſque fraude maligna, omnes in invicem in caritate & pace perfectè viverent; & ut ipſi Miſſi diligenter perquirerent ubicunque aliquis homo ſibi injuſtitiam factam ab aliquo reclamaſſet, ſicut Dei omnipotentis gratiam ubi cupiant cuſtodire & fidelitatem ſibi promiſſam conſervare; ita ut omninò in omnibus ubicunque, ſive in ſanctis Eccleſiis Dei, vel etiam pauperibus, pupillis, & viduis, atque cuncto populo legem pleniter atque juſtitiam exhiberent ſecundùm voluntatem & timorem Dei. Et ſi tale aliquid eſſet quod ipſi per ſe cum Comitibus provincialibus emendare & ad juſtitiam reducere nequiviſſent, hoc abſque ulla ambiguitate cum brebitariis ſuis ad ſuum referrent judicium; & per nullius hominis adulationem vel præmium, nulliuſque conſanguinitatis defenſione, vel timore potentum, recta juſtitia impediretur ab aliquo.

De fidelitate promittenda Domno Imperatori.

II. Præcepitque ut omnis homo in toto regno ſuo, ſive eccleſiaſticus, ſive laicus, unuſquiſque ſecundùm votum & propoſitum ſuum, qui anteà fidelitatem ſibi Regis nomine promiſiſſent, nunc ipſum promiſſum hominis Cæſari faciat. Et ii qui adhuc ipſum promiſſum non perfecerunt, omnes uſque ad duodecimum ætatis annum ſimiliter facerent. Et ut omnibus traderetur publicè qualiter unuſquiſque intelligere poſſet magna in iſto ſacramento & quàm multa comprehenſa ſunt, non, ut multi uſque nunc exiſtimaverunt, tantùm fidelitatem Domno Imperatori uſque in vita ipſius, & ne aliquem inimicum in ſuum regnum cauſa inimicitiæ inducat; & ne alicui infidelitate illius conſentiant aut retaciat, ſed ut ſciant omnes [iſta miſerationem *] hoc ſacramentum habere.

* Legendum iſtam in ſe rationem, &c.

Ut unuſquiſque ſe in ſervitio Dei conſervare ſtudeat.

III. Placuit ut unuſquiſque ex perſona propria ſe in ſancto Dei ſervitio, ſecundùm Dei præceptum & ſecundùm ſponſionem ſuam, pleniter conſervare ſtudeat ſecundùm intellectum & vires ſuas; quia ipſe Domnus Imperator non omnibus ſingulariter neceſſariam poteſt exhibere curam & diſciplinam.

De perjuriis cavendis.

IV. Secundò, ut nullus homo neque cum perjuris neque aliis ullo ingenio vel fraude, per nullius unqu adolationem vel præmium, neque ſervum Domni Imperatoris, neque terminum, neque terram, nihilque quod jure poteſtativo permaneat, nullatenùs contradicat, neque abſtrahere audeat vel celare. Et ut nemo fugitivos fiſcales ſuos, qui ſe injuſtè & cum fraude liberos dicunt, celare neque abſtrahere cum perjurio vel alio injenio præſumat.

De Eccleſiis, viduis, orphanis, & peregrinis.

V. Ut ſanctis Eccleſiis Dei, neque viduis, neque orphanis, neque peregrinis fraudem vel rapinam vel aliquid injuriæ quis facere præſumat; quia ipſe Domnus Imperator, poſt Domini & Sanctorum ejus, quorum & protector & defenſor eſſe conſtitutus eſt.

Ut beneficium Domni Imperatoris nemo deſeratur.

VI. Ut beneficium Domni Imperatoris deſertare nemo audeat, propriam ſuam exinde conſtruere.

De hoſte pergendi.

VII. Ut hoſtile bannum Domni Imperatoris nemo prætermittere præſumat, nulluſque Comes tam præſumptioſus ſit

ut illum de his qui hoſtem facere debiti ſunt, exiude vel aliqua propinquitatis defenſionem, vel cujus muneris adolationem dimittere audeant.

Ut bannum Domni Imperatoris aut cenſum nemo marrire præſumat.

VIII. Ut nullum bannum vel præceptum Domni Imperatoris nullus omninò in nullo marrire * præſumat, neque opus ejus ſtricare vel impedire, vel minuere, vel in alio contrarius fieri voluntati vel præceptis ejus. Et ut nemo debitum ſuum vel cenſum marrire auſus ſit.

* Irrupere, *ſuprà, pag. 207, cap. 1.*

De juſtitia faciendâ.

IX. Ut nemo in placito pro alio rationare uſum habeat defenſionem alterius injuſtè, ſive pro cupiditate aliqua, minùs rationare valente, vel pro ingenio rationis ſuæ juſtum judicium marrire, vel rationem ſuam minùs valentæ opprimendi ſtudio. Sed unuſquiſque pro ſua cauſa vel cenſu vel debito rationem reddat, niſi aliquis ſit infirmus aut rationes neſcius, pro quibus Miſſi vel priores qui in ipſo placito ſunt, vel Judex qui cauſam hujus rationis ſciat, rationetur conplacito; vel ſi neceſſitas ſit, talem perſonam largiatur ut rationem qui omnibus probabilis ſit, & qui in ipſa bene noverit cauſa: quod tamen omninò fiat ſecundùm convenientiam priorum vel Miſſorum qui præſentes adſunt. Quod & omnimodis ſecundùm juſtitiam legem fiat adque præmium, mercedem, vel aliquo malæ adulationis ingenio, vel defenſione propinquitatis, ut nullatenùs juſtitia quis marrire prævaleat. Et ut nemo aliquid alicui injuſtè conſentiat, ſed omni ſtudio & voluntate omnes ad juſtitiam perficiendam præparati ſint. Hæc enim omnia ſupradicta imperiali ſacramento obſervari debentur.

Ut Epiſcopi & Preſbyteri ſecundùm canones vivant, & cæteros doceant.

X. Ut Epiſcopi & Preſbyteri ſecundùm canones vivant, & ita cæteros doceant.

De officio Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum erga ſubditos.

XI. Ut Epiſcopi, Abbates, atque Abbatiſſæ, qui cæteris prælati ſunt, cum ſumma veneratione ac diligentia ſubjectis ſibi præeſſe ſtudeant, non potentivâ dominatione vel tyrannide ſibi ſubjectos premant, ſed ſimplici dilectione cum manſuetudine & caritate, vel exemplis bonorum operum, commiſſum ſibi gregem ſollicitè cuſtodiant.

Ut Monachi & Sanctimoniales ſecundùm regulam vivant.

XII. Ut Abbates ubi Monachi ſunt pleniter cum Monachis ſecundùm regulam vivant, atque canones diligenter diſcant & obſervent. Similiter Abbatiſſæ faciant.

De Advocatis, Vicedominis, & Centenariis Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum.

XIII. Ut Epiſcopi, Abbates, atque Abbatiſſæ Advocatos atque Vicedominos Centenarioſque legem ſcientes, & juſtitiam diligentes, pacificoſque & manſuetos habeant, qualiter per illoſque ſanctæ Dei Eccleſiæ magis præceptum vel merces adcreſcat; quia nullatenùs neque Præpoſitos neque Advocatos damnoſos & cupidos in Monaſteria habere volumus, à quibus magis nos blaſphemia vel detrimenta oriantur. Sed tales ſint quales eos canonica vel regularis inſtitutio fieri jubet, voluntati Dei ſubditos, & ad omnes juſtitiam perficiendi ſemper paratos, legem pleniter obſervantes abſque fraude maligna, juſtum ſemper judicium in omnibus exercentes. Præpoſitos veſtros tales quales ſancta regula fieri docet. Et hoc omninò obſervent ut nullatenùs à quibus magis nobis à canonica vel regulari norma diſcedant, ſed humilitatem in omnibus habeant. Si autem aliter præſumpſerint, regularem diſciplinam ſentiant. Et ſi ſe emendare noluerint, à Præpoſito removeantur; & qui digni ſunt, in loca eorum ſubrogentur.

De concordia Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum cum Comitibus.

XIV. Ut Epiſcopi, Abbates, atque Abbatiſſæ, Comiteſque unanimiter invicem ſint conſentientes legem ad judicium juſtum terminandum cum omni caritate & concordia pacis, & ut fideliter vivant ſecundùm voluntatem Dei, ut ſemper ubique & propter illos & inter illos juſtum judicium, ibique perficiantur pauperes, viduæ, orphani, & peregrini conſolationem atque defenſionem ab eis habeant; ut & nos per eorum bonam voluntatem magis præmium vitæ æternæ quàm ſupplicium mereamur.

Ut Abbates & Monachi ſubjecti ſint Epiſcopis.

XV. Abbates autem & Monachi omnimodis volumus & præcipimus ut Epiſcopis ſuis omni humilitate & obedientia ſint ſubjecti, ſicut canonica conſtitutio mandat. Et omnes Eccleſiæ atque baſilicæ in

ecclesiastica defensione & potestate permaneant. Et de rebus ipsius basilicæ nemo ausus sit in divisione aut in sorte mittere. Et quod semel offeritur, non revolvatur, & sanctificat & vindicet. Et si autem aliter præsumpserit, præsolvatur, & bannum nostrum componat. Et Monachi ab Episcopo provinciæ ipsius corripiantur. Quod si se non emendent, tunc Archiepiscopus eos ad synodum convocet. Et si neque sic se correxerint, tunc ad nostram præsentiam simul cum Episcopo suo veniant.

De ordinatione Clericorum & Monachorum.

XVI. De ordinatione eligenda, ut Domnus Imperator jam olim ad Francorum banno concessit, ut Episcopi Abbatibus, ita etiam nunc & firmavit; eo tamen tenore, ut neque Episcopus neque Abbas in monasterio viliores meliori plus diligat, & eum sibi propter consanguinitatem suam vel aliqua adolationem melioribus suis præferre studeat, & talem nobis ducit ordinandum, cùm meliorem eo habet occultatum & oppressum: quod nequaquam fieri volumus, quia inrisio & delusio nostra hoc fieri videtur. Sed tales in monasteriis nutriantur ad ordinandum, in quibus & nobis merces & profectus adcrescat commendatoribus suis.

Ut Monachi secundùm regulam vivant.

XVII. Monachi autem ut firmiter ac fortiter secundùm regulam vivant, quia displicere Deo novimus quisquis in sua voluntate tepidus est, testante Johanne in Apocalypsin. *Utinam calidus esses aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Secularem sibi neglegentiam nullatenus usurpent. Foris monasterio nequaquam progrediendi licentiam habeant, nisi maximâ cogente necessitate: quod tamen Episcopus, in cujus diœcesi erunt, omninò procuret, ne foris monasterio vagandi usum habeant. Sed si necessitas sit ad aliquam obedientiam aliquem foris pergere, & hoc cum consilio & consensu Episcopi fiat, & tales personæ cum testimonium foris mittantur in quibus nulla sit suspicio mala, vel a quibus nulla opinio mala oriatur. Foris verò peculium vel res monasterii sui Abbas cum Episcopi sui licentia & consilio ordinet qui prævideat, non Monachum, nisi alium fidelem. Quæstum verò secularem vel concupiscentiam mundanarum rerum omnibus modis devitent; quia avaritia vel concupiscentia hujus mundi omnibus est evitanda Christianis, maximè tamen his qui mundo & concupiscentiis abrenuntiasse videntur. Lites & contentiones nequaquam neque infra neque foris monasterio movere præsumant. Qui autem præsumpserint, gravissimâ disciplinâ regulari corripiantur, ut taliter cæteri metum habeant talia perpetrandi. Ebrietatem & comessationem omnino fugiant, quia inde libidine maximè polluari omnibus notum est. Nam pervenit ad aures nostras opinio perniciosissima, in fornicatione & abominatione & immunditia multos jam in monasteriis esse deprehensos, maximè contristat & conturbat, quod sine horrore magno dici non potest, ut inde maximam spem salutis omnibus Christianis oriri crederent, id est, de vita & castitate Monachorum, in tantum ut aliquis ex Monachis sodomitas esse auditum. Unde etiam rogamus & contestamur ut certissimè ampliùs ex his diebus omni custodiâ se ex his malis conservare studeant, ut nunquam ampliùs tale quid ad nostras aures perveniat. Et hoc omnibus notum sit, quia nullatenùs injusta mala in nullo loco ampliùs in toto regno nostro consentire audeamus, quanto minùs inter eos quos castitatis & sanctimoniæ emendatioris esse cupimus. Certè ampliùs quid tale ad aures nostras pervenerit, non solùm in eos, sed etiam & in cæteros qui talia consentiant, talem ultionem faciemus, ut nullus Christianus qui hoc audierit, nullatenùs tale quid perpetrare ampliùs præsumpserit.

Apocal. 3.

Ut Monasteria puellarum firmiter observata sint.

XVIII. Monasteria puellarum firmiter observata sint, & nequaquam vagare sinantur, sed cum omni diligentia conserventur, neque litigationes vel contentiones inter se movere præsumant, neque in nullo Magistris & Abbatissis inobedientes vel contrariæ fieri audeant. Ubi autem regulares sunt, omninò secundùm regulam observent. Non fornicationi deditæ, non ebrietati, non cupiditati servientes, sed omnimodis justè & sobriè vivant. Et ut in claustra vel monasterium earum vir nullus intret, nisi ad Missam tantùm, & statim exeat. Et ut nemo alterius filiam suam in congregationem Sanctimonialium recipiat absque notitia vel consideratione Episcopi ad cujus diœcesim pertinet locus ille; & ut ipse diligenter exquirat qualiter in sancto

ad

Dei ſervitio permanere cupiat, & ſtabilitatem ſuam ibidem firmare vel profeſſionem. Ancillæ autem aliorum hominum, vel tales feminæ quæ ſecundùm morem converſationis in ſancta Congregatione vivere nolunt, omnes pleniter de Congregatione eiciantur.

Ut Epiſcopi & alii Clerici canes ad venandum aut acceptores non habeant.

XIX. Ut Epiſcopi, Abbates, Presbyteri, Diaconi, nulluſque ex omni Clero, canes ad venandum, aut acceptores, falcones, ſeu ſparvarios habere præſumant; ſed pleniter ſe unuſquiſque in ordine ſuo canonicè vel regulariter cuſtodiant. Qui autem præſumpſerit, ſciat unuſquiſque honorem ſuum perdere. Cæteri verò tale exinde damnum patiantur, ut reliqui metum habeant talia ſibi uſurpare.

Ut Abbatiſſæ & Sanctimoniales intra clauſtra ſua maneant, nec egrediantur abſque licentia & conſilio Epiſcopi.

XX. Ut Abbatiſſæ unà cum Sanctimonialibus ſuis unanimiter ac diligenter infrà clauſtra ſe cuſtodiant, & nullatenùs foris clauſtra ire præſumant. Sed Abbatiſſæ cùm * propter aliquas de Sanctimonialibus dirigere, hoc nequaquam abſque licentia & conſilio Epiſcopi ſui faciant. Similiter & cùm ordinationem aliquam in Monaſteriis agere debeant, vel aliquas in Monaſteriis receptiones facere, & hoc cum Epiſcopis ſuis pleniter anteà retractent; & quod ſalubrius vel utilius fieri diſponat, Epiſcopi Archiepiſcopo annuntient, & cum ejus conſilio quæ agenda ſunt perficiantur.

Ut Presbyteri Comitum Epiſcopis ſuis ſubjecti ſint.

XXI. Ut Preſbyteros ac cæteros Canonicos quos Comites ſuis in miniſteriis habent, omninò eos Epiſcopis ſuis ſubjectos exhibeant, ut canonica inſtitutio jubet; & de his Epiſcopis ſuis pleniter ſub ſancta diſciplina eos erudire ſint conſentientes, ſicut noſtram gratiam vel ſuos honores habere deſiderant.

Ut Canonici pleniter vitam canonicam obſervent.

XXII. Canonici autem pleniter vitam obſervent canonicam, & in domo epiſcopali vel etiam in Monaſterio, cum omni diligentia, ſecundùm canonicam diſciplinam erudiantur. Nequaquam foris vagari ſinantur, ſed ſub omni cuſtodia vivant, non turpis lucri dediti, non fornicarii, non fures, non homicidæ, non raptores, non litigioſi, non iracundi, non elati, non ebrioſi, ſed caſti corde & corpore, humiles, modeſti, ſobrii, manſueti, pacifici, ut filii Dei digni ſint ad ſacros Ordines promoveri. Non per vicos neque per villas ad Eccleſiam vicini vel terminantes ſine Magiſterio vel diſciplina, qui Sarabaïti dicuntur, luxuriando vel fornicando, vel etiam cætera iniqua operando quæ conſentiri abſurdum eſt.

Qualis debeat eſſe converſatio Clericorum qui cum Presbyteris degunt.

XXIII. Preſbyteri Clericos quos ſecum habent ſollicitè prævideant ut canonicè vivant, non inanis luſibus, vel conviviis ſecularibus, vel canticis vel luxurioſis uſum habeant; ſed caſtè & ſobriè vivant.

Ne Presbyter aut Diaconus mulieres in domo ſua habeat.

XXIV. Si quis autem Preſbyter ſive Diaconus poſt hoc in domo ſua ſecum mulieres, extra canonicam licentiam, habere præſumpſerit, honorem ſimul & hereditatem privet utriuſque ad noſtram præſentiam.

Ut Comites & Centenarii juſtitias faciant.

XXV. Ut Comites & Centenarii omnes ad juſtitiam faciendam compellant, & juniores tales in miniſteriis ſuis habeant in quibus ſecuri confidant quia legem atque juſtitiam fideliter obſervent, pauperes nequaquam oppriment, fures, latroneſque, & homicidas, adulteros, maleficos, atque incantatores, vel auguriatrices, omneſque ſacrilegos nulla adulatione vel præmio nulloque ſub tegimine celare audeant, ſed magis prodere, ut emendentur & caſtigentur ſecundùm legem, ut Deo largiente omnia hæc mala à Chriſtiano populo auferantur.

Ut Judices judicent ſecundùm legem.

XXVI. Ut Judices ſecundùm ſcriptam legem juſtè judicent, non ſecundùm arbitrium ſuum.

De hoſpitalitate.

XXVII. Præcipimuſque ut in omni regno noſtro, neque dives neque pauper, peregrinis hoſpitia denegare audeant, id eſt, ſive peregrinis propter Deum ambulantibus per terram, ſive cuilibet iteranti propter amorem Dei & propter ſalutem animæ ſuæ, tectum & focum & aquam nemo illi deneget. Si autem ampliùs eis aliquis boni facere voluerit, à Deo ſibi ſciant retributionem optimam, ut ipſe dixit: *Qui autem ſuſceperit unum parvu-* Matth. 18.

Matth. 25. *lum propter me, me ſuſcipit.* Et alibi: *Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me.*

Quam providentiam Comites & Centenarii habere debeant erga Miſſos dominicos.

XXVIII. De legationibus à Domno Imperatore venientibus Miſſis directis, ut Comites & Centenarii prævideant omni ſollicitudine, ſicut gratiam Domni Imperatoris cupiunt, ut abſque ullum ort eant per miniſteria eorum, omnibuſque omninò præcipiant qui hoc debiti ſunt, prævidere ut nullam moram nuſquam patiantur, ſed cum omni feſtinatione eos faciant ire viam ſuam, & taliter providentiam ſuam habeant ut Miſſi noſtri diſponant.

De pauperibus non opprimendis.

XXIX. De pauperibus verò qui in ſua eleemoſyna Domnus Imperator concedit qui pro banno ſuo ſolvere debent, ut eos Judices, Comites, vel Miſſi noſtri pro conceſſo non habeant conſtringere pro arte ſua.

De his qui ad Imperatorem confugiunt.

XXX. De his quos vult Domnus Imperator, Chriſto propitio, ut pacem ac defenſionem habeant in regno ſuo, id ſunt, qui ad ſuam clementiam feſtinânt aliquid nuntiare cupientes, ſive ex Chriſtianis, ſive ex paganis, aut propter inopiam vel propter famem ſuffragantiam quærunt, ut nullus eos ſibi ſervitio conſtringere vel uſurpare audeat, neque alienare, neque vendere; ſed ubi ſponte manere voluerint, ſub defenſione Domni Imperatoris ibi habeant ſuffragia in ſua eleemoſyna. Si quis hoc tranſgredere præſumpſerit, ſciat ſe exinde damnum pati vitam præſumptioſus diſpoſitum juſſa Domnum Imperator.

De his qui juſtitiam Domni Imperatoris annuntiant.

XXXI. Ut his qui juſtitiam Domni Imperatoris annuntiant, nihil læſionis vel injuriæ quis machinare præſumat, neque aliquid inimicitiæ contra eos movere. Qui autem præſumpſerit, bannum dominicum ſolvat. Vel ſi majoris debiti reus ſit, ad ſuam præſentiam perduci juſſum eſt.

De homicidiis cavendis, de compoſitione occiſorum, & de pœnitentia homicidarum.

XXXII. Homicidia, pro quibus multitudo perit populi Chriſtiani, omni conteſtatione deſerere ac vetare mandamus; quia ipſe Dominus odia & inimicitias ſuas fidelibus contradixit, multo magis homicidia. Quomodo enim ſibi Deum placatum fore confidit, qui filium ſuum proximum ſibi occiderit? Qualiter verò Chriſtum Dominum ſibi propitium eſſe arbitretur, qui fratrem ſuum interfecerit? Magnum quoquè & inhabitaculum periculum eſt cum Deo Patre, & Chriſto cœli terræ dominatore, inimicitias hominum movere, quos aliquid tempus latitando effugere poteſt, ſed tamen caſu aliquando in manus inimicorum ſuorum incidit; Deum autem ubi effugere valet, cui omnia ſecreta manifeſta ſunt, qui temeritatem ejus ira quis extimat de re. Quapropter ne populus nobis ad regendum commiſſus hoc malo pereat, hoc omni diſciplinâ devitare prævidimus; quia nos nullo modo placatum vel propitium habebit, qui ſibi Deum iratum non formidaverit: ſed ſæviſſimâ diſtrictione vindicare volumus in eum qui malum homicidii auſus fuerit perpetrare. Tamen ne peccatum adereſcat, & inimicitia maxima inter Chriſtianos non fiat, vel ſuadente diabolo homicidia contingant, ſtatim reus ad ſuam emendationem recurrat, totàque celeritate perpetratum malum ad propinquos extincti dignâ compoſitione emendet. Et hoc firmiter bannimus, ut parentes interfecti nequaquam inimicitiam ſuper commiſſum malum adaugere audeant, neque pacem fieri petenti denegare, ſed datâ fide paratam compoſitionem recipere, & pacem perpetuam reddere, verùm autem nullam moram compoſitionis facere. Ubi autem hoc peccatorum merito contingerit ut quis vel fratres vel propinquum ſuum occiderit, ſtatim ſe ad pœnitentiam ſibi compoſitam ſumit, & ita ut Epiſcopus ejus ſibi diſponat abſque ulla ambiguitate, ſed juvante Domino perficere ſuum remedium ſtudeat, & componat occiſum ſecundùm legem, & cum propinquis ſuis ſe omninò complaceat, & datâ fide nullam inimicitiam exinde movere nemo audeat. Qui autem dignam emendationem facere contempſerit, hereditate privetur uſque ad judicium noſtrum.

De inceſtis puniendis; & de Friccone qui inceſtum in Sanctimoniali perpetravit.

XXXIII. Inceſtuoſum ſcelus omninò prohibemus. Si quis autem nefandâ fornicatione contaminatus fuerit, nullatenùs ſine diſtrictione gravi relaxetur; ſed taliter ex hoc corripiatur, ut cæteri metum habeant talia perpetrandi, ut auferatur penitùs immunditia à populo Chriſtiano, & ut reus ex hoc per pœnitentia amittat

pleniter ſicut ei ab Epiſcopo ſuo diſponatur, & eadem femina in manus parentum ſit conſtituta uſque ad judigium noſtrum. Si autem judicium Epiſcopi ad ſuam emendationem conſentire noluerit, tunc ad noſtram præſentiam perducatur, memores exempli quod de inceſto factum eſt quod Fricco perpetravit in Sanctimoniali Dei.

Ut omnes parati ſint quandocunque Dominus Imperator juſſerit.

XXXIV. Ut omnes pleniter benè paratı ſint quandocunque juſſio noſtra vel annuntiatio advenerit. Si quis autem tunc ſe imparatum eſſe dixerit & præterierit mandatum, ad palatium perducatur; & non ſolùm ille, ſed etiam omnes qui bannum vel præceptum noſtrum tranſgredere præſumunt.

De honore Epiſcoporum & Presbyterorum. Et de nuptiis illicitis.

XXXV. Ut omnes omninò Epiſcopos & Preſbyteros ſuos omni honore venerentur in ſervitio & voluntate Dei; & ne inceſtis nuptiis & ſe ipſos & cæteros maculare audeant, conjunctiones facere non præſumant antequam Epiſcopi Preſbyteri cum ſenioribus populi conſanguinitatem conjungentium diligenter exquirant; & tunc cum benedictione jungantur. Ebrietatem devitent, rapacitatem fugiant, furtum non faciant; lites & contentiones atque blaſphemia, ſive in conviviis ſive in conplacito, omninò devitentur, ſed cum caritate & concordia vivant.

Ut omnes Miſſis dominicis conſentientes ſint ad juſtitias faciendas. Et de perjurio cavendo.

XXXVI. Et ut omnes omninò ad omnem juſtitiam exſequendam Miſſis noſtris ſint conſentientes; & uſum perjurii omninò non permittant, quia hoc peſſimum ſcelus Chriſtiano populo auferri neceſſe eſt. Si quis autem poſt hoc in perjurio probatus fuerit, manum dextera ſemper dereſciat; tamen hereditate propriâ priventur uſque ad noſtrum judicium.

De patricidis & fratricidis, & de eorum pœnitentia.

XXXVII. Ut hi qui patricidia vel fratricidia fecerint, avunculum, patruum, vel aliquem ex propinquis occiderint, & judicium Epiſcoporum, Preſbyterorum, cæterorumque Judicum obedire & conſentire noluerint, quod ad ſalutem animæ ſuæ juſtumque judicium ſolvendum Miſſi noſtri & Comites in Italia cuſtodia coartent ut ſalvi ſint, nec cæterum populum coinquinent, uſque dum in noſtra præſentia perducantur, & de res proprias ſuas interim nihil habeant.

De illicitis & inceſtis conjunctionibus.

XXXVIII. Similiter & his fiat qui illicitis & inceſtis conjunctionibus reprehenſi ſunt correpti, & nec ſe emendare voluit, neque Epiſcopis neque Preſbyteris ſuis obtemperare, & bannum noſtrum præſumunt contemnere.

Ut nemo feramina furetur in foreſtibus dominicis.

XXXIX. Ut in foreſtes noſtras feramina noſtra nemo furari audeat, quod jam multis vicibus fieri contradiximus, & nunc iterùm bannimus firmiter ut nemo ampliùs faciat, ſicut fidelitatem nobis promiſſam unuſquiſque conſervare cupiat, ita ſibi cav at. Si quis autem Comes vel Centenarius, aut Baſſus noſter, aut aliquis de Miniſterialibus noſtris feramina noſtra furaverit, omninò ad noſtram præſentiam perducantur ad rationem. Cæteris autem vulgis, qui ipſum furtum de feraminibus fecerit, omninò quod juſtum eſt componat, nullatenuſque eis exinde aliquid relaxetur. Si quis autem hoc ſcierit alicui perpetratum, in ea fidelitate conſervata quam nobis promiſerunt & nunc promittere habent, nullu hoc celare audeat.

Capitula ad omnes generaliter.

XL. Noviſſimè igitur ex omnibus decretis noſtris noſſe cupimus in univerſo regno noſtro Miſſos noſtros nunc directos, ſive inter eccleſiaſticos viros, Epiſcopos, Abbates, Preſbyteros, Diaconos, Canonicos, omnes Monachos, ſive Sanctimoniales, qualiter unuſquiſque in ſuo miniſterio vel profeſſione noſtra bannum vel decretum habeat conſervatum, vel ubi civibus ex his dignum ſit ex bona voluntate ſua gratias agere, vel adjutoria impendere, vel ubi aliquid adhuc ſit neceſſitatis emendare. Simili autem Laïcos, & in omnibus ubicunque locis. Si de mundeburde ſanctarum Eccleſiarum, vel etiam viduarum & orphanorum, ſeu minimùm potentium atque rapina, necnon de exercitali placito inſtituto, & ſuper ipſis cauſis, qualiter præcepto vel voluntati noſtræ ſint obedientes, vel etiam qualiter bannum noſtrum habeant conſervatum, qualiterque ſuper omnia unuſquiſque certamen habeat in ſancto ſervitio ſeipſum cuſtodire. Et ſi hæc omnia bona & benè ſunt ad Dei omnipotentis laudem, ei gratias refera-

mus, ut dignum eſt. Ubi autem aliquid malum eſſe credimus, ſic ad emendandum omni ſtudio & voluntate certamen habeamus, ut cum Dei adjutorio hoc ad emendationem perducamus, & ad noſtram æternam mercedem & omnium fidelium noſtrorum. Similiter & de Comitibus vel Centenariis miniſterialibus noſtris, inter nos omnia ſupradicta noſſe cupimus feliciter.

Admonitio de ſymbolo fidei.

XLI. Audite, fratres dilectiſſimi, pro ſalute veſtra hunc Miſſum ut ammoneamus vos quomodò ſecundùm Deum juſtè & benè vivatis, & hoc ſecundùm cum juſtitia & cum miſericordia converſemur. Ammonemus vos inprimis ut credatis unum Deum Patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Hic eſt unus Deus & verus, perfecta Trinitas, & vera unitas Deus, creator omnium bonorum noſtrorum. Credite Filium Dei pro ſalute mundi hominem factum, natum de Spiritu Sancto & Virgine Mariâ. Credite quòd pro noſtra ſalute mortem paſſus eſt, & tertiâ die ſurrexit à mortuis, aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Dei Credite eum venturum ad judicandos vivos & mortuos, & tunc reddet unicuique ſecundùm opera ſua. Credite unam Eccleſiam, id eſt, congregationem bonorum hominum per totum orbem terræ. Et ſcitote quia illi ſoli ſalvi eſſe poterunt, & illi ſoli ad regnum Dei pertinent, qui in iſtius Eccleſiæ ſedis & communione & caritate perſeverant.

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCCII,

SIVE

ALIA CAPITULA DATA MISSIS DOMINICIS, EODEM ANNO.

*An. 1677. Nunc * primùm edita ex duobus antiquis Codicibus manuſcriptis, uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero Sancti Vincentii Metenſis.*

ITEM CAPITULA KAROLI IMPERATORIS MAGNI.

I. DE fidelitate, jusjurandum ut omnes repromittant.

Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 244. cap. 1. II. De Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus, ſi ſecundùm canonicam inſtitutionem vivant, & ſi canones benè intellegant & adimpleant.

Ibid. pag. 245. c. 2. III. De Abbatibus, utrùm ſecundùm regulam an canonicè vivant, & ſi regulam aut canones benè intellegant.

Ibid. c. 3. IV. De monaſteriis virorum ubi Monachi ſunt, ſi ſecundùm regulam vivant, ubi promiſſa eſt.

Ibid. c. 4. V. De monaſteriis puellarum, utrùm ſecundùm regulam an canonicè vivant, & de clauſtris earum.

VI. De legibus mundanis.

VII. De perjuriis.

VIII. De homicidiis.

IX. De adulteriis & inlicitis cauſis perpetratis, tam per epiſcopia & monaſteria virorum & puellarum, quamque inter ſeculares homines.

X. De illis hominibus qui noſtra beneficia habent deſtructa & alodes eorum reſtauratos. Similiter & de rebus Eccleſiarum.

XI. De illis Saxonibus qui beneficia noſtra in Francia habent, quomodò aut qualiter habeant contradicta.

XII. De oppreſſione liberorum nominum pauperum qui in exercitu ire debent, & à Judicibus ſunt oppreſſi.

XIII. Ut omnes præparati ſint benè, quandocunque noſtra juſſio venerit.

* Hæc non extant in Pal. & in Met. mſ.

XIV. * De navigiis præparandis circa littora maris.

XV. * De liberis hominibus qui circa maritima loca habitant, ſi nuntius venerit ut ad ſuccurendum debeant venire, & hoc neglexerint, unuſquiſque ſolidos viginti componat, medietatem in dominico, medietatem ad populum. Si ictus fuerit, ſolidos quindecim componat ad populum, & fredo dominico.

* Hæc deſunt in Pal. & in Met.

XVI. De legationibus ad nos venientibus, & de Miſſis à nobis directis.

XVII. De his quos volumus ut pacem habeant & defenſionem per regna, Chriſto propitio, noſtra.

XVIII. De illis hominibus qui juſtitiam noſtram adnuntiantes occiſi ſunt.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 245. c. 5.

XIX. De decimis & nonis atque juſtitia Eccleſiarum Dei, ut omnes dare & emendare ſtudeant.

XX. De banno Domni Imperatoris Karoli, quod per ſemetipſum conſuetus eſt bannire, id eſt, de mundeburdo Eccleſiarum, & viduarum & orphanorum, & minùs potentium, atque de rapto, & de exercitali placito inſtituto, ut hi qui iſta inruperint, bannum dominicum omnimodis componant.

XXI. * Ut omnes habeant bonos Vicedominos & Advocatos.

* Deſunt in Pal. & in Met. Cod. mſ. Flodoard. pag. 245.

XXII. * Ut diligenter inquirant inter Epiſcopos, Abbates, ſive Comites, vel Abbatiſſas, atque Vaſſos noſtros, qualem concordiam & amicitiam ad invicem habeant per ſingula miniſteria, aut ſi aliqua diſcordia inter ipſos eſſe videtur, & omnem veritatem in eorum ſacramento nobis exinde renuntiare non negligant.

* Deſunt in Pal. & Met. Cod. mſ. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 245. c. 6.

XXIII. De omni re inſuper totum undecunque neceſſe fuerit, tam de juſtitiis noſtris, quàmque de juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, & cæterorum hominum, inquirant & perficiant. Et quodcunque ad emendandum invenerint, emendare ſtudeant in quantum meliùs potuerint. Et quod per ſe emendare non potuerint, in præſentiam noſtram adduci faciant.

Vide ibid. eod. cap.

Flodoard. pag. 245.

Flodoard. ibid.

DE LOCIS UBI MISSI ESSE DEBENT.

* Hic paragraph. deeſt in Cod. Pal. & Met.

IN primis de Aurelianenſe civitate ad Segonnam quomodo rectum eſt, deinde ad Trecas cum Tricaſſino toto, inde ad Lingonis, de Lingonis ad Biſſancion in villam partis Burgundiæ, inde verò ad Auguſtidunum, poſtea ad Ligerem uſque ad Aurelianis, ſunt Miſſi Magnus Archiepiſcopus & Godefridus Comes.

* In Pariſiaco, Melciano, Melidunenſi, Provinenſi, Stampinſi, Garnotinſi, Pinciacinſi, Fardulfus & Stephanus. In Cenomanico, Hoxonenſi, Livino, Bajocaſſino, Conſtantino, Abrincatino, Ebrecino, & Madricinſi, & de illa parte Sequanæ, Rodomenſi, Magenardus Epiſcopus & Madelgaudus.

Tom. 1. Ret. Alemann. p. 23. Flodoard. p. 244. & 245. Tom. 3. Metrop. Salisb. p. 322. Tom. 2. Duchesnii, p. 379. 13. Ibid. pag. 186.

SACRAMENTALE PROMISSIONIS FACTÆ IMPERATORI.

Vide Formulas Lindenbrogii, cap. 40.

SACRAMENTALE qualiter promitto ego quòd ab iſto die inantea fidelis ſum Domno Karolo piiſſimo Imperatori, filio Pippini Regis & Berthanæ Reginæ, purâ mente, abſque fraude & malo ingenio de mea parte ad ſuam partem, & ad honorem regni ſui, ſicut per drictum debet eſſe homo domino ſuo. Sic me adjuvet Deus & iſta Sanctorum patrocinia quæ in hoc loco ſunt, quia diebus vitæ meæ per meam voluntatem, in quantum mihi Deus intellectum dederit, ſic attendam & conſentiam.

ITEM ALIUD.

SACRAMENTALE qualiter repromitto ego Domno Karolo piiſſimo Imperatori, filio Pippini Regis & Berthanæ, fidelis ſum ſicut homo per drictum debet eſſe domino ſuo, ad ſuum regnum, & ad ſuum rectum. Et illud ſacramentum quod juratum habeo, cuſtodiam & cuſtodire volo, in quantum ego ſcio & intellego, ab iſto die inantea. Sic me adjuvet Deus, qui cœlum & terram creavit, & iſta Sanctorum patrocinia.

CAPITULARE AQUISGRANENSE,

SIVE

CAPITULARE PRIMUM ANNI DCCCIII.

Vide Laland. Conc. Gall. Supplementa pag. 91; & Lambecium, t. 2. p. 381; & Chronicon Meyſiac. ad an. 803.

Factum, ut videtur, in magna Synodo, quando Paulinus Patriarcha Aquileienſis vices apoſtolicæ Sedis tenuit in Aquis.

De rebus Eccleſiæ non dividendis.

Capitular. lib. 1. c. 77.

I. Quia juxta ſanctorum Patrum traditionem novimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolùm habita conſervare, verùm etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus. Tamen ut ab eccleſiaſticis dè non dividendis rebus ullius Eccleſiæ ſuſpicionem dudum conceptam penitùs amoveremus, ſtatuimus ut neque noſtris neque filiorum, & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitùs divitionem aut jacturam patiantur.

Ut Epiſcopi per electionem Cleri & Populi vitæ merito & ſapientiæ eligantur.

Ibid. c. 78.

II. Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiretur honore, adſenſum Ordini eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet Epiſcopi per electionem Cleri & Populi ſecundùm ſtatuta canonum de propria diœceſi, remotâ perſonarum & numerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaquè prodeſſe valeant.

Ut Eccleſiarum privilegia vel facultates, ſive quicquid ad ejus dominium pertinet, nullus invadere præſumat.

Capitulat. lib. 6. cap. 426.

III. Præcipimus omnibus ditioni noſtræ ſujectis ut nullus privilegia Eccleſiarum vel Monaſteriorum infringere, reſque Eccleſiarum invadere, vel vaſtare, aut alienare, vel facultates earum diripere præſumat, nec ſine precaria poſſidere pertentet: quia, ſicut à ſanctis Patribus inſtructi ſumus, graviſſimum peccatum hoc eſſe dinoſcitur, teſtante ſacrâ ſcripturâ, quæ ait: *Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homicidii particeps eſt.* Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit. Mater noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regeneravit. Ergo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ fraudat vel rapit, ſive vaſtat vel alienat, homicida ante conſpectum juſti Judicis eſſe deputabitur. De quo quidam ſapientium dicit: *Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: Qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit.*

Prov. c. 28. 24.

Vide Capitular. lib. 2. cap. 42.

De Chorepiſcoporum ſuperſtitione atque damnatione.

Capitulat. lib. 7. cap. 160. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 239.

IV. Omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris notum eſſe volumus quia non parva quæſtio de Chorepiſcoporum ſuperſtitione ad nos non ſemel aut bis aut ter venerat, ſed ſæpiſſimè noſtris auribus moleſtiam intulerat: ipſa enim quæſtio non ſolùm inter Clericos, ſed etiam inter laicos crebriùs ventilabatur. Dicebant ergo Preſbyteri, Diaconi, & Subdiaconi à regularibus Epiſcopis ordinati, non eſſe eos Preſbyteros vel Diaconos aut Subdiaconos, qui à Chorepiſcopis videbantur quaſi ſacrati, nec ſacerdotale eos debere peragere officium, niſi forent à canonicè ordinatis Epiſcopis conſummati. Sumentes quoquè de canonica auctoritate ſanctionem, affirmabant à Chorepiſcopis ordinatos, vulneratum potiùs quàm epiſcopaliter ſanctificatum, per illam manûs impoſitionem habere caput. Ubi autem vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, quâ poſſit recipere ſanitatem. Similiter & laici dicebant quòd talium Miniſtrorum vel Sacerdotum, id eſt, qui à Chorepiſcopis erant quaſi ordinati, officia audire nollent, nec eorum infantes majores vel minores, aut familiam eorum, per manûs impoſitionem conſignari vel confirmari uſquam vellent, ne magis vulnus quàm benedictionem acciperent. Quod jurgium cùm enucleatiùs diſcutere voluiſſemus,

placuit nobis ex hoc apoſtolicam Sedem conſulere, jubente canonicâ auctoritate atque dicente: *Si majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem apoſtolicam, ut ſancta ſynodus ſtatuit & beata conſuetudo exigit, incunctanter referatur.* Quapropter Arnonem Archiepiſcopum ad Leonem Apoſtolicum miſimus, ut inter cætera quæ ferebat, etiam eum ex hoc interrogaret; ut quicquid ſuper his definiendum eſſet, apoſtolicâ auctoritate à noſtris Epiſcopis regulariter ſopiretur. Qui nobis verbis & ſcriptis ab eo renuntians hæc non eſſe neceſſe iterare vel definire, quia ſæpiſſimè à ſuis prædeceſſoribus & à multis ſanctis Epiſcopis atque ſynodalibus ſanctionibus eos eſſe prohibitos atque damnatos; & ideò non eſſe neceſſe ventilare, ſed definita tenere. Dixit enim nullum fore Preſbyterum vel Diaconum, aut Subdiaconum, ab eis ordinatum, nec Eccleſiam ab eis dedicatam, nec virginem conſecratam, nec quemquam confirmatum, neque quicquam quod de epiſcopali miniſterio præſumpſere eſſe peractum, ſed quicquid ex his ab eis inlicitè erat præſumptum, omnia à canonicè ordinatis Epiſcopis debere rite peragere, & in meliorem ſtatum reformare: quia quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit ut videatur iteratum. Prædictos autem Chorepiſcopos omnes præcepit damnare, & in exilio detrudi. Ista vero omnes, maximè regni nobis à Deo commiſſi, Epiſcopi cum eodem Arnone, permittente prætato Apoſtolico, mitiùs tractantes, jamdictos villanos Epiſcopos inter Preſbyteros ſtatuerunt, ita ut ampliùs nihil de epiſcopali miniſterio præſumerent, nec ipſi deinceps à quoquam fierent qui gradûs ſui periculum vitare vellet. Decretum namque eſt in ſynodo quam Reginiſburc pro eadem vel pro aliis cauſis, apoſtolicâ auctoritate, præfato prætexto habuimus, nihil ex prædictis à quoquam eorum agere nec facere volentibus conſentire, ſed quicquid ab his epiſcopaliter præſumptum eſt, à canonicè ordinatis Epiſcopis peragi debere, nec ullum uſquam de epiſcopali miniſterio à Chorepiſcopis aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat quod aliquis horum accipere potuiſſet; quoniam quod non habuit quis eorum, dare non potuit. Nam Epiſcopi non erant, quia nec ad quandam civitatis epiſcopalem ſedem titulati erant, nec canonicè à tribus Epiſcopis ordinati: ideò de epiſcopali miniſterio nihil agere potuerunt. Et idcircò non oſtenditur geſtum quod præfixi agere putaverunt; quia quod non habuerunt, nullatenùs dare potuerunt. Ideò namque nulla cauſa permittit ut videatur iteratum, quod de cauſis memoratis à canonicè ordinatis Epiſcopis cognoſcitur regulariter peractum. Unde & cùm ſæpè quæſtio de male accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam eſſe tribuendum quod non decet fuiſſe conlatum? Scimus enim, ſicut & in antiquis patrum legimus decretis, poſſe verâ ac juſtâ legitimi Epiſcopi benedictione auferri omne vitium quod à vitioſo fuerat injectum.

Ut nullus Chorepiſcopus per impoſitionem manûs Spiritum Sanctum tradat, aut conſecrationem pontificalem faciat.

V. Placuit, ſicut Leonis Papæ & omnium Epiſcoporum noſtrorum atque reliquorum fidelium generali & ſynodali conſultu decrevimus, ut nullus Chorepiſcopus per manûs impoſitionem Spiritum Sanctum tradere, aut Sacerdotes vel Levitas aut Subdiaconos ſacrare, vel virgines velare, aut ſanctum chriſma conficere, vel Eccleſias aut altaria ſacrare, aut benedictionem in publica Miſſa populis tribuere præſumat: quæ omnia ſummis Pontificibus, id eſt, cathedralibus Epiſcopis, debentur, & non Chorepiſcopis vel Preſbyteris, quorum formam, juxta ſanctorum Canonum decreta, Chorepiſcopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quæ ab eis gerentur, & ipſi omni eccleſiaſtico honore funditùs priventur. Capitular. lib. 7. cap. 422. Simmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. p. 340.

De his qui à Chorepiſcopis ſunt ordinati Preſbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi.

VI. Ut hi qui à Chorepiſcopis Preſbyteri, vel Diaconi, aut Subdiaconi ſunt ordinati, nullatenùs in preſbyteratûs vel diaconatûs aut ſubdiaconatûs officio miniſtrare præſumant. Similiter homines qui ab imperitis ab eis videntur eſſe confirmati, vel virgines ſeu Eccleſiæ ſacratæ, aut chriſma confectum, ſive altaria dedicata, pro confirmatis vel ſacratis aut dedicatis minimè habeantur; quia quæ illi non habuerunt, dare non potuerunt, quoniam ex his eis quicquam agere non licet: quæ omnia ſummis Pontificibus debentur, & non Chorepiſcopis, qui nec ſummi Pontifices vel Epiſcopi fuerunt, nec deinceps unquam fieri poſſunt. Nullum enim ex ſeptuaginta ex his aliquid unquam feciſſe legimus vel ſcimus; ad quorum exemplum Capitular. lib. 7. cap. 424. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 341.

& formam Presbyteros vel Chorepiscopos, antequam ipsi Chorepiscopi prohibiti essent, fuisse agnovimus. Hæc verò omnia à cathedralibus Episcopis, qui à comprovincialibus Episcopis aut præsentiâ aut judicio Metropolitani consecrati esse noscuntur, agenda sunt, & non à Presbyteris vel Chorepiscopis, qui ambo unius formæ esse videntur. Quæ si ab eis aut propter imperitiam aut propter præsumptionem acta, ut prædictum est, ab imperitis esse putantur, à cathedralibus tamen Episcopis reformanda vel peragenda sunt; quia quæ illi in his agere cogitârunt, imperfecta remanserunt; &, ut jàm prælibatum est, quod illi non habuerunt, dare non potuerunt. Episcopi namque non fuerunt, quia nec à tribus Episcopis, nec ad aliquam episcopalem cathedram ordinati fuerunt, & ideò ex his nihil agere potuerunt. Et ne alicui talis ordinatio vel confirmatio, aut consecratio, reiteratio esse videatur, attendat illud quod scriptum est: *Quod non ostenditur gestum, ratio non finit ut videatur iteratum.* Et reliqua talia eorumque similia.

De Sacerdotum purgatione.

Capitular. lib. 5. c. 36. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 337.

VII. Omnibus vobis visu aut auditu notum esse non dubitamus quòd sæpissimè, suadente antiquo hoste, Sacerdotibus diversa crimina obiciantur. Sed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio & satisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris nostri Pippini, sive priscis temporibus à sanctis patribus & à reliquis bonæ devotionis hominibus sæpissimè ventilatum fuerit, nos tamen pleniter & ad liquidum definitum reperire minime quivimus. Nostris quippè temporibus idipsum à sanctis Episcopis & reliquis Sacerdotibus, & cæteris ecclesiasticæ dignitatis Ministris, nostris in regnis seu in aliis Deo degentibus, nobisque unà cum eis agentibus, sæpissimè propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu Domni & Patris nostri Leonis Apostolici, cæterorumque Romanæ Ecclesiæ Episcoporum & reliquorum Sacerdotum, sive Orientalium & Græcorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum & Sacerdotum, necnon & nostrorum Episcoporum omnium, cæterorumque Sacerdotum ac Levitarum auctoritate & consensu, atque reliquorum fidelium & cunctorum Consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vobis omnibus utriusque ordinis Ministris scire volumus. Statutum est namque ratione & necessitate ac auctoritate prædictâ, consultu omnium, ut quotiensçumque cuiquam Sacerdoti crimen imponitur, si ipsis accusator talis fuerit ut accipi debeat, quia quales ad accusationem Sacerdotum admitti debeant, in Canonibus pleniter expressum est. Si autem, ut dictum est, ille accusator, qui canonicè est recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum testium adprobare in conspectu Episcoporum poterit, tunc canonicè dijudicetur. Et si culpabilis inventus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum suprascripto prætexto adprobare ipse accusator minimè poterit, & hoc canonicè definiatur. Ipse ergò Sacerdos, si suspiciosus aut incredulus suo Episcopo aut reliquis suis Consacerdotibus, sive bonis & justis de suo populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in prædicta suspicione remaneat, cum tribus aut quinque vel septem bonis ac vicinis Sacerdotibus, exemplo prædicti Leonis Papæ, qui duodecim Presbyteros in sua purgatione habuit, vel eo ampliùs, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse perspexerit, & cum aliis bonis & justis hominibus, se sacramento coràm populo super quatuor evangelia dato purgatum Ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat quales testes ad accusationem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accusatore faciendum sit, pleniter in Canonibus reperire poterit.

Plodonni. p. 557.

ALIUD

ALIUD CAPITULUM
DE PURGATIONE SACERDOTUM,

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 238.

Datum, ut apparet, poſt tempus ſuperioris Capitularis, eodem tamen anno, & ante Synodum Wormatienſem.

Ut Presbyteri criminoſi ad Synodum venientes in medio collocentur.

Capitular. lib. 5. cap. 370.

PRESBYTEROS criminoſos canonicè ad Synodum venientes jubemus, juxta decreta Papæ Innocentii, capitulo XXXIII, in medio collocari; diſcuſſiſque objectionibus quæ ipſis Preſbyteris impinguntur, ſi convinci potuerint, à ſacerdotali removeantur officio, (quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt) atque alieni efficiantur à miniſterio quod, vivendo inlicitè, polluerunt. Et ſi convinci non potuerint, ſecundùm anterius capitulum, conſultu Leonis Papæ & multorum Epiſcoporum ſtatutum, cum aliis Preſbyteris & fidelibus jùſtiſque hominibus ſatisfaciant Epiſcopo ſuo & populo.

ITEM ALIUD CAPITULUM
DE PURGATIONE SACERDOTUM,

Goldast. Conſtit. Imper. tom. 3. p. 134. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 238.

Datum ſub finem anni DCCCIII. Aquiſgrani, ut videtur, quò ſe contuliſſe Karolum Imperatorem, poſt habitum Conventum Wormatienſem, colligitur ex Annalibus Francorum Metenſibus.

De purgatione Sacerdotum, qualiter Wormatiæ ſecundâ vice à Domno Karolo & à ſuis tractata atque ſopita eſt.

Capitular. lib. 7. cap. 281.

OMNIBUS vobis, tam præſentibus quàm & futuris, ſcire cupimus quia ideò conſultu Sedis apoſtolicæ, & omnium noſtrorum Epiſcoporum ac reliquorum Sacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum, de purgatione criminatorum Sacerdotum tanta tractavimus, eamque cum teſtibus, ſicut in anteriori Capitulari noſtro continetur, fieri decrevimus, quoniam neſciebamus eandem cauſam à beato Gregorio Papa eſſe definitam. Nam cùm Warmatiâ generalem conventum habuiſſemus, adlata eſt nobis à Riculfo, Mogonciacenſi Metropolitano, epiſtola beati Gregorii Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: *De Presbytero verò vel quolibet Sacerdote à populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes qui crimini inlato non adprobent veritatèm, jusjurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate cui nuda & aperta ſunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.* Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, in judicio Epiſcoporum juxta canonicam ſanctionem definienda reliquimus; ut hæc, quando orta fuerint, ita definire ſatagant, ut nec ſecundùm ſeculum juſtam reprehenſionem, nec penès Deum, quod abſit, damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

Gregor. II. epiſt. 9. c. 3.

KAROLI MAGNI IMP. AUG. RESCRIPTUM AD NICEPHORUM IMPER. CONSTANTINOP. *de pace inter utrumque Imperium.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCCIII, SIVE CAPITULA ADDITA AD LEGEM SALICAM.

Goldast. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 144, 145; & Collect. Conſuetud. Imper. p. 115.

Incipiunt Capitula quæ in Lege Salica Domnus Auguſtus Karolus, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCIII, *imperii verò ſui anno tertio, præponendo addere juſſit.*

INDEX CAPITULORUM.

1. *De homicidiis Clericorum.*
2. *De immunitate, ſi aliquod damnum ibi factum fuerit.*
3. *De confugio ad Eccleſiam.*
4. *De eo qui in judicio injuſtè aliquem contra alium altercantem adjuvare præſumpſerit.*
5. *De eo qui de libertate ſua interpellatus aliquem de propinquis ſuis occiderit.*
6. *De his qui ad caſam Dei res ſuas tradere voluerint.*
7. *De homine qui per chartam libertatem conſecutus eſt.*
8. *De libero homine qui ſe loco wadii tradidit.*
9. *De debitis regalibus, qualiter ſolvi debeant.*
10. *De eo qui cauſam judicatam repetere præſumit.*
11. *De eo qui in teſtimonium aſſumitur, qualis eſſe debeat.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De homicidiis Clericorum.

Capitular. lib. 3. c. 15. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 245, cap. 7.

I. QUI Subdiaconum occiderit, trecentos ſolidos componat; qui Diaconum occiderit, quadringentos; qui Preſbyterum occiderit, ſexcentos; qui Epiſcopum occiderit, nongentos. Qui Monachum occiderit, quadringentis ſolidis culpabilis judicetur.

De immunitate, ſi aliquod damnum ibi factum fuerit.

Capitular. lib. 3. c. 26.

II. Si quis in immunitate damnum aliquod fecerit, ſolidis ſexcentis culpabilis judicetur. Si autem homo furtum aut homicidium fecerit, vel quodlibet crimen foràs committens infra immunitatem fugerit, mandet Comes vel Epiſcopo, vel Abbati, vel Vicedomino, vel quicunque locum Epiſcopi aut Abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si illum contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Si ad ſecundam inquiſitionem eum reddere noluerit, triginta ſolidis culpabilis judicetur. Si nec ad tertiam inquiſitionem conſentire voluerit, quicquid reus damnum fecerit, totum ille qui eum infra immunitatem retinet, nec reddere vult, ſolvere cogatur. Et ipſe Comes veniens licentiam habeat ipſum hominem infra immunitatem quærendi, ubicunque eum invenire potuerit. Si autem ſtatim in prima inquiſitione Comiti reſponſum fuerit quòd reus infra immunitatem quidem fuiſſet, ſed fugâ lapſus ſit, ſtatim (juret qui locum Epiſcopi vel Abbatis tenuerit *) quòd ipſe eum ad juſtitiam cujuſlibet disfaciendam fugere non feciſſet, & ſit ei in hoc ſatisfactum. Si autem intranti in ipſam immunitatem Comiti collectâ manu quiſlibet reſiſtere tentaverit, Comes ad Regem vel Principem deferat, ibique judicetur; ut ſicut ille qui immunitate damnum fecit, ſexcentos ſolidos componere debuit, ita qui Comiti collectâ manu reſiſtere præſumpſerit, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur.

* Hæc ſunt addita ex Cod. Sancti Vincentii Metenſis & Vaticani.

De confugio ad Eccleſiam.

Capitular. lib. 1. cap. 134. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 245, cap. 8.

III. Si quis ad Eccleſiam confugium fecerit, intra ipſius atria Eccleſiæ pacem habeat, nec ſit ei neceſſe Eccleſiam ingredi, & nullus eum inde per vim abſtra-

here præſumat; ſed liceat ei confiteri quod fecit, & inde per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem in publicum producatur.

De eo qui in judicio injuſtè aliquem contra alium altercantem adjuvare præſumpſerit.

Capitular. lib. 3. c. 27. IV. Si quis hominem in judicio injuſtè contra alium altercantem adjuvare per malum ingenium præſumpſerit, atque inde coram Judicibus vel Comite increpatus fuerit, & negare non potuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur.

De eo qui de libertate ſua interpellatus aliquem de propinquis ſuis occiderit.

App. tit. 3. V. Si quis de libertate ſua fuerit interpellatus, & timens ne in ſervitium cadat, aliquem de propinquis ſuis, per quem ſe in ſervitium caſurum timens occiderit, id eſt, patrem aut matrem, amitam, matruelem, avunculum, vel quamlibet hujuſmodi propinquitatis perſonam, ipſe qui hoc perpetraverit moriatur, agnatio ejus & conſanguinitas in ſervitutem cadat. Et ſi negaverit ſe illum occidiſſe, ad novem vomeres ignitos judicio Dei examinandus accedat.

De his qui ad caſam Dei res ſuas tradere voluerint.

Capitular. lib. 1. cap. 135. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 245, cap. 9. VI. Qui res ſuas pro anima ſua ad caſam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram teſtibus legitimis. Et quæ hactenùs in hoſte factæ ſunt traditiones, de quibus nulla eſt quæſtio, ſtabiles permaneant. Si verò aliquis alii res ſuas tradiderit, & in hoſtem profectus fuerit, & ille cui res traditæ ſunt interim mortuus fuerit, qui res tradidit, cùm reverſus fuerit, adhibitis teſtibus coram quibus traditio facta eſt, res ſuas recipiat. Si autem & ipſe mortuus fuerit, heredes ejus legitimi res traditas recipiant.

De homine qui per chartam libertatem conſecutus eſt.

Capitular. lib. 3. c. 28. VII. Si quis per chartam ingenuitatis à domino ſuo legitimè libertatem eſt conſecutus, liber permaneat. Si verò aliquis eum injuſtè inſervire tentaverit, & ille chartam ingenuitatis ſuæ oſtenderit, & adverſarium (injuſtè *) ſe inſervire velle comprobaverit, ille qui hoc tentavit, multam quæ in charta deſcripta eſt, ſolvere cogatur. Si verò charta non paruerit, ſed jam ab illo qui eum inſervire voluerit diſfacta eſt, widrigildum ejus componat, duas partes illi quem inſervire voluerit, tertiam Regi; & ille iterùm per præceptum (Regis *) libertatem ſuam conquirat.

* Deeſt in Regio & Ling. Cod. mſ.

* Deeſt in Reg. Cod.

De libero homine qui ſe loco wadii tradidit.

Capitular. lib. 3. c. 29. VIII. Liber qui ſe loco wadii in alterius poteſtatem commiſerit, ibique conſtitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in locum wadii ſuſcepit, aut damnum ſolvat, aut hominem in mallo productum dimittat, perdens ſimul debitum propter quod eum in wadio ſuſcepit. Et qui damnum fecit, dimiſſus juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si verò liberam feminam habuerit, uſque dum in pignus extiterit, & filios habuerint, liberi permaneant.

De debitis regalibus, qualiter ſolvi debeant.

Ibid. 30. IX. Omnia debita quæ ad partem Regis ſolvere debent, ſolidis duodecim denariorum ſolvant, excepto freda quæ in lege Salica conſcripta ſunt. Illa eiſdem ſolidis quibus cæteræ compoſitiones ſolvi debent, componantur.

De eo qui cauſam judicatam repetere præſumit.

Ibid. 31. X. Si quis cauſam judicatam repetere præſumpſerit in mallo, ibique teſtibus convictus fuerit, aut quindecim ſolidos componat, aut quindecim ictus ab Scabineis qui cauſam priùs judicaverunt, accipiat.

De eo qui in teſtimonium aſſumitur, qualis eſſe debeat.

Ibid. 32. XI. Optimus quiſque in pago vel civitate in teſtimonium adſumatur, & cui is contra quem teſtimoniare debet nullum crimen poſſit dicere.

Explicit.

In vetuſtiſſimo Codice mſ. Bibliothecæ Thuanæ iſta poſita ſunt in fronte ſuperiorum Capitulorum.

Hæc ſunt Capitula quæ Domnus Karolus Magnus Imperator juſſit ſcribere in Conſilio ſuo, & juſſit ea ponere inter alias Leges.

In Codice verò Sangallenſi hæc adduntur poſt ultimum Capitulum.

ISTA XI. CAPITULA AD OMNIBUS LEGIBUS MITTENDA SUNT.

Inter ſchedas Jacobi Sirmondi reperi exemplar ſuperiorum Capitulorum, quod ille ex veteri Codice deſcripſerat, in quo hæc epigraphe legebatur.

Anno tertio clementiſſimi Domini noſtri Karoli Auguſti, ſub ipſo anno, hæc facta Capitula ſunt, & conſignata Stephano Comiti, ut hæc manifeſta faceret in civitate Pariſius mallo publico, & illa legere faceret coràm Scabineis : quod ita & fecit. Et omnes in uno conſenſerunt, quòd ipſi voluiſſent omni tempore obſervare uſque in poſterum. Etiam omnes Scabinei, Epiſcopi, Abbates, Comites, manu propriâ ſubterſignaverunt.

CAPITULARE TERTIUM
ANNI DCCCIII.

Alia Capitula minora de cauſis admonendis.

Goldaſt. Conſt t. Imperial. tom. 3. p. 153. & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 115.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De Eccleſiis emendandis.*
2. *De ordinatione Presbyterorum. Et de excommunicatione.*
3. *De Scabineis, Advocatis, Notariis à Miſſis dominicis eligendis.*
4. *De illis qui legem ſervare contemnunt.*
5. *De heribannatoris conjecto.*
6. *De fugitivis ac peregrinis.*
7. *Ut bauga & bruniæ non dentur negotiatoribus.*
8. *De menſuris, ut æquales ſint.*
9. *De veſtitura Pippini Regis.*
10. *De colonis & fiſcalinis.*
11. *De homine in judicium non mittendo ſine cauſa.*
12. *De converſione liberi hominis.*
13. *De his quæ wadiari debent.*
14. *De his qui ad placitum Imperatoris non fuerunt.*
15. *De cauſa ebrii hominis, & de ejus teſtimonio. Et de placito Comitis.*
16. *De non cogendo bibere.*
17. *De miſſis dominicis vel cæteris hominibus diſcurrentibus.*
18. *De canibus qui in dextro armo tonſi ſunt.*
19. *De capitulis quæ in lege noviter addita ſunt.*
20. *De illis qui ad placitum banniri debent.*
21. *De falſis teſtibus.*
22. *De non jurando per vitam Regis.*
23. *De Saxonibus qui uxores non habent.*
24. *De ſignatis qui mentiendo vadunt.*
25. *Ut Miſſi adducant breves de opere.*
26. *De mora Miſſorum dominicorum in locis ſuæ legationis.*
27. *De prudentia & conſtantia Miſſorum.*
28. *De falſis monetariis.*
29. *De generali placito ad Magontiam ſive Cabillonem.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De Eccleſiis emendandis

App. l. 28. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. p. 146. cap. 10.

I. DE Eccleſiis emendandis, & ubi in uno loco plures fuerint quàm neceſſe ſit, ut deſtruantur quæ neceſſariæ non ſunt, & aliæ conſtruantur.

De ordinatione Presbyterorum. Et de excommunicatione.

Capitular. lib. 1. cap. 136.

II. Ut Preſbyteri non ordinentur priuſquàm examinentur. Et ut excommunicationes paſſim & ſine cauſa non fiant.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 146. c. 11.

De Scabineis, Advocatis, Notariis à Miſſis dominicis eligendis.

Capitular. lib. 3. c. 33.

III. Ut Miſſi noſtri Scabinios, Advocatos, Notarios per ſingula loca eligant; & eorum nomina, quando reverſi fuerint, ſecum ſcripta deferant.

De illis qui legem ſervare contemnunt.

Ibid. 34. IV. De illis qui legem ſervare contempſerint, ut per fidejuſſores ad præſentiam Regis deducantur.

De heribannatoris conjectu.

Ibid. 35. V. Ut illi qui heribannum ſolvere debent, conjectum faciant ad heribannatorem.

De fugitivis ac peregrinis.

App. II. 4. VI. De fugitivis ac peregrinis, ut diſtringantur, ut ſcire poſſimus qui ſint aut unde venerint.

Ut bauga & bruniæ non dentur negotiatoribus.

Ibid. 5. VII. Ut bauga & brunias non dent negotiatoribus.

De menſuris, ut æquales ſint.

Ibid. 6. VIII. De menſuris, ut ſecundùm juſſionem noſtram æquales fiant

De veſtitura Pippini Regis.

Ibid. 7. IX. Ut non mittantur teſtimonia ſuper veſtituram Domni Pippini Regis.

De colonis & fiſcalinis.

Capitular. lib. 3. c. 36. X. Ut nec colonus nec fiſcalinus poſſint alicubi traditiones facere.

De homine in judicium non mittendo ſine cauſa.

Ibid. 37. XI. Ut nullus præſumat hominem in judicium mittere, niſi judicatum fuerit.

De converſione liberi hominis.

Ibid. lib. 1. cap. 137. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 245. c. 12. XII. Ut liber homo qui in monaſterio regulari comam depoſuerit, & res ſuas ibidem delegaverit, promiſſionem factam ſecundùm regulam firmiter teneat.

De his quæ wadiari debent.

App. II. 8. XIII Ut omnia quæ wadiari debent, juxta quod in lege continetur, pleniter ſecundùm legem ipſam inwadiata fiant. Et in poſtmodum vel Domnus Rex, vel ille cujus cauſa eſt, juxta quod ei placuerit, miſericordiam faciat.

De his qui ad placitum Imperatoris non fuerunt.

XIV. De Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus qui ad placitum noſtrum non venerunt.

De cauſa ebrii hominis, & de ejus teſtimonio. Et de placito Comitis.

Capitular. lib. 3. c. 38. XV. Ut nullus ebrius ſuam cauſam poſſit conquirere in mallo, nec teſtimonium dicere. Neque Comes placitum habeat, niſi jejunus.

De non cogendo bibere.

XVI. Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum. Ibid. lib. 1. c. 138.

De Miſſis dominicis vel cæteris hominibus diſcurrentibus.

XVII. De Miſſis noſtris diſcurrentibus, vel cæteris hominibus in utilitatem noſtram iter agentibus, ut nullus manſionem contradicere eis præſumat. Ibid. lib. 3. cap. 39.

De canibus qui in dextro armo tonſi ſunt.

XVIII. De canibus qui in dextro armo tonſi ſunt, ut homo qui eum habuerit, cum ipſo cane in præſentiam Regis veniat. Ibid. lib. 6. cap. 236.

De Capitulis quæ in lege noviter addita ſunt.

XIX. Ut populus interrogetur de capitulis quæ in lege noviter addita ſunt. Et poſtquam omnes conſenſerint, ſubſcriptiones & manuſirmationes ſuas in ipſis capitulis faciant. Ibid. 237.

De illis qui ad placitum bannire debent.

XX. Ut nullus ad placitum banniatur niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet; exceptis Scabiniis ſeptem, qui ad omnia placita præeſſe debent. Capitular. lib. 3. c. 40.

De falſis teſtibus.

XXI. De falſis teſtibus inquirendum eſt, ut non recipiantur. Ibid. 41.

De non jurando per vitam Regis.

XXII. Ut nullus præſumat per vitam Regis & filiorum ejus jurare. Ibid. 42.

De Saxonibus qui uxores non habent.

XXIII. De illis Saxonibus qui uxores non habent. App. II. 14.

De ſignatis qui mentiendo vadunt.

XXIV. De ſignatis qui mentiendo vadunt. *Vide Appendic.* 1, *cap.* 34. Ibid. 15.

Ut Miſſi adducant breves de opere.

XXV. Ut Miſſi noſtri qui jam breves detulerunt de annuntiatione, volumus ut adhuc adducant de opere. Ibid. 9.

De mora Miſſorum dominicorum in locis ſuæ legationis.

XXVI. Quantam moram faciant in unoquoque loco, & quot homines ſecum habeant. Ibid. 10.

De prudentia & conſtantia Miſſorum.

XXVII. De prudentia & conſtantia Miſſorum noſtrorum. Ibid. 11.

De falſis monetariis.

XXVIII. De falſis monetariis requirendum eſt. Ibid. 12.

De generali placito ad Magontiam ſive Cabillonem.

Iud. 15 (XXIX. Si aliæ res fortuitò non præoccupaverint, VIII. Kalendas Julias, id eſt, Miſſa ſancti Johannis Baptiſtæ, ad Magontiam ſive Cabillonem generale placitum noſtrum habere volumus. *) * Hoc cap. non extat in Mss. Cod.

☞ *Vide alteram editionem hujus Capitularis in* NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

In Codice Vaticano & in Metenſi iſta leguntur in fine ſuperiorum Capitulorum.

Hoc fuit datum ad Aquis in tertio anno imperii Domni Karoli Auguſti, quando Synodus ibi magna fuit.

In Codice Bigotiano & apud Lindenbrogium hæc Capitula adduntur poſt ſuperiora.

I.

TELONEUS aut cenſus non exigatur à quolibet ubi nec aquam navigio aut pontem tranſeundum non eſt.

II.

Et hoc nobis præcipiendum eſt, ut quicunque in dono regio caballos detulerint, in unumquemque ſuum nomen habeant ſcriptum. Similiter & in veſtimenta Abbatiſſarum.

III.

Et hoc nobis præcipiendum eſt, ut ubicunque inveniuntur Vicarii aliquid mali conſentientes vel facientes, ipſos eicere & meliores ponere.

IV.

Ut Comites vel Vicarii eorum legem ſciant, ut ante eos injuſtè quis nemini * judicare poſſit, nec ipſam legem mutare. * neminem.

In veteri Codice mſ. Bibliothecæ regiæ deſcriptum reperitur ſequens Capitulum ſtatim poſt ultimum Capitulum tertii Capitularis anni DCCCIII.

CAP. DE INGENUITATE CHARTARUM.

Capitular. lib. 3. c. 43. Suprà, pag. 389. c. 6.

SI quis per chartam ingenuus dimiſſus fuerit, & à quolibet homine ad ſervitium interpellatus fuerit, primum legitimum auctorem ſuæ libertatis proferat, & in ſua libertate perſeveret. Si verò legitimus auctor defuerit, teſtimonio bonorum hominum, qui tunc aderant quando liber dimiſſus fuit, ſe defendere permittatur. Si verò & teſtes defuerint, cum duabus aliis chartis, quæ ejuſdem Cancellarii manu firmatæ ſint vel ſubſcriptæ, cujuſcunque fuerint, ſuam chartam, quæ tertia eſt, veram & legitimam eſſe confirmet. Si autem qui interpellatus fuerit ad ſervitium, nec auctorem nec teſtimonia habuerit, neque alias duas chartas ad ſuam chartam confirmandam invenire potuerit, tunc is qui eum interpellavit ſecundùm legem ipſam chartam falſam efficiat, & ſervum conquirat. Si verò interpellator aut auctore aut teſtimoniis aut chartarum conlatione victus fuerit, & hoc quod voluit efficere non potuerit, multam quæ in ipſa ingenuitatis charta continetur, cogatur exſolvere.

CAPITULARE QUARTUM ANNI DCCCIII, SIVE DE LEGE RIPUARENSE.

Goldaſt. Collection. Conſuetudinum Imper. pag. 116. 117. Buſæus. pag. 291.

CAP. I.

I. SI ingenuus ingenuum ictu percuſſerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur.

II.

X. Homo regius, id eſt, fiſcalinus & eccleſiaſticus vel lidus interfectus, centum ſolidis componatur.

III.

XXII. Homo ingenuus qui multam quamlibet ſolvere non potuerit, & fidejuſſores non habuerit, liceat ei ſemetipſum in Wadium ei cui debitor eſt mittere,

uſque dum multam quam debuit perſolvat. *Item in eodem capitulo, de ſoniſte;* aut ſexcentos ſolidos componat, aut cum duodecim juret. Aut ſi ille qui cauſam quærit, duodecim hominum ſacramenta recipere noluerit, aut cruce aut ſcuto & fuſte contra eum decertet.

IV.

Capitular. lib. 3. c. 44. Ibid. lib. 6. cap. 210. Infrà, pag. 399. c. 12.

XX. Nemini liceat ſervum ſuum, propter damnum ab illo cuilibet inlatum, dimittere; ſed juxta qualitatem damni dominus pro illo reſpondeat, vel eum in compoſitionem aut ad pœnam petitori offerat. Si autem ſervus perpetrato ſcelere fugerit, ita ut à Domino penitùs inveniri non poſſit, ſacramento ſe dominus ejus excuſare ſtudeat quòd hoc ſuæ voluntatis nec conſcientiæ fuiſſet quòd ſervus ejus tale facinus commiſit.

V.

Capitular. lib. 3. c. 45. Ibid. lib. 6. cap. 211.

XXXIII. Si quis ad mallum legibus bannitus fuerit, & non venerit, ſi eum ſunnis non detinuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Sic ad ſecundam & tertiam. Si autem ad quartam venire contempſerit, poſſeſſio ejus in bannum mittatur donec veniat, & de re quâ interpellatus fuerit juſtitiam faciat. Si infra annum non venerit, de rebus ejus quæ in banno miſſæ ſunt Rex interrogetur, & quicquid inde judicaverit fiat. Prima bannitio ſuper noctes ſeptem, ſecunda ſuper noctes quatuordecim, tertia ſuper noctes viginti & unam, quarta ſuper noctes quadraginta duas. Similiter & de beneficio hominis, ſi fortè res proprias non habuerit, mittatur in bannum uſque Rex interrogetur.

VI.

Ibid. lib. 3. cap. 46.

XXXV. Si auctor venerit, & rem intertiatam recipere noluerit, campo vel cruce contendant.

VII.

Ibid. lib. 6. cap. 212.

XLVIII. Qui filios non habuerit, & alium quemlibet heredem facere ſibi voluerit, coram Rege vel Comite, & Scabiniis vel Miſſis dominicis, qui tunc ad juſtitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

VIII.

Ibid. 213.

LVII. Homo denarialis non anteà hereditare in ſuam agnationem poterit uſquequò ad tertiam generationem perveniat.

IX.

Ibid.

LXIV. Homo chartularius ſimiliter.

X.

Capitular. lib. 6. cap. 214. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 246. c. 13.

LVII. Omne ſacramentum in Eccleſia aut ſupra reliquias juretur. Et quod in Eccleſia jurandum eſt, vel cum ſeptem electis, vel ſi duodecim eſſe debent, quales potuerit: *Sic illum Deus adjuvet & Sancti quorum iſtæ reliquiæ ſunt, ut veritatem dicat.*

XI.

Capitular. lib. 6. cap. 214

LXXII. Si res intertiata furto ablata fuerit, liceat ei ſuper quem res intertiata fuerit, ſacramento ſe excuſare de furto quòd nec ſuæ voluntatis aut conſcientiæ fuiſſet quod ablatum eſt, aut tantum ſine damno reſtituat.

XII.

De homine qui comprehendit ſervum. Juſſit eum occidere dominos ſuos duos infantes, unum qui habuit novem annos, alium qui habuit undecim. Ad extremum illum ſervum, poſtquam dominos ſuos illos pueros occidit, in foveam quandam projecit. Et judicatum eſt ut illum qui novem annos habuit, weregildo componat; alium verò qui undecim annos habuit, dupliciter; ſervum, quem mordricum, tripliciter; & bannum noſtrum ad omnia.

CAPITULARE QUINTUM
ANNI DCCCIII,

An. 1677. *Nunc * primum editum ex duobus antiquis Codicibus manuſcriptis, uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero S. Vincentii Metenſis.*

ALIA CAPITULA ADDENDA SUNT, EA QUÆ NUPER AUDITA ET COMPERTA HABEMUS.

CAP. I.

Sirmond. Conc. Gallic. tom. 1. pag. 146. c. 14.

DE Clericis & Laicis qui chriſma ad aliquam nimietatem dant & accipiunt. Si quis Preſbyter aut Diaconus dare aut accipere præſumpſerit, gradum amittat. Cæteri Clerici & Nonnanes diſciplinam corporalem & carceris cuſtodiam ſuſtineant. Laici qui acceperint, aut alicui dederint, manum perdant.

II.

De negotio ſuper omnia præcipiendum eſt ut nullus audeat in nocte negotiare in vaſa aurea & argentea mancipia, gemmas, caballos, animalia, excepto vivanda & fodro, quod iter agentibus neceſſaria ſunt, ſed in die coram omnibus & coram teſtibus unuſquiſque ſuum negotium exerceat.

III.

Reliqua capitula quæ in anteriore Capitulari ſcripta ſunt, tam de venundatione annonæ, & de reliquis juſtitiis, & de reſtauratione Eccleſiarum, & de pace, & de fugitivis, & de ſingulis quibuſque cauſis, omnia ita obſerventur.

Heic deſunt capita octo.

XII.

Supra, pag. 397. c. 4.

Nemini liceat ſervum ſuum propter damnum à ſe dimittere; ſed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipſo ſervo reſpondeat, aut componat quicquid ille fecit uſque ad ſuper plenam leudem liberi hominis. Quicquid ſuper hoc fuerit, inregauditio eſſe videtur.

XIII.

Si inventus fuerit quis chartam falſam feciſſe aut falſum teſtimonium dixiſſe, manum perdat aut redimat.

XIV.

Ut homo liber peccato imminente, quod abſit, patrem aut matrem, avunculum vel nepotem interfecerit, hereditatem propriam amittat. Et ſi quis mœchatus fuerit matrem, ſororem, amitam, aut neptam, ſimiliter hereditatem perdat.

XV.

Ut homines fiſcalini ſive coloni aut ſervi in alienum dominium commorantes, à priore domino requiſiti, non aliter eiſdem concedantur, niſi ad priorem locum ubi priùs viſus fuit manſiſſe, illuc revertatur, & ibi diligenter inquiratur de ſtatu ipſius cum cognatione ejus. Hoc à nobis præceptum eſt omnibus cognitum facere.

XVI.

Ut infra regna Chriſto propitio noſtra omnibus iterantibus nullus hoſpitium deneget, manſionem & focum tantùm. Similiter paſtum nullus contendere faciat, excepto pratum & meſſem.

XVII.

Ut liberi homines nullum obſequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in prato, neque in meſſe, neque in aratura aut vinea, & conjectum ullum vel reſiduum eis reſolvant; excepto ſervitio quod ad Regem pertinet, & ad heribannatores, vel his qui legationem ducunt.

XVIII.

Ut ubicunque inveniuntur Vicarii aliquid mali conſentientes vel facientes, ipſos eicere & meliores ponere jubemus.

XIX.

Ut Comites & Vicarii eorum legem ſciant, ut ante eos injuſtè neminem quis judicare poſſit, vel ipſam legem mutare.

XX.

Ut quicunque in dona regia caballos præſentaverit, Supra, pag. 395. c. 2.

præſentaverit, in unumquemque ſuum nomen ſcriptum habeat.

XXI.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 146, cap. 15.

Ut qui oratorium conſecratum habet, vel habere voluerit, per conſilium Epiſcopi de ſuis propriis rebus ibidem largiatur, ut propterea illi vici canonici non ſint neglecti.

XXII.

Ut nullus homo præſumat teloneum in ullo loco accipere, niſi ubi antiquitùs pontes conſtructi ſunt, & ubi navigia præcurrunt, & antiqua videtur eſſe conſuetudo. Similiter nec rodaticum neque pulveraticum ullus accipere præſumat; quia qui hoc facere tentaverit, bannum dominicum omnimodis componere debet.

CAPITULARE SEXTUM
ANNI DCCCIII,
SIVE
CAPITULA DATA AD INTERROGATIONEM
CUJUSDAM COMITIS AUT MISSI DOMINICI.

*An. 1677. *Nunc * primùm edita ex duobus antiquis Codicibus mſs., uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero ſancti Vincentii Metenſis.*

CAP. I.

CONTINEBATUR namque in primo capitulo, utrùm ubi colonam ſervus cujuſlibet uxorem acceperit, infantes illorum pertinere deberent ad illam colonam, an ad illum. Conſidera enim ſi proprius ſervus tuus alterius propriam ancillam ſibi ſociaverit, aut alterius ſervus proprius tuam propriam ancillam ad uxorem acceperit, ad quem ex vobis eorum procreatio pertinere debeat, & taliter de iſtis fac; quia non eſt ampliùs niſi liber & ſervus.

II.

De ſecundo unde me interrogaſti, ſi Comes de notitia ſolidum unum accipere deberet, & Scabinii ſive Cancellarius, lege Romanam Legem; & ſicut ibi inveneris, exinde facias. Si autem ad Salicam pertinet Legem, & ibi minimè repereris quid exinde facere debeas, ad placitum noſtrum generale exinde interrogare facias.

III.

Continebatur quippe in tertio capitulo, de his qui per falſos teſtes libertatem conſequuntur, quid ex his facere deberes interrogaſti. Nos verò ubique vobis præcepimus ut nequaquam cum falſo teſtimonio ullus ſe liberare potuiſſet de ſervitio. Et ſi ſecundùm legis ordinem ſe liberare potuerit, liber permaneat. Si verò cum falſis teſtibus, nequaquam illi conſentias.

IV.

In quarto namque capitulo declarabat de his qui primâ nec ſecundâ, nec tertiâ vice manniti * ad veſtram præſentiam venire nolunt. Similiter de ipſis præcepimus quid ex his facere deberet.

* Al. Mſſ. admoniti.

V.

In quinto autem capitulo referebatur de Epiſcopis, Abbatibus, vel cæteris noſtris hominibus qui ad placitum veſtrum venire contempſerint. Illos verò per bannum noſtrum ad placitum veſtrum bannire faciatis. Et qui tunc venire contempſerint, eorum nomina adnotata ad placitum noſtrum generale nobis repræſentes.

VI.

In ſexto autem capitulo ſcriptum erat de pontibus antiquis conſtitutis, vel de inlicitis teloneis. Unde præcipimus ut ubicunque antiqua conſuetudo fuit teloneum accipiendi, teloneum legitimum accipiant. Nam & hoc anteà vobis ore proprio injunximus, & nequaquam intellexiſtis.

VII.

In ſeptimo autem capitulo, ubi referebatur qualiter poſt querelas dominorum ſervi eorum chartas oſtendant, & ipſi ſervi à Scabineis ſententiâ acceptâ eas

veras esse comprobare debeant; nequaquam hoc volumus quòd servus suam chartam propriam probare debeat: sed dominus qui ipsum servum quærit, ipse, si potuerit, ipsam chartam falsam deprehendat.

VIII.

In octavo capitulo referebatur de servis qui francas feminas accipiunt, & postea illorum domini eis chartas faciunt eo tenore, ut si aliqua procreatio filiorum aut filiarum ex ipsis orta fuerit, liberi permaneant; & nesciunt, sicut scripsisti, utrùm habere debeant, an non. Deinde volumus ut si ille homo servo aut ancillæ chartam in sua præsentia fecerit, & ille vel illa qui chartam libertatis habere debet præsentes fuerint, ipsa charta stabilis permaneat. Sed qui post discessum domini sui ortus fuerit, in servitio permaneat. Et illæ chartæ quæ à quibusdam dominis his factæ fuerint qui necdum nati esse noscuntur, sed post eorum discessum nati fuerint, nullum obtineant effectum, nec per easdem chartas liberi esse valeant.

CAPITULARE SEPTIMUM

ANNI DCCCIII.

*Ao. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Metensis.*

Cap. I.

IN primis de banno Domni Imperatoris & Regis, quem per semetipsum consuetus est bannire, id est, de mundoburgio Ecclesiarum, viduarum, orphanorum, & de minùs potentum personarum, atque & de exercitali placito instituto, ut hi qui ista irruperint, bannum dominicum omnimodis componant.

II.

De decimis & nonis, atque justitia Ecclesiarum Dei, ut studeatis dare & facere sicut lex est.

III.

Qui beneficium Domni Imperatoris & Ecclesiarum Dei habet, nihil exinde ducat in suam hereditatem, ut ipsum beneficium destruatur.

IV.

Nullus homo alterius Clericum aut hominem recipiat in sua potestate.

V.

Ut nullus latronem habeat in sua potestate, nec celet.

VI.

Ut nullus se præsumat perjurare, aut falsum testimonium dicere.

VII.

Ut nullus contra rectum judicium audeat judicare quicquam.

VIII.

Ut nullus præsumat nocere eum qui rectum Imperatoris dixerit.

IX.

Ut nullus præsumat alium sine lege opprimere, vel aliquid mali agere.

X.

Nullus homo præsumat aliter vendere, aut emere, vel mensurare, nisi sicut Domnus Imperator mandatum habet.

XI.

Ut diem dominicum cum omni diligentia custodiatis, sicut lex est, vel sicut Domnus Imperator mandatum habet.

XII.

Nullus fidelitatem quam promissam habet Domno Imperatori infrangat; aut qui infractam habet, non consentiatur ei.

XIII.

Nec non etiam de istis causis pagamcis quod aliqui observant, ut nullus faciat, nec consentiat facienti.

CAPITULARE OCTAVUM
ANNI DCCCIII,
SIVE

CAPITULA de immunitate Epiſcoporum ac reliquorum Sacerdotum ab expeditionibus bellicis, data Wormatiæ in generali populi Conventu, ſub finem, ut videtur, anni DCCCIII.

Monumenta Paderborn. p. 96. Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 131-133. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 132.

De generali totius populi ſupplicatione apud Principem pro Sacerdotum cauſa, ne in hoſtem aut pugnam pergerent, & quale eis omnibus ex hoc immineat periculum. Ex Capitulis Domni Karoli Imperatoris Wormatiæ generaliter decretis, atque ab omnibus firmatis, & cunctis pro lege tenendis contraditis.

PETITIO POPULI AD IMPERATOREM.

Capitular. lib. 6. cap. 370.

FLEXIS omnes precamur poplitibus majeſtatem veſtram ut Epiſcopi deinceps, ſicut hactenùs, non vexentur hoſtibus. Sed quandò vos noſque in hoſtem pergimus, ipſi propriis reſideant in parochiis, Deoque fideliter famulari ſtudeant, & eorum ſacroſancta miniſteria canonicè & Deo placitè peragere ſatagant, atque pro vobis & cuncto exercitu veſtro, unà cum omnibus ſibi commiſſis, orare viriliter, Miſſaſque cantare, & letanias atque eleemoſynas facere decertent. Quoſdam enim ex eis in hoſtibus & præliis vulneratos vidimus, & quoſdam periſſe cognovimus. Hæc verò valdè periculoſa, & oppido ſunt cavenda. Quæ idcircò ſuggerimus, ne pro talibus vos & nos ſimul pereamus. Novit Dominus, quando eos in talibus videmus, terror adprehendit nos, & quidam ex noſtris timore perterriti propter hoc fugere & inimicis terga vertere ſolent. Plures enim poteſtis habere præliatores, ſi illi propriis reſident in parochiis, quàm ſi vobiſcum pergunt; quoniam illi qui eos prævident, omnes tunc pugnabunt: quod modò nequaquam faciunt, ſed eos tantummodò cuſtodiunt. Nam ſine dubio potiùs vobis nobiſque proficere poſſunt, ſi remanſerint, quàm ſi in hoſtem vel ad pugnam perrexerint; quia tunc eorum precibus adjuvamur, & modò eorum preſſuris gravamur. Quando verò Moyſes expanſis ad cœlum manibus orabat, vincebat Iſrael; & quando à precibus ceſſabat, & manus ejus gravabantur, priuſquam ſuſtentatæ fierent & ipſe precibus inſiſteret, vincebatur & terga vertebat. Talibus ergo & multis aliis exemplis fulti, quorum prolixitatem vitantes modò non dicimus, quia ſapienti ſemel dicta ſufficiunt prædicta, obnixè omnes præcamur, & ut concedantur rogamus; quia nullatenùs volumus adſentire ut nobiſcum ad talia pergant, niſi duo aut tres bene docti, electione videlicet cæterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium reconciliationem faciendam, ne vos & nos ſimul cum pluribus pereamus, ſed eorum precibus, ut jam memoratum eſt, fulciamur. Quam formam & de Sacerdotibus tenere optamus, id eſt, ut nec illi in hoſtem niſi bene docti, & ipſi electione atque permiſſione propriorum Epiſcoporum; qui tamen tales ſint de quorum ſcientia & vita ac converſatione omnes ſecuri eſſe poſſimus. Illud tamen vobis & omnibus ſcire cupimus, quòd non propterea hæc petimus ut eorum res aut aliquid ex eorum pecuniis, niſi ipſis aliquid ſponte nobis dare placuerit, aut eorum Eccleſias viduari cupiamus, ſed magis eis, ſi Dominus poſſe dederit, augere deſideramus, ut & ipſi & vos & vos ſalviores ſimus, & Deo potiùs ipſo amminiculante placere mereamur. Scimus enim res Eccleſiæ Deo eſſe ſacratas, ſcimus eas eſſe oblationes fidelium &

pretia peccatorum Quapropter ſi quis eas ab Eccleſiis, quibus a fidelibus collatæ Deoque ſacratæ ſunt, aufert, procul dubio ſacrilegium committit : cæcus enim eſt qui iſta non videt. Quiſquis ergo noſtrûm ſuas res Eccleſiæ tradit, Domino Deo illas offert atque dedicat, ſuiſque Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita. Facit enim ſcripturam de ipſis rebus quas Deo dare deſiderat, & ipſam ſcripturam coram altari aut ſupra tenet in manu, dicens ejuſdem loci Sacerdotibus atque cuſtodibus: *Offero Deo atque dedico omnes res quæ hac in chartula tenentur inſertæ, pro remiſſione peccatorum meorum ac parentum & filiorum*, (aut pro quocunque illas Deo deliberare voluerit) *ad ſerviendum ex his Deo in ſacrificiis Miſſarumque ſolemniis, orationibus, luminariis, pauperum ac Clericorum alimoniis, & cæteris divinis cultibus, atque illius Eccleſiæ utilitatibus. Si quis autem eas inde, quod fieri nullatenùs credo, abſtulerit, ſub pœna ſacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, diſtrictiſſimas reddat rationes.* Ponit etiam in ea alias conjurationes, quas enumerare longum eſt. Nam qui eas inde poſteà aufert, quid agit niſi ſacrilegium? Si ergo amico quippiam rapere furtum eſt, Eccleſiæ verò fraudari vel auferri indubitanter ſacrilegium eſt. Unde & in ſacris Canonibus Spiritu Dei conditis, habetur ita : *Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere vel dare voluerit præter Epiſcopi conſcientiam, vel ejus cui hujuſcemodi ſunt officia commiſſa, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.* Abſit enim ut rerum eccleſiaſticarum cupiditate vel ablatione ſacrilegi aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis unquam devinciamur ; quoniam ſcimus anathematos homines, vel ſacrilegos, non ſolùm infames, & à conſortio fidelium, priuſquam hæc per publicam ſatisfactionem Eccleſiæ & Epiſcoporum conciliationem manûſque impoſitionem emendent, alienos eſſe, ſed etiam a regno Dei extorres fieri, ſi in talibus defecerint, non dubitamus. Ut ergò omnis ſuſpicio à nobis cunctis Sacerdotibus, & omnibus Chriſti & ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus funditùs auferatur, profitemur omnes, ſtipulas dextris in manibus tenentes, eaſque propriis è manibus eicientes, coram Deo & Angelis ejus, ac vobis cunctiſque Sacerdotibus & populis circumſtantibus, nec talia facere, nec facere volentibus conſentire, ſed magis Deo auxiliante reſiſtere. Et hoc vobis omnibuſque fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris, notum eſſe cupimus, quòd cum his qui abique voluntate aut conſenſu vel datione rectoris illius Eccleſiæ, cujus ipſæ res juſtè eſſe debentur, & maximè proprii Epiſcopi, res Eccleſiæ a Regibus petere aut retentare, vel auferri aut invadere, vel vaſtare præſumpſerint, nec in hoſtem nec ad pugnam ire, nec cibum ſumere, nec ad Eccleſiam vel ad palatium aut in itinere pergere, nec etiam noſtros homines cum eorum hominibus, aut caballos vel reliqua pecora noſtra cum eorum pecoribus, aut ad paſtum ire, aut ſimul habitare vel manere, nec ullam participationem cum eis, niſi pro emendatione, ante publicam emendationem & Eccleſiæ ſatisfactionem unquam ſcienter aut libenter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus atque flagitiis unà cum eis nos & noſtri, quod abſit, pereamus. Scimus enim quia perit juſtus pro impio. Tales verò à nobis, ſi nos fideles habere vultis, ſegregate, & in ergaſtulum ſub publica pœnitentia redigite ; & poſtulata concedite. Ut ergo hæc omnia à vobis & à nobis, ſive à ſucceſſoribus veſtris & à noſtris, futuris temporibus abſque ulla diſſimulatione conſerventur, ſcriptis eccleſiaſticis inſerere jubete, & inter veſtra Capitula interpolare præcipite.

Gratian. 12. q. 2. c. 71. *Gloria Epiſcopi.*

Capitular. lib. 7. c. 7.

CONCESSIO DOMNI KAROLI IMPERATORIS ad ſuprascriptam petitionem.

Ibid. lib 6. cap. 371. Sirmond. Conc. Gal. lia, tom. 1. pag. 234.

OMNIBUS notum eſſe volumus quia non ſolùm ea quæ ſuper Epiſcoporum & Preſbyterorum hoſtium vexationibus & precibus pro nobis & vobis fieri rogitaſtis, concedere optamus, ſed quicquid pro ſanctæ Dei Eccleſiæ & Sacerdotum, ſive tot uspopuli & veſtra utilitate invenerit s, concedere paratiſſimi ſumus. Et modò iſta, ſicut petiſtis, concedimus. Et quandò, vitâ comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, ſicut petiſtis, conſultu omnium fidelium noſtrorum ſcriptis firmare, noſtris noſtrorumque atque futuris temporibus inrefragabiliter manenda firmiſſimè, Domino amminiculante, cupimus. Modò ea quæ generalia ſunt, & omnibus conveniunt Ordinibus, ſtatuere ac cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ

noſtriſque fidelibus, ob Dei omnipotentis amorem & recordationem, tradere parati ſumus; & ad proximum ſynodalem noſtrum conventum ac generale placitum, ubi plures Epiſcopi & Comites convenerint, iſta, ſicut poſtulaſtis, firmabimus.

Quæ ſequuntur Capitula, data videntur in Synodo cujus mentio fit in poſtrema parte ſuperioris Capituli.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 141-144. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 235.

De hoſte & pugna atque armis Sacerdotibus prohibitis.

Capitular lib. 7. cap. 141.

SECUNDA vice, propter ampliorem obſervantiam, apoſtolicâ auctoritate & multorum ſanctorum Epiſcoporum admonitione inſtructi, ſanctorumque Canonum regulis edocti, conſultu videlicet omnium nobilium noſtrorum, noſmetipſos corrigentes, poſteriſque noſtris exemplum dantes, volumus ut nullus Sacerdos in hoſtem pergat, niſi duo vel tres tantùm Epiſcopi, electione cæterorum, propter benedictionem & prædicationem populique reconciliationem, & cum illis electi Sacerdotes, qui bene ſciant populis pœnitentias dare, Miſſas celebrare, de infirmis curam habere, ſacratique olei cum ſacris precibus unctionem impendere, & hoc maximè prævidere ne ſine viatico quis de ſeculo recedat. Hi verò nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, nec effuſores ſanguinum vel agitatores fiant, ſed tantùm Sanctorum pignora & ſacra miniſteria ferant, & orationibus pro viribus inſiſtant; ut populus qui pugnare debet, auxiliante Domino, victor exiſtat, & non ſit Sacerdos ſicut populus. Reliqui verò qui ad Eccleſias ſuas remanent, ſuos homines bene armatos nobiſcum, aut cum quibus juſſerimus, dirigant; & ipſi pro nobis & cuncto exercitu noſtro Miſſas, letanias, oblationes, eleemoſynas faciant, orantes Deum cœli ut proficiamus in itinere quo pergimus, victoreſque, Deo adminiculante, exiſtamus. Gentes enim & Reges earum quæ Sacerdotes ſecum pugnare permiſerunt, nec prævalebant in bello, nec victores extiterunt; quia non erat differentia inter Laicos & Sacerdotes, quibus pugnare non eſt licitum. Hæc verò Galliarum, Hiſpaniarum, Longobardorum, nonnullaſque alias Gentes & Reges earum feciſſe cognovimus; quæ propter prædictum nefandiſſimum ſcelus, nec victores extiterunt, nec patrias retinuerunt. Quam foveam caventes malumus cum paucis & licitis, Domino opem ferente, victores exiſtere, quàm cum multis & inlicitis terga, quod abſit, vertere, & cum prædictis gentibus perire. Qualis enim victoria datur ubi Sacerdotes unâ horâ dominica pertractant myſteria, & Chriſtianis dominicum porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione, & poſt Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut Paganos, quibus Chriſtum prædicare, proprùs ſacrilegiſque manibus necant; præcipuè dicente eis Domino: *Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet ultrà niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Et dum hæc ita ſe habeant, elegimus potiùs, Domino adminiculante, nobiſque illis & cunctis eorum Eccleſiis opem ferente, nec quicquam eis pro hoc de honoribus vel Eccleſiarum rebus minuente, ut gradus eorum & ſanctorum Canonum decreta cuſtodiant, quàm illi aut nobis imperantibus aut conſentientibus contra hæc faciant, aut gradibus careant, aut pereant, & nos ſimul, quod abſit, eum eis & victoriâ careamus vel pereamus. Quoniam, peccatis exigentibus, timemus, ſi talia & tam inlicita aut imperemus aut agere conſentiamus, ut unà cum eis pereamus; quia non ſolùm qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, æquo piaculo rei ſunt in conſpectu Dei & Sanctorum ejus. Si verò iſta veraciter ex utraque parte fuerint cuſtodita, credimus quia corruent ante nos omnes paganæ gentes, & erimus victores, inſuper & bene agentes, Domino auxiliante, vitam poſſidebimus ſempiternam.

Matth. 5. 13.

De his qui putaverunt idcircò præceptum fuiſſe non ire ad pugnam Sacerdotes, ut honor eis minueretur.

Capitular. lib. 7. cap. 142. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 236.

Quia inſtigante antiquo hoſte audivimus quoſdam nos ſuſpectos habere, propterea quòd conceſſimus Epiſcopis & Sacerdotibus, ac reliquis Dei ſervis, ut in hoſtes, nili duo aut tres à cæteris electi, & Sacerdotes ſimiliter perpauci ab eis electi, non irent, ſicut in prioribus noſtris continetur Capitularibus, nec ad Pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Chriſtianos quàm Paganos necarent, nec agitatores ſanguinum fierent, vel quic-

quam contra Canones facerent, quòd honores Sacerdotum & res Eccleſiarum auferre vel minuere eis voluiſſemus: quod nullatenùs facere velle, vel facere volentibus conſentire, omnes ſcire cupimus. Sed quantò quis eorum ampliùs ſuam normam ſervaverit & Deo ſervierit, tantò eum plus honorare & cariorem habere volumus. Et ut hæc certiùs credantur, & per futura tempora conſerventur, præcipimus ut nullus res Eccleſiæ niſi precariò poſſideat, & poſtquam ipſæ precariæ finitæ fuerint, faciant poteſtativè ſpeculatores Eccleſiæ utrùm elegerint, aut ut ipſas recipiant, aut poſteris eorum ſub precario & cenſu habere permittant. Ita tamen ut ipſi proprias & utiles res eiſdem Eccleſiis, de quarum jure eſſe videntur, legaliter tradant, & ſic à Rectoribus earumdem Eccleſiarum precariæ, ſi renovandæ ſunt, canonicè renoventur. Novimus ergo multa regna & Reges eorum propterea cecidiſſe, quia Eccleſias ſpoliaverunt, reſque earum vaſtaverunt, abſtulerunt, alienaverunt, vel diripuerunt, Epiſcopiſque & Sacerdotibus, atque, quod magis eſt, Eccleſiis eorum abſtulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello nec in fide ſtabiles fuerunt, nec victores extiterunt; ſed terga multi vulnerati & plures interfecti, verterunt, regnaque & regiones, &, quod pejus eſt, regna cœleſtia perdiderunt, atque propriis hereditatibus caruerunt & hactenùs carent. Quæ omnia virantes, nec talia facere, nec conſentire, nec infantibus aut ſucceſſoribus noſtris exemplum dare volumus, ſed quantùm valemus & poſſumus, adjuncto Leonis Papæ & omnium Epiſcoporum, quorum conſilio uſi hoc egimus, ſpiritu noſtro ſpiritui eorum, per Deum & omnium Sanctorum merita prohibemus conteſtamurque ne talia faciant, vel facere volentibus conſentiant, ſed adjutores & defenſores atque ſublimatores Eccleſiarum & cunctorum ſervorum Dei pro viribus exiſtant, ne in foveam in quam prædicti Reges & Regna ceciderunt, cadant, aut in profundum, quod abſit, inferni demergantur. Et ut hæc devotiùs per futura tempora conſerventur, præcipientes jubemus ut nullus, tam noſtris quam futuris temporibus, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris, ullo unquam tempore, abſque conſenſu & voluntate Epiſcoporum in quorum parochiis eſſe noſcuntur, res Eccleſiarum petere aut invadere, vel vaſtare aut quocunque ingenio alienare, præſumat. Quod ſi quis fecerit, tam noſtris quàm & ſucceſſorum noſtrorum temporibus, pœnis ſacrilegii ſubjaceat, & à nobis atque ſucceſſoribus noſtris, noſtriſque Judicibus vel Comitibus, ſicut ſacrilegus & homicida vel fur ſacrilegus legaliter puniatur, & ab Epiſcopis noſtris anathematizetur, ita ut mortuus etiam ſepulturâ & cunctis Dei Eccleſiæ precibus & oblationibus careat, nec eleemoſynam ſuam quiſpiam recipiat. Quòd autem maximum ſacrilegium ſit res Eccleſiæ auferre, alienare, vaſtare, vel ſubripi, maximè omnes ſcripturæ divinæ teſtantur. Et beatus Symmachus Papa ſynodali ſententiâ cunctos feriendo dicit: *Iniquum eſt*, inquit, *& ſacrilegii inſtar ut quæ vel pro ſalute vel pro requie animarum ſuarum unuſquiſque venerabili Eccleſiæ pauperum cauſâ contulerit, aut certè reliquerit, ab his quibus maximè ſervari convenerat, auferri aut in aliud transferri.* Et multa ſanctorum Canonum decreta & ſanctorum Patrum edicta hæc eadem teſtantur, quæ ſcrutari & ſcire cupientibus perfacilè patent.

Vide Greg. Turon. lib. 8. c. 30.

De ſceleribus nefandis ob quæ regna percuſſa ſunt, ut penitùs caveantur.

Prohibemus omninò ſub pœna ſacrilegii generaliter omnibus cunctarum Eccleſiarum rerum invaſiones, vaſtationes, alienationes, Sacerdotumque & reliquorum ſervorum Dei oppreſſiones, vexationes, atque cunctorum generum injurias, necnon & cunctis utriuſque ſexûs hominibus, adulteria, fornicationes, ſodomiticaſque luxurias, atque inceſta vel cuncta inlicita conjugia, homicidia injuſta, perjuria, falſa teſtimonia, & omnia inlicita, pro quibus non ſolùm regna vel Reges, ſed etiam homines in eis commanentes, perire cognovimus. Sed quia, Deo auxiliante, per merita & interceſſiones Sanctorum ſervorumque Dei, quos ſublimare & honorare curavimus atque curamus, hactenùs nos & ſucceſſores noſtri regna & regiones adquiſivimus, & victorias multas habuimus, deinceps ſummoperè omnibus nobis providendum eſt ne pro prædictis inlicitis & ſpurciſſimis luxuriis, his, quod abſit, careamus. Nam multæ regiones, quæ rerum Eccleſiarum invaſiones, vaſtationes, alienationes, vexationeſque, & Sacerdotum reliquorumque ſervorum Dei oppreſſiones, vel quaſcunque injurias, quæ jam dicta inlicita, & adulteria, vel ſodomiticam luxuriam, vel commixtionem meretricum ſectatæ fuerunt, nec in bello ſecu-

Capitular. lib. 7. cap. 141. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 242.

lari fortes nec in fide ſtabiles perſtiterunt. Et qualiter Dominus talium criminum patratoribus ultrices pœnas per Sarracenos & alios populos venire & ſerviro permiſit, cunctis earum geſta legentibus liquet. Et niſi nos ab his caveamus, ſimilia nobis ſupervenire non dubitamus, quia vindex eſt Deus de his omnibus. Quapropter ſciat unuſquiſque nobis ſubjectus quia qui in uno ex his repertus atque convictus fuerit, & honores, ſi habet, omnes perdere, & in carcerem ſe uſque ad juſtam emendationem, atque per publicæ pœnitentiæ ſatisfactionem, retrudi & ab omni fidelium conſortio fieri alienum. Valde enim cavenda eſt illa fovea in quam alios cecidiſſe cognovimus.

Capitulare (anni 803) *ex quibus ſuprà Sacerdotibus omnibus.* Vide in novo Codice Legum veterum.

EPISTOLA INCREPATORIA

AD MONACHOS SANCTI MARTINI TURONENSIS,

Jubens utì Clericum Theodulphi, Epiſcopi Aurelianenſis, qui ad illos poſt publicum Epiſcopi ſui judicium confugerat, ut ſe pœnæ ſubtraheret, ei reddant. *Vide* Floard. pag. 439.

*An. 1677. *Nunc * primùm edita ex veteri Codice mſ. Bibliothecæ Colbertinæ.*

EPISTOLA DOMNI KAROLI IMPERATORIS AD ALBINUM MAGISTRUM ET AD CONGREGATIONEM SANCTI MARTINI MISSA.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Karolus, *& reliqua.* Albino venerabili magiſtro & omni Congregationi monaſterii ſancti Martini Pridie quàm ad noſtram præſentiam à vobis miſſa veniſſet epiſtola, adlatæ ſunt nobis litteræ à Theodulfo Epiſcopo miſſæ, querimonias continentes de inhonoratione hominum ſuorum, & non tam illorum quàm Epiſcopi hujus civitatis, vel contemptu juſſionis imperii noſtri. Quam juſſionem de redditione cujuſdem Clerici de cuſtodia ipſius elapſi, & in baſilica ſancti Martini latitantis, ſub noſtri nominis auctoritate conſcribere juſſimus; cujus etiam nobis exemplaria miſiſtis, in quibus nos nequaquam injuſtè aliquis decreviſſe, ut vobis viſum fuit, putamus. Sed cùm utraſque epiſtolas, veſtram ſcilicet ac Teodulfi, nobis relegere feciſſemus, aſperior multò nobis & cum iracundia compoſita veſtra, quàm Teodulfi, videbatur epiſtola, & in nullo erga illum caritatis condimento reſperſa, ſed potiùs quaſi reum defendens & Epiſcopum accuſans, & ſub velamine quodam celati nominis continens vel poſſet vel admitti ad accuſationem deberet; cùm hoc omninò & divinâ & humanâ lege ſancitum ſit, nulli criminoſo alterum accuſandi dari licentiam, quamquam à vobis ad hoc defenſus & conſervatus ſit ſub obtentu juſſionis nominis noſtri; ut qui jam accuſatus & in conſpectu populi civitatis ſuæ judicatus eſt, accuſandi locum habere Cæſarei nominis appellatione deberet, ad exemplum beati Pauli Apoſtoli, qui apud Principes Judææ à gente ſua accuſatus, nondum judicatus, Cæſarem appellavit, & ab eiſdem Principibus ad Cæſarem judicandus miſſus eſt. Quod nequaquam præſenti negotio convenit: Paulus enim Apoſtolus à Judæis accuſatus, ſed non judicatus, Cæſarem appellavit & adire permiſſus eſt. Hic vero infamis Clericus & accuſatus, & judicatus, & in cuſtodia miſſus, & de cuſtodia elapſus, baſilicam, quam niſi poſt pœnitentiam ingredi non debuerat, contra legem ingreſſus, & adhuc, ut fertur, perversè vivere non ceſſans, ut dicitis, ſicut Paulus Apoſtolus Cæſarem appellavit, ſed nequaquam ut Paulus Cæſarem aditurus eſt. Illi enim apud quem accuſatus, & à quo judicatus atque in cuſtodia miſſus eſt, & de cujus cuſtodia evaſit, præcipimus ut reddatur, & ille eum ad noſtram audientiam, ſive vera ſive falſa dicentem, adducat; quia non decet ut propter talem hominem noſtræ primæ juſſionis ulla fiat immutatio. Sed & valde miramur quur vobis ſolis viſum

Simile quid in Epiſt. 85. Ivonis Carnot.

ſit noſtræ auctoritatis ſanctioni & decreto contraeundum, cùm liquidò pateat, & ex conſuetudine veteri & ex conſtitutione legum alterum decreta recta eſſe debere, ne cuiquam permiſſum illorum edicta vel ſtatuta contemnere. Et in hoc ſatis mirare nequivimus quòd illius ſcelerati hominis precibus, quàm noſtræ auctoritatis juſſionibus, obtemperare maluiſtis, cùm nunc clariſſimè liqueat cum eodem homine amorem diſcordiæ, & inruptione caritatis, de hoc loco vetuit egredi: ipſi quippe noſtis, qui congregatio hujus monaſterii ac ſervi Dei, & utinam verè, dicimini, qualiter jam crebrò vita veſtra à multis diffamata eſt; & non abſque re. Aliquando enim Monachos, aliquando Canonicos, aliquando neutrum vos eſſe dicebatis. Et nos conſulendo vobis, & ad malam famam abolendam, magiſtrum & rectorem idoneum vobis elegimus, & de longinquis provinciis invitavimus, qui & verbis & admonitionibus rectam vitam inſtruere, & quia religioſus erat, bonæ converſationis exemplo potuiſſet informare. Sed, proh dolor! aliorſum cuncta converſa ſunt, & diabolus vos quaſi miniſtros ſuos ad ſeminandam diſcordiam inter quos minimè decebat, invenit, ſcilicet inter ſapientes & doctores Eccleſiæ; & qui peccantes corrigere & caſtigare debuerunt, cogitis ad peccatum invidiæ atque iracundiæ prorumpere. Sed illi, Deo miſerante, nequaquam adſenſu veſtris malis ſuggeſtionibus præbituri ſunt. Vos autem, qui contemptores noſtræ juſſionis extitiſtis, ſive Canonici ſive Monachi vocamini, ad placitum noſtrum, juxta quod præſens Miſſus noſter vobis indixerit, nobis vos adſiſtere ſcitote. Et quamvis ad nos miſſa hîc factæ ſeditionis vos excuſet epiſtola, venite, & condignâ ſatisfactione inuſtum crimen eluite.

CAPITULARE AD SALZ,

Datum anno Chriſti DCCCIV.

Monumenta Paderborn. p. 47. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 252. *Vid.* Eginhardum ad ann. 790. & 803. Annales Bertin. ad ann. 803. Annales Met. ad an. 839. Krantzium, lib. 1. Metrop. c. 15. & Hiſtor. Eccle. Metenſ. p. 553.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De ordinatione Eccleſiarum.*
2. *De decimis & donationibus Eccleſiarum.*
3. *Ut propter novas Eccleſias antiquiores ſuas decimas non perdant.*
4. *De ordinandis Presbyteris.*
5. *De ingreſſu in Monaſteria puellarum.*
6. *Ut in Monaſteriis puellarum eæ ſolùm infantes nutriantur quæ in eo loco perſeverare ſtatuant.*
7. *Ut maſculi in Monaſteriis puellarum non nutriantur.*
8. *Ut arma in Monaſteriis puellarum non deponantur.*

Incipiunt ſuprascripta Capitula et eorum textus.

De ordinatione Eccleſiarum.

I. UT Eccleſiæ Dei bene conſtructæ & reſtauratæ fiant, & Epiſcopi unuſquiſque infrà ſuam parochiam exinde bonam habeat providentiam, tam de officio & luminariis, quàmque & de reliqua inſtauratione.

De decimis & donationibus Eccleſiarum.

Regino, lib. 1. cap. 52. *Vide* ſupra, pag. 258.

II. De decimis ubi antiquitùs fuerunt Eccleſiæ baptiſmales, & devotio facta fuit, juxta quod Epiſcopus ipſius parochiæ ordinaverit, omnimodis fiant donatæ. Et ſi per donationes Regum, aut cæterorum Deum timentium bonorum hominum, ad Epiſcopia ſeu Monaſteria aliquæ res delegatæ ſunt, & ex ipſis rebus antiquitùs ad ipſas Eccleſias priores decimæ datæ fuerint, ipſa antiqua donatio vel devotio firma & ſtabilis omninò permaneant. Tamen, ut ſuprà diximus, decimas de ipſis rebus qui eas poſſidere videtur, perſolvat.

Ut propter novas Eccleſias antiquiores ſuas decimas non perdant.

Regino, lib. 1. c. 26. Burchard. lib. 3. c. 7. Ivo, part. 3. cap. 9. Gratian. 16. q. 1. c. 44. *Quicunque.*

III. Quicunque voluerit in ſua proprietate Eccleſiam ædificare, unà cum conſenſu & voluntate Epiſcopi, in cujus parochia fuerit, licentiam habeat. Veruntamen omninò providendum eſt ut aliæ Eccleſiæ antiquiores propter hanc occaſionem nullatenùs ſuam juſtitiam aut decimam non perdant, ſed ſemper ad antiquiores Eccleſias perſolvantur.

De ordinandis Presbyteris.

IV. Ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia

parochia ſecundùm canonicam inſtitutionem Preſbyteros ordinari faciat.

Vide Tom. 9. Spicileg. p. 64. c. 14.

V. Ut nullus in Monaſteria puellarum vel ancillarum Dei intrare præſumat; nec Preſbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus, vel Clericus, aut Laicus, niſi tantùm Preſbyter ad miſſam celebrandam tempore opportuno, ingrediatur, ſalvâ neceſſitate Monaſterii ſecundùm canonicam inſtitutionem, & juxtà quod Epiſcopus ipſius parochiæ ibidem ordinaverit. Preſbyter autem miſſâ celebratâ ſtatim exeat.

VI. Quicunque filiam ſuam, aut neptam, aut parentem, Deo omnipotenti offerre voluerit, licentiam habeat. Sin autem domi infantes ſuos nutriat, & non aliam infra Monaſteria mittere nutriendi causâ præſumat, niſi quæ in ipſo loco firmiter in Dei ſervitio perſeverare voluerit, vel ſecundùm inſtituta ſanctorum Patrum ſeu canonicam auctoritatem.

VII. Omninò prohibemus ut nullus maſculum filium, aut nepotem, vel parentem ſuum, in Monaſterio puellarum ad nutriendum commendare præſumat, nec quiſquam ullum ſuſcipere audeat.

VIII. Ut nullus ex clericali Ordine, Sacerdotes videlicet, aut alii Clerici, neque Laicus, bruneas aut arma infrà Monaſteria puellarum commendare præſumant, nec quiſquam recipere audeat, excepto ſi in eleemoſyna datum fuerit.

CAPITULA DATA PRESBYTERIS.

ADMONERE vos cupio, fratres & filioli mei, ut iſta pauca capitula, quæ hinc ſcripta ſunt, intentiùs audiatis.

I. Inprimis, ut Sacerdos Dei divinâ ſcripturâ doctus ſit, & fidem Trinitatis rectè credat, & alios doceat, & ſuum officium benè poſſit implere.

II. Ut totum pſalterium memoriter teneat.

Vide ibid. cap. 16.

III. Ut ſignaculum & baptiſterium memoriter teneat.

IV. Ut de canonibus doctus ſit, & ſuum pœnitentiale benè ſciat.

V. Ut cantum & compotum ſciat.

VI. Ut nullus Sacerdos feminas ſecum habitare permittat, excepto matre, ſorore, vel amitâ.

VII. Ut Preſbyteri in tabernis bibere non præſumant.

VIII. Ut nullus avaritiam ſectetur; non ſit ſuperbus, non ebrioſus, non vinolentus, nec ſomnolentus.

IX. Ut nullus præſumat in cœna Domini jejunium ſolvere.

X. Ut nullus baptizare præſumat, niſi in Paſcha & Pentecoſten, excepto infirmo.

XI. Ut nullus Preſbyter, nec Diaconus, nec Clericus, chriſma alicui dare præſumat pro aliqua neceſſitate. Qui hoc fecerit, degradetur.

XII. Ut nullus Preſbyter ad Synodum contemnat venire. Quòd ſi aliter facere præſumpſerit, coactus veniat, & ſecundùm canones judicetur.

KAROLI MAGNI PRÆCEPTUM,

De Scholis græcis et latinis instituendis in Eccleſia Oſnabrugenſi.

Datum anno DCCCIV.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus Imperator Auguſtus, Romanum gubernans Imperium, qui & Rex Francorum & Longobardorum, necnon modò Dominator & Saxonum. Notum ſit omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, noſtriſque præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos, ob noſtræ mercedis augmentum, Wihoni Oſnabrukgenſi Epiſcopo, ſuæque Eccleſiæ, quam nos primam omnium in Saxonia in honore ſancti Petri Principis Apoſtolorum, & ſanctorum Martyrum

Crispini & Crispiani, constructimus, quoddam nemus vel forestum infrà hæc loca situm, Farnevinkil, Rutanstein, Angeri, Osning, Sinedi, Bergashovid, Drevensmeri, Etanarfeld, Dumeri, collaudatione illius regionis potentum cum omni integritate, in porcis videlicet sylvaticis, atque cervis, avibus, & piscibus, omnique venatione quæ sub banno usuali ad forestum deputatur, ad similitudinem foresti nostri Aquisgranum pertinentis in sylva Osningi, in perpetuum proprietatis usum donavimus, eâ videlicet ratione quòd si quisquam hoc idem nemus nostro banno munitum sine prædictæ sedis Episcopi licentia, studio venandi vel sylvam extirpandi, vel aliquod hujusmodi negotium peragendi, umquàm intrare præsumpserit, sciat se tam divinæ quàm & regiæ ultionis vindictam incursurum, necnon pro delicto sexaginta solidos nostri ponderis, quos nobis pro banno violato deberi statuimus, redditurum. Insuper verò eidem Episcopo suisque successoribus perpetuam concedimus libertatem, & ab omni regali servitio confirmamus absolutionem. Nisi fortè contingat ut Imperator Romanorum vel Rex Græcorum conjugalia fœdera inter filios eorum contrahere disponant, tunc Ecclesiæ illius Episcopus, omni sumptu à Rege vel Imperatore adhibito, laborem simul & honorem illius legationis assumat. Et hoc ea de causa statuimus, quia in eodem loco græcas & latinas Scholas in perpetuum manere ordinavimus, & nunquàm Clericos utriusque linguæ gnaros ibidem deesse in Dei misericordia confidimus. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, ac diuturnis temporibus meliùs conservetur, manu propriâ subter eam roborare decrevimus, & de anulo nostro sigillare jussimus.

Signum  KAROLI piissimi Imperatoris

WALBERTUS ad vicem ERCANBALDI recognovi



Data XIII. Kal. Januarias anno IV, Christo propitio, Imperii nostri, & XXXVII. regni nostri in Francia, atque XXXI. in Italia.

Actum Aquisgrani Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.

CAPITULARE PRIMUM
ANNI DCCCV.
SIVE

Capitula xvi. infrà Eccleſiam, hoc eſt, de cauſis eccleſiaſticis, data ad Theodonis villam, quibus ſequens inſcriptio præfixa eſt in veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Metenſis.

Buſæus, ad calcem Epiſt. Hincmari, pag. 285-298. Goldaſt. Conſtit. Imper. rom. 3. pag. 155; & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 117. Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 254.

AD TEOTONEM VILLAM FUIT DATUM IN ANNO V. IMPER. ANTE NATALE DOMINI.

INDEX CAPITULORUM

1. *De lectionibus.*
2. *De cantu.*
3. *De Scribis & Notariis.*
4. *De diverſis diſciplinis diſcendis.*
5. *De compoto, & de arte medicinali.*
6. *De Eccleſiis ſine honore manentibus.*
7. *De iis qui ad monaſterium nuper venerunt.*
8. *De iis qui ad fugiendum debitum ſervitium ſeculum relinquunt.*
9. *De relinquentibus ſeculum.*
10. *De laicis noviter converſis.*
11. *De ſervis propriis vel ancillis.*
12. *De Congregationibus ſuperfluis.*
13. *De non pulſatis ſecundùm regulam.*
14. *De infantulis puellis, quando velentur.*
15. *De Præpoſitis Monachorum*
16. *De inceſtuoſis.*

Incipiunt ſuprascripta Capitula et eorum textus.

De lectionibus.

App. l. 1. I. Ut lectiones in Eccleſia diſtinctè legantur.

De cantu.

Ibid. 2. II. Ut cantus diſcatur, & ſecundùm ordinem & morem Romanæ Eccleſiæ fiat: & ut cantores de Mettis revertantur.

Vide Vitam Alcuini, p. 6.

De Scribis & Notariis.

App. l. 3. III. De Scribis, ut vitiosè non ſcribant. Ut unuſquiſque Epiſcopus & Abba & ſinguli Comites ſuum Notarium habeant.

De diverſis diſciplinis diſcendis.

Ibid. 4. IV. De cæteris diſciplinis Eccleſiæ, ut ſecundùm canones vel regulam fiant.

De compoto, & de arte medicinali.

Ibid. 5. 6. V. De compoto, ut veraciter diſcant omnes. De medicinali arte, ut infantes hanc diſcere mittantur.

De Eccleſiis ſine honore manentibus.

Ibid. 7. VI. De Eccleſiis ſine honore manentibus, abſque officiis & luminariis, & de his qui decimas quidem adſumunt, & de Eccleſiis non curant, ut omnimodis emendetur. Et de altaribus, ut non ſuperflua ſint in Eccleſiis.

De iis qui ad monaſterium nuper venerunt.

VII. De nuper venientibus ad monaſterium, ut primò diſcant regulam antequam foràs mittantur ad miniſteria, & quòd non vadant ad judicia ſecularia. App. l. 8.

De iis qui ad fugiendum debitum ſervitium ſeculum relinquunt.

VIII. De iis qui ſeculum relinquunt propter ſervitium dominicum impediendum, & tunc neutrum faciunt, ut unum è duobus eligant, aut pleniter ſecundùm canonicam aut ſecundùm regularem conſtitutionem vivere debeant, aut ſervitium dominicum faciant. Capitular. lib. 5. cap. 245.

De relinquentibus ſeculum.

IX. Ut omnes Clerici unum de duobus eligant, aut pleniter ſecundùm canonicam, aut ſecundùm regularem inſtitutionem vivere debeant. App. l. 9.

De laicis noviter converſis.

X. De laicis noviter converſis, ne antequam ſuam legem pleniter vivendo diſcant, ad alia negotia mittantur. App. l. 8.

De ſervis propriis vel ancillis.

Capitular. lib. 1. cap. 106. XI. De propriis ſervis vel ancillis, ut non ſupra modum in monaſteria ſumantur, ne deſertentur villæ.

De Congregationibus ſuperfluis.

Ibid. cap. 107. XII. De Congregationibus ſuperfluis, ut nullatenùs fiant, ſed tantos congreget quis quantis conſilium dari poſſit.

De non pulſatis ſecundùm regulam.

Ibid. cap. 108. XIII. De illis qui non fiunt ſecundùm regulam pulſati, ut deinceps emendentur & pulſentur ſecundùm regulam.

De infantulis puellis, quando velentur.

Ibid. lib. 1. cap. 109. XIV. Ut infantulæ ætatis puellulæ non velentur antequam illæ eligere ſciant quid velint; & ut pulſentur ſalvâ canonicâ ſententiâ & auctoritate.

De præpoſitis Monachorum.

Ibid. cap. 110. XV. Ut laici non ſint Præpoſiti Monachorum infra monaſteria, nec Archidiaconi ſint laici.

De inceſtuoſis.

Ibid. cap. 111. XVI. De inceſtuoſis, ut canonicè examinentur, & nec propter alicujus amicitiam alii relaxentur, alii conſtringantur.

CAPITULARE SECUNDUM

ANNI DCCCV.

AD OMNES GENERALITER.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 156-158; & Collection. Conſuetud. Imper. pag. 118-119. Buſæus ad calcem Ep. Hincmari, pag. 298-307.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De pace ſervanda.*
2. *De juſtitiis generalibus.*
3. *De juſtitiis regalibus.*
4. *De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit.*
5. *De armis non portandis.*
6. *De armatura in hoſte habenda.*
7. *De negotiatoribus, quouſque procedant.*
8. *De clamatoribus vel cauſidicis.*
9. *De juramento.*
10. *De conſpirationibus.*
11. *De perjuriis & teſtibus.*
12. *De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis.*
13. *De teloneis.*
14. *De fugitivis Clericis ſive laicis.*
15. *De liberis hominibus ad ſervitium Dei ſe tradentibus.*
16. *De oppreſſione pauperum.*
17. *De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter inventis.*
18. *De falſis monetis.*
19. *De heribanno.*
20. *De cenſu regali.*
21. *De latronibus.*
22. *De liberis hominibus uxores fiſcalinas habentibus.*
23. *Ut decimæ dividantur in quatuor partes.*
24. *De tuitione viduarum, pupillorum, orphanorum, & infirmorum.*
25. *De incantatoribus & tempeſtariis.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De pace ſervanda.

Capitular. lib. 3. c. 1. I. DE pace, ut omnes qui per aliqua ſcelera ei rebelles ſunt, conſtringantur.

De juſtitiis generalibus.

Ibid. cap. 2. II. De juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, & pupillorum, ut in publicis judiciis non deſpiciantur clamantes, ſed diligenter audiantur.

De juſtitiis regalibus.

Ibid. cap. 3. III. De juſtiriis regalibus, ut pleniter fiant inquiſitæ.

De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit.

Ibid. lib. 3. cap. 115. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 246, cap. 16. IV. De hoc ſi evenerit fames, clades, aut inæqualitas aeris, vel alia qualiſcunque tribulatio, ut non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſque adjuvet prout poteſt, & ſuam annonam non nimis carè vendat. Et ne foris imperium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ.

De armis non portandis.

Capitular. lib. 3. c. 4. V. De armis infra patriam non portandis, id eſt, ſcutis & lanceis & loricis. Si faidoſus quis ſit, diſcutiantur tunc quis è duo-

bus contrarius ſit ut pacati ſint; & diſtringantur ad pacem, etiamſi noluerint. Et ſi aliter pacificari nolunt, adducantur in noſtram præſentiam. Et ſi aliquis poſt pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & inſuper bannum dominicum ſolvat.

De armatura in hoſte habenda.

Ibid. c. 5. VI. De armatura in exercitu, ſicut antèà in alio Capitulari mandavimus, ita ſervetur. Et inſuper omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat. Qui verò bruniam habens, eam ſecum non tulerit, omne beneficium cum brunia perdat.

De negotiatoribus, quouſque procedant.

Ibid. c. 6. (VII. De negotiatoribus qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quouſque procedere cum ſuis negotiis debeant, id eſt, partibus Saxoniæ uſque ad Bardenuvich, ubi prævideat Hredi; & ad Scheſſla, ubi prævideat Madalgoz. Ad Magadoburg prævideat Hatto. Ad Erpisfurt prævideat Madalgaudus. Ad Foracheim, ad Breemberg, & ad Rageniſburg Audulfus, & ad Lauriacum Warnarius. Et ut arma & brunias non ducant ad venundandum. Quòd ſi inventi fuerint portantes, omnis ſubſtantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia verò medietas inter jamdictos Miſſos & inventorem dividatur. *)

* Caput iſtud non erat in Corb. Cod. mſ.

De clamatoribus vel cauſidicis.

Capitular. lib. 1. c. 7. VIII. De clamatoribus vel cauſidicis qui nec judicium Scabiniorum adquieſcere, nec blaſphemare volunt, antiqua conſuetudo ſervetur, id eſt, ut in cuſtodia reclaudantur donec unum è duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re reclamaverint, & litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; ſed cum cuſtodia & cum ipſis litteris pariter ad palatium noſtrum remittantur, & ibi diſcutiantur ſicut dignum eſt.

De juramento.

Ibid. c. 8. IX. De juramento, ut nulli alteri per ſacramentum fidelitas promittatur, niſi nobis & unicuique proprio Seniori ad noſtram utilitatem & ſui Senioris; excepto his ſacramentis quæ juſtè ſecundùm legem alteri ab altero debentur. Et infantes qui antèà non potuerunt propter juvenilem ætatem jurare, modò fidelitatem repromittant.

De conſpirationibus.

Ibid. c. 9. X. De conſpirationibus verò quicunque facere præſumpſerint, & ſacramento quamcunque conſpirationem firmaverint, ut triplici ratione judicentur. Primò, ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur; adjutores verò eorum ſinguli alter ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant. Ubi verò nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, & capillos ſibi viciſſim detondeant. Si verò aliqua conſpiratio per dextras firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut jurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non feciſſe, aut ſi facere non potuerint, ſuam legem componant; ſi verò ſervi ſunt, flagellentur. Et ut de cætero in regno noſtro nulla hujuſmodi conſpiratio, nec per ſacramentum, nec ſine ſacramento fiat.

De perjuriis (& teſtibus).

Ibid. c. 10. XI. De perjuriis, ut caveantur, & non admittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non ſoli accuſatori liceat teſtes eligere, abſente ſuo cauſatore. Et omninò nullus, niſi jejunus, ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Et ille qui ad teſtimonium adducitur, ſi refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi fortè longiùs extra comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum, aut redimat.

De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis.

Ibid. c. 11. XII. De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis pravis, ut tollantur, & tales eligantur quales & ſciant & velint juſtè cauſas diſcernere & terminare. Et ſi Comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

De teloneis.

Ibid. c. 12. XIII. De teloneis placet nobis ut antiqua & juſta telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàmque & de navigiis ſeu mercatis. Nova verò ſive injuſta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adjutorium iterantibus præſtatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de una domo ſua ad aliam, aut ad palatium, ſeu in exercitum ducunt. Si quid verò fuerit unde dubitetur, ad proximum placitum noſtrum quod cum ipſis Miſſis habituri ſumus, interrogetur.

De fugitivis Clericis ſive laicis.

Ibid. cap. 13. XIV. De fugitivis Clericis ſive laicis,

vel etiam feminis, ſicut jam in alio Capitulari præcepimus, ita ſervetur.

De liberis hominibus ad ſervitium Dei ſe tradentibus.

Capitular. lib. 1. cap 114. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 246, cap. 17.

XV. De liberis hominibus qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut priùs hoc non faciant quàm à nobis licentiam poſtulent. Hoc ideò quia audivimus aliquos ex illis non tam cauſâ devotionis, quàm exercitum ſeu aliam functionem regalem fugiendo, quoſdam verò cupiditatis cauſâ ab his qui res illorum concupiſcunt, circumventos audivimus, & hoc ideò fieri prohibemus

De oppreſſione pauperum.

Capitular. lib. 1. cap. 115.

XVI. De oppreſſione pauperum liberorum hominum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam oppreſſi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideò hæc & ſupra & huc de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes contra juſtitiam fiant exhereditati, & regale obſequium minuatur, & ipſi heredes, propter indigentiam, mendici vel latrones ſeu malefactores efficiantur. Et ut ſæpiùs non fiant manniti ad placitum, niſi ſicut in alio Capitulari præcepimus, ita ſervetur.

De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter inventis.

App. 1. 10. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 247, cap. 18.

XVII. De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter ſine auctoritate inventis, niſi Epiſcopo probante minimè venerentur: ſalvâ etiam & de hoc & de omnibus Eccleſiis canonicâ auctoritate.

De falſis monetis.

Capitular. lib. 3 c. 13.

XVIII. De falſis monetis, quia in multis locis contra juſtitiam & contra edictum noſtrum fiant, volumus ut nullo alio loco moneta ſit, niſi in palatio noſtro, niſi fortè à nobis iterùm aliter fuerit ordinatum. Illi tamen denarii qui modò monetati ſunt, ſi penſantes & meri ſunt, habeantur

De heribanno.

Ibid. c. 14.

XIX. De heribanno volumus ut Miſſi noſtri hoc anno fideliter exactare debeant abſque ullius perſonæ gratiâ, blanditia, ſeu terrore, ſecundùm juſſionem noſtram; id eſt, ut de homine habente libras ſex in auro, argento, bruneis, æramento, pannis integris, caballis, bobus, vaccis, vel alio peculio, & uxores vel infantes non fiant deſpoliati pro hac re, de eorum veſtimentis accipiant legitimum heribannum, id eſt, libras tres. Qui verò non habuerit ampliùs in ſuprafcripto pretio valente niſi libras tres, ſolidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non habuerit ampliùs niſi duas libras, ſolidi decem. Si verò libram unam habuerit, ſolidi quinque, ita ut iterùm ſe valeat præparare ad Dei ſervitium & ad noſtram utilitatem. Et Miſſi noſtri caveant & diligenter inquirant ne per aliquod malum ingenium ſubtrahant noſtram juſtitiam, alteri tradendo aut commendando.

De cenſu regali.

XX. Cenſus regalis undecunque legitimè exiebat, volumus ut inde ſolvatur, ſive de propria perſona hominis, ſive de rebus. Ibid. c. 15.

De latronibus.

XXI. De latronibus, ſicut jam antea in alio Capitulari commendavimus, ita maneat. App. II. 1.

De liberis hominibus uxores fiſcalinas habentibus.

XXII. De liberis hominibus qui uxores fiſcalinas regias, & feminis liberis quæ homines ſimiliter fiſcalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum vel de cauſa ſua quærenda, nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis etiam nobis in hac cauſa honor ſervetur, qualis & anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus ſervatus eſſe cognoſcitur. Capitular. lib. 3. c. 16.

Hîc deſinit Capitulare iſtud in antiquis exemplaribus mſſ. Sangallenſi & Corbionenſi. In editione Bavarica Viti Amerbachii adduntur tria ſequentia, ſ quæ Goldaſtus ait ſtatuta fuiſſe in Senatu eccleſiaſtico. Id concludi poteſt ex capite vigeſimo quinto.]

Ut decimæ dividantur in quatuor partes.

XXIII. Ut decimæ populi dividantur in quatuor partes, id eſt, una pars Epiſcopo, alia Clericis, tertia pauperibus, quarta Eccleſiæ in fabricis applicetur, ſicut in decreto Gelaſii Papæ continetur. Decretu Gelaſ. cap. 19. Gratian. 12. q. 2. c. 17. *Quatuor autem.*

De tuitione viduarum, pupillorum, orphanorum, & infirmorum.

XXIV. Ut viduis, & pupillis, orphanis, cæcis, & claudis tuitionem atque adminiculum impertiamus juxta poſſibilitatem noſtram vel vires, ſicut in præcepto Domini Regis continetur.

De incantatoribus & tempeſtariis.

XXV. De incantationibus, auguriis, vel divinationibus, & de his qui tempeſtates vel alia maleficia faciunt, placuit ſancto Concilio ut ubicunque deprehenſi fuerint, videat Archipreſbyter diœceſis illius ut diligentiſſimè examinatione conſtringantur, ſi fortè confiteantur malorum quæ geſſerunt. Sed tali moderatione fiat eadem diſtrictio ne vitam perdant, ſed ut

ſalventur in carcere afflicti uſque dum, Deo inſpirante, ſpondeant emendationem peccatorum: & ut nullatenùs per aliqua præmia à Comitibus vel Centenariis abſque diſtricta examinatione remittantur. Et hoc ſi fecerint, Archipreſbyteri, dum hoc cognoverint, nequaquam Epiſcopis celare audeant; & ab Epiſcopis, ut dignum eſt, pro hoc corripiantur.

CAPITULARE TERTIUM
ANNI DCCCV,
SIVE
ALTERA EDITIO SUPERIORIS CAPITULARIS,

*An. 1677. Nunc * primùm in lucem data ex tribus antiquis Codicibus manuſcriptis, uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero Sancti Vincentii Metenſis, tertio Navarrico.

AD OMNES GENERALITER.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De pace ſervanda.*
2. *De juſtitiis generalibus.*
3. *Ut viduæ, orphani, & pauperes non deſpiciantur.*
4. *De juſtitia Domni Imperatoris.*
5. *De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit.*
6. *De ſublevanda neceſſitate pauperum tempore famis.*
7. *De armis non portandis.*
8. *Ut de duodecim manſis brunia habeatur.*
9. *De negotiatoribus, quouſque procedant.*
10. *De clametoribus vel cauſidicis.*
11. *De juramento infantium.*
12. *De juramentis.*
13. *De perjuriis & teſtibus.*
14. *De Advocatis & Judicibus.*
15. *De teloneis.*
16. *De fugitivis Clericis ſive laicis.*
17. *De liberis hominibus ad ſervitium Dei ſe tradentibus.*
18. *De oppreſſione pauperum.*
19. *De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter inventis.*
20. *De falſis monetis.*
21. *De keribanno.*
22. *De cenſu regali.*
23. *De latronibus.*
24. *De liberis hominibus uxores fiſcalinas habentibus.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De pace ſervanda.

Capitular. lib. 3. c. 1. I. DE pace, ut omnes qui per aliqua ſcelera ei rebelles ſunt, conſtringantur.

De juſtitiis generalibus.

Ibid. cap. 2. II. De juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum.

Ut viduæ, orphani, & pauperes non deſpiciantur.

Ibid. III. Ut in publicis juſtitiis non deſpiciantur viduæ, orphani, & pauperes clamantes, ſed diligenter audiantur primò omnium eorum negotia & cauſæ.

De juſtitia Domni Imperatoris.

IV. De juſtitia Domni Imperatoris, ut pleniter fiat inquiſita. Ibid. cap. 3.

De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit.

V. De hoc quod ſi evenerit fames, clades, aut inæqualitas aeris, vel alia quæcunque tribulatio, ut non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim Dei miſericordia deprecetur in loco ubi ſit. Ibid. lib. 1. cap. 112.

De ſublevanda neceſſitate pauperum tempore famis.

VI. Et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſque adjuvet, & ſuam annonam non nimis care vendat. Et ne foris im- Ibid.

perium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ.

De armis non portandis.

Capitular. lib. 3. c. 4. VII. De armis infra patriam non portandis, id eſt, ſcutis & lanceis & loricis. Si faidoſus quis ſit, diſcutiatur tunc quis è duobus contrarius ſit ut pacati ſint; & diſtringantur ad pacem, etiamſi noluerint. Et ſi aliter pacificari nolunt, adducantur in noſtram præſentiam. Et ſi aliquis poſt pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & inſuper bannum dominicum ſolvat.

Ut de duodecim manſis brunia habeatur.

Ibid. c. 5. VIII. De armis in exercitu, ſicut anteà in alio Capitulari mandavimus, ita ſervetur. Et inſuper omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat. Qui verò bruniam habens ſecum in exercitu non tulerit, omne beneficium cum brunia perdat.

De negotiatoribus, quouſque procedant.

Ibid. c. 6. IX. De negotiatoribus qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quouſque procedere cum ſuis negotiis debeant, id eſt, partibus Saxoniæ uſque ad Bardenuvihc, ubi prævideat Redi; & ad Scheila, ubi prævideat Madalgoz. Ad Magadoburg, prævideat Atto. Ad Erpiſfurt, prævideat Madalgoz. Ad Halageſtat, ipſe Madalgoz. Ad Forcheim, ad Brianperg, Oduſf. Et ad Reginiſburg, Odulf. Ad Loriacum, Warinarium. Et ut arma & brunias non ducant in illis locis ad vendendum. Quòd ſi inventi fuerint portantes, omnis ſubſtantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatii, alia verò medietas inter Comitem & inventorem dividatur, & inter jamdictum Miſſum.

Do clamatoribus vel cauſidicis.

Ibid. c. 7. X. De clamatoribus & cauſidicis qui nolunt conſentire Scabineis nec blaſphemare eorum judicium, ut unum è duobus agant. Et ſi indiculum portat de curte, non mittatur in carcerem, ſed ſub cuſtodia cum ipſo indiculo mittatur ad curtem.

De juramento infantium.

Ibid. c. 8. XI. Ut infantes qui anteà non potuerunt propter juvenilem ætatem jurare, modò ut jurent jubeantur.

De juramentis.

Ibid. XII. De juramentis, ut fruſtrà non fiant, & non aliter niſi Senioribus ad utilitatem regiam, & unicuique qui ſuam juſtitiam quærit. Cæterùm qui conjurationis cauſam agunt, principes conjurationis capite puniantur, cæteri ſe invicem flagellent & nares præcidant.

De perjuriis & teſtibus.

Ibid. c. 10. XIII. De perjuriis, ut caveantur, & non admittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et meliores ad teſtimonium eligantur. Et omninò nullus ad teſtimonium vel ad juramentum, niſi jejunus, adducatur. Et ille qui ad teſtimonium adducitur, ſi refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet qualiter vel quare illum recipere nolit. Et ſi non poteſt refutare, recipiat illum, etiamſi nolit. Et de ipſo pago, non de altero, eligantur teſtes; niſi fortè longiùs extra comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum aut redimat.

De Advocatis & Judicibus.

Ibid. c. 11. XIV. De Advocatis & Judicibus Comitum, & omnibus publicis auctoribus, tales eligantur quales & ſciant & velint juſtè cauſas terminare. Et ubi mali inventi fuerint, à Miſſis noſtris mittantur meliores. Epiſcopi & Abbates & Comites pravi veniant ad curtem.

De teloneis.

Ibid. c. 12. XV. De teloneis placet nobis ut antiqua & juſta telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàmque & de navigiis, ſeu mercatis. Nona verò ſive injuſta, ubi vel funes tendun[illegible], vel cum navibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adjutorium iterantibus præſtatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de una domo ſua ad aliam, aut ad palatium, ſeu in exercitum ducunt. Si quid verò fuerit unde dubitetur, ad primum placitum noſtrum quod cum ipſis Miſſis habituri ſumus, interrogetur.

De fugitivis Clericis ſive laicis.

Capitular. lib. 1. cap. 113. XVI. De fugitivis Clericis ſive laicis, vel etiam feminis, ſicut jam in alio Capitulari præcepimus, ita ſervetur.

De liberis hominibus ad ſervitium Dei ſe tradentibus.

Ibid. c. 14. XVII. De liberis hominibus qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut priùs hoc non faciant quàm à nobis licentiam poſtulent. Hoc ideò quia audivimus aliquos ex illis, non tam cauſâ devotionis quàm exercitum ſeu aliam functionem regalem fugiendo, quoſdam verò cupiditatis cauſâ ab his qui res illorum concupiſcunt,

cunt, circumventos audivimus. Et hoc ideò fieri prohibemus.

De oppreſſione pauperum.

Capitular. lib. 1. cap. 115. XVIII. De oppreſſione pauperum liberorum hominum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam oppreſſi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideò hæc & ſuprà & hìc de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes contra juſtitiam fiant exhereditati, & regale obſequium minuatur, & ipſi heredes, propter indigentiam, mendici vel latrones ſeu malefactores efficiantur. Et ut ſæpiùs non fiant banniti, niſi ſicut in alio Capitulari præcepimus, ita ſervetur.

De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter inventis.

App. l. 10. XIX. De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter ſine auctoritate inventis, niſi Epiſcopo probante minimè venerentur: ſalvâ etiam & de hoc & de omnibus Eccleſiis canonicâ auctoritate.

De falſis monetis.

Capitular. lib. 3. c. 13. XX. De falſis monetis, quia in multis locis contra juſtitiam & contra edictum noſtrum fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta ſit, niſi in palatio noſtro; niſi fortè à nobis iterùm aliter fuerit ordinatum. Denarii verò qui penſant, & meri ſunt, ſtabiles eſſe poſſunt.

De heribanno.

Ibid. c. 14. XXI. De heribanno volumus ut Miſſi noſtri hoc anno fideliter exactare debeant abſque ullius perſonæ gratia, blanditia, ſeu terrore, ſecundùm juſſionem noſtram; id eſt, ut de hominibus habentes libras ſex in auro, argento, bruneis, æramento, pannis integris, caballis, bovibus, vaccis, vel alio peculio, & uxores vel infantes non fiant deſpoliati pro hac re, de eorum veſtimentis accipiat legitimum heribannum, id eſt, libras tres. Qui verò non habuerit ampliùs in ſupraſcripto pretio valente niſi libras tres, ſolidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non ampliùs habuerit niſi duas libras, ſolidi decem. Qui autem non habuerit ampliùs quàm unam, ſolidi quinque, ita ut iterùm ſe valeat præparare ad Dei ſervitium & ad noſtram utilitatem. Et Miſſi noſtri caveant & diligenter perquirant ne per aliquod malum ingenium ſubtrahant noſtram juſtitiam, alteri tradendo aut commendando.

De cenſu regali.

Capitular. lib. 3. c. 15. XXII. Cenſus regalis undecunque legitimè exiebat, volumus ut inde ſolvatur, ſive de propria perſona hominis, ſive de rebus.

De latronibus.

App. II. 1. XXIII. De latronibus, ſicut jam anteà in alio Capitulari mandavimus, ita ſervetur.

De liberis hominibus uxores fiſcalinas habentibus.

Capitular. lib. 3. c. 16. XXIV. De liberis hominibus qui uxores fiſcalinas regias, & feminis liberis quæ homines ſimiliter fiſcalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum, vel de cauſa quærenda, nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis etiam nobis in hac cauſa honor ſervetur, qualis & anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus ſervatus eſſe cognoſcitur.

CAPITULARE QUARTUM ANNI DCCCV,

SIVE

CAPITULA data Jeſſe, Epiſcopo Ambianenſi, Miſſo dominico.

*An. 1677. *Nunc primùm edita ex veteri Codice mſ. bibliothecæ Bigotianæ.*

Excarptum Capituli Domni Imperatoris Karoli, quem Jeſſe Epiſcopus ex ordinatione ipſius Auguſti ſecum detulit ad omnibus hominibus notum faciendum.

CAP. I.

DE Laicis noviter converſis, ne antequàm ſuam legem pleniter vivendo diſcant, ad alia negotia mittantu.

II.

Ut Laici non ſint Præpoſiti Monachorum in Monaſterio, nec Archidiaconi ſint Laici.

III.

De juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum, ut in publicis judiciis non diſpiciantur audientes, ſed diligenter audiantur

IV

De juſtitiis Domni Imperatoris, ut pleniter fiant inquiſitæ.

V.

De hoc ſi evenerit fames, clades, peſtilentia, inæqualitas aeris, vel alia qualiſcunque tribulatio, ut non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos adjuvet prout poteſt, & ſuam annonam non nimis carè vendat. Et ne foràs imperium vendatur aliquid alimoniæ.

VI.

De armis infra patria non portandis, id eſt, ſcutis, & lanceis, & loricis. Et ſi faidoſus ſit, diſcutiatur tunc quis è duobus contrarius ſit ut pacati ſint, & diſtringantur ad pacem, etiamſi noluerint. Et ſi aliter pacificare nolunt, adducantur in noſtram præſentiam. Et ſi aliquis poſt pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & inſuper bannum dominicum.

VII.

De armatura in exercitu, ſicut jam antea in alio Capitulare commendavimus ita ſervetur. Et inſuper omnis homo duodecim manſis bruniam habeat. Qui vetò bruniam habens, & eam ſecum non tulerit, omne beneficium cum brunia pariter perdat.

VIII.

De clamatoribus vel cauſedicis qui judicium Scabiniorum adquieſcere, nec blaſphemare volunt, antiqua conſuetudo ſervetur, id eſt, ut in cuſtodia recludantur donec unum è duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re poſteà reclamaverint, & litteris detulerint, nunquam eis credatur, nec tamen in carcere reponantur, ſed cum cuſtodia & cum ipſis litteris ad palatium noſtrum remittantur, ut ubi diſcutiantur ſicut dignum eſt.

IX.

De juramento, ut nulli alteri per ſacramentum fidelitas promittatur, niſi nobis & unicuique proprio Seniori ad noſtram utilitatem & ſui Senioris. Excepto his ſacramentis quæ juſtè ſecundùm legem alteri ab altero debentur.

X.

De conſpirationibus verò, quicunque eas facere præſumpſerint, & ſacramento quacunque conſpiratione firmaverint, ut triplici ratione judicentur. Primò, ubicunque aliquod malum perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur. Adjutores verò eorum ſinguli alteri ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant. Ubi verò nihil malum perpetratum eſt, ſimiliter inter ſe flagellentur, & pilos ſibi viciſſim detundant. Si verò per dexteras

aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut jurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non feciſſe; aut ſi facere non potuerint, ſuam legem componant. Si verò ſervi ſunt, flagellentur. Et ut de cætero in imperio noſtro nulla hujuſmodi conſpiratio fiat, nec per ſacramentum, nec ſine ſacramento.

X I.

De perjuriis, ut caveantur, & non ammittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſint, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non ſolùm accuſatori licet teſtes eligere, abſente ſuo accuſatore. Et omninò nullus, niſi jejunus, ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Et ille qui ad teſtimonium adducitur, ſi refutatur, dicat ille qui eum refutat & probat quare illum recipere nollet. Et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi forte longiùs extra Comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, manum perdat aut redimat.

X I I.

De Advocatis, id eſt, ut pravi Advocati, Vicedomini, Vicarii, & Centenarii tollantur, & tales eligantur quales ſciant & velint juſtè cauſas diſcernere & determinare. Et ſi Comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

X I I I.

De oppreſſione pauperum liberorum omnium, ut non faciant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam oppreſſi, ita ut peracti res eorum vendant aut tradant. Ideo hæc ſuprà & hic de liberis hominibus diximus ne fortè parentes contra juſtitiam faciant exhereditati, & regale obſequium minuatur, & ipſi heredes propter indigentiam mendaces vel latrones ſeu malefactores efficiantur. Et ut ſæpiùs non fiant manniti; niſi ſicut in alio Capitulare præcipimus, ita ſervetur.

X I V.

Cenſus regalis undecunque legitimè exiebat, volumus ut inde ſolvatur, ſive de propria perſona hominis, ſive de rebus.

X V.

De latronibus, ſicut jam anteà in alio Capitulare commendavimus, ita maneat.

X V I.

De liberis hominibus qui uxores fiſcalinas regias, & feminas liberas qui homines fiſcalinos regios accipiunt, ut non de hereditate, vel de cauſa ſua quærenda, nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis etiam nobis honor in hac cauſa ſervetur qualis & anteceſſoribus noſtris Regibus vèl Imperatoribus ſervatum eſſe cognovimus.

CAPITULUM IMPERATORIS,

DE HONORE EPISCOPORUM

ET RELIQUORUM SACERDOTUM.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 149. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 231.

Datum in eodem loco in quo ſancita ſunt ſuperiora Capitula, id eſt, apud Theodonis villam.

Ex Capitulis Domni Karoli Theotonis villâ firmatis.

Capitular. lib. 7. cap. 390.

VOLUMUS atque præcipimus ut omnes ſuis Sacerdotibus, tam majoris ordinis quam & inferioris, à minimo uſque ad maximum, ut ſummo Deo, cujus vice in Eccleſia legatione funguntur, obedientes exiſtant. Nam nullo pacto agnoſcere poſſumus qualiter nobis fideles exiſtere poſſunt, qui Deo infideles & ſuis Sacerdotibus apparuerint; aut qualiter nobis obedientes noſtriſque miniſtris ac legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei cauſis & Eccleſiarum utilitatibus non obtemperant. Potiùs namque, juxta Veritatis vocem, ille metuendus eſt qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam, quàm ille qui corpus torquere & honores temporales poteſt auferre. De illis dictum eſt: *Qui vos audit, me audit. Et qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et alibi: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et rurſùs: *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, melius eſt illi ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundo maris.* Et iterùm: *Qui vos recipit, me re-*

Luc. x. 16. Zach. ii. 8. Mat. xviii. 6 Matth. x. 40.

cipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me miſit. Et multa alia horumque ſimilia. His ergo fulti oraculis jubemus ut omnes eis pro viribus ad eorum peragenda miniſteria, & ad malos & peccatores atque neglegentes homines diſtringendos, ſummoperè obedientes exiſtant. Qui autem in his, quod abſit, aut negligentes eiſque inobedientes fuerint inventi, ſciant ſe nec in noſtro imperio honores retinere, licèt etiam filii noſtri fuerint, nec in palatio locum, neque nobiſcum aut cum noſtris ſocietatem aut communionem ullam habere, ſed magis ſub magna diſtrictione & ariditate pœnas luere: in his namque omnium noſtrorum fidelium volumus agnoſcere fidem ac benevolentiam. Quoniam ſi hæc fideliter & utiliter impleverint, tunc Deo & nobis fideles erunt. Si autem, quod abſit, ſecùs egerint, tunc non ſolùm infideles, ſed etiam infames atque reprobi manifeſtè apparentes notabuntur, eorumque domus publicabuntur, & ipſi exiliabuntur

CAPITULARE PRIMUM
ANNI DCCCVI,
SIVE
CHARTA diviſionis regni Francorum inter Karolum, Pippinum, & Ludovicum, filios Karoli Magni Imperatoris.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 1. pag. 145-147. Duchesn. tom. 2. p. 88. Nauclerus, tom. 2. p. 47.

[Pithœus, *in Præfat. ad Scriptores co-ætaneos*, ait hanc chartam eſſe dubiæ fidei.]

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Imperator Cæſar Karolus, Rex Francorum invictiſſimus, & Romani Rector Imperii, pius, felix, ac triumphator ſemper auguſtus, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & cuncto populo catholico, præſenti & futuro, gentium ac nationum quæ ſub ejus imperio & regimine conſtitutæ ſunt. Sicut omnibus vobis notum eſſe, & neminem veſtrûm latere credimus quomodò nos divina clementia, cujus nutu ad occaſum tendentia ſecula per ſucceſſiones generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno miſerationis ac benedictionis ſuæ ditavit munere, quia per eos, ſecundùm vota noſtra, & ſpem noſtram de regno confirmavit, & curam oblivioni obnoxiæ poſteritatis leviorem fecit, ita & hoc vobis notum fieri volumus quòd eoſdem per Dei gratiam filios noſtros regni à Deo nobis conceſſi, donec in corpore ſumus, & poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum, hujus à Deo conſervandi regni vel Imperii noſtri heredes relinquere, ſi ſic divina majeſtas annuerit, optamus; non ut confusè atque inordinatè, aut ſub totius regni dominatione, jurgii controverſiam eis relinquamus, ſed trinâ partitione totum regni corpus dividentes, quam quiſque illorum tueri vel regere debeat portionem, diſtribuere & deſignare volumus; eo videlicet modo, ut ſuâ quiſque portione contentus, juxtà ordinationem noſtram, & fines regni ſui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adjutorio, nitatur defendere, & pacem atque caritatem cum fratre cuſtodire.

Cap. I.

Divisiones verò à Deo conservati atque conservandi imperii vel regni nostri tales facere placuit, ut Aquitaniam totam & Wasconiam, excepto pago Turonico, & quicquid inde ad occidentem atque Hispaniam respicit, & de civitate Nivernis, quæ est sita super fluvium Ligerem, cum ipso pago Nivernense, pagum Avalensem atque Alsensem, Cabilonensem, Matisconensem, Lugdunensem, Saboiam, Moriennam, Tarentasiam, montem Cinisium, vallem Segusianam usque ad Cusas, & inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, hos pagos cum suis civitatibus, & quicquid ab eis contra meridiem & occidentem usque ad mare, vel usque ad Hispanias continetur, hoc est, illam portionem Burgundiæ, & Provinciam, ac Septimaniam, vel Gothiam, Ludovico dilecto filio nostro consignavimus.

II.

Italiam verò, quæ & Langobardia dicitur, & Bajovariam, sicut Tassilo tenuit, excepto duabus villis quarum nomina sunt Ingoldestat & Lutrahahof, quas nos quondam Tassiloni beneficiavimus, & pertinent ad pagum qui dicitur Northgouve; & de Alamania partem quæ in australi ripa Danubii fluminis est, & de ipso flumine Danubii currente limite usque ad Rhenum fluvium in confini pagorum Chletgouve & Hegouve in locum qui dicitur Enge, & inde per Rhenum fluvium sursum versus usque ad Alpes, quicquid inter hos terminos fuerit, & ad meridiem vel orientem respicit, una cum ducatu Curiensi & pago Durgouve, Pippino dilecto filio nostro.

III.

Quicquid autem de regno nostro extra hos terminos fuerit, id est, Franciam & Burgundiam, excepto illa parte quam Ludovico dedimus, atque Alamaniam, excepto portione quam Pippino adscripsimus, Austriam, Niustriam, Turingiam Saxoniam, Frisiam, & partem Bajovariæ quæ dicitur Northgow, dilecto filio nostro Karolo concessimus; ita ut Karolus & Ludovicus viam habere possint in Italiam ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Karolus per vallem Augustanam, quæ ad regnum ejus pertinet, & Ludovicus per vallem Segusianam, Pippinus verò & exitum & ingressum per Alpes Noricas atque Curiam.

IV.

Hæc autem tali ordine disponimus, ut si Karolus, qui major natu est, priùs quam cæteri fratres sui diem obierit, pars regni quam habeat dividatur inter Pippinum & Ludovicum, sicut quondam divisum est inter nos & fratrem nostrum Karlomannum, eo modo ut Pippinus illam portionem habeat quam frater noster Karlomannus habuit, Ludovicus verò illam partem accipiat quam nos in illa portione suscepimus. Si verò Karolo & Ludovico viventibus, Pippinus debitum humanæ sortis compleverit, Karolus & Ludovicus dividant inter se regnum quod ille habuit, & hæc divisio tali modo fiat ut ab ingressu Italiæ per Augustam civitatem accipiat Karolus Eboream, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino currente usque ad fines Regensium, & ipsam Regiam, & civitatem novam, atque Mutinam usque ad terminos sancti Petri. Has civitates cum suburbanis & territoriis suis, atque comitatibus quæ ad ipsas pertinent, & quicquid inde Romam pergenti ad lævam respicit, de regno quod Pippinus habuit, una cum ducatu Spoletano, hanc portionem, sicut prædiximus, accipiat Karolus. Quicquid autem à prædictis civitatibus vel comitatibus Romam eunti ad dextram jacet, de prædicto regno, id est, portionem quæ remansit de regione Transpadana, una cum ducatu Tuscano usque ad mare australe & usque ad Provinciam, Ludovicus ad augmentum sui regni sortiatur. Quòd si cæteris superstitibus Ludovicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ quam regno ejus adjunximus, cum Provincia & Septimania sive Gothia usque ad Hispaniam, Pippinus accipiat, Karolus verò Aquitaniam atque Wasconiam.

V.

Quòd si talis filius cuilibet istorum trium fratrum natus fuerit quem populus eligere velit ut patri suo succedat in regni hereditate, volumus ut hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in portione regni quam pater ejus frater eorum habuit.

VI.

Post hanc nostræ auctoritatis dispositionem placuit inter prædictos filios nostros statuere atque præcipere, propter pacem quam inter eos permanere perpetuò desi-

deramus, ut nullus eorum fratris ſui terminos vel regni limites invadere præſumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum ejus vel marcas minuendas; ſed adjuvet unuſquiſque illorum fratrem ſuum, & auxilium illi ferat contra inimicos ejus juxta rationem & poſſibilitatem, ſive infra patriam, ſive contra exteras nationes.

VII.

Neque aliquis illorum hominem fratris ſui pro quibuſlibet cauſis ſive culpis ad ſe confugientem ſuſcipiat, nec interceſſionem quidem pro eo faciat; quia volumus ut quilibet homo peccans, & interceſſione indigens, intra regnum domini ſui, vel ad loca ſancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde juſtam interceſſionem mereatur.

VIII.

Similiter præcipimus ut quemlibet liberum hominem, qui dominum ſuum contra voluntatem ejus dimiſerit, & de uno regno in aliud protectus fuerit, neque ipſe Rex ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat ut talem hominem recipiant, vel injuſtè retinere præſumant. Hoc non ſolùm de liberis, ſed etiam de ſervis fugitivis ſtatuimus obſervandum, ut nulla diſcordiis relinquatur occaſio.

IX.

Quapropter præcipiendum nobis videtur ut, poſt noſtrum ab hac mortalitate diſceſſum, homines uniuſcujuſque eorum accipiant beneficia unuſquiſque in regno domini ſui, & non in alterius, ne fortè per hoc, ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod accidere poſſit. Hereditatem autem ſuam habeat unuſquiſque illorum hominum abſque contradictione, in quocunque regno hoc eum legitimè habere contigerit.

X.

Et unuſquiſque liber homo, poſt mortem domini ſui, licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria regna ad quemcunque voluerit. Similiter & ille qui nondum alicui commendatus eſt.

XI.

De traditionibus autem atque venditionibus quæ inter partes fieri ſolent, præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem ſeu venditionem rerum immobilium, hoc eſt, terrarum, vinearum, atque ſylvarum, ſervorumque qui jam caſati ſunt, ſive cæterarum rerum quæ hereditatis nomine cenſentur; excepto auro, argento, & gemmis, armis ac veſtibus, necnon & mancipiis non caſatis, & his ſpeciebus quæ propriè ad negotiatores pertinere noſcuntur. Cæteris verò liberis hominibus hoc minimè interdicendum judicavimus.

XII.

Si quæ autem feminæ, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna fuerint ad conjugium poſtulatæ, non denegentur juſtè poſcentibus, ſed liceat eas viciſſim dare & accipere, & adfinitatibus populos inter ſe ſociari. Ipſæ verò feminæ poteſtatem habeant rerum ſuarum in regno unde exierant, quamquam in alio propter mariti ſocietatem habitare debeant.

XIII.

De obſidibus autem qui propter credentias dati ſunt, & à nobis per diverſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, volumus ut ille Rex in cujus regno ſunt, abſque voluntate fratris ſui, de cujus regno ſublati ſunt, in patriam eos redire non permittat; ſed potiùs in futurum in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtulaverit. Idem jubemus & de his qui pro ſuis facinoribus in exilium miſſi vel mittendi ſunt.

XIV.

Si cauſa vel intentio ſive controverſia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiæ, judicio crucis, Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali cauſa cujuſlibet generis pugna vel campus ad examinationem judicetur. Si verò quilibet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra fratrem domini ſui apud dominum ſuum accuſaverit, mittat eum dominus ſuus ad fratrem ſuum, ut ibi comprobet quod de homine illius dixit.

XV.

Super omni autem jubemus atque præcipimus ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam ab avo noſtro Karolo, & beatæ memoriæ genitore noſtro Pippino Rege, & à nobis poſteà ſuſcepta eſt, ut eam cum Dei adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſtitiam ſuam, quantùm ad ipſos pertinet & ratio poſtulaverit, habere faciant. Similiter & de

cæteris Eccleſiis quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus ut juſtitiam ſuam & honorem habeant, & Paſtores atque Reſtores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quæ ad ipſa loca pia pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

XVI.

eis vel jam nati ſunt vel adhuc naſcituri ſunt, placuit nobis præcipere ut nullus eorum per quaſlibet occaſiones quemlibet ex illis apud ſe accuſatum, ſine juxta diſcuſſione atque examinatione, aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut invitum tondere faciat; ſed volumus ut honorati ſint apud patres & patruos ſuos, & obedientes ſint cum omni ſubjectione

6. *De his qui in Eccleſia manumiſſi ſunt.*
7. *De his qui per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi.*
8. *Ut Clericum alienum nemo recipiat ſine conſenſu Epiſcopi ſui.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De banno Regis inrupto componendo.

I. UT bannum ipſius quiſlibet inruperit, componere debeat.

De tuitione Eccleſiæ, viduarum, orphanorum, & minùs potentum.

II. Ut Eccleſia, viduæ, orphani, vel minùs potentes pacem rectam habeant. Et ubicunque fuerit infracta, ſexaginta ſolidis componatur.

De raptu, & violentia, & incendio infra patriam factis.

III. Ut raptum vel vis, per collectam hominum & incendia, infra patriam nemo facere præſumat. Et qui hoc commiſerit, LX. ſolidos in bannum noſtrum componat.

De mannitione in hoſtem.

IV. Similiter & qui juſſionem regiam in hoſte bannitus inruperit.

De compoſitione hominis denarialis.

V. De denarialibus, ut ſi quis eos occiderit, Regi componantur.

De his qui in Eccleſia manumiſſi ſunt.

VI. Similiter de his qui per chartam in Eccleſia juxta altare dimiſſi ſunt liberi, cum quadraginta ſolidis Regi componantur.

De his qui per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi.

VII. Qui verò per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi, ubi nullum patrocinium & defenſionem non elegerint, ſimiliter Regi componantur cum quadraginta ſolidis.

Ut Clericum alienum nemo recipiat ſine conſenſu Epiſcopi ſui.

VIII. Ut Clericum nemo recipere audeat ſine conſenſu Epiſcopi ſui. Et ſi eum aliquis acceptum habet, quando licentia ipſius Epiſcopi fuerit, aliter non faciat; niſi eum ejus præſentiæ perſcrutandum, ſi dignus fuerit, deducat.

Hæc octo Capitula in aſſiduitate. Reliqua autem reſervata ſunt Regibus, ut ipſi poteſtatem habeant nominativè demandare unde exire debent.

CAPITULARE TERTIUM
ANNI DCCCVI,

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. p. 152; & Collection. Conſuetud. Imper. pag. 113. Baſnage, ad calc. Epiſt. Hincmari, pag. 178-180.

Hæc Capitula noſtra Miſſi noſtri cognita faciant omnibus in omnes partes.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE armis non portandis.*
2. *De latronibus.*
3. *De animalibus vel aliis rebus, à quibus emantur.*
4. *De adventitiis.*
5. *Item de adventitiis & fugitivis.*
6. *De iſtis Capitulis ad Miſſos tranſmittendis.*

INCIPIUNT

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De armis non portandis.

Capitular. lib. 3. c. 22. I. UT nullus ad malluin vel ad placitum infra patriam arma, id eſt, ſcutum & lanceam portet.

De latronibus.

Ibid. c. 23. II. De latronibus, quicunque poſt Miſſam ſancti Johannis latroni manſionem dederit, ſi Francus eſt, cum duodecim ſimilibus Francis juret quod latronem eum fuiſſe non ſciſſet, licèt pater ejus ſit aut frater vel propinquus. Si hoc jurare non potuerit, & ab aliquo convictus fuerit quòd latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro & infidelis judicetur; quia latro, infidelis eſt noſter & Francorum; & qui illum ſuſcipit, ſimilis eſt illi. Si autem audivit quod latro fuiſſet, & tamen neſcit profirmiter, aut ſolus juret quòd nunquam eum audiſſet, nec per veritatem nec per mendacium, latronem eſſe; aut ſit paratus, ſi de illo latrocinio poſtea victus fuerit, ut ſimiliter damnetur.

De animalibus vel aliis rebus, à quibus emantur.

III. Ut nullus comparet caballum, bo- Ibid. 24. vem, & jumentum, vel alia, niſi illum hominem cognoſcat qui eum vendidit, aut de quo pago eſt, vel ubi manet, aut quis eſt ejus Senior.

De adventitiis.

IV. De adventitiis, ut cùm Miſſi noſtri App. II. 2. ad placitum noſtrum venerint, habeant ſcriptum quanti adventitii ſunt in illorum miſſatico, & de quo pago ſunt, & nomina eorum, & qui ſunt Seniores eorum.

Item de adventitiis & fugitivis.

V. Similiter direximus Miſſos in Aquitaniam & in Longobardiam, ut omnes fugitivos & adventitios ad noſtrum placitum adducant.

De iſtis capitulis ad Miſſos tranſmittendis.

VI. Quicunque iſta capitula habet, ad alios Miſſos ea tranſmittat qui non habent, ut nulla excuſatio de ignorantia fiat.

(*Goldaſtus addit*: Et hoc Miſſi noſtri ante nativitatem Domini cognitum faciant.)

CAPITULARE QUARTUM

ANNI DCCCVI.

Et hæc Miſſi noſtri ante nativitatem Domini omnibus cognita faciant.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE juſtitiis Eccleſiarum.*
2. *De poteſtate Epiſcoporum.*
3. *Ut viduæ, orphani, & minùs potentes habeant defenſionem Imperatoris.*
4. *De concordia Epiſcoporum & Comitum.*
5. *De latronibus, homicidis, adulteris, & inceſtuoſis.*
6. *De rebus propriſis.*
7. *De eo qui dixerit quòd ei juſtè non judicetur.*
8. *Quas juſtitias Miſſi ad præſens faciant. Et de marcha cuſtodienda.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De juſtitiis Eccleſiarum.

Capitular. lib. 6. cap. 245. I. IN primis omnium jubendum eſt ut habeant Eccleſiæ earum juſtitias, tam in vita illorum qui habitant in ipſis Eccleſiis, quamque in pecuniis & ſubſtantiis eorum.

De poteſtate Epiſcoporum.

Ibid. 246. II. Ut omnes Epiſcopi poteſtative ſecundùm regulam canonicam doceant, & regant eorum miniſteria, tam in monaſteriis virorum quam puellarum, vel in forenſibus Preſbyteris, ſeu reliquo populo Dei.

Ut viduæ, orphani, & minùs potentes habeant defenſionem Imperatoris.

III. Ut viduæ & orphani, & minùs po- Ibid. 247. tentes, ſub Dei defenſione & noſtro mundeburdo pacem habeant, & eorum juſtitias adquirant.

De concordia Epiſcoporum & Comitum.

IV. Epiſcopi cum Comitibus ſtent, & Ibid. 248. Comites cum Epiſcopis, ut uterque pleniter ſuum miniſterium peragere poſſit.

De latronibus, homicidis, adulteris, & inceſtuoſis.

Ibid. 250. V. Ut latrones, vel homicidæ, ſeu adulteri & inceſtuoſi, ſub magna diſtrictione & correctione ſint correpti ſecundùm eu-vam Bajuvariorum vel legem.

De rebus propriſis.

Ibid. 251. VI. De rebus propriſis, ut ante Miſſos vel Comites noſtros & Judices veniant, & ibi accipiant finitivam ſententiam. Et anteà nullus præſumat alterius res proprindere; niſi magis ſuam cauſam quærat ante Judices noſtros, ut diximus, & ibi recipiat quod juſtum eſt.

De eo qui dixerit quòd ei juſtè non judicetur.

Ibid. 253. VII. Et ſi aliquis voluerit dicere quod juſtè ei non judicetur, tunc in præſentiam noſtram veniat. Aliter verò non præſumat in præſentiam noſtram venire pro alterius juſtitia dilatanda.

Quas juſtitias Miſſi ad præſens faciant. Et de marcha cuſtodienda.

VIII. Quòd non ampliùs de illis juſtitiis Miſſi noſtri ad præſens modò faciant, niſi de temporibus Taſſilonis ſeu Liutpirgæ, exceptis illis qui avi & genitoris noſtri vel ad nos venerint. Et marcham noſtram, ſecundùm quod ordinatum & ſancitum habemus, cuſtodiant una cum Miſſis noſtris.

EXPLICIT.

CAPITULARE QUINTUM
ANNI DCCCVI,
SIVE
CAPITULARE NOVIOMAGENSE.

Capitula quæ ad Niumaga addita in ſexto anno imperii infrà Quadrageſimam.

Heroldus, pag. 111. Goldaſt. Conſt. Imperial. tom. 3. p. 150; & Collect. Conſuetud. Imper. pag. 112. 113. Buſæus, ad Calc. Epiſt. Hincmari, pag. 272-277. Chronicon Moyſſiac. ad an. 806.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE cura Miſſorum dominicorum.*
2. *De ſacramento fidelitatis præſtando Imperatori.*
3. *Ut ea omnes conſentiant quæ inter filios Imperatoris conſtituta ſunt.*
4. *De vita & converſatione Monachorum & Sanctimonialum per Miſſos diſcutienda.*
5. *De theſauris eccleſiaſticis.*
6. *De æqualitate à Miſſis dominicis faciendâ.*
7. *De his qui beneficia habent regalia.*
8. *De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.*
9. *De his qui propter propriam juſtitiam dilatandam fugantur.*
10. *De mendicis diſcurrentibus.*
11. *De teloneis & ciſpitaticis.*
12. *De uſura.*
13. *De cupiditate in bonam partem.*
14. *Item de cupiditate in malam partem.*
15. *De avaritia.*
16. *De turpibus lucris.*
17. *De fœnore.*
18. *De emptione tempore meſſis, cauſâ cupiditatis & turpis lucri.*
19. *De hoc ſi per plurima loca fames fuerit.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De cura Miſſorum dominicorum.

Capitular. lib. 3. c. 17. I. UT unuſquiſque in ſuo miſſatico maximam habeat curam ad prævidendum & ordinandum, ac diſponendum, ſecundùm Dei voluntatem & ſecundùm juſſionem noſtram.

De ſacramento fidelitatis præſtando Imperatori.

II. De ſacramento, ut hi qui anteà fidelitatem partibus noſtris non promiſerunt, promittere faciant, & inſuper omnes denuò repromittant.

Ut ea omnes conſentiant quæ inter filios Imperatoris conſtituta ſunt.

III. Ut ea quæ inter filios noſtros propter pacis concordiam ſtatuimus, pleniter omnes conſentire debeant.

De vita & converſatione Monachorum & Sanctimonialium per Miſſos diſcutienda.

Capitular. lib. 1. cap. 116. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 247. cap. 19.

IV. Ut prædicti Miſſi per ſingulas civitates & monaſteria virorum & puellarum prævideant quomodò aut qualiter in domibus Eccleſiarum & ornamentis Eccleſiæ emendatæ vel reſtauratæ eſſe videntur, & diligenter inquirant de converſatione ſingulorum, vel quomodò emendatum habeant quod juſſimus de eorum lectione & cantu, cæteriſque diſciplinis & eccleſiaſticæ regulæ pertinentibus.

De theſauris eccleſiaſticis.

Capitular. lib. 1. cap. 117. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 247. cap. 20.

V. Ut ſinguli Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ diligenter conſiderent theſauros eccleſiaſticos, ne propter perfidiam aut neglegentiam cuſtodum aliquid de gemmis, aut de vaſis, reliquo quoquè theſauro perditum ſit; quia dictum eſt nobis quòd negotiatores Judæi, necnon & alii gloriantur quòd quicquid eis placeat, poſſint ab eis emere.

De æqualitate à Miſſis dominicis facienda.

Capitular. lib. 3. c. 18.

VI. Volumus ut æqualiter Miſſi noſtri faciant de ſingulis cauſis, ſive de heribanno, ſive de advenis, ſive de cæteris quibuſlibet cauſis. De advenis volumus ut qui jamdiu conjugati ſunt per ſingula loca, ut ibi maneant, & ſine cauſa aut ſine aliqua culpa non fiant ejecti. Fugitivi verò ſervi & latrones redeant ad propria loca.

De his qui beneficia habent regalia.

Ibid. c. 19.

VII. Auditum habemus qualiter & Comites, & alii homines qui noſtra beneficia habere videntur, comparant ſibi proprietates de ipſo noſtro beneficio, & faciunt ſervire ad ipſas proprietates ſervientes noſtros de eorum beneficio, & curtes noſtræ remanent deſertæ, & in aliquibus locis ipſi vicinantes multa mala patiuntur.

De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.

Ibid. c. 20.

VIII. Audivimus quòd alibi reddant beneficium noſtrum ad alios homines in proprietatem, & in ipſo placito dato pretio comparant ipſas res iterùm ſibi in alodum: quod omninò cavendum eſt; quia qui hoc faciunt, non bene cuſtodiunt fidem quam nobis promiſſam habent. Et ne fortè in aliqua infidelitate inveniantur; quia qui hoc faciunt, per eorum voluntatem ad aures noſtras talia opera illorum non perveniunt.

De his qui propter propriam juſtitiam dilatandam fugantur.

IX. Sunt & alii qui juſtitiam legibus recipere debent, & in tantum fiunt in quibuſdam locis fatigati uſque dum illorum juſtitiam per fidejuſſorum manus tradunt, ita ut aliquid vel parvum poſſint habere, & fortiores ſuſcipiant majorem portionem. Ibid. c. 21.

De mendicis diſcurrentibus.

X. De mendicis qui per patrias diſcurrunt, volumus ut unuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat aliubi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint, niſi manibus laborent, nullus ei quicquam tribuere præſumat. Ibid. lib. 1. cap. 118.

De teloneis & ciſpitaticis.

XI. De teloneis & ciſpitaticis, ſicut in alio Capitulari ordinavimus, teneant; id eſt, ut ubi antiqua conſuetudo fuit, exigantur; & ubi nova fuerint inventa, deſtruantur.

De uſura.

XII. Uſura eſt ubi ampliùs requiritur quàm datur; verbi gratiâ, ſi dederis ſolidos decem, & ampliùs requiſieris: vel ſi dederis modium unum frumenti, & iterùm ſuper aliud exigeris. Ibid. c. 119.

De cupiditate in bonam partem.

XIII. Cupiditas in bonam partem poteſt accipi, & in malam. In bonam juxta Apoſtolum: *Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto.* Et in pſalmo: *Concupivit anima mea in atria Domini.* Ibid. c. 120. Philip. 1. Pſal. 83.

Item de cupiditate in malam partem.

XIV. Cupiditas verò in malam partem accipitur, qui ſupra modum res quaſlibet injuſtè appetere vult, juxta Salomonem: *Poſt concupiſcentias tuas non eas.* Capitular. lib. 1. cap. 121. Eccli. 18.

De avaritia.

XV. Avaritia eſt alienas res appetere, & adeptas nulli largiri. Et juxta Apoſtolum hæc eſt radix omnium malorum. Capitular. lib. 1. cap. 122. I. Tim. 6.

De turpibus lucris.

XVI. Turpe lucrum exercent qui per varias circumventiones, lucrandi cauſâ, inhoneſtè res quaſlibet congregare decertant. Capitular. lib. 1. cap. 123.

De fœnore.

XVII. Fœnus eſt qui aliquid præſtat. Juſtum fœnus eſt qui ampliùs non requirit niſi quantùm præſtitit. Ibid. 124.

De emptione tempore meſſis, cauſâ cupiditatis & turpis lucri.

Ibid. 125. XVIII. Quicunque enim tempore meſſis vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem, comparat annonam aut vinum, verbi gratiâ de duobus denariis comparat modium unum, & ſervat uſque dum iterùm venundari poſſit contra denarios quatuor aut ſex, ſeu ampliùs, hoc turpe lucrum dicimus. Si autem propter neceſſitatem comparat, ut ſibi habeat & aliis tribuat, negotium dicimus.

De hoc ſi per plurima loca fames fuerit.

Ibid. 126. XIX. Conſideravimus itaque ut præſenti anno, quia per plurima loca fames valida eſſe videtur, ut omnes Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Optimates, & Comites, ſeu domeſtici, & cuncti fideles qui beneficia regalia, tam de rebus eccleſiaſticis quàmque & de reliquis, habere videntur, ut unuſquiſque de ſuo beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriam familiam nutriat; & ſi Deo donante ſuper ſe & ſuper familiam ſuam, aut in beneficio aut in alode, annonam habuerit, & venundare voluerit, non cariùs vendat niſi modium de avena denarios duos, modium unum de hordeo contra denarios tres, modium unum de ſpelta diſparata contra denarios tres, medium unum de ſegale contra denarios quatuor, modium unum de frumento parato contra denarios ſex. Et ipſe modius ſit quem omnibus habere conſtitutum eſt, ut unuſquiſque habeat æquam menſuram & æquales modios.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. p. 152, & Collection. Conſuetudinum Imper. pag. 114. Huſæus, ad calcem Epiſt. Hincmari, pag. 280 283. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 351.

CAPITULARE SEXTUM

ANNI DCCCVI,

SIVE

CAPITULA EXCERPTA DE CANONE*.

* Hæc Capitula non extant in Cod. ſancti Vincentii Metenſis.

Incipiunt Capitula excerpta de Canone.

Capitular. lib. 1. cap. 127.

CAP. I.

UT per ſingulos annos ſynodus bis fiat.

II.

Qualis ad ſacerdotium vel ſacros ordines, ſecundùm quod in canone legimus, venire non poteſt.

III.

Ibid. 128. Ut nequaquam inter duos Metropolitanos provincia dividatur.

IV.

Ibid. 130. Ne in una civitate duo ſint Epiſcopi, & de Vicariis eorum.

V.

Ibid. 130. Quod non oporteat ordinationes Epiſcoporum diù differre.

VI.

App. I. 11. De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.

VII.

Ibid. 12. Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinare.

VIII.

Ibid. 13. De ſervo, ſi neſciente domino ſuo fuerit ordinatus.

IX.

Quòd non liceat Clericum in duabus civitatibus miniſtrare, nec Abbates plurima monaſteria aut cellas habere. App. I. 14.

X.

Ne de uno loco ad alium tranſeat Epiſcopus ſine decreto Epiſcoporum, vel Clericus ſine juſſione Epiſcopi ſui. Capitular. lib. 1. cap 131.

XI.

De peregrinis Epiſcopis & Clericis. App. I. 15

XII.

De litteris peregrinorum, & Clericis ſine litteris ambulantibus. Ibid. 16.

XIII.

Qualis vel pro qualibus culpis quis ſecundùm canonicam inſtitutionem degradetur de officio ſacerdotali. Ibid. 17.

XIV.

De expulſo ab Eccleſia & excommunicato, vel damnato ab officio. Ibid. 18.

XV.

De ordinatione eccleſiaſtica, & officio Miſſæ, & Reliquiis Sanctorum, & Oratoriis villaribus. Ibid. 19. & 20.

XVI.

Ibid. 11. De altaribus non conſecrandis, niſi lapideis.

XVII.

Ibid. 22. De confirmatione cum chriſmate.

XVIII.

Ibid. 23. De baptiſmo.

XIX.

Ibid. 24. De Paſcha & die dominico & reliquis feſtivitatibus.

XX.

Ibid. 25. De jejuniis & quadrageſima, vel letaniis.

XXI.

Ibid. 26. Ut feſtivitates præclaræ non niſi in civitatibus aut in vicis publicis teneantur.

XXII.

Ibid. 27. De hoc officio.

XXIII.

Capitular. lib. 1. cap. 132. Ut omnes fideles communicent, & ad Miſſas perexpectent finalem deprecationem.

De Preſbyteris, Diaconis, & reliquis ex clero. *Ex decretis & canone ſancti Syl-veſtri &* LXXXIV. *Epiſcoporum.*

Fecit hos gradus in gremio Synodi, ut non Preſbyter adversùs Epiſcopum, non Diaconus adversùs Preſbyterum, non Subdiaconus adversùs Diaconum, non Exorciſta adversùs Acolytum, non Lector adversùs Exorciſtam, non Oſtiarius adversùs Lectorem det accuſationem aliquam. Et non damnabitur Præſul ſine ſeptuaginta duobus teſtibus; neque Præſul ſummus à quoquam judicabitur, quoniam ſcriptum eſt: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Preſbyter autem, niſi in quadraginta quatuor teſtimoniis, non damnabitur. Diaconus autem in cardine conſtitutus urbis Romæ, niſi triginta ſeptem teſtibus, non condemnabitur. Subdiaconus, Acolytus, Exorciſta, Lector, niſi, ſicut ſcriptum eſt, in ſeptem teſtimoniis filios habentes & uxorem, & omninò Chriſtum prædicantes. Sic datur myſtica veritas.

Capitular. lib. 1. cap. 133. Sirmond. Conc. Gallæ, tom. 1. pag. 151

Matth. 10

Vide Bu-ſæum, pag. 283. in fine

☞ *Vide in* NOVO CODICE LEGUM VETERUM *alteram editionem ejuſdem Capitularis.*

EPISTOLA LEONIS PAPÆ III *ad* KAROLUM MAGNUM, *de filio ejus* PIPPINO *Rege Romam venturo.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE
ANNI DCCCVII.

An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice Mſ. Sancti Vincentii Metenſis.*

ISTE CAPITULUS FUIT DATUS IN ANNO SEPTIMO [IMPERII] AD AQUIS PALATIUM.

Memoratorium qualiter ordinavimus, propter famis inopiam, ut de ultrà Sequanæ omnes exercitare debeant.

CAP. I.

IN primis quicunque beneficia habere videntur, omnes in hoſtem veniant.

II.

Quicunque liber manſos quinque de proprietate habere videtur, ſimiliter in hoſtem veniat. Et qui quatuor manſos habet, ſimiliter faciat. Qui tres habere videtur, ſimiliter agat. Ubicunque autem inventi fuerint duo quorum unuſquiſque duos manſos habere videtur, unus alium præparare faciat; & qui meliùs ex ipſis potuerit, in hoſtem veniat. Et ubi inventi fuerint duo quorum unus habeat duos manſos, & alter habeat unum manſum, ſimiliter ſe ſociare faciant, & unus alterum præparet; & qui meliùs potuerit, in hoſtem veniat. Ubicunque autem tres fuerint inventi quorum unuſquiſque manſum unum habeat, duo tertium præparare faciant; ex quibus qui meliùs poteſt, in hoſtem veniat. Illi verò qui dimidios manſos habent, quinque ſextum præparare faciant. Et qui ſic pauper inventus fuerit qui nec mancipia nec propriam poſſeſſionem

terrarum habeat, tamen in pretio valente quinque ſolidos, quinque ſextum præparent; & ubi duo, tertium, de illis qui parvulas poſſeſſiones de terra habere videntur. Et unicuique ex ipſis qui in hoſte pergunt, fiant conjectati ſolidi quinque à ſupraſcriptis pauperioribus qui nullam poſſeſſionem habere videntur in terra. Et pro hac conſideratione nullus ſuum Seniorem dimittat.

III.

Omnes itaque fideles noſtri Capitanei, cum eorum hominibus & carra, ſive dona, quantùm meliùs præparare potuerint, ad condictum placitum veniant. Et unuſquiſque Miſſorum noſtrorum per ſingula miniſteria conſiderare faciat unum de Vaſſallis noſtris, & præcipiat de verbo noſtro ut cum illa minore manu & carra de ſingulis comitatibus veniant, & eos poſt nos pacificè adducat, ita ut nihil exinde remaneat, & mediante menſe Auguſto ad Rhenum ſint. Hæc autem conſtituta volumus ut obſervent omnes generaliter, præſenti anno, qui ultra Sequanam commanere videntur.

IV.

Volumus atque jubemus ut Comites noſtri, propter venationem & alia joca, placita ſua non dimittant, nec ea minuta faciant; ſed ad exemplum quod nos cum illis placitare ſolemus, ſic & illi cum ſuis ſubjectis placitent, & juſtitias faciant; & de ſingulis capitulis quæ eis præcipimus per ſemetipſos conſiderare ſtudeant; ut nihil prætermittatur ab eis quæ vel infra patriam vel foràs patriam in hoſte faciendum injungimus.

V.

Rhenanus, pag. 94. Si partibus Hiſpaniæ ſive Avaratiæ ſolatium fuerit neceſſe præbendi, tunc de Saxonibus quinque ſextum præparare faciant. Et ſi partibus Beheim fuerit neceſſe ſolatium ferre, duo tertium præparent. Si verò circa Sorabis patria deferenda neceſſitas fuerit, tunc omnes generaliter veniant.

VI.

De Freſonibus volumus ut Comites & Vaſſalli noſtri, qui beneficia habere videntur, & caballarii, omnes generaliter ad placitum noſtrum veniant bene præparati. Reliqui verò pauperiores, ſex ſeptimum præparare faciant, & ſic ad condictum placitum bene præparati hoſtiliter veniant.

VII.

Volumus itaque atque præcipimus ut Miſſi noſtri per ſingulos pagos prævidere ſtudeant omnia beneficia quæ noſtri & aliorum homines habere videntur, quomodò reſtaurata ſint poſt annuntiationem noſtram, ſive deſtructa. Primùm de Eccleſiis, quomodò ſtructæ aut deſtructæ ſint in tectis, in maceriis, ſive parietibus ſive in pavimentis, necnon in pictura, etiam & in luminariis, ſive officiis. Similiter & alia beneficia, caſas cum omnibus appendiciis earum & laboratu ſive adquiſitu; vel etiam quid unuſquiſque, poſtquam hoc facere prohibuimus, in ſuum alodem ex ipſo beneficio duxit, vel quid ibidem exinde operatus eſt. Qualiter autem ſit hoc unuſquiſque Vicarius ſingulis comitatibus in ſuo miniſterio ſimul cum noſtris Miſſis prævideat, & ſicut ipſe hoc conjurare valeat, totum invenerit, in brevem mittat, & ipſos breves nobis deferant. Et omnes ii qui in ipſa beneficia habent, unà cum noſtris Miſſis veniant, ut ſcire poſſimus qui ſint, aut qui ſuum beneficium habeat condrictum aut deſtructum. Similiter & illorum alodes prævideant, utrùm meliùs ſint conſtructi ipſi alodi aut illud beneficium; quia auditum habemus quòd aliqui homines illorum beneficia habent deſerta, & alodes eorum reſtauratos.

EPISTOLA LEONIS PAPÆ III *ad* KAROLUM MAGNUM IMPERAT., *quâ mendacii accuſat Miſſos Karoli, & de illis conqueritur quòd dicerent nullos inveniri poſſe ſibi gratos.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

EPISTOLA IMPERATORIS AD PIPPINUM FILIUM, REGEM ITALIÆ.

De pace Eccleſiarum Dei & ſervientium earum.

Baſæus, p. 318. Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. p. 147; & Collection. Conſuetud. Imper. pag. 122. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. p. 142.

KAROLUS, ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, ac per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, dilectiſſimo filio noſtro Pippino, glorioſo Regi, ſempiternam in Domino ſalutem. Pervenit ad aures noſtras quòd aliqui Duces & eorum juniores, Caſtaldii, Vicarii, Centenarii, ſeu reliqui Miniſteriales, Falconarii, Venatores, & cæteri per ſingula territoria habitantes vel diſcurrentes, manſionaticos & paravereda accipiant, non ſolùm ſuper liberos homines, ſed etiam in Eccleſias Dei, monaſteria videlicet virorum ac puellarum, & xenodochia, atque diverſas plebes, & ſuper reliquos ſervientes Eccleſiarum Dei, in eorum opera, id eſt, in vineis & campis, ſeu pratis, necnon & in eorum ædificiis illos faciant operari, & carnaticos & vinum contra omnem juſtitiam ab eis exactare non ceſſant, & multas oppreſſiones patiantur ipſæ Eccleſiæ Dei, vel ſervientes earum. Ideoque, cariſſime Fili, has litteras ad tuam dilectionem direximus, ut hanc cauſam diligenter ac prudenter inquirere facias; & ſi veritas eſt quòd ita factum ſit, deinceps omnimodis emendare & corrigere ſtudeas: quatenùs in diebus noſtris ac tuis pax Eccleſiarum Dei, ſive illarum ſervientium, in omnibus conſervetur, & ut merces copioſa nobis ac tibi jugiter adcreſcat. Audivimus etiam quòd quædam capitula quæ in lege ſcribi juſſimus, per aliqua loca aliqui ex noſtris ac veſtris dicant quòd nos nequaquam illis hanc cauſam ad notitiam per noſmetipſos condictam habeamus, & ideò nolunt eis obedire nec conſentire, neque pro lege tenere. Tu autem noſti quomodò vel qualiter tecum locuti fuimus de ipſis capitulis. Et ideò admonemus tuam amabilem dilectionem ut per univerſum regnum tibi à Deo commiſſum ea nota facias, & obedire atque implere præcipias, de Epiſcopis & Sacerdotibus occiſis ſicut ſtatutum habemus, & de reliquis quibuſlibet cauſis. Veruntamen de Preſbyteris videtur nobis ut ſi liber natus eſt Preſbyter, triplâ compoſitione ſecundùm ſuam legem fiat compoſitus; & ſi plagatus fuerit, ſecundùm qualitatem plagarum vel diſciplinæ triplâ compoſitione emendetur qui hoc perpetraverit. Si autem Preſbyter ſervus natus fuerit, ſecundùm illius nativitatem triplâ compoſitione ſolvatur in plagis & diſciplinis. Et de Diaconibus ſimiliter fiat. His expletis, bene vale ſemper in Domino, Fili dilectiſſime.

Capitulare II. anni 803.

CAPITULA QUÆ PRO LEGE TENENDA SUNT (ann. 807), *de modo judicandi Clericos, & eorum poſſeſſiones, de immunitate hominum Eccleſiaſticorum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE TRIPLEX ANNI DCCCVIII.

An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice Mſ. S. Vincentii Metenſis.*

IN ANNO OCTAVO [IMPERII] CAPITULA CUM PRIMIS CONFERENDIS*.

Legendum videtur conferenda.

I. De latronibus & furibus.
II. De falſis teſtibus.
III. De perjuriis.
IV. De fugitivis.
V. De hominibus appenſis propter leves culpas.
VI. De moneta.
VII. De roccis & ſagis.
VIII. De mercato palatii noſtri.
IX. De marcha noſtra cuſtodienda terrâ marique.
X. De navibus quas facere juſſimus.
XI. Ut ea quæ conſtituta ſunt, à fidelibus noſtris obſerventur, & juſſiones noſtræ impleantur.
XII. De tempore alterius placiti noſtri, & qui iterùm ad illum placitum venire debeant.
XIII. De hominibus filiorum ac filiarum noſtrarum, quos Miſſi & Comites diſtringere non audeant.

ITEM UBI SUPRA.

I. De marcha ad prævidendum unuſquiſque paratus ſit illuc feſtinanter venire, quandocumque neceſſitas fuerit.

II. De latronibus, ut meliùs diſtringantur. Et ut nullus hominem pendere præſumat, niſi per judicium. Si vero aliquis ſine culpa penditus fuerit, & ibi moritur, tunc ab eo qui eum ſine judicio pendidit, proximis parentibus ſit compoſitus. Et ſi ibi mortuus non fuerit, ſed vivens evaſerit, tunc ſibimet ſit compoſitus, & res & mancipia ſua in fiſco non cadant. De ſervis verò, ſi quis alterius ſervum abſque judicio & ſine culpa pendiderit, & ibi mortuus fuerit, weregildus ejus domino ſolvatur. Et ſi de ipſa morte evaſerit, ipſe ipſam liudem recipiat, & liber poſteà permaneat.

III. Ut nullus teſtes mittere in judicium præſumat, ſed Comes hoc per veraces homines circa manentes per ſacramentum inquirat; ut ſicut exinde ſapiunt, hoc modis omnibus dicant.

IV. Ut nullus ſe perjurare præſumat. Et ſi fecerit, ſicut in anterioribus Capitulis mandatum eſt, manum perdat aut redimat. Et hoc omnibus adnuntiatum ſiat, quid perjurium aut falſum teſtimonium noceat.

V. De emptionibus & venditionibus, ut nullus præſumat aliter vendere & emere ſagellum meliorem duplum viginti ſolidis, & ſimplum cum decem ſolidis. Reliquos verò minus. Roccum martrinum & lutrinum meliorem triginta ſolidis, ſiſmuſinum meliorem decem ſolidis. Et ſi aliquis ampliùs vendiderit aut empſerit, cogatur exſolvere in bannum ſolidos quadraginta, & ad illum qui hoc invenerit & eum exinde convicerit, ſolidos viginti.

VI. De fugitivis hominibus, ut ubicunque inventi fuerint, ille qui eum retinet, bannum dominicum ſolvere cogatur, & ille fugitivus abſque dubio in patriam ad dominum ſuum revertatur.

VII. De monetis, ut in nullo loco moneta percutiatur niſi ad curtem; & illi denarii palatini mercentur, & per omnia diſcurrant.

ITEM DE ANNO VIII.

I. DE pace infra patriam.
II. De Canonicis & Monachis.
III. De falso testimonio & perjurio.
IV. De his qui se fraudulenter ingenuare volunt, & aliqui optumescunt.
V. De falsis monetis.
VI. De illorum hominum conquisitu qui modò foris ducti fuerunt, & postea adquisierunt postquam patres eorum & parentes ducti sunt.
VII. De decimis & nonis.
VIII. De latronibus & disciplina eorum.
IX. De operibus palatii apud Vermerium.
X. De illo broilo ad Attiniacum palatium nostrum.

KAROLI MAGNI EDICTUM, *quo jejunium pro necessitatibus publicis, maximè pro fame, peste & bello indicitur.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

EPISTOLA KAROLI MAGNI AD GARIBALDUM, LEODIENSEM EPISC., *de curâ quam in instruendis populis, præcipuè antè baptismum, adhibere debent Pastores.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE PRIMUM

ANNI DCCCIX.

An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice ms. S. Vincentii Metensis.*

CAPITULA QUÆ DOMNUS IMPERATOR AQUIS PALATIO CONSTITUIT IN ANNO NONO.

I. DE Ecclesiis non bene restauratis.
II. De causis quæ cotidie non cessant.
III. De pace latronum.
IV. De concordia fidelium nostrorum.
V. De fugitivis, quos non cessant recipere & abscondere.
VI. De vagis peregrinis qui propter Deum non vadunt.
VII. De homicidiis.
VIII. De monetis & mensuris modiorum & sextariorum.
IX. De beneficiis nostris non bene condrectis. Et ut nonæ vel decimæ per omnia donentur.
X. De Clericis & Vassallis, ut nullus sine licentia domini sui recipiatur.
XI. De meziban, id est, de latrone forbannito. Ut unusquisque Comes alio mandet ut nullus eum recipere audeat. Si liber eum susceperit, solidos quindecim componat. Si servus, centum viginti ictus accipiat, & insuper dimidium caput ejus tondeatur. Capitular. lib. 3. c. 49. 50.
XII. Ut nullus absque justitia pauperem & inopem expoliare præsumat.
XIII. Ut nullus ad placitum venire cogatur, nisi qui causam habet ad quærendam; excepto Scabinis & Vassallis Comitum. Ibid. lib. 5. cap. 40.
XIV. Ut nullus audeat præstare adjutorium ei qui malè facit, aut respondere.
XV. Ut Missi nostri per misericordiam viriliter in omnibus agant.
XVI. De testibus, sicut in anterioribus Capitulis continetur, ut jejuni ad placitum veniant, & postquam comederint, nec testimonium dicere nec sacramentum jurare possint. Et ut priusquam jurent, separatim discutiantur. Ibid. c. 52.
XVII. Ut nullus præmium recipiat propter justitiam tollendam.
XVIII. De mercatis, ut in die dominico non agantur, sed in diebus quibus homines ad opus dominorum suorum debent operari. Capitular. lib. 1. cap. 139. Sirmond. Conc. Gallic. tom. 2. pag. 147. cap. 21.
XIX. De pontibus & viis, ut nullus

Capitular. lib. 3. c. 54. ibi teloneum accipiat. Et ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen tranſeundum propter telonei cauſam, quando ille in alio loco compendioſiùs illud flumen tranſire poteſt.

Vide Leg. Longobar. lib. 1. tit. 9. cap. 23. XX. Ut omnes judicio Dei credant abſque dubitatione.

Capitulare III. anni 813, c. 46. Infrà, pag. 497. c. 34. 1 XXI. Si Preſbyter chriſma dederit, ab Epiſcopo degradetur, & poſtmodùm à Judice manum perdat, ſi propter judicium ſubvertendum hoc fecerit.

1 Capitular. lib. 3. c. 55. Sirmond. Conc. Gallic. tom. 2. pag. 247, cap. 23. 2 XXII. Ut Judices, Vicedomini, Præpoſiti, Advocati, Centenarii, Scabinei boni & veraces & manſueti, cum Comite & populo, eligantur & conſtituantur ad ſua miniſteria exercenda.

2 Capitular. lib. 3. c. 56. XXIII. Si verò Advocatus ſacramentum contra alium habuerit, & jurare non poteſt, propter hoc beneficium ſuum non perdat.

XXIV. De debitis pauperum anterioribus, & negotia facienda antequam fructus colligatur, omninò inantea cavenda hoc ex ore proprio locuti ſumus. Unuſquiſque præſenti anno, ſive libero ſive ſervo, ſuum de famis inopia adjutorium præbeat.

Capitular. lib. 3. c. 57. XXV. Ut loca ubi placita eſſe debent, bene reſtaurata fiant, ſicut ore proprio diximus, quò in hiberno & in æſtate ad placita obſervanda uſus eſſe poſſit.

XXVI. De traditionibus, ut in abſcondito non fiant propter contentiones diverſas.

XXVII. Ut nullus comparationes faciat cum paupere doloſe, niſi per juſtitiam.

XXVIII. Ut poſtquam quiſque ad mortem fuerit judicatus, neque Judex fiat, neque Scabinius, neque teſtis, nec ad ſacramentum recipiatur; ſed unde alii jurare debent, ipſe ſemper ad judicium Dei examinandus accedat.

Ibid. c. 58. XXIX. Sacramenta verò quæ ad palatium fuerint judicata, ibidem finiantur. Et ſi conſacramentales homines cum ipſo venire renuerint, juſſione dominicâ aut indiculo ad palatium venire cogantur.

Ibid. c. 47. XXX. De illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem judicati fuerint, & poſteà eis vita fuerit conceſſa, ſi ipſi juſtitiam ab aliis requiſierint, aut ab eis juſtitiam quærere voluerint, qualiter inter illos judicium terminetur. Primò omnium de illis cauſis pro quibus judicatus fuit ad mortem, nullam poteſt facere repetitionem, quia omnes res ſuæ ſecundùm judicium Francorum in publico fuerunt revocatæ. Et ſi aliquid inpoſtmodùm, poſtquam ei vita conceſſa eſt, cum juſtitia adquirere poterit, in ſua libertate teneat, & defendat ſecundùm legem. In teſtimonio non ſuſcipiatur, nec inter Scabinios ad legem judicandam locum teneat. Et ſi ad ſacramentum aliquid ei judicatum fuerit quod jurare debeat, ſi aliquis ipſum ſacramentum falſum dicere voluerit, cum armis contendat.

Ibid. c. 48. XXXI. Si alicui poſt judicium Scabiniorum fuerit vita conceſſa, & ipſe inpoſtmodùm aliqua mala perpetraverit, & juſtitiam reddere noluerit, dicendo quòd mortuus ſit, & ideò juſtitiam reddere non debeat, ſtatutum eſt ut ſuperius judicium ſuſtineat quod antea ſuſtinere debuit. Et ſi aliquis adversùs eum aliquid malè fecerit, ſecundùm æquitatis ordinem licentiam habeat ſuam juſtitiam requirendi de cauſis perpetratis poſtquam ad mortem judicatus eſt. De præteritis maneat ſicut ſuprà dijudicatum fuit.

Ibid. c. 50. XXXII. Ut Comes qui latrones in forbanno miſerit, vicinis ſuis Comitibus notum faciat eundem latronem eſſe forbannitum, ut illi eum non recipiant.

Ibid. c. 53. XXXIII. Ut nullus quiſlibet Miſſus noſter, neque Comes, neque Judex, aut Scabinius, cuilibet juſtitiam dilatare præſumat, ſi ſtatim adimpleta poterit eſſe ſecundùm rectitudinem; neque præmia pro hoc à quolibet homine per malum ingenium accipere præſumant.

App. II. 17. XXXIV. Ut nemo propter cupiditatem pecuniæ, & propter avaritiam ſuam, priùs det pretium, & futuram coemptionem ſibi præparet, ut duplum vel triplum tunc recipiat; ſed tunc tantùm quando fructus præſens eſt, illos comparet.

Ibid. 24. XXXV. De hoſpitalitate & ſuſceptione iterantium, tam Miſſorum noſtrorum quàm reliquorum bonorum hominum.

Ibid. 25. XXXVI. Quòd Miſſos noſtros ad vicem noſtram mittimus.

Ibid. 26. XXXVII. De illis qui vinum & annonam vendunt antequam colligantur, & per hanc occaſionem pauperes efficiuntur *.

* [*Addendum eſt*: ut forther conſtringantur ne decipere hat. *Sic in Appendice II. cap.* 26.

CAPITULARE SECUNDUM
ANNI DCCCIX.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice Navarrico manuſcripto.*

CAPITULA QUÆ DOMNUS KAROLUS CONSTITUIT.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De hominibus ad mortem dijudicatis, & poſteà eis vita conceſſa, ſi juſtitiam quæſierint.*
2. *De homine cui poſt judicium vita conceſſa eſt, ſi juſtitiam reddere noluerit.*
3. *De latrone forbannito.*
4. *De Comite latronem in forbannum mittente.*
5. *De illis qui ad placitum banniri debeant.*
6. *De teſtibus, ad teſtimonium dicendum qualiter adhibeantur.*
7. *De juſtitia cujuſlibet à nullo quolibet dilatanda.*
8. *De mercato.*
9. *De non cogendo ad pontem ire, cauſâ telonei.*
10. *De hoc ſi Presbyter ſanctum chriſma dederit ad judicium ſubvertendum.*
11. *De Judicibus, Advocatis, Præpoſitis, & reliquis Miniſtris, quales ſint.*
12. *De cavenda cupiditate & avaritia.*
13. *De mallo publico.*
14. *De ſacramentis ad palatium adhramitis.*
15. *De hoſpitalitate & ſuſceptione itinerantium.*
16. *Ne quis annonam ſuam vendat antequam colligatur.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De hominibus ad mortem dijudicatis, & poſteà eis vita conceſſa, ſi juſtitiam quæſierint.

Capitular. lib. 3. c. 47.

I. DE illis hominibus qui propter culpas eorum ad mortem dijudicati fuerint, & poſteà vita eis fuerit conceſſa, ſi ipſi juſtitiam ab aliis requiſierint, aut ab eis juſtitiam requirere voluerint, qualiter inter eos judicium terminetur. Primùm omnium de illis cauſis pro quibus judicatus fuerit ad mortem, nullam poteſt facere repetitionem, quia omnes res ſuæ ſecundùm judicium Francorum in publico fuerunt revocatæ. Et ſi aliquid inpoſtmodùm, poſtquam ei vita conceſſa eſt, cum juſtitia adquirere potuerit, in ſua libertate teneat & defendat ſecundùm legem. In teſtimonium non ſuſcipiatur, neque inter Scabinos legem teneat. Et ſi ad ſacramentum aliquod ei judicatum fuerit quod jurare debeat, ſi aliquis ipſum ſacramentum falſum dicere voluerit, armis contendant.

De homine cui poſt judicium vita conceſſa eſt, ſi juſtitiam reddere noluerit.

II. Si alicui poſt judicium Scabinorum fuerit vita conceſſa, & ipſe inpoſtmodùm aliqua mala perpetraverit, & juſtitias reddere noluerit, quòd mortuus eſt dicendo, & ideò juſtitias reddere non debeat, ſtatuendum eſt ut ſuperius judicium ſuſtineat quod antè ſuſtinere debuit. Et ſi aliquis adversùs eum aliqua mala fecerit, ſecundùm æquitatis ordinem licentiam habeat ſuam juſtitiam requirendi de cauſis perpetratis, poſtquam ad mortem dijudicatus eſt. De præteritis maneat ſicut ſuprà judicatum fuerit. Ibid. 48.

De latrone forbannito.

III. De latrone forbannito. Ibid. 49.

De Comite latronem in forbannum mittente.

IV. Ut Comes qui latronem in forbanno miſerit, aliis Comitibus notum faciat eundem latronem à ſe eſſe forbannitum, ut illi eum non recipiant. Ibid. 50.

De illis qui ad placitum banniri debeant.

Capitular. lib. 3. c. 40. V. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis Scabinis & Vaſſis Comitum, niſi qui cauſam ſuam quærere debet ac reſpondere.

De teſtibus, ad teſtimonium dicendum qualiter adhibeantur.

Ibid. c. 52. VI. Ut teſtes ad teſtimonium præmio vel pretio non conducantur. Et ut nullus teſtimonium dicat, aut ſacramentum juret, niſi jejunus. Et ut teſtes, priuſquam jurent, ſeparatim diſcutiantur quid dicere velint de illa re unde teſtimonium reddere debent.

De juſtitia cujuſlibet à nullo quolibet dilatanda.

Ibid. c. 53. VII. Ut nullus quiſlibet Miſſus noſter, neque Comes, Judex, aut Scabinus quiſlibet, juſtitiam dilatare præſumat, cùm ſtatim adimpleta potuerint eſſe ſecundùm rectitudinem; neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium malum præſumat.

De mercato.

Capitular. L. 1. c. 139. Supra, pag. 466. c. 18. Sirmond. Conc. Gallic. tom. 2. p. 247, c. 21. VIII. Ut mercatum in die dominico in nullo loco haberi, niſi ubi antiquitùs fuit & legitimè eſſe debet.

De non cogendo ad pontem ire, cauſâ telonei.

Capitular. lib. 3. c. 54. IX. Ut nullus cogatur ad pontem ire ad fluvium tranſeundum propter telonei cauſas, quando in alio loco ille compendioſiùs illud flumen tranſire poteſt. Similiter in plano campo, ubi nec pons nec trejectus eſt, ibi omnimodis præcipimus ut non teloneum exigatur.

De hoc ſi Presbyter ſanctum chriſma dederit ad judicium ſubvertendum.

Ibid. c. 55. X. Ut Preſbyter qui ſanctum chriſma donaverit ad judicium ſubvertendum, poſtquam de gradu ſuo fuerit expoliatus, manum amittat.

De Judicibus, Advocatis, Præpoſitis, & reliquis Miniſtris, quales ſint.

Ibid. c. 56. XI. Ut Judices, Advocati, Centenarii, Præpoſiti, Vicarii, Scabini, quales meliores inveniri poſſunt, conſtituantur ad miniſteria ſua exercenda.

De cavenda cupiditate & avaritia.

App. II. 18. XII. Ut nemo propter cupiditatem pecuniæ & propter avaritiam ſuam priùs det pretium, & futuram coemptionem ſibi præparet ut duplum vel triplum tunc recipiat; ſed tunc quando fructus præſens eſt, illum comparet.

De mallo publico.

Capitular. lib. 3. c. 57. XIII. Ut in locis ubi mallus publicus haberi ſolet, rectum tale conſtituatur quòd in hiberno & in æſtate obſervandus eſſe poſſit.

De ſacramentis ad palatium adhramitis.

Ibid. c. 58. XIV. Ut ſacramenta quæ in palatio fuerint adhramita, in palatio perficiantur. Et ſi conſacramentales homines cum ipſo venire renuerint, juſſione dominica aut indiculo aut ſigillo venire cogantur.

De hoſpitalitate & ſuſceptione itinerantium.

App. II. 25. XV. De hoſpitalitate & ſuſceptione itinerantium, tam Miſſorum noſtrorum quàm reliquorum bonorum hominum.

Ne quis annonam ſuam vendat antequam colligatur.

Ibid. c. 26. *Vide* ſuprà, pag. 468, cap. 37. XVI. De his qui annonam & vinum vendunt antequam colligantur, & per hanc occaſionem pauperes efficiuntur.

EPISTOLA KAROLI MAGNI AD LEONEM III, PAPAM, *de Proceſſione Spiritûs Sancti.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

EPISTOLA LEONIS III, PAPÆ, AD KAROLUM MAGNUM, *quâ tribus ab ipſo propoſitis quæſtionibus reſpondet.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE PRIMUM
ANNI DCCCX.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Metenſis.*

CAPITULA QUÆ ANNO DECIMO IMPERII DOMNI KAROLI SERENISSIMI AUGUSTI AQUIS PALATIO COMMONITA SUNT.

Capitular. lib. 3. c. 59. I. De clamatoribus qui magnum impedimentum faciunt in palatio ad aures Domni Imperatoris, ut Miſſi ſive Comites illorum Miſſos tranſmittant contra illos qui mentiendo vadunt, ut eos convincant.

App. II. 28. II. Ut ante Vicarium & Centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur aut adquiratur, niſi ſemper in præſentia Miſſorum imperialium, aut in præſentia Comitum.

Ibid. 29. III. De homicidiis factis anno præſenti inter vulgares homines, quæ propter pulverem mortalem acta ſunt.

Capitular. l. 1. c. 159. Sirmond. Conc. Galliæ, to. 2. p. 247. c. 24. IV. Ut Sacerdotes admoneant populum ut eleemoſynam dent, & orationes faciant, propter diverſas plagas quas aſſiduè pro peccatis patimur.

Capitular. l. 1. c. 160. Sirmond. ibid. c. 25. V. Ut ipſi Sacerdotes unuſquiſque ſecundùm ordinem ſuum prædicare & docere ſtudeat plebem ſibi commiſſam.

Capitular. l. 1. c. 161. Sirmond. ibid. c. 26. VI. De ebrietate, ut primùm omnium ſeniores ſemetipſos exinde vetent, & eorum junioribus exemplum bonæ ſobrietatis oſtendant.

Capitular. l. 1. c. 162. Sirmond. ibid. c. 27. VII. Admonendi ſunt omnes generaliter, ſecundùm evangelicam auctoritatem, ut ſic luceant opera veſtra coram hominibus ut glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

Capitular. lib. 3. c. 60. VIII. De fugitivis qui per diverſas provincias detenti & occultati contra præceptum Domni Imperatoris ſunt, ut qui eos poſt præteritum tempus ſuſcepit aut retinet, bannum dominicum componat.

Ibid. c. 61. IX. De pace & juſtitia infra patriam, ſicut ſæpe per alia Capitula juſſi adimpletum fiat.

Ibid. c. 61. X. De latronibus qui magnam habent blaſphemiam, quicunque aliquem ex ipſis comprehenderit, nullum damnum exinde patiatur.

App. II. 30. XI. De heribanno, ut diligenter inquirant Miſſi qui hoſtem facere potuit & non fecit, ipſum bannum componat, ſi habet unde componere poſſit. Et ſi non habuerit unde componere valeat, reuvadiatum fiat & inbreviatum, & nihil pro hoc exactatum fiat uſque dum ad notitiam Domni Imperatoris veniat.

Ibid. 31. XII. Heriſliz qui factum habent, per fidejuſſores ad Regem mittantur.

Ibid. 32. XIII. De beneficiis deſtructis & alodibus reſtauratis.

Ibid. 33. XIV. De freda exigenda.

Ibid. 34. XV. De materiamine ad naves faciendas.

Capitular. lib. 3. c. 63. XVI. De vulgari populo, ut unuſquiſque ſuos juniores diſtringat, ut meliùs ac meliùs obediant & conſentiant mandatis & præceptis imperialibus.

App. I. 31. *Vide* Sirmond. ibid. pag. 248, cap. 28. XVII. De eleemoſyna mittenda ad Hieruſalem propter Eccleſias Dei reſtaurandas.

App. I. 32. *Vide* Sirmond. ibid. cap. 29. XVIII. Ut nullus hominibus malignis conſentiat, ſed magis, in quantum poteſt, reſiſtat. Ut pauperes, orphani, & viduæ, & Eccleſiæ Dei pacem habeant.

CAPITULARE SECUNDUM
ANNI DCCCX.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Metenſis.*

ITEM DE ANNO X.

I. De tribulatione generali quam patimur omnes, id eſt, de mortalitate animalium & cæteris plagis.
II. De prædicatione per ſingulas parochias.
III. De evangelio, ut luceat lux veſtra coram hominibus.
IV. De omnibus vitiis & ebrietate fugiendum.
V. De ſemetipſo & ſua familia unuſquiſque corrigenda.
VI. De orationibus in invicem faciendis.
VII. De innocentibus occiſis inquirendum.
VIII. De clamatoribus, quomodò caſtigentur.
IX. De beneficiis non bene condrictis inquirendum.
X. De mendacio & perjurio cavendo.
XI. De heribanno exigendo.
XII. De pauperibus qui minimè ſolvere poſſunt.
XIII. De freda exigenda.
XIV. De his qui *heriſliz* fecerunt, ut fidejuſſores donent.
XV. De rebus & mancipiis, ut ante Vicarios & Centenarios non conquirantur.
XVI. De latronibus, quomodò diſtringantur.

CAPITULARE TERTIUM
ANNI DCCCX,
SIVE
CAPITULA DE INSTRUCTIONE MISSORUM.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. Sancti Vincentii Metenſis.*

Cap. I.

UT tales ſint Miſſi in legatione ſua ſicut decet eſſe miniſtros Imperatoris ſtrenuos, & perficiant quod eis injunctum fuerit. Aut ſi non potuerint, Domno Imperatori notum faciant quæ difficultas eis reſiſtat ne illud perficere poſſint.

II.

Ut quicquid de ejus juſſione cuilibet præcipere & commendare debent, poteſtativè annuntient atque præcipiant. Et non ſibi faciant ſocios inferioris ordinis homines, qui ſemper inde retrò res qualeſcunque tractare volunt; ſed illos ſibi ſocient qui ad effectum unamquamque rem deduci cupiunt.

III.

Quando juſtitiam pauperibus facere juſſerint, ſemel aut bis præcipiant ut juſtitia facta fiat. Tertiâ vice, ſi nondum factum eſt, ipſi pergant ad locum & ad hominem qui juſtitiam facere noluit, & cum virtute tollant ab eo quod injuſtè alteri tulit, & reddant illi cujus per juſtitiam eſſe debuit.

IV.

Ut qui bannum Domni Imperatoris vel freda dare debet, accipiatur illa ſolutio,

& ad cum inferatur, ut ipſe tamen det cuicunque ei placuerit.

V.

Quicunque illis juſtitiam facere volentibus reſiſtere conatus fuerit, Domno Imperatori annuntient. Similiter quicunque contra juſtitiam alterum in placito defendere voluerit, legitimam pœnam incurrat, cujuſlibet homo ſit, ſive Domni Imperatoris, ſive cujuſlibet filiorum & filiarum, vel cæterorum potentium hominum.

CAPITULARE PRIMUM ANNI DCCCXI,

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 262.

SIVE

Capitulare interrogationis de iis quæ Karolus Magnus pro communi omnium utilitate interroganda conſtituit.

DE INTERROGATIONE DOMNI IMPERATORIS DE ANNO XI.

In primis ſeparare volumus Epiſcopos, Abbates, & Comites noſtros, & ſingulariter illos alloqui.

Cap. I.

Quæ cauſæ efficiunt ut unus alteri adjutorium præſtare nolit, ſive in marcha, ſive in exercitu, ubi aliquid utilitatis defenſione patriæ facere debet.

II.

Unde illæ frequentiſſimæ cauſationes, in quibus unus alteri quærit quicquid parem ſuum viderit poſſidentem.

III.

De eo quòd quilibet alterius hominem ad ſe fugientem ſuſcipit.

IV.

Interrogandi ſunt in quibus rebus vel locis eccleſiaſtici laicis, aut laici eccleſiaſticis, miniſterium ſuum impediunt. In hoc loco diſcutiendum eſt atque interveniendum in quantum ſe Epiſcopus aut Abbas rebus ſecularibus debeat inſerere, vel in quantum Comes vel alter laicus in eccleſiaſtica negotia. Hic interrogandum eſt acutiſſimè quid ſit quod Apoſtolus ait: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus*, vel ad quos ſermo iſte pertineat.

II. Tim. 2.

V.

Quid ſit quod unuſquiſque Chriſtianus in baptiſmo promittat, vel quibus abrenuntiet.

VI.

Quæ ſectando vel negligendo ipſam ſuam renuntiationem vel abrenuntiationem irritam faciat.

VII.

Quòd ille bene in Deum non credit qui præcepta ejus impunè ſe contemnere putat, vel qui ea quaſi non ventura deſpicit quæ ille comminatus eſt.

VIII.

Quòd in nobis deſpiciendum eſt utrùm verè Chriſtiani ſumus. Quod in conſideratione vitæ vel morum noſtrorum facillimè cognoſci poteſt, ſi diligenter converſationem coram diſcutere voluerimus.

IX.

De vita & moribus paſtorum noſtrorum, id eſt, Epiſcoporum, qui populo Dei non ſolùm docendo, ſed etiam vivendo, exemplum bonum dare debent. Ipſis namque Apoſtolum dixiſſe credimus, ubi dicit: *Imitatores mei eſtote, & obſervate eos qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram.*

Philip. 3. 17.

X.

De vita eorum qui dicuntur Canonici, qualis eſſe debeat.

X I.

De converſatione Monachorum, & utrùm aliqui Monachi eſſe poſſint præter eos qui regulam ſancti Benedicti obſervant. Inquirendum etiam ſi in Gallia Monachi fuiſſent priuſquam traditio regulæ ſancti Benedicti in has parochias perveniſſet.

X I I.

Iſta conſervetis ſicut vobis decet & in vobis confido, piiſſimi Pontifices, & in quantum inveſtigare poſſum, vobis mittere ſeu ſcribere non dubito. Bene valete in Domino

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCCXI.

Siruond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 162.

Item brevis Capitulorum quibus fideles noſtros Epiſcopos & Abbates alloqui volumus & commonere de communi omnium noſtrûm utilitate.

Cap. I.

Primò commemorandum eſt quòd anno præterito tria triduana jejunia fecimus, Deum orando ut ille nobis dignaretur oſtendere in quibus converſatio noſtra coram illo emendari debuiſſet: quod nunc facere deſideramus.

II.

Quærendum eſt in primis Eccleſiaſticis, id eſt, Epiſcopis & Abbatibus, ut illi nobis patefaciant de converſatione ſua qualiter vivere debeant, ut cognoſcere valeamus cui de illis aut bonum aut aliud aliquid refrænati credere debeamus; & ut ſcire poſſimus in quantum cuilibet Eccleſiaſtico, id eſt, Epiſcopo, vel Abbati, ſeu Monacho, ſecularibus negotiis ſe ingerere, aut quod propriè pertineat ad illos qui dicuntur & eſſe debent paſtores Eccleſiæ patreſque monaſteriorum, ut aliud ab eis non quæramus quàm quod ipſis facere licet; & ut quiſlibet ex eis à nobis ea non quærat in quibus eis conſentire non debemus.

III.

Interrogare volumus ipſos Eccleſiaſticos, ut qui ſcripturas ſanctas non ſolùm ipſi diſcere, ſed etiam alios docere debent, qui ſint illi quibus Apoſtolus loquitur: *Imitatores mei eſtote*; vel quis ille de quo idem dicit: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus*, aut qualiter Apoſtolus ſit imitandus, vel quomodò Deo militet.

Philip. 3. 17. II. Tim. 2. 4.

IV.

Iterùm inquirendum ab eis ut nobis veraciter patefaciant quid ſit quod apud eos dicitur ſeculum relinquere, vel in quibus internoſci poſſint hi qui ſeculum relinquunt, ab his qui adhuc ſeculum ſectantur; utrùm in eo ſolo quòd arma non portant, nec publicè conjugati ſunt.

V.

Inquirendum etiam ſi ille ſeculum dimiſſum habeat qui quotidie poſſeſſiones ſuas augere quolibet modo & quâlibet arte non ceſſat, ſuadendo de cœleſtis regni beatitudine, comminando de æterno ſupplicio inferni, & ſub nomine Dei aut cujuſlibet Sancti tam divitem quàm paupe-rem, qui ſimplicioris naturæ ſunt, & minùs docti atque cauti inveniuntur, ſi rebus ſuis exſpoliant, & legitimos heredes eorum exheredant, ac per hoc pleroſque ad flagitia & ſcelera propter inopiam, ad quam per hoc fuerint devoluti, perpetranda compellunt, ut quaſi neceſſariò furta & latrocinia exerceant, cui paternarum [rerum] hereditas, ne ad eum perveniret, ab alio præpta eſt.

Vid. Libellum Precum, p. 83.

Hieronym. in Epitaph. Nepotiani, pag. 19. Capitular. lib. 1. cap. 115.

VI.

Iterùm inquirendum quomodò ſeculum reliquiſſet qui cupiditate ductus propter adipiſcendas res quas alium vidit poſſidentem, homines ad perjuria & falſa teſtimonia pretio conducit, & Advocatum ſive Præpoſitum non juſtum ac Deum timentem, ſed crudelem ac cupidum, ac perjuria parvipendentem, inquirit, & ad inquiſitionem rerum non qualiter, ſed quanta adquirat.

VII.

Quid de his dicendum qui quaſi ad amorem

amorem Dei & Sanctorum, ſive Martyrum, ſive Confeſſorum, oſſa & reliquias ſanctorum corporum de loco ad locum transferunt, ibique novas baſilicas conſtruunt, & quoſcunque potuerint, ut res ſuas illuc tradant, inſtantiſſime adhortantur. Ille ſiquidem vult ut videatur quaſi bene facere, ſeque propter hoc factum bene meritum apud Deum fieri, quibus poteſt perſuadere Epiſcopis. Palam ſit hoc ideò factum ut ad aliam perveniat poteſtatem.

VIII.

Miramur unde accidiſſet ut is qui ſe confitetur ſeculum reliquiſſe, neque omninò vult conſentire ut ipſe à quolibet ſecularis vocetur, armatus homo cùm ſit, & propria velit retinere, & ad eos qui nondum in totum ſeculum renuntiaverunt hoc pertineat: ad eccleſiaſticos verò quomodò juſtè pertineat penitùs ignoramus, niſi illi nobis inſinuaverint qui hæc quaſi licita uſurpare non dubitant.

IX.

Quid unuſquiſque Chriſto in baptiſmo promittat, vel quibus cauſis abrenuntiet; ut quamvis unicuique Chriſtiano conſiderandum ſit, ſpecialiter tamen ab eccleſiaſticis inquirendum, qui laicis ipſius promiſſionis & abrenuntiationis in ſua vita exemplum præbere debent. Hic diligentiſſimè conſiderandum eſt, & acutiſſimè diſtinguendum, quæ ſectando, vel quæ neglegendo, unuſquiſque noſtrûm ipſam ſuam promiſſionem & abrenuntiationem vel conſervet vel irritam faciat; & quis ſit ille Satanas, ſive adverſarius, cujus opera vel pompas in baptiſmo renuntiavimus. Hîc autem conſpiciendum eſt ne perverſa unuſquiſque faciendo, illum quiſlibet noſtrûm ſequatur cui jamdudum in baptiſmo renuntiavimus.

X.

In quo canonum vel in cujus ſancti Patris regula conſtitutum ſit ut invitus quiſlibet aut Clericus aut Monachus fiat, aut ubi Chriſtus præcepiſſet aut quis Apoſtolus prædicaſſet ut de nolentibus & invitis, & vilibus perſonis, congregatio fieret in Eccleſia vel Canonicorum vel Monachorum.

XI.

Quam utilitatem conferat Eccleſiæ Chriſti quòd is qui paſtor vel magiſter, nec cujuſcunque venerabilis loci eſſe debet, magis ſtudet in ſua converſatione habere multos quàm bonos, & non tantùm probis quàm multitudine hominum delectatur, plus ſtudet ut ſuus Clericus vel Monachus bene cantet & legat, quàm juſtè & beatè vivat. Quamquam non ſolùm minimè in Eccleſia contemnenda ſit cantandi vel legendi diſciplina, ſed etiam omnimodis exercenda. Sed ſi utrumque cuilibet venerabili loco accedere [non] poteſt, tolerabilius tamen nobis videtur ferendum imperfectione cantandi, quàm vivendi. Et quamvis bonum ſit ut Eccleſiæ pulchra ſint ædificia, præferendus tamen eſt ædificiis bonorum morum ornatus & culmen; quia, in quantum nobis videtur, ſtructio baſilicarum veteris legis quandam trahit conſuetudinem; morum autem emendatio propriè ad novum teſtamentum & Chriſtianam pertinet diſciplinam. Quòd ſi Chriſtus & Apoſtoli, & qui Apoſtolos rectè ſecuti ſunt, in eccleſiaſtica diſciplina ſunt ſequendi, aliter nobis in multis rebus faciendum eſt quàm uſque modò feciſſemus, multa de uſu & conſuetudine noſtra auferenda, & non minùs multa, quæ hactenùs non fecimus, facienda.

XII.

Quâ regulâ Monachi vixiſſent in Gallia priuſquam regula ſancti Benedicti in ea tradita fuiſſet, cùm legamus ſanctum Martinum & Monachum fuiſſe & ſub ſe Monachos habuiſſe, qui multò ante ſanctum Benedictum fuit.

XIII.

De Sanctimonalium & ancillarum Dei converſatione.

EPISTOLA GENERALIS AD ARCHIEPISCOPOS REGNI FRANCORUM.

Vide tom. 4. Analector. Mabil. pag. 317.

Data, ut videtur, eodem anno quo ſuperiora duo Capitularia interrogationis.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Karolus ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, [Romanorum] gubernans imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, Odilberto Archiepiſcopo in Domino ſalutem. Sæpiùs tecum, immò & cum cæteris collegis tuis familiare colloquium de utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ habere voluiſſemus, ſi abſque moleſtia corporali id efficere potuiſſes. Sed quamvis ſanctitatem tuam in divinis rebus totâ intentione vigilare non ignoremus, omittere tamen non poſſumus quin tuam devotionem, ſancto incitante Spiritu, noſtris apicibus compellamus atque commoneamus ut magis ac magis in ſancta Dei Eccleſia ſtudiosè ac vigilanti curâ laborare ſtudeas in prædicatione ſancta & doctrina ſalutari: quatenùs per tuam devotiſſimam ſolertiam verbum vitæ æternæ creſcat & currat, & multiplicetur numerus populi Chriſtiani in laudem & gloriam Salvatoris noſtri Dei. Noſſe itaque per tua ſcripta aut per teipſum volumus qualiter tu & Suffraganei tui doceatis & inſtruatis Sacerdotes Dei & plebem vobis commiſſam de baptiſmi ſacramento, id eſt, cur primò infans catechumenus efficitur, vel quid ſit catechumenus, deinde per ordinem omnia quæ aguntur. De ſcrutinio, quid ſit ſcrutinium. De ſymbolo, quæ ſit ejus interpretatio ſecundùm Latinos. De credulitate, quomodò credendum ſit in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum Filium ejus natum & paſſum, & in Spiritum Sanctum, ſanctam Eccleſiam catholicam, & cætera quæ ſequuntur in eodem ſymbolo. De abrenuntiatione Satanæ & omnibus operibus ejus atque pompis. Quid ſit abrenuntiatio, vel quæ opera diaboli & pompæ ejus. Cur inſufflatur, vel cur exorcizatur. Cur catechumenus accipit ſalem. Quare tangantur nares, pectus unguatur oleo; cur ſcapulæ ſignantur, & quare pectus & ſcapulæ liniantur. Cur albis induitur veſtimentis; cur ſacro chriſmate caput perungitur, & myſtico tegitur velamine, vel cur corpore & ſanguine dominico confirmatur. Hæc omnia ſubtili indagine per ſcripta nobis, ſicut diximus, nuntiare ſatage; vel ſi ità teneas & prædices, aut ſi in hoc quod prædicas te ipſum cuſtodias. Bene vale, & ora pro nobis.

☞ Similes Epiſtolas direxit Karolus Magnus ad Joannem, Archiepiſcopum Arelatenſem; ad Leidradum, Archiepiſcopum Lugdunenſem; ad Magnum, Archiepiſcopum Senonenſem. Illas hîc referre perquam inutile foret; eas legere poterit Lector curioſus in *Mabillon. Analect. tom. 1. pag. 25, & tom. 3. pag. 1.*

Epistola Odoliberti, Mediolanensis Archiepisc., ad Karolum Magn., *quâ ſtatum Eccleſiæ ſuæ ei intimat.* Vide in novo Codice Legum veterum.

☞ Similes Epiſtolas ad Karolum Magnum direxerunt Maxentius, Aquileienſis Patriarcha, & Leidradus, Archiepiſcopus Lugdunenſis.

CAPITULARE TERTIUM ANNI DCCCXI.

An. 1677. *Nunc * primùm editum ex duobus antiquis Codicibus mſs. uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero Sancti Vincentii Metenſis.*

ITEM UNDE SUPRA DE ANNO UNDECIMO.

De cauſis propter quas homines exercitalem obeditionem dimittere ſolent.

CAP. I.

IN primis diſcordantes ſunt, & dicunt quòd Epiſcopi, Abbates, & eorum Advocati poteſtatem non habeant de eorum tonſis Clericis, & reliquis hominibus. Similiter & Comites de eorum pagenſibus non habeant poteſtatem.

II.

Quòd pauperes ſe reclamant expoliatos eſſe de eorum proprietate. Et hoc æqualiter clamant ſuper Epiſcopos & Abbates & eorum Advocatos, & ſuper Comites & eorum Centenarios.

III.

Dicunt etiam quòd quicunque proprium ſuum Epiſcopo, Abbati, vel Comiti, aut Judici, vel Centenario dare noluerit, occaſiones quærunt ſuper illum pauperem quomodò eum condemnare poſſint, & illum ſemper in hoſtem faciant ire uſque dum pauper factus volens nolens ſuum proprium tradat aut vendat; alii verò qui traditum habent, abſque ullius inquietudine domi reſideant.

IV.

Quòd Epiſcopi & Abbates, ſive Comites, dimittunt eorum liberos homines ad caſam in nomine miniſterialium. Similiter & Abbatiſſæ. Hi ſunt falconarii, venatores, telonearii, Præpoſiti, Decani, & alii qui Miſſos recipiunt & eorum ſequentes.

V

Dicunt etiam alii quòd illos pauperiores conſtringant, & in hoſtem ire faciunt, & illos qui habent quod dare poſſint, ad propria dimittunt.

VI.

Dicunt ipſi Comites quòd alii eorum pagenſes non illis obediant, nec bannum Domni Imperatoris adimplere volunt, dicentes quòd contra Miſſos Domni Imperatoris pro heribanno debeant rationem reddere; nam non contra Comitem, etiamſi Comes ſuam domum illi in bannum miſerit, nullam exinde habeat reverentiam, niſi intret in domum ſuam, & faciat quæcunque ei libitum fuerit.

VII.

Sunt etiam alii qui dicunt ſe eſſe homines Pippini & Chluduici, & tunc profitentur ſe ire ad ſervitium dominorum ſuorum quandò alii pagenſes in exercitum pergere debent.

VIII.

Sunt iterùm & alii qui remanent, & dicunt quòd Seniores eorum domi reſideant, & debeant cum eorum Senioribus pergere ubicunque juſſio Domni Imperatoris fuerit. Alii verò ſunt qui ideò ſe commendant ad aliquos Seniores quos ſciunt in hoſtem non profecturos. Quòd ſuper omnia magis fiunt inobedientes ipſi pagenſes Comiti & Miſſis decurrentibus, quàm antea fuiſſent.

IX.

De illis hominibus qui parentes eorum, matrem, aut materteram, aut patruelem, aut quemlibet de ſua genealogia occidunt ut per illos non fiant conquiſiti. Sunt & alii qui de ipſa genealogia non debent eſſe inclinati, attamen fiunt propter illam occaſionem inclinati.

Bolland. tom. 1. Januar. pag. 887, ubi vide Notas. Sirmond. Conc. Gallic. tom. 1. pag. 204.

BREVIARIUM DIVISIONIS THESAURORUM KAROLI MAGNI, IMPERATORIS, QUAM POST OBITUM SUUM OBSERVARI JUSSIT.

Eginhardus in vita Karoli Magni.

DIVISIONEM theſaurorum & pecuniæ, ac veſtium, aliæque ſupellectilis, coràm amicis & Miniſtris ſuis annis tribus antequam decederet, fecit, conteſtatus eos ut poſt obitum ſuum à ſe facta diſtributio per illorum ſuffragium rata permaneret; quidque ex his quæ diviſerat fieri vellet, breviario comprehendit, cujus ratio ac textus talis eſt.

IN nomine Domini Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritûs Sancti. Incipit deſcriptio atque diviſio quæ facta eſt à glorioſiſſimo atque piiſſimo Domno Karolo, Imperatore Auguſto, anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXI, anno verò regni ejus in Francia XLIII, & in Italia XXXVI, imperii autem XI, Indictione quartâ; quam piâ & prudenti conſideratione facere decrevit, & Domino annuente perfecit, de theſauris ſuis atque pecunia quæ in illa die in camera ejus inventa eſt. In qua illud præcipuè præcavere voluit, ut non ſolùm eleemoſynarum largitio, quæ ſolemniter apud Chriſtianos de poſſeſſionibus eorum agitur, pro ſe quoque de ſua pecunia ordine atque ratione perficeretur, ſed etiam ut heredes ſui, omni ambiguitate remotâ, quid ad ſe pertinere deberet liquidò cognoſcèrent, & ſine lite atque contentione ſua inter ſe competenti partitione dividere potuiſſent. Hâc igitur intentione atque propoſito omnem ſubſtantiam atque ſupellectilem ſuam, quæ in auro & argento gemmiſque & ornatu regio in illa, ut dictum eſt, die in camera ejus inveniri poterat, primò quidem trinâ diviſione partitus eſt; deinde eaſdem partes ſubdividendo, de duabus partibus viginti & unam partem fecit, tertiam integram reſervavit. Et duarum quidem partium in viginti & unam partem facta diviſio tali ratione conſiſtit, ut quia in regno illius metropolitanæ civitates viginti & una eſſe noſcuntur, unaquæque illarum partium ad unamquamque metropolim permanus heredum & amicorum ſuorum eleemoſynæ nomine perveniat, & Archiepiſcopus qui tunc illius Eccleſiæ rector exſtiterit, partem quæ ad ſuam Eccleſiam data eſt ſuſcipiens, cum ſuis ſuffraganeis partiatur, eo ſcilicet modo ut tertia pars ſuæ ſit Eccleſiæ, duæ vero partes inter ſuffraganeos dividantur. Harum diviſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, & juxta metropoleorum civitatum numerum viginti & una eſſe noſcuntur, unaquæque ab altera ſequeſtrata, ſemotim in ſuo repoſitorio cum ſuperſcriptione civitatis ad quam perferenda eſt, recondita jacet. Nomina verò metropoleorum ad quas eadem eleemoſyna ſive largitio facienda eſt, hæc ſunt. Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum Julii, Gradus, Colonia, Moguntiacus, Juvavum, quæ & Saltzburgus, Treveris, Senonas, Veſontion, Lugdunum, Rotomagus, Remis, Arelas, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdegala, Turones, Bituricas. Unius autem partis, quam integram reſervari voluit, talis eſt ratio ut illis duabus in ſupradictas diviſiones diſtributis, & ſub ſigillo reconditis, hæc tertia in uſu quotidiano ſervaretur, velut res quam nullâ voti obligatione à dominio poſſidentis alienatam eſſe conſtaret; & hoc tamdiu quoadusque vel ille manſiſſet in corpore, vel uſum ejus ſibi neceſſarium judicaret. Poſt obitum verò ſuum aut voluntariam ſecularium rerum carentiam, eadem pars quatuor ſubdiviſionibus ſecaretur; & una quidem earum ſupradictis viginti & unæ partibus adderetur, altera verò à filiis ac filiabus ſuis, filiiſque ac filiabus filiorum ſuorum, adſumpta, juſtâ & rationabili inter eos partitione divideretur, tertia vero conſueto Chriſtianis more in uſum pauperum fuiſſet erogata,

quarta ſimili modo nomine eleemoſynæ in ſervorum & ancillarum uſibus palatii famulantium ſubſtentatione diſtributa veniret. Ad hanc tertiam totius ſummæ portionem, quæ ſimiliter ut cæteræ ex auro & argento conſtat, adjungi voluit omnia ex ære & ferro aliiſque metallis vaſa atque utenſilia, cum armis & veſtibus, alioque aut pretioſo aut vili ad varios uſus facto ſupellectili, ut ſunt cortinæ, ſtragula, tapetia, ſiltra, coria, ſagmata, & quicquid in camera atque veſtiario ejus eo die fuiſſet inventum; ut ex hoc majores illius partis diviſiones fierent, & erogatio eleemoſynæ ad plures pervenire potuiſſet. Capellam, id eſt eccleſiaſticum miniſterium, tam id quod ipſe fecit atque congregavit, quàm quod ad eum ex paterna hereditate pervenit, ut integrum eſſet, neque ullâ diviſione ſcinderetur, ordinavit. Si qua autem invenirentur aut vaſa aut libri, aut alia ornamenta quæ liquidò conſtaret eidem capellæ ab eo conlata non fuiſſe, hæc qui habere vellet, dato juſtæ æſtimationis pretio emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in bibliotheca ſua copiam congregavit, ſtatuit ut ab his qui eos habere vellent juſto pretio fuiſſent redemti, pretiumque in pauperes erogatum. Inter cæteros theſauros atque pecuniam tres menſas argenteas & unàm auream præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat. De quibus ſtatuit atque decrevit ut una ex eis, quæ formâ quadrangulâ deſcriptionem urbis Conſtantinopolitanæ continet, inter cætera donaria quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad baſilicam beati Petri Apoſtoli deferatur; & altera, quæ forma rotundâ Romanæ urbis effigie figurata eſt, Epiſcopo Ravennatis Eccleſiæ conferatur; tertiam, quæ cæteris & operis pulchritudine, & ponderis gravitate, multùm excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minutâ figuratione complectitur, & auream illam, quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertiæ illius & inter heredes ſuos atque in eleemoſynam dividendæ partis augmentum eſſe conſtituit. Hanc conſtitutionem atque ordinationem coram Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſque, qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorumque hîc nomina deſcripta ſunt, fecit atque conſtituit.

Episcopi, Hildebaldus, Richolfus, Arno, Wolfarius, Bernoinus, Laudradus, Johannes, Theodulfus, Jeſſe, Hetto, Huvalcaudus.

Abbates, Benedictus, Fridegiſus, Adalungus, Engilbertus, Irmino, Georgius, Theodbaldus, Adalelmus, Lautfredus.

Comites, Walach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Hunruocus, Burchardus, Maginhardus, Hatto, Richuinus, Eddo, Erchangarius, Geroldus, Bero, Hildegernus, Hrocholfus.

Hæc omnia filius ejus Hludouvicus, qui divinâ ei juſſione ſucceſſit, inſpecto eodem breviario, quàm celerrimè poterat, poſt ejus obitum ſummâ devotione adimplere curavit.

CAPITULARE PRIMUM

ANNI DCCCXII *.

Goldaſt. tom. 3. p. 315.

* Goldaſt. hoc Capitulare tribuit Ludovico Pio.

Vide Capitular. lib. 4. cap. 20; & Conringium, c. 11. de origine Juris Germanici.

Brevis Capitulorum quem Miſſi dominici habere debent ad exercitum promovendum.

Cap. I.

Ut omnis liber homo qui quatuor manſos veſtitos de proprio ſuo ſive de alicujus beneficio habet, ipſe ſe præparet, & ipſe in hoſtem pergat, ſive cum Seniore ſuo. Qui verò tres manſos de proprio habuerit, huic adjungatur unus qui unum manſum habeat, & det illi adjutorium ut ille pro ambobus ire poſſit. Qui autem duos manſos tantùm de proprio habet, jungatur illi alter qui ſimiliter duos manſos habeat; & unus ex eis, altero illi adjuvante, pergat in hoſtem. Qui etiam unum tantùm manſum de proprio habet, adjungantur ei tres qui ſimiliter habeant, & dent ei adjutorium, & ille tantùm pergat. Tres verò qui illi adjutorium dederunt, domi remaneant.

II.

Volumus atque jubemus ut iidem Missi noſtri diligenter inquirant qui anno præterito de hoſte bannito tranſiliſſent ſuper illam ordinationem quam modo ſuperiùs comprehenſo de liberis et pauperibus hominibus fieri juſſimus. Et quicunque fuerit inventus qui nec parem ſuum ad hoſtem faciendum ſecundùm noſtram juſſionem adjuvit, neque perrexit, heribannum noſtrum pleniter reuvadiet, & de ſolvendo illo ſecundùm legem fidem faciat.

III.

Quòd ſi fortè talis homo inventus fuerit qui dicat quod juſſione Comitis vel Vicarii, aut Centenarii ſui, hoc quoque ipſe ſemetipſum præparare debeat eidem Comiti vel Vicario, aut Centenario, vel quibuſlibet hominibus eorum dediſſet, & propter hoc illud iter dimiſiſſet, & Miſſi noſtri hoc ita verum eſſe inveſtigare potuerint, is per cujus juſſionem ille remanſit, bannum noſtrum reuvadiet atque perſolvat, ſive ſit Comes, ſive Vicarius, ſive Advocatus Epiſcopi atque Abbatis.

IV.

De hominibus Comitis caſatis iſti ſunt excipiendi, & bannum reuvadiare non jubeantur: duo qui cum uxore illius domi dimiſſi fuerunt, & alii duo qui propter miniſterium ejus cuſtodiendum & ſervitium noſtrum faciendum remanere juſſi ſunt. In qua cauſa modo præcipimus ut quanta miniſteria unuſquiſque Comes habuerit, totiens duos homines ad ea cuſtodienda domi dimittat, præter illos duos quos cum uxore ſua; cæteros verò omnes ſecum pleniter habeat. Vel ſi ipſe domi remanſerit, cum illo qui pro eo in hoſtem proficiſcitur, dirigantur. Epiſcopus verò vel Abbas duos tantùm de caſatis & laicis hominibus ſuis domi dimittant.

V.

De hominibus noſtris & Epiſcoporum & Abbatum, qui vel beneficia vel talia propria habent ut ex eis ſecundùm noſtram juſſionem in hoſtem bene poſſint pergere, exceptis his quos eis ſecum domi remanere permiſimus, ſi aliqui inventi fuerint qui vel pretio ſe redemiſſent, vel dominis ſuis permittentibus domi remaniſſent, bannum noſtrum, ſicut ſuperiùs dictum eſt, reuvadient, & fidem faciant ac perſolvant. Domini verò eorum, qui eos domi remanere permiſerunt, vel miniſteriales eorum, qui ab eis pretium acceperunt, ſimiliter bannum noſtrum reuvadient, & fidem faciant, utique dum nobis fuerit annuntiatum.

VI.

Volumus ut miſſi noſtri diligenter inquirant in quibus locis hoc factum ſit quod ad nos pervenit, quòd quidam homines, poſtquam ſecundùm noſtram juſſionem ſociis ſuis, qui in hoſtem perrexerunt, de ſtipendia ſua adjutorium fecerunt, jubente Comite vel miniſterialibus ejus propter ſe redimendum pretium dederunt ut eis domi remanere licuiſſet, cùm illi in hoſtem ire non deberent, quia jam ſociis ſuis conſtitutum à nobis adjutorium dederunt. Hoc fiat inveſtigatum & nobis nuntiatum.

VII.

Volumus ut iſti Miſſi noſtri qui hâc legatione fungi debent, ab his hominibus conjectum accipiant qui in hoſtem pergere debuerunt, & non perrexerunt. Similiter & à Comite vel Vicario, vel Centenario, qui ad hoc conſenſerunt ut illi domi remaniſſent. Necnon & ab omnibus prædictum conjectum accipiant qui anno præterito conſtitutam à nobis exercitalis itineris juſſionem irritam fecerunt.

VIII.

Iſtius Capitularis exemplaria quatuor volumus ut ſcribantur, & unum habeant Miſſi noſtri, alterum Comes in cujus miniſteriis hæc facienda ſunt, ut aliter non faciant neque Miſſus noſter neque Comes, niſi ſicut à nobis Capitulis ordinatum eſt. Tertium habeant Miſſi noſtri qui ſuper exercitum noſtrum conſtituendi ſunt. Quartum habeat Cancellarius noſter.

IX.

Volumus ut homines fidelium noſtrorum, quos nobiſcum ad ſervitium noſtrum domi reſervare juſſimus, in exercitum ire non compellantur; ſed aut ipſi domi remaneant, vel in ſervitio dominorum ſuorum. Neque heribannum reuvadiare jubeantur illi homines qui anno præterito nobiſcum fuerunt.

CAPITULARE KAROLI MAGNI, IMP. AUG., (*de quo non conſtat quibus in Comitiis decretum fuerit.*) Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCCXII.

*Nunc * primùm editum ex duobus antiquis Codicibus mſs. uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero Sancti Vincentii Metenſis.* *An. 1677.

CAPITULA QUÆ DOMNUS IMPERATOR CONSTITUIT BONONIÆ, quæ eſt in littore maris, anno regni ſui XLIV, menſe Octobrio, Indictione ſextâ.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE libero homine in hoſtem bannito.*
2. *De heribanno exactando.*
3. *De his qui regales habent honores, & in hoſtem banniti ad conditum placitum non venerint.*
4. *De his qui ſine licentia de hoſte revertuntur.*
5. *De his qui beneficia Principum habent.*
6. *De non cogendo bibere in hoſte.*
7. *De vaſſis adhuc in palatio ſervientibus, & tamen beneficia habentibus.*
8. *De præparatione ad hoſtem ſecundùm antiquam conſuetudinem.*
9. *De his qui abſque licentia Imperatoris domi remanent & in hoſtem non pergunt.*
10. *De hoc ut nonniſi permiſſione regali brunia vel gladius homini extraneo à quolibet detur aut vendatur.*
11. *De navigio mittendo.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De libero homine in hoſtem bannito.

Capitular. lib. 3. c. 67. I. QUICUNQUE liber homo in hoſtem bannitus fuerit, & venire contempſerit, plenum heribannum, id eſt ſolidos ſexaginta perſolvat. Aut ſi non habuerit unde illam ſummam perſolvat, ſemetipſum pro wadio in ſervitium Principis tradat donec per tempora ipſe bannus ab eo fiat perſolutus. Et tunc iterùm ad ſtatum libertatis ſuæ revertatur. Et ſi ille homo qui ſe propter heribannum in ſervitium tradidit, in illo ſervitio defunctus fuerit, heredes ejus hereditatem quæ ad eos pertinet non perdant, nec libertatem, nec de ipſo heribanno obnoxii fiant.

De heribanno exactando.

Ibid. c. 68. II. Ut non pro aliqua occaſione, nec vuacta, nec de ſcara, nec warda, nec pro heribergare, nec pro alio banno, heribannum Comes exactare præſumat, niſi Miſſus noſter priùs heribannum ad partem noſtram recipiat, & ei ſuam tertiam exinde per juſſionem noſtram donet. Ipſe verò heribannus non exactetur neque in terris neque in mancipiis, ſed in auro & argento, palliis, atque armis, & animalibus, atque pecudibus, ſive talibus ſpeciebus quæ ad utilitatem pertinent.

De his qui regales habent honores, & in hoſtem banniti ad conditum placitum non venerint.

III. Quicunque homo noſtros habens honores in hoſtem bannitus fuerit, & ad conditum placitum non venerit, quot diebus poſt placitum conditum veniſſe comprobatus fuerit, tot diebus abſtineat carne & vino. Ibid. c. 69.

De his qui ſine licentia de hoſte revertuntur.

IV. Quicunque abſque licentia vel permiſſione Principis de hoſte reverſus fuerit, quod factum Franci *heriſliz* dicunt, volumus ut antiqua conſtitutio, id eſt, capitalis ſententia, erga illum puniendum cuſtodiatur. Ibid. c. 70.

De his qui beneficia Principum habent.

V. Quicunque ex eis qui beneficium Principis habent, parem ſuum contra hoſtes communes in exercitum pergentem Ibid. c. 71.

dimiſerit, & cum eo ire aut ſtare noluerit, honorem ſuum & beneficium perdat.

De non cogendo bibere in hoſte.

Capitular. lib. 3. c. 72. VI. Ut in hoſte nemo parem ſuum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicunque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita ex communicetur ut in bibendo ſolâ aquâ utatur, quouſque ſe malè feciſſe cognoſcat.

De vaſſis adhuc in palatio ſervientibus, & tamen beneficia habentibus.

Ibid. c. 73. VII. De vaſſis dominicis qui adhuc intra caſam ſerviunt, & tamen beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt ut quicunque ex eis cum Domno Imperatore domi remanſerint, vaſſallos ſuos caſatos ſecum non retineant, ſed cum Comite cujus pagenſes ſunt ire permittant.

De præparatione ad hoſtem ſecundùm antiquam conſuetudinem.

Ibid. c. 74. VIII. Conſtitutum eſt ut ſecundùm antiquam conſuetudinem præparatio ad hoſtem faciendam indicaretur & ſervaretur, id eſt, victualia de marcha ad tres menſes & arma atque veſtimenta ita obſervari placuit, ut his qui de Rheno ad Ligerem pergunt, de Ligere initium victûs ſui computetur. Hi verò qui de Ligere ad Rhenum iter faciunt, de Rheno tres menſium victualia habenda eſſe dinoſcant. Qui autem trans Rhenum & per Saxoniam pergunt, ad Albiam marcham eſſe ſciant. Et qui trans Ligerem manent, atque Hiſpaniam proficiſci debent, montes Pyrenæos marcham ſibi eſſe cognoſcant.

De his qui abſque licentia Imperatoris domi remanent, & in hoſtem non pergunt.

IX. Quicunque liber homo inventus fuerit anno præſente cum Seniore ſuo in hoſte non fuiſſe, plenum heribannum perſolvere cogatur. Et ſi Senior vel Comes illius eum domi dimiſit, ipſe pro eo eundem heribannum perſolvat; & tot heribanni ab eo exigantur, quot homines domi dimiſit. Et quia anno præſente unicuique Seniori duos homines domi dimittere conceſſimus, illos volumus ut Miſſis noſtris oſtendant, quia his tantummodò heribannum concedimus. App. II. 38.

De hoc ut nonniſi permiſſione regali brunia vel gladius homini extraneo à quolibet detur aut vendatur.

X. Conſtitutum eſt ut neque Epiſcopi, neque Abbates, neque Abbatiſſæ, vel quilibet Rector Eccleſiæ, bruniam vel gladios ſine noſtro permiſſo cuilibet homini extraneo aut dare aut venundare præſumat, niſi tantùm vaſſallis ſuis. Et ſi evenerit ut in qualibet Eccleſia vel ſancto loco plures brunias habeat quàm ad homines Rectores ejuſdem Eccleſiæ ſufficiant, tunc Principem idem Rector Eccleſiæ interroget quid de his fieri præcipiat. Capitular. lib. 3. c. 75. Sirmond. Conc. Gallic. tom. 2. pag. 248. cap. 30.

De navigio mittendo.

XI. Ut quandocunque navigium mittere volumus, ipſi Seniores in ipſis navibus pergant, & ad hoc ſint præparati. App. II. 39.

CAPITULARE TERTIUM ANNI DCCCXII.

*An. 1677. *Nunc * primum editum ex iisdem Codicibus manuſcriptis.*

ITEM CAPITULA QUÆ PRO JUSTITIIS INFRA PATRIAM FACIENDIS CONSTITUTA SUNT.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De cauſarum & litium terminis.*
2. *De Epiſcopis, Comitibus, & potentioribus, ſi cauſam inter ſe habuerint.*
3. *De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam eligendis.*
4. *De placito Centenarii.*
5. *De inquiſitione & deſcriptione uniuſcujuſque Miſſi in ſuo miſſatico*
6. *De beneficiis, qualiter condicta ſint.*
7. *De beneficiis Epiſcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fiſcis regalibus deſcribendis.*

8. *De*

8. *De legationibus propter juſtitias, quo tempore exerceantur.*
9. *De juſſione dominica in quolibet miſſatico non adimpleta.*
10. *De cenſu regali inquirendo.*
11. *De rebus de quibus cenſu ad partem Regis exire ſolebat.*
12. *De placitis à Miſſis dominicis Comitibus notum faciendis.*
13. *De fidelitate Regi promittenda.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De cauſarum & litium terminis.

Capitular. lib. 3. c. 76. I. DE termino cauſarum & litium ſtatuimus, ut ex quo bonæ memoriæ Domnus Pippinus Rex obiit, & nos regnare cœpimus, cauſæ vel lites inter pares factæ atque exortæ, diſcutiantur, & congruo ſibi judicio terminentur. Priùs verò, id eſt, ante obitum prædicti Domni Pippini Regis cauſæ commiſſæ, vel omninò non moveantur, vel ſalvæ uſque ad interrogationem noſtram reſerventur.

De Epiſcopis, Comitibus, & potentioribus, ſi cauſam inter ſe habuerint.

Ibid. c. 77. Simondus, Conc. Gal lic. tom. 2 pag. 248, cap. 31. II. Ut Epiſcopi, Abbates, Comites, & potentiores quique, ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad noſtram jubeantur venire præſentiam, neque propter hoc pauperum & minùs potentium juſtitiæ remaneant. Neque Comes palatii noſtri potentiores cauſas ſine noſtra juſſione finire præſumat, ſed tantùm ad pauperum & minùs potentium juſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacandum.

De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam eligendis.

Capitular. lib. 3. c. 78. III. Ut quandocunque teſtes ad rem quamlibet diſcutiendam quærendi atque eligendi ſunt, à Miſſo noſtro & à Comite in cujus miniſterio de rebus qualibuſcunque agendum eſt, tales eligantur quales optimi in ipſo pago inveniri poſſunt. Et non liceat litigatores per plurima falſos teſtes adducere, ſicut hactenùs fieri ſolebant.

De placito Centenarii.

Ibid. c. 79. IV. Ut nullus homo in placito Centenarii, neque ad mortem neque ad libertatem ſuam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia, judicetur; ſed iſta aut in præſentia Comitis vel Miſſorum noſtrorum judicentur.

De inquiſitione & deſcriptione uniuſcujuſque Miſſi in ſuo miſſatico.

Ibid. c. 80. V. Ut Miſſi noſtri diligenter inquirant & deſcribere faciant unuſquiſque in miſſatico quid unuſquiſque de beneficio habeat, vel quot homines caſatos in ipſo beneficio.

De beneficiis, qualiter condicta ſint.

Ibid. c. 81. VI. Quomodò eadem beneficia condicta ſunt, aut quis de beneficio ſuo alodem comparavit vel ſtruxit.

De Beneficiis Epiſcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fiſcis regalibus deſcribendis.

Ibid. c. 82. VII. Ut non ſolùm beneficia Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, atque Comitum, ſive Vaſſallorum noſtrorum, ſed etiam noſtri fiſci deſcribantur, ut ſcire poſſimus quantùm etiam de noſtra in uniuſcujuſque legatione habeamus.

De legationibus propter juſtitias, quo tempore exerceantur.

Ibid. c. 83. VIII. Volumus, propter juſtitias quæ uſque modò de parte Comitum remanſerunt, quatuor tantùm menſibus in anno Miſſi noſtri legationes noſtras exerceant, in hyeme Januario, in verno Aprili, in æſtate Julio, in autumno Octobrio. Cæteris verò menſibus unuſquiſque Comitum placitum ſuum habeat & juſtitias faciat. Miſſi autem noſtri quater in anno * menſe & in quatuor locis habeant placita ſua cum illis Comitibus quibus congruum fuerit ut ad eum locum poſſint convenire.

* ano menſe.

De juſſione dominica in quolibet miſſatico non adimpleta

Ibid. c. 84. IX. Ut quicquid ille Miſſus in illo miſſatico aliter factum invenerit quàm noſtra ſit juſſio, non ſolùm illud emendare jubeat, ſed etiam ad nos ipſam rem, qualiter ab eo inventa eſt, deferat.

De cenſu regali inquirendo.

Ibid. c. 85. X. Ut Miſſi noſtri cenſus noſtros diligenter perquirant, undecunque antiquitùs venire ad partem Regis ſolebant. Similiter & freda. Et nobis renuncient, ut nos ordinemus quid de his in futurum fieri debeat.

De rebus de quibus cenſus ad partem Regis exire ſolebat.

Ibid. c. 86. XI. Ut de rebus unde cenſus ad partem Regis exire ſolebat, ſi ad aliquam Eccleſiam traditæ ſunt, aut tradantur propriis heredibus; aut qui eas retinuerit, vel illum cenſum perſolvat.

De placitis à Miſſis dominicis Comitibus notum faciendis.

Capitular. lib. 3. c. 87. XII. Ut unuſquiſque Miſſorum noſtrorum in placito ſuo notum faciat Comitibus qui ad ejus miſſaticum pertinent, ut in illis menſibus quibus ille legationem ſuam non exercet, conveniant inter ſe & communia placita faciant, tam ad latrones diſtringendos, quàm ad cæteras juſtitias faciendas.

De fidelitate Regi promittenda.

XIII. Ut Miſſi noſtri populum noſtrum iterum nobis fidelitatem promittere faciant ſecundùm conſuetudinem jamdudum ordinatam. Et ipſi aperiant & interpretentur illis hominibus qualiter ipſum ſacramentum & fidelitatem erga nos ſervare debeant. Capitulat. lib. 3. c. 88.

PLACITUM KAROLI MAGNI *adversùs Tingulfum, qui poſt noctes indictas non comparuerat.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

PRÆCEPTUM

Pro Hiſpanis qui in regnum Karoli confugerant.

*Nunc * primùm editum ex archivo Archiepiſcopi Narbonenſis.*

*An. 1677.

Hoc eſt præceptum conceſſionis atque donationis quam fecit Karolus Imperator profugis Hiſpanis.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Karolus, ſereniſſimus Auguſtus, a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, Beranæ, Gauſcelino, Giſclafredo, Odiloni, Ermengario, Ademaro, Laibulfo, & Erlino Comitibus. Notum ſit vobis quia iſti Hiſpani de veſtra miniſteria, Martinus Preſbyter, Johannes, Quintila, Calapodius, Aſinarius, Egila, Stephanus, Rebellis, Ofilo, Atila, Fredemirus, Amabilis, Chriſtianus, Elpericus, Homodei, Jacentus, Eſperandei, item Stephanus, Zoleiman, Marchatellus, Teodaldus, Paraparius, Gomis, Caſtellanus, Ardaricus, Waſco, Wigiſus, Witericus, Ranoidus, Suniefredus, Amancio, Cazerellus, Langobardus, Zate, milites, Odeſindus, Walda, Roncariolus, Mauro, Paſcales, Simplicio, Gabinius, Solomo Preſbyter, ad nos venientes ſuggeſſerunt quòd multas oppreſſiones ſuſtineant de parte veſtra & juniorum veſtrorum. Et dixerunt quòd aliqui pagenſes fiſcum noſtrum ſibi alter alterius teſtificant ad eorum proprietatem, & eos exinde expellant contra juſtitiam, & tollant noſtram veſtituram, quam per triginta annos ſeu ampliùs veſtiti fuimus, & ipſi per noſtrum donitum de eremo per noſtram datam licentiam retraxerunt. Dicunt etiam quòd aliquas villas, quas ipſi laboraverunt, laboratas illis eis abſtractas habeatis, & beboranias illis ſuperponatis & ſaiones, qui per forcia ſuper eos exactant. Quamobrem juſſimus Johanni Archiepiſcopo Miſſo noſtro ut ad dilectum filium noſtrum Ludovicum Regem veniret, & hanc cauſam ei per ordinem recitaret. Et mandavimus illi ut tempore opportuno illuc veniens, & vos in ejus præſentiam venientes, ordinare faciat quomodò aut qualiter ipſi Hiſpani vivere debeant. Propterea has litteras fieri præcepimus atque demandamus, ut neque vos neque juniores veſtri memoratos Hiſpanos noſtros, qui ad noſtram fiduciam de Hiſpania venientes, per noſtram datam licentiam erema loca ſibi ad laboricandum propriſerunt, & laboratas habere videntur, nullum cenſum ſuperponere præſumatis, neque ad proprium facere permittatis; ſed quoad uſque illi fideles nobis aut filiis noſtris fuerint, quod per triginta annos habuerunt per apriſionem, quieti poſſideant & illi & poſteritas eorum, & vos conſervare debeatis. Et quicquid contra juſtitiam eis vos aut juniores veſtri factum habetis, aut ſi aliquid eis injuſtè abſtuliſtis, omnia in loco reſtituere faciatis, ſicuti gratiam Dei & noſtram vultis habere propitiam. Et ut certiùs credatis, de anulo noſtro ſubter ſigillari juſſimus.

GUIDBERTUS Diaconus ad vicem ERCANBALDI recognovit.

Data IV. Nonas Aprilis, anno Chriſto propitio imperii noſtri XII, regni verò in Francia XLIV. atque XXXVIII in Italia, Indictione quintâ.

Actum Aquiſgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Privilegia Hiſpanorum in regno Francorum, id eſt, in ea parte Hiſpaniæ citerioris quæ citra Rubricatum eſt commorantium, confirmârunt Ludovicus Pius & Karolus Calvus. Eorum præcepta edita ſunt infrà ad annos DCCCXV. & XVI, & in Capitulis Karoli Calvi, tit. VI.

SUPPLEX LIBELLUS FULDENSIUM MONACHORUM AD KAROLUM MAGNUM, IMP., *adversùs Ratgarium, Abbatem.* VIDE IN NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE PRIMUM ANNI DCCCXIII,

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 323.

SIVE

CAPITULA XXVIII. de confirmatione Conſtitutionum quas Epiſcopi in Synodis auctoritate regiâ nuper habitis conſtituerant.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE baptiſmo ritè celebrando.*
2. *Ut laici Presbyteros de Eccleſiis non ejiciant.*
3. *Ut laici pro datis Eccleſiis munera non exigant.*
4. *Ut Canonici & Monachi ſecundùm ordinem vivant.*
5. *Ut in monaſteriis Puellarum Presbyteri, peractis Sacris, non ſubſiſtant.*
6. *Ut plures in monaſteriis quàm ferre poſſint, non recipiantur.*
7. *De decimis.*
8. *De inceſtuoſis inveſtigandis & coercendis.*
9. *De pace & concordia.*
10. *Ut Comites Epiſcopis obediant, & juſtitias faciant.*
11. *Ut tempore famis unuſquiſque ſuos alere ſtudeat.*
12. *Ut Epiſcopi liceat de theſauro Eccleſiæ pauperibus erogare.*
13. *Ut juſta fini pondera & menſuræ.*
14. *Ut prædicatio aſſiduè fiat, & ab omnibus intelligatur.*
15. *De iis quæ dominico die fieri non debent.*
16. *Ut Epiſcopi parochias ſuas circumeant.*
17. *Ut chriſma ſub ſigilla cuſtodiatur.*
18. *Ut parentes & patrini filios ſuos doceant.*
19. *Ut Eccleſiis antiquis ſua jura ſerventur.*
20. *In Eccleſiis ſepelire quos liceat.*
21. *Ut placita in Eccleſiis earumve atriis non fiant.*
22. *Ut res pauperum fraudulentur non acquirantur.*
23. *Ut fugitivi Clerici redire compellantur.*
24. *Ut qui beneficium habet Eccleſiæ, ad ejus ſarta tecta adjuvet.*
25. *Ut publici criminis rei publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur.*
26. *Ut Presbyteri quod docent opere compleant.*
27. *De Presbyteris qui confeſſiones revelare dicebantur.*
28. *De tumultibus quos faidoſi homines excitabant.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De baptiſmo ritè celebrando.

Conc. Arelat. VI. can. 3.

I. UT unuſquiſque Archiepiſcopus ſuos Suffraganeos diligenter ſtudioſèque ammonere ſtudeat ut unuſquiſque ſuos Preſbyteros puriter inveſtigare non neglegat baptiſmatis ſacramenta qualiter agant; & hoc eos ſtudioſè doceant, ut ordinabiliter fiat.

Ut laici Presbyteros de Eccleſiis non ejiciant.

II. Ut laici Preſbyteros non ejiciant de Eccleſiis, nec alios mittere præſumant. Arelat. VI. can. 4.

Ut laici pro datis Eccleſiis munera non exigant.

Arelat. VI. can. 5. III. Ut laici omninò non audeant munera exigere à Preſbyteris propter commendationem Eccleſiæ cuique Preſbytero.

Ut Canonici & Monachi ſecundùm ordinem vivant.

Arelat. VI. can. 6. IV. Providendum neceſſe eſt qualiter Canonici vivere debeant, necnon & Monachi, ut ſecundùm ordinem canonicum & regularem vivere ſtudeant.

Ut in monaſteriis puellarum Presbyteri, peractis Sacris, non ſubſiſtant.

Tom. 9. Spicileg. p. 64. c. 14. Moguntiac. can. 26. V. De monaſteriis puellarum, ut Preſbyteros opportuno tempore ad Miſſarum ſolemnia, liceat advenire, & iterùm ad proprias Eccleſias redire.

Ut plures in monaſteriis quàm ferre poſſint non recipiantur.

Moguntiac. can. 19. Spicileg tom. 9. p. 64. c. 15. VI. Ut plures non mittantur in monaſteria Canonicorum, atque Monachorum ſeu puellarum, quàm ſufferri poſſit.

De decimis.

Arelat. VI. can. 9. VII. De decimis ammonendis.

De inceſtuoſis inveſtigandis & coercendis.

Moguntiac. can. 53. VIII. De inceſtuoſis omninò inveſtigandum; ut ab Eccleſia expellantur, niſi pœnitentiam egerint.

De pace & concordia.

Arelat. VI. can. 12. IX. Ut pax ſit & concordia inter Epiſcopos & Comites, & reliquos Clericos, & Monachos & Laicos.

Ut Comites Epiſcopis obediant, & juſtitias faciant.

Ibid. can. 13. X. Ut Comites & Judices, ſeu reliquus populus, obedientes ſint Epiſcopo, & invicem conſentiant ad juſtitias faciendas, & munera pro judicio non accipiant, nec falſos teſtes.

Ut tempore famis unuſquiſque ſuos alere ſtudeat.

Ibid. can. 14. XI. Ut unuſquiſque propter inopiam famis ſuos familiares & ad ſe pertinentes gubernare ſtudeant.

Ut Epiſcopo liceat de theſauro Eccleſiæ pauperibus erogare.

Turon. III. can. 11. XII. Ut unicuique Epiſcoporum liceat de theſauro Eccleſiæ pauperibus erogare ad nutrimentum ſecundùm canones, cum teſtibus.

Ut juſta ſint pondera & menſuræ.

Arelat. VI. can. 15. XIII. Ut pondera vel menſuræ ubique æqualia ſint & juſta.

Ut prædicatio aſſiduè fiat, & ab omnibus intelligatur.

Moguntiac. can. 25. XIV. De officio prædicationis, ut juxta quod bene vulgaris populus intelligere poſſit, aſſiduè fiat

De his quæ dominico die fieri non debent.

Vide Cod. Theod. p 310, l. 13. Arelat. VI. can. 16. Moguntiac. can. 17. XV. Ne dominicis diebus mercarum fiat, neque placitum; & ut his diebus nemo ad pœnam vel ad mortem judicetur; & de operibus cavendis ammoneantur.

Ut Epiſcopi parochias ſuas circumeant.

Arelat. VI. can. 17. XVI. Ut unuſquiſque Epiſcopus interim circuneat parochiam ſuam docendo & ammonendo, & quæque ſunt neceſſaria emendare ſtudeat. Et ſi quid emendare nequiverit, ad prædictum placitum proferat.

Ut chriſma ſub ſigillo cuſtodiatur.

Ibid. can. 18. XVII. Ut Preſbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ vel maleficii donare præſumant. Quòd ſi fecerint, honore priventur.

Ut parentes & patrini filios doceant.

Moguntiac. can. 47. XVIII. De fide unuſquiſque compater, vel parentes, vel proximi filios ſuos ſpiritales catholicè inſtruant, ita ut coram Deo ratiocinare debeant.

Ut Eccleſiis antiquis ſua jura ſerventur.

Arelat. VI. can. 20. Moguntiac. can. 41. XIX. Ut Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ nec decimâ nec aliâ ullâ poſſeſſione priventur, ita ut novis tribuatur Eccleſiis.

In Eccleſiis ſepelire quos liceat.

Moguntiac. can. 42. XX. Ut mortui non ſepeliantur in Eccleſia, niſi Epiſcopi, vel Abbates, vel fideles & boni Preſbyteri.

Ut placita in Eccleſiis earumque atriis non fiant.

Moguntiac. can. 40. XXI. Ut placita in domibus vel atriis Eccleſiarum minimè fiant.

Ut res pauperum fraudulenter non acquirantur.

Arelat. VI can. 23. XXII. Ut Comites, vel Vicarii, ſeu Judices aut Centenarii, ſub malâ occaſione vel ingenio res pauperum non emant, nec vi tollant; ſed quiſquis hoc comparare voluerit, in publico placito coràm Epiſcopo hoc faciat.

Ut fugitivi Clerici redire compellantur.

Arelat. VI can. 24 XXIII. Ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia Preſbyteros vel alios Clericos diligenter inquirat, & fugitivos ad ſua loca redire faciat & ad proprium Epiſcopum ſuum.

Ut qui beneficium habet Eccleſiæ, ad ejus ſarta tecta adjuvet.

Arelat. VI can. 25 XXIV. Ut quiſque beneficium eccleſiaſticum habet, ad tecta Eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas Eccleſias omninò adjuvet.

Ut publici criminis rei publicæ pœnitentiæ ſubjiciantur.

Arelat. VI. can. 26. XXV. Ut qui publico crimine convicti ſunt rei, publicè judicentur, & publicam pœnitentiam agant ſecundùm canones.

Ut Presbyteri quod docent opere compleant.

XXVI. Ut Presbyteri bene vivere ſtudeant, & ita populum doceant

De Presbyteris qui Confeſſiones revelare dicebantur.

XXVII. Ut hoc inquiratur, ſi de partibus Auſtriæ verum eſt quod dicunt, an non, quòd Preſbyteri de Confeſſionibus accepto pretio manifeſtent latrones.

De tumultibus quos faidoſi homines excitabant.

XXVIII. Ut inquiratur diligenter de faidoſis hominibus, qui ſolent incongruas commotiones facere, tam in dominicis diebus quàmque & aliis ſolemnitatibus, ſicuti & in feriaticis diebus. Hoc omninò prohibendum eſt, ne facere præſumant.

Hactenùs Edicti hujus Capitula, vel ſummæ potiùs ac breviaria Capitulorum. In altero autem Codice Gandavenſi, ex quo & poſtrema duo capita deſcripſimus, quæ in Metenſi non ſunt, ſequebantur præterea hoc loco, repetebanturque ex ſuperioribus capitula duo, quartum nimirùm & quintum, ſed plena atque integra, in hunc modum. ADMONITIO SIRMONDI.

IV. Providendum omnimodis ac diligenter exquirendum qualiter Canonici vivant, necnon & Monachi, ut unuſquiſque eorum ſecundùm ordinem canonicè ac regulariter vivant, & non ſimiliter; id eſt, ut refectoria & dormitoria unà ſimul obſerventur, quemadmodùm jamdudum in Capitulis noſtris injunctum habemus.

V. De monaſteriis puellarum, ut Preſbyteris certo tempore ad Miſſarum ſolemnia celebranda liceat ad eas in Eccleſia convenire, & mox ad proprias redire Eccleſias. Cæteri verò Clerici vel laici ſimiliter obſerventur, ut nequaquam in eadem monaſteria ingredi audeant, niſi neceſſitatis cauſa ipſius monaſterii compulerit. Hoc tamen cum ſumma providentia Epiſcopi vel Abbatiſſæ fiat. Similiter & hoc pleniter obſervandum ſit, ut fœminæ per domos Clericorum minimè diſcurrant.

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCCXIII,

SIVE

CAPITULA VIGINTI DE JUSTITIIS FACIENDIS, ex Lege Salica, Romana & Gundobada.

*An. 1677. *Nunc * primùm edita ex ſeptem antiquis Codicibus mſs., uno Palatino Bibliothecæ Vaticanæ, altero ſancti Remigii Remenſis, tertio ſancti Vincentii Metenſis, quarto Petri Pithœi, quinto Jacobi Sirmondi, ſexto Philiberti de la Mare, Senatoris Divionenſis, ſeptimo Navarrico.*

KAROLUS, ſereniſſimus Imperator Auguſtus, à Deo coronatus, magnus, & pacificus, cum Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Ducibus, omnibuſque fidelibus Chriſtianæ Eccleſiæ, cum conſenſu conſilioque conſtituit ex Lege Salica, Romana atque Gundobada, Capitula iſta in palatio Aquis, ut unuſquiſque fidelis juſtitias faceret, quæ & ipſe manu propriâ firmavit Capitula iſta, ut omnes fideles manu roborare ſtuduiſſent.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De cura & ſollicitudine Epiſcoporum.*
2. *De Eccleſiis, viduis, & pupillis, ut pacem habeant.*
3. *Ut jumenta ſive animalia pacem habeant.*
4. *De his qui beneficia regalia habent.*
5. *De Vicariis & Centenariis.*
6. *De ingenuis, ſi inteſtati deceſſerint.*
7. *Quid ſit agendum ſi heredes de hereditate inter ſe contentioſè egerint.*
8. *Ut Vicarii luparios habeant.*
9. *De hoſte pergendi.*
10. *De diſpenſa Regis & Optimatum in carro ducenda.*
11. *De carceribus & patibulis habendis ab unoquoque Judice.*
12. *De pœna hominum boni generis qui iniquè agunt.*
13. *De latrone qui ad mortem judicatus fuerit.*
14. *De Advocatis Epiſcoporum & Abbatum.*
15. *Quid agere debeant Vicarii de iis qui ſe pro furto in ſervitio tradere cupiunt.*
16. *Quomodò liceat Seniorem ſuum dimittere.*
17. *De arcu in hoſte habendo.*
18. *De foreſtibus dominicis.*
19. *De villicis regiis, quid facere debeant.*
20. *De eo qui parem ſuum adjuvare noluit.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De cura & ſollicitudine Epiſcoporum.

Regino, lib. 2. c. 10. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 148, cap. 32.

I. UT Epiſcopi circumeant parochias ſibi commiſſas, & ibi inquirendi ſtudium habeant de inceſtu, de patriciidiis, fratricidiis, adulteriis, xenodoxiis, & aliis malis quæ contraria ſunt Deo, quæ in ſacris ſcripturis leguntur, quæ Chriſtiani devitare debent. Et infra illorum parochias Eccleſias, quibus neceſſe eſt, emendandi curam habeant. Similiter tam noſtras à nobis in beneficio datas; quàm & aliorum ubi reliquiæ præeſſe videntur. Et ut Monachi per verbum Epiſcopi & per regimen Abbatis, & per bona illorum exempla, regulariter vivant, prout loca locata ſunt. Et ut Præpoſitus & hi qui foras monaſteria ſunt, ne venatores habeant; quia jam frequenter juſſimus ne Monachi foràs monaſterio habitaſſent.

De Eccleſiis, viduis, & pupillis, ut pacem habeant.

Vide Sirmond. ibid. p. 33.

II. Ut Eccleſiæ, viduæ, pupilli per bannum Regis pacem habeant. Sin aliter, in præſentiam noſtram hoc veniat, ſi fieri poteſt. Sin autem, Miſſi noſtri inveſtigent illud quomodò geſtum ſit.

Ut jumenta ſive animalia pacem habeant.

III. Ut jumenta pacem habeant ſimiliter per bannum Regis.

De his qui beneficia regalia habent.

IV. Ut hi qui beneficium noſtrum habent, bene illud immeliorare in omni re ſtudeant. Et ut Miſſi noſtri hoc ſciant.

De Vicariis & Centenariis.

V. Ut Vicarii noſtri vel Centenarii à ſervo Regis mancipia ne emant. Et ut ipſi Vicarii de hereditate foris heredibus, ſi extiterit, ad opus noſtrum recipiatur, ne illud fraudetur.

De ingenuis, ſi inteſtati deceſſerint.

VI. De his qui à litterarum conſcriptione ingenui fuerint, ſi ſine traditione mortui fuerint, hereditas eorum ad opus noſtrum recipiatur. Nec Comes nec Vicarius illud ſibi ſociet, ſed ad opus noſtrum revocetur. Similiter volumus ut banni noſtri de illis unde cenſa exigunt, ut ipſa cenſa ad opus noſtrum vel ubi nos jubemus veniant.

Quid ſit agendum ſi heredes de hereditate inter ſe contentioſè egerint.

VII. De hereditate inter ſe heredes ſi contentioſè egerint, & Rex Miſſum ſuum ad illam diviſionem tranſmiſerit, decimum mancipium & decima virga hereditatis fiſco Regis detur.

Ut Vicarii luparios habeant.

VIII. Ut Vicarii luparios habeant unuſquiſque in ſuo miniſterio duos. Et ipſi de hoſte pergendi & de placito Comitis vel Vicarii ne cuſtodiant, niſi clamor ſuper eum veniat. Et ipſi certare ſtudeant de hoc ut perfectum exinde habeant, & ipſæ pelles luporum ad noſtrum opus dentur. Et unuſquiſque de his qui in illo miniſterio placitum cuſtodiunt, detur eis modium unum de annona.

De hoſte pergendi.

IX. De hoſte pergendi, ut Comiti in ſuo comitatu per bannum unumquemque hominem per ſexaginta ſolidos in hoſtem pergere bannire ſtudeat, ut ad placitum denuntiatum ad illum locum ubi jubetur

veniant. Et ipſe Comes prævideat quomodò ſint parati, id eſt, lanceam, ſcutum aut arcum, cum duabus cordis & ſagittis duodecim. De his uterque habeant. Et Epiſcopi, Comites, Abbates, hos homines habeant qui hoc bene prævideant, & ad diem denuntiati placiti veniant, & ibi oſtendant quomodò ſint parati. Habeant loricas vel galeas, & temporalem hoſtem, id eſt, æſtivo tempore.

De diſpenſa Regis & Optimatum in carro ducenda.

Tom. 1. Gal. Chriſt. p. 466. col.

X. Ut Regis ſpenſa in carra ducatur, ſimul Epiſcoporum, Comitum, Abbatum, & Optimatum Regis, farinam, vinum, baccones, & victum abundanter, molas, dolatorias, ſecures, taretros, fundibulas, & illos homines qui exinde bene ſciant jactare. Et marſcalci Regis adducant eis petras in ſaumas viginti, ſi opus eſt. Et unuſquiſque hoſtiliter ſit paratus, & omnia utenſilia ſufficienter habeant. Et unuſquiſque Comes duas partes de herba in ſuo comitatu defendat ad opus illius hoſtis; & habeat pontes bonos, naves bonas.

De carceribus & patibulis habendis ab unoquoque Judice.

XI. Ut Comites, unuſquiſque in ſuo comitatu carcerem habeant. Et Judices atque Vicarii patibulos habeant.

De pœna hominum boni generis qui iniquè agunt.

XII. Ut homines boni generis qui infra comitatum iniquè vel injuſtè agunt, in præſentiam Regis ducantur; & Rex ſuper eos diſtrictionem faciat carcerandi, exiliandi, uſque ad emendationem illorum.

De latrone qui ad mortem judicatus fuerit.

XIII. Ut Vicarii munera ne accipiant pro illis latronibus qui ante Comitem judicati fuerint ad mortem. Quod ſi hoc perpetraverint, tale judicium ſuſtineant ſicut & latro judicatus fuit; quia poſtquam Scabini eum dijudicaverint, non eſt licentia Comitis vel Vicarii ei vitam concedere. Sed ſi bannus ei judicatus fuerit, & banno peracto, ſtet in eo interim uſquedum Comiti & eo qui clamorem vel cauſam ad eum habuit, & tunc ſit foris banno.

De Advocatis Epiſcoporum & Abbatum.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 148. cap. 3. 4.

XIV. Ut Epiſcopi & Abbates Advocatos habeant. Et ipſi habeant in illo comitatu propriam hereditatem. Et ut ipſi recti & boni ſint, & habeant voluntatem rectè & juſtè cauſas perficere.

Quid agere debeant Vicarii de iis qui ſe pro furto in ſervitio tradere cupiunt.

XV. Ut Vicarii eos qui pro furto ſe in ſervitium tradere cupiunt, non conſentiant, ſed ſecundùm juſtum judicium terminetur.

Quomodò liceat Seniorem ſuum dimittere.

XVI. Quòd nullus Seniorem ſuum dimittat poſtquam ab eo acceperit valente ſolidum unum; excepto ſi eum vult occidere, aut cum baculo cædere, vel uxorem aut filiam maculare, ſeu hereditatem ei tollere.

De arcu in hoſte habendo.

XVII. Quòd nullus in hoſte baculum habeat, ſed arcum.

De foreſtibus dominicis.

XVIII. De foreſtis, ut foreſtarii bene illas defendant, ſimul & cuſtodiant beſtias & piſces. Et ſi Rex alicui intus foreſte feramen unum aut magis dederit, ampliùs ne prendat quàm illi datum ſit.

De villicis regiis quid facere debeant.

XIX. Ut villicus bonus, ſapiens, & prudens in opus noſtrum eligatur, qui ſciat rationem Miſſo noſtro reddere & ſervitium perficere prout loca locata ſunt, ædificia emendent, nutriant porcos, jumenta, animalia, hortos, apes, aucas, pullos, vivaria cum piſcibus, vennas, molina, ſtirpes, terram aratoriam ſtudeant ſemare. In foreſtis manſum regale, & ibi vivaria cum piſcibus, & homines ibi manent. Et plantent vineas, faciant pomaria, & ubicunque invenient utiles ullos homines, detur illis ſylva ad ſtirpandum, ut noſtrum ſervitium immelioretur. Et ut feminæ noſtræ, quæ ad opus noſtrum ſunt ſervientes, habeant ex partibus noſtris lanam & linum, & faciant ſarcillos & camiſilos, & perveniant ad cameram noſtram per rationem per villicos noſtros aut Miſſos eorum à ſe tranſmiſſos.

De eo qui parem ſuum adjuvare noluit.

XX. Et ſi quis de fidelibus noſtris contra adverſarium ſuum pugnam aut aliquod certamen agere voluit, & convocaverit ad ſe aliquem de comparis ſuis ut ei adjutorium præbuiſſet, & ille noluit, & exinde negligens permanſit, ipſum beneficium quod habuit, auferatur ab eo, & detur ei qui in ſtabilitate & fidelitate ſua permanſit.

CAPITULARE TERTIUM ANNI DCCCXIII,

SIVE

CAPITULA XLVI. de cauſis neceſſariis Eccleſiæ Dei & populo Chriſtiano, data, ut videtur, Aquiſgrani in generali populi conventu, anno DCCCXIII, menſe Septembri.

*An. 1677. *Nunc* * *primùm edita ex duobus antiquis Codicibus manuſcriptis, uno Sancti Vincentii Metenſis, altero Navarrico.*

NOTITIA VEL COMMEMORATIO DE ILLIS QUÆ ADMONERI DEBENT.

I. IN primo capitulo de cauſis Eccleſiæ, & de illis Dei ſervis qui ibidem deſerviunt, ſic habemus quomodò & alii Franci habent. De banno dominico, ſimiliter ſicut alii Franci habent.

II. Qui hominem Francum occiderit, ſolidos ſexcentos componat ad opus dominicum, & pro fredo ſolidos ducentos componat.

III. Qui hominem ingenuum occiderit, ſolidos ducentos componat, & exinde in dominico tertiam partem componat.

IV. Qui lidum occiderit, ſolidos centum componat, & exinde in dominico tertiam partem componat.

V. Qui ſervum occiderit, ſolidos quinquaginta componat. Exinde in dominico, ſicut diximus, tertiam partem componat.

VI. Si quis Comes in ſuo comitatu occiſus fuerit, in tres weregildos, ſicut ſua nativitas eſt, componere faciat.

VII. Si quis Miſſum dominicum occiderit quando in miſſaticum directus fuerit, in tres weregildos, ſicut ſua nativitas eſt, componere faciat.

VIII. Si quis Wargengum occiderit, ſolidos ſexcentos in dominico componat.

IX. Si quis hominem ingenuum ad ſervitium requirit, cum duodecim hominibus de ſuis proximis parentibus in ſanctis juret, & ſe ingenuum eſſe faciat, aut in ſervitium cadat.

X. Qui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco qui dicitur ſanctum ſuâ manu duodecimâ ipſum ingenuum dimittere faciat.

XI. Qui per chartam aut per hantradam ingenuus eſt, & ſe ille foris de eo miſerit, tunc ille leodis in dominicum veniat, & ſuis peculiariis traditum jamdicto domino non fiat.

XII. Qui per chartam ingenuus eſt, ſic debet in omnia pertinere ſicut alii Franci.

XIII. Qui de mundeburde aliquid habuerit, ad illum Seniorem qui eum ingenuum dimiſerit, ſua peculia revertere faciat.

XIV. De quali cauſa quod ſacramentum promiſerit, & ad placitum non juraverit, ipſam cauſam reddere faciat

XV. Qui propter alium hominem wadium adhramivit, & ipſe homo eum damnum incurrere dimittit, ille qui ſuum wadium adhramivit, de ſuo omnia componat ſuper noctes ſeptem, ille qui precatur adhramire, duplum componere faciat.

XVI. Qui hominem Francum ſine culpa ligaverit, ſolidos duodecim componat & in fredo dominico ſolidos tres.

XVII. Qui per capillos Francum priſerit, ſolidos duodecim, & in dominico ſolidos quatuor. Et qui ei ſanguinem ſine culpa effuderit, ſolidos duodecim componat, & in fredo dominico ſolidos quatuor.

XVIII. Si quis hominis Franci caſam infregerit, ſolidos duodecim componat, & in fredo dominico ſolidos quatuor.

XIX. Si quis hominis Franci curtem infregerit,

infregerit, ſolidos ſex componat, in dominico ſolidos quatuor, ſuam manum aut ſuum pedem aut ſuum oculum pro quarta parte de ſua leode, & in fredo dominico ſemper de unaquaque re ſolidos quatuor.

XX. De ingenuo homine in emendatione ſua ſolidos octo, niſi, ſicut ſuperiùs diximus, in fredo dominico ſolidos quatuor.

XXI. De lido in emendatione ſolidos quatuor, in fredo dominico ſolidos quatuor.

XXII. De ſervo in emendatione ſolidos duos, in fredo dominico ſolidos iv.

XXIII. Quicquid involavit, novem geldos componere faciat, & de unoquoque latrocinio in dominico fredo ſolidos quatuor.

XXIV. De quicquid in caſa furaverit, in wirdira ſolidos ſeptem. De warnione, in wirdira ſolidos ſeptem. De ſpadato caballo, ſolidos ſeptem. De ſervo, ſolidos ſeptem. De ſpata, ſeptem. De jumento, ſolidos quatuor. De bove, ſolidos duos. De vacca, ſolidos duos. De porcis & vervecibus, & animalibus juvenibus & de capris, tertiam partem quantùm valet in wirdira.

XXV. Quicquid in amore in alterum furatum habent, in duos geldos componere faciat, in wirdira * uncias duas, in fredo ſolidos quatuor. Et quicquid in maſchau furaverit, duos geldos componere faciat, in wirdira uncias duas, in fredo dominico ſolidos quatuor.

*[Al. Mſ. murdera loco wirdira.

XXVI. Quicquid in amore Freſiones injuſtè tulerint, per aliud tantùm componere faciat, in fredo ſolidos quatuor.

XXVII. Quicquid ad Saxones contra rectum tulerint, cum alio tantùm eum emendare faciat, in fredo ſolidos quatuor.

XXVIII. Si quis infra pagum latronem comprehenderit, & ante illum Comitem eum non adduxerit aut ante ſuum Centenarium, ſolidos ſexaginta componere faciat.

XXIX. Si quis latronem viderit cum furto ambulantem, & cognitum non fecerit; in fredo dominico ſolidos quatuor componere faciat.

XXX. Si quis in ſanctis Reliquiis ſe perjuraverit, manum ſuam perdat, aut eam redimat quartâ parte de ſua leode in dominico.

XXXI. Quicquid contra rectum fecerit, cum ſolidis quatuor in fredo dominico componere faciat.

XXXII. Si quis cum armis bannitus fuerit, & non venerit ibi, ſolidos quatuor in fredo dominico componere faciat.

XXXIII. Si quis cum caballo bannitus fuerit, in fredo dominico ſolidos quatuor componere faciat.

XXXIV. Si quis wadam aut wardam dimiſerit quando ille Comes ei cognitum fecerit, in fredo dominico ſolidos quatuor componere faciat.

XXXV. Si quis ſcluſam dimiſerit quando ſuus Comes ei commendat facere, in fredo ſolidos quatuor componere faciat. Quando rumpit, & eam emendare noluerit, ſolidos quatuor in dominico componere faciat.

XXXVI. Quiſquis audit arma clamare, & ibi non venerit, in fredo dominico ſolidos quatuor componere faciat.

XXXVII. Si quis ad pontem publicum bannitus fuerit, & ibi non venerit, ſolidos quatuor in fredo componat.

XXXVIII. Si quis Comes ad placitum ſuum hominem bannit, & ibi non venerit, in fredo ſolidos quatuor componat.

XXXIX. Si quis viam publicam clauſerit, in fredo dominico ſolidos quatuor componat.

XL. Si quis Francus homo habuerit filios duos, hereditatem ſuam de ſylva & de terra eis dimittat, & de mancipiis, & de peculio. De materna hereditate ſimiliter in filiam veniat.

XLI. De ingenuis hominibus, quomodo aut qualiter ad placitum per bannum debeant venire. Ingenuus, ſi per Comitem aut per Miſſum ſuum bannitus fuerit infra comitatum de maxima cauſa, ſuper noctes quatuordecim ad placitum veniat. Si minor cauſa extiterit, ſuper noctes ſeptem ad placitum veniat.

XLII. Si quis de lido ſuo pro aliqua cauſa * in ratione fuerit inventus, ſuper noctes quatuordecim ipſum lidum ad placitum adducat, ſi Senior ſuus in ipſo comitatu eſt. Si in alio comitatu eſt, ipſe lidus ſuum Seniorem ad placitum adducat ſuper noctes viginti quinque. Si in tertio comitatu eſt, ſuper noctes quadraginta duas. Si in alio ducatu eſt, ſuper noctes octuaginta quatuor cum ſuo Seniore veniat ad ipſum placitum.

*[Al. Mſ. Si quis propter lidum ſuum per aliquam causam, &c.]

XLIII. De raptu. Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, cum uno wadio & una manu emendare ſtudeat.

XLIV. Si quis hominem in mordro occiderit, tunc exeat ad judicium, aut

ſuus Senior per ſacramentum eum liberet.

XLV. Si cujus puellam ſponſatam alius priſerit, ſolidos ducentos componere faciat, in fredo ſolidos ſexaginta.

XLVI. Si fur de ſeptem latrociniis comprobatus fuerit, exiet ad judicium. Si ibi incenderit, tradant eum ad mortem. Et poſteaquàm ad judicium ambulaverit, ſi ibi non incenderit, tunc liceat ſuo Seniori wadio ſuo illum adhramire, & pro eo emendare ac de morte liberare.

EXPLICIT.

ADMONITIO STEPHANI BALUZII

De quinque ſequentibus Capitularibus.

CAPITULARIA quinque quæ ſequuntur, ſunt quidem Karoli Magni; adeòque inter cæteras ejus Conſtitutiones referri debent; ſed quoniam aſſequi conjecturâ non potuimus ad quem quæque annum referenda eſſent, ad poſtrema Karoli tempora retulimus.

CAPITULARE PRIMUM

INCERTI ANNI.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex ſchedis doctiſſimi viri Jacobi Sirmondi, Societatis Jeſu.*

I. UT eorum qui ad ordinandum veniunt, fides & vita & ſcientia priùs ab Epiſcopo diſcutiantur.

II. Ut fugitivi Clerici & peregrini à nullo recipiantur ſine commendatitiis litteris.

III. Ut Preſbyteri, Diaconi, vel cæteri Clerici mulierem extraneam in domo ſua non habeant.

IV. Ut Monachi & Clerici tabernas non ingrediantur, edendi vel bibendi causâ.

V Ut ignota Angelorum nomina nec fingantur nec nominentur.

VI. Ut mulieres ad altare non ingrediantur.

VII. Ut canonici libri tantùm legantur in Eccleſia.

VIII. Ut nullus per pecuniam ordinetur.

IX. Ut Monachus vel Clericus ad ſecularia negotia non tranſeat.

X. Ut Clerici de civitate ad civitatem non tranſmigrentur.

XI. Ut nullus abſolutè ordinetur.

XII. Ut Clerici & Monachi in ſuo propoſito permaneant.

XIII. Ut Clerici inter ſe negotium habentes à ſuo Epiſcopo dijudicentur, non à ſecularibus.

XIV. Ut Clerici & Monachi inſidias contra Paſtorem ſuum non faciant.

XV. Ut loca quæ ſemel Deo dedicata ſunt ut monaſteria ſint, maneant perpetuò monaſteria, nec poſſint ultrà fieri ſecularia habitacula.

XVI. Ut nullus Preſbyter contra ſuum Epiſcopum ſuperbire audeat.

XVII. Ut Clerici eccleſiaſtici Ordinis, ſi culpam incurrerint, apud Eccleſiaſticos judicentur, non apud ſeculares.

XVIII. Ut qui commodaverit pecuniam, pecuniam accipiat. Si ſpeciem aliam, eandem ſpeciem, quantùm dederit, accipiat.

XIX. Ut ante viginti quinque annos ætatis nec Diacones ordinentur, nec virgines conſecrentur.

XX. Ut virgines Deo ſacratæ ſimul habitantes invicem ſe cuſtodiant, nec paſſim vagando Eccleſiæ lædant exiſtimationem.

XXI. Ut falſa nomina Martyrum non venerentur.

XXII. Ut nec uxor à viro dimiſſa aliam

accipiat, vivente viro ſuo; nec vir aliam accipiat, vivente uxore priore.

XXIII. Ut Eccleſiaſtica jejunia ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur.

XXIV. Ut nullatenùs Preſbyter ante trigeſimum ætatis ſuæ annum ordinetur.

XXV. Ut nulli Sacerdotum liceat ignorare ſanctorum canonum inſtituta.

XXVI. Ut nullus Epiſcopus ad Clericatûs officium ſervum alterius, ſine domini ſui voluntate, promovere præſumat.

XXVII. Ut Epiſcopi & reliqui Sacerdotes canones bene intelligant, & ſecundùm canonicam inſtitutionem vivant.

XXVIII. Ut Epiſcopi diligenter diſcutiant per ſuas parochias Preſbyteros, eorum fidem, baptiſma, & Miſſarum celebrationes, & ut fidem rectam teneant, & baptiſma catholicum obſervent, & Miſſarum preces bene intelligant, & ut pſalmi dignè ſecundùm modulationes verſuum modulentur.

XXIX. Ut fides catholica ab Epiſcopis & Preſbyteris diligenter legatur, & omni populo prædicetur. Et dominicam orationem ipſi intelligant & omnibus prædicent intelligendam, ut quiſque ſciat quid petat à Deo.

XXX. Ut omnis populus Chriſtianus fidem catholicam & dominicam orationem memoriter teneat.

XXXI. Ut inter Epiſcopos, Abbates, Comites, Judices, & omnes ubique ſeu majores ſeu minores perſonas, pax ſit & concordia & unanimitas; quia nihil Deo ſine pace placet.

XXXII. Ut Abbates canonici canones intelligant & canones obſervent, & Clerici canonici ſecundùm canones vivant.

XXXIII. Ut Abbates regulares & Monachi regulam intelligant, & ſecundùm regulam vivant.

XXXIV. Ut Abbatiſſæ canonicæ & Sanctimoniales canonicè ſecundùm canones vivant, & clauſtra earum ordinabiliter compoſita ſint.

XXXV. Ut Abbatiſſæ regulares Sanctimoniales in Monachico propoſito exiſtentes regulam intelligant & regulariter vivant, & clauſtra earum rationabiliter diſpoſita ſint.

XXXVI. Ut Eccleſia Dei ſuum habeat honorem; ſimul & altaria ſecundùm ſuam dignitatem venerentur. Et non ſit domus Dei & altaria ſacra pervia canibus. Et ut ſecularia negotia vel vaniloquia in Eccleſiis non agantur.

XXXVII. Ut Preſbyteri & Diacones vel reliqui Clerici arma non portent, ſed magis confidant in defenſione Dei quàm in armis.

XXXVIII. Ut quibus data eſt poteſtas judicandi, juſtè vel judicent, non muneribus, quia munera excæcant corda prudentium. Et ut Judices jejuni cauſas judicent & diſcernant.

XXXIX. Ut omnes caveant perjurium, non ſolùm in ſancto Evangelio, vel in altare, ſeu in Sanctorum Reliquiis, ſed & in communi loquela. Et ut qui in ſanctis habet jurare, hoc jejunus faciat cum omni honeſtate & timore Dei. Et qui ſemel perjuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hæc, nec in ſua cauſa nec in alterius jurator exiſtat.

XL. Ut nemo ſit qui ariolos ſciſcitetur vel ſomnia obſervet, vel ad auguria intendat: nec ſint malefici, nec incantatores, nec phitones*, cauculatores, nec tempeſtarii, vel obligatores. Et ubicunque ſunt, emendentur vel damnentur. * Pythones.

XLI. Ut obſervationes quas ſtulti faciunt ad arbores vel petras, vel fontes, ubicunque inveniuntur, tollantur & deſtruantur.

XLII. Ut homicidia infra patriam nec cauſâ ultionis, nec avaritiæ nec latrocinandi, non faciant. Et non occidatur homo, niſi lege jubente.

XLIII. Ut furta & injuſta connubia & inlicitæ cauſæ prohibeantur.

XLIV. Ut æquales menſuras & rectas & pondera juſta & æqualia omnes habeant. Et qui anteà dedit tres modios, modò det duos.

XLV. Ut mangones & cociones & nudi homines qui cum ferro vadunt, non ſinantur vagari & deceptiones hominibus agere.

XLVI. Ut opera ſervilia diebus dominicis non agantur. Et ut dies dominica à veſpera ad veſperam celebretur.

XLVII. Ut omnes fidelitatem promittant Domno Imperatori.

XLVIII. Ut Comites & Judices confireantur quâ lege vivere debeant, & ſecundùm ipſam judicent.

XLIX. Ut beneficia Domni Imperatoris & Eccleſiarum conſiderentur, ne fortè aliquis alodem ſuum reſtaurans beneficia deſtruat.

L. Ut beneficia Saxonum in Francia conſiderentur qualiter condirecta ſint.

LI. Ut liberi homines pauperes à nullo injuſtè opprimantur.

LII. Ut omnes parati ſint quandocunque Domni Imperatoris juſſio venerit.

LIII. Ut Miſſi ad Domnum Imperatorem venientes, & ab eo directi, honorabiliter ſuſcipiantur.

LIV. Ut ii qui in mundeburde Domni Imperatoris ſunt, pacem & defenſionem ab omnibus habeant.

LV. Ut inquiratur ſi aliquis homo propter juſtitiam Domni Imperatoris annuntiando occiſus ſit, vel aliquid mali paſſus ſit.

LVI. Ut ii qui per beneficium Domni Imperatoris eccleſiaſticas res habent, decimam & nonam dare & Eccleſiarum reſtaurationem facere ſtudeant.

LVII. Ut bannus quem per ſemetipſum Dominus Imperator bannivit, ſexaginta ſolidos ſolvatur. Cæteri verò banni quos Comites & Judices faciunt, ſecundùm legem uniuſcujuſque componantur.

LVIII. Ut omnes bonos & idoneos Vicedominos & Advocatos habeant & Judices.

LIX. Ut Miſſi noſtri, undecunque neceſſe fuerit, tam de juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, pupillorum & cæterorum hominum, inquirant & perficiant, & quodcunque ad emendandum invenerint, emendare ſtudeant in quantum meliùs potuerint. Et quod per ſe emendare nequiverint, in præſentiam noſtram adduci faciant.

CAPITULARE SECUNDUM INCERTI ANNI.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex veteri Codice mſ. clariſſimi viri Philiberti de la Mare, Senatoris Divionenſis.*

CAPITULA A DOMNO KAROLO IMPERATORE ET FILIO EJUS HLUDOUVICO, AC SAPIENTISSIMIS IPSORUM EPISCOPIS, EXCERPTA.

De commutationibus utilibus permanendis, inutilibuſque delendis.

Capitular. lib. 5. cap. 110

I. UBICUNQUE commutationes, tam tempore noſtro quàmque genitoris noſtri, legitimæ & rationabiles atque utiles inter Eccleſias Dei factæ ſunt, permaneant. Ubicunque verò inutiles & incommodæ atque inrationabiles factæ ſunt, diſſolvantur, & recipiat unuſquiſque quod dedit. Ubi verò mortua manus interjacet, aut alia quælibet cauſa quæ rationabilis non eſſe videatur, inventa fuerit, diligenter deſcribatur & ad noſtram notitiam perferatur.

De illis qui res Eccleſiæ tenent.

Ibid. 190. II. Si quis eccleſiaſticam rem tenet, & admonitus judicium declinaverit, quouſque ad diſcuſſionem veniat ut rem reſtituat eccleſiaſticam, à communione privetur.

Quòd res Eccleſiarum vota ſint fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; quibus non ſolùm collata conſervanda, ſed etiam augenda ſunt.

III. Quia juxta ſanctorum Patrum traditionem novimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cui non ſolùm habita conſervare, verùm etiam multa Deo opitulante conferre optamus, tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus illius Eccleſiæ ſuſpicionem dudum conceptam penitùs amoveremus, ſtatuimus ut neque noſtris neque filiorum, & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitùs diviſionem aut jacturam patiatur Eccleſia. Capitular. lib. 1. c. 77. Ibid. lib. 5. cap. 208. Add. III. 1.

De prædiis Deo dicatis.

IV. Placuit ne prædia cœleſtium ſecretorum dicata Deoque tradita, à quibuſdam aliquâ occaſione vexentur, aut inva- Capitular. lib. 5. cap. 339.

dantur, ſed ſub immunitatis tuitione perpetuâ firmitate perdurent: ſimiliter & homines earum, & omnia quæ eis ſubjecta eſſe noſcuntur. Si quis contra hæc venerit, componat ſicut de immunitate conſtituimus, & pœnitentiâ publicâ à Sacerdotibus uſque ad ſatisfactionem multetur.

De his qui fidelium oblationes auferunt vel vaſtant, aut ſine proprii Epiſcopi juſſione dant vel accipiunt.

Capitular. lib. 6. c. 84. V. Qui fidelium oblationes ab Eccleſiis vel à jure Sacerdotum auferunt, vel ablatas accipiunt, non ſolùm aliena vota diſrumpunt, ſed & ſacrilegium operantur, necnon & Eccleſiæ Dei fraudatores exiſtunt; quia Eccleſiæ aliquid fraudari vel auferri, ſacrilegium eſſe à majoribus approbatur.

De privilegiis Eccleſiarum vel Clericorum non corrumpendis.

Ibid. 103. VI. Ut privilegia quæ Eccleſiis & Clericis ab anteceſſoribus noſtris vel à nobis conceſſa ſunt, ſemper maneant incorrupta.

De privilegiis Eccleſiarum.

Ibid. 111. VII. Ut privilegia quæ ſacroſanctis Eccleſiis & Clericis à ſingulis Regibus vel Epiſcopis, cæteriſque rectoribus, ſunt conceſſa, ſemper maneant incorrupta.

Quod ſacrilegium ſit Eccleſiæ aliquid auferre, aut Sacerdotibus vel Miniſtris, aut ipſo ſancto cultui locoque injuriam inferre. Cap. ex lege.

Ibid. 115. 406. VIII. Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias earumque res inruens, Sacerdotibus ac Miniſtris, vel ipſo cultui locoque aliquid, quod non oportet, injuriæ inferat, divini cultûs injuriam convictus, ſive confeſſus reus, capitali ſententiâ noverit vindicandum. Nec expectetur ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi ſoli gloriam dereliquit. Sitque cunctis non ſolùm liberum, ſed etiam laudabile, factas atroces Sacerdotibus aut Miniſtris injurias veluti publicum crimen perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri.

Quòd ii qui prædia Eccleſiaſtica diripiunt vel vaſtant, ſacrilegi ſint, exilioque damnandi.

Ibid. 117. 385. IX. Ab omnibus illius uſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia ſibi cœleſtium ſecretorum dicata à quibuſdam inruentibus vexentur. Quod ſi quis præſumpſerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, exilio perpetuæ deportationis damnetur.

Quòd prædones Eccleſiæ ſacrilegi ſint, ſicut ſcripturæ teſtimonio comprobatur.

Ibid. 394. X. Sacrilegi ſunt Eccleſiæ prædones. Unde & in Concilio Agathenſi, ſub quarto capitulo, decretum habetur ita: *Amico quippiam rapere, furtum eſt; Eccleſiæ verò fraudari vel abſtrahi ſubripique, ſacrilegium.* Omnes enim contra leges facientes, reſque Eccleſiæ diripientes, Eccleſias Sacerdoteſque contra divinas ſanctiones vexantes, ſacrilegi vocantur, atque indubitanter infames ſacrilegique habendi ſunt.

Hieronym. in Epiſt. ad Nepotian. de vita Cleric.

Quòd ea quæ Domino conſecrantur, ad jus eccleſiaſticum pertinent.

Capitular. lib. 6. cap. 395. XI. Ea quæ Domino offeruntur vel conſecrantur, ad jus pertinent Sacerdotum; & ſacrilegi ſunt omnes qui ea auferunt.

Quòd omnia quæ Deo offeruntur, procul dubio & conſecrantur.

Ibid. 407. XII. Omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur. Et non ſolùm ſacrificia quæ à Sacerdotibus ſuper altare Domino conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quicquid ei à fidelibus offeruntur, ſive in mancipiis, ſive in agris, vineis, ſylvis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, artificiis, libris, utenſilibus, petris, ædificiis, veſtimentis, pellibus, laneficiis, pecoribus, paſcuis, membranis, mobilibus & immobilibus, vel quæcunque de his rebus ad laudem Dei fiunt, vel ſupplementum ſanctæ Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus atque ornatum præſtare poſſunt, Deo Eccleſiæque ſuæ à quibuſcunque ultrò offeruntur, Domino indubitanter conſecrantur & ad jus pertinent Sacerdotum. Et quia Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe veraciter agnoſcimus, quæcunque Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt, & quæ Eccleſiæ vel in ſupradictis vel in quibuſcunque ſpeciebus, ſive pollicitationibus, ſive pignoribus, ſive ſcriptis, ſive corporalibus rebus offeruntur, Chriſto offeruntur. Et quæ ab Eccleſia ejus quocunque commento alienantur vel tolluntur, ſive alienando, ſive vaſtando, ſive invadendo, ſive minorando, ſive diripiendo, Chriſto tolluntur. Et ſi ab amico quippiam rapere furtum eſt, præcipuè Chriſto Domino noſtro, qui eſt Rex Regum & Dominus Dominantium, aliquid auferre vel alienare, vel ſubripere vel vaſtare, ſacrilegium eſt. Omnes namque Eccleſiæ prædones manifeſtiſſimè ſunt ſacrilegi. Et nullus ſacrilegus, niſi per puram probatamque atque publicam

pœnitentiam, & per Eccleſiæ ſatisfactionem, Epiſcoporumque per manûs impoſitionem juxta canonicas ſanctiones reconciliationem, regnum Dei poſſidebit; & non ſolùm à regno Dei ſit alienus, ſed etiam a liminibus ſanctæ Eccleſiæ, & præcipuè ab illius quam læſit, uſque ad prædictam ſatisfactionem, extorris efficitur. Talium verò ſcelerum patratoribus, niſi poſt prædictam ſatisfactionem, nec vivis nec mortuis communicare debemus; quia qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. Qui non ſolùm ſacrilegi, ſed etiam fures ſacrilegi & lupi, atque homicidæ pauperumque necatores ſunt, & inſuper anathematis vinculo damnati coram Deo & Sanctis ejus efficiuntur.

Ut Eccleſiarum privilegia vel facultates, ſive quicquid ad eaſdem pertinet, nullus invadere præſumat.

Capitular. lib. 6. cap. 426. XIII. Præcipimus omnibus ditioni noſtræ ſubjectis, ut nullus privilegia Eccleſiarum vel Monaſteriorum infrangere, reſque Eccleſiarum invadere, vel vaſtare, aut alienare, vel facultates earum diripere præſumat, nec ſine precario poſſidere pertentet; quia, ſicut à ſanctis Patribus inſtructi ſumus, graviſſimum peccatum hoc eſſe dinoſcitur, teſtante ſacrâ ſcripturâ, quæ ait: *Qui abſtulerit aliquid Patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt.* Prov. 28. 24. Pater noſter ſine dubio Deus eſt, mater noſtra, Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regeneravit. Ergo qui Chriſti pecunias & Eccleſiæ fraudat vel rapit, ſive vaſtat, vel alienat, homicida ante conſpectum juſti Judicis eſſe deputabitur. De quo quidam ſapientum dicit: *Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit: qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit.*

Quòd homicidæ ante Deum deputentur qui res Eccleſiæ vaſtant

Capitular. lib. 6. cap. 430. XIV. Volumus omnes ſcire quòd qui Chriſti & Eccleſiæ pecunias auferunt, reſque ejus fraudant, rapiunt, vaſtant, vel diripiunt, homicidæ ante Deum eſſe deputantur; quia res pauperum, quos Eccleſia paſcere debet, diripiunt.

CAPITULARE TERTIUM INCERTI ANNI.

*Nunc * primùm editum ex veteri Codice Divionenſi manuſcripto.* *An. 1677.

CAPITULA A DOMNO KAROLO ET FILIO EJUS HLUDOUVICO, AC SAPIENTISSIMIS IPSORUM EPISCOPIS, EXCERPTA.

De his qui putaverunt idcircò præceptum eſſe non ire ad pugnam Sacerdotes, ut honor eis minueretur.

Capitular. lib. 7. cap. 342. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 236. I. QUIA inſtigante antiquo hoſte audivimus quoſdam nos ſuſpectos habere, propterea quòd conceſſimus Epiſcopis & Sacerdotibus, ac reliquis Dei ſervis, ut in hoſtes, niſi duo aut tres à cæteris electi, & Sacerdotes ſimiliter perpauci ab eis electi, non irent, ſicut in prioribus noſtris continetur Capitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Chriſtianos quam Paganos necarent, nec agitatores ſanguinum fierent, vel quicquam contra Canones facerent, quòd honores Sacerdotum & res Eccleſiarum auferre vel minorare eis voluiſſemus, quod nullatenùs facere velle, vel facere volentibus conſentire omnes ſcire cupimus. Sed quantò quis eorum ampliùs ſuam normam ſervaverit, tantò eum plus honorare & cariorem habere volumus. Et ut hæc certiùs credantur & per futura tempora conſerventur, præcipimus ut nullus res Eccleſiæ, ni precariò, poſſideat. Et poſtquam ipſæ precariæ finitæ fuerint, faciant poteſtativè ſpeculatores Eccleſiæ utrùm elegerint, ut aut ipſas res recipiant, aut poſteris eorum ſub precario & cenſu habere permittant; ita tamen ut ipſi proprias & utiles res eiſdem Eccle-

ſiis, de quarum Eccleſiarum jure eſſe videntur, legaliter tradant. Et ſic à Rectoribus Eccleſiarum precariæ, ſi renovandæ ſunt, canonicè renoventur. Novimus ergo multa regna & Reges eòrum propterea cecidiſſe quia Eccleſias expoliaverunt, reſque earum vaſtaverunt, abſtulerunt, alienaverunt, vel diripuerunt, Epiſcopiſque & Sacerdotibus, atque, quod magis eſt, Eccleſiis eorum abſtulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello nec in fide ſtabiles fuerunt, nec victores extiterunt; ſed terga multi vulnerati & plures interfecti verterunt, regnaque & regiones, &, quod pejus eſt, regna cœleſtia perdiderunt, atque propriis hereditatibus caruerunt & hactenùs carent. Quæ omnia vitantes, nec talia facere, nec conſentire, nec infantibus aut ſucceſſoribus noſtris exemplum dare volumus; ſed quantùm valemus & poſſumus, adjuncto Leonis Papæ & omnium Epiſcoporum, quorum conſilio uſi hoc egimus, ſpiritu noſtro ſpiritui, per Deum & omnium Sanctorum merita prohibemus conteſtamurque ne talia faciant, vel facere volentibus conſentiant, ſed adjutores & defenſores atque ſublimatores Eccleſiarum, & cunctorum ſervorum Dei, pro viribus exiſtant, ne in foveam in quam prædicti Reges & regna ceciderunt, cadant, aut in profundum, quod abſit, inferni demergantur. Et ut hæc devotiùs per futura tempora conſerventur, præcipientes jubemus ut nullus tam noſtris quàm futuris temporibus, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris, ullo umquam tempore, abſque conſenſu & voluntate Epiſcoporum in quorum parochiis eſſe noſcuntur, res Eccleſiarum petere aut invadere, vel vaſtare aut quocunque ingenio alienare, præſumat. Quod ſi quis fecerit, tam noſtris quàm & ſucceſſorum noſtrorum temporibus, pœnis ſacrilegii ſubjaceat, & à nobis atque à ſucceſſoribus noſtris, noſtriſque Judicibus vel Comitibus, ſicut ſacrilegus & homicida vel fur ſacrilegus legaliter puniatur, & ab Epiſcopis noſtris anathematizetur, ita ut mortuus etiam ſepulturâ & cunctis Dei Eccleſiæ precibus & oblationibus careat, nec eleemoſynam ſuam quiſquam recipiat. Quòd autem maximum ſacrilegium ſit res Eccleſiæ auferre, invadere, alienare, vaſtare, vel ſubripi, maximè omnes ſcripturæ divinæ teſtantur; & beatus Symmachus Papa ſynodali ſententiâ cunctos feriendo dicit: *Iniquum* eſt, inquit, *& ſacrilegii inſtar ut quæ vel pro ſalute vel pro requie animarum unuſquiſque venerabili Eccleſiæ pauperum cauſâ contulerit, aut certè reliqueris, ab his quibus maximè ſervare convenerat, auferri aut in aliud transferri.* Et multa ſanctorum canonum decreta & ſanctorum Patrum edicta hæc eadem teſtantur, quæ ſcrutari & ſcire cupientibus per facilè patent.

Vide Gregor. Turonenſ. lib. 8. cap. 10.

De ſceleribus nefandis ob quæ regna percuſſa ſunt, ut penitùs caveantur.

II. Prohibemus omninò ſub pœna ſacrilegii generaliter omnibus cunctarum Eccleſiarum rerum invaſiones, vaſtationes, alienationes, ſacerdotumque & reliquorum ſervorum Dei oppreſſiones, vexationes, atque cunctorum generum injurias, necnon & cunctis utriuſque ſexûs hominibus adulteria, fornicationes, ſodomiticaſque luxurias, atque inceſta, vel cuncta inlicita conjugia, homicidia, injuſta perjuria, falſa teſtimonia, & omnia inlicita, pro quibus non ſolùm regna & Reges, ſed etiam homines in eis commanentes, perire cognovimus. Sed quia, Deo auxiliante, per merita & interceſſionem Sanctorum ſervorumque Dei, quos ſublimare & honorare curavimus atque curamus, hactenùs nos & ſucceſſores noſtri regna & regiones adquiſivimus & victorias multas habuimus, deinceps ſummoperè omnibus nobis providendum eſt ne pro prædictis inliciris & ſpurciſſimis luxuriis, his, quod abſit, careamus. Nam multæ regiones quæ rerum Eccleſiarum invaſiones, vaſtationes, alienationes, vexationeſque, & Sacerdotum reliquorumque ſervorum Dei oppreſſiones vel quaſcunque injurias, quæ jamdicta inlicita & adulteria, vel ſodomiticam luxuriam vel commixtionem meretricum, ſectatæ fuerunt, nec in bello ſeculari fortes nec in fide ſtabiles perſtiterunt. Et qualiter Dominus talium criminum operatoribus ultrices pœnas per Sarracenos & alios populos venire & ſævire permiſit, cunctis earum geſta legentibus liquet. Et niſi nos ab his caveamus, ſimilia nobis ſupervenire non dubitamus, quia vindex eſt Dominus ex his omnibus. Quapropter ſciat unuſquiſque nobis ſubjectus, qui in uno ex his repertus atque convictus fuerit, & honores, ſi habet, omnes perdere, & in carcerem ſe uſque ad juſtam emendationem atque publicam ſatisfactionem, debere retrudi, & ab omni fidelium conſortio fieri

Capitular. lib. 7. cap. 143. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 241.

alienum : valdè enim cavenda eſt illa fovea in quam alios cecidiſſe cognovimus.

De rebus eccleſiaſticis abſque juſſione proprii Epiſcopi non dandis.

Capitular. lib. 7. cap. 267.

III. Placuit ut Epiſcopi rerum Eccleſiarum in omnibus juxta ſanctorum Canonum ſanctiones plenam ſemper habeant poteſtatem. Nullus eas dare, vaſtare, vel accipere abſque proprii Epiſcopi audeat juſſione : nullus eas invadere vel vaſtare, aut quoquò modo deteriorare, præſumat. Nam devaſtantibus Eccleſias earumque res, nihil aliud intelligimus quam contra illum æterni imperii Deum ejuſque majeſtatis homines movere certamen, cùm illæ ædes illi die noctuque famulentur & illi ſint conſecratæ. Vobis ergo vaſtantibus eaſque invadentibus denuntiamus ne ab illo, ſi ſe commoveat, vaſtentur & diſperdantur cujus percuſſionem montium dorſa ferre non poſſunt. Nos verò iſta nec agere volumus nec facere volentibus conſentire, ne nos, quod abſit, perdamus aut ſe perdere volentibus conſentiamus. Quapropter præcipimus ut ſi quis ex jure eccleſiaſtico hactenùs noſtrâ largitate aliquid poſſedit, ſi illa deinceps habere voluerit, ad proprios Epiſcopos veniat, & ab eis, & à præpoſitis Eccleſiarum unde eſſe videntur, quocunque modo juſtè potuerit ea impetrare, ſatagat, & nihil ex eis aliter ambiat aut concupiſcat vel accipiat, ne cupidus ſanctarum rerum ignis, qui in eis eſt, eos favilloſiùs exurat. Unde & in ſacris Canonibus ſpiritu Dei conditis decretum habetur ita : *Si quis oblata dederit vel acceperit præter Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit anathema ſit.* Scimus enim anathematizatos homines, & in præſenti ſeculo infames eſſe ac perditos, & à conſortio fidelium in omnibus abſque pane & aqua fieri alienos; atque, ſi abſque Eccleſiæ ſatisfactione de hac vita receſſerint, à regnò Dei fore extorres. Quam foveam cavere diſſimulans vel recuſans, noſtrâ ſe ſciat per omnia carere ſocietate ; quia non ſolùm qui faciunt, ſed qui facientibus prava conſentiunt, rei ſunt : ſatius enim nobis eſt regnum non habere terrenum, quam æternum perdere. Plus verò me credo poſſe Deum per ſuorum merita ſanctorum adjuvare, quàm omnem militiam ſeculorum. Quapropter omnes ſcire cupimus, ſi ſuper his quibus fruimur bonis univerſum mundum lucrari potuiſſemus, noſtram veſtraſque animas perdere voluiſſemus, nec ſe prædictis cupiditatibus perdere volentibus aſſentire. Teſtante namque evangelicâ tubâ didicimus nihil prodeſſe homini univerſum mundum lucrari, ſi animæ ſuæ detrimentum patiatur. Et iterùm : *Quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Matt. 8. 26.

Et iterùm : *Ibunt hi in ſupplicium ſempiternum, juſti autem in vitam æternam.* Matth. 25 46.

De his qui res Eccleſiæ à Principibus petunt, ut irrita habeantur quæ obtinent, & ipſi communione priventur. Ex Concilio Arvernenſi, K. III.

IV. Qui reiciam Eccleſiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & a communione Eccleſiæ cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. Capitular. lib. 7. cap. 265, 409.

Ut ii qui res Eccleſiæ invadunt, veſtant, vel diripiunt, ſi monente Epiſcopo non ſe correxerint, communione priventur. Ex Concilio Arvernenſi, K. XIV.

V. Si quis cujuſcunque munuſcula Eccleſiæ ſanctis ſcripturarum titulis collata nefariâ calliditate abſtulerit, fraudaverit, invaſerit, retentaverit, atque ſuppreſſerit, & non ſtatim à Sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab Eccleſiæ catholicæ communione pellatur. Ibid. lib. 6. cap. 134. Ibid. lib. 7. c. 267, 411.

De his quæ à prioribus Principibus circa Eccleſiarum utilitates ſunt ordinata, ut immota permaneant.

VI. Ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roboravit, novellâ ſuperſtitione ſubmotâ, integra & inviolata cuſtodiri præcipimus. Ibid. lib. 6 cap. 367. Ibid. lib. 7. c. 287

Ut ab Eccleſiæ ſocietate extorris habeatur quicunque ejus rebus damnum intulerit.

VII. Ut nullus Epiſcoporum, aut cujuſlibet ordinis Clericus, vel alia quæcunque perſona quibuſlibet conditionibus, ſeu in uno regno, ſeu in alio poſitas alterius cujuſcunque Eccleſiæ res aut petat aut præſumat accipere. Quod ſi fecerit, tamdiu habeatur à communione altaris, vel ab omnium fratrum ac filiorum caritate ſuſpenſus, donec ipſe Eccleſiæ cujus directo ordine juris eſt, ablata reſtituat. Ibid. lib. 6. cap. 135. Ibid. lib. 7. cap. 420.

De privilegiis Eccleſiarum inlibatè ſervandis.

VIII. Privilegia atque præcepta Eccleſiarum manere ſemper incorrupta præcipimus, & quicquid ab anteceſſoribus vel parentibus noſtris circa ſacroſanctarum Ibid. 411.

rum Eccleſiarum utilitates conſtitutum eſt, vel quæ ſinguli quique Antiſtites pro cauſis eccleſiaſticis impetrârunt, ſub pœna ſacrilegii jugi ſolidata æternitate ſerventur.

De rebus Eccleſiæ à nullo injuſtè retentandis vel diripiendis.

Capitular. lib. 6. cap. 136. Ibid. lib. 7. cap. 419.

IX. Ne cui liceat res vel facultates Eccleſiis aut monaſteriis, vel xenodochiis, pro quacunque eleemoſyna cum juſtitia, delegatas, retentare, alienare, atque ſubtrahere. Quòd ſi quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab Eccleſiæ liminibus excludatur quandiu ab ipſo ea quæ ſunt ablata aut retenta reddantur.

Ut eccleſiaſtica jura ſemper inlibata permaneant.

Ibid. 445.

X. Monemus ut jura Eccleſiarum, ſicut à Patribus divinitùs inſpiratis ſunt ordinata, inviolata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiſcat, nec per alterius imitationem ſuum aliquis quærat augmentum.

De Eccleſiis & dotibus earum, ut ad Epiſcopi ſemper diſpoſitionem pertineant.

Ibid. 468.

XI. Placuit ut omnes Eccleſiæ cum dotibus & omnibus rebus ſuis in Epiſcopi proprii poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem vel diſpoſitionem ſuam ſemper pertineant.

De his quæ ab anteceſſoribus noſtris circa cultum divinum ſtatuta fuerunt, ut ſemper inlibata permaneant.

Capitular. lib. 7. cap. 477.

XII. Quæcunque à parentibus noſtris diverſis ſunt ſtatuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circa ſacroſanctas Eccleſias præcipimus. Nihil igitur à privilegiis inmutetur, omnibuſque qui Eccleſiis ſerviunt tuitio deferatur; quia temporibus noſtris addi potius reverentiæ cupimus, quàm ex his quæ olim præſtita ſunt immutari.

Qualiter hæc ſtatuta ſervanda ſint; & de his qui hæc contemnunt, ſive Clericis, ſive Laicis, quid agendum ſit.

Ibid. 474.

XIII. Has omnes Conſtitutiones eccleſiaſticas, quas ſummatim breviterque perſtrinximus, ſicut pleniùs in canone continentur, manere perenni ſtabilitate ſancimus. Si quis ergo Clericus aut laicus harum ſanctionum obediens eſſe noluerit, ſi Clericus fuerit, excommunicationi ſubjaceat. Si vero laicus fuerit & honeſtioris loci perſona, medietatem facultatum ſuarum amittat, fiſci viribus profuturam. Si verò minoris loci perſona eſt, amiſſione rerum ſuarum multatus in exilio depuretur.

Baluzius, p. 307-310. Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 158; & Collection. Conſuetud. Imper. pag. 110.

CAPITULARE QUARTUM INCERTI ANNI.

CAP. I.

[*De ordinatione eccleſiaſtica & reſtauratione Eccleſiarum.*]

I. DE ordinatione eccleſiaſtica & reſtauratione Eccleſiarum Dei, omnes generaliter habeant bonam providentiam.

[*De pace tenenda.*]

II. Ut pacem & concordiam habeant ad invicem fideles noſtri.

[*De marca finium.*]

III. Quomodò marcha noſtra ſit ordinata, & quæ per ſe fecerunt confiniales noſtri ſpecialiter iſtis præteritis annis.

[*De placito condicto.*]

IV. De placito condicto ad marcham neceſſe eſt ut omnimodis ex omni parte, ſicut ordinatum fuerit, unuſquiſque conveniat.

[*De fugitivis.*]

V. De illis hominibus non recipiendis à Marchionibus noſtris qui Seniores ſuos fugiunt pro damna quæ eis facta habent.

[*De pravis Judicibus.*]

VI. De pravis Judicibus, Advocatis, Vicedominis, Vicariis, Centenariis, vel reliquis Actoribus malevolis non habendis.

[*De liberorum hominum poſſibilitate.*]

VII. De liberorum hominum poſſibilitate, ut juxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.

[*De non permittendo ſuis hominibus malefacere.*]

VIII. Ut nullus conſentiat ſuis hominibus ad malefaciendum infra patriam de eo quòd dicunt ſe non poſſe habere homines ad marcham defendendam, ſi eos bene diſtringunt.

[*De vaſſis regalibus.*]

IX. De vaſſis regalibus, ut honorem habeant, & per ſe aut ad nos aut ad filium noſtrum caput teneant.

[*De obſidibus.*]

X. De obſidibus, quòd bene non cuſtodiunt, & ab eis fugiunt.

[*De oppreſſione minùs potentium.*]

XI. De illis qui neceſſitatem patiuntur, ut meliorem habeant conſolationem ad eorum juſtitiam.

[*De hominibus in placito non banniendis.*]

XII. Ut per placita non fiant banniti homines; excepto ſi aliqua proclamatio ſuper aliquem venerit, aut certè ſi Scabinus aut Judex non fuerit; & pro hoc condemnati illi pauperiores non fiant.

[*De haribanno.*]

XIII. Ut haribannum aut aliquod collectum pro exercitali cauſa Comites de liberis hominibus recipere aut inquirere non præſumant; excepto ſi de palatio noſtro aut filii noſtri Miſſus veniat, qui illum haribannum requirat. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 6. c. 2.

CAPITULARE QUINTUM INCERTI ANNI,

SIVE

CAPITULARE ADMONITIONIS AD EPISCOPOS.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex ſchedis clariſſimi viri Jacobi Sirmondi, Societatis Jeſu; [editum quoquè à Cordeſio, cum Epiſtolis Hincmari, pag. 683.]*

CAP. I.

PRIMÒ omnium admonendi ſunt de rectitudine fidei ſuæ, ut eam & ipſi teneant & intelligant, & ſibi ſubjectis populis vivo ſermone annuntient. Et unuſquiſque eos quos habet in ſuo miniſterio cognoſcat, ſive viros, ſive feminas, ut noverit ſingulorum confeſſiones & converſationem, quia pro omnibus redditurus eſt rationem Deo.

II.

Secundò, ut ipſi Sacerdotes talem oſtendant ſuam converſationem ſubjectis ſibi populis quæ imitabilis ſit, videlicet, ſicut Apoſtolus dixit, in caſtitate, in ſobrietate, ut non deſerviant gulæ & cupiditatibus hujus ſeculi, ut quod alios monent obſervare, in ſe ipſis oſtendant, ut caveant ſe ab omni avaritia & cupiditate; quia multi die noctuque laborant ut adquirant temporalia, res videlicet, mancipia, vinum, & annonam, cum uſura, à qua & Deus prohibet & omnis ſcriptura divina & ſancti canones. Necnon mulierum declinent conſortium, & ſecum habitare non permittant, ut auctoritas eſt canonica.

III.

Tertiò, ut Orationem dominicam, id eſt, *Pater noſter*, &, *Credo in Deum*, omnibus ſibi ſubjectis inſinuent, & ſibi reddi faciant tam viros & feminas, quàmque pueros.

IV.

Quartò. Ut ipſi Preſbyteri à comeſſationibus, potationibus, ut Apoſtolus monet, ſe ſubtrahant: nam quidam illorum cum quibuſdam vicinis ſuis utuntur uſque ad mediam noctem, & eò amplius cum ipſis bibendo morantur; & qui religioſi & ſancti eſſe videntur, non quidem tunc ibi manent, ſed tamen ſaturati vel ebrii revertuntur ad Eccleſias ſuas, & neque in die neque in nocte officium Deo in Eccleſia ſibi credita perſolvunt. Nonnulli verò in eodem loco ubi ad convivium pergunt, dormiunt.

V.

Quintò. Ut ipſi Preſbyteri tales ſcholarios habeant, id eſt, ita nutritos & inſinuatos, ut ſi fortè eis contingat non poſſe occurrere tempore competenti ad Eccleſiam ſuam officii gratiâ perſolvendi, id eſt, tertiam, ſextam, nonam, & veſperas, ipſi ſcholarii & ſignum in tempore ſuo pulſent, & officium honeſtè Deo perſolvant.

VI.

Sextò. Ut diligenter reſciatis poſt ordi-

nationem uniuſcujuſque Preſbyteri quantùm quiſque fecerit in ſuo miniſterio: quia qui ante ordinationem pauperes fuerunt, poſt ordinationem verò de rebus cum quibus debuerant Eccleſiis ſervire, emunt ſibi alodium & mancipia, & cæteras facultates; & neque in ſua lectione aliquid profecerunt, neque libros congregaverunt, aut ea quæ pertinent ad cultum religionis augmentaverunt, ſed ſemper convitiis & contritionibus & rapinâ vivunt.

VII.

Septimò. Ut domeſticos ſuos, id eſt, eos qui cum ipſis ſunt in ſua manſione, ſive ſcholarios, ſive alios ſervientes, diligentiſſimè prævidere ſtudeant ab omnibus vitiis, & maximè de ebrietatibus & luxuriis, & variis immunditiis. Nam, ſicut dicit Apoſtolus, qui domeſticorum ſuorum curam negligit, aliorum non prodeſſe poterit converſationi.

VIII.

Octavò. Ut hoſpitales ſint: quia multi, qui ſciunt hoſpitem ſupervenire ad Eccleſiam ſuam, fugiunt. Sed quod Apoſtolus jubet & cætera ſcriptura divina ſectari, illi è contrario faciunt, & pauperibus ſubvenire metuunt.

IX.

Nonò. Jubet Apoſtolus omnibus fidelibus ut ſermo eorum in gratia ſit ſemper ſale conditus, id eſt, ut ea loquatur Chriſtianus quæ religioni conveniunt *, unde aliquis mentem condire poſſit, & à putredine peccatorum emundare. Si omnibus fidelibus..... *Cætera deſunt.*

* [*Al. Mſ.* ſerviunt.]

CAPITULA KAROLI MAGNI, *invictiſſimi Imperatoris, cæterorumque Regum, cum conſenſu Epiſcoporum* CONTRA JUDÆOS (ex veteri Codice Cæſareæ Bibliothecæ.) Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE KAROLI MAGNI *ad ſuos Miſſos directum*. VII. *Capitulis conſtans.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULA QUÆ LEGIBUS ADDENDA (*ex veteri Codice Guelferbytano*). Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

KAROLI MAGNI, IMP. AUG., LEGES. Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE
PIPPINI, REGIS ITALIÆ.

Datum, ut videtur, anno Chriſti DCCXCIII. poſt ſedatam ſeditionem Italicam ejuſque auctores punitos.

*Nunc * primùm editum ex duobus antiquis Codicibus mſs., uno Bibliothecæ Thuanæ, altero Monaſterii Sangallenſis.* *An. 1677.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De juſtitiis generalibus.*
2. *De Monachis qui de Francia veniunt.*
3. *De Presbyteris qui de alia provincia veniunt.*
4. *De his qui ad palatium veniunt, vel inde vadunt.*
5. *De illis hominibus qui Seniores ſuos dimittunt.*
6. *De hominibus libellariis.*
7. *De Eccleſiis baptiſmalibus.*
8. *De immunitatibus conſervandis.*
9. *De viis & pontibus emendandis.*
10. *De feminis quarum mariti in Francia ſunt.*
11. *De Miſſis per ſingula monaſteria dirigendis.*
12. *Quòd nulli homini ſua teſtimonia tollenda ſunt.*
13. *De liberis hominibus Longobardis.*
14. *De xenodochiis.*
15. *Ne Laici homines teneant Eccleſias baptiſmales.*
16. *De Advocatis Sacerdotum.*
17. *De diverſis generationibus hominum*

qui in Italia commanent. Et de ſtatu ingenuitatis.
18. *De compoſitionibus quæ ad palatium pertinent.*
19. *De monaſteriis & xenodochiis regalibus.*
20. *De rebus forfactis.*
21. *De eo cujus res in eleemoſyna datæ ſunt.*
22. *De jure filiæ in res ſervorum quos pater fecit liberos.*
23. *De auctoritate legis & conſuetudinis.*
24. *De poteſtate vendendi & donandi in femina.*
25. *De mancipiis palatii & Eccleſiarum.*
26. *De liberis hominibus ad ſervilia opera non cogendis.*
27. *De aldionibus palatii.*
28. *De fugitivis.*
29. *De ſigillis & epiſtolis, & de porturis cuſtodiendis.*
30. *De feminis devotis quæ ſe mariis copulaverunt.*
31. *De divinis vel incantatoribus.*
32. *De variis ſuperſtitionibus coercendis.*
33. *De inlicitis conjunctionibus.*
34. *De eo qui uxorem ſimul & concubinam habuerit.*
35. *De hominibus Domno Karolo infidelibus.*
36. *Quomodò ſacramentum fidelitatis jurandum ſit.*
37. *Quòd Domnus Rex vult unicuique ſuam legem conſervare.*
38. *Ut omnes ſe præparent ad bellum.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De juſtitiis generalibus.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 52. cap. 16.

I. PLACUIT nobis atque convenit nobis ut omnes juſtitiæ pleniter factæ eſſe debeant infra regnum noſtrum abſque ulla dilatatione *, tam de Eccleſiis, quàm de xenodochiis, ſeu de pauperibus & viduis, & pupillis vel orphanis, atque de reliquis omnibus, ſecundùm juſſionem Domni noſtri Karoli Regis.

* [*Al.* dilatione]

De Monachis qui de Francia veniunt.

Ibid. lib. 3. tit. 1. c. 22.

II. Inſtituimus enim ut ſicut Domnus noſter Rex Karolus commendavit de illis Monachis qui de Francia vel aliunde venerunt, & eorum monaſteria dimiſerunt, ut præſentaliter * in illis partibus revertantur ad monaſteria, & nemo ex vobis detineat ipſos.

* [*Al. Mſ.* in præſenti, *&c.*]

De Presbyteris qui de alia provincia veniunt.

Ibid. c. 23.

III. De Preſbyteris qui de alia provincia veniunt, ut nullus eos debeat recipere ſine dimiſſoria Epiſcopi ſui.

De his qui ad palatium veniunt, vel inde vadunt.

Ibid. tit. 4. cap. 5.

IV. De Epiſcopis, Preſbyteris, Abbatibus, vel Vaſſis dominicis, ſeu cæteris hominibus qui ad palatium veniunt vel inde vadunt, vel ubicunque per regnum noſtrum pergunt, ut non præſumant ipſi nec homines eorum alicui homini ſuam cauſam tollere, nec ſuum laboratum, in tantum ſi non comparaverint, aut ipſe homo eis per ſuam ſpontaneam voluntatem non dederit. Et quando hybernum tempus fuerit, nullus debeat manſionem verare ad ipſos iter agentes, in tantum ut ipſi iterantes injuſtè nullam cauſam tollant. Et ſi aliquis hoc facere præſumpſerit, tam Seniores quàm & vaſſalli, & ipſe homo ibidem ad eos proclamaverit, tunc volumus ut præſentaliter ille homo qui hoc malum fecit, hoc quod ad ipſum hominem qui proclamavit tulerit, ſecundùm ſuam legem emendet, & ad palatium exinde bannum noſtrum componat. Et ſi evenerit quòd ei ipſa cauſa ibidem ſecundùm legem præſentaliter emendata non fuerit, & ad palatium exinde proclamatio devenerit, tunc volumus ut ipſe qui hoc malum fecerit, contra ipſum hominem qui proclamavit ſecundùm ſuam legem, emendet, & inſuper ad palatium noſtrum bannum componat ex eo quòd bannum noſtrum infrangere auſus fuerit.

De illis hominibus qui Seniores ſuos dimittunt.

V. Stetit nobis de illos homines * qui hîc intra Italia eorum Seniores dimittunt, ut nullus eos debeat recipere in vaſſallatico ſine comiato Senioris ſui, antequam ſciat veraciter pro qua cauſa aut culpa ipſe ſuum Seniorem dimiſit. Et ille homo qui eum recipere voluerit, & ipſum ſecum habuerit, debeat eum in noſtra præſentia præſentare, aut ipſe aut Miſſus ſuus intra quadraginta noctes poſtquam ipſe homo ad eum venerit, ſi nos intra Italia ſumus. Et ſi nos intra Italia non fuerimus, tunc poſtquam inde nos fuerimus reverſi, intra quadraginta noctes eum in noſtra præſentia debeat præſentare, ſicut ſuprà diximus. Et qui ſuper hoc facere præſumpſerit, & ſi non adimpleverit, exinde bannum noſtrum ad partem noſtram componat.

* [*Al. Mſ.* de illis hominibus, *&c.*]

De hominibus libellariis.

Ibid. tit. 5. cap. 2. VI. Stetit nobis de hominibus libellariis ut nullus Comes nec juniores eorum eos ampliùs non diſtringant, nec inquietent, niſi ſicut in tempore Longobardorum eorum fuit conſuetudo.

De Eccleſiis baptiſmalibus.

Ibid. tit. 1. cap. 24. VII. Placuit nobis de Eccleſiis baptiſmalibus, ut in omnibus ita debeant eſſe ordinatæ & conſervatæ, quomodo Domnus Karolus Rex demandavit & in ſuo Capitulare continetur.

De immunitatibus conſervandis.

Ibid. c. 25. VIII. Et hoc inſtituimus, ut emunitates à jamdicto Domno noſtro firmatas, in omnibus ſic conſervatas eſſe debeant ſicut eſt juſſio ipſius Domni noſtri Karoli Regis.

De viis & pontibus emendandis.

Ibid. c. 26. IX. Conſideravimus ut vias & porturas, vel pontes, infra regnum noſtrum, in omnibus pleniter emendatas eſſe debeant per illa loca ubi anteà ſemper fuerunt. Nam per alia loca ſuper ipſa flumina nullatenùs porturas eſſe debeant.

De feminis quarum mariti in Francia ſunt.

X. Placuit nobis de illis feminis quarum mariti in Francia eſſe videntur, ut Miſſi noſtri per regnum noſtrum hoc debeant inquirere ſi eorum juſtitias ſic pleniter habeant ſicut fuerit juſſio Domni noſtri, an non. Et qui ſic habuerit, bene. Sin autem, tunc volumus ut ipſi Miſſi noſtri ita compleant ſicut Domnus noſter demandavit.

De Miſſis per ſingula monaſteria dirigendis.

Ibid. c. 27. XI. Stetit nobis ut Miſſos noſtros, unum Monachum, & unum Capellanum direxiſſemus infra regnum noſtrum pro videndo & inquirendo per monaſteria virorum & puellarum quæ ſub ſancta regula vivere debent quomodò eſt eorum habitatio, vel qualis eſt vita aut converſatio eorum, & quantùm unumquodque monaſterium de rebus habere videtur unde vivere poſſit.

Quòd nulli homini ſua teſtimonia tollenda ſunt.

Ibid. lib. 2. tit. 52. c. 9. XII. Placuit nobis ut nullus Comes nec eorum juniores nullatenùs præſumant alicui homini ſua teſtimonia tollere aut abſtrahere, niſi permittantur ei ipſa teſtimonia habere qui eas poteſt conquirere atque rogare. Et ſi aliquis contra hoc facere præſumpſerit, noſtra eſt voluntas ut ipſe in noſtra præſentia veniat, & ibidem talem accipiat ſententiam quomodò noſtra fuerit voluntas ad judicandum.

De liberis hominibus Longobardis.

Ibid. lib. 3. tit. 9. c. 11 XIII. Stetit nobis de illis liberis hominibus Longobardis ut licentiam habeant ſe commendandi ubi voluerint, ſicut in tempore Longobardorum fecerunt, in tantum ut ſuo Comiti faciant rationabiliter quod debent.

De xenodochiis.

Ibid. tit. 1. cap. 18. XIV. Ut quicunque xenedochia habent, ſi ita pauperes paſcere voluerint & conſilium facere quomodò abantea fuit, habeant ipſa xenodochia & regant ordinaliter. Et ſi hoc facere noluerint, ipſa dimittant, & per talem hominem inantea ſint gubernata qualiter Deo & nobis placeat.

Ne laici homines teneant Eccleſias baptiſmales.

Ibid. c. 19. XV. De Eccleſiis baptiſmalibus, ut nullatenùs eas laici homines tenere debeant, ſed per Sacerdotes fiant ordinatæ & gubernatæ. Et neque pagenſes neglegentiam habeant de hoc quod ibidem facere debeant. Et illi Sacerdotes eas ſic regant quomodo ordo canonicus expoſcit.

De Advocatis Sacerdotum.

Ibid. tit. 47. cap. 3. XVI. De Advocatis Sacerdotum, volumus ut pro eccleſiaſtico honore & illorum reverentia Advocatum habeant.

De diverſis generationibus hominum qui in Italia commanent. Et de ſtatu ingenuitatis.

Ibid. lib. 2. tit. 56. c. 2. XVII. De diverſis generationibus hominum qui in Italia commanent, volumus ut ubicunque culpa contigerit unde faida creſcere poteſt, pro ſatisfactione hominis illius contra quem culpavit, ſecundùm ipſius legem cui negligentiam commiſerit, emendet. De ſtatu verò ingenuitatis & aliis querelis, unuſquiſque ſecundùm legem ſuam ſe ipſum defendat.

De compoſitionibus quæ ad palatium pertinent.

Ibid. tit. 2. cap. 10. XVIII. De compoſitionibus quæ ad palatium noſtrum pertinent, ſi Comes ipſam cauſam commoverit ad requirendum, illam tertiam partem ad eorum recipiant opus, duas verò ad palatium. Et ſi per ſuam neglegentiam remanſerit, & Miſſus dominicus ipſas cauſas cœperit requirere, tunc volumus ut ille Comes illam tertiam partem non habeat, ſed cum integritate in palatio veniat.

De monaſteriis & xenodochiis regalibus.

Ibid. lib. 3. tit. 1. c. 30. XIX. De monaſteriis & xenodochiis quæ per diverſos Comites eſſe videntur, ut regalia ſint; & quicunque ea habere voluerit, per beneficium Domni Regis habeat.

De rebus forfactis.

Ibid. tit. 33. *Vid.* Notas, tom. 2. pag. 1077. ſub finc. XX. De rebus forfactis per diverſos Comites, volumus ut ad palatium pertineant.

De eo cujus res in eleemoſyna datæ ſunt.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 18. c. 6.

XXI. Si cujuſcunque res in eleemoſyna datæ ſunt, & ipſe mortuus fuerit antequam eas diſpenſet, tunc Miſſus dominicus unà cum Epiſcopo parochiæ ipſius conſideret qualiter in Domni Regis mercede ipſa eleemoſyna fiat facta, & infra triginta noctes impleta eſſe debeat.

De jure filiæ in res ſervorum quos pater fecit liberos.

Ibid. tit. 20. cap. 5.

XXII. De filia cujus pater per manum erogatoris omnes ſervos ſuos juſſit fieri liberos, & quia contra legem eſſe videtur, inſtituimus quòd ipſa filia in tertiam portionem de facto ſervi iterùm introire poſſit.

De auctoritate legis & conſuetudinis.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 41. c. 6.

XXIII. Placuit nobis inſerere, ubi lex deeſt, præcellat conſuetudo, & nulla conſuetudo ſuperponatur legi.

De poteſtate vendendi & donandi in femina.

Ibid. tit. 10. cap. 3.

XXIV. Placuit etiam nobis ut quæcunque femina poteſtatem habet per comiatum viri ſui vendere, poteſtatem habeat donare.

De mancipiis palatii & Eccleſiarum.

Ibid. tit. 12. cap. 11.

XXV. De mancipiis palatii noſtri & Eccleſiarum noſtrarum nolumus mundium recipere, ſed noſtra mancipia habere.

De liberis hominibus ad ſervilia opera non cogendis.

Ibid. lib. 3. tit. 12. c. 2.

XXVI. Placuit nobis ut illos liberos homines Comites noſtri ad eorum opus ſervire non opprimant; & quicunque hoc fecerint, ſecundùm judicatum habemus emendare.

De aldionibus palatii.

Ibid. tit. 34.

XXVII. Non eſt noſtra voluntas ut homines Placentini per eorum præcepta de curte palatii noſtri illos aldiones recipiant.

De fugitivis.

Ibid. lib. 1. tit. 25. cap. 74.

XXVIII. De fugitivis qui in partibus Beneventi & Spoleti, ſive Romaniæ vel Pentapoli, confugium faciunt, ut reddantur, & ſint reverſi ad propria loca.

De ſigillis & epiſtolis, & de porturis cuſtodiendis.

Ibid. lib. 3. tit. 5. c. 3.

XXIX. Sicut conſuetudo fuit ſigilla & epiſtolas prendere, vel porturas cuſtodire, ita nunc ſit factum.

De feminis devotis quæ ſe maritis copulaverunt.

XXX. De feminis quæ ſe Deo voverunt, & ſe monachicâ veſte induerunt, & poſteà ſe maritis copulaverunt, ut inquirat unuſquiſque in judiciaria ſibi commiſſa ubi eas invenerint, ut ſine dilatatione eas ab ipſis inlicitis conjunctionibus ſeparare debeant, & ipſæ de ſuprà memorata inlicita conjunctione ad pœnitentiæ recurrant remedium.

De divinis vel incantatoribus.

XXXI. De illis hominibus qui aliquam incantationem vel divinationem agunt, vel his ſimilia quæ in conſpectu Dei abominationes eſſe videntur, ſimiliter inquirat unuſquiſque, & ubi eos invenerint, non dimittant illos ſine diſciplina conceptionis, & faciant eos pœnitentiam agere de his inlicitis præſumptionibus.

De variis ſuperſtitionibus coercendis.

XXXII. De pravis illis hominibus qui brumaticos colunt, & de hominibus ſuis ſubtus maida cerias incendunt, & votos vovent, ad tale verò iniquitas eos removere faciant unuſquiſque; niſi voluerint ad Eccleſiam panem offerre, ſimpliciter offerant, non cum aliqua de ipſa iniqua commixtione.

De inlicitis conjunctionibus.

XXXIII. Similiter inquirat unuſquiſque homines ſibi commiſſos, ubi forſitan invenitur, ubi factæ ſunt inlicitæ conjunctiones, ita ut qui uxorem conſobrino aut inſobrino ſuo uxorem duxiſſet, aut etiam quamlibet parentem ſuam ſibimetipſis uxorem copulaſſet, ſine omni dilatatione eos ab invicem ſeparent, & eos ad pœnitentiæ remedium faciant deſtinari.

De eo qui uxorem ſimul & concubinam habuerit.

XXXIV. Et hoc etiam ſtatuimus, ut cuncti diligenter inquirant ſi eſt homo uxorem habens ut ſuprà, ipſa cum alia adulterans, & concubinam habuerit, à tali igitur inlicita perpetratione faciant eos cum omni ſollicitudine ſeparari. Sic placuit Domno Regi, ut qui hæc nefanda crimina de terminis ſibi commiſſis, ut diximus, emendare neglexerit, ut in ſacro palario widrigildum ſuum componat.

De hominibus Domno Karolo infidelibus.

XXXV. De ſingulis capitulis quibus Domnus Rex Miſſis ſuis præcepit, qui nulla ſacramenta debeant audire & facere. Quamobrem iſta ſacramenta ſunt neceſſaria per ordine ex antiqua conſuetudine explicare faciunt. Et quia modò iſti infideles homines magnum conturbium in regnum Domni Karoli Regis voluerint terminare, & in ejus vita conſiliati ſunt, & inquiſiti dixerunt quòd fidelitatem ei non juraſſent.

Quomodò ſacramentum fidelitatis jurandum ſit.

XXXVI. Quomodò illud ſacramen-

tum juratum esse debeat ab Episcopis & Abbatibus, sive Comitibus vel Vassis regalibus, necnon Vicedominis, Archidiaconibus, atque Canonicis. Clerici qui Monachorum nomine non pleniter conservare videntur, & ubi regulam sancti Benedicti secundùm ordinem tenent, ipsi in verbo tantùm & veritate promittant, de quibus specialiter Abbas adducant Domno nostro, deinde Advocatis & Vicariis, Centenariis, sive fore censiti Presbyteri, atque cuncta generalitas populi, tam pueritiæ annorum duodecim quàmque de senili, qui ad placita veniissent, & jussionem adimplere seniorum & conservare possunt, sive pagenses, sive Episcoporum & Abbatissarum vel Comitum hominum, & reliquorum hominum, fiscalini quoquè & coloni, & ecclesiastici atque servi, qui honorati beneficia & ministeria tenent, vel in vassallatico honorati sunt, cum domini sui, & caballos, arma, & scutum, & lanceam, spatam, & seneschalcum habere possunt, omnes jurent, & nomina vel numerum de ipsis qui juraverunt ipsis Missis in breve secum adportent. Et Comites similiter de singulis centenis esse noti, tam de illis qui infra pago nati sunt, pagenses fuerint, quàmque & de illis qui aliunde in vassallatico commendati sunt. Et si fuerit aliquis qui per ingenium fugitando de comitatu ad alium comitatum se propter ipsum sacramentum distulerit, aut per superbiam jurare noluerint semoti, per brevem renuntiare sciant, & tales aut per fidejussores mittant. Et si ipsi fidejussores non habuerint qui in præsentia Domni Regis illos adducant, sub custodia serventur. Aut si in illo vicinio habitare voluerint, sicut cæteri jurent. Et si fugitivum quis invenerit, Domno Regi nuntiatum fiat per ipsos Missos.

Quòd Domnus Rex vult unicuique legem suam conservare.

XXXVII. Explicare debent ipsi Missi qualiter Domno Regi dictum est quòd multi se complangunt legem non habere conservatam, & quia omninò voluntas Domni Regis est ut unusquisque homo suam legem pleniter habeat conservatam. Et si alicui contra legem factum est, non est voluntas sua nec jussio. Veruntamen si Comes aut Missus vel quilibet homo hoc fecit, fiat annuntiatum Domno Regi, quia ipse plenissimè hæc emendare vult. Et per singulos inquirant qualem habeant legem ex nomine; & nullatenùs sine Comite de ipso pago istam legationem perficiant. Excepto si ille Comes in alia utilitate Domni Regis fuerit, aut aliqua infirmitas eum detinuerit, quòd ibi esse non habeat.

Ut omnes se præparent ad bellum.

XXXVIII. . . . . tia habeant ipsi Missi unà cum . . . . . rum ministeriis fuerint, ut omnes . . . . . hoc anno veniant hostiliter in solatio. . . . . sicut sua fuerit jussio, & pacem intran . . . . . nt infra patria qui per epistolas suas de . . . . . is significare vult, quando vel ubi . . . . . ter se conjungi.

EXPL. CAP.

EJUSDEM PIPPINI CAPITULA

Goldast. Constit. Imper. tom. 3. pag. 159-163.

EXCERPTA EX LEGE LONGOBARDORUM.

De advenis & peregrinis, ut pacem habeant

Lib. 1. leg. Longobar. tit. 9. c. 18.

I. DE advenis & peregrinis qui in Dei servitio Romam vel ad alia loca ad Sanctorum corpora ire festinant, ut salvi vadant & revertantur sub nostra defensione. Et qui aliquem ex ipsis peregrinis occidere præsumpserit, sexaginta solidos in palatio nostro sacro componat. Et insuper compositio illa de ipso homicidio componatur ei cui ipsum leudum legibus pertinuit. Et hoc damus in mandatis cunctis Episcopis & Abbatibus, seu Actionariis nostris, ut hæc omnis suprascripta justitia de præsenti absque ulla tarditate adimpleta fieri debeat, ut qui in tantis annis justitiam habere non potuerit, vel modo per Dei omnipotentis misericordiam simul & per præceptum Domni & genitoris nostri Karoli, Regis Francorum & Longobardorum ac Patricii Romanorum, simul & per nostram præceptionem, unusquisque justitiam suam accipiat.

De ſervis & ancillis fugacibus

Lib. 1. leg. Longobar. tit. 25. cap 73.

II. De ſervis & ancillis fugacibus, ut unuſquiſque Judex ſtudium ponat ad perquirendum, juxta ut edictum continet. Et hoc damus in mandatis, ut tam in Auſtria quàm in Iſtria, quàmque in Æmilia & Tuſcia, ſeu littore maris, per omnia loca perquirantur ſupraſcripti fugaces; & apud locum conveniant Sculdaſii, Decani, Saltarii, vel loco Præpoſiti, ut nullus eos concelet, & ubicunque inventi fuerint, ipſe apud quem inventi fuerint, unà cum Miſſo Comitis de ipſo loco ad nos perducantur, ita ut jurare valeant quòd neminem concelaſſent.

De fugitivis.

Ibid. c. 74.

III. De fugitivis qui in partibus Beneventi & Spoleti, ſive Romaniæ vel Pentapoli, confugiunt faciunt, ut reddantur, & ſint reverſi ad propria loca.

De latronibus.

Ibid. c. 75.

IV. Quicunque poſt Miſſam ſancti Johannis Baptiſtæ latroni manſionem dederit, ſi Francus eſt, cum duodecim ſimilibus Francis juret quòd latronem eum fuiſſe neſciſſet, licèt patèr ejus ſit aut frater aut propinquus. Et ſi hoc jurare non potuerit, & ab alio convictus fuerit quod latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro & infidelis judicetur: quia qui latro eſt, infidelis eſt in noſtro regno Francorum; & qui illum ſuſceperit, ſimilis eſt illi. Si autem audivit quòd latro fuiſſet, & tamen neſcit firmiter, aut juret ſolus quòd nunquam eum audiſſet, nec per veritatem nec per mendacium, latronem eſſe; aut ſit paratus, ſi ille poſtèa de latrocinio convictus fuerit, ut ſimiliter damnetur.

Capitular. lib. 3. c. 23. & lib. 5. c. 293.

Ne quis alterius res invadat.

Lib. 1. leg. Longobar. tit. 27. cap. 10.

V. Ut nullus alteri præſumat res ſuas aut alias cauſas ſine judicio legali tollere aut invadere. Et qui hoc facere præſumpſerit, ad partem noſtram exinde bannum noſtrum componat.

De animalibus vel aliis rebus, à quibus emantur.

Ibid. lib. 2. tit. 28. c. 4.

VI. Ut nullus comparet caballum, bovem, jumentum, vel aliam rem, niſi illum hominem cognoſcat qui ei vendiderit, aut de quo pago eſt, vel ubi manet, & quis eſt ejus Senior.

De denarialibus, qualiter poſſint hereditare.

Ibid. c. 34. cap. 11.

VII. Homo denarialis non antè hereditare in ſua agnatione poterit, quouſque in tertiam generationem perveniat. Et homo chartularius ſimiliter.

De viduis & orphanis.

Ibid. tit. 48. cap. 2.

VIII. Ut viduæ & orphani tutores habeant juxta illorum legem, qui illos defendant & adjuvent, ut per malorum hominum oppreſſionem juſtitias ſuas non perdant. Et ſi tutor illorum aliquis eſſe noluerit, Judex prævideat hominem Deum timentem, juxta ut lex illarum eſt, qui per noſtram præceptionem illorum cauſam peragere debeat.

De armis infra patriam non portandis.

Ibid. tit 46. cap. 2.

IX. Ut nullus ad mallum vel ad placitum infra patriam, arma, id eſt, ſcutum & lanceam portet.

De juſtitiis faciendis à Comitibus & cæteris Judicibus.

Ibid. tit. 52. cap. 14.

X. De univerſali quidem populo, qui ubicunque juſtitiam quæſierint, ſuſcipiat tam à Comitibus ſuis, quam etiam à Gaſtaldiis ſeu Sculdais * vel loci Præpoſitis, juxta ipſorum legem, abſque tarditate. Et ſi Comites Franci ad juſtitiam faciendam diſtulerint, & probatum fuerit, juxta ut eorum fuerit electio, ita pœnæ ſubjaceant, & de illorum honore ita fiat ſicut eſt conſuetudo Francorum. Et de Longobardis Comitibus, qui ex ipſis neglectum poſuerit ad juſtitiam faciendam, & probatum fuerit, juxta ut eorum fuit electio, ita pœnæ ſubjaceant, & de illorum honore ſicut illorum lex eſt, ita componat. Et ſi forſitan attenderit ad Gaſindium, vel ad parentem vel amicum ſuum, ſeu ad præmium, & legem non judicaverit, & probatum fuerit, widrigildum ſuum componat, & honorem ſuum amittat, ſicut ipſorum lex eſt. Et ſi Gaſtaldius aut Sculdais vel loci Præpoſitus de qualibet judiciaria tam ad ſuos pagenſes quàm ad alios qui juſtitiam quæſierint, non fecerit, componat ſicut lex ipſorum eſt. Et ſi forſitan Francus aut Longobardus habens beneficium, juſtitiam facere noluerit, ille Judex in cujus miniſterio fuerit, contradicat illi beneficium ſuum interim dum ipſe aut Miſſus ejus juſtitiam faciat.

* *Al. Mſ.* Sculdaſiis.

De diverſis malis facinoribus per ſacramenta inveſtigandis.

Ibid. c. 15.

XI. Ut Judex unuſquiſque faciat jurare ad Dei judicia per civitates homines credentes, juxta quantos præviderit, ſeu foris per curtes vel vicos ubi manent, ut cui ex ipſis cognitum fuerit homicidia, furta, adulteria, & de illicitis conjunctionibus, ut nemo eos concelet. Et hoc damus in mandatis, ut ſi quis venerit juſtitiam reclamare ſuper quempiam hominem de homicidio

homicidio, vel furto aut prædâ, & ille ſuper quem dixerit, denegare voluerit, tunc ille qui reclamat, ſi potuerit, adprobet illud. Et ſi forſitan non potuerit adprobare, & ipſe ſuper quem dixerit, negaverit quòd ipſum malum, nec ipſe nec homines ipſius, perpetraſſent, & poſuerit excuſationem, & dixerit: *Nomina mihi meos homines qui tibi iſtud malum fecerunt, ego tibi de illis juſtitiam faciam;* & ille incognitus qui reclamat, nomina de illis hominibus neſcit, nec approbare poteſt, & ipſi qui exinde veritatem ſciunt, denegare voluerint, & ille qui reclamat dixerit quia illi homines veritatem ſciunt, tunc Judex qui in ipſo loco eſt, faciat jurare homines illos, quilibet ſint Franci aut Longobardi, quos ipſe nominativè dixerit, ut dicant exinde veritatem. Et ſi credentes homines fuerint, in manu Comitis ſui dextram dent. Et ſi latrocinia vel furta aut præda inventa fuerint, emendetur ita ut eorum lex eſt cui ipſum malum perpetratum fuerit. Tamen Judex de loco unde fuerit, de latronibus & furibus ſtudium ponat ut populus iſte hìc habitans aut veniens in pace vivere valeat.

De Miſſis dominicis, & de Comite in aliquod miſſaticum directo.

Ibid. c. 20. XII. Ut in illius Comitis miniſterio iidem Miſſi noſtri placitum non teneant qui in aliquo miſſatico directus eſt, donec ipſe reverſus fuerit.

De his qui juſtitiam facere renuunt.

Ibid. 21. XIII. Ut ubicunque Miſſi noſtri aut Epiſcopum aut Comitem, aut Abbatem vel alium quemlibet, quocunque honore præditum invenerint qui juſtitiam facere noluerit vel prohibuerit, de ipſius rebus vivant quandiu in eo loco fuerint ubi juſtitiam facere debent.

De furto vel de minoribus cauſis.

Ibid. tit. 55. cap. 25. XIV. De furto vel de minoribus cauſis ſtatuimus, ſi ille cujus cauſa jurata fuit, dicere voluerit de eo qui juravit quòd ſe ſciente perjuraſſet, campo vel cruce contendat. Et ſi ille qui juravit victus fuerit quòd ſciens perjuraſſet, ſupraſcriptæ ſententiæ ſubjaceat. Et ſi ille qui criminavit illi alii, perjurium non approbaverit, legem ſuam cui perjuratam eſſe dixerit, perſolvat. De majoribus verò cauſis lex quæ à longo tempore fuit, obſervetur.

De perjuriis.

Ibid. tit. 58. cap. 3. 4. XV. Si quis perjurium fecerit, nullam redemptionem ei facere liceat, niſi manum perdat. Et ſi ille qui priùs illud ſacramentum jurat, de illo perjurio probatus fuerit, & aliquis de ſuis juratoribus dixerit quòd neſciens ſe ibidem perjuraſſet, aut hoc apud judicium Dei approbet verum eſſe, aut ſimiliter, manum perdat. De cujus autem cauſa perjurium fecerit, ſicut lex loci illius ubi perjurium factum eſt à longo tempore fuerit, de ſuo pretio emendare ſtudeat.

De Eccleſiis baptiſmalibus.

Ibid. lib. 3. tit. 1. c. 17. XVI. Ut Eccleſiæ baptiſmales ſeu oracula, qui eas à longo tempore reſtauraverint, mox iterùm eas reſtaurent, & tam Curtis regia quàm Longobardi tales ibi habeant dominationes quales illorum à longo tempore fuerit conſuetudo.

De poteſtate Epiſcoporum, & de negligentia eorum emendanda per Comites.

Ibid. c. 18. XVII. Ut Pontifex unuſquiſque ordinet & diſponat Eccleſiam ſuam canonico ordine, & Sacerdotes ſuos vel Clericos diſtringat canonico ordine vivere. Et ſi quis Pontifex Clericos ſuos canonico ordine diſtringere noluerit, & ſi illi ad ſecularem pertranſierint habitum, quod canones Clericos prohibent facere, Comes qui in illo loco ordinatus fuerit, diſtringat illos in omnibus ad ſuam partem ſicut alios exercitales.

De Monaſteriis virorum & puellarum.

Ibid. c. 19. XVIII. Monaſteria virorum ac puellarum, tam quæ in mundio palatii eſſe noſcuntur, vel etiam in mundio Epiſcopi vel cæterorum hominum, diſtringat unuſquiſque in cujus mundio ſunt, ut regulariter vivant.

De xenodochiis.

Ibid. c. 20. XIX. Similiter in xenodochiis, cujuſlibet ſint, fratres in omnibus paſcantur juxta poſſibilitatem locorum illorum.

De reſtaurandis Eccleſiis & pontibus.

Ibid. c. 21. XX. Ut de reſtauratione Eccleſiæ & ponte faciendo, aut ſtrata reſtauranda, omnia generaliter faciant homines ut antiqua conſuetudo fuit, & non antè ponatur emunitas, nec pro hac re ulla occaſio perveniat.

De Presbyteris extraneis non recipiendis abſque dimiſſoriis litteris ſui Epiſcopi.

Ibid. tit. 2. cap. 3. XXI. De Preſbyteris qui de alia provincia veniunt, ut nullus eos debeat recipere ſine dimiſſorio Epiſcopi ſui.

De his qui res ſuas alienant.

Ibid. tit. 9. cap. 2. XXII. De illis hominibus qui res ſuas alienaverint ubicunque, & ſuper eas reſident, diſtringat eos Comes per excubias publicas, ſicut lex continet.

De his qui res ſuas fraudulenter Eccleſiis delegant.

Ibid. c. 3. XXIII. Placuit nobis ut liberi homines, qui non propter paupertatem, ſed ob vitandam reipublicæ utilitatem, fraudulenter ac ingeniosè res ſuas Eccleſiis delegant, eaſque denuò ſub cenſu utendas recipiunt, ut quouſquè ipſas res poſſident, hoſtem & reliquas functiones publicas faciant. Quòd ſi juſſa facere neglexerint, licentiam eos diſtringendi Comitibus permittimus per ipſas res, noſtrâ non reſiſtente emunitate, ut ſtatus & utilitas regni hujuſmodi adinventionibus non infirmetur.

De eo qui alterius proprietatem emerit.

Ibid. c. 4. XXIV. Volumus ut ſimilis menſura in laicali ordine de hac re ſervetur, videlicet ut ſi quis alterius proprietatem, qui hoſtem facere poteſt, emerit, aut quovis modo ad eum pervenerit, eique ad utendum eam dimiſerit, ſi negligens de hoſte fuerit, per ipſas res à Comite diſtringatur, ut quoquo modo publica non minoretur utilitas.

De libero homine qui ſe in ſervitium tradiderit.

Ibid. c. 5. XXV. Videtur nobis ut quicunque liber homo ingeniose in ſervitium alicui ſe tradiderit, is qui eum receperit, hoc quod ille qui ſe in ſervitio tradidit in publico per antiquam conſuetudinem facere debuit, adimpleat.

De his qui res ſuas aliis in fraudem delegant.

Ibid. c. 6. XXVI. De his perſonis qui ſuas res ideò in alienam perſonam delegant ut ad placitum venire non cogantur, & ut mala qui facta habent non emendentur, quòd ſi apparuerit ideò delegaſſe ne juſtitiam faciant, volumus ut ipſæ res in bannum noſtrum mittantur quouſque ille qui eas habet, auctorem in placitum adducat, & ſic de malefactore juſtitiam faciant.

De diviſione hereditatis inter fratres, & ut ſervitium regale faciant.

Ibid. c. 7. XXXVII. Præcipimus de his fratribus qui in noſtris & Romanis finibus in paternam ſeu maternam ſuccedunt hereditatem, ſi contigerit quòd unus eorum eccleſiaſticæ militiæ ſit mancipatus, & idcircò is qui ſeculariter militare debuerat, ut ſe à defenſione regni noſtri ſubtrahat, in noſtris finibus partem ſubſtantiæ in portionem ſuſcipere diſſimulaverit, idcircò ut neque à Comite diſtringi valeat, ubicunque ſuus Comes eum invenerit, licentiam diſtringendi ei concedimus, ita ut primùm fidejuſſorem donet ut ad placitum ſuum veniat, & bannum noſtrum perſolvat. Si verò fidejuſſorem non invenerit, tamdiu ſub cuſtodia per Comitem teneatur, quouſque aut fidejuſſorem inveniat aut bannum noſtrum perſolutum habeat.

De liberis hominibus qui mobile ſuum in alienam poteſtatem transferunt.

XXVIII. De liberis hominibus qui in alienam poteſtatem mobile ſuum transferunt, ut cauſatores eorum eos pignorare non poſſint, placet nobis ut res eorum inviſcentur quouſque venientes ad audientiam, juſtitiam faciant. Si verò venire contempſerint, ſecundùm Capitulare Domni ac genitoris noſtri de rebus eorum agatur; nam & de rebus eorum habitâ æſtimatione, damnum quæſitori ſarciatur. Qui verò illud mobile recepit, ſi hoc per ſacramentum probare non potuerit quòd propter juſtitiam alterius differendam illud mobile non recepiſſet, bannum noſtrum perſolvat. De fratribus namque qui ſimul in paterna ſeu materna hereditate communiter vivunt, nolentes ſubſtantiam illorum dividere ob hanc occaſionem ut unus tantùm eorum in hoſtem vadat, volumus ut ſi ſolus eſt, vadat: ſi autem duo, ſimiliter: ſi verò tres fuerint, unus remaneat. Et ſi numerus ultrà tres fratres increverit, unus ſemper, propter domeſticam curam atque rerum communium excolentiam, remaneat. Si verò inter eos aliqua fuerit orta contentio quis eorum expeditionem facere debeat, tunc prohibemus ut nemo illorum remaneat. In ætate quoquè illorum lex propria ſervetur. Similiter & in nepotibus hæc conditio teneatur. Ibid. c. 8.

De eo qui ſe reclamaverit ſuper Epiſcopum.

XXIX. Ut qui ſe reclamaverit ſuper Pontificem qui juſtitiam habeat ad requirendum, dirigat illum Comes aut per Miſſum ſuum aut per epiſtolam ad ipſum Pontificem. Et ſi Epiſcopus ipſe Francus aut Longobardus diſtulerit ad juſtitiam faciendam, tunc juxta ut Epiſcopi elegerint, ipſi ſibi ubi conſuetudo fuerit pignorandi à longo tempore, ut inantèa in eo modo ſit pro juſtitia facienda. Et hoc ſtatuimus, ut ubicunque ſubſtantiam Pontifex habuerit, Advocatum habeat in ipſo comitatu, ut abſque tarditate juſtitiam faciat & ſuſcipiat. Et talis ſit ipſe Advocatus, liber homo, bonæ opinionis laicus, aut Clericus, qui ſacramentum pro cauſa Eccleſiæ quam peregerit, deducere poſſit juxta qualitatem ſubſtantiæ, ſicut lex illorum habet. Ibid. tit. 32.

☞ *Vide alteram editionem hujus Capitularis in* NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARIA LUDOVICI PII, IMPERATORIS.

PRÆCEPTUM PRIMUM

Goldast. Constit. Imperial. tom. 2. p. 961.

Pro Hiſpanis qui in regno Francorum manebant.

Hoc eſt præceptum remiſſionis ſive conceſſionis quod fecit Ludovicus Imperator Hiſpanis qui ad ſe perfugerant [*propter perſecutionem Sarracenorum.*]

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus, divinâ ordinante providentiâ, Imperator Auguſtus, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtris præſentibus, ſcilicet & futuris partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, Provinciæ, & Hiſpaniæ conſiſtentibus. Sicut nullius veſtrûm notitiam effugiſſe putamus qualiter aliqui homines propter iniquam oppreſſionem & crudeliſſimum jugum quod eorum cervicibus inimiciſſima Chriſtianitati gens Sarracenorum impoſuit, relictis propriis habitationibus & facultatibus quæ ad eos hereditario jure pertinebant, de partibus Hiſpaniæ ad nos confugerunt, & in Septimania atque in ea portione Hiſpaniæ quæ à noſtris Marchionibus in ſolitudinem redacta fuit, ſeſe ad habitandum contulerunt, & à Sarracenorum poteſtate ſe ſubtrahentes, noſtro dominio liberâ & promptâ voluntate ſe ſubdiderunt, ità ad omnium veſtrûm notitiam pervenire volumus quòd eoſdem homines ſub protectione & defenſione noſtra receptos, in libertate conſervare decrevimus.

Cap. I.

EO videlicet modo ut ſicut cæteri liberi homines cum Comite ſuo in exercitum pergant, & in marcha noſtra juxta rationabilem ejuſdem Comitis ordinationem atque admonitionem exploratione & excubias, quod uſitato vocabulo *wactas* dicunt, facere non negligant, & Miſſis noſtris aut filii noſtri, quos pro rerum opportunitate illàs in partes miſerimus, aut legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubvectionem eorum veredos donent. Alius verò cenſus ab eis, neque à Comite, neque à junioribus & Miniſterialibus ejus, exigatur.

II.

Ipſi verò pro majoribus cauſis, ſicut ſunt homicidia, raptus, incendia, depræ-dationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invaſiones, & undecunque à vicino ſuo aut criminaliter aut civiliter fuerit accuſatus, & ad placitum venire juſſus, ad Comitis ſui mallum omnimodis venire non recuſent. Cæ-

teras verò minores cauſas more ſuo, ſicut hactenùs feciſſe noſcuntur, inter ſe mutuò definire non prohibeantur.

III.

Et ſi quiſpiam eorum in partem quam ille ad habitandum ſibi occupaverat, alios homines undecunque venientes adtraxerit, & ſecum in portione ſua, quam *adpriſionem* vocant, habitare fecerit, utatur illorum ſervitio abſque alicujus contradictione vel impedimento, & liceat illi eos diſtringere ad juſtitias faciendas quales ipſi inter ſe definire poſſunt. Cætera verò judicia, id eſt, criminales actiones, ad examen Comitis reſerventur.

IV.

Et ſi aliquis ex his hominibus qui ab eorum aliquo adtractus eſt, & in ſua portione conlocatus, locum reliquerit, locus tamen qui relictus eſt, à dominio illius qui eum priùs tenebat non recedat.

V.

Quòd ſi illi propter lenitatem & manſuetudinem Comitis ſui eidem Comiti honoris & obſequii gratiâ quippiam de rebus ſuis exhibuerint, non hoc eis pro tributo vel cenſu aliquo computetur, aut Comes ille vel ſucceſſores ejus hoc in conſuetudinem præſumant, neque eos ſibi vel hominibus ſuis aut mantionaticos parare, aut veredos dare, aut ullum cenſum vel tributum aut obſequium, præter id quod jàm ſuperiùs comprehenſum eſt, præſtare cogat. Sed liceat tam iſtis Hiſpanis, qui præſenti tempore in prædictis locis reſident, quàm his qui adhuc ad noſtram fidem de iniquorum poteſtate fugiendo confluxerint, & in deſertis atque in incultis locis per noſtram vel Comitis noſtri licentiam conſedentes ædificia fecerint, & agros incoluerint, juxta ſupradictum modum ſub noſtra defenſione atque protectione in libertate reſidere, & nobis ea quæ ſuperiùs diximus, tam cum Comite ſuo, quàm cum Miſſis ejus, pro temporum opportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

VI.

Noverint tamen iidem Hiſpani ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam ut ſe in vaſſaticum Comitibus noſtris more ſolito commendent. Et ſi beneficium aliquod quiſquam eorum ab eo cui ſe commendavit, fuerit conſecutus, ſciat ſe de illo tale obſequium Seniori ſuo exhibere debere quale noſtrates homines de ſimili beneficio Senioribus ſuis exhibere ſolent.

VII.

Idcircò has noſtræ auctoritatis litteras eis dare decrevimus, per quas decernimus atque jubemus ut hæc noſtræ liberalitatis & manſuetudinis Conſtitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris inviolabiliter conſervetur. Cujus Conſtitutionis in unaquaque civitate ubi prædicti Hiſpani habitare noſcuntur, tres deſcriptiones eſſe volumus; unam quam Epiſcopus ipſius civitatis habeat, & alteram quam Comes, & tertiam ipſi Hiſpani qui in eodem loco converſantur. Exemplar verò earum in archivo palatii noſtri cenſuimus reponendum, ut ex illius inſpectione, ſi quando, ut fieri ſolet, aut ipſi ſe reclamaverint, aut Comes vel quiſlibet alter contra eos cauſam habuerit, definitio litis fieri poſſit.

Hanc quippe Conſtitutionem, ut per diuturna tempora à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris & verius credatur & diligentiùs conſervetur, manu propriâ ſubſcripſimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domni HLUDOUVICI, ſereniſſimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad vicem Helisachar recognovit.

Datum Kalendas Januarias, anno Chriſto propitio [DCCCXV], primo imperii Domni Hludouvici piiſſimi Auguſti, Indictione VIII.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Hludouvici Pii, Imp. Aug., Constitutio (ann. 816.), *de reformatione abuſuum Cleri & inſtitutione Canonicæ Profeſſionis, ſeu Regulâ Clericorum, conſtitutâ & ordinatâ in Comitiis Aquiſgranenſibus.* Vide in novo Codice Legum veterum.

Capitula quæ domnus Hludouvicus, Imperator, *anno* III. addere jussit Legi Salicæ, (*ex Codice mſ. Guelferbytano.*) Vide in novo Codice Legum veterum.

EPISTOLA AD MAGNUM, ARCHIEPISCOPUM SENONENSEM,

Vid. Ann. Francor. P. le Cointe ad ann. 816. Sirmond. Conc. Gallia, tom. 2. pag. 675.

Cui mittit exemplum Regulæ Canonicorum decretæ in Concilio Aquiſgranenſi, anno DCCCXVI.

GLORIOSISSIMUS Hludouvicus, ſuperno munere victor ſemper auguſtus, venerabili in Chriſto Magno, Senonicæ urbis Archiepiſcopo, in Domino ſalutem. Sicut vobis nuperrimè in ſacro conventu, quem Deo annuente Aquiſgrani palatio aggregavimus, ubi multa favente Chriſto eccleſiaſticè, immò catholicè, acta ſunt, meminimus promiſiſſe, miſimus tuæ venerandæ paternitati per præſentes Miſſos noſtros, Ermenfredum videlicet & Haymonem, formulam Canonicæ Inſtitutionis quam idem ſacer conventus ex ſanctorum Patrum ſparſim digeſtis ſententiis colligere atque in unum congerere ſtuduit: quam quia vobis tranſcribendi anguſtia temporis facultatem denegavit, ſtudii noſtri fuit eam diligenter tranſcribi jubere, ut abſque ulla depravatione aut detruncatione textus ejus ad vos uſque incolumis perferretur. Proinde has litteras ad tuam direximus ſanctitatem, per quas jubemus ut memor admonitionis noſtræ, Suffraganeos tuæ diœceſeos loco & tempore competenti ad te convocare ſtudeas, & eandem Inſtitutionem per ſingula capitula coram Eccleſiaſticis ordinibus prælegi facias, & qualiter eam ſacer conventus ob emolumentum animarum inſtruere ſalubriter curaverit, patenter edoceas, & his qui canonicæ profeſſionis cenſentur nomine, ſecundùm miniſterium tibi divinitùs collatum, & noſtræ auctoritatis præceptum, coram memoratis Miſſis noſtris obſervandam percenſeas. Eorum autem qui tardioris ſunt ingenii, & eam fortè plenè intelligere nequeunt, tuo ſive comprovincialium tuorum Epiſcoporum dono ſcientiæ pollentium ſtudio, ejus notitia ſenſibus perfundatur. Nam & tuam nihilominùs providam volumus eſſe beatitudinem, ut eam ſolerti curâ prædicti Miſſi noſtri omnes, prout inſinuaveris, tranſcribere abſque ulla depravatione & detruncatione præmoneant; quoniam qualiter diligenter ſtudioſèque, diſtinctè & apertè tranſcribatur, illos ſatis inſtituimus. Cujus nempe exemplar idcircò in armario palatii noſtri recondi fecimus, ut per hoc noſſe & inquirere poſſemus utrùmne ab aliquo negligenter tranſcripta fuerit; quia, ut comperimus, dum in eodem ſacro Concilio perlegeretur, antequàm coram nobis ab eodem Concilio prolata, & necdum menſura cibi & potûs planè ſtatuta fuiſſet, invidi magna ex parte illam detruncantes, quædam capitula inconſultè ex ea tranſcripſerunt. Unde neceſſe eſt ut ſi aliquem in tua diœceſi tale feciſſe repereris, hujuſcemodi factum coram provincialium tuorum Epiſcoporum conventu, & coram præſcriptis Miſſis noſtris, fruſtreris, & hanc authenticam, ut præmiſimus, diligenter, ſicut Miſſi noſtri eis inſinuaverint, tranſcribi percenſeas. Volumus ergo ut omnes Prælati Canonicorum diligenter illam tranſcribant, ſtudioſè intelligant, efficaciter, quantùm Dominus eis poſſe dederit, ob ſuam ſubditorumque utilitatem opere adimplere procurent; ut quando nos, ſicut in eorum ſacro & venerabili Concilio generaliter omnibus diximus, Miſſos noſtros hujus negotii inquirendi gratiâ per univerſum Imperium noſtrum, Kalendis Septembris venturis, direxerimus, omnes, Prælati videlicet & Subditi, juxta capacitatem & poſſibilitatem ſuam, eâdem inſtructione informati atque inſtructi, ejuſdem operatores inveniantur ſtrenui. Quoniam diligenti indagine, vitâ comite, inquirere jubebimus qualiter unuſquiſque Prælatorum miniſterium ſuum expleat, qualiter juſſioni noſtræ in clauſtris & cæteris Canonicorum neceſſariis habitationibus, & in eorum ſtipendiis dandis, & receptaculis pauperum præparandis obtemperaverint, vel quis clerum ſuum ſecundùm hujus Inſtitutionis normam & cætera ſpiritalia exercitia informare ſtuduerit, aut ſi quis quem eorum quos in Dei ſervitio rationabiliter gubernare potuit, cauſâ avaritiæ abjecerit: quia ut hæc quæ

præmiſimus, abſque ullius difficultatis oppoſitione, in locis in quibus facta necdum erant, fieri opportuniſſimè poſſent, unius anni ſpatium, ſicut noſti, ad hæc peragenda tribuimus. Qui verò hoc annuo tempore noſtræ, immòque Dei juſſioni, juxta vires obtemperare neglexerit, cæteris, ne talia facere audeant, terrorem procul dubio incutiet. Miſimus itaque tibi Inſtitutionis formam quam idem ſacrum & venerabile Concilium ex ſanctorum Patrum ſententiis diligenter excerpſit, & Sanctimonialibus in uno collegio canonicè degentibus obſervandam percenſuit: quam ſive per te, ſive per comprovinciales tuos Epiſcopos, in omnibus tuæ diœceſeos puellaribus monaſteriis, in quibus canonicè vivitur, ſtudiosè præſcriptam haberi volumus. Sed & hoc decernimus, ut à vobis tam Abbatiſſis quàm cæteris Sanctimonialibus tradatur, & qualiter eam tenere debeant veſtro ſtudio informentur. Cæterùm nitli aliquam Abbatiſſarum quando nos ad præſentiam noſtram venire juſſerimus, alio tempore volumus ut Abbatiſſæ propriis in monaſteriis reſideant, & ſecundùm hanc Inſtitutionis formam vivere ſibique ſubjectas gubernare decertent; & nullis illarum per villas reſidendi, aut foràs quâlibet occaſione acceptâ evagandi, ſuiſque voluptatibus deſerviendi, licentiam attribuant. Quamquam enim nonnulli Clerici monaſteria puellarum, & nonnulli laici monaſteria virorum etiam ac puellarum habeant, tua tamen debet providere ſolertiſſima induſtria ut in omnibus locis ſub tua diœceſi conſtitutis, ubicunque congregationes Clericorum & Sanctimonialium ſunt, juxta poſſibilitatem & facultatem rerum ſecundùm hujus Inſtitutionis formam vivant; quia nulla eſt omninò Eccleſia, quæ facultates habeat, ubi non poſſint tot taleſque gubernari qui divinum expleant officium, & ubi hoſpitalitas juxta vires non poſſit diligi. Nos quoquè præfatos Miſſos noſtros ad tuam ſanctitatem ideò direximus, ut tuum cæterorumque eccleſiaſticorum in tua diœceſi conſiſtentium diligenter atque ſubtiliter in hoc negotio intuerentur ſtudium, & tibi opem in cæteris commonendis ferrent; qui & nobis referrent qualiter Prælati & Prælatæ eam libenter ſuſceperint, diligenterque tranſcribere ſtuduerint, & devotè adimplere juxta vires curaverint; quoniam tamdiu illos in tua vel comprovincialium tuorum diœceſi morari & diſcurrere unà cum Miſſo tuo juſſimus, donec ab omnibus memoratæ formulæ tranſcriberentur; ut videlicet cuncta procurantes, diligenterque taxantes, cùm ad nos illos redire opere expleto tempus permiſerit, cuncta quæ acta ſunt veſtro utrorumque ſcripto notentur, atque per ipſos tuumque Miſſum noſtræ dinoſcentiæ intimentur; ut ſciamus quibus gratiarum actiones referre, quoſque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Si verò aliquis tuæ diœceſis eidem Inſtitutioni noſtræque admonitioni procaciter reniti voluerit, & ea quæ ab eodem ſacro & venerabili Concilio conſtituta atque decreta ſunt, quantùm Dominus eis poſſe dederit, obſervare contempſerit, præcipimus ut ſi anteà hujuſmodi non ſe correxerit, quicunque ille eſt, ante præſentiam noſtram tuâ vel Miſſorum noſtrorum admonitione venire feſtinet; quatenùs à nobis juxta quantitatem culpæ dignè corrigatur. Direximus præterea tibi pondus & menſuram ſecundùm quam Clericis & Sanctimonialibus panis & potus æqualiter tribuenda ſunt, quæ ut ab omnibus firmiſſimè atque inviolabiliter teneatur *, decernimus, & ne quid incrementi aut detrimenti à quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus. Tuam igitur in calce hujus Epiſtolæ admonemus ſanctitatem, ut ſecundùm miniſterium tibi divino munere collatum, noſtræ in hoc negotio ſaluberrimæ admonitioni obedienter atque inexcuſabiliter pareas, & cæteris in parendo exemplum bonum tribuas. Dignum quippe eſt ut quantò ſublimiùs Sacerdotii dignitate aliis ſuperemines, & à nobis venerabiliter diligeris, tantò magis ad Dei noſtramque voluntatem faciendam devotiorem te atque promptiorem exhibeas. Vale in Domino, & ora pro nobis.

Vide ſuprà, pag. 170; infrà, pag. 559.

* *Legendum videtur* tenentur.

EPISTOLA AD SICHARIUM, ARCHIEPISCOPUM BURDEGALENSEM,

De eodem Argumento.

(Collata cum vetuſtiſſimo Codice Bibliothecæ Colbertinæ.)

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRITI. Hudouvicus, divinâ ordinante providentia, Imperator auguſtus, venerabili in Chriſto Sichario Archiepiſcopo, in Domino ſalutem. Sacrum & venerabile Concilium divino nutu noſtroque ſtudio in Aquiſgrani palatio nuper aggregatum, in quo multa ob propagandam eccleſiaſticam dignitatem, præcedente & ſubſequente gratiâ Chriſti, diligenter tractata atque inſtituta ſunt, tuam nullatenùs credimus latere ſanctitatem. Sed quia contigit eidem ſancto & venerabili Concilio tuam non interfuiſſe paternitatem, ad tuam deſtinare decrevimus beatitudinem, per præſentem Miſſum noſtrum nomine Adalhelmum, formulam Canonicæ Inſtitutionis ab eodem ſacro conventu ex ſanctorum Patrum ſparſim digeſtis ſententiis collectam, atque in unum congeſtam; quam etiam idcirco penès palatium noſtrum diligenter ſcribi fecimus, ut nihil in ſe ſcriptorum vitio depravationis aut detruncationis habens, ad te uſque incolumis perferretur. Quàpropter volumus atque decernimus ut juxta metropolitanæ Sedis tibi canonicè conlatam dignitatem, noſtræque auctoritatis ſanctionem, diœceſeos tuæ Epiſcopos & cæteros Eccleſiæ Prælatos tempore & loco congruenti ad te accerſere facias, & his coram capitulatim memoratam Inſtitutionis formam prælegi jubeas, & quòd ob exaltandum eccleſiaſtici culminis faſtigium & animarum ſalutem idem ſacer conventus eam ediderit, liquidò demonſtres; ſed & his qui in uno collegio canonicè degunt, tenendam obſervandamque coram memorato Miſſo noſtro conferas. At ſi alicùjus cordis obtuſio eam intelligere nequiverit, huic ſive abs te, ſive ab aliis Epiſcopis, comprovincialibus ſcilicet tuis, doctrinæ fulgore renitentibus, ſobriè tradatur. Sed & in hoc nihilominùs circumſpectam monemus eſſe tuam prudentiam, ut ab iis qui eam tranſcripturi ſunt, ita tranſcribatur ut nec depravata vitio ſcriptoris nec detruncata ab alio fiat; ſed ſicut à prædicto Miſſo noſtro eis demonſtratum fuerit, abſque aliqua depravatione vel detruncatione tranſcribatur. Noveris etiam quia ideò illius exemplum apud armarium palatii noſtri detentum eſt, ut eo probari patenter poſſit quis eam incuriosè tranſcripſerit, vel quis aliquam ejus partem detruncaverit. Ut enim comperimus, dum in eodem ſacro Concilio perlegeretur, antequam coram nobis ab eodem Concilio prolata, & necdum menſura cibi & potûs ſtatuta fuiſſet, quidam magna ex parte illam detruncantes, quædam capitula inconſultè ex ea tranſcripſerunt. Unde neceſſe eſt ut ſi aliquem in tua diœceſi tale feciſſe repereris, hujuſcemodi factum coram provincialium tuorum Epiſcoporum conventu & coram præſcripto Miſſo noſtro fruſtreris, & hanc authenticam, ut præmiſimus, diligenter, ſicut Miſſus noſter eis inſinuaverit, tranſcribi percenſeas. Omnes ergo tuæ diœceſeos Epiſcopi & cæteri Prælati eam vigilanti curâ tranſcribere, ſolerti ſtudio intelligere, inſtantiſſimæ aſſiduitatis exercitio divinitùs adjuti operibus complere decertent; ut cùm nos hujus rei gratiâ inquirendæ venturis Kalendis Septembribus, ſicut eidem ſacro & memorabili Concilio memineramus nos dixiſſe facturos, Miſſos noſtros per Imperium à Deo nobis collatum deſtinaverimus, remotâ cujuſlibet difficultatis oppoſitione, ejuſdem ſalutiferæ Inſtitutionis & Prælati & Subditi, prout Dominus poſſe eis dederit, ſtrenui inveniantur operatores. Quoniam diligenti indagine, vitâ comite, perquirere jubebimus quis Prælatorum injunctum ſibi officium ſtrenuè peregerit, vel quis in clauſtris Canonicorum & cæteris habitationibus conſtruendis, & in neceſſariis ſtipendiis eis tribuendis, & in domibus ad receptacula

Vide Ann. Eccl. Franc. Car. le Cointe ad ann. 816. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 416.

pauperum reparandis, ſanctioni noſtræ paruerit, quiſve Clerum ſuum eâdem Inſtitutione & cæteris ſpiritalibus documentis inſtruere curaverit, vel quis cauſâ avaritiæ eos quos in Chriſti militia rationabiliter alere poterat, propulerit; quia unius anni ſpatium dedimus ut ea quæ premiſſa ſunt, abſque ullius difficultatis excuſatione perfici, ubi necdum facta erant, facillimè poſſent. Proinde qui hoc anni tempore in hoc negotio noſtræ admodùm juſſioni pro viribus obedire neglexerit, dæteris ſine dubio terrori erit, ne tale admittere præſumant. Direximus ſanè tibi Inſtitutionis formulam quam ejuſdem ſacri Concilii par conſenſus parque ſtudium ex ſanctorum Patrum dictis enucleatim excerpſit, & caſtimoniæ dicatis in una ſocietate canonicè degentibus obſervandam ſtatuit. Quam volumus à te ſive à tuis comprovincialibus Epiſcopis ſtudiosè jubere tranſcribi, & monaſteriis puellaribus in tua diœceſi conſiſtentibus, in quibus ſcilicet canonicè vivitur, tenendam conferri, qualiterque ab Abbatiſſis & cæteris ſanctis Monialibus religioſiſſimè ac devotiſſimè obſervari debeat, apertiſſimè perdoceri. Quoniam, niſi quando nos aliquam Abbatiſſarum noſtram adire juſſerimus præſentiam, alio tempore volumus in monaſteriis reſideant, & ſecundùm ejuſdem Inſtitutionis formam vitam ducant, ſibique ſubditas in ſancto religionis propoſito conſtringant. Et nulla illarum foràs evagandi, aut occaſione quâlibet acceptâ per villas reſidendi, ſuiſque voluptatibus deſerviendi, licentiam ſibi attribuat. Quamquam enim nonnulli Clerici monaſteria puellarum, & nonnulli laici monaſteria virorum etiam & puellarum habeant, tua tamen debet prævidere ſolertiſſima induſtria ut in omnibus locis ſub tua diœceſi conſtitutis, ubicunque congregationes Clericorum & Sanctimonialium ſunt, juxta poſſibilitatem & facultatem rerum ſecundùm hujus Inſtitutionis formam vivant; quia nulla eſt omninò Eccleſia, quæ facultates habeat, ubi non poſſint tot taleſque gubernari qui divinum expleant officium, & ubi hoſpitalitas juxta vires non poſſit diligi. Nos quoquè præfatum Miſſum noſtrum ad tuam ſanctitatem ideò direximus, ut tuum cæterorumque eccleſiaſticorum in tua diœceſi exiſtentium diligenter atque ſubtiliter in hoc negotio intueretur ſtudium, & tibi opem in cæteris ammonendis ferret: qui etiam nobis referret qualiter Prælati & Prælatæ eam libenter ſuſceperint, diligenterque tranſcribere ſtuduerint, & devotè adimplere juxta vires curaverint. Quoniam tamdiu illum in tua vel comprovincialium tuorum diœceſi immorari & diſcurrere unà cum Miſſo tuo juſſimus, donec ab omnibus memoratæ formulæ tranſcriberentur; ut videlicet cuncta procurans, diligenterque perficiens, cùm ad nos illum redire opere expleto tempus permiſerit, cuncta quæ acta ſunt veſtro utrorumque ſcripto notentur, atque per ipſum tuumque miſſum noſtræ dinoſcentiæ intimentur; ut ſciamus quibus gratiarum actiones referre, quoſque etiam dignis correptionibus corrigere debeamus. Quòd ſi aliquis tuæ diœceſeos eidem Inſtitutioni veſtræque admonitioni procaciter reniti voluerit, & ea quæ ab eodem ſacro conventu ſalubriter conſtituta ſunt, pro viribus obſervare neglexerit, & exinde ammonitus non ſe correxerit, quicunque ille eſt, ante præſentiam noſtram tuâ vel Miſſi noſtri admonitione, venire feſtinet, quatenùs à nobis juxta quantitatem culpæ dignè corrigatur. Direximus præterea pondus & menſuram ſecundùm quæ Clericis & Sanctimonialibus panis & potus æquabiliter tribuenda ſunt: quæ ut ab omnibus firmiſſime atque inviolabiliter teneatur * decernimus, & ne quid incrementi aut detrimenti à quoquam patiantur, modis omnibus inhibemus. Tuam igitur in calce hujus epiſtolæ ammonemus ſanctitatem ut ſecundùm miniſterium tibi divino munere conlatum, noſtræ in hoc negotio ſaluberrimæ admonitioni obedienter atque inexcuſabiliter * pareas, & cæteris in parendo bonum exemplum tribuas. Dignum quippe juſtumque eſt ut quantò ſublimiùs Sacerdotii dignitate aliis ſuperemines, & à nobis venerabiliter diligeris, tantò magis ad Dei noſtramque voluntatem exequendam devotiorem te atque promptiorem exhibeas. Vale in Domino, & ora pro nobis.

* *Legendum videtur* teneantur.

* [*Al.* inexcrabiliter.]

EPISTOLA

EPISTOLA
AD ARNONEM,
ARCHIEPISCOPUM SALZBURGENSEM.

De eodem Argumento.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus divinâ ordinante Providentiâ Imperator Auguſtus, venerabili Arnoni, Archiepiſcopo, in Domino ſalutem. Sacrum & memorabile Concilium divino nutu noſtroque ſtudio in Aquiſgrani palatio nuper adgregatum, &c. per præſentem Miſſum noſtrum nomine Nothonem, &c. *ut ſuprà, in Epiſtola ad Sicharium.* *Vid.* Annal. Patris le Cointe ad ann. 816.

CAPITULARE AQUISGRANENSE
ANNI DCCCXVI (*).

(*) Capitulare hoc in editione Baluziana ad annum 816 relatum eſt, & ideò in margine paginæ ſequentis indicavit Baluzius ſupplendum eſſe in Prologo *tertio* loco *quarto anno Imperii noſtri*; ſed evidenter eſt anni 817, & nulla ideò correctio facienda eſt in Prologo: nam ut legitur in cap. V. publicatum fuit poſt *Capitulare de vitâ & converſatione Monachorum.* In illo ſiquidem capite, infrà pag. 569, dicitur: *Monachorum cauſam..... in alia ſchedula diligenter admotari fecimus.....* [Nota Editoris.]

Anno DCCCXVI Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Hludouvicus Imperator Chriſtianiſſimus ac piiſſimus ex omni Imperio ſuo fecit conventum Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, vel majorum natu Francorum, ut ſancirent Capitula pro utilitate totius Eccleſiæ. Quod ita factum eſt. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 419. & ſeq.

Incipit Prologus Hludouvici Imperatoris.

QUIA, juxta Apoſtolum, quandiu in hoc ſeculo ſumus, peregrinamur à Domino, & nihil in præſenti fixum, nihil immobile, ſed cuncta veloci pervolant curſu, & Scriptura teſtatur, quodcunque poſſumus, inſtanter operari debemus, quia nulli ad bene operandum craſtinus dies promittitur, omneſque ſecundùm Apoſtolum ante tribunal Chriſti ſtabimus, ut unuſquiſque rationem pro his quæ geſſit reddat, nobis præcipuè qui cæteris mortalibus conditione æquales exiſtimus, & dignitate tantùm ſuperiores ſumus, ſecundùm ſcripturam ſacram, quæ dicit, *Quoniam interrogabit opera noſtra, & cogitationes ſcrutabitur*, rationes reddituri ſumus, ſollicitâ circumſpectione totâque mentis intentione ſatagendum eſt ut bonis operibus jugiter inſiſtendo, his II. Cor. 6. Sap. 6.

quibus præeſſe videmur, modis omnibus, quantùm nobis divinâ ſuffragante miſericordiâ facultas adtributa fuerit, prodeſſe curemus. Sed
Jac. 1. 17. quia omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſùm eſt, debemus continuis precibus dominum humiliter exorare, faciemque illius humili confeſſione & congruâ, prout ipſe poſſe dederit, emendatione prævenire; ut ſicut ejus eſt muneris quòd regnamus, ejus ſit pietatis quòd feliciter regnemus: quatenùs, eo miſerante, & regni gubernacula æquiſſimo libramine tenere, & ad eum qui Rex Regum eſt & Dominus Dominantium, cum multiplici fructu adminiſtrationis noſtræ, juſtitiâ ſcilicet, & pietate, atque humilitate, ſine fine cum eo regnaturi mereamur pervenire. Et quoniam per Apoſtolum ſuum nos adjutores ſuos appellare dignatus eſt, & ſancta Eccleſia, ejus videlicet ſponſa, in Scripturis ſacris hortus eſt appellata, quotidianis exercitiis adhibito ſarculo bonæ operationis eſt excolenda; ut ſicut ſemper nociva in ea velut in bono agro emergunt, ita ſemper laboris boni ſtudio eradicentur noxia, plantentur utilia. Oportet & nos cunctis ejus neceſſitatibus, niſibus quibus poſſumus, devotè conſulere; quatenùs in ejus emendatione, quantùm Dominus poſſe dederit, tota cum mentis devotione elaborantes, in aliqua parte ædificiorum illius, à fabricatore ejus, Domino ſcilicet Jeſu Chriſto, aptari mereamur. Proindè notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque Domino diſpenſante ſucceſſoribus, quia cùm nos nullis exiſtentibus meritis divina pietas, genitore noſtro à rebus humanis exempto, ad ejus imperii culmen provexiſſet, quomodò aut qualiter deſiderium divini cultûs, quod ab ineunte ætate Chriſto inſpirante mente conceperamus, ad effectum Domino ſuffragante perduceremus, & quid ſtudii quidve laboris progenitores noſtri, præcipuè tamen piæ recordationis genitor noſter in utilitatibus ſanctæ Dei Eccleſiæ exhibuerit, adverteremus, & pia illorum facta non ſolùm inviolata conſervare, ſed etiam imitari pro viribus nobis à Domino conceſſis optaremus, ſcilicet ut quicquid ſive in eccleſiaſticis negotiis, ſive in ſtatu reipublicæ, emendatione dignum proſpexiſſemus, quantùm Dominus poſſe dabat, noſtro ſtudio emendaretur. Et hactenùs hinc inde mundanorum turbinum procellis emergentibus, diverſiſſimiſque occupationibus ingruentibus præpediti, ut optaveramus, efficere
* tertio. nequiviſſemus, ejus rei gratiâ * quarto anno imperii noſtri, accerſitis nonnullis Epiſcopis, Abbatibus, Canonicis, & Monachis, & Fidelibus, obtutibus noſtris, ſtuduimus eorum conſulta ſagaciſſimâ inveſtigare inquiſitione, qualiter unicuique ordini, Canonicorum videlicet & Monachorum & Laicorum, juxta quod ratio dictabat & facultas ſuppetebat, Deo opem ferente conſuleremus. Et quoniam licèt ſæpe de ſtatu Eccleſiarum & de ritibus præterito tempore ordinaſſemus, & Miſſos noſtros per ſingula loca deſtinaſſemus, ſed invidente diabolo per tyrannicam pravitatem præpeditum fuiſſet, oportebat ut hoc tempus pacis indultum ad communem ſanctæ Dei Eccleſiæ & omnium noſtrorum utilitatem impenderemus, tribus videlicet modis; ut quæ bene inchoata erant, Deo

auxiliante effectum obtinerent; & ſi quæ bonâ voluntate, ſed incautâ diſcretione, variis præpedientibus cauſis inchoata fuiſſent, ut diligenter inſpicerentur, & diſcretè, prout facultas ſuppetebat, corrigerentur; ſi quæ etiam de his quæ neceſſaria erant deeſſe videremus, ut quærerentur, & Deo auxiliante ad effectum perducerentur: quatenùs deinceps opus noſtrum à nemine juſtè poſſet reprehendi, & tàm noſtris quàm futuris temporibus multorum ſaluti proficeret, & Deo opitulante ſtabile permaneret. Sed qualiter de his divinâ cooperante gratiâ, conſultu fidelium, pro viribus & temporis brevitate, licèt non quantùm debuimus & voluimus, ſed quantùm à Deo poſſe accepimus, egerimus, & quid unicuique ordini, communi voto communique conſenſu, conſulere ſtuduerimus, ita ut quid Canonicis propriè de his, quidve Monachis obſervandum, quid etiam in legibus mundanis, quid quoquè in Capitulis inſerendum foret, adnotaverimus, & ſingulis ſingula obſervanda contraderemus, tamen ut ſive noſtris ſive ſucceſſorum noſtrorum temporibus rata forent, & inviolabiliter Deo annuente conſervarentur, libuit nobis ea quæ geſta ſunt, ob memoriæ firmitatiſque gratiam, in unum ſtrictim congerere, & ſubjectis Capitulis annotare, & in publico archivo recondere; ut ſucceſſores noſtri Deo diſpenſante noſtra pia facta conſervantes, & ipſi nihilominùs bona facta ſua ſucceſſoribus ſuis ſervanda perdoceant.

Explicit Prologus.

Hæc Capitula propriè ad Epiſcopos vel ad Ordines quoſque eccleſiaſticos pertinentia; quæ non ſolùm ipſi obſervare, ſed etiam ſibi ſubjectis vel commiſſis facienda perdocere debent.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De rebus Eccleſiæ non dividendis.*
2. *De Epiſcopis eligendis.*
3. *De dictis Patrum congeſtis pro canonica profeſſione, quia dehoneſtabatur.*
4. *De collatis Eccleſiæ dividendis.*
5. *De Abbatibus eligendis.*
6. *De ordinatione ſervorum.*
7. *De perſonis à quibus non ſunt res accipiendæ.*
8. *Ut nullus Presbyter aliquâ cupiditate quemquam tonſurare ſuadeat.*
9. *De Presbyteris conſtituendis.*
10. *De manſis uniuſcujuſque Eccleſiæ.*
11. *De Presbyteris uniuſcujuſque Eccleſiæ.*
12. *De villis novis, & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis.*
13. *De ſacris vaſis Eccleſiæ in pignus datis.*
14. *De Eccleſiis deſtructis, vel de nonis & decimis.*
15. *De Eccleſiarum honore.*
16. *De Epiſcopis Italiæ.*
17. *De Presbyteris qui feminas in domibus habent.*
18. *De Presbyteris qui pro chriſmate in Cœna domini veniebant.*
19. *De prædicatione & confirmatione Epiſcoporum.*
20. *De pueris tondendis & puellis velandis.*
21. *De feminis viros amittentibus.*
22. *De raptis, & de earum raptoribus.*
23. *De puellis raptis necdum deſponſatis.*
24. *De deſponſatis & ab aliis raptis.*
25. *De his qui virginibus Deo dicatis ſe ſociant.*
26. *De puellis, quo tempore velentur.*
27. *De examinatione ſanctæ Crucis non facienda.*
28. *De pabulo verbi divini nuntiando.*
29. *De inceſtis nuptiis, & de Eccleſiis non dividendis.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De rebus Eccleſiæ non dividendis.

Capitular. lib. 1. c. 77. I. QUIA juxta ſanctorum Patrum traditionem novimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolùm habita conſervare, verùm etiam multa Deo opitulante conferre optamus. Tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus illius ſuſpicionem dudum conceptam penitùs amoveremus, ſtatuimus ut neque noſtris neque filiorum, & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, ullam penitùs diviſionem aut jacturam patiatur.

De Epiſcopis eligendis.

Ibid. c. 78. II. Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur honore, adſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet Epiſcopi per electionem cleri & populi ſecundùm ſtatuta canonum de propria diœceſi, remotâ perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaque prodeſſe valeant.

De dictis Patrum congeſtis pro canonica profeſſione, quia dehoneſtabatur.

Ibid. c. 79. III. Quia vero canonica profeſſio à multis, partim ignorantiâ, partim deſidiâ, dehoneſtabatur, operæ pretium duximus, Deo annuente, apud ſacrum conventum ex dictis ſanctorum Patrum, velut ex diverſis pratis quoſdam vernantes floſculos carpendo, in unam regulam Canonicorum & Canonicarum congerere, & Canonicis vel Sanctimonialibus ſervandam contradere, ut per eam canonicus Ordo abſque ambiguitate poſſit ſervari. Et quoniam illam ſacer conventus ita etiam laudibus extulit, ut uſque ad unum iota obſervandam perceníeret, ſtatuimus ut ab omnibus in eadem profeſſione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus ſive à Canonicis ſive à Sanctimonialibus canonicè degentibus deinceps obſervetur.

De collatis Eccleſiæ dividendis.

Ibid. c. 80. IV. Statutum eſt ut quicquid tempore imperii noſtri à fidelibus Eccleſiæ ſponte conlatum fuerit, in ditioribus locis duas partes in uſus pauperum, tertiam in ſtipendia cedere Clericorum aut Monachorum, in minoribus verò locis æquè inter clerum & pauperes fore dividendum; niſi fortè à datoribus, ubi ſpecialiter dandæ ſint, conſtitutum fuerit.

De Abbatibus eligendis.

Ibid. c. 81. V. Monachorum ſiquidem cauſam qualiter Deo opitulante ex parte diſpoſuerimus, & quomodò ex ſe ipſis ſibi eligendi Abbates licentiam dederimus, & qualiter Deo opitulante quieti vivere propoſitumque ſuum indefeſsè cuſtodire valerent ordinaverimus, in alia ſchedula diligenter adnotari fecimus, & ut apud ſucceſſores noſtros ratum foret & inviolabiliter conſervaretur, confirmavimus.

De ordinatione ſervorum.

Ibid. c. 82. VI. De ſervorum verò ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcretè promovebantur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordari debere. Et ſtatutum eſt ut nullus Epiſcoporum deinceps eos ad ſacros Ordines promovere præſumat, niſi priùs à dominis propriis libertatem conſecuti fuerint. Et ſi quilibet ſervus dominum ſuum fugiens, aut latitans, aut adhibitis teſtibus munere conductis vel corruptis, aut quâlibet calliditate vel fraude, ad gradus eccleſiaſticos pervenerit, decretum eſt ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat. Si verò avus vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & utrùm ſervus ſit ignoraverit, & poſteà veniens dominus illius legibus eum adquiſiverit, ſancitum eſt ut ſi dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. Si vero eum catenâ ſervitutis à caſtris dominicis extrahere voluerit, gradum amittat; quia juxta ſacros Ordines * vilis perſona manens Sacerdotii dignitate fungi non poteſt. De rebus verò illorum vel peculiari qui à propriis dominis libertate donantur ut ad gradus eccleſiaſticos jure promoveantur, ſtatutum eſt ut in poteſtate dominorum conſiſtat utrùm illis concedere, an ſibi vindicare velint. Cæterùm, ſi poſt Ordinationem aliquid adquiſiverint, illud ob-

Vide Tom. XI. Ducheſnii, p. 298.

* [*Al. & rectius*, Canones.]

ſervetur quod in canonibus de conſecratis nihil habentibus conſtitutum eſt. De Eccleſiarum verò ſervis, communi ſententiâ decretum eſt ut Archiepiſcopi per ſingulas provincias conſtituti noſtram auctoritatem, Suffraganei vero illorum exemplar illius penès ſe habeant. Et quandocunque de familia Eccleſiæ utilis inventus aliquis ordinandus eſt, in ambone ipſa auctoritas coram populo legatur, & coram Sacerdotibus vel coram fidelibus laicis ante cornu altaris, ſicut in noſtra auctoritate continetur, remotâ quâlibet calliditate, libertatem conſequatur; & tunc demum ad gradus eccleſiaſticos promoveatur. Similiter quoquè de his agendum eſt quos laici de familia Eccleſiarum ad ſacros ordines promovere voluerint. Sed & de his quos Præpoſiti Canonicorum aut Monachorum ordinandos expetiverint, & eadem forma ſervanda eſt.

Vide Append. Marculſi, c. 8.

De perſonis à quibus non ſunt res accipiendæ.

Capitular. lib. 1. c. 83. VII. Statutum eſt ut nullus quilibet eccleſiaſticus ab his perſonis res deinceps accipere præſumat quarum liberi aut propinqui, hac inconſultâ oblatione, poſſint rerum propriarum exheredari. Quòd ſi aliquis deinceps hoc facere tentaverit, ut & acceptor, ſynodali vel imperiali ſententiâ diſtrictè feriatur, & res ad exheredatos redeant.

Ut nullus Presbyter aliquâ cupiditate quemquam tonſurare ſuadeat.

Ibid. lib. 5. cap. 113. VIII. Statutum eſt etiam ut nullus in canonica aut regulari profeſſione conſtitutus aliquem tonſurare propter res adipiſcendas deinceps perſuadeat: & qui hoc facere tentaverit, ſynodali vel imperiali ſententiâ modis omnibus feriatur.

De Presbyteris conſtituendis.

Ibid. lib. 1. cap. 84. IX. Statutum eſt ut ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum, Preſbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur nec expellantur. Et ſi laici Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in Eccleſiis conſtituendos, obtulerint, nullâ quâlibet occaſione eos reiciant.

De manſis uniuſcujuſque Eccleſiæ.

Ibid. c. 85. *Vide* Duchesn. tom. XI. p. 298. X. Statutum eſt ut unicuique Eccleſiæ unus manſus integer abſque ullo ſervitio adtribuatur, & Preſbyteri in eis conſtituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis vel hortis juxta Eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſervitium faciant præter eccleſiaſticum. Et ſi aliquid ampliùs habuerint, inde Senioribus ſuis debitum ſervitium impendant.

De Presbyteris uniuſcujuſque Eccleſiæ.

Capitulat. lib. 1. c. 86. XI. Statutum eſt, poſtquam hoc impletum fuerit, ut unaquæque Eccleſia ſuum Preſbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente Epiſcopo permiſerit.

De villis novis, & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis.

Ibid. c. 87. XII. Sancitum eſt, de villis novis & Eccleſiis in eiſdem noviter conſtructis, ut decimæ de illis villis ad eaſdem Eccleſias conferantur.

De ſacris vaſis Eccleſiæ in pignus datis.

Ibid. c. 88. XIII. De ſacris vaſis Eccleſiæ, quæ in pignus à nonnullis in quibuſdam locis dari comperimus, inhibitum eſt ne deinceps à quoquam fieri præſumatur, niſi ſolummodò neceſſitate redimendorum captivorum compellente.

De Eccleſiis deſtructis, vel de nonis & decimis.

Ibid. c. 89. XIV. De Eccleſiis ſanè deſtructis, vel de nonis & decimis, ſive de clauſtris Canonicorum, qualiter conſtitui & ordinari nobis placuerit, aliis Capitulis ſubter adnotavimus.

De Eccleſiarum honore.

Ibid. c. 90. XV. Sed & de Eccleſiarum honore, quomodò Deo adjuvante, quantùm in nobis eſt, vigeat, ſimiliter in ſubter adnotatis Capitulis inſertum eſſe dinoſcitur.

De Epiſcopis Italiæ.

Ibid. c. 91. XVI. De Epiſcopis verò in Longobardia conſtitutis, qui ab his quos ordinabant ſacramenta & munera, contra divinam & canonicam auctoritatem, accipere vel exigere ſoliti erant, modis omnibus inhibitum eſt ne ulteriùs fiat; quia juxta ſacros canones uterque à gradu proprio, talia facientes, decidi debent.

De Presbyteris qui ſeminas in domibus habent.

Ibid. c. 92. XVII. Statutum eſt ab Epiſcopis de Preſbyteris qui feminas ſecum indiſcretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opininionis ſuſpicione denotantur, ut ſi deinceps admoniti non ſe correxerint, velut contemptores ſacrorum canonum canonicâ invoctione feriantur.

De Presbyteris qui pro chrismate in cœna Domini veniebant.

Ibid. c. 93. XVIII. De Presbyteris qui accipiendi chrismatis gratiâ ad civitates in cœna Domini venire soliti erant, sancitum est ut de his qui longe positi sunt, de octo vel decem unus ab Episcopo eligatur, qui acceptum chrisma sibi & sociis diligenter perferat. Hi verò qui non longiùs à civitate quàm quatuor aut quinque millibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Discendi verò gratiâ alio, non Quadragesimæ, tempore ad civitates convocentur.

De prædicatione & confirmatione Episcoporum.

Ibid. c. 94. XIX. Ne verò Episcopi occasione prædicandi aut confirmandi oneri essent populis, à nobis admoniti polliciti sunt se deinceps hoc cavere velle, & eo tempore suum ministerium, in quantum facultas dabatur, exequi quo eorum profectio, quantùm in illis erat, his quibus prodesse possunt & debent, non sit importuna vel onerosa.

De pueris tondendis, & puellis velandis.

Ibid. c. 95. XX. Ne pueri verò sine voluntate parentum tonsorentur, vel puellæ velentur, modis omnibus inhibitum est; & qui hoc facere tentaverit, multam quæ in Capitulis legis mundanæ à nobis constitutis continetur, persolvere cogatur.

De feminis viros amittentibus.

Ibid. c. 96. XXI. De feminis quæ viros amittunt, placet ne se sicut hactenùs indiscretè velent, sed ut triginta dies post decessum viri sui expectent, & post tricesimum diem per consilium Episcopi sui, vel si Episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum Sacerdotum, suorumque parentum atque amicorum, id quod eligere debent eligant. Et quia à sacro conventu rogati sunt hi qui publicam gerebant pœnitentiam, & feminæ quæ viros amittebant, nostrâ auctoritate donec deliberent quid agant, tuerentur, specialiter pro his Capitula fieri & legis mundanæ Capitulis inferenda decrevimus.

De raptis, & de earum raptoribus.

Ibid. c. 97. XXII. De raptis verò & de raptoribus, quamquam specialiter decrevissemus quid pati debeant qui hoc nefas facere tentaverint, quid tamen super his sacri canones præcipiant, hîc inferendum necessarium duximus; quatenùs omnibus pateat quantum malum sit, & non solùm humanâ, sed etiam divinâ auctoritate constricti, abhinc hoc malum caveatur.

De puellis raptis, necdùm desponsatis.

Ibid. c. 98. XXIII. De puellis raptis necdum desponsatis ita in Concilio Chalcedonensi, ubi DCXXX. Patres adfuerunt, capitulo XXXVIII, habetur: *Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandis cooperantes & conhibentes raptoribus, decrevit sancta Synodus, si quidem Clerici sunt, decidant gradu proprio; si verò Laici, anathematizentur.* Quibus verbis apertè datur intelligi qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes & conhibentes tanto anathemate feriuntur, & quòd juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenùs possunt.

De desponsatis, & ab aliis raptis.

Ibid. c. 99. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 30. c. 111. Concil. Trosl. c. 8. Isaac, tit. 5. cap. 4. Regino, lib. 2. c. 156. Burchard. lib. 9. cap. 37. 27. q. 2. c. 34. Statutum 98. XXIV De desponsatis puellis & ab aliis raptis ita in Concilio Ancyritano, capitulo decimo, legitur: *Desponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit erui & eis reddi quibus antè fuerant desponsatæ, etiamsi eis à raptoribus vis inlata constiterit.* Proinde statutum est à sacro conventu ut raptor publicâ pœnitentiâ multetur, raptæ verò, si sponsus eam recipere noluerit, & ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quòd si & ipsa consensit, simili sententiæ subjaceat. Quòd si ipsi post hæc se conjungere præsumpserint, utrique anathematizentur.

De his qui viginibus Deo dicatis se sociant.

Capitular. lib. 1. cap. 100. XXV. De his verò qui sacris virginibus se sociant, ita in decretis Papæ Gelasii, capitulo vigesimo, continetur: *Virginibus sacris temerè se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere; quos protinùs æquum est à sacra communione detrudi, & nisi egerint publicam probatamque pœnitentiam, omninò non recipi; aut his certè viaticum de seculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negetur.* Si verò de copulatione sacrarum virginum tam severè feriuntur, quantò severiùs feriendi sunt qui eas rapiunt? Ideò sicut præmissum est, necesse est ut ab omnibus in Christiana religione consistentibus, rigore auctoritatis divinæ vel humanæ, hoc malum radicitùs amputetur.

De puellis, quo tempore velentur.

Ibid. c. 101. XXVI. Ne verò puellæ indiscretè velentur, placuit nobis etiam de sacris canonibus qualiter observandum sit, hîc inserere. De tempore velandarum puella-

rum in Africano Concilio, capitulo decimo ſexto, continetur ut non ante viginti quinque annos conſecrentur. Item in eodem Concilio, capitulo CIII, de virginibus velandis ita continetur: *Item placuit ut quicunque Epiſcoporum, neceſſitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm vel patior possens vel rapior aliquis formidatur, vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compunctus fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem ſeu velavit ante viginti quinque annos ætatis, non ei obſit Concilium quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.* Unde colligitur, quia juxta priorem ſanctionem, virgines vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno ritè conſecrandæ ſint. Quòd ſi præmiſſæ neceſſitates antè id fieri compulerint, nullum poſſit Epiſcopo afferre præjudicium conſecranti.

De examinatione ſanctæ Crucis non facienda.

Ibid. c. 102. XXVII. Sancitum eſt ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere præſumat; ne quæ Chriſti paſſione glorificata eſt, cujuſlibet temeritate contemptui habeatur.

De pabulo verbi divini nuntiando.

Ibid. c. 103. XXVIII. Epiſcopos verò ut ſive per ſe, ſive per vicarios, pabulum verbi divini ſedulò populis adnuntient, (quia, ut ait beatus Gregorius, iram contra ſe occulti Judicis excitat Sacerdos, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit) & ut clerum ſibi commiſſum in ſobrietate & caſtitate nutriant, diviniſque officiis imbuant, quò ritè ad ſacroſanctos eccleſiaſticos ordines promoveri poſſint, & ut operam dent quatenùs Preſbyteri Miſſalem & Lectionarium, ſive cæteros libellos ſibi neceſſarios bene correctos habeant, & qualiter Eccleſias deſtructas ſibi pertinentes juxta vires emendent, qualiter etiam viduas diligenter inſtruant, quomodò etiam ſecundùm apoſtolicam auctoritatem converſari debeant, edoceant, & ut ſuperſtitiones quas quibuſdam in locis in exequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent, & ut exemplo ſuæ innocentiæ alios ad bene vivendum provocent, & cunctis eccleſiaſticis negotiis, in quantum Dominus juverit, totis viribus conſulere ſatagant, diligenter admonuimus; & ut liberiùs exequi valeant, nos, in quantum Dominus poſſe dederit, opem ferre modis omnibus optamus.

De inceſtis nuptiis, & de Eccleſiis non dividendis.

Capitular. lib. 1. cap. 104. XXIX. Nonnulla verò Capitula, ſicut de inceſtis nuptiis, necnon & de Eccleſiis quæ inter coheredes dividuntur, & tali occaſione proprio honore carent, ſive de his Eccleſiis quæ nimiùm rebus propriis ſunt adtenuatæ, vel certè de his rebus quæ nuper, neceſſitate compellente, à nonnullis eccleſiaſticis ſunt ablatæ, & ſi quæ ſunt talia ſive in eccleſiaſticis ſive in publicis rebus emendatione digna, quæ pro temporis brevitate efficere nequivimus, in tantum differendum illud dignum judicamus donec, Domino favente, conſultu fidelium facultas nobis id efficiendi ab eo tribuatur. Inventa verò ut Deo opitulante effectum obtineant per tempora, jam emendata atque correcta ac reſtituta ſcriptis confirmare optamus.

☞ *In Codice mſ. Metenſi ſequitur deinde Capitulare* Si quis aut ex levi causâ, &c. *quod Baluzius retulit infrà, pag. 597.*

PRÆCEPTUM SECUNDUM

Pro Hiſpanis qui in regno Francorum manebant.

Hoc eſt præceptum conceſſionis quod fecit Ludovicus Imperator Hiſpanis qui ad ſe perfugerant [*contrà oppreſſiones Comitum.*]

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus, divinâ ordinante providentiâ, Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris, tam præſentibus quàm & futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris, quia poſtquam Hiſpani, qui de poteſtate Sarracenorum ſe ſubtraxerunt, & ad noſtram ſeu genitoris noſtri fidem ſe contulerunt, & præceptum auc-

toritatis noſtræ, qualiter in regno noſtro cum ſuis Comitibus converſari & noſtrum ſervitium peragere deberent, ſcribere & eis dare juſſimus, querimoniam aliqui ex ipſis Hiſpanis noſtris auribus detulerunt duo capitula continentem; quorum unum eſt quòd quando iidem Hiſpani in noſtrum regnum venerunt, & locum deſertum, quem ad habitandum occupaverunt, per præceptum Domni & Genitoris noſtri ac noſtrum ſibi ac ſucceſſoribus ſuis ad poſſidendum adepti ſunt, hi qui inter eos maiores & potentiores erant ad palatium venientes, ipſi præcepta regalia ſuſceperunt, quibus ſuſceptis, eos qui inter illos minores & infirmiores erant, loca tamen ſua bene excoluiſſe videbantur, per illorum præceptorum auctoritatem, aut penitùs ab eiſdem locis depellere, aut ſibi ad ſervitium ſubjicere conati ſunt. Alterum eſt, quòd ſimili modo de Hiſpania venientes, & ad Comites ſive vaſſos noſtros vel etiam ad vaſſos Comitum ſe commendaverunt, & ad habitandum atque excolendum deſerta loca acceperunt; quæ ubi ab eis exculta ſunt, ex quibuſlibet occaſionibus eos inde expellere, & ad opus proprium retinere, aut aliis propter præmium dare voluerunt. Quorum neutrum juſtum aut rationabile nobis eſſe videtur. Et ideò per hanc noſtræ præceptionis auctoritatem decernimus atque jubemus, ut hi qui vel noſtrum vel Domni & Genitoris noſtri præceptum accipere meruerunt, hoc quod ipſi cum ſuis hominibus de deſerto excoluerunt, per noſtram conceſſionem habeant. Cæteri verò qui ſimul cum eis venerunt & loca deſerta occupaverunt, quicquid de inculto excoluerunt, abſque ullius inquietudine poſſideant, tam ipſi quàm illorum poſteritas; ita duntaxat ut ſervitium noſtrum cum illo qui ipſum præceptum accepit, pro modo poſſeſſionis quam tenet, facere debeat. Hi verò qui poſteà venerunt, & ſe aut Comitibus, aut vaſſis noſtris, aut paribus ſuis ſe commendaverunt, & ab eis terras ad habitandum acceperunt, ſub quali conveniencia atque conditione acceperunt, tali eas in futurum & ipſi poſſideant, & ſuæ poſteritati derelinquant. Hoc noſtræ auctoritatis decretum non ſolùm erga præteritos & præſentes, verùm etiam erga futuros qui adhuc ex illis partibus ad noſtram fidem venturi ſunt, conſervandum ſtatuimus, de hac conſtitutione noſtra ſeptem præcepta uno tenore conſcribere juſſimus: quorum unum in Narbona, alterum in Carcaſſona, tertium in Roſciliona, quartum in Empuriis, quintum in Barchinona, ſextum in Gerunda, ſeptimum in Biterris haberi præcepimus, & exemplar eorum in archivo palatii noſtri, ut prædicti Hiſpani ab illis ſeptem exemplaria accipere & habere poſſint, & per exemplar quod in palatio retinemus, ſi rurſùm querela nobis delata fuerit, faciliùs poſſit definiri. Et ut hæc noſtræ auctoritatis Conſtitutio firmiorem obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ pleniùs per tempora conſervetur, manu propriâ ſubterfirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Domni HLUDOUVICI ſereniſſimi Imperatoris.

ARNALDUS ad vicem HELISACHAR recognovit.

Data IV. Idûs Februarii, anno Chriſto propitio tertio imperii Domni Hludouvici piiſſimi Auguſti, Indictione IX.

Actum Aquiſgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

CHARTA

CHARTA DIVISIONIS IMPERII

INTER

LOTHARIUM, PIPPINUM ET LUDOVICUM,

FILIOS LUDOVICI PII IMPERATORIS.

*Ann. 1677. *Nunc * primùm edita ex veteri Codice mſ. Bibliothecæ Colbertinæ.*

Diviſio Imperii Domni Hludouvici inter dilectos filios ſuos, inter Hlotharium videlicet & Pippinum & Hludouvicum, anno quarto Imperii ſui.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus, divinâ ordinante providentiâ, Imperator Auguſtus. Cùm nos in Dei nomine anno incarnationis Domini octingenteſimo ſeptimo decimo, Indictione decimâ, annoque Imperii noſtri quarto, menſe Julio, Aquiſgrani palatio noſtro more ſolito ſacrum conventum & generalitatem populi noſtri propter eccleſiaſticas, vel totius Imperii noſtri utilitates pertractandas, congregaſſemus & in his ſtuderemus, ſubitò divinâ inſpiratione actum eſt ut nos fideles noſtri commonerent quatenùs manente noſtrâ incolomitate, & pace undique à Deo conceſsâ, de ſtatu totius regni & de filiorum noſtrorum cauſa, more parentum noſtrorum, tractaremus. Sed quamvis hæc admonitio devotè ac fideliter fieret, nequaquam nobis nec his qui ſanum ſapiunt, viſum fuit ut amore filiorum aut gratiâ unitas Imperii à Deo nobis conſervati diviſione humanâ ſcinderetur, ne fortè hac occaſione ſcandalum in ſancta Eccleſia oriretur, & offenſam illius in cujus poteſtate omnium jura regnorum conſiſtunt, incurreremus. Idcircò neceſſarium duximus ut jejuniis & orationibus, & eleemoſynarum largitionibus, apud illum obtineremus quod noſtra infirmitas non præſumebat. Quibus ritè per triduum celebratis, nutu omnipotentis Dei, ut eredimus, actum eſt ut & noſtra & totius populi noſtri in dilecti primogeniti noſtri Hlotharii electione vota concurrerent. Itaque taliter divinâ diſpenſatione manifeſtatum placuit & nobis & omni populo noſtro, more ſolenni imperiali diademate coronatum, nobis & conſortem & ſucceſſorem Imperii, ſi Dominus voluerit, communi voto conſtitui. Cæteros verò fratres ejus, Pippinum videlicet & Hludouvicum æquivocum noſtrum, communi conſilio placuit regiis inſigniri nominibus, & loca inferiùs denominata conſtituere in quibus poſt deceſſum noſtrum, ſub ſeniore fratre, regali poteſtate potiantur juxta inferiùs adnotata Capitula, quibus quam inter eos conſtituimus conditio continetur. Quæ Capitula propter utilitatem Imperii, & perpetuam inter eos pacem conſervandam, & totius Eccleſiæ tutamen cum omnibus fidelibus noſtris conſiderare placuit, & conſiderata conſcribere

Vid. Agob. pag. 45. & Notas ad Agob. pag. 109.

Vide Epiſt. 34. Eginhardi.

Vide Thegan. cap. 21.

& conſcripta propriis manibus firmare, ut Deo opem ferente, ſicut ab omnibus communi voto actum eſt, ita communi devotione à cunctis inviolabiliter conſerventur ad illorum & totius populi Chriſtiani perpetuam pacem. Salvâ in omnibus noſtrâ imperiali poteſtate ſuper filios & populum noſtrum, cum omni ſubjectione quæ patri à filiis & Imperatori ac Regi à ſuis populis exhibetur.

CAP. I.

Vide infrà, p. 593. in Toloſano.

VOLUMUS ut Pippinus habeat Aquitaniam & Waſconiam, & Marcham Toloſanam totam, & inſuper Comitatos quatuor, id eſt, in Septimania Carcaſſenſem, & in Burgundia Auguſtudunenſem, & Avalenſem & Nivernenſem.

II.

Item Hludouvicus volumus ut habeat Bajoariam & Carentanos, & Beheimos & Avaros, atque Sclavos qui ab orientali parte Bajoariæ ſunt, & inſuper duas villas dominicales ad ſuum ſervitium in pago Nortgaoe Luttraof & Ingoldeſtat.

III.

Volumus ut hi duo fratres, qui Regis nomine cenſentur, in cunctis honoribus intra ſuam poteſtatem diſtribuendis propriâ poteſtate potiantur; tantùm ut in Epiſcopatibus & Abbatiis eccleſiaſticus ordo teneatur, & in cæteris honoribus dandis honeſtas & utilitas ſervetur.

IV.

Item volumus ut ſemel in anno, tempore opportuno, vel ſimul vel ſingillatim, juxta quod rerum conditio permiſerit, viſitandi & videndi, & de his quæ neceſſaria ſunt, & quæ ad communem utilitatem vel ad perpetuam pacem pertinent, mutuo fraterno amore tractandi gratiâ ad ſeniorem fratrem cum donis ſuis veniant. Et ſi fortè aliquis illorum quâlibet inevitabili neceſſitate impeditus venire tempore ſolito & opportuno nequiverit, hoc ſeniori fratri legatos & dona mittendo ſignificet; ita duntaxat ut cùm primùm poſſibilitas congruo tempore adfuerit, venire quâlibet cavillatione non diſſimulet.

V.

Volumus atque monemus ut ſenior frater, quando ad eum aut unus aut ambo fratres ſui cum donis, ſicut prædictum eſt, venerint, ſicut ei major poteſtas Deo annuente fuerit attributa, ita & ipſe illos pio fraternoque amore largiori dono remuneret.

VI.

Volumus atque jubemus ut ſenior frater junioribus fratribus ſuis, quando contra exteras nationes auxilium ſibi ferre rationabiliter expetiverint, juxta quod ratio dictaverit & temporis opportunitas permiſerit, vel per ſe ipſum vel per fideles Miſſos & exercitus ſuos opportunum eis auxilium ferat.

VII.

Item volumus ut nec pacem nec bellum contra exteras, & huic à Deo conſervato imperio inimicas nationes, abſque conſilio & conſenſu ſenioris fratris ullatenùs ſuſcipere præſumant. Impetum verò hoſtium ſubitò inſurgentium, vel repentinas incurſiones, juxta vires per ſe repellere ſtudeant.

VIII.

De legatis verò, ſi ab exteris nationibus vel propter pacem faciendam, vel bellum ſuſcipiendum, vel civitates aut caſtella tradenda, vel propter alias quaſlibet majores cauſas directi fuerint, nullatenùs ſine ſenioris fratris conſcientia eis reſpondeant, vel eos remittant. Si autem ad illum de quacunque parte Miſſi directi fuerint, ad quemlibet illorum primò pervenerint, honorificè eos cum fidelibus Miſſis uſquè ad ejus præſentiam faciat pervenire. De levioribus ſanè cauſis juxta qualitatem legationis per ſe reſpondeant. Illud tamen monemus, ut quomodocunquè ſe res in confinibus eorum habuerint, ſemper ad ſenioris fratris notitiam perferre non neglegant, ut ille ſemper ſollicitus & paratus inveniatur ad quæcunque neceſſitas & utilitas regni poſtulaverit.

IX.

Præcipiendum etiam nobis videtur ut poſt deceſſum noſtrum uniuſcujuſque vaſſallus tantùm in poteſtate domini ſui beneficium, propter diſcordias evitandas, habeat, & non in alterius. Proprium autem ſuum & hereditatem, ubicunque fuerit, ſalvâ juſtitiâ cum honore & ſecuritate ſecundùm ſuam legem unuſquiſque abſque injuſta inquietudine poſſideat; & licentiam habeat unuſquiſque liber homo, qui Seniorem non habuerit, cuicunque ex his tribus fratribus voluerit ſe commendandi.

X.

Si autem, & quod Deus avertat, & quod nos minimè optamus, evenerit ut aliquis illorum propter cupiditatem rerum terrenarum, quæ est radix omnium malorum, aut diviſor aut oppreſſor Eccleſiarum vel pauperum extiterit, aut tyrannidem, in qua omnis crudelitas conſiſtit, exercuerit, primò ſecretò ſecundùm Domini præceptum per fideles legatos ſemel, bis, & ter de ſua emendatione commoneatur; ut ſi his reniſus fuerit, accerſitus à fratre coram altero fratre paterno & fraterno amore moneatur & caſtigetur. Et ſi hanc ſalubrem admonitionem penitùs ſpreverit, communi omnium ſententiâ quid de illo agendum ſit decernatur; ut quem ſalubris ammonitio à nefandis actibus revocare non potuit, imperialis potentia communiſque omnium ſententia coerceat.

XI.

Rectores verò Eccleſiarum de Francia talem poteſtatem habeant rerum ad illas pertinentium, ſive in Aquitania, ſive in Italia, ſive in aliis regionibus ac provinciis huic imperio ſubjectis, qualem tempore genitoris noſtri habuerunt vel noſtro habere noſcuntur.

XII.

De tributis verò & cenſibus vel metallis, quicquid in eorum poteſtate exigi vel haberi poterit, ipſi habeant, ut ex his in ſuis neceſſitatibus conſulant, & dona ſeniori fratri deferenda meliùs præparare valeant.

XIII.

Volumus etiam ut ſi alicui illorum poſt deceſſum noſtrum tempus nubendi venerit, ut cum conſilio & conſenſu ſenioris fratris uxorem ducat. Illud tamen, propter diſcordias evitandas & occaſiones noxias auferendas, cavendum decernimus, ut de exteris gentibus nullus illorum uxorem accipere præſumat. Omnium verò homines, propter pacem artiùs conligandam, ubicunque inter partes elegerint, uxores ducant.

XIV.

Si verò aliquis illorum decedens legitimos filios reliquerit, non inter eos poteſtas ipſa dividatur; ſed potiùs populus pariter conveniens unum ex eis, quem Dominus voluerit, eligat; & hunc ſenior frater in loco fratris & filii ſuſcipiat, & honore paterno ſublimato, hanc conſtitutionem erga illum modis omnibus conſervet. De cæteris verò liberis pio amore pertractent qualiter eos more parentum noſtrorum ſalvent & cum conſilio habeant.

XV.

Si verò abſque legitimis liberis aliquis eorum deceſſerit, poteſtas illius ad ſeniorem fratrem revertatur. Et ſi contigerit illum habere liberos ex concubinis, monemus ut erga illos miſericorditer agat. Lex Bajuvar. tit. 14. c. 8. §. 2.

XVI.

Si verò alicui illorum contigerit, nobis decedentibus, ad annos legitimos juxta Ribuariam legem nondum perveniſſe, volumus ut donec ad præfinitum annorum terminum veniat, quemadmodùm modò à nobis, ſic à ſeniore fratre & ipſe & regnum ejus procuretur atque gubernetur. Et cùm ad legitimos annos pervenerit, juxta taxatum modum ſuâ poteſtate in omnibus potiatur.

XVII.

Regnum verò Italiæ eo modo prædicto filio noſtro, ſi Deus voluerit ut ſucceſſor noſter exiſtat, per omnia ſubjectum ſit ſicut & patri noſtro fuit, & nobis Deo volente præſenti tempore ſubjectum manet.

XVIII.

Monemus etiam totius populi noſtri devotionem, & ſinceriſſimæ fidei penè apud omnes gentes famoſiſſimam firmitatem, ut ſi is filius noſter qui nobis divino nutu ſucceſſerit, abſque legitimis liberis rebus humanis exceſſerit, propter omnium ſalutem & Eccleſiæ tranquillitatem, & Imperii unitatem, in elegendo uno ex liberis noſtris, ſi ſuperſtites fratri ſuo fuerint, eam quam in illius electione fecimus conditionem, imitentur; quatenùs in eo conſtituendo non humana, ſed Dei quæratur voluntas adimplenda.

CAPITULARE AQUISGRANENSE

DE VITA ET CONVERSATIONE MONACHORUM,

SIVE

Appendix novæ editionis Chronici Caſin. pag. 5. Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 220-224. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 435.

CONVENTUS Aquiſgranenſis Abbatum & Monachorum regni Francorum, in quo ſancita ſunt Capitula octuaginta ad continendos in officio Monachos: quæ cùm Principis auctoritate conſtituta fuiſſent, ab eoque deinceps approbata, inter ejus Capitularia referri meruerunt. De quibus hæc habet Leo Oſtienſis in Chronico Caſinenſi, lib. I, cap. XVI: *Ludouvicus Imperator, qui cognominatus eſt Almus vel Sanctus, hujus Karoli filius, quarto imperii anno Aquiſgrani in palatio cum plurimis totius Franciæ Abbatibus religioſiſque Monachis conventum faciens, utiliſſima noſtri Ordinis obſervationi ſeptuaginta & duo generalia Capitula conſtituit; quæ ita ferè omnia apud nos, ac ſi beati Benedicti regula, obſervantur.*

Vide Notam appoſitam ſuprà, pag. 561. In Codice Helmaſtadienſi legitur: *Anno... 816, Imperii... Hludouvici tertio....*

Capitulare iſtud eſt Capitularium Additio I.

ANNO incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXVII, imperii verò glorioſiſſimi Principis Hludouvici quarto, VI. Idûs Julias, cùm in domo Aquiſgrani palatii, quæ *Lateranis* dicitur, Abbates complures unà cum ſuis reſediſſent Monachis, hæc quæ ſubſequuntur Capitula communi conſilio ac pari voluntate inviolabiliter à Regularibus conſervari decreverunt.

INDEX CAPITULORUM.

De Abbatibus, mox ut ad monaſteria ſua remeaverint, ut regulam diſcutiant, & efficaciter legant, & quod legerint & intellexerint, cum ſuis obſervent Monachis.

Concil. Troſl. c. 3. *Vide* Centuriatores, cent. IX. c. 6. p. 274; & cap. 9. pag. 404.

I. UT Abbates, mox ut ad monaſteria ſua remeaverint, regulam per ſingula verba diſcutientes pleniter legant, & intelligentes, Domino opitulante, efficaciter cum Monachis ſuis implere ſtudeant.

De Monachis, ut regulam ſancti Benedicti, qui valuerint, memoriter diſcant.

II. Ut Monachi omnes, qui poſſunt, memoriter regulam diſcant.

De regulari officio, ut juxta præceptum ſancti Benedicti celebrent Monachi.

III. Ut officium juxta quod in regula ſancti Benedicti continetur, celebrent Monachi.

Ut tam in coquina, quàmque & in cunctis monaſterii officinis, Monachi operentur, & ut ipſi veſtimenta ſua lavent.

IV. Ut in coquina, in piſtrino, & in cæteris artium officinis propriis operentur manibus, & veſtimenta ſua opportuno tempore lavent.

De Monachis, ut poſt matutinalem expletionem, niſi ante conſtitutam ſurrexerint horam, denuò ad lectos ſuos non præſumant cauſâ dormiendi redire.

V. Ut nullo umquam tempore poſt vigilias, cauſâ dormiendi, niſi contigerit eos ante horam conſtitutam ſurgere, ad lectos redeant ſuos.

Ut Monachi, niſi in ſabbato ſancto Paſchæ, per totam Quadrageſimam non radantur. Alio tempore poſt finitos quindecim dies licitò radantur, tam in ſabbatis, quàm & in octavis Paſchæ.

VI. Ut in Quadrageſima, niſi in Sabbato ſancto, non radantur. Alio autem

tempore, ſemel per quindecim dies radantur, & (in octavis Paſchæ. *)

*Hæc deſunt in Cod. Helmaldſt. Notæ ad Conc. Reg. pag. 657, 831.

De balnearum uſu.

VII. Ut balnearum uſus in arbitrio Prioris conſiſtat.

De non edendis volatilibus à Monachis intus foriſve, niſi infirmitatis cauſâ.

VIII. Ut volatilia intus foriſve, niſi pro infirmitate, nullo tempore comedant.

Ne Epiſcopi Monachis volatilia comedere præcipiant.

Notæ ad Conc. Reg. pag. 720.

IX. Ut nullus Epiſcoporum Monachis volatilia comedere præcipiat.

Ne à Monachis poma & lactucæ, niſi quando alius cibus ſumitur, manducentur.

X. Ut poma & lactucæ, niſi quando alius ſumitur cibus, non comedantur.

De certo tempore phlebotomandi obſervando. Et ut Monachis tunc ibi cibus potuſque magis in ſupplementum largiatur.

* *In mſ. S. Gilli*, flecotomie.

XI. Ut certum phlebotomiæ * tempus non obſervent; ſed unicuique ſecundùm quod neceſſitas expoſtulat, concedatur, & ſpecialis in cibo & in potu tunc conſolatio præbeatur.

Ut ſi neceſſuas poſtulaverit, Monachis poſt veſpertinum cibum ante lectionem Completorum potus tribuatur. Similiter quadrageſimali tempore, vel quando mortuorum officium egerint.

XII. Ut ſi neceſſitas popoſcerit ob operis laborem, poſt refectionem veſpertinam, etiam & in Quadrageſima pari modo, & quando officium mortuorum celebratur, priuſquàm lectio completorii legatur, bibant.

De Monacho à Priore ſuo increpato.

Notæ ad Conc. Reg. pag. 1089.

XIII. Ut cùm à quocunque Priore ſuo increpatus quis eorum fuerit, *Mea culpâ* primò dicat; dehinc proſternens ſe illius pedibus cum cappa, ſi habuerit, veniam petat. Et tunc jubente Priore ſurgat, & unde interrogatus fuerit rationem humiliter reddat.

Ut nudi pro qualibet culpa coram aliis non vapulent Monachi.

XIV. Ut nudi pro qualibet culpa coram fratrum obtutibus non flagellentur.

Vide Rouſſerium in libro de Statu & Origine Ordinis S. Franciſci, pag. 691, extrem. Centur. p. 275, p. 14.

Ne murmurent Monachi tempore legendi & meridiano occupati ad colligendas fruges.

XVII. Ut ſi neceſſitas fuerit eos occupari in fruges colligendo, aut in alia opera, (conſtitutum legendi & meridie pauſandi tempus prætermittatur, & operantes *) non murmurent.

*Hæc deſunt in Cod. Pith.

De Monachis quartâ & ſextâ feriâ jejunantibus.

XVIII. Ut quartâ & ſextâ feriâ jejunantes, ante nonam, aut poſt nonam, ſi neceſſitas fuerit, juxta Prioris arbitrium, levia opera exerceant.

Ut in quadrageſimali tempore Monachi libros accipiant.

XIX. Ut in Quadrageſima libris de bibliotheca ſecundùm Prioris diſpoſitionem acceptis, alios, niſi Prior decreverit expedire, non accipiant.

Notæ ad Conc. Reg. pag. 806.

De veſtimento Monachis nec ſatis pretioſo nec ſatis vili dando.

XX. Ut eis veſtimenta nec multùm vilia, nec multùm pretioſa, ſed mediocria dentur

De cucullæ menſura.

XXI. Ut menſura cucullæ duobus conſiſtat cubitis.

De poteſtate Abbatis, ſi extra menſuram infrà poſitam aliquid addendum decreverit.

XXII. Ut ſi infrà poſitæ menſuræ quantitatem decreverit Abbas cauſâ neceſſitatis quippiam augeri, in illius maneat poteſtate. Alioquin hoc omninò provideat, ut camiſias duas, & tunicas duas, & cucullas, duas & cappas duas unuſquiſque Monachorum habeat; quibus verò neceſſe eſt addatur & tertia, & pedules quatuor paria, & femoralia duo paria, rocum unum, pellicias uſque ad talos duas, faſciolas duas; quibus autem neceſſe eſt itineris cauſâ, alias duas manicas, quas vulgò *wantos* appellamus, in æſtate, *muſfulas* in hyeme vervecinas, calciamenta diurna paria duo, ſubtalares per noctem in æſtate duas, in hyeme verò ſoccos, ſaponem & uncturam ſufficienter, pinguedinem ad eſum; excepto ſextâ feriâ & viginti diebus ante nativitatem Domini, & ſeptimanâ illâ quæ ante quadrageſimam vocatur *quinquageſima*. Ubi autem vinum non eſt unde emina detur, duplicem eminæ menſuram de cerviſia bona. Et quæcunque præter hæc regula jubet, ſinguli, cùm neceſſitas poſtulaverit, abſque dilatione accipiant.

Tom. 4. Spicil. p. 3.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Vide Supplementum Antiquitat. Pariſ. p. 91. Regula S. Bened. cap. 55.

De pedibus fratrum viciſſim lavandis.

XXIII. Ut in Quadrageſima, ſicut & in alio tempore, viciſſim ſibi pedes lavent,

Ne ſoli in itinere dirigantur Monachi.

Notæ ad Conc. Reg. pag. 667.

XV. Ut ſoli videlicet, ſine alio fratre in viam non dirigantur.

Burchard. lib. 8. c. 82. Ivo, part. 1. cap. 133. Gratian. diſt. 4. de conſ. c. 104. *Monachi.*

Ne ſibi compatres vel commatres Monachi faciant.

XVI. Ut ſibi compatres commatreſve non faciant, neque oſculentur feminas.

Concil. Londin. ann. 1102, cap. 19. S. Gregor. lib. 3. Ind. 12. Ep. 40. Concil. Autiſſiodor. cap. 25. Ivo, part. 7. c. 10. Tom. 2. Spicil. p. 639 in fin. Not. ad Conc. Reg. p. 1018.

& antiphonas huic officio congruentes decantent. In Cœna verò Domini pedes fratrum, ſi valet, Abbas lavet & oſculetur, & demùm propriâ manu poculum eis porrigat.

De mandato poſt cœnam faciendo.

Vita Alcuini, p. 8. XXIV. Ut mandatum, ſi tempus cœnæ eſt, tam fratrum quàm etiam peregrinorum, poſt cœnam fiat.

De menſura Monachorum, ut eâ Abbates illorum ſint contenti.

XXV. Ut eâ quam Monachi ſui habent menſurâ ſint Abbates contenti, in manducando, in bibendo, in dormiendo, in veſtiendo, in operando, quando in aliis utilitatibus non fuerint occupati.

De villis fratrum, ut eas non circumeant Monachi.

XXVI. Ut villas frequenter, & niſi neceſſitas coegerit, non circumeant, neque ſuis illas Monachis cuſtodiendas committant Et ſi eos ire ad eas neceſſitas fuerit, expleto neceſſitatis negotio ad ſua mox monaſteria redeant.

De Abbate vel quolibet Monacho, ne ad portam monaſterii cum quocunque hoſpite manducare præſumat.

XXVII. Ut Abbas vel quiſpiam fratrum ad portam monaſterii cum hoſpitibus non reficiant. In refectorio autem omnem eis humanitatem manducandi ac bibendi exhibeat. (Ipſe tamen eâ cibi potûſque menſurâ contentus ſit quam reliqui fratres accipiunt. *) Si verò propter hoſpitem voluerit ad ſolitam menſuram fratribus ſibique augere aliquid, in ſua maneat poteſtate.

Vid Notas, tom. 2. p. 1087.

Ne ſervitores fratrum poſt refectionem eorum ad unam menſam, ſed in propriis ſedeant locis.

XXVIII. Ut ſervitores, non ad unam menſam, ſed in propriis locis, poſt refectionem fratrum reficiant; quibus eadem lectio quæ fratribus recitata eſt, legatur.

De lectore, ut nihil niſi quod regula decernit accipiat.

Notæ ad Concor. Regul. p. 717. Regula S. Bened. cap. 38. XXIX. Ut nihil lectori, niſi quod regula jubet, detur.

De Alleluya in Septuageſima dimittendo.

XXX. Ut Alleluya in Septuageſima dimittatur.

De Præpoſito, ut majorem quàm cæteri habeat poteſtatem.

Notæ ad Concor. Regul. p. 169. 197. 414. Flodoard. p. 509. XXXI. Ut Præpolitus intra & extra monaſterium poſt Abbatem majorem reliquis Abbati ſubditis habeat poteſtatem.

De Præpoſito Monachis non conſtituendo, niſi & ipſe Monachus ſit.

XXXII. Ut Monachis non niſi Monachus conſtituatur Præpoſitus.

De ſenioribus fratribus monaſterium circumeuntibus.

XXXIII. Ut de ſenioribus monaſterium circumeuntibus quidam cum fratribus in obedientiam exeant, quidam in monaſterio propter cuſtodiam remaneant.

De novitio fratre, ut non facilis ei in monaſterium tribuatur ingreſſus.

Tom. 1. Conc. Ang. p. 251, c. 24. Notæ ad Conc. Reg. p. 936, 944. XXXIV. Ut Novitio non facilis in monaſterio tribuatur ingreſſus, & ut in cella (hoſpitum probationis cauſâ *) hoſpitibus ſerviat paucis diebus. Res verò, ſi quas habet, parentibus ſuis commendet. Expleto autem probationis ſuæ anno, ſecundùm quod regula præcipit inde faciat. Ipſe verò nec tondeatur, nec veſtimenta priſtina immutet, priuſquam obedientiam promittat.

* Hæc deſunt in Codic. Colleg. Par. Soc. J.

De Monacho, quid agat poſt factam profeſſionem.

Notæ ad Conc. Reg. p. 977. Centur. p. 275. c. 33. XXXV. Ut Monachus, profeſſione factâ, tribus diebus cucullâ coopertum habeat caput.

De puero, ut pater & mater eum ad altare offerant.

Ibid. pag. 988. XXXVI. Ut puerum pater aut mater tempore oblationis offerant ad altare, & petitionem pro eo coram laicis teſtibus faciant, quam tempore intelligibili regulam obſervare promiſerit, ipſe puer confirmet.

De infantibus oblatis, ut carnem non comedant.

XXXVII. Ut infantes oblati carnem, non niſi cauſâ infirmitatis, manducent.

De fratribus poſt ſextam dormientibus.

XXXVIII. Ut quando fratres poſt ſextam dormiunt, ſi quis eorum voluerit legere, in Eccleſia aut in lecto ſuo legat.

De fratribus, ut uſque nonam in Quadrageſima operentur.

XXXIX. Ut in Quadrageſima uſque ad nonam operentur fratres, quatenùs Miſſâ celebratâ tempore congruo reficiant.

De his fratribus qui quolibet modo, tamen graviter delinquunt.

* carcer. *Vide* Notas tom. 2. p. 1088. XL. Ut domus * ſemota his qui fugere, aut pugnis baculiſve inter ſe voluerint confligere, aut quibus in integro factæ ſunt regulares diſciplinæ, habeatur hujuſmodi quâ in hyeme ignis poſſit accendi, & atrium juxtâ ſit in quo valeant quod eis injungitur, operari.

De eo qui in refectorio negligenter coram fratribus aliquid excesserit.

Vide Centuriatores, cent. IX. c. 6. p. 272.

XLI. Ut si quis negligenter sonitum fecerit, aut aliud quid excesserit in refectorio, mox à Priore veniam petat.

De plebeio non recipiendo in monasterio, nisi Monachus fieri voluerit.

Notæ ad Conc. Reg. p. 1001. Vide Concil. Cæsar. August. ann. 381. Vide Centuriatores, p. 272. c. 3.

XLII. Ut nullus plebeius seu Clericus secularis in monasterio ad habitandum recipiatur, nisi voluerit fieri Monachus.

Ne Monachus jurando sermonem proferat, nisi sicut sancti Patres constituerunt loqui.

XLIII. Ut nemini liceat sermonem juramenti aut affirmationis proferre, nisi sicut sancti Patres soliti fuerunt loqui.

De Abbatibus cellulas Monachorum vel Canonicorum habentibus.

XLIV. Ut Abbatibus liceat habere cellas in quibus aut Monachi sint aut Canonici. Et Abbas prævideat ne minùs de Monachis ibi habitare permittat quam sex.

De schola in monasterio non habenda, nisi de his qui oblati fuerint.

Notæ ad Concor. Regular. pag. 288, 682. 1059.

XLV. Ut schola in monasterio non habeatur, nisi eorum qui oblati sunt.

De præcipuis solemnitatibus Sanctorum, ut plenarium in eis officium fiat, & bis Monachi edant.

XLVI. Ut in præcipuis solemnitatibus, id est, in Natale & in octavis Domini, in Epiphania, in Pascha quoquè, & Ascensione Domini, & in Pentecosten, & in Sanctorum festivitatibus, id est, sancti Stephani, & in beati Johannis Evangelistæ, & in natale Infantium, in Purificatione & Assumptione sanctæ Mariæ, similiter & in beatorum Apostolorum festis, & in sancti Johannis Baptistæ nativitate, in sancti quoquè Laurentii atque Martini, & in sancti Benedicti, seu in natalitiis cujuslibet sancti cujus honor in qualicunque parochia specialiter celebratur, plenarium officium agatur, & bis reficiatur.

De jejunio Paraſceve.

XLVII. Ut in Paraſceve non aliud nisi panis & aqua sumatur.

De benedictione post Completorium dicenda.

XLVIII. Ut benedictio post Completorium à Sacerdote dicatur.

De decimis dandis tam Ecclesiæ quàm pauperibus.

XLIX. Ut de omnibus in eleemosynam datis, tam Ecclesiæ quàm fratribus, decimæ pauperibus dentur.

De specialibus psalmis pro eleemosynariis & defunctis cantandis.

L. Ut prætermissis partitionibus psalterii, psalmi speciales pro eleemosynariis & defunctis cantentur.

De Pentecoste, ut per hebdomadam non flectantur genua, neque jejunetur, nisi dies jejunii extiterint.

Vide Centuriatores, pag. 279, c. 13.

LI. Ut in hebdomada Pentecosten non flectantur genua & non jejunetur, nisi statuti fuerint dies jejunii.

De laicis in refectorium Monachorum, manducandi vel bibendi causâ, non ducendis.

Notæ ad Concor. Regular. pag. p. 307.

LII. Ut laici causâ manducandi ac bibendi in refectorium non ducantur.

De vestimentis & calciamentis, ut fratribus quoties expedit dentur.

LIII. Ut quoties exposcit necessitas, vestimenta & calciamenta & omnia necessaria fratribus dentur.

De his qui præponuntur, ut Nonni *vocentur.*

Ibid. pag. 1021-1022. Centuriat. c. 18.

LIV. Ut qui Præponuntur, *Nonni* vocentur: Hoc ex paterna reverentia.

De seniore Decano.

LV. Ut senior Decanus reliquis Decanis præponatur, & Abbate vel Præposito præsente locum proprium teneat.

De Præposito, Decano, & Cellarario.

Notæ ad Concor. Regul. p. 586. Vide Notas tom. 2. p. 1090.

LVI. Ut Præpositus, Decanus, Cellarius (de eorum ministerio, nisi causâ utilitatis aut necessitatis, non removeantur. *)

De libra panis, ut triginta solidos penset antequam coquatur.

LVII. Ut libra panis triginta solidis per duodecim denarios metiatur.

De dormitorio hospitum.

LVIII. Ut dormitorium juxta oratorium constituatur, ubi supervenientes Monachi dormiant.

De Abbatibus, ut secum Monachos in itinere non nisi ad synodum ducant.

Centur. c. 24.

LIX. Ut Abbates Monachos secum in itinere, nisi ad generalem synodum, non ducant.

De duobus signis ad tertiam, sextam, & nonam pulsandis.

LX. Ut duo tantùm signa ad tertiam, sextam, nonamque pulsentur.

De Monachis, ut disconsutas cappas non habeant, nisi tantùm villosas.

LXI. Ut Monachi cappas diffutas præter villosas non habeant.

De Abbatibus & Præpositis atque Decanis, ut benedictionem lectoribus tribuant, licèt Presbyteri non sint.

LXII. Ut Abbas, Præpositus, vel Decanus, quamvis Presbyteri non sint, Lectoribus benedictionem tribuant.

Ut è fratribus docti eligantur qui supervenientibus Monachis loquantur.

LXIII. Ut docti fratres eligantur qui cum supervenientibus Monachis loquantur.

De incerto furto ut oratio & excommunicatio fiat, quousque qui culpabilis existit, manifestetur.

Vide Regino. lib. 1. c. 376. *Vide* Centur. c. 29.

LXIV. Ut de furto incerto oratio primùm, & posteà excommunicatio à corpore & sanguine Christi fiat, quousque culpabilis confiteatur.

De Monacho qui adversùs Monachum alium testimonium protulerit.

LXV. Ut si frater adversùs fratrem pro qualibet culpa testimonium protulerit, fratri perfectiori credatur.

De psalmo invitatorio & Gloria pro defunctis non cantandis.

LXVI. Ut psalmus invitatorius & *Gloria* pro defunctis non cantetur.

De lectore, ut stans benedictionem petat.

LXVII. Ut lector stando benedictionem postulet.

De eulogiis in refectorio fratribus à Presbyteris dandis.

Notæ ad Concor. Regular. pag. 419.

LXVIII. Ut eulogiæ fratribus à Presbyteris in refectorio dentur.

Quòd ad Capitulum primò Martyrologium legendum sit, & versus posteà dicendus, inde regula.

Ibid. p. 43.

LXIX. Ut ad Capitulum primitùs Martyrologium legatur, & dicatur versus quo silentium solvatur, deinde regula, aut homelia quælibet legatur. (Novissimè *Tu autem, Domine*, dicatur. *)

* Hæc desunt in Centur.

De lectione in Capitulo exponenda.

LXX. Ut ad Capitulum lectio tradatur, similiter ad conlationem, si tempus fuerit opportunum.

De jejunio fratrum æstivo tempore.

Vide Centur. c. 35.

LXXI. Ut quando fratres æstivo tempore jejunant, post sextam dormiant.

De eo qui culpæ noxâ tenetur, ut die dominico remissiùs habeat.

LXXII. Ut is qui noxæ culpâ tenetur, die dominico remissiùs habeat, & veniam non petat.

De anniversaria die pro defuncto Abbate celebranda.

LXXIII. Ut pro Abbate defuncto anniversarium fiat officium.

De eo ut ad Missam inclinati Sanctus *dicant, & ad* Pater noster *genua flectant.*

LXXIV. Ut ad Missam *Sanctus* stantes & *Pater noster* genua flectentes dicant.

Non debet aliquis pro munere in monasterio recipi.

LXXV. Ut nullus pro munere recipiatur in monasterio, nisi quem bona voluntas & morum commendat probitas.

De mensura cibi ac potûs, quæ separatim Monachis debet tribui.

LXXVI. Ut unicuique fratri in cibo & in potu sua mensura separatim detur, & de ipsa mensura sibi data alicui nihil tribuat. Concor. Regul. p. 718, in extr.

De fratrum pinguedine, quam accipere debeant in victu quotidiano.

LXXVII. Ut fratres aliquid pinguedinis in victu quotidiano habeant; exceptâ sextâ feriâ, & diebus octo ante Natale Domini, & à Quinquagesima usque ad Pascha. *Vide* Casaur. Chronic. c. 67.

In natale Domini, & in festivitate Paschæ, Monachis volatilia sumere quatuor diebus concessum est.

Notæ ad Concor. Regul. p. 706, 709. Cent. c. 40. Chronic. Casaur. c. 69.

LXXVIII. Ut volatilia in Natale Domini & in Pascha (tantùm quatuor *) diebus, si est unde, comedant. Si verò non fuerit unde, non requiratur per debitum. Si autem Abbas aut Monachi abstinere se voluerint, in eorum sit arbitrio. *In cod. mss. S. Galli, legitur* sex tantùm, &c.

De mussulis Monachis dandis.

LXXIX. Ut mussulæ vervecinæ fratribus dentur.

De disciplinæ modo.

LXXX. In doctrina sua Abbas apostolicam debet illam semper formulam servare, in qua dicit: *Argue, obsecra, increpa.* Id est, indisciplinatos & inquietos debet duriùs arguere, obedientes autem & mites & patientes ut in melius proficiant obsecrare. Negligentes verò & contemnentes ut increpet & corripiat, admonemus, neque dissimulet peccata delinquentium; sed mox, ut cœperint oriri, radicitùs ea ut prævalet amputet, memor periculi Heli sacerdotis de Silo. Improbos autem & duros ac superbos, vel inobedientes, verberum vel corporis castigatione in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum: *Stultus verbis non corrigitur;* & iterùm: *Percute filium tuum virgâ, & liberabis animam ejus à morte.* In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam, neque ab ea temerè declinetur à quoquam. Nullus in monasterio proprii cordis sequatur voluntatem, neque præsumat quisquam cum Abbate suo protervè intra monasterium aut foris contendere. Quod si præsumpserit, regulari disciplinæ subjaceat. Si quis frequenter correptus Regula S. Benedicti, cap. 2. II. Tim. 4. 2. Notæ ad Concor. Regul. p. 191. Prov. 23. 13. Reg. S. Bened. c. 3. Ibid. c. 28.

reptus pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus non emendaverit, acrior ei accedat correctio, id eſt, verberum vindictæ in eum procedant. Similiter & qui præſumpſerit clauſtra monaſterii egredi, vel quocunquè ire, vel quippiam, quamvis parum, ſine juſſione Abbatis facere, vindictæ regulari ſubjaceat. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant. Ibid. c. 67. Ibid. c. 70.

☞ Hoc aliimum Caput deeſt in Cod. mſ. S. Galli.

NOTITIA

Delalande, Conc. Galliæ Suppl. p. 104, 105.

De Monaſteriis quæ Regi militiam, dona, vel ſolas orationes debent, ſcripta in eodem Conventu Aquiſgranenſi.

ANNO Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXVII, Hludouvicus ſereniſſimus Auguſtus, divinâ ordinante providentiâ, conventum fecit apud Aquis ſedem regiam, Epiſcoporum, Abbatum, ſeu totius Senatûs Francorum; ubi inter cæteras diſpoſitiones Imperii ſtatuit atque conſtitutum ſcribere fecit quæ Monaſteria in regno vel impe rio ſuo dona & militiam facere poſſunt, quæ ſola dona ſine militia, quæ verò nec dona nec militiam, ſed ſolas orationes, pro ſalute Imperatoris vel filiorum ejus & ſtabilitate Imperii. *Vid.* Viram S. Benedicti Anian. pag. 30. *Vide* Chartular. Caſaur. p. 69. Notas ad Lupum. & Monaſ. Angli. tom. 3. p. 209, col. 1.

Hæc ſunt quæ dona & militiam facere debent, numero XIV.

MONASTERIUM ſancti Benedicti.
Monaſterium Ferrarias.
Monaſterium Nigelli.
Monaſterium ſanctæ Crucis.
Monaſterium Corbeia.
Monaſterium ſanctæ Mariæ Sueſſionis.
Monaſterium Stabulaus
Monaſterium Flaviniacum.
Monaſterium ſancti Eugendi
Monaſterium Novalicium.

ULTRA RHENUM.

Monaſterium ſancti Nazarii.
Monaſterium Offunwillarii.

IN BAVARIA.

*[Delalande legit Manauſter. Monaſterium Manauſer *.
Monaſterium Tegnauſer.

Hæc ſunt quæ tantùm dona dare debent ſine militia, numero XVI.

*[Idem, S. Michaelis maris periculo.] *Vide* Not. tom. 2. p. 1094. *[Idem, Natuadis.] MONASTERIUM ſancti Michaelis mareſci primi *.
Monaſterium Balma.
Monaſterium ſancti Sequani.
Monaſterium Natradis *.

ULTRA RHENUM.

Monaſterium Suarizaha.
Monaſterium ſancti Bonifacii.
Monaſterium ſancti Wigberti.

IN ALEMANNIA.

Monaſterium Clehenwanc.
Monaſterium Fruhelinwanc.
Monaſterium Nazaruda *. * *Delal.* Nazarecda.
Monaſterium Campita.

IN BAVARIA.

Monaſterium Altemburc.
Monaſterium Alcabe *. * *Idem*, Alcanc.
Monaſterium Creauſa *. * *Idem*, Creuzz.
Monaſterium Mathaſco.
Monaſterium Buria.

Hæc ſunt quæ nec dona nec militiam dare debent, ſed ſolas orationes pro ſalute Imperatoris vel filiorum ejus & ſtabilitate Imperii, numero XVIII.

MONASTERIUM Melaredum.
Monaſterium Foffatus.
Monaſterium Luda *. *Idem, Ludra.]
Monaſterium ſancti Gregorii.
Monaſterium ſancti Mauri.
Monaſterium Eborreheim.
Monaſterium Clinga.

*Delaland. Salvimaco. Monaſterium Saviniciaco *.
Monaſterium Crudatis.
Monaſterium Duſera.
Monaſterium Lorwim.

ULTRA RHENUM.

Monaſterium Scewanc.
* Idem, Sculturburna. Monaſterium Sculturbura *.

IN BAVARIA.

Monaſterium Berch.
Monaſterium Mechema.
Monaſterium Scovenauva.
Monaſterium Aloſeburch.
Monaſterium Weizzenbrunico.

IN AQUITANIA.

Monaſterium ſancti Philiberti.
Monaſterium ſancti Maxentii.
Monaſterium Carroſſinii.
* Idem, Brantoſmenſe. Monaſterium Brantoſmurii *.
Monaſterium ſancti Savini.
Monaſterium ſanctæ Crucis puellarum.
Monaſterium ſanctæ Mariæ in Lemovicas.
Monaſterium Maſtracurii.
Monaſterium Menadinii.
Monaſterium Magnilocum.
Monaſterium Conquas.
Monaſterium ſancti Antonii.
Monaſterium Muſciacum.

IN SEPTIMANIA.

Monaſterium S. Ægidii in valle Flaviana.
Monaſterium Pſalmodium.
Monaſterium Anianum.
Monaſterium ſancti Tiberii.
Monaſterium Villamagna.
Monaſterium ſancti Petri in Lunate.
Monaſterium Caunas.
Monaſterium Caſtrelli malaſci.
Monaſterium ſanctæ Mariæ Caparienſis.
Monaſterium ſanctæ Mariæ ad Orubionem.
Monaſterium ſancti Laurentii.
Monaſterium ſanctæ Eugeniæ.
Monaſterium ſancti Hilarii.
Monaſterium Valle Aſperii.

IN TOLOSANO.

Monaſterium ſancti Papuli.
Monaſterium Suricinium.
Monaſterium Aſilo.
Monaſterium Venercha.

Vide Hadr. Valeſ. lib. 7. Rerum Franc. pag. 393.

IN WASCONIA.

Monaſterium Cella fraxilii.
Monaſterium Cimorra.
Monaſterium Piciano.
Monaſterium Altum fragitum.
Monaſterium ſancti Savini.

Hic prædictis monaſteriis præfatus Imperator, ſicut ſupradictum eſt, ſtatutum ſcribi fecit, atque manu ſuâ firmavit, & anulo ſuo imperiali ſigillare fecit.

DECRETUM CONFIRMATIONIS,

Quo Ludovicus Pius Imperator donationes Eccleſiæ Romanæ ab Avo ſuo Pippino Rege & à Patre Karolo Magno Imperatore factas Paſchali Papæ confirmavit (*).

(*) Hoc decretum falſum aſſerit Elias du Pin, *Hiſt. des Controverſes & des Mat. Eccléſ. IX. Siècle, pag. 393*; hujus Auctoris verba hæc ſunt: « On rapporte un Edit de confirmation de Louis-le-Débonnaire, par lequel on dit » qu'il confirme en faveur du Pape Paſchal II. les prétendues donations faites par ſon Pere à l'Egliſe Romaine; mais » c'eſt une piece viſiblement ſuppoſée, qui ne mérite aucune créance. » Suæ opinionis rationem reddere debuiſſet Conſor iſte, & ad illius confirmationem quamdam auctoritatem adferre: nam decretum quod reſpuit, verum, ſinceruntque judicarunt viri ſagaciſſimi. [*Nota Editoris.*]

Ivo, par. 5. cap. 51. Diſt. 63. c. 30. *Ego Ludovicus.* Goldaſt. tom. 2. p. 11-13. Labbeus, Conc. tom. 7. p. 1515-1518.

IN nomine Domini Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Ego Hludouvicus, Imperator Auguſtus, ſtatuo & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum, & per te Vicario tuo Domno Paſchali, ſummo Pontifici & univerſali Papæ, & ſucceſſoribus ejus in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus noſtris uſque nunc in veſtra poteſtate & ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis, civitatem Romanam cum ducatu ſuo & ſuburbanis, atque viculis omnibus & territoriis ejus montanis, & maritimis littoribus & portubus, ſeu cunctis civitatibus, caſtellis, oppidis ac viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum,

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 443, &c. Hiſt. Litt. de la Franc. par les Rel. Bénéd. tom. 4. p. 592.

Centumcellas, Cære, Bledam, Marturanum, Sutrium, Nepe, Caſtellum Galleſii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Peruſium, cum aliis tribus inſulis ſuis, id eſt, majorem & minorem, Pulvenſam, & Lacum, Narniam, Otriculum, cum omnibus finibus ac territoriis ad ſupradictas civitates pertinentibus. Simili modo & in partibus Campaniæ Signiam, Anagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Fruſinonem, cum aliis partibus Campaniæ, necnon & Tibur, cum omnibus finibus & territoriis ad eaſdem civitates pertinentibus. Necnon & Exarchatum Ravennatenſem ſub integritate, cum urbibus, civitatibus, oppidis, & caſtellis quæ piæ recordationis Domnus Pippinus Rex, ac bonæ memoriæ genitor noſter Karolus Imperator, beato Petro Apoſtolo & prædeceſſoribus veſtris jamdudùm per donationis paginam reſtituerunt, hoc eſt, civitatem Ravennam & Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, & Adriam, & Gabelum, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis in terra marique ad prædictas civitates pertinentibus. Simulque & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Æſium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Urbinum, & territorium Valvenſe, Calles, Luceolos, Eugubium, cum omnibus finibus ac terris ad eaſdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinenſe, ſicut à genitore noſtro Karolo Imperatore beato Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum eſt ſub integritate, quemadmodùm ab Itherio & Macenario Abbatibus, Miſſis illius, inter idem territorium Sabinenſe & Reatinum definitum eſt. Item in partibus Tuſciæ Longobardorum, Caſtellum Felicitatis, Urbevetum, Balneum Regis, Ferenti Caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas. Et inſulas Corſicam & Sardiniam & Siciliam ſub integritate, cum omnibus adjacentibus & territoriis maritimis, littoribus, portubus ad ſupradictas civitates & inſulas pertinentibus. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, & patrimonia ad poteſtatem & ditionem noſtram pertinentia, ſicut eſt patrimonium Beneventanum, & Salernitanum, & patrimonium Calabriæ inferioris & ſuperioris, & patrimonium Neapolitanum, & ubicunque in partibus regni atque imperii à Deo nobis commiſſi patrimonia noſtra eſſe noſcuntur. Has omnes ſupradictas provincias, urbes, civitates, oppida & caſtella, viculos & territoria, ſimulque & patrimonia, jam dictæ Eccleſiæ tuæ, beate Petre Apoſtole, & per te * Vicario tuo ſpirituali patri noſtro, Paſchali ſummo Pontifici & univerſali Papæ, ejuſque ſucceſſoribus uſque ad finem ſeculi, eo modo confirmamus ut in ſuo detineant jure, principatu, ac ditione. Simili modo per hoc noſtrum confirmationis decretum firmamus donationes quas piæ recordationis Domnus Pippinus Rex avus noſter, & poſteà Domnus & genitor noſter Karolus Imperator beato Petro Apoſtolo ſpontaneâ voluntate contulerunt. Necnon & cenſum & penſiones ſeu cæteras donationes quæ annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant, ſive de Tuſcia Longobardorum, ſive de ducatu Spoletano, ſicut in ſupraſcriptis donationibus continetur, & inter ſanctæ memoriæ Hadrianum Papam & Domnum & genitorem noſtrum Karolum Imperatorem convenit, quando eidem Pontifici idem de ſupradictis ducatibus, id eſt, Tuſcano & Spoletano, ſuæ auctoritatis præceptum confirmavit: eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis ſupradictus cenſus Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli perſolvatur, ſalvâ ſuper eoſdem ducatus noſtrâ in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem ſubjectione. Cæterùm, ſicut diximus, omnia ſuperiùs nominata ita ad noſtram partem per hoc noſtræ confirmationis decretum roboramus, ut in veſtro veſtrorumque ſucceſſorum permaneant jure, principatu, atque ditione, ut neque à nobis neque à filiis & ſucceſſoribus noſtris per quodlibet argumentum ſive machinationem in quacunque parte minuatur veſtra poteſtas, aut vobis de ſupraſcriptis omnibus vel ſucceſſoribus veſtris inde aliquid ſubtrahatur, de ſupraſcriptis videlicet urbibus, provinciis, civitatibus, oppidis, caſtris, viculis, inſulis, territoriis, atque patrimoniis, necnon & penſionibus atque cenſibus; ita ut neque nos ea ſubtrahamus, neque quibuſlibet ſubtrahere volentibus conſentiamus; ſed potiùs omnia quæ ſuperiùs leguntur, id eſt, provincias, civitates, urbes, oppida, caſtella, territoria, patrimonia, atque inſulas, cenſus, ac penſiones

* *Simond. pro te.*

Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, & Pontificibus in ſacratiſſima illius ſede in perpetuum reſidentibus, in quantum poſſumus, defendere nos promittimus, ad hoc ut omnia ea in illius ditione ad utendum & fruendum atque diſponendum firmiter valeat obtinere; nullamque in eis nobis partem aut poteſtatem diſponendi aut judicandi, ſubtrahendive aut minorandi, vendicamus, niſi quando ab eo qui illo tempore hujus ſanctæ Eccleſiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus. Et ſi quilibet homo de ſupradictis civitatibus ad veſtram Eccleſiam pertinentibus ad nos venerit, ſubtrahere ſe volens de veſtra juriſdictione vel poteſtate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commiſſam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus niſi ad juſtam pro eo faciendam interceſſionem, ita duntaxat ſi culpa quam commiſit, venialis fuerit inventa; ſin aliter, comprehenſum veſtræ poteſtati eum trademus: exceptis his qui violentiam vel oppreſſionem potentium paſſi, ideò ad nos venient ut per noſtram interceſſionem juſtitiam accipere mereantur; quorum altera conditio eſt, & à ſuperioribus valde diſjuncta. Et quando divinâ vocatione hujus ſacratiſſimæ ſedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno noſtro, aut Francus aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publicè aut privatim veniendi, aut electionem faciendi; nulluſque in civitatibus vel territoriis ad Eccleſiam beati Petri pertinentibus aliquod malum propter hoc facere præſumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione, & ſine aliqua perturbatione, honorificam ſuo Pontifici exhibere ſepulturam, & eum quem divinâ inſpiratione, & beati Petri interceſſione, omnes Romani uno conſilio atque concordiâ, ſine aliqua promiſſione, ad pontificatûs ordinem elegerint, ſine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico conſecrari. Et cùm conſecratus fuerit, legati ad nos vel ad ſucceſſores noſtros Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & illum amicitiam & caritatem ac pacem ſocient, ſicut temporibus piæ recordationis Domni Karoli atavi noſtri, ſive Domni Pippini avi noſtri, vel & Karoli Imperatoris genitoris, conſuetudo erat faciendi. Hoc autem ut ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris firmum eſſe credatur, firmiuſque per futuras generationes & ſecula ventura cuſtodiatur, propriæ manûs ſignaculo, & venerabilium Epiſcoporum atque Abbatum, vel Optimatum noſtrorum ſub jurejurando & ſubſcriptionibus, pactum iſtud noſtræ confirmationis roboravimus, & per legatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Theodorum Nomenclatorem Domno Paſchali Papæ direximus. *Vide* Eginhard. ad annum 817.

Dist. 63. c. 30. *Ego Ludovicus.* §. *Quando.*

Ego Ludovicus, miſericordiâ Dei Imperator, ſubſcripſi.

Et ſubſcripſerunt tres filii ejus*, & Epiſcopi decem, & Abbates octo, & Comites quindecim, & Bibliothecarius unus, & Manſionarius unus, & Oſtiarius unus.

* [Hlotharius, Hludovicus junior, & Karolus Calvus.]

Epistola Hetti, *Archiepiſcopi Trevirenſis, ad Frotarium, Tullenſem Epiſcopum, quâ ei mandat de verbo* Hludovici Pii, *Imperatoris, ut ſignificet omnibus Abbatibus Tullenſis Diœceſis quatenùs parati ſint ad militiam quam regiæ poteſtati debent, exhibendam.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

Diploma Ludovici Pii, Imp. Aug. *de Vitâ & Tonſurâ Monachorum minoris Britanniæ.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

Decreta in Comitiis Aquisgranensibus data (anno 818.), *imperante* Ludovico Pio, *quæ Epiſcopi cæterique Ordinis eccleſiaſtici non ſolùm obſervare, ſed etiam ſibi ſubjectos vel commiſſos facienda perdocere debent.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

CAPITULARE PRIMUM ANNI DCCCXIX,

SIVE

CAPITULA ADDITA AD LEGEM SALICAM

in generali populi Conventu habito apud Aquiſgranum, poſt Natale Domini, anno quinto Imperii Ludovici Pii deſinente.

Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 232. *Vide* Pithœum ad tit. 58. Leg. Salicæ. Eginhard. ad an. 819. Vitam Ludovici Pii, pag. 300. Sup. Concil. Galliæ, pag. 106. *Vide* Capitulare anni 820, c. 5.

Hæc Capitula Domnus Hludouvicus Imperator, anno imperii ſui quinto, cum univerſo cœtu populi in Aquiſgrani palatio promulgavit, atque Legi Salicæ addere præcepit. Ipſeque poſteà, cum in Theodonis villa generalem conventum habuiſſet, ulteriùs Capitula appellanda eſſe prohibuit, ſed ut Lex tantùm dicerentur voluit.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De honore Eccleſiarum.*
2. *De injuriis Sacerdotum in Eccleſiis factis.*
3. *De viduis & pupillis, & pauperibus.*
4. *De raptu viduarum.*
5. *De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.*
6. *Ut omnis homo liber poteſtatem habeat ubicunque voluerit res ſuas dare pro ſalute animæ ſuæ.*
7. *De homicidiis prohibendis.*
8. *Quid in compoſitione wirgildi dari debeat.*
9. *De raptu alienarum ſponſarum.*
10. *De falſis teſtibus convincendis.*
11. *De proprio in bannum miſſo.*
12. *De mannire.*
13. *De faidis coercendis.*
14. *Ubi ſacramenta juranda ſint.*
15. *De his qui de furto accuſati fuerint.*
16. *De diſpectu litterarum dominicarum.*
17. *De injuſtis teloneis & conſuetudinibus.*
18. *De his qui bonos denarios accipere nolunt.*
19. *De adulteratoribus monetæ.*
20. *De proprio dominico ſine juſſione illius reddito.*
21. *De pueris, invitis parentibus, detonſis, & puellis velatis.*

Incipiunt ſuprascripta Capitula et eorum textus.

De honore Eccleſiarum.

Capitular. lib. 4. c. 13.

I. SI quis aut ex levi cauſa aut ſine cauſa hominem in Eccleſia interfecerit, de vita componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus alterum in Eccleſiam fugerit, & ibi ſe defendendo eum interfecerit, ſi hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim conjuratoribus legitimis per ſacramentum adfirmet ſe defendendo eum interfeciſſe, & poſt hæc ſexcentos ſolidos ad partem Eccleſiæ quam illo homicidio polluerat, & inſuper bannum noſtrum ſolvere cogatur; is verò qui interfectus eſt abſque compoſitione jaceat: ac deinde interfector, ſecundùm judicium canonicum, congruam facinori quod admiſit pœnitentiam accipiat. Si proprius ſervus hoc commiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur utrùm hoc ſponte, an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus ejus exuſta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, dominus ejus juxta quod wirgildus illius eſt, ad Eccleſiam perſolvat; aut eum, ſi voluerit, eidem Eccleſiæ tradat. De eccleſiaſtico & fiſcalino & beneficiario ſervo volumus ut pro una vice wirgildus ejus pro eo componatur, alterâ vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus

Baron in Martyrol. p. 487, col. 1, in fine.

ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio Eccleſiæ, cujus porta Reliquiis Sanctorum conſecrata eſt, hujuſcemodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur vel componatur. Si verò porta Eccleſiæ non eſt conſecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, ſicut componi debet quod in immunitate violata committitur.

De injuriis Sacerdotum in Eccleſiis factis.

Capitular. lib. 4. c. 14.

II. Sanguinis effuſio in Eccleſiis facta cum fuſte, ſi Preſbyter fuerit, triplo componatur, duas partes eidem Preſbytero, tertia pro fredo ad Eccleſiam, & inſuper bannus noſter. Similiter de Diacono juxta compoſitionem ejus in triplo cum banno noſtro componatur. De Subdiacono ſimiliter in triplo ſecundùm ſuam compoſitionem. Et de uniuſcujuſque ordinis Clerico ſecundùm ſuam compoſitionem in triplum perſolvatur, & inſuper bannus noſter. Similiter & de ictu ſine ſanguinis effuſione de uniuſcujuſque ordinis Clerico ſecundùm ſuam compoſitionem in triplo, & bannus noſter. Et qui non habet unde ad Eccleſiam perſolvat, tradat ſe in ſervitium eidem Eccleſiæ uſque dum totum debitum perſolvat.

De viduis, & pupillis, & pauperibus.

Ibid. 16.

III. Ut quandocunque in mallum ante Comitem venerint, primò eorum cauſa audiatur & definiatur. Et ſi teſtes per ſe ad cauſas ſuas quærendas habere non potuerint, vel legem neſcierint, Comes illos vel illas adjuvet, dando eis talem hominem qui rationem eorum teneat, vel pro eis loquatur.

De raptu viduarum.

Ibid. 17.

IV. Qui viduam intra proximos triginta dies viduitatis ſuæ, vel invitam, vel volentem ſibi copulaverit, bannum noſtrum in triplo componat, id eſt ſexaginta ſolidos. Et ſi invitam eam duxit, legem ſuam ei componat, illam verò ulteriùs non attingat.

De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.

Ibid. 18.

V. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & wirgildum ejus proximis ejus perſolvat.

Ut omnis homo liber poteſtatem habeat ubicunque voluerit res ſuas dare pro ſalute animæ ſuæ.

Ibid. 19.

VI. Si quis res ſuas pro ſalute animæ ſuæ, vel ad aliquem venerabilem locum, vel propinquo ſuo, vel cuilibet alteri tradere voluerit, & eo tempore intra ipſum comitatum fuerit in quo res illæ poſitæ ſunt, legitimam traditionem facere ſtudeat. Quòd ſi eodem tempore quo illas tradere vult extra eundem comitatum fuerit, id eſt, ſive in exercitu, ſive in palatio, ſive in alio quolibet loco, adhibeat ſibi vel de ſuis pagenſibus, vel de aliis qui eâdem lege vivant quâ ipſe vivit, teſtes idoneos; vel ſi illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi meliores inveniri poſſint, & coram eis rerum ſuarum traditionem faciat, & fidejuſſores veſtituræ donet ei qui illam traditionem accipit ut veſtituram faciat. Et poſtquam hæc traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de prædictis rebus valeat facere repetitionem. Inſuper & ipſe per ſe fidejuſſionem faciat ejuſdem veſtituræ, ne heredi ulla occaſio remaneat hanc traditionem immutandi, ſed potiùs neceſſitas incumbat illam perficiendi. Et ſi nondum res ſuas cum coheredibus ſuis diviſas habuit, non ei hoc ſit impedimento; ſed coheres ejus, ſi ſponte noluerit, aut per Comitem aut per Miſſum ejus diſtringatur ut diviſionem cum illo faciat ad quem defunctus hereditatem ſuam voluit pervenire. Et ſi cuilibet Eccleſiæ eam tradere rogavit, coheres ejus eam legem cum illa Eccleſia de prædicta hereditate habeat quam cum alio coherede ſuo habere debebat. Et hoc obſervetur erga patrem & filium & nepotem uſque ad annos legitimos. Poſteà ipſæ res ad immunitatem ipſius Eccleſiæ redeant.

De homicidiis prohibendis.

Ibid. 20.

VII. Quicunque hominem aut ex levi cauſa aut ſine cauſa interfecerit, wirgildum ejus his ad quos ille pertinet, componat. Ipſe verò propter talem præſumptionem in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit: res tamen ſuas non amittat.

Quid in compoſitione wirgildi dari debeat.

Ibid. 21.

VIII. In compoſitionem wirgildi volumus ut ea dentur quæ in lege continentur; excepto accipitre & ſpatâ, quia propter illa duo aliquoties perjurium committitur, quando majoris pretii quàm illa ſint eſſe jurantur.

De raptu alienarum ſponſarum.

Ibid. 22.

IX. Si quis ſponſam alienam rapuerit, aut patri ejus, aut ei qui legibus ejus defenſor eſſe debet, cum ſua lege eam reddat; & quicquid cum ea tulerit, ſemotim unamquamque rem ſecundùm legem red-

dat. Et ſi hoc defenſor ejus perpetrari conſenſerit, & ideò raptori nihil quærere voluerit, Comes ſingillatim de unaquaque re freda noſtra ab eo exactare faciat. Sponſo verò legem ſuam componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos ſolvat, vel in præſentiam noſtram Comes eum advenire faciat, & quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat, & illam feminam ei habere non liceat.

De falſis teſtibus convincendis.

Ibid. 23. Lindenbro tom. 1. p. 355.

X. Si quis cum altero de qualibet cauſa contentionem habuerit, & teſtes contra eum per judicium producti fuerint, ſi ille falſos eos eſſe ſuſpicatur, liceat ei alios teſtes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium teſtimonio falſorum teſtium perverſitas ſuperetur. Quòd ſi ambæ partes teſtium ita inter ſe diſſenſerint, ut nullatenùs una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipſis, id eſt, ex utraque parte unus, qui cum ſcutis & fuſtibus in campo decertent utra pars falſitatem, utra veritatem ſuo teſtimonio ſequatur. Et campioni qui victus fuerit, propter perjurium quod ante pugnam commiſit, dextera manus amputetur. Cæteri verò ejuſdem partis teſtes, quia falſi apparuerint, manus ſuas redimant: cujus compoſitionis duæ partes ei contra quem teſtati ſunt, dentur, tertia pro fredo ſolvatur. Et in ſeculari quidem cauſa hujuſcemodi teſtium diverſitas campo comprobetur. In eccleſiaſticis autem cauſis, ubi de una parte ſeculare, de altera verò eccleſiaſticum negotium eſt, idem modus obſervetur. Ubi verò ex utraque parte eccleſiaſticum fuerit, rectores earundem Eccleſiarum, ſi ſe familiariter pacificare velint, licentiam habeant. Si autem de hujuſcemodi pacificatione inter eos convenire non poſſit, advocati eorum in mallo publico ad præſentiam Comitis veniant, & ibi legitimus terminus eorum contentionibus imponatur. Teſtes verò de qualibet cauſâ non aliundè quærantur niſi de ipſo comitatu in quo res unde cauſa agitur, poſitæ ſunt; quia non eſt credibile ut vel de ſtatu hominis, vel de poſſeſſione cujuſlibet per alios meliùs rei veritas cognoſci valeat quàm per illos qui viciniores ſunt. Si autem contentio quæ inter eos exorta eſt, in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina centena adjacentis comitatûs ad cauſam ſuam teſtes habere.

De proprio in bannum miſſo.

Capitular. lib. 4. c. 24.

XI. Cujuſcunque hominis proprietas ob crimen aliquod quod idem habet commiſſum, in bannum fuerit miſſa, & ille re cognitâ, ne juſtitiam faciat, venire diſtulerit, annumque ac diem in eo banno illam eſſe permiſerit, ulteriùs eam non adquirat, ſed ipſa fiſco noſtro ſocietur. Debitum verò quod is cujus ea fuit, ſolvere debuit, per Comitem ac miniſtros ejus juxtà æſtimationem damni de rebus mobilibus quæ in eadem proprietate inventæ fuerint, his quibus idem debitor fuit, exſolvatur. Quòd ſi rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compoſitionem non ſuffecerit, de immobilibus ſuppleatur; & quod ſuperfuerit, ſicut dictum eſt, fiſcus noſter poſſideat. Si nihil ſuper compoſitionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. Si autem homo ille nondum cum ſuis coheredibus proprium ſuum diviſum habuit, convocet eos Comes, & cum eis legitimam diviſionem faciat; & tunc, ſicut jam dictum eſt, partem ejus fiſco noſtro addicat, & compoſitionem de ea, juxta modum ſuperiùs comprehenſum, his ad quos illa legibus pertinet, exſolvat. Quòd ſi non de alia re, ſed de ipſa proprietate quæ in bannum miſſa fuit, ac per hoc in noſtram poteſtatem redacta eſt, fuerat interpellatus, Comes in cujus miniſterio eam eſſe conſtiterit, hoc ad notitiam noſtram perferre curet, ut nos eandem proprietatem, quæ ſecundùm ſupradictum modum in noſtrum dominium redacta eſt, per præcepti noſtri auctoritatem in jus & poteſtatem hominis cui eam quærebat, ſi ſua eſſe debet, faciamus pervenire.

De mannire.

Ibid. 25.

XII. Si quis de ſtatu ſuo, id eſt, de libertate vel de hereditate compellendus eſt, juxta legis conſtitutionem manniatur. De cæteris verò cauſis, unde quis rationem eſt redditurus, non manniatur, ſed per Comitem banniatur. Et ſi poſt unam & alteram Comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus ejus in bannum miſſis venire & juſtitiam facere compellatur.

De faidis coercendis.

Ibid. 27.

XIII. Si quis aliquâ neceſſitate cogente homicidium commiſit, Comes in cujus miniſterio res perpetrata eſt, & compoſitionem ſolvere, & faidam per ſacramentum pacificare faciat. Quòd ſi una pars ei ad hoc conſentire noluerit, id eſt, aut ille

qui homicidium commiſit, aut is qui compoſitionem ſuſcipere debet, faciat illum Comes qui ei contumax fuerit ad præſentiam noſtram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi caſtigetur, ut Comiti ſuo inobediens eſſe ulteriùs non audeat, & majus damnum inde non adreſcat.

Ubi ſacramenta juranda ſint.

Ibid. lib. 4. cap. 28. XIV. Ubi antiquitùs conſuetudo fuit de libertate ſacramenta adhramire vel jurare, ibi mallum habeatur, & ibi ſacramenta jurentur: mallus tamen neque in Eccleſia neque in atrio ejus habeatur. Minora vero placita Comes ſive intra ſuam poteſtatem, vel ubi impetrare potuerit, habeat. Volumus utique ut domus à Comite in loco ubi mallum tenere debet, conſtruatur, ut propter calorem ſolis & pluviam publica utilitas non remaneat.

De his qui de furto accuſati fuerint.

Ibid. c. 29. XV. Si liber homo de furto accuſatus fuerit, & res proprias habuerit, in mallo ad præſentiam Comitis ſe adhramire at. Et ſi res non habet, fidejuſſores donet qui eum adhramire & in placitum adduci faciant. Et liceat ei prima vice per ſacramentum ſe ſecundùm legem idoneare, ſi potuerit. At ſi aliâ vice duo vel tres eum de furto accuſaverint, liceat ei contra unum ex his cum ſcuto & fuſte in campo contendere. Quod ſi ſervus de furto accuſatus fuerit, dominus ejus pro eo emendet, aut eum ſacramento excuſet, niſi tale furtum perpetratum habeat propter quod ad ſupplicium tradi debeat.

De diſpectu litterarum dominicarum.

Ibid. 30. XVI. Si quis litteras noſtras diſpexerit, id eſt, tractoriam quæ propter Miſſos recipiendos dirigitur, aut honores quos habet amittat, aut in eo loco ubi prædictos Miſſos ſuſcipere debuit, tamdiu reſideat & de ſuis rebus legationes illuc venientes ſuſcipiat, quouſquè animo noſtro ſatisfactum habeat. Qui verò epiſtolam noſtram quocunque modo diſpexerit, juſſu noſtro ad palatium veniat, & juxta voluntatem noſtram congruam ſtultitiæ ſuæ caſtigationem accipiat. Et ſi homo liber vel miniſterialis Comitis hoc fecerit, honorem, qualemcunque habuerit, ſive beneficium amittat. Et ſi ſervus fuerit, nudus ad palum vapulet, & caput ejus tondeatur.

De injuſtis teloneis & conſuetudinibus.

Ibid. 31. XVII. Ut ubi tempore avi noſtri Domni Pippini conſuetudo fuit teloneum dare, ibi & in futurum detur; nam ubi noviter inceptum eſt, ulteriùs non agatur. Et ubi neceſſe non eſt fluvium aliquem per pontem tranſmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut ſub pontem ierit, & ad ripam non adpropinquaverit, neque ibidem aliquid emptum vel venundatum fuerit, ulteriùs teloneum non detur. Et nemo cogat alium adpontem ire, ubi juxta pontem aquam tranſmeare poteſt. Et qui ulteriùs in talibus locis, vel de his qui ad palatium ſeu in hoſtem pergunt, teloneum exactaverit, cum ſua lege ipſum teloneum reddat, & bannum noſtrum id eſt ſexaginta ſolidos componat.

De his qui bonos denarios accipere nolunt.

Ibid. 32. XVIII. Quicunque liber homo denarium merum & bene penſantem recipere noluerit, bannum noſtrum, id eſt ſexaginta ſolidos componat. Si verò ſervi eccleſiaſtici aut Comitum aut vaſſallorum noſtrorum hoc facere præſumpſerint, ſexaginta actibus vapulent. Aut ſi magiſter eorum vel advocatus, qui liber eſt, eos vel Comiti vel Miſſo noſtro juſſus præſentare noluerit, prædictum bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat.

De adulteratoribus monetæ.

Ibid. 33. XIX. De falſa moneta jubemus ut qui eam percuſſiſſe comprobatus fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc conſenſit, ſi liber eſt, ſexaginta ſolidos componat. Si ſervus eſt, ſexaginta ictus accipiat.

De proprio dominico ſine juſſione illius reddito.

Ibid. 34. XX. Si quis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuit, alicui quærenti ſine noſtra juſſione reddiderit, aliud tantum nobis de ſuo proprio cum ſua lege componat. Et quicunque illud ſcienter per malum ingenium adquirere tentaverit, pro infideli teneatur; quia ſacramentum fidelitatis, quod nobis promiſit, irritum fecit; & ideò ſecundùm noſtram voluntatem & poteſtatem dijudicandus eſt.

De pueris, invitis parentibus, detonſis, & puellis velatis.

Ibid. 35. XXI. Si quis puerum, invitis parentibus, totonderit, aut puellam velaverit, legem ſuam in triplo componat, aut ipſi puero vel puellæ, ſi jam ſuæ poteſtatis ſunt, aut illi in cujus poteſtate fuerint. Illi verò poteſtatem habeant capitis ſui, ut in tali habitu permaneant qualis eis complacuerit.

☞ [In Codice Mazar additur aliud Capit. Item & aliud addditur apud Lindenbrogium. *Vide* NOVUM CODICEM LEGUM VETERUM.]

CAPITU-

CAPITULARE SECUNDUM ANNI DCCCXIX,

SIVE

ALIA CAPITULA ADDITA AD LEGEM SALICAM.

An. 1677. *Nunc * primùm edita ex veteri Codice mſ. Bibliothecæ Colbertinæ.*

Capitula Legi Salicæ addenda.

Cap. I.

UT pagenſes per ſacramenta aliorum hominum cauſas non inquirantur, niſi tantùm dominicas. Adtamen Comes ille ſi alicujus pauperis aut impotentis perſonæ cauſa fuerit, tunc Comes ille diligenter &..... ſine ſacramento per veriores & meliores pagenſes inquirat.

II.

Vult Domnus Imperator ut in tale placitum quale ille tunc juſſerit, veniat unuſquiſque Comes, & adducat ſecum duodecim Scabinos, ſi tanti fuerint. Sin autem, de melioribus hominibus illius comitatûs ſuppleat numerum duodenarium. Et Advocati tam Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum, ut eis veniant.

III.

Statuendum eſt ut unuſquiſque qui cenſum regium ſolvere debet, in eodem loco illum perſolvat ubi pater & avus ejus ſolvere conſueverunt.

IV.

Si homini cuilibet cauſam ſuam in placito aut coram Comite palatio alius fuerit impedimento, & cauſam ejus injuſtè diſputando impedierit, tunc volumus ut ſive Comes palatii ſeu Comes ipſe in Comitatu ſuo jubeat eum exire foràs. Et ſi noluerit obedire, tunc ſolvat bannum dominicum, id eſt, ſexaginta ſolidos; & illi cui adverſatus eſt, ei donet wadium ſuum pro lege ſua.

V.

Volumus ut Comes poteſtatem habeat in placito ſuo facere quæ debet, nemine contradicénte. Et ſi aliter fecerit quàm juſtè, ad quem factum illud pertinet, veniat in præſentiam noſtram, & nos illi de eodem Comite faciamus juſtitiam.

VI.

Veſtitura Domni & genitoris noſtri eo modo volumus ut teneatur, ubicunque eſſe dicitur, ut ..... diligentiſſimâ inveſtigatione perquiratur. Et ſi invenitur eſſe juſta atque legitima, tunc veſtitura dicatur; nam aliter ne veſtitura nominari debet, ſive ſit in eccleſiaſticis, ſive in palatinis rebus.

VII.

De proprio quod in caſtellis ab avo noſtro conquiſitis eo modo videtur nobis eſſe faciendum atque diſcernendum, ut illi tantùm propriarum rerum ſui poteſtatem non habeant, qui quandiu potuerunt reſtiterunt, & contra illorum voluntatem in poteſtate avi noſtri venerunt. Nam quicunque ſociis ſuis pertinaciter reſiſtentibus ſe didicerunt, quamvis caſtellum per vim fuiſſet captum, propriè ſuum tamen in eo habere debent.

VIII.

De rebus unde Domnus Karolus Imperator legitimam veſtituram habuit, & hoc ita poteſt inveſtigari ut ſecundùm juſtitiam ad nos debeant pertinere, nequaquam volumus, ſi noſtri teſtes boni & idonei ſunt, ut alii adversùs eos in noſtram contrarietatem conſurgant. Adtamen in tua ſit providentia ac fidelium noſtrorum qui tecum ſunt, qui noſtri teſtes eſſe debent, boni & veraces ſint. Porrò adversùs eccleſiaſticas res eadem ſententia maneat quæ tempore [Domni] & genitoris noſtri fuerat prolata, ut Eccleſiarum defenſores [res] ſuas contra ſuos adpetitores eâdem lege defendant quâ ipſi vixerunt

qui eaſdem res Eccleſiis condonaverunt. Similiter & Eccleſia eandem legem habeat adversùm petitores ſuos, tantùm ſalvâ noſtrâ juſtitiâ.

IX.

De quarto capitulo expectandum cenſuimus donec cum plurioribus Fidelibus noſtris inde conſideremus.

CAPITULARE TERTIUM ANNI DCCCXIX, SIVE CAPITULA DE INTERPRETATIONE LEGIS SALICÆ.

*Nunc * primùm edita ex duobus antiquis Codicibus manuſcriptis, uno Bibliothecæ Regiæ, altero Sancti Remigii Remenſis.*

*An. 1677.

IN NOMINE DOMINI.

Incipiunt Capitula Legis Salicæ.

De capitulo primo, id eſt, de mannire.

I. De hoc capitulo judicatum eſt ut ille qui mannitur, ſpatium mannitionis ſuæ per quadraginta noctes habeat. Et ſi Comes infra ſupradictarum noctium numerum mallum ſuum non habuerit, ipſum ſpatium uſque ad mallum Comitis extendatur, & deinde detur ei ſpatium ad reſpectum ad ſeptem noctes. Inde non noctium ſpatia, ſed proximus mallus Comitis ei concedatur.

De XI°. *capitulo Legis Salicæ.*

II. Si quis ſervum alienum occiderit vel vendiderit, vel ingenuum dimiſerit, mille quadringentis denariis, qui faciunt ſolidos triginta quinque, culpabilis judicetur, excepto capitale & delaturâ.

De hoc capite judicatum eſt ab omnibus, ut ſi ille ſervus qui injuſtè venditus vel ingenuus dimiſſus apparet, non alter pro eo in loco illius reſtituatur; quia dixerunt aliqui quòd idem ſervus, qui ingenuus dimiſſus fuerat, denuò ad ſervitium redire non debeat, ſed priſtino & domino & ſervitio reſtitutus fiat, judicaverunt.

De XIV°. *capitulo Legis Salicæ.*

III. Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipſe cum ea in ſervitio implicetur.

De hoc capite judicatum eſt ab omnibus ut ſi ingenua femina quemlibet ſervum in conjugium ſumpſerit, non ſolùm cum ipſo ſervo in ſervitio permaneat, ſed etiam omnes res quas habet, ſi eas cum parentibus ſuis diviſas tenet, ad dominum cujus ſervum in conjugium accepit, perveniant. Et ſi cum parentibus ſuis res paternas vel maternas non diviſit, nec alicui quærenti reſpondere, nec cum ſuis heredibus in rerum paternarum hereditate ultra diviſor accedere poſſit. Similiter & ſi francus homo alterius ancillam in conjugium ſumpſerit, ſic faciendum eſſe judicaverunt.

Item de eodem capitulo.

IV. Si quis uxorem alienam vivo marito tulerit, octo millia denarios, qui faciunt ſolidos ducentos, culpabilis judicetur.

De hoc capitulo judicatum eſt ut vivo marito cui eadem uxor contra legem ſubtracta fuerat, ab illo qui eam ei injuſtè tulerat, cum lege reddita fiat ſupraſcripta, id eſt, ducentis ſolidis.

De XXVI°. *capitulo* [*Legis Salicæ.*]

V. Si quis puer infra duodecim annos aliquam culpam commiſerit, fredus ei non requiratur.

De hoc capitulo judicatum eſt ut ſi infans infra duodecim annos res alterius injuſtè ſibi uſurpaverit, eas, excepto fredo,

cum lege ſua componat, & ita manniatur ſicut ille manniri * cui contra legem fecit, & ita à Comite ad mallum ſuum adducatur ſicut ille adduci poteſt cui contra legem fecit. De hereditate verò paterna vel materna ſi aliquis eum interpellare voluerit, uſque ad ſpatium duodecim annorum expectare judicatum eſt.

VI. Judicatum eſt ab omnibus ut ſi francus homo vel ingenua femina in ſervitio ſponte ſuâ ſe implicaverit, ut ſi res ſuas, dum in libertate ſua permanebat, ad Eccleſiam Dei aut cuilibet legibus tradidit, ipſe cui traditæ fuerint eas habere & tenere poſſit. Et ſi filios vel filias, dum in ſua fuit libertate, generavit, ipſi liberi permaneant.

De xxxvi°. *capitulo* [*Legis Salica.*]

VII. Si quis ſervus hominem ingenuum occiderit, ipſe homicida pro medietate compoſitionis parentibus hominis occiſi tradatur, & aliam medietatem dominus ſervi ſe noverit ſolviturum. Aut ſi legem intellexerit, poterit ſe obmallare ut leodem non ſolvat.

Quia nullum de eccleſiaſtico aut beneficiario vel alterius perſona ſervo diſcretionem lex facit, ſi ita eccleſiaſtici aut beneficiarii ſervi ſicut liberorum tradi aut dimitti poſſunt, ad interrogationem Domni Imperatoris reſervare voluerunt.

VIII. De xlvi. capitulo, id eſt, qui viduam in conjugium accipere vult, judicaverunt omnes ut non ita ſicut in lege Salica ſcriptum eſt eam accipiat, ſed cum parentorum conſenſu & voluntate, velut uſque nunc anteceſſores eorum fecerunt, in conjugium ſibi eam ſumat.

De xlvii°. *capitulo* [*Salis Salica.*] *De eo qui villam alterius occupaverit.*

IX. De hoc capitulo judicaverunt ut nullus villam aut res alterius migrandi gratiâ per annos tenere vel poſſidere poſſit; ſed in quacunque die invaſor illarum rerum interpellatus fuerit, aut eaſdem res quærenti reddat, aut eas, ſi poteſt, juxta legem ſe defendendo ſibi vendicet.

De affatomie dixerunt quod traditio fuiſſet.

X. De hoc capitulo judicatum eſt ut ſicut per longam conſuetudinem anteceſſores eorum facientes habuerunt, ita & omnes qui lege Salicâ vivunt inantea habeant & faciant.

XI. Et hoc judicaverunt, ut ſi ſervus chartam ingenuitatis adtulerit, ſi ſervus ejuſdem chartæ auctorem legitimum habere non potuerit, domino ſervi ipſam chartam falſare liceat.

XII. Et hoc judicaverunt, ut omnis qui alteri aliquid quærit, licentiam habeat priùs ſua teſtimonia producere contra eum. Et ſi ille cui quæritur dixerit quòd legibus teneat ea quæ tenet, & talia ſunt teſtimonia qui hoc veraciter adfirmare poſſint, judicaverunt ut hujus rei veritas ſecundùm capitula Domni Imperatoris, quæ priùs pro lege tenenda conſtituit, rei veritas comprobetur

CAPITULARE QUARTUM

ANNI DCCCXIX.

(Collatum cum quinque antiquiſſimis Codicibus manuſcriptis.)

Incipiunt Capitula quæ per ſe ſcribenda & ab omnibus obſervanda ſunt.

1. *De forcapiis.*
2. *De terra tributaria.*
3. *De beneficiis deſtructis.*
4. *De terra cenſali.*
5. *De nonis & decimis.*
6. *De mancipiis in villas dominicas confugientibus.*
7. *De foreſtibus noviter inſtitutis.*
8. *De pontibus per diverſa loca emendandis.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De forcapiis.

Capitular. lib. 4. c. 36. I. SI mancipia dominos ſuos fugerint in alienam poteſtatem, præcipimus ut propter hoc nullum præmium accipiat ille in cujus poteſtate fuerint inventa, pro eo quòd ea vel reddiderit vel foràs ejecerit. Et non ſolum hoc, ſed etiam ſi ea nec reddere nec foràs ejicere voluerit, & legitimo domino ea contradixerit, & illa inde poſteà effugerint, ſecundùm legem ea ſolvere cogatur.

De terra tributaria.

Ibid. c. 37. II. Quicunque terram tributariam, unde tributum ad partem noſtram exire ſolebat, vel ad Eccleſiam vel cuilibet alteri tradiderit, is qui eam ſuſceperit, tributum quod inde ſolvebatur, omni modo ad partem noſtram perſolvat; niſi fortè talem firmitatem de parte dominica habeat per quam ipſum tributum ſibi perdonatum poſſit oſtendere.

De beneficiis deſtructis.

Ibid. c. 38. III. Quicunque ſuum beneficium occaſione proprii defertum habuerit, & intra annum poſtquam ei à Comite vel à Miſſo noſtro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.

De terra cenſali.

Ibid. c. 39. IV. Si quis terram cenſalem habuerit, quam anteceſſores ſui vel ad aliquam Eccleſiam vel ad villam noſtram dederunt, nullatenùs eam (ſecundùm legem*) tenere poteſt, niſi ille voluerit ad cujus poteſtatem vel illa Eccleſia vel illa villa pertinet, niſi fortè filius aut nepos ejus ſit qui eam tradidit, & ei eadem terra ad tenendum placitata* ſit. Sed in hac re conſiderandum eſt utrùm ille qui hanc tenet, dives an pauper ſit, & utrùm aliud beneficium habeat, vel etiam proprium. Et qui horum neutrum habet, erga hunc miſericorditer agendum eſt, ne ex toto diſpoliatus in egeſtatem incidat; ut aut talem cenſum inde perſolvat qualis ei fuerit conſtitutus, vel portionem aliquam inde in beneficium accipiat unde ſe ſuſtentare valeat.

* Hæc deſunt in Codice Laudunenſi.

* [*Al. Mſs.* placita.]

De nonis & decimis.

Capitular. lib. 4. c. 40. V. Conſideratum eſt ut de frugibus terræ & animalium nutrimine nonæ & decimæ perſolvantur. De opere vero vel reſtauratione Eccleſiarum Comes & Epiſcopus & Abbas, una cum Miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc elegerint, conſiderationem faciant, ut unuſquiſque eorum tantùm inde accipiat ad operandum & reſtaurandum, quantùm ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter & vaſſi noſtri aut in commune tantum operis accipiant quantum rerum eccleſiaſticarum habent, vel unuſquiſque per ſe juxta quantitatem quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxta æſtimationem operis in argento perſolvant: cum quo pretio rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operarios conducere & materiam emere poſſit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum lege ſua reſtituat, inſuper & bannum noſtrum ſolvat; ut ita caſtigatus caveat ne ſæpiùs iterando beneficium amittat.

De mancipiis in villas dominicas confugientibus.

Ibid. c. 41. VI. Si cujuſlibet mancipia in villam noſtram confugerint, actor ejuſdem villæ quærenti domino ea non contradicat, ſed ſtatim ea foràs de eadem villa eiciat. Et ſi ſe putat ad ea repetenda juſtitiam habere, repetat illa & ſecundùm legem adquirat. Si verò tempore Domini Karoli genitoris noſtri in villam illam confugerint, & dominus ea quærit, actor ejuſdem villæ aut ea legitimè contendat, aut quærenti domino reddat. Et actor propter veſtituram Domni Karoli genitoris noſtri eadem mancipia contradire non audeat, ſi illius propria eſſe noſcuntur.

De foreſtibus noviter inſtitutis.

Ibid. c. 42. VII. Ut quicunque illas habet, dimittat, niſi fortè indicio veraci oſtendere poſſit quòd per juſſionem ſive permiſſionem Domni Karoli genitoris noſtri eas inſtituiſſet; præter illas quæ ad noſtrum opus pertinent, unde nos decernere volumus quicquid nobis placuerit.

De pontibus per diverſa loca emendandis.

Ibid. c. 43. VIII. Volumus ut Miſſi noſtri per ſingulas civitates, unà cum Epiſcopo & Comite, Miſſos vel noſtros homines ibidem commanentes eligant, quorum curæ ſit pontes per diverſa loca emendare, & eos qui illos recordare debent ex noſtra juſſione admonere, ut unuſquiſque juxta ſuam poſſibilitatem & quantitatem eos emendare ſtudeat.

CAPITULARE QUINTUM ANNI DCCCXIX, SIVE CAPITULA DE INSTRUCTIONE MISSORUM.

Goldast. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 249-251.

*An. 1677. *Nunc * primùm edita ex tribus antiquis Codicibus manuſcriptis, uno Bibliothecæ Regiæ, altero Bigotianæ, tertio S. Remigii Remenſis.*

(Collata cum quinque vetuſtiſſimis Manuſcriptis.)

Hæc Capitula præcipuè ad legationem Miſſorum noſtrorum ob memoriæ cauſam pertinentia, de quibus videlicet cauſis agere debeant.

INDEX CAPITULORUM.

Vide Theganum, caſ. 13.

1. *De legatione omnium Miſſorum dominicorum.*
2. *De illis libertatibus & rebus reddendis quæ in dominica veſtitura ſunt, qualiter inquirantur.*
3. *De oppreſſione pauperum, viduarum, & pupillorum.*
4. *De injuſtis conſuetudinibus noviter inſtitutis.*
5. *De honore Eccleſiarum.*
6. *De nonis & decimis.*
7. *De locis dandis ad clauſtra Canonicorum facienda.*
8. *De obſervatione præceptorum dominicorum.*
9. *De his qui per occaſionem immunitatis juſtitiam facere renuunt.*
10. *De locis jamdudum ſacris & nunc ſpurcitiâ fœdatis.*
11. *De beneficiis dominicis deſtructis.*
12. *De falſa moneta & de aliis diverſis cauſis prohibendis.*
13. *De Miſſorum dominicorum obſervatione.*
14. *De placitis à liberis hominibus obſervandis.*
15. *De debito ad opus dominicum rewadiato.*
16. *De his qui ad palatium vel in hoſtem pergunt, vel inde redeunt.*
17. *De pontibus publicis.*
18. *De Clericis, Monachis, & ſervis fugitivis.*
19. *De Advocatis Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, & Abbatiſſarum.*
20. *De Vicariis vel Centenariis, ſi latrones celaverint.*
21. *De Comitibus & Vicariis admonendis de conſtitutione legis.*
22. *De foreſtibus dominicis.*
23. *De Miſſis dominicis, & de his qui juſtitiam facere renuunt.*
24. *De Miſſis dominicis, ubi diutiùs non debeant immorari.*
25. *De Miſſis dominicis, & de Comite in aliquod miſſaticum directo.*
26. *De Miſſis dominicis, qualiter conjectum accipere debeant.*
27. *De vaſſis dominicis & Epiſcoporum vel reliquorum, qui in hoſte non fuerunt.*
28. *De Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus, & de placito Miſſorum dominicorum.*
29. *De diſpenſa Miſſorum dominicorum.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De legatione omnium Miſſorum dominicorum.

Capitular. lib. 4. c. 44.

I. LEGATIO omnium Miſſorum noſtrorum hæc eſt. Primò, ut ſicut jam aliis Miſſis injunctum fuit, juſtitiam faciant de rebus & libertatibus injuſtè ablatis; & ſi Epiſcopus, aut Abbas, aut Vicarius, aut Advocatus, aut quilibet de plebe hoc feciſſe inventus fuerit, ſtatim reſtituantur. Si verò vel Comes vel Actor dominicus, vel alter Miſſus palatii noſtri.

hoc perpetraverit, & in noſtram poteſtatem redegerit *, res diligenter inveſtigata & deſcripta ad noſtrum judicium reſervetur

* [*Codices Colbertinus & Laudunenſis ſic legunt: vel alter Miſſos Palatinus hoc perpetravit, & in noſtram poteſtatem redegit, res &c.*]

De illis libertatibus & rebus reddendis quæ in dominica veſtitura ſunt, qualiter inquirantur.

Capitular. lib. 4. c. 45. II. Volumus autem ut de his libertatibus & rebus reddendis quæ in noſtra veſtitura ſunt, primò per optimos quoſque inquiratur. Et ſi per illos inveniri non poſſit, tunc per eos qui poſt illos in illa vicinia meliores ſunt. Et ſi nec per illos rei veritas inveniri poteſt, tunc liceat litigantibus ex utraque parte teſtes adhibere. Et ſi diſcordaverint, ſecundùm inſtitutionem à nobis promulgatam examinentur.

De oppreſſione pauperum, viduarum, & pupillorum.

Ibid. c. 46. III. De pauperibus, viduis, & pupillis injuſtè oppreſſis, ut adjuventur & releventur.

De injuſtis conſuetudinibus noviter inſtitutis.

Ibid. c. 47. IV. De injuſtis occaſionibus & conſuetudinibus noviter inſtitutis, ſicut ſunt tributa & telonei in media via, ubi nec aqua, nec palus, nec pons, nec aliquid tale fuerit unde juſtè cenſus exigi poſſit, vel ubi naves ſubtus pontes tranſire ſolent, ſive in medio flumine ubi nullum obſtaculum eſt, ut auferantur. Antiquæ autem ad noſtram notitiam deferantur.

De honore Eccleſiarum.

Ibid. c. 48. V. De honore Eccleſiarum, ut per omnia eis exhibeatur ſicut nuper a nobis cum conſenſu omnium fidelium noſtrorum conſtitutum eſt. Et ut hoc Miſſi noſtri omnibus in ſua legatione conſtitutis notum efficiant.

De nonis & decimis.

Ibid. c. 49. VI. De nonis & decimis, ut ſecundùm juſſionem noſtram dentur.

De locis dandis ad clauſtra Canonicorum facienda.

Ibid. c. 50. VII. De locis dandis ad clauſtra Canonicorum facienda, ſi (terra *) de ejuſdem Eccleſiæ rebus fuerit, reddatur ibi. Si de alterius Eccleſiæ vel liberorum hominum, commutetur. Si autem de fiſco noſtro fuerit, noſtrâ libertate * concedatur.

* Hæc vox deeſt in omnibus antiquis exemplaribus.

* *Cod. Colbert.* libera ſtate.

De obſervatione præceptorum dominicorum.

Capitular. lib. 4. c. 51. VIII. De obſervatione præceptorum noſtrorum & immunitatum, ut ita obſerventur * ſicut à nobis & ab anteceſſoribus noſtris conſtitutum eſt.

* [*Al. Mſ.* obſervetur.

De his qui per occaſionem immunitatis juſtitiam facere renuunt.

Capitular. lib. 4. c. 52. IX. De his qui per occaſionem immunitatis juſtitiam facere renuunt, ut hoc obſervetur quod à nobis conſtitutum eſt.

De locis jamdudum ſacris, & nunc ſpurcitiâ fœdatis.

Ibid. c. 53 X. De locis jamdudum ſacris, & nunc ſpurcitiâ fœdatis, ut juxta poſſibilitatem in antiquum ſtatum reformentur.

De beneficiis dominicis deſtructis.

Ibid. c. 54 XI. De beneficiis noſtris, quæ deſtructa inveniuntur, hoc impleatur quod nuper à nobis conſtitutum eſt.

De falſa moneta & de aliis diverſis cauſis prohibendis.

Ibid. c. 55. XII. De nova moneta, & de falſa moneta, & de diſpectu litterarum noſtrarum, & de latronibus coercendis vel puniendis, & de laidis pacandis, de homicidiis prohibendis, de perjuriis & falſis teſtibus compeſcendis, de his omnibus vel cæteris his ſimilibus hoc quod modò conſtituimus, omnibus adnuntietur & in futurum obſervetur.

De Miſſorum dominicorum obſervatione.

Ibid. c. 56. XIII. Hoc volumus ut Miſſi noſtri obſervent, ut quicquid de his cauſis vel ſimul vel ſingillatim emendare potuerint, emendent, & ea quæ emendaverint, diligenter ſcriptis notent. Et hoc ſic peragere curent, quatinùs juſtè reprehendi à quoquam nullatenùs poſſint. Et quæ facere debent aut poſſunt, nullatenus prætermittant; immò caveant ne, quod abſit, aut gratiâ alicujus, aut honoris aut timoris ſive odii cauſâ, illud quod agere debent omittant. Et ſummoperè ſtudeant ut hoc quod per ſe efficere non poſſunt, nobis notum faciant. Et omnimodis prævideant ut per ſingula capitula, tam verbis quàm ſcriptis, de omnibus quæ illic peregerint, nobis rationem reddere valeant.

De placitis à liberis hominibus obſervandis.

Ibid. c. 57. XIV. De placitis ſiquidem quos liberi homines obſervare debent, conſtitutio genitoris noſtri penitùs obſervanda atque tenenda eſt, ut videlicet in anno tria ſolummodò generalia placita obſervent, & nullus eos ampliùs placita obſervare compellat; niſi fortè quilibet aut accuſatus fuerit, aut alium accuſaverit, aut ad teſtimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad cætera verò quæ Centenarii tenent non

alius venire jubeatur, niſi qui aut litigat, aut judicat, aut teſtificatur.

De debito ad opus dominicum rewadiato.

Ibid. c. 58. XV. Ut de debito quod ad opus noſtrum fuerit rewadiatum talis conſideratio fiat, ut is qui ignoranter peccavit, non totum ſecundùm legem componere cogatur, ſed juxta quod poſſibile viſum fuerit. Is verò qui tantùm malâ voluntate peccavit, totam legis compoſitionem cogatur exſolvere.

De his qui ad palatium vel in hoſtem pergunt, vel inde redeunt.

Ibid. c. 59. XVI. Ut nullus ad palatium vel in hoſtem pergens, vel de palatio vel de hoſte rediens, tributum, quod *traſturas* vocant, ſolvere cogatur.

De pontibus publicis.

Ibid. c. 60. XVII. Ut pontes publici qui per bannum fieri ſolebant, anno præſente omni loco reſtaurentur.

De Clericis, Monachis, & ſervis fugitivis.

Ibid. c. 61. XVIII. Ut Clerici (& Monachi*) & ſervi fugitivi ad loca ſua redire jubeantur.

* Deeſt in Laudunenſi Codice; decrat etiam in Colbert. ſed additum eſt antiquiùs ſuprà lineam.

De Advocatis Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, & Abbatiſſarum.

Ibid. c. 62. XIX. Ut nullus Epiſcopus, nec Abbas, nec Comes, nec Abbatiſſa Centenarium Comitis Advocatum habeat.

De Vicariis vel Centenariis, ſi latrones celaverint.

Ibid. c. 63. *Omnia vetera Exemplaria habent* & Centenarii, &c. XX. Ut Vicarii (vel Centenarii*) qui fures & latrones vel celaverint vel defenderint, ſecundùm ſibi datam ſententiam dijudicentur.

De Comitibus & Vicariis admonendis de conſtitutione legis.

Capitular. lib. 4. c. 64. XXI. Ut Comites & Vicarii & Centenarii de conſtitutione legis admoneantur, quâ jubetur ut propter juſtitiam pervertendam munera non accipiant.

De foreſtibus dominicis.

Ibid. c. 65. XXII. De foreſtibus noſtris, ut ubicunque fuerint diligentiſſimè inquirant quomodò ſalvæ ſint & defenſæ, & ut Comitibus denuntient ne ullam foreſtem noviter inſtituant; & ubi noviter inſtitutas ſine noſtra juſſione invenerint, dimittere præcipiant.

De Miſſis dominicis, & de his qui juſtitiam facere renuunt.

Ibid. c. 66. XXIII. Ut ubicunque ipſi Miſſi aut Epiſcopum aut Abbatem aut alium quemlibet quocunque honore præditum invenerint qui juſtitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipſius rebus vivant quandiu in eo loco juſtitias facere debent.

De Miſſis dominicis, ubi diùtiùs non debeant immorari.

XXIV. Ut in illius Comitis miniſterio qui bene juſtitias factas habet iidem Miſſi diutiùs non morentur, neque illuc multitudinem convenire faciant; ſed ibi moras faciant ubi juſtitia vel minùs vel negligenter facta eſt. Ibid. c. 67.

De Miſſis dominicis, & de Comite in aliquod miſſaticum directo.

XXV. Ut in illius Comitis miniſterio iidem Miſſi noſtri placitum non teneant qui in aliquod miſſaticum directus eſt, donec ipſe reverſus fuerit; ut cauſa quæ adhuc coram Comite non fuit, & is qui ſe reclamat, propter ſuam ſtultitiam aut contumaciam Comitem inde appellare noluit, iterùm Comiti commendetur. Ibid. c. 68.

De Miſſis dominicis, qualiter conjectum accipere debeant.

XXVI. Ut Miſſi noſtri qui vel Epiſcopi vel Abbates vel Comites ſunt, quandiu propè ſuum beneficium fuerint, nihil de aliorum conjecto accipiant. Poſtquam verò inde longè receſſerint, tunc accipiant ſecundùm quod in ſua tractoria continetur. Vaſſi verò noſtri & Miniſteriales, qui Miſſi ſunt, ubicunque venerint conjectum accipiant. Ibid. c. 69.

De vaſſis dominicis & Epiſcoporum, vel reliquorum, qui in hoſte non fuerunt.

XXVII. Ut vaſſi noſtri, & vaſſi Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, & Comitum, qui anno præſente in hoſte non fuerunt, heribannum rewadient; exceptis his qui propter neceſſarias cauſas & à Domno ac genitore noſtro Karolo conſtitutas domi dimiſſi fuerunt, id eſt, qui à Comite propter pacem conſervandam, & propter conjugem ac domum ejus cuſtodiendam, & ab Epiſcopo vel Abbate vel Abbatiſſa ſimiliter propter pacem conſervandam, & propter fruges colligendas & familiam conſtringendam, & Miſſos recipiendos, dimiſſi fuerunt. Ibid. c. 70.

De Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus, & de placito Miſſorum dominicorum.

XXVIII. Ut omnis Epiſcopus, Abbas, & Comes, exceptâ infirmitate vel noſtrâ juſſione, nullam excuſationem habeat quin ad placitum Miſſorum noſtrorum veniat, aut talem Vicarium ſuum mittat qui in omni cauſa pro illo reddere rationem poſſit. Ibid. c. 71.

* [Unum Caput hîc addit Goldaſtus, quod reformatus in novo Codice Legum veterum.]

De diſpenſa Miſſorum dominicorum.

Capitular. lib. 4. c. 73. XXIX. De diſpenſa Miſſorum noſtrorum, qualiter unicuique juxta ſuam qualitatem dandum vel accipiendùm ſit, videlicet Epiſcopo panes quadraginta, friſingæ tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii quatuor. Abbati, Comiti, atque miniſteriali noſtro unicuique dentur quotidie panes triginta, friſingæ duæ, de potu modii duo, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii tres. Vaſſallo noſtro panes decem & ſeptem, friſinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo.

CAPITULARE SEXTUM
ANNI DCCCXIX,
SIVE
CAPITULARE MISSORUM DOMINICORUM.

*An. 1677. *Nunc * primùm editum ex vetuſtiſſimo Codice mſ. Monaſterii Sancti Galli in Helvetia.*

CAP. I.

DE ſtatu Eccleſiæ & honore Pontificum, ut canonicè ſecundùm juſſionem Dominorum noſtrorum vivere & converſare debeant.

II.

* Clerici. Ut Sacerdotes & Clericos * ſecundùm normam priorum patrum vivant.

III.

Ut tam Monachi quam monachæ, ubicunque fuerint, regulariter vitam degant.

IV.

De reſtauratione Eccleſiarum vel luminaria, ſeu officia etiam & Miſſas, necnon & ſacritecta, ut in quantum poſſibilitas fuerit, per juſſionem Dominorum noſtrorum, ubi neceſſitas, reſtauratæ & emendatæ fiant.

V.

De Eccleſiis & monaſteria & ſenodochia quæ ad mundio palatii pertinent aut pertinere debent, ut unuſquiſque juſtitiam Dominorum noſtrorum Regum & eorum rectum conſentiat.

VI.

De cauſis inlicitis, conjunctionibus omnibus vel etiam cæteris nefandas res, ut unuſquiſque in ſua parochia unà cum conſenſu & adjutorio Comitis ſui hoc pleniter ſub celeritate amputare & emendare ſtudeat. Et qui hoc facere non potuerit, ad aures piiſſimi Domini noſtri vel ejus * poſteribus hoc innoteſcat abſque tarditate, ut malum quod perpetratum eſt canonicè emendatum fiat.

* Proceribus.

VII.

De viduis & orphanis & pauperibus, vel omnibus impotentibus, ut in eleemoſyna Dominorum noſtrorum Regum eorum juſtitiam pleniùs accipiant.

VIII.

De homicidiis & perjuriis, ſacrilegis, & falſis teſtimoniis, & hoc quod nefandum aut contrarium ſacris canones * eſſe videtur, & hoc pleniter per veſtram monitionem & per judicium Comitis emendatum fiat. Et qui hoc facere noluerit, abſque tarditate auribus præcellentiſſimi Domini noſtri vel ejus poſteribus hoc patefaciat.

* Canonibus.

IX.

De decimis, ut unuſquiſque ſuam decimam ad Eccleſiam offerat, ſicut mos vel ſacra conſuetudo eſſe dinoſcitur.

X.

Ut illi electi qui illos epiſcopatos tenent, qui canonicæ eſſe poteſt, ſub celeritate ſacratos fiant.

XI.

Volumus quidem ut ea quæ ſuperiùs retulimus ut unuſquiſque bonum certamen exinde habeant, ſeu & de aliis cauſis quas minimè in hoc Capitulare inſeruimus, & neceſſarii ſunt commendandi per veſtram ſanctiſſimam monitionem emenda. Et qui

hoc

hoc facere neglexerit, ſi Sacerdos aut Clericus fuerit, ſciat ſe canonicum ſubjacere ſervitium; & ſi laicus, Dominorum noſtrorum judicio & ejus proceribus ſuſtinere.

Explicit.

Epistola Hetti, *Archiepiſcopi Trevirenſis, Frothario, Tullenſi Epiſcopo, qua ei mandat ut ſcrutetur an mandatum Imperatoris de Regulâ augendæ Religionis, & de miniſtratoriis Canonicorum Officinis, dignè conſervetur.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

Hludouvici Pii, Imp. Aug., Constitutio *in Comitiis in Attiniaco celebratis* (ann 820.) *conſcripta, & per Miſſos Imperiales in Imperio promulgata.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

CAPITULARE ANNI DCCCXX.

SIVE

Capitula data apud Theodonis villam, anno DCCCXX, in generali Populi conventu.

*An. 1677. *Nunc * primùm edita ex duobus antiquis Exemplaribus manuſcriptis Bibliothecæ Colbertinæ.*

Ubi telonea exigi & ubi non exigi debeant.

I. Volumus firmiter omnibus in imperio noſtro nobis à Deo commiſſo notum fieri, ut nullus teloneum exigat, niſi in mercatibus ubi communia commercia emuntur ac venundantur; neque in pontibus, niſi ubi antiquitùs telonea exigebantur; neque in ripis aquarum, ubi tantùm naves ſolent aliquibus noctibus manere; neque in ſylvis, neque in ſtratis, neque in campis, neque ſubtus pontem tranſeuntibus, nec alicubi, niſi tantùm ubi aliquid emitur aut venditur quâlibet cauſâ res ad communem uſum pertinens, & ubi emptor cujuſlibet utitur herbâ aut lignis aut aliis villaticis commodis, cum eo cujus ſunt quibus utitur, agat juxta æſtimationem uſûs, & quod juſtum eſt de tali re, illi perſolvat. Quod ſi aliquis conſtituta mercata fugiens, ne teloneum ſolvere cogatur, & extra prædicta loca aliquid emere voluerit, & hujuſmodi inventus fuerit, conſtringatur & debitum telonei perſolvere cogatur. Et quiſquis hujuſmodi juſta telonea ſolvere declinantem ſuſceperit ſive celaverit, id ſecundùm ſuam legem emendare compellatur: is tamen quem celavit, debitum teloneum perſolvat. Cæterùm, ſicut ſuperiùs dictum eſt, niſi in memoratis locis nemo à quolibet exigat telonea. Et ſi fecerit contra hæc præcepta noſtra, ſciat ſe eſſe damnandum ſexaginta ſummâ ſolidorum.

De diſpenſa fidelium noſtrorum.

II. Sive carris, ſive ſagmariis, ſive friskingis, ſive aliis quibuſlibet vehiculis, tam eorum qui nobis aſſiduè in palatio deſerviunt, quamque & eorum qui ad palatium eorum diſpenſam ducunt, nemo in pontibus, neque in navibus, neque in quibuſlibet aliis locis, ab eis teloneum exigere præſumat. Quod ſi fecerit, noverit ſe ſimiliter ſexaginta ſummæ ſolidorum pœnâ plectendum. Quod ſi aliquis repertus fuerit qui ea quæ præmiſſa ſunt, non ad ſuam diſpenſam, nec ad proprios uſus, ſed potiùs venundandi cauſâ ea duxerit, noverit ſe ſicut ſuperiùs comprehenſum eſt eſſe damnandum.

Qualis cenſus exigi debeat de pontibus emendatis.

III. Nemo ex his qui pontes faciunt, aut de immunitatibus, aut de fiſcis, aut de liberis hominibus, cogantur pontaticum de eodem quem fecerunt ponte perſolvere. Et ſi forte quilibet voluerit ex propriis facultatibus eundem pontem emendare vel reficere, quamvis de ſuis propriis rebus eundem pontem emendet vel reficiat, non tamen de eodem ponte majorem cenſum exigere præſumat, niſi ſicut conſuetudo fuit & juſtum eſſe dinoſcitur.

Ut nullus liber homo ad brolios dominicos operari cogatur.

IV. Omnibus notum ſit quia nolumus ut liber homo ad noſtros brolios operari

cogatur. Attamen de aliis publicis functionibus, quas ſolebant juxta antiquam conſuetudinem facere, nemo ſe pro hac cauſa excuſet.

De Capitulis præterito anno additis Legi Salicæ.

V. Generaliter omnes admonemus ut capitula que præterito anno Legi Salicæ per omnium conſenſum addenda eſſe cenſuimus, jam non ulteriùs Capitula, ſed tantùm Lex dicantur, immò pro lege teneantur.

LUDOVICI PII, IMPERATORIS,

EPISTOLA AD MONACHOS ANIANENSES,

Data circa annum Chriſti DCCCXXI.

Garellius, part. 1, pag. 79. Dacherius, in Notis ad Guibertum.

[*Ad confirmandam Electionem Truëſindi Abbatis.*]

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus divinâ ordinante providentiâ Imperator Auguſtus, venerabilibus fratribus in Aniano ſive Gellone monaſterio conſtitutis. Proximè accidit Agobardum Archiepiſcopum ad noſtram deveniſſe præſentiam, qui indicavit nobis quomodò eo præſente & Nebridio Archiepiſcopo ſine mora omnes pari conſenſu Truëtesindum ſuper vos elegiſſetis Abbatem. Cui facto, quia rationabile nobis videbatur, adſenſum præbere non diſtulimus, id deſiderantes ac optantes ut pietas divina id ad ſuam & veſtram communem ſalutem proficere faciat, quòd ille patris ac paſtoris inter vos locum obtineat, & vos ut Chriſti oves pro humilitate ac devotione, ſicut dignum ac rectum & juſtum eſt, ſubditi & obedientes ei ſitis; & hæc obedientia & humilitatis ſubjectio caritatis munimine eſt roboranda, quam ſine ſimulatione falſæ extrinſecùs oſtentationis in vobis fieri neceſſe eſt. Vos enim optimè noſtis cum quanto ſtudio & ſudore à beatæ memoriæ Domno Benedicto patre veſtro locus iſte primò inchoatus ac conſtructus eſt; deinde quâ diligentiâ ille nitebatur ut vos, quos divina ſuperni Paſtoris gratia per ſuæ devotionis inſtantiam inibi coadunaverat, ſecundùm monaſticæ vitæ regulam rectè converſaremini; quod &, Deo largiente, juxta id quod deſideravit ad effectum perduxit. Sed & de ſacroſancto eodem examine per imperium à Deo nobis commiſſum longè latèque piæ converſationis normam coadoptavit, ac vobis diſſeminare non deſtitit. Et cùm profectò ita ſe res habeat, dignum vos admonere ſtatuimus ut Deo cooperante id efficere ſtudeatis, ne in diebus veſtris res tam egregiè inchoata, & ad incrementum perducta, quolibet caſu quicquam detrimenti ſumat, ſed tales ſemper per Dei miſericordiam eſſe ſtudeatis, ut de vobis poſſint ſicut priùs magiſtri & doctores, ſanctæ non ſolùm regularis vitæ, verùm omnis ſpiritalis normæ & præcipui apicis adſumi, ubicunque neceſſitas vel voluntas fuerit. Porrò Truëteſindum Abbatem veſtrum admonitum eſſe volumus ut circa vos paternum exerceat amorem, & conſideret ſecundùm ætatem vel valetudinem corporis, vel infirmitatis cujuſlibet moleſtiam, quid cui conveniat ex ſubjectis ſibi, & caveat omnimodis ne in negligentes adeò fervida zeli caſtigatio modum excedat, ut eos puſillanimes reddat, nec apud obſervantes mandata Dei talis ſit, ut torpore & deſidiâ in eis rigorem conſtantiæ frangat; ſed maximâ diſcretione juxta Apoſtolum ſit omnibus omnia factus, ut omnes ad ſe pertinentes ſalvare poſſit. Quòd ſi fortè evenerit, quod nos non optamus, ut ille extra regulam vobis à memorato Benedicto optimè traditam in aliquo deviaverit, & magis voluerit quæ agenda ſunt proprio arbitrio & voluntate quàm veſtro communi conſilio agere, vos eum, ut cariſſimi fratres & filii, cum omni manſuetudine & patientia corrigite. Quòd ſi vobis adſenſum præbuerit, & per vos correctus fuerit, hoc Dei dono tribuatis. Si verò ille pertinacior in ſua, quod abſit, permanere voluerit ſententiâ, tunc

nobis id ſignificare priùs faciatis, quàm foris vicinis veſtris notum fiat; quia cùm in aliis regalem exerceamus poteſtatem, in vobis tamen paternum ſemper volumus obtinere affectum. Et quamvis hæc licentia à nobis ſit vobis conceſſa, tamen ſummoperè cavendum eſt ne de qualibet re adversùs Abbatem veſtrum, levi irâ aut pravâ perturbatione inflammati, fruſtrà pertinaci audaciâ adversùs eum commoveamini. Nam ſi aliquis veſtrûm ſine ratione adversùs eum inflammabitur, & noſtras aures ſine cauſa pulſaverit, nos adversùs ſe noverit diſtrictâ animadverſione eſſe commotos; ut ille qui ejuſmodi eſt, cæteris fiat documentum ne in poſterum aliquis audeat adversùs magiſtrum ſuum injuſtè conſurgere. Vos quoquè, Seniores, in omnibus adjuvate eum, tam in diſtrictione juniorum fratrum, quàm etiam & in reliqua utilitate monaſterii; nec illum ſolum ſub tanti ponderis onere gravari patiamini, ſed juxta Apoſtolum invicem onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Vos autem, juniores Fratres, ſtatuimus admonere ut in omnibus Abbati veſtro & Senioribus fratribus obedientes ſitis & humiles, non protervi, non murmuratores, ſed cum omni humilitate & manſuetudine ſervantes propoſitum veſtrum. Nam ſi ſecùs egeritis, ut aliquis veſtrûm adversùs Abbatem & Fratres inſletur, & non ſolùm ſibi, ſed etiam aliis perverſæ tranſgreſſionis fuerit incitamentum, & non ſui Abbatis vel Fratrum ſuſtinere correctionem, hunc nobis cum feſtinatione mitti præcipimus, ut eum in talem dirigamus locum unde ille vobis minimè poſſit quicquam inferre ſcandali. Hæc vobis ideo ſcribere juſſimus, ut cognoſcere poſſitis quantam curam ac ſollicitudinem de vobis habere deſideramus. eandem enim familiaritatem quam cum piæ recordationis Benedicto Abbate veſtro habere viſi ſumus, ſi præcepta ejus obedienter cuſtodire volueritis, vobiſcum ſimiliter habere volumus, & curam veſtri ipſiuſque monaſterii ſemper agere. Et quia conſtat per chartam donationis prædicti patris veſtri eundem monaſterium Genitoris noſtri priùs & denuo noſtrum eſſe alodem, eandem licentiam quam ipſe priùs & nos deinceps per præcepta immunitatis viſi ſumus concedere, perpetuis temporibus firmiter obſervare & inviolabiliter conſervare promittimus. Et quandocunque divinâ vocatione prædictus Abbas vel ſucceſſores ejus de hac luce migraverint, quandiu inter vos tales invenire potueritis qui ipſam Congregationem ſecundùm regulam Sancti Benedicti regere valeant, per ſæpe ſcriptam & roboratam noſtram auctoritatem, licentiam habeatis ſemper eligendi Abbates. Optamus vos pro nobis orantes, ac ſanctum propoſitum veſtrum cuſtodientes, in Chriſto ſemper bene valere.

CAPITULARE TRIBURIENSE,

*[Simond. Anno Chriſti, ut conjectura eſt, DCCCXXI, menſe Octobri.]

Datum anno Chriſti DCCCXXII*, ad petitionem Epiſcoporum in Theodonis villa congregatorum, anno ſuperiore.

(Collatum cum vetuſtiſſimo Codice Vaticano.)

PETITIO EPISCOPORUM,

[*adversùs percuſſores Clericorum.*]

Burchard. lib. 6. c. 5. Ivo, part. 10. c. 134. Simond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 445. Goldaſtus, tom. 2. pag. 13. Gretſerus, in Apolog. Baronii, p. 345.

IN Concilio apud Theodonis villam, ubi interfuerunt XXXII. Epiſcopi, Aiſtulfus Moguntinenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis; Hadabaldus, Colonienſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis; Hetti, Trevirenſis Archiepiſcopus, cum ſuis Suffraganeis; Ebbo, Remenſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis, cum nuntiis reliquorum Epiſcoporum Galliæ & Germaniæ, ob nimiam præſumptionem quorumdam tyrannorum in Sacerdotes Domini baccantium, & propter factum quod in Waſconia noviter accidit de Epiſcopo Johanne inhoneſtè & inauditè mordridato, decretum eſt ut communi conſenſu & humili devotione ſupplicaretur auribus Principis, ſi ſuæ pietati complaceret ut calumnia in Chriſti Sacerdotes peracta juxta ſynodalia determinaretur pleniter ſtatuta, hoc idem Epiſcoporum judicio placeret, ſi ex toto ſecundùm poteſtatem ipſorum poſſet definiri, id eſt, ut

Vide Alteſerram, to. 2. Rer. Aquit. p. 880, cap. 17.

canonicâ feriantur ſententiâ, hi videlicet qui timorem Domini poſtponentes, in Miniſtros ſuos graſſare præſumunt. Quod ſi verò pietati illius complaceret, juxtà Capitula Regum præcedentium, ubi eorum proviſio miſericorditer in offenſis pecuniæ quantitatem interpoſuit, pro conſolatione ſanctæ Eccleſiæ, ut præfatæ res per pecuniam ab Imperatoribus Sacerdotibus ad defenſionem conceſſam, & per pœnitentiam determinari Epiſcoporum judicio, ſi pietas illius conlaudare voluerit, ſic definiri eis complacuit.

Capitulare II. anni 803. c. 1.

Vide Not. tom. 2. p. 1108.

CAP. I.

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 2. pag. 13. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 446.

SI quis Subdiaconum calumniatus fuerit, vulneraverit, vel debilitaverit, & convaluerit, quinque quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & trecentos ſolidos cum ſua compoſitione & epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & quadringentos ſolidos cum tripla ſua compoſitione & epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat.

II.

Si quis Diaconum calumniatus fuerit, & convaluerit, ſex quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & quadringentos ſolidos cum compoſitione ſua & epiſcopalibus bannis Epiſcopo componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas ſex quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat, & ſexcentos ſolidos cum tripla ſua compoſitione & epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat.

III.

Si quis Preſbyterum calumniatus fuerit & ſpaſſaverit, ſex quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat, & ſexcentos ſolidos cum triplici ſua compoſitione & epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum pœnitentia ſecundùm Canones ei imponatur, & nongentos ſolidos cum triplici compoſitione ſua & epiſcopalibus bannis triplicibus Epiſcopo componat.

IV.

Si quis Epiſcopo inſidias poſuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehoneſtaverit, decem quadrageſimas cum ſubditis annis pœniteat, & Preſbyteri occiſi † triplicem compoſitionem componat. Si autem caſu & non ſpontè occiditur, cum comprovincialium Epiſcoporum conſilio homicida pœniteat. Si quis autem ſpontè eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat omnibus diebus vitæ ſuæ, cingulum militare deponat, abſque ſpe conjugii in perpetuo maneat.

† [*Al. Mſſ.* Preſbyteri non occiſi. *Sic Sirmond.*]

Aiſtulfus Moguntinenſis Archiepiſcopus dixit: « Si Principibus placuerit aliiſque ſuis Fidelibus, rogemus ut conlaudetur & ſubſcribatur. » Et conlaudatum eſt & ſubſcriptum eſt tam à Principe quàm à cæteris omnibus.

DECRETUM IMPERATORIUM
POST PETITIONEM EPISCOPORUM.

Burchard. lib. 6. c. 6. Ivo, part. 10 c. 135. Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 2. pag. 14. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 447.

PLACUIT Nobis & Fidelibus noſtris ut ſicut ab Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus, ac Dei ſervis, alio anno apud Theodonis villam admoniti fuimus & rogati, ut Epiſcopi & eorum Miniſtri, quos Deus ſuo, non humano, judicio reſervavit, juxtà ſanctorum Canonum ſanctorumque Patrum ac Capitularium præcedentium Regum coràm poſitorum ſtatuta, ut Dei Sacerdotes eorumque Cooperatores, quorum interceſſionibus, ſupplicationibus ſancta Dei Eccleſia conſtare videtur, intacti permaneant.

I. Conſtituimus ut ſi quis Subdiaconum calumniatus fuerit, & convaluerit, pœnitentiâ canonicâ pœniteat, & trecentos ſolidos Epiſcopo componat. Et ſi mortuus fuerit, juxta id quod Canones præcipiunt pœniteat, & quadringentos ſolidos Epiſcopo componat.

II. Si Diaconum quis calumniatus fuerit, & convaluerit, pœniteat ſecundùm Canones, & quadringentos ſolidos Epiſcopo componat. Si non convaluerit, juxta præcepta ſynodalica pœniteat, & ſexcentos ſolidos Epiſcopo componat.

III. Si Preſbyterum quis malè tractaverit & ſpaſſaverit, ſecundùm ejus Epiſcopi ſententiam pœniteat, & nongentos ſolidos Epiſcopo componat. Si autem mortuus fuerit, ut Synodus dijudicaverit pœniteat, & mille ducentos ſolidos Epiſcopo componat.

Vide Bignonium ad Leg. Salic. p. 844, extremâ.

IV. Et ſi quis Epiſcopo inſidias poſuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehoneſtaverit, pœniteat ſecundùm Canonum

ſtatuta, & Preſbyteri occiſi * triplicem compoſitionem cum juſtitiis quæ in ſuperiori Capitulo ſcripta & confirmata eſſe videntur, componat.

* *Vide* Notam marginalem ſuperiorem, cui eſt ſign. †.

V. Si quis per induſtriam Epiſcopum occiderit, juxta id quod apud Theodonis villam à XXXIII. Epiſcopis decretum eſt, & quod ibi à Nobis & à Primatibus totius Galliæ & Germaniæ benignè conlaudatione conlaudatum eſt & ſubſcriptum, pœniteat, (& pecuniam à nobis conceſſam Eccleſiæ viduatæ perſolvat *).

* [Hæc deſunt in quibuſd. mſs.]

VI. Et hoc de noſtro adjecimus, ut ſi quis in his ſupradictis ſanctorum Canonum noſtrique Decreti ſanctionibus Epiſcopis inobediens & contumax extiterit, primùm canonicâ ſententiâ feriatur, deinde in noſtro regno beneficium non habeat, & alodis ejus in bannum mittatur; & ſi annum & diem in noſtro banno permanſerit, ad fiſcum noſtrum redigatur, & captus in exilium relegetur, & ibi tamdiu cuſtodiatur & conſtringatur donec coactus Deo & ſanctæ Eccleſiæ ſatisfaciat, quod priùs gratis facere noluerat.

Et ſi omnibus vobis iſta complacuerint, dicite. Et tertiò ab omnibus conclamatum eſt: *Placet.* Et Imperatores & penè omnes Galliæ & Germaniæ Principes ſubſcripſerunt, ſinguli ſingulas facientes cruces. Et Eccleſiaſticus Ordo Deo & Principibus laudes referentes hymnum *Te Deum laudamus* decantaverunt. Et ſic ſoluta eſt Synodus.

Flodoard. p. 361, 313. Filefac, tom. 2. pag. 185.

Hludouvici Pii et Hlotharii F., Imp. Aug. Edictum *de expiatione peccatorum facienda.* Vide in novo Codice Legum veterum.

Præceptum Hludouvici Pii, *pro Reformatione Monaſteriorum Senonenſium S. Petri, S. Joannis & S. Remigii.* Vide in novo Codice Legum veterum.

CAPITULARE

De Cauſis Monaſterii Sanctæ Crucis Pictavienſis, datum circa annum Chriſti DCCCXXII.

Capitulare de Monaſterio Sanctæ Crucis, quod eſt ſitum intrà Pictavenſem urbem, quod piiſſimus Imperator Lugdovicus fieri præcepit, atque ut idem ab omnibus obſervaretur, glorioſo filio ſuo Pippino commiſit.

Tom. 2. Hincmari, pag. 843. Flodoard. pag. 434, 547.

Cap. I.

UT à nemine prædictæ Sanctimoniales opprimantur injuſtè vel condemnentur, ab ipſo Domno Pippino Rege provideatur.

II. Ut à nemine temporale ſervitium exteriùs ullo modo quæratur, niſi quantùm ab eis quæſivi poſtquam eas ſub regulari norma vivere conſtitui.

III. Similiter ut res monaſterii, quas modò habent, non priùs ab ullo auferantur quàm aut ante Domnum Pippinum aut ante Comitem palatii illius præfata ratio reddatur.

IV. Ut temporale ſervitium in opere femineo ab eis ad partem dominicam nullatenùs quæratur: quia ſi hoc fieri cœperit, omninò ordo regularis ſtare non poterit.

V. De cæteris verò quæſtionibus quas aut alii ab ipſis aut ipſæ quærunt ab aliis, ſecundùm conſuetudinem ante Comitem vel Vicarios ejus juſtitiam reddant & accipiant; tantùm ut juſtè fiant.

VI. Ut omninò caveatur ne ultra centenarium numerum Congregatio illa per cujuſcunque petitionem multiplicetur.

VII. Ut omninò provideatur ne Clericorum numerus pluſquàm XXX. augeatur; & ipſi per omnia ad dictam Congregationem ſanctæ Crucis honeſtè & perfectè obedientes ſint atque ſubjecti..... Sin autem, liber diſcedat. Colonus autem vel ſervus ad naturale ſervitium, velit nolit, redeat.

VIII. Item, ſi quando neceſſe fuerit, per juſſionem Domni Pippini Regis Ramnulfum ſpecialiter Miſſum habeant. Quando verò neceſſe non fuerit, Advocatus earum per ſe juſtitiam faciat & accipiat.

Excerpta quædam ex Capitulari Hludouvici Pii, Imp. Aug. (ann. 822.), *de Miſſis Dominicis, de oppreſſione Pauperum; de honore Eccleſiarum.* Vide in novo Codice Legum veterum

CAPITULARE
ANNI DCCCXXIII (*),

Admonitionem generalem continens ad utriuſque ordinis homines, cum inſtructione Miſſorum Dominicorum quos Imperator in diverſas regni provincias deſtinabat.

(*) Hæc Capitula Browerus ſancita eſſe ait anno 835, ſed malè. nam ex præfatione manifeſtè colligitur edita illa fuiſſe ante annum 827. Aliundè extant in Collectione Angeſiſi, quæ ut ipſe, teſtatur Browerus, confecta fuit anno 827. Aliqui verò eadem Capitula ſancita eſſe dicunt anno 825, & publicata fuiſſe cenſent in quodam Conventu generali Aquiſgranenſi. Vide *le Cointe, Annal. Francor. ann. 825, n.° 6.....* [Nota Editoris.]

Goldaſt. tom. 3, pag. 243. Duchesn. tom. 3, p. 659 & ſeq. Simmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 451. & ſeq. Browerus, tom. 2, p. 406. *Vide* Agob. in lib. de Diſpenſat. c. 5; & Notas, p. 95. Vitam Ludovici Pii, pag. 302.

INDEX CAPITULORUM.

1. *PRÆFATIO.*
2. *De divina providentia in conſtitutione Domni Imperatoris, & de conſervatione trium capitulorum,*
3. *De hoc quòd admonitor fidelium Domnus Imperator ſit, & omnes fideles adjutores ipſius.*
4. *De ſacro miniſterio Epiſcoporum, & de admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos.*
5. *De admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos, de Sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus, & de ſcholis.*
6. *De admonitione ad Comites pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ.*
7. *De admonitione ad Laicos pro honore eccleſiaſtico conſervando.*
8. *De admonitione ad Abbates & Laicos pro monaſteriis ex regali largitate ſibi commiſſis.*
9. *De admonitione ad Epiſcopos, Abbates, & ad omnes fideles, pro Comitum adjutoriis.*
10. *De admonitione ad Epiſcopos vel omnes pro concordia ad invicem & cum cæteris fidelibus.*
11. *De admonitione ad omnes generaliter pro caritate & pace ad invicem.*
12. *De hoc quòd unuſquiſque Epiſcoporum vel Comitum partem miniſterii regalis habeat, & de teſtimonio ipſorum ad invicem.*
13. *De cauſa orta ad inhonorationem regni pertinente.*
14. *De pace in itinere exercitali cuſtodienda.*
15. *De denuntiatione, ut qui in hoſtem pergunt, ſuos qui in ſuo obſequio ſunt unuſquiſque cognoſcat.*
16. *De inhonoratione Regis propter negligentiam eorum qui legationes malè recipiunt.*
17. *De locis in quibus legationes recipiendæ ſunt.*
18. *De admonitione unius monetæ.*
19. *De injuſtis teloneis.*
20. *De pontibus ubi antiquitus fuerunt renovandis.*
21. *De nonis & decimis.*
22. *De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum adimplendis.*
23. *De Comitibus, ut miniſtris Eccleſiæ in ſuis miniſteriis adjutores ſint*
24. *De Capitulis à Cancellario palatii ab Archiepiſcopis & Comitibus accipiendis.*
25. *De nominibus locorum in quibus Miſſi dominici legatione funguntur.*
26. *De commemoratione ad legationem prædictorum Miſſorum pertinente.*
27. *De hoc quòd per Miſſos dominicos ea quæ per Capitula ſtatuta ſunt, omnibus nota fieri debeant.*
28. *Admonitio ad eos qui legatione funguntur.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

PRÆFATIO.

Capitular. lib. 2. c. 1.

1. OMNIBUS vobis aut viſu aut auditu notum eſſe non dubitamus quia genitor noſter & progenitores, poſtquam à Deo ad hoc electi ſunt, in hoc præcipuè ſtuduerunt ut honor ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſtatus regni decens maneret. Nos etiam juxta modum noſtrum eorum ſequentes exemplum, ſæpe veſtram devotionem de his admonere curavimus; & Deo miſerante multa jam emendata & correcta videmus: unde & Deo juſtas laudes perſolvere, & veſtræ bonæ intentioni multimodas debemus gratias referre.

De divina providentia in conſtitutione Domni Imperatoris, & de conſervatione trium Capitulorum.

Ibid. c. 2. II. Sed quoniam complacuit divinæ providentiæ noſtram mediocritatem ad hoc conſtituere ut ſanctæ ſuæ Eccleſiæ & regni hujus curam gereremus, ad hoc certare & nos & filios ac ſocios noſtros diebus vitæ noſtræ optamus, ut tria ſpecialiter Capitula & à nobis & à vobis, Deo opem ferente, in hujus regni adminiſtratione ſpecialiter conſerventur; id eſt, ut defenſio & exaltatio vel honor ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſervorum illius congruus maneat, & pax & juſtitia in omni generalitate populi noſtri conſervetur. In his quippe maximè ſtudere, & de his in omnibus placitis quæ vobiſcum Deo auxiliante habituri ſumus, vos admonere optamus, ſicut debitores ſumus.

De hoc quòd admonitor fidelium Domnus Imperator ſit, & omnes fideles adjutores ipſius.

Ibid. c. 3. III. Sed quamquam ſumma hujus miniſterii in noſtra perſona conſiſtere videatur, tamen & divinâ auctoritate & humanâ ordinatione ita per partes diviſum eſſe cognoſcitur, ut unuſquiſque veſtrûm in ſuo loco & ordine partem noſtri miniſterii habere cognoſcatur. Unde apparet quòd ego omnium veſtrûm admonitor eſſe debeo, & omnes vos noſtri adjutores eſſe debetis. Nec enim ignoramus quid unicuique veſtrûm in ſibi commiſſa portione conveniat. Et ideò prætermittere non poſſumus quin unumquemque juxta ſuum ordinem admoneamus.

De ſacro miniſterio Epiſcoporum, & de admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos.

Ibid. c. 4. IV. Sed quoniam ſcimus quòd ſpecialiter pertineat ad Epiſcopos ut primùm ad ſacrum miniſterium ſuſcipiendum juſtè accedant, & in eodem miniſterio religiosè vivant, & tam bene vivendo quàm rectè prædicando populis ſibi commiſſis iter vitæ præbeant, & ut in monaſteriis in ſuis parochiis conſtitutis ſancta religio obſervata fiat, & ut unuſquiſque juxta ſuam profeſſionem veraciter vivat, curam impendant, omnes vos in hoc ſacro ordine conſtitutos & officio paſtorali functos monemus atque rogamus ut in hoc maximè elaborare ſtudeatis, & per voſmetipſos & per vobis ſubjectos, quantùm ad veſtrum miniſterium pertinet, nobis veri adjutores in adminiſtratione miniſterii nobis commiſſi exiſtatis, ut in judicio non condemnari pro noſtra & veſtra negligentia, ſed potiùs pro utrorumque bono ſtudio remunerari mereamur; & ubicunque per neglegentiam Abbatis aut Abbatiſſæ vel Comitis, ſive vaſſi noſtri aut alicujus cujuſlibet perſonæ, aliquod vobis difficultatis in hoc apparuerit obſtaculum, noſtræ dinoſcentiæ id ad tempus inſinuare non differatis; ut noſtro auxilio ſuffulti, quod veſtra auctoritas expoſcit, famulante, ut decet, poteſtate noſtrâ perficere valeatis.

De admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos, de Sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus, & de ſcholis.

Ibid. c. 5. V. De Sacerdotibus verò ad veſtram curam pertinentibus magnum adhibete ſtudium, ut qualiter vivere debeant, & quomodò populis ad ſuam portionis curam pertinentibus exemplo & verbo proſint, à vobis cum magna cura edoceantur & admoneantur, & id ut facere ſtudeant, veſtrâ pontificali auctoritate conſtringantur. Quicquid autem in illis à populis juſtè reprehenditur in exemplo propriæ converſationis, veſtra providentia corrigere non negligat. Ne verò Eccleſiæ illis commiſſæ in reſtauratione aut in luminaribus juxta poſſibilitatem rerum ab illis negligantur, veſtra nihilominùs invigilare debet ſolertia. Et ſicut alios prohibetis ne de manſis ad Eccleſiæ luminaria daris aliquid accipiant, ſic & vos & veſtri Archidiaconi de eiſdem manſis nihil accipiendo aliis exemplum præbeatis; ſed potiùs ad id ad quod data ſunt ſervire concedantur, ut totum, ſicut dictum eſt, in reſtauratione Eccleſiarum & luminaribus veſtrâ auctoritate & ſtudio cedere poſſit. Scholæ ſanè ad filios & miniſterios Eccleſiæ inſtruendos vel edocendos, ſicut nobis præterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis, & vobis injunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum eſt, ad multorum utilitatem & profectum à vobis ordinari non negligantur.

De admonitione ad Comites pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ.

Ibid. c. 6. VI. Vobis verò Comitibus dicimus, voſque commonemus, quia ad veſtrum miniſterium maximè pertinet, ut reverentiam & honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ exhibeatis, & cum Epiſcopis veſtris concorditer vivatis, & eis adjutorium ad ſuum miniſterium peragendum præbeatis, & ut vos ipſi in miniſteriis veſtris pacem & juſtitiam faciatis, & quæ noſtra auctoritas pu-

blicè fieri decernit, ut in veſtris miniſteriis ſtudioſè perficiantur ſtudeatis. Proinde monemus veſtram fidelitatem ut memores ſitis fidei nobis promiſſæ, & in parte miniſterii noſtri vobis commiſſi, in pace ſcilicet & juſtitia facienda, voſmetipſos coram Deo & coram hominibus tales exhibeatis, ut & noſtri veri adjutores & populi conſervatores juſtè dici & vocari poſſitis; & nulla quælibet cauſa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuſlibet, vel odium aut timor, vel gratia ab ſtatu rectitudinis vos deviare compellat quin inter proximum & proximum ſemper juſtè judicetis. Pupillorum verò & viduarum & cæterorum pauperum adjutores & defenſores, & ſanctæ Eccleſiæ vel ſervorum illius honoratores, juxta veſtram poſſibilitatem ſitis. Illos quoquè qui temeritate & violentiâ in furtis & latrociniis ſive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, veſtro ſtudio & correctione, ſicut decet, compeſcite. Et ſi aliqua perſona in aliquo vobis impedimento fuerit quin ea quæ dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat, ut noſtrâ auctoritate adjuti miniſterium veſtrum dignè adimplere poſſitis.

De admonitione ad laicos pro honore eccleſiaſtico conſervando.

Ibid. c. 7. VII. Omnes verò laicos monemus ut honorem eccleſiaſticum conſervent, & dignam venerationem Epiſcopis & Dei Sacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum ſuis devotè occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter obſervent, & ſuos obſervare doceant & compellant. Et ut etiam dies dominicus, ſicut decet, & honoretur & colatur omnes ſtudeant. Et ut liberiùs fieri poſſit, mercata & placita a Comitibus, ſicut ſæpe admonitum fuit, illo die prohibeantur

De admonitione ad Abbates & Laicos pro Monaſteriis ex regali largitate ſibi commiſſis.

Ibid. c. 8. VIII. Abbatibus quoquè & Laicis ſpecialiter jubemus ut in monaſteriis quæ ex noſtra largitate habent, Epiſcoporum conſilio & documento ea quæ ad religionem Canonicorum, Monachorum, Sanctimonialium pertinent, peragant, & eorum ſalubrem admonitionem in hoc libenter audiant & obediant.

De admonitione ad Epiſcopos, Abbates, & ad omnes fideles, pro Comitum adjutoriis.

Ibid. c. 9. IX. Epiſcopis iterùm, Abbatibus, & vaſſis noſtris, & omnibus fidelibus laicis dicimus ut Comitibus ad juſtitias faciendas adjutores ſitis.

De admonitione ad Epiſcopos vel omnes pro concordia ad invicem & cum cæteris fidelibus.

Ibid. c. 10. X. Epiſcopi verò vel Comites & ad invicem & cum cæteris fidelibusconcorditer vivant, & ad ſua miniſteria peragenda viciſſim ſibi adjutorium ferant.

De admonitione ad omnes generaliter pro caritate & pace ad invicem.

Ibid. c. 11. XI. Omnibus etiam generaliter dicimus ut caritatem & pacem ad invicem habeatis, & generalem juſſionem noſtram generaliter obſervare decertetis, & Miſſis noſtris pro qualicunque ſcilicet aut eccleſiaſtica aut publica utilitate vel opportunitate à nobis directis noſtri honoris cauſâ honorem exhibeatis, & noſtræ propter auctoritatis venerationem ea quæ per illos injungimus, agere non negligatis.

De hoc quòd unuſquiſque Epiſcoporum vel Comitum partem miniſterii regalis habeat, & de teſtimonio ipſorum ad invicem.

Ibid. c. 12. XII. Et quoniam, ſicut diximus, unuſquiſque veſtrûm partem miniſterii noſtri per partem habere dinoſcitur, volumus ſtudere & per clamatores & per alia quælibet certa indicia, & per Miſſos noſtros quos ad hoc ordinaverimus, qualiter unuſquiſque ad hoc certare ſtuduerit, & per commune teſtimonium, id eſt, Epiſcoporum de Comitibus, Comitum de Epiſcopis, comperire qualiter ſcilicet Comites juſtitiam diligant & faciant, & quàm religioſè Epiſcopi converſentur & prædicent, & amborum relatu de aliorum fidelium in ſuis miniſteriis conſiſtentium æquitate & pace atque concordia cognoſcere. Similiter etiam volumus ut omnes illis & illi omnibus de communi ſocietate & ſtatu à nobis interrogati, verum teſtimonium ſibi mutuò perhibere poſſint.

De cauſa orta ad inhonorationem regni pertinente.

Ibid. c. 13. XIII. Et ſi talis cauſa in qualibet provincia aut in aliquo comitatu orta fuerit quæ aut ad inhonorationem regni aut ad commune damnum pertineat, quæ etiam ſine noſtra poteſtate corrigi non poſſit, nos diù latere non permittatis, qui omnia corrigere debemus: quia quicquid hactenùs in his quæ ad pacem & juſtitiam totius populi pertinent, & ad honorem regni & communem utilitatem, aut à nobis aut à vobis neglectum eſt, debemus Deo auxiliante

liante certare qualiter abhinc noſtro & veſtro ſtudio emendatum fiat.

De pace in itinere exercitali cuſtodienda.

Ibid. 14. XIV. De pace verò in exercitali itinere ſervanda uſque ad marcham hoc omnibus notum fieri volumus, quòd quicunque auctorem damni ſibi præterito anno inlati nominatim cognoſcit, ut juſtitiam de illo quærat & accipiat.

De denuntiatione, ut qui in hoſtem pergunt, ſuos qui in ſuo obſequio ſunt unuſquiſque cognoſcat.

Ibid. 15. XV. Deinceps tamen omnibus denuntiare volumus ut cognoſcat unuſquiſque omnes qui in ſuo obſequio in tali itinere pergunt, ſive ſui ſint, ſive alieni, ut ille de eorum factis rationem ſe ſciat redditurum, & quicquid ipſi in pace violanda deliquerint, ad ipſius debet periculum pertinere; eâ ſcilicet conditione, ut pacis violator primum juxta facinoris qualitatem, ſive coram nobis, ſive coram Miſſo noſtro, dignas pœnas perſolvat; & Senior qui ſecum talem duxerit, quem aut conſtringere noluit aut non potuit ut noſtram juſſionem ſervaret, & inſuper in noſtro regno prædas facere non timeret, pro illius negligentia, ſi antè eum de his non admonuerit, & poſtquam negligentia contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere ſicut decet neglexerit, honore ſuo privetur; ut ſcilicet neuter illorum ſine juſta vindicta remaneat.

De inhonoratione Regis propter negligentiam eorum qui legationes malè recipiunt.

Ibid. 16. XVI. De inhonoratione quoquè Regis & regni, & mala fama in exteras nationes diſperſa, propter negligentiam eorum qui legationes ad nos directas in ſuis manſionibus aut malè recipiunt, aut conſtitutam à nobis expenſam non tribuunt, aut paravedera dare nolunt, aut furto aliquid eis ſubripiunt, aut, quod perpeſſimum eſt, apertas violentias, eos cædendo, & res eorum diripiendo, in ipſis exercere non pertimeſcunt, hoc omnibus notum eſſe volumus, quòd quicunque ex his qui honores noſtros habent, abhinc negligentiam hanc emendare non certaverit, & ſuos homines, qui ejus vice hoc agere debent, ut id benè perficiant non inſtruxerit, aut conſtrinxerit ut ulteriùs illud negligere non præſumant, & honorem noſtrum & regnum nobis commiſſum cuſtodire contempſerit, nec noſtrum nec regni noſtri honorem ulteriùs volumus ut habeat; ſed volumus ut unuſquiſque fidelium noſtrorum procuratores rerum ſuarum de his ſpecialiter inſtruat, ut quandocunque & undecunque legatio advenerit, & aut litteras aut Miſſum viderint, honorificè illam in omni loco imperii noſtri, propter noſtrum & totius regni honorem, omnes ſuſcipere valeant.

De locis in quibus legationes recipiendæ ſunt.

XVII. In illis vero locis ubi modo via & manſionatici à genitore noſtro & à nobis per Capitulare ordinati ſunt, Miſſos ad hoc ſpecialiter conſtitutos, qui hoc jugiter prævideant, habeant, ut omnia quæ ad eaſdem legationes ſuſcipiendas pertinent, fideles noſtri ad hoc conſtituti ad tempus præparare ſtudeant, ut non tunc ſit neceſſe de longe quærere vel adducere quando tempus eſt illa dare vel perſolvere. In cæteris vero locis per totum imperium noſtrum unuſquiſque fidelium noſtrorum, & per ſe & per miniſtros ſuos, ſicut diximus, ſedulam vigilantiam adhibeat. Ibid. 17.

De admonitione unius monetæ.

XVIII. De moneta vero, unde jam per tres annos & admonitionem fecimus, & tempus quando una teneretur & aliæ omnes ceſſarent conſtituimus, hoc omnibus notum eſſe volumus, quoniam ut abſque ulla excuſatione cito poſſit emendari, ſpatium uſque ad Miſſam ſancti Martini dare decrevimus ut unuſquiſque Comitum in ſuis miniſteriis de hoc juſſionem noſtram tunc poſſit habere adimpletam; quatinus ab illa die non alia, ſed illa ſola per totum regnum noſtrum ab omnibus habeatur, juxta illam conſtitutionem, ſicut in Capitulis quæ de hac re illis Comitibus dedimus, in quorum miniſteriis moneta percutitur, conſtitutum eſt. Quia tunc volumus Miſſos noſtros hujus rei gratiâ dirigere per ſingulos comitatus, qui diligenter inquirant qualiter Comites in hoc noſtram juſſionem adimplere certaverint. Et quicunque negligens inde inventus fuerit, volumus ut ante noſtram præſentiam quantocius venire jubeatur, & rationem reddat utrum hoc quod juſſimus facere noluerit aut non potuerit; aut ſi aliquâ re præpediente id facere non potuit, cur nobis ipſam impoſſibilitatem ad tempus non adnuntiavit; quia ſi ipſe aut non voluit, aut ſuæ negligentiæ causâ non potuit, nos talem invenire volumus qui hoc quod jubemus, ſervare velit & poſſit. Ut autem juſſio noſtra in hac re citiùs impleatur, volumus ut quicunque ab illa die alium Ibid. 18.

denarium negotiandi causâ protulerit, à Comite & miniſtris ejus auferatur ab eo.

De injuſtis teloneis.

Ibid. 19. XIX. Similiter quoquè de injuſtis teloneis, de quibus qualiter ab omnibus obſervandum eſſet, & Capitulis conſtituimus, & creberrimas admonitiones fecimus, prædicti Miſſi noſtri volumus ut inquiſitionem faciant à quibus noſtra juſſio in hoc adimpleta, à quibus quoquè ſit neglecta, & eum qui implere neglexit aut diſtulit, ad noſtram volumus ut veniat juſſus præſentiam, ut citò rationem de his, ſicut ſuperiùs diximus, reddat; & ſi culpabilis inventus fuerit, dignam correctionem accipiat, ut cæteris negligentibus exemplum terroris præbeat.

De pontibus ubi antiquitùs fuerunt renovandis.

Ibid. 20. XX. Ut ubi pontes antiquitùs fuerunt, & in his locis ubi tempore genitoris noſtri ipſo jubente diverſarum neceſſitatum cauſâ facti ſunt, omnino abſque ulla dilatione ab his qui eos tunc fecerunt, reſtituantur & renoventur, ita ut ad Miſſam ſancti Andreæ reſtaurati fiant, niſi fortè aut ipſa operis magnitudo aut aquarum in quolibet inundatio hoc prohibeat. Aliter verò nullus quâlibet occaſione hoc negligere aut differre præſumat, quin ad prædictum tempus completum fiat. Et Miſſi noſtri, quorum ſuperiùs mentionem fecimus, volumus ut renuntient in quibus locis noſtra juſſio impleta, in quibus neglecta eſt, aut aliquâ impoſſibilitate vel certâ ratione dilata.

De nonis & decimis.

Ibid. 21. XXI. De nonis quidem & decimis, unde & genitor noſter & nos frequenter & in diverſis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſtra qualiter hæc obſerventur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni conlaborato & de vino & fœno fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima perſolvatur. De nutrimine verò prodecima, ſicut hactenùs conſuetudo fuit, ab omnibus obſervetur. Si quis tamen Epiſcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in ſua maneat poteſtate, juxta quod ei & illi qui hoc perſolvere debet convenerit.

De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum adimplendis.

Ibid. 22. XXII. Similiter quidem de operibus in reſtaurationem Eccleſiarum, ſive in faciendo, ſive in redimendo, epiſcopalis potiùs ſequatur voluntas. Nullatenùs tamen remaneat quin, ſicut à nobis ſæpe juſſum eſt, hoc aut illud partibus Eccleſiarum perſolvatur. Et hoc omnibus notum ſit, quia quicunque negligenter exinde egerit, & coram nobis exinde negligens repertus fuerit, illud volumus omninò ut ſubeat quod in noſtro Capitulari de hac re communi conſultu fidelium noſtrorum ordinavimus.

De Comitibus, ut Miniſtris Eccleſiæ in ſuis miniſteriis adjutores ſint.

XXIII. Comites verò Miniſtris Eccle- Ibid. 23.
ſiæ in eorum miniſteriis, ut hoc pleniùs & de noſtris & de ſe & de ſuis hominibus obtinere poſſint, adjutores in omnibus fiant. Et quicunque primâ & ſecundâ vice de his à Comite admonitus non ſe ſe correxerit, volumus ut per eundem Comitem ejus negligentia ad noſtram notitiam perferatur, ut noſtrâ auctoritate quod in noſtro Capitulari continetur, ſubire cogatur.

De Capitulis à Cancellario palatii ab Archiepiſcopis & Comitibus accipiendis.

XXIV. Volumus etiam ut Capitula Ibid. 24.
quæ nunc & alio tempore conſultu noſtrorum fidelium à nobis conſtituta ſunt, à Cancellario noſtro Archiepiſcopi & Comites eorum de propriis civitatibus modò, aut per ſe aut per ſuos Miſſos, accipiant, & unuſquiſque per ſuam diœceſim cæteris Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus & aliis fidelibus noſtris ea tranſcribi faciant, & in ſuis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis noſtra ordinatio & voluntas nota fieri poſſit. Cancellarius tamen noſter nomina Epiſcoporum & Comitum quiea accipere curaverint, notet, & ea ad noſtram notitiam perferat, ut nullus hoc prætermittere præſumat. Vaſſi quoquè & vaſſalli noſtri nobis famulantes volumus ut condignum apud omnes habeant honorem, ſicut à genitore noſtro & à nobis ſæpe admonitum eſt.

De nominibus locorum in quibus Miſſi dominici legatione funguntur.

XXV. In Veſontio, quæ eſt diœceſis Ibid. 25.
Bernoini Archiepiſcopi, Heiminus Epiſcopus & Monogoldus Comes. In Mogontia, quæ eſt dioceſis Heiſtulfi Archiepiſcopi, idem Heiſtulfus Epiſcopus & Ruotbertus Comes. In Treveris Hetti Archiepiſcopus & Adalbertus Comes. In Colonia Hadaboldus Archiepiſcopus & Eemundus Comes. In Remis Ebbo Archiepiſcopus, quando poterit; & quando ei non licuerit, Ruotadus Epiſcopus ejus vice & Ruotfridus Comes ſint ſuper ſex

Vide Acta Ss. Ord. S. Benedicti, tom. IV, p. 187. Flodoard. p. 264.

videlicet comitatus, id eſt, Remos, Catalaunem, Sueſſionem, Silvanectem, Belvacum, & Laudunum. Super quatuor verò Epiſcoparus qui ad eandem dioceſim pertinent, id eſt, Noviomacenſem, Ambianenſem, Tarvanenſem, & Camaracenſem, Ragenarius Epiſcopus & Berengarius Comes. Senones Hieremias Archiepiſcopus & Donatus Comes. Rotomagum Willebertus Archiepiſcopus, & Ingobertus Comes. Turonem Landrannus Archiepiſcopus, & Ruotbertus Comes. Lugdunum, Tarantaſia, & Vienna Albericus Epiſcopus, & Richardus Comes.

De commemoratione ad legationem prædictorum Miſſorum pertinente.

Capitular. lib. 2. c. 26.

XXVI. Commemoratio quid ad prædictorum Miſſorum legationem pertineat. Primò, ut conventum in duobus aut tribus locis congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire poſſint; & omnibus generaliter notum faciant qualis ſit eorum legatio, ſcilicet ad hoc ſe eſſe à nobis Miſſos conſtitutos, ut ſi quilibet Epiſcopus aut Comes miniſterium ſuum propter quodlibet impedimentum implere non poſſit, ad eos recurrat, & cum eorum adjutorio miniſterium ſuum adimpleat. Et ſi talis cauſa fuerit quæ per eorum admonitionem emendari non poſſit, per eos ad noſtram notitiam deferatur. Et ſi fortè Epiſcopus aut Comes aliquid negligentiùs in ſuo miniſterio egerit, per iſtorum admonitionem corrigatur. Et omnis populus ſciat ad hoc eos eſſe conſtitutos, ut quicunque per negligentiam aut incuriam, vel impoſſibilitatem Comitis, juſtitiam ſuam adquirere non potuerit, ad eos primùm querelam ſuam poſſit deferre, & per eorum auxilium juſtitiam adquirere; & quando aliquis ad nos neceſſitatis causâ reclamaverit, ad eos poſſimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipſi verò Miſſi non ſine certiſſima cauſa vel neceſſitate huc illucque diſcurrant; niſi fortè quando tale aliquid in cujuſlibet miniſterio ad legationem ſuam pertinente ortum eſſe cognoverint quod eorum præſentiâ indigeat, & ſine illorum conſilio vel adjutorio emendari non poſſit. Inde tamen debent eſſe ſolliciti, ut propter illorum negligentiam nihil in ſua legatione incorrectum remaneat; ſed ubi certam & veram neceſſitatem cognoverint, noſtram juſſionem adimplere non negligant.

De hoc quòd per Miſſos dominicos ea quæ per Capitula ſtatuta ſunt, omnibus nota fieri debeant.

Ibid. 27.

XXVII. Volumus etiam ut omnibus notum ſit quia ad hoc conſtituti ſunt, ut ea quæ per Capitula noſtra generaliter de quibuſcunque cauſis ſtatuimus, per Miſſos nota fiant omnibus, & in eorum procuratione conſiſtant, ut ab omnibus adimpleantur. Et ubi fortè aliquo tali impedimento, quod per eos emendari non poſſit, aliquid de his quæ conſtituimus ac juſſimus remanſerit imperfectum, eorum relatu nobis ad tempus indicetur, ut per nos corrigatur quod per eos corrigi non potuit.

Admonitio ad eos qui legatione funguntur.

Ibid. 28.

XXVIII. Noſſe vos credimus quanti ſit ponderis legatio quam vobis commiſimus, & quam ſit periculoſum tantæ rei curam negligere quantam vos pro noſtra omnium communi ſalute ex noſtra obligatione ſuſcepiſſe non ignoratis. De qua re cùm vos interrogaſſemus, non ſic nobis reſponſum eſt ut in eo reſponſo ſufficere potuiſſet ad eam diſpoſitionem quam rerum neceſſitas ad communem utilitatem pertinentium poſcere videbatur, vel quæ nobis aliquod ſecuritatis ſolatium afferre potuiſſet. Et hoc ideò eveniſſe perſpeximus quia anno præterito, quando Capitula legationis veſtræ vobis dedimus, cautè vos obſervare juſſimus ne ſine cauſa his quos honoratos eſſe volumus, aliqua fieret injuria. Quapropter volumus vobis notum facere qualiter nunc Domino adjuvante eandem juſſionem noſtram debeatis adimplere. Volumus ut Miſſi noſtri, quos ad hoc conſtitutos habemus, ut curam & ſollicitudinem habeant quatinus unuſquiſque qui rector à nobis populi noſtri conſtitutus eſt, in ſuo ordine officium ſibi commiſſum juſtè ac Deo placitè ad honorem noſtrum ac populi noſtri utilitatem adminiſtret, in hunc modum cognoſcendi diligentiam adhibeant, ſi ea quæ in Capitulari noſtro quod eis anno præterito dedimus, continentur, ſecundùm voluntatem Dei ac juſſionem noſtram fiant adimpleta. Itaque volumus ut medio menſe Maio conveniant iidem Miſſi unuſquiſque in ſua legatione, cum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ac Vaſſis noſtris, Advocatis noſtris, ac Vicedominis Abbatiſſarum, necnon & eorum qui propter aliquam inevitabilem neceſſitatem ipſi venire non poſſunt, ad locum

unum. Et ſi neceſſe fuerit, propter opportunitatem conveniendi, in duobus vel tribus locis, vel maximè propter pauperes populi, idem conventus habeatur, qui omnibus congruat. Et habeat unuſquiſque Comes Vicarios & Centenarios ſuos, necnon & de primis Scabineis ſuis tres aut quatuor. Et in eo conventu primùm chriſtianæ Religionis & eccleſiaſtici Ordinis collatio fiat. Deinde inquirant Miſſi noſtri ab univerſis qualiter unuſquiſque illorum qui ad hoc à nobis conſtituti ſunt, officium ſibi commiſſum ſecundùm Dei voluntatem ac juſſionem noſtram adminiſtret in populo, & quàm concordes atque unanimes ad hoc ſint, vel qualiter viciſſim ſibi auxilium ferant ad miniſteria ſua peragenda. Et tam diligenter ac ſtudiosè hanc inveſtigationem faciant, ut omnem rei veritatem per eos cognoſcere valeamus. Et ſi aliqua talis cauſa ad eorum notitiam perlata fuerit quæ illorum auxilio indigeat, ſecundùm qualitates cauſarum quæ in noſtro Capitulari continentur, tunc volumus ut illuc pergant, & ex noſtra auctoritate illud corrigere ſtudeant.

☞ Goldaſtus hic addit undecim Capitula quæ referemus in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

HLUDOUVICI PII, IMP. AUGUSTI, CAPITULARE *ſancitum* (anno 823.) *in Comitiis Compendianis.* VIDE IN NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

EPISTOLA EPISCOPORUM *in Conventu Pariſienſi congregatorum*, AD HLUDOUVICUM PIUM & HLOTHARIUM, IMPERATORES, *de cultu Imaginum.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

COMMONITORIUM

Goldaſt. Conſtit. Imper. tom. 1. pag. 187. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 461.

Datum Hieremiæ, Archiepiſcopo Senonenſi, & Jonæ, Epiſcopo Aurelianenſi, à Ludovico Pio, Imperatore, anno DCCCXXIV, cùm ab ipſo Legati Romam irent ad Eugenium II. Papam Romanum, in cauſa Imaginum.

HIEREMIÆ & Jonæ, venerabilibus Epiſcopis, in Domino ſalutem. Venerunt ad præſentiam noſtram Halitgarius & Amalarius Epiſcopi, VIII. Idûs Decembris, deferentes collectiones de libris ſanctorum Patrum, quas in Conventu apud Pariſios habito ſimul poſiti collegiſtis, quas etiam coram nobis perlègi fecimus. Et quia placuerunt, & ad id propter quod collectæ ſunt neceſſariæ atque utiles à nobis judicantur, ſub omni celeritate vobis cenſuimus dirigendas. Idcircò admonendo præcipimus ſolertiæ veſtræ ut priuſquam de his aliquid Domno Apoſtolico indicetis, diligenti curâ eadem vos recenſere curetis, & ea quæ meliùs & aptiùs præſenti negotio convenire inveneritis, excerpere atque deſcribere illique ad legendum offerre ſtudeatis; quia enim, ut noſtis, nos ab eo petivimus licentiam quatenùs has collectiones à Sacerdotibus noſtris fieri permitteret. Et ideò non poterit prætermitti quin ei oſtendatur quod ex ipſius permiſſione collectum eſt. Illud tamen ſummoperè prævidete, ut ea illi de his oſtendatis quæ rationi de Imaginibus habendæ per omnia conveniant, & quod ipſe vel ſui rejicere minimè valeant. Sed & vos ipſi tam patienter ac modeſtè cum eo de hac cauſa diſputationem habeatis, ut ſummoperè caveatis ne nimis ei reſiſtendo eum in aliquam inrevocabilem pertinaciam incidere compellatis; ſed paulatim, verbis ejus quaſi obſequendo, magis quàm apertè reſiſtendo, ad menſuram quæ in habendis Imaginibus retinenda eſt eum deducere valeatis, & ideò potiùs efficere contendatis ut negotium de quo agitur ad meliorem quàm ad pejorem ſtatum cum Dei adjutorio perducatur. Poſtquam verò hanc rationem de earumdem Imaginum cauſa conſummaveritis ſi tamen hoc ad nihilum Romana pertinacia permiſerit, ut ratio inter vos habita aliquo bono & convenienti fine claudatur, & ille vobis indicaverit quòd legatos ſuos ob eandem cauſam in Græciam mittere velit, volumus ut eum interrogetis ſi illi placeat ut noſtri legati pariter cum ſuis in Græciam pergant. Et ſi hoc ei melius viſum fuerit, ſeque omninò velle reſponderit, tunc volumus ut ſub omni feſtinatione litteris veſ-

tris à vobis ad nos directis nos inde certos faciatis, simulque & de vestro adventu ad nos; ut eo tempore quo vos ad nostram veneritis præsentiam, Halitgarium & Amalarium nobiscum inveniatis. Vos autem cum Domno Apostolico considerate ubi ille vel quando velit ut sui ac nostri legati ad naves conscendendas se jungere debeant, & hoc nobis per nosmetipsos, cùm Deo volente veneritis, adnuntiare potestis.

EPISTOLA AD EUGENIUM II. PAPAM,

Missa per Hieremiam & Joram Episcopos, cum actis Synodi Parisiensis.

Goldast. Constit. Imperial. tom. 1. pag. 186. 187. Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 459.

Sanctissimo ac reverendissimo Domno & in Christo patri Eugenio, summo Pontifici & universali Papæ, Hludouvicus & Hlotharius divinâ ordinante providentiâ Imperatores Augusti, spirituales filii vestri, sempiternam in Domino nostro Jesu Christo salutem. Quia veraciter nos debitores esse cognovimus ut his quibus regimen Ecclesiarum & ovium dominicarum cura commissa est, in omnibus causis ad divinum cultum pertinentibus opem atque auxilium, pro qualitate virium nostrarum & intellectûs nostri capacitate, feramus, idcircò prætermittere nequivimus quin tunc, quando legati Græcorum nobis manifestaverunt qualem ad vos deberent perferre legationem, summâ cura ac sollicitudine tractaremus quale vobis adjutorium in hoc negotio cum Dei auxilio exhibere potuissemus. Et ob hoc à vestra sanctitate petivimus ut Sacerdotibus nostris liceret de libris sanctorum Patrum sententias quærere atque colligere quæ ad eandem rem pro qua iidem legati vos consulturi erant, veraciter definiendam convenire potuissent: quas cùm illi juxta concessam etiam à vobis licentiam solerter inquirerent, & divinâ opitulante gratiâ quicquid invenire tam brevi temporis spatio potuerunt, collegissent, nobis ea perlegenda direxerunt. Quibus perlectis, ea vestræ sanctitati legenda atque examinanda per hos legatos nostros, Hieremiam scilicet & Jonam venerabiles Episcopos, mittere curavimus; cum quibus si vestra paternitas dignum duxerit, de eadem legatione quæ in Græciam à vobis mittenda est, non inutilem, sed potiùs proficuam conlationem habere potestis; quia & in sacris sunt litteris admodùm eruditi, & in rationibus disputatoriis non minimùm exercitati. Quos non ob hoc ad vestræ almitatis præsentiam cum memoratis sententiarum collectionibus misimus ut hic aliquo velut magisterii officio fungerentur, aut huc docendi gratiâ directi putarentur: quia, sicut jam commemorati sumus nos debitores existere ut huic sacratissimæ Sedi in quibuscunque negotiis auxilium ferre debeamus, ideò & hos Missos, & quas deferunt litteras, si quid vobis adjutorii conferre potuissent, mittere dignum duximus. Hos vestræ sanctitati commendamus, ut & benignam apud vos receptionem & familiariter vobiscum loquendi locum inveniant: novit quippe sanctitas vestra qualiter populus Græcorum in hac Imaginum veneratione divisus sit. Ideò rogamus ut almitas vestra curam & diligentiam adhibere dignetur quomodò per vestram saluberrimam doctrinam atque admonitionem magis ad concordiam & unitatem revocetur, quàm propter hoc ad majorem discordiam & dissensionem impellatur. Et ideò cautissimè considerare debetis ut legatio vestra, quam illuc dirigere disponitis, tantâ prudentiâ tantoque moderamine suffulta sit ut à nemine, neque Græco, neque Romano, justè valeat reprehendi, sed talis sit, qualem semper decet in omnibus causis ab ista sacratissima Sede proficisci. Et si vestræ sanctitati placet ut pro hac ipsa legatione Missi nostri simul cum vestris illas in partes dirigantur, & hoc nos tempore congruo scire permittite; & non solùm hoc, sed etiam si ituri sunt, ubi & quando cum vestris Missis se jungere debeant. Non ideò tamen de Missis nostris illuc dirigendis interrogamus quasi necessarium nobis videatur, aut nos vestros Missos hanc legationem per se perficere dubitemus; sed potiùs propter hoc eos vobis offerimus ut sciatis nos in omnibus esse paratos quæ hujus sacratissimæ Sedis necessitas aut voluntas postulaverit. Optamus sanctam & venerabilem ac piam paternitatem vestram semper in Christo bene valere, & nostrî ac nostrorum omnium in sacrosanctis orationibus meminisse, sanctissime ac beatissime Pater.

SACRAMENTALE PROMISSIONIS

Duchesn. tom. 2. p. 307, cart.

Quod Clerus & Populus Romanus fecerunt Ludovico Pio, Imperatori, & Lothario filio ejus, anno DCCCXXIV, præsente Lothario.

PROMITTO ego ille per Deum omnipotentem, & per ista sacra quatuor evangelia, & per hanc crucem Domini nostri Jesu Christi, & per corpus beatissimi Petri Principis Apostolorum, quòd ab hac die in futurum fidelis ero Dominis nostris Imperatoribus Hludouvico & Hlothario diebus vitæ meæ, juxtà vires & intellectum meum, sine fraude atque malo ingenio, salvâ fide quam repromisi Domino Apostolico, & quòd non consentiam ut aliter in hac Sede Romana fiat electio Pontificis nisi canonicè & justè, secundùm vires & intellectum meum; & ille qui electus fuerit, me consentiente consecratus Pontifex non fiat priusquàm tale sacramentum faciat in præsentia Missi Domini Imperatoris & Populi, cum juramento quale Dominus Eugenius Papa sponte pro conservatione omnium factum habet per scriptum.

MICHAELIS BALBI ET THEOPHILI, IMP. CONSTANTINOP. EPISTOLA *ad Ludovicum Pium, Imp. Rom., de non adorandis Imaginibus.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

HLUDOUVICI PII, IMP. AUG., ORDINATIO *de benedictione vel exorcismo aquæ calidæ seu frigidæ, in quâ manus ad judicium mittitur.* Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE INGILENHEIMENSE,

Goldast. tom. 3. p. 231.

Datum anno Christi DCCCXXVI, ut conjecit Sirmondus, cujus est sequens præfatiuncula.

ADMONITIO SIRMONDI.

DE Synodo seu Conventu publico qui anno DCCCXXVI. habitus est apud Ingilenheim, & de rebus in eo gestis, scribit auctor vitæ Ludovici Pii his verbis. *Imperator verò*, inquit, *Kalendis Junii mensis ad Ingelheim venit, ibidemque illi conventus populi sui, secundùm quod præceperat, occurrit. In eodem placito, secundùm morem suum, multa quæ Ecclesiæ essent utilia admonuit, statuit, ac definivit, legationesque tàm à sancta Sede Romana, quàm à Monte Oliveti per Dominicum Abbatem perlatas suscepit, audivit, absolvit, &c.* Extat in collectione Benedicti Levitæ, lib. VI, cap. XCVII, edictum Ludovici Pii de iis qui rapinas faciunt: quod cùm in Ingilenheim decretum dicatur, ad hunc ipsum, de quo agimus, conventum referendum videtur.

Capitula Domni Hludouvici in Ingilenheim apostolicâ auctoritate, & Synodali sanctione, omnium Clericorum ac Laicorum generaliter consensu atque hortatu, decreta.

De his qui rapinas infra regnum faciunt.

Capitular. lib. 6. c. 97. Sirmond. Conc. Gallic. tom. 2. pag. 461.

I. SI quis infrà regnum rapinam fecerit, aut cuiquam nostro fideli ejusque homini aliquid vi abstulerit, in triplo cui aliquid abstulerit legibus componat, & insuper bannum nostrum, id est, sexaginta solidos nobis persolvat. Postmodùm verò ante nos à Comite adducatur, ut in bastonico retrusus, usquedùm

nobis placuerit, pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxtà ſanctorum Canonum ſanctionem. Si verò occultè, Sacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam : quoniam raptores, ut ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerit, graviùs inde judicetur : quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur qui ex eis aliquid aut abſtulerit aut rapuerit. Infames quoquè tales perſonæ uſquè ad ſatisfactionem Eccleſiæ quam læſerunt, ſunt habendæ.

De Sacerdotibus & Levitis atque Monachis interfectis vel debilitatis.

Capitular. lib. 6. c. 98. II. Si quis Sacerdotem vel Levitam aut Monachum interfecerit vel debilitaverit, juxta ſtatuta priorum Capitulorum, quæ Legi Salicæ ſunt addita, componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos nobis perſolvat, & arma relinquat, atque in monaſterio diebus vitæ ſuæ ſub ardua pœnitentia Deo ſerviat, nuſquam poſtmodum ſeculo vel ſecularibus militaturus, neque uxori copulaturus.

De his qui Epiſcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.

Ibid. 99. III. Si quis Epiſcopo aliquam injuriam aut injuſtam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia quæ habere viſus fuerit, Eccleſiæ cui præeſſe dinoſcitur integerrimè ſocientur, & nobis in triplo bannus noſter, id eſt, ſexaginta ſolidi perſolvantur, aut ipſe in ſervitio fiſco noſtro ſerviturus ſemper ſocietur uſque ſe redimere in triplo juxta wirgildum ſuum potuerit. Sancta verò Eccleſia in Sacerdotibus conſtat. Idcircò magnâ pœnâ plectendi ſunt qui Epiſcopis vel reliquis Sacerdotibus injuriam vel contumeliam fecerint ; nam detractio Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione in Eccleſia funguntur.

De religioſa muliere decepta, id eſt, veſte mutata, vel religionem profeſſa.

Ibid. 100. IV. Si quis rapuerit aut ſollicitaverit vel corruperit religioſam feminam, bona amborum Eccleſia vindicet in qua talis mulier habitavit : ipſi tamen capitali periculo ſubiciantur. Quòd ſi hoc mulier non conſenſit, cum ſuis rebus monaſterii ditionibus tradatur. Si verò Comes ipſius pagi, unà cum conſilio ſui Epiſcopi in cujus parochia tale ſcelus commiſſum eſt, hoc vindicare neglexerit, honore careat, & cingulum amittat, atque publicâ pœnitentiâ multetur, & inſuper wirgildum ſuum fiſci viribus dare compellatur.

De blaſphemia in Deum.

Ibid. 101. V. Si quis quolibet modo blaſphemiam in Deum jactaverit, ab Epiſcopo vel Comite pagi ipſius carceri uſque ad ſatisfactionem tradatur, & publicâ pœnitentiâ multetur, donec precibus proprii Epiſcopi publicè reconcilietur, Eccleſiæque gremio canonicè reddatur.

De his qui in domo ſua oratorium fecerint.

Ibid. 102. VI. Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibidem poteſt. Miſſas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat, ſine permiſſu vel dedicatione Epiſcopi loci illius. Quòd ſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Comes verò qui hoc cognovit, & non prohibuit, publicâ pœnitentiâ multetur, vel honore privetur.

De privilegiis Eccleſiarum & Clericorum non corrumpendis.

Ibid. 103. VII. Ut privilegia quæ Eccleſiis & Clericis ab anteceſſoribus noſtris vel à nobis conceſſa ſunt, ſemper maneant incorrupta.

Hludouvici Pii, Imp. Aug., et Hlotharii Cæsaris Capitulare (ann. 826.), *de connubiis ad ſeptimum gradum generis prohibitis ; de accuſatione Epiſcoporum ; de Clericis ad alias Eccleſias non tranſmigrandis ; de cauſis Clericorum ; de mulieribus, ut Monachorum domos non ingrediantur.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

PRÆCEPTUM IMPERATORIUM

De inſtitutione Monachorum in Monaſterio Dervenſi,

Tom. III. St. Ord. S. Bened. part. 2. p. 630.

Datum anno Chriſti DCCCXXVII.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus & Hlotharius, divinâ ordinante Providentiâ, Imperatores Auguſti. Si petitionibus ſervorum Dei juſtis & rationalibus divini cultûs amore favemus, ſuperni muneris donum nobis à Domino impertiri credimus. Idcircò notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris præſentibus ſcilicet & futuris, quia adiens ſerenitatem culminis noſtri vir religioſus Hauto, Abba ex monaſterio quod vocatur *Puteolus*, quod eſt in Dervo conſtructum in honore beatorum Petri & Pauli, ſuggeſſit manſuetudini noſtræ eò quòd prædictum monaſterium, ubi ille Dei cultor Abba præeſt, aptum eſſet ad monaſterium regulare; quia non ſolùm idem locus, ubi præfatum monaſterium fundatum eſt, verùm etiam & omnes adjacentias congruas haberet ſervis Dei monaſticam vitam degere volentibus. Nam & privilegia qualiter ipſum monaſterium ad monaſticum ordinem perficiendum fundatum eſſet, & præcepta regalia nobis oſtendit, ubi liquidò apparuit quod antiquitùs regulare monaſterium fuiſſet. Nos verò hanc rem diligentiùs ſcire volentes, juſſimus venerabilem virum Hebonem Remenſem Archiepiſcopum & aliquos ex Suffraganeis ſuis ad prædictum locum ire, & diligenter intueri, num ſolùm ſi ipſe locus aptus eſſet ad monaſticum ordinem obſervandum, verùm & utrùm Clerici ibi degentes monaſticè vellent vivere, an non. Illi verò noſtris juſſionibus obtemperantes, ſicut nobis prædictus Hebo Archiepiſcopus renuntiavit, & aptum locum invenerunt ad normam regularem cuſtodiendam, & Clericos ibi degentes ſponte vitam monaſticam, ſicut illis profeſſi ſunt, ſuſcipere & perpetuò obſervare velle. Sed ut prædictus ordo monaſticus in eodem loco noſtris & futuris temporibus ad noſtram ſucceſſorumque noſtrorum perpetuam eleemoſynam dignè obſervaretur, & Monachi per tempora degentes ſecundùm regulam Sancti Benedicti vitam degerent, prædictus Hauto Abba, precibus quibus valuit, rogavit ut noſtrum confirmationis præceptum idem monaſterium habere mereretur, ſicut cætera monaſteria Monachorum in regno, Deo propitio, noſtro habere noſcuntur. Cujus petitionem juſtam & rationabilem judicantes, per hos imperiales apices noſtros præcipimus atque jubemus ut abhinc in futurum prædictum monaſterium ſub monaſtico ordine perſiſtat, & Monachi ibi degentes ſub regula Sancti Benedicti, Domino ſibi adjuvante, perenniter vitam ducant monaſticam. Et quandoquidem divinâ vocatione prædictus Abba ab hoc ſeculo migraverit, quandiù ipſi Monachi inter ſe talem eligere potuerint qui illis ſecundùm regulam præeſſe & prodeſſe poſſit, per hanc noſtram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbates, qualiter Monachi per tempora ibi degentes pro nobis, conjugibus, ac liberis noſtris, ſeu totius regni noſtri ſtabilitate, Domini miſericordiam indeſinenter exorare deleſtentur. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio ac confirmatio per curricula annorum inviolabilem atque inconvulſam obtineat firmitatem, manu propriâ ſubter firmavimus & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum HLUDOUVICI glorioſiſſimi Imperatoris.

Signum HLOTHARII ſereniſſimi Auguſti.

DURANDUS, Diaconus, ad vicem FREDUGISI recognovit.

Data 11. Idûs Februarii anno Chriſto propitio XIV. Imperii Domini Hludouvici piiſſimi Auguſti, & Hlotharii v. Indict. v.

Actum Aquiſgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

HLUDOUVICI PII, IMP. AUG., ET HLOTHARII, CÆSARIS, CAPITULA *decreta Aquiſgrani, in Palatio regio* (anno incerto.) Vide in NOVO CODICE LEGUM VETERUM.

CAPITULARE

CAPITULARE
ANNI DCCCXXVIII.

QUALITER CONVENTUS EPISCOPORUM FIERI DEBEAT.

(Collatum cum veteri Codice mſ. Bibliothecæ Thuanæ, qui fuit Petri Pithœi.)

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 464.

ANNO ſexto decimo regnante Domno noſtro Hludouvico, conventus Epiſcoporum debet fieri in quatuor locis, id eſt, in Mogontiaco, in quo iſti Archiepiſcopi cum eorum ſuffraganeis convenire debent, Autcarius, Hadebaldus, Hetti, Bernuinus. In Pariſio Ebbo, Ragnowardus, Lantramnus, Archiepiſcopus Senonis qui fuerit, cum eorum ſuffraganeis. In Lugduno Agobardus, Bernardus, Andræas, Benedictus, Agaricus, cum eorum ſuffraganeis. (In Toloſa Notho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus, cum eorum ſuffraganeis *.) In quibus conventibus tractare, quærere, & cum Dei adjutorio invenire debent de cauſis ad Religionem Chriſtianam & eorum curam pertinentibus, & quid à principibus & reliquo populo, vel ita ut divina auctoritas docet, aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte vel ex toto dimiſſum ſit ut non teneatur. Deinde quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt moribus, converſatione, & actibus inveniri poſſit quod divinæ regulæ atque auctoritati non concordet; ſimulque invenire quæ occaſiones in utroque ordine id effecerint ut à recto tramite deviaſſent. Et quicquid ab eis de his cauſis inventum fuerit, tam ſolerti curâ cuſtodiatur, ut nullatenùs ad aliorum notitiam pervenire permittant ante tempus conſtitutum. Et ideò unus Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipſi invenerint ſubtiliter deſcribat, & ſub juramento conſtrictus fideliter conſervet. (Volumus etiam ipſorum conventum fieri octabas Pentecoſten, Miſſi verò noſtri ſuam incipiant legationem peragere octabas Paſchæ *.)

* Hæc deſunt in Pith. Mſ.

* Addita ex MS. Pith. Div. Rem. Claromon. Met. Non extant in Regiis.

HÆC CAPITULA AB EPISCOPIS IN EISDEM CONCILIIS TRACTANDA SUNT.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 464.

I. De decimis quæ ad capellas dominicas dantur, & hominibus qui eas habent & in ſuos uſus convertunt.

II. De feminis quæ in quibuſdam locis inrationabiliter velamen ſanctum ſibi imponunt.

III. Similiter de monaſteriolis puellarum in legatione Autgarii, in quibus nullus ordo bonæ converſationis tenetur.

IV. De monaſteriolis etiam diverſis in miſſatico Albrici.

V. De judicio aquæ frigidæ.

VI. De his qui uſuris inſerviunt.

VII. Volumus atque jubemus ut Miſſi noſtri diligenter inquirant quanti homines liberi in ſingulis comitatibus maneant qui per ſe poſſint expeditionem facere, vel quanti de his quibus unus alium adjuvet, quanti etiam de his qui à duobus tertius adjuvetur & præparetur, necnon de his qui à tribus quartus adjuvetur & præparetur, ſive de his qui à quatuor quintus adjuvetûr & præparetur, ut eandem expeditionem exercitalem facere poſſint, & eorum ſummam ad noſtram notitiam deferant.

EPISTOLA QUÆ GENERALITER POPULO DEI EST LEGENDA.

[*De Convocatione quatuor Conciliorum.*]

* Iſta uſque ad hæc verba paginæ 658. *inferiùs adnotatæ ſunt*, deſunt in Mſ. Pith.

* In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus & Hlotharius divinâ ordinante providentiâ Imperatores Auguſti, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris. Recordari vos credimus qualiter hoc anno conſilio Sacerdotum & aliorum fidelium noſtrorum generale jejunium per totum regnum noſtrum celebrare juſſimus, Deumque totâ devotione depoſcere ut nobis propitiaret in quibus illum maximè offenſum haberemus nobis manifeſtare, & ut ad correctio-

nem noſtram neceſſariam tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Voluerāmus ſiquidem tempore congruo placitum noſtrum generale habere, & in eodem de communi correctione agere; & ita Deo miſerante fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, præpediſſet. Sed quia tunc fieri non potuit juxta voluntatem noſtram, viſum nobis fuit præſens placitum cum aliquibus ex fidelibus noſtris habere, & in eo de his quæ propter prædictum impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum pervenirent, Domino adjuvante conſiderare. Quapropter noſſe volumus ſolertiam veſtram quod in iſto præſenti placito cum fidelibus noſtris conſideravimus ut primò omnium Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis in locis congruis tempore opportuno convenirent, & ibi tam de ſua quàm de omnium noſtrùm correctione & emendatione ſecundùm divinam auctoritatem quærendo invenirent, & nobis atque fidelibus noſtris ſecundùm miniſterium ſibi commiſſum adnuntiarent. Item conſideravimus ut Miſſos noſtros per univerſum regnum noſtrum mitteremus, qui de omnibus cauſis quæ ad correctionem pertinere viderentur quanto potuiſſent ſtudio decertarent, & quicquid poſſibile invenirent, (præſentaliter *) noſtrâ auctoritate corrigerent; & ſi aliqua difficultas in qualibet re eis obſiſteret, ad noſtram notitiam deferre curarent. Quapropter volumus ut vos omnes, propter communem ſalutem & regni honorem ac populi utilitatem, obedientes & adjutores Miſſis noſtris in omnibus pro viribus eſſe non neglegatis; ſimulque ſciatis ob hanc cauſam nos velle per ſingulas hebdomadas uno die in palatio noſtro ad cauſas audiendas ſedere, ut per hunc aut illum Comitem & providentia Miſſorum & obedientia populi nobis manifeſtiùs appareat. Et ut hæc omnia ſucceſſum habeant, volumus ut generale triduanum jejunium ſecundâ feriâ poſt octabas Pentecoſten celebrandum indicetur, & generaliter ab omnibus cum ſumma devotione obſervetur. Et quia undique inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ commoveri, & regnum à Deo nobis commiſſum infeſtare veſſe cognoſcimus, præcipimus atque jubemus ut omnes homines per totum regnum noſtrum, qui exercitalis itineris debitores ſunt, bene ſint præparati cum equis, armis, veſtimentis, carris, & victualibus; ut quocunque tempore eis à nobis denuntiatum fuerit, ſine ulla mora exire & in quamcunque partem neceſſitas poſtulaverit, pergere poſſint, & tamdiù ibi eſſe quandiù neceſſitas poſtulaverit.

* Sirmond. per ſemetipſos.

Hæc sunt Capitula de instructione Missorum.

Dicendum eſt illis quia neceſſe eſt ut intelligamus omnes communiter quale periculum nobis immineat, in eo maximè quod in noſtra negligentia tanta & talia, per quæ Deus offendi potuit, & honor & honeſtas regni decreſcere, adhuc autem etiam aliam intellectam habemus negligentiam ex priori occaſione notam *, id eſt, quod ipſa legatio non ita peracta fuit ſicut ipſa neceſſitas deposcebat; quamquam ex parte vos dicatis nos materiam in eo dediſſe quòd non per omnia ad hanc neceſſitatem inquirendam plenam vobis dediſſemus juſſionem. Ideò tamenperè tractandum eſt quomodò Domino adjuvante, & in præſenti de his quæ per negligentiam & incuriam depravata ſunt, corrigantur, & ne ultrà talia fiant ſollicitè caveatur. Poſt hæc ſocii denominandi ſunt, & tunc qualis debeat eſſe legatio injungenda eſt.

* Sirmond. natam.

I. Primò injungendum eſt Miſſis ut hoc omnimodis caveant, ne populo in eorum proſectione oneri ſint, ne fortè quibus ſubvenire debuerint, afflictionem inferant.

II. Ut primò noſtram populo voluntatem & ſtudium, & quâ intentione à nobis ſint directi, per noſtrum ſcriptum nuntient. Inſtruendi ſunt etiam quid inquirant.

III. In primis hoc maximè inquirant, quomodo hi qui populum regere debent, unuſquiſque in ſuo miniſterio ſe cuſtoditum habeat, ut qui bene faciendo gratiarum actione digni ſunt cognoſcamus, qui verò correctionem & increpationem pro eorum negligentiis merentur, omnimodis nobis manifeſti fiant. Inquiſitio autem hoc modo fiat. Eligantur per ſingulos comitatus qui meliores & veraciores ſunt. Et ſi aliquis inventus fuerit de ipſis qui fidelitatem promiſſam adhuc nobis non habeat, promittat. Et tunc inſtruendi ſunt qualiter ipſam fidem erga nos ſalvare debeant; id eſt, ut quicunque ex his talem

cauſam ſcit in illis rectoribus & diverſis miniſtris qui populum regere & ſalvare debent, de quibus interrogati fuerint, quæ ad populi damnum & detrimentum pertineat, & propter hoc nobis periculum animæ evenire poſſit & inhonoratio, ominò, ſi ſalvam voluerit ſuam fidem & promiſſionem habere, manifeſtum faciat. Et ſi poſt talem admonitionem & conteſtationem, aliter quàm ſe veritas habeat dixiſſe aliquis deprehenſus fuerit, ſciat ſe inter infideles eſſe reputandum.

HÆC SUNT CAPITULA QUÆ VOLUMUS UT DILIGENTER INQUIRANT.

(Collata cum Codice Tiliano pervetuſto, qui fuit Monaſterii S. Remigii Remenſis.)

Primò de Epiſcopis, quomodò ſuum miniſterium expleant, & qualis ſit illorum converſatio, vel quomodò Eccleſias & Clerum ſibi commiſſum ordinatum habeant atque diſpoſitum, vel quibus rebus maximè ſtudeant, in ſpiritalibus videlicet aut in ſecularibus negotiis. Deinde quales ſint adjutores miniſterii eorum, id eſt, Chorepiſcopi (Archipreſbyteri *), Archidiaconi, & Vicedomini, & Preſbyteri per parochias eorum, quale ſcilicet ſtudium habeant in doctrina, vel qualem famam habeant ſecundùm veritatem in populo. Similiter de omnibus monaſteriis inquirant juxta uniuſcujuſque qualitatem & profeſſionem: ſimiliter & de cæteris Eccleſiis noſtrâ auctoritate in beneficio datis. Utrùm Epiſcopi in circumeundo parochias ſuas cæteras minores Eccleſias gravent, aut populo oneri ſint, & ſi ab ipſis aut à miniſtris eorum indebita (exenia *) à Preſbyteris exigantur. Simili modo de Comitibus inquirant, quale ſtudium de ſuo habeant miniſterio, ut qui bene exinde facit cognoſcamus. Si aliter facit, & hoc noſſe omninò volumus; id eſt, ſi populus per ſuam negligentiam & deſidiam juſtitiâ & pace careat, aut ſi ipſe ſciens aut neſciens aliquid injuſtè factum habeat. Deinde ergo quales miniſtros habeat ad regendum populum vel miſſos, utrùm juſtè an injuſtè in ipſis miniſteriis agant, aut conſentiente vel negligente Comite à veritate & juſtitia declinent. Quæ perſonæ, vel de quibus cauſis culpabiles ad præſentiam noſtram venire debeant, diſcernendum eſt. Exceptis Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, qui ad placita noſtra ſemper venire debent, iſti venient, ſi in talibus culpis & criminibus deprehenſi fuerint quales inferiùs adnotatæ ſunt.

Acoſta, pag. 591.

* Deeſt in Codice mſ.

* Mſ. exenia.

EPISTOLA GENERALIS

Quam Ludovicus Pius Imperator ex placito Aquiſgranenſi miſit, de Conciliis Epiſcoporum in quatuor Imperii partibus congregandis.

INCIPIT EPISTOLA CÆSAREA, QUÆ GENERALITER POPULO DEI EST LEGENDA.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 475.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus & Hlotharius divinâ ordinante providentiâ Imperatores Auguſti, omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris. Recordari vos credimus qualiter hoc anno, conſilio Sacerdotum & aliorum Fidelium noſtrorum, generale jejunium per totum regnum noſtrum celebrare juſſimus, Deumque totâ devotione depoſcere ut nobis propitiari, & in quibus illum maximè offenderimus nobis manifeſtare, & ad correctionem noſtram neceſſariam tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Voluerамus ſiquidem tempore congruo placitum noſtrum generale habere, & in eo de communi correctione agere; & ita Deo miſerante fieret, niſi commotio inimicorum, ſicut noſtis, præpediſſet. Sed quia tunc fieri non potuit juxta voluntatem noſtram, viſum nobis fuit præſens placitum cum aliquibus ex fidelibus noſtris habere, & in eo de his quæ propter prædictum impedimentum remanſerunt, qualiter ad effectum pervenirent, Domino adjuvante conſiderare. Quapropter noſſe volumus

ſolertiam veſtram quod in iſto præſenti placito cum fidelibus noſtris conſideravimus ut primo omnium Archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis in locis congruis tempore opportuno convenirent, & ibi tam de ſua quam de omnium noſtrùm correctione & emendatione ſecundùm divinam auctoritatem quærendo invenirent, & nobis atque fidelibus noſtris ſecundùm miniſterium ſibi commiſſum adnuntiarent. Quis enim non ſentiat Deum noſtris praviſſimis actibus eſſe offenſum, & ad iracundiam provocatum, cùm videat tot annis multifariis flagellis iram illius in regno nobis ab eo commiſſo deſævire, videlicet in fame continua, in mortalitate animalium, in peſtilentia hominum, in ſterilitate penè omnium frugum, & ut ita dixerim, diverſiſſimis morborum cladibus atque ingentibus penuriis populum iſtius regni miſerabiliter vexatum & afflictum, atque omni abundantiâ rerum quodam modo exinanitum: Nec illud etiam dubitamus ex juſta vindicta illius evenire, quòd ſæpe ſcandala per tyrannos in hoc regno exſurgunt, qui pacem populi Chriſtiani & unitatem imperii ſuâ pravitate nituntur ſcindere. Nam & illud nihilominùs peccatis noſtris deputandum eſt, quòd inimici Chriſti nominis præterito anno in hoc regnum ingreſſi deprædationes, incendia Eccleſiarum, & captivationes Chriſtianorum, & interfectiones ſervorum Dei audenter & impunè immò crudeliter, fecerunt. Agitur ſiquidem juſto judicio Dei ut quia in cunctis delinquimus, interiùs ſimul & exteriùs flagellemur. Beneficiis quippe Dei evidenter exiſtimus ingrati, quoniam his non ad voluntatem Dei, ſed ad libitum noſtrum carnalem uti invenimur. Et idcircò meritò creaturæ Dei nobis divinitùs conceſſæ, pro Deo contra nos ingratos pugnant, juxta illud: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.* Verùm quia tot modis vexamur atque percutimur, ad eum à quo percutimur toto corde dignum neceſſariumque eſt ut revertamur, quatenùs illud propheticum in nobis impleatur quo dicitur: *Sola vexatio intellectum dabit auditui.* Sed quia pius & clemens Dominus ſic ipſum flagellum moderatur ut non ad interitum, ſed potiùs ad correctionem noſtram inferre videatur, debemus in conſpectu ejus veraciter humiliari, & faciem illius in confeſſione prævenire, ejuſque pietatem pronis mentibus exorare; ut qui fecit nos juſtiſſimâ diſpenſatione flagella ſentire, faciat nobis peccata noſtra, pro quibus juſtè ab eo flagellamur, cognoſcere, & in quibus maximè illum offendimus, & iram illius provocavimus, manifeſtiùs intelligere, ut poſt, eo miſerante, prava deſerendo & corrigendo, bona etiam ſectando & tota cum devotione exſequendo, valeamus per ſpiritum humilitatis & animam contritam ſacrificium Deo debitum offerre, iramque illius indignationis evadere, & per dignam congruamque correctionem, & bonorum operum exhibitionem, gratiam ejus propitiationis, licèt indigni, promereri. At quia nos magis in hoc peccaſſe cognoſcimus, qui forma ſalutis omnibus eſſe debu'mus, & omnium curam gerere, & per auctoritatem imperialem pravorum acta, ne tantùm adcreſcerent, corrigere, cupimus, Domino nobis propitio, in conſpectu pietatis illius per dignam ſatisfactionem veniam adipiſci, & per ſaluberrimam correctionem, vel per bonum ſtudium, quod noſtrâ deſidiâ & ignorantiâ hactenùs neglectum eſt, conſultu fidelium tempore opportuno, quantùm in nobis eſt, ſtudioſiſſimè emendare, & noſtram in hoc voluntatem omnibus manifeſtam facere. Quapropter ſtatuimus atque decrevimus cum conſultu Sacerdotum cæterorumque Fidelium noſtrorum, hujus rei gratiâ, ob placandum ſcilicet contra nos nobiſque ſubjectos Domini furorem, conventus eorundem Epiſcoporum in quatuor imperii noſtri locis congruentiſſimè fieri. Primò ſcilicet in Moguntiacenſi urbe, ubi conveniant Archiepiſcopi * Autgarius, Hadabaldus, Hethi, Bernuinus, cum ſuffraganeis ſuis. Secundo quoquè in Parriſiorum urbe, ubi futurus antiſtes Senonicus, & Ebbo, Ragnoardus, & Landramnus cum ſuffraganeis ſuis conveniant. Tertiò vero apud Lugdunum, ubi Agobardus, Bernardus, Andræas, Benedictus, Agericus cum ſuffraganeis ſuis ſimiliter conveniant. Quartò etiam apud Toloſam urbem, quò ſimul conveniant Notho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus cum ſuffraganeis ſuis. In quibus conventibus tractare, quærere, & cum Dei adjutorio invenire debent de cauſis ad Religionem Chriſtianam & eorum curam pertinentibus, quid à Principibus & reliquo populo, vel ita ut divina auctoritas docet aut aliter teneatur, vel quid inde ex parte vel ex toto dimiſſum ſit ut non teneatur.

Vide Frotar. Tull. Ep. 18.

Sap. 5. 21.

Eſa. 28. 19.

* *Simond.* Metropolitani.

Deinde quid in ipſorum qui Paſtores populi conſtituti ſunt moribus, converſatione, & actibus inveniri poſſit quod divinæ regulæ atque auctoritati non concordet; ſimulque inveniant quæ occaſiones in utroque ordine id effecerint ut à recto tramite deviatum ſit. Et quicquid de his cauſis inventum fuerit, tam ſolerti curâ cuſtodiatur ut nullatenùs ad aliorum notitiam pervenire permittant ante tempus conſtitutum. Et ideò unus Notarius inter omnes eligatur, qui quod ipſi invenerint deſcribat, & ipſe ſub juramento conſtrictus ea quæ inventa & digeſta fuerint diligenter fideliterque conſervet.

CAPITULARE WORMATIENSE ANNI DCCCXXIX.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 467. Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. p. 266. Buſæus ad calcem Ep. Hincmari, pag. 322-328.

Hæc ſunt Capitula quæ propter interrogationem aliquorum Miſſorum conſiderata & ſcripta vel ordinata ſunt, ſive de eccleſiaſticis cauſis, ſive de cæteris quæ ad correctionem majorum hominum, & quæ ad publicum honorem pertinent; quæ ſub tribus diſtinctionibus ordinata ſunt.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De his qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis conſtituunt vel de Eccleſiis eiciunt.*
2. *De Eccleſiis inter coheredes diviſis.*
3. *De Eccleſiis deſtructis.*
4. *De manſo ad Eccleſiam dato.*
5. *De his qui nonas & decimas dare neglexerunt.*
6. *De eo qui decimam dare neglexerit Eccleſiæ cujus eſſe debet, alterique Eccleſiæ eam dederit.*
7. *De decimis à populo dandis.*
8. *De veſtitura triginta annorum, ſive de rebus Eccleſiæ quæ ab eadem Eccleſia per triginta annos poſſeſſæ ſunt.*
9. *De his qui reſtaurationes Eccleſiarum facere negligunt*
10. *De his qui agros dominicatos excolere negligunt, ut nonas exinde non perſolvant.*

ITEM ALIA CAPITULA.

1. *De eo qui beneficium deſertum fecerit.*
2. *De malis ſcabinis ejiciendis.*
3. *De melioribus & veracioribus eligendis.*
4. *De ſcabinis qui propter munera & amicitiam injuſtè judicant.*
5. *De legitimis & rationabilibus commutationibus Eccleſiarum Dei.*
6. *De eo qui probatus fuerit teſtes in perjurium ſcienter induxiſſe.*
7. *De diſcordantibus hominibus.*
8. *Ut nummos bonos nullus reſpuat.*
9. *De malis quæ à fiſcalinis fiunt.*
10. *De collectis malis omnimodis prohibendis.*
11. *Ut pontes publici qui deſtructi fuerint, iterum exſtruantur.*
12. *De examine aquæ frigidæ.*
13. *De reverſione Comitis & pagenſium de hoſtili expeditione, ut ex eo die ſuper quadraginta dies ſit hannus reſiſus.*
14. *De audientia Regis. Et ut Comites & Miſſi dominici maximam curam habeant pauperum.*
15. *De inferenda à Vicariis vel aliis Miſſis Comitum exigenda.*

CAPITULA QUÆ PRO LEGE HABENDA SUNT.

1. *De honore Eccleſiarum, de homicidiis in Eccleſiis vel in earum atriis commiſſis.*
2. *De eo qui propter cupiditatem rerum quemcunque propinquorum ſuorum interfecerit.*

3 *De cujuſlibet propria uxore dimiſſa, vel ſine culpa interfecta.*
4. *De eo qui res alienas cuilibet homini vendiderit.*
5. *De placitis à liberis hominibus obſervandis.*
6. *De liberis hominibus ad teſtimonium recipiendis.*
7. *Ut inquiratur de iis qui in exercitalem ire poſſunt expeditionem, vel qui fidelitatem necdum promiſerunt.*
8. *De faidis coërcendis.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De his qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis conſtituunt vel de Eccleſiis eiciunt.

Capitular lib. 5. c. 98. Add. IV. 95.

I. DE his qui ſine conſenſu Epiſcopi Preſbyteros in Eccleſiis ſuis conſtituunt, vel de Eccleſiis eiciunt, & ab Epiſcopo vel à quolibet Miſſo dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum noſtrum rewadiare cogantur, & per fidejuſſores ad palatium noſtrum venire jubeantur. Et tunc nos decernamus utrùm nobis placeat ut aut illum bannum perſolvant, aut aliam harmiſcaram ſuſtineant.

De Eccleſiis inter coheredes diviſis.

Capitular. lib. 5. c. 99 Add IV. 96.

II. De Eccleſiis quæ inter coheredes diviſæ ſunt, conſiderandum eſt quatenùs ſi ſecundùm providentiam & admonitionem Epiſcopi ipſi coheredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint, ut in Epiſcopi poteſtate maneat utrùm eas ita conſiſtere permittat, aut Reliquias exinde auferat. Et ubi ad beneficium noſtrum Eccleſiæ pertinentes ita inventæ diviſæ fuerint, ut deſcribantur, & nobis renuntietur.

De Eccleſiis deſtructis.

Capitular lib. 5. cap. 275. Add. IV. 97.

III. De Eccleſiis deſtructis, ut Epiſcopi & Miſſi inquiſitionem faciant utrùm per negligentiam aut impoſſibilitatem deſtructæ ſint. Et ubi negligentia inventa fuerit, epiſcopali auctoritate emendare cogantur hi qui eas reſtaurare debuerant. Si verò per impoſſibilitatem contigit, ut aut plures ſint quàm neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis quàm ut ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopus modum inveniat qualiter congruè emendari & conſiſtere poſſint.

De manſo ad Eccleſiam dato.

Capitular lib. 5. cap. 100. Add. IV. 98, 163.

IV. De uno manſo ad Eccleſiam dato, de quo aliqui homines contrà ſtatuta * ſibi ſervitium exigunt, quicunque pro hac cauſa accuſatus fuerit, Comes vel Miſſi hoc quod inde ſubtractum eſt, Preſbyteris cum ſua lege reſtituere faciant.

* [*Pith. mſ.* contrà Canonum ſtatuta &c.]

De his qui nonas & decimas dare neglexerunt.

Capitular. lib. 5. cap. 276. Add. IV. 99. 164.

V. De his qui nonas & decimas jam per multos annos, aut ex parte, aut ex toto, dare neglexerunt, volumus ut per Miſſos noſtros conſtringantur ut ſecundùm Capitularem priorem ſolvant unius anni nonam & decimam cum ſua lege, & inſuper bannum noſtrum. Et hoc eis denuntietur, quòd quicunque hanc negligentiam iteraverit, beneficium unde hæc nona & decima perſolvi debuit *, amiſſurum ſe ſciat. Ita enim continetur in Capitulare bonæ memoriæ Genitoris noſtri in libro I, cap. CLVII. *Ut qui Eccleſiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Eccleſiæ cujus res ſunt, donent. Et qui tale beneficium habent ut ad medietatem laborent, ut de eorum portione proprio Presbytero decimas donent.* Item in Capitulare noſtro in libro II. cap. XXI. de eadem re: *De nonis quidem & decimis, unde & Genitor noſter & nos frequenter & in diverſis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſtra qualiter hæc obſerventur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni conlaborato, & de vino & de fœno, fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima perſolvatur. De nutrimine verò pro decima, ſicut hactenùs conſuetudo fuit, ab omnibus obſervetur. Si quis tamen Epiſcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in ſua maneat poteſtate, juxta quod ei & illi qui hoc perſolvere debet, convenerit.*

* [*Pith. mſ.* unde hanc nonam & decimam perſolvere debuit, &c.]

* [*Codices Pith. & Paris* capitt. XXII.]

De eo qui decimam dare neglexerit Eccleſiæ cujus eſſe debet, alterique Eccleſiæ eam dederit.

Capitular. lib. 5. cap. 276. Add IV. 100. 166.

VI. Quicunque decimam abſtrahit de Eccleſia ad quam per juſtitiam debet dari, & eam præſumptiosè vel propter munera aut amicitiam, vel aliam quamlibet occaſionem, ad alteram Eccleſiam dederit, à Comite vel à Miſſo noſtro diſtringatur ut ejuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat.

De decimis à populo dandis.

Capitular.

VII. De decimis, quæ dare populus

lib. 5. cap. 101. Add. IV. 101. 167.

non vult, nisi quolibet modo ab eo redimantur, ab Episcopis prohibendum est ne fiat. Et si quis contemptor fuerit inventus, & nec Episcopum, nec Comitem audire velit, si noster homo fuerit, ad præsentiam nostram venire compellatur; cæteri verò distringantur ut vel inviti Ecclesiæ restituant quæ voluntarie dare neglexerunt.

De vestitura triginta annorum, sive de rebus Ecclesiæ quæ ab eadem Ecclesia per triginta annos possessæ sunt.

Ibid. 171. Infrà, pag. 673, c. 5.

VIII. Ut de rebus Ecclesiarum quæ ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessæ sunt, testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.

De his qui restaurationes Ecclesiarum facere negligunt.

Capitular. lib. 5. cap. 177. Add. IV. 102. 168.

IX. Quicunque de rebus Ecclesiarum, quas in beneficium habent, restaurationes earum facere neglexerint, juxta Capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis & decimis constitutum est, sic de illis adimpleatur, id est, in libro

Capitular. lib. 4. c. 40.

IV. capitulo XXXVIII. *De opere & restauratione Ecclesiarum: Considerandum est ut de frugibus terræ & animalium nutrimine persolvantur. De opere verò & restauratione Ecclesiarum Comes & Episcopus sive Abbas, una cum Misso nostro, quem ipsi sibi ad hoc elegerint, considerationem faciant ut unusquisque eorum tantum inde accipiat ad operandum & restaurandum, quantum ipse de rebus Ecclesiarum habere cognoscitur. Similiter & Vassi nostri aut in commune tantum operis accipiant quantum rerum ecclesiasticarum habent, vel unusquisque per se juxta quantitatem quam ipse tenet. Aut si inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxta æstimationem operis in argento persolvant: cum quo pretio Rector Ecclesiæ ad prædictam restaurationem operarios conducere & materiamen emere possit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum lege sua restituat, insuper & bannum nostrum solvat, ut ita castigatus caveat ne sæpiùs iterando beneficium amittat.*

De his qui agros dominicatos excolere negligunt ut nonas exinde non persolvant.

Capitular. lib. 5. cap. 178. Add. IV. 103. 169.

X. De illo qui agros dominicatos propterea neglexit excolere ut nonas & decimas exinde non persolvat, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipit, volumus ut de tribus annis ipsam nonam & decimam cum sua lege persolvat. Et si quis contemptor aut Comitis aut Missorum nostrorum propter hoc extiterit, per fidejussores ad palatium venire compellatur.

[Deest in Mss. Rivipull. & Tegerseens. & in Goldast. Addita est in marg. Ms. Colleg. Paris. Soc. Jesu.]

* [Goldastus hic addit unum caput *de præscriptione 30. annorum*, & sequentia Capitula ut ad præcedens Capitulare pertinentia describit. Busæus, pag. 328-334, refert eadem sequentia Capitula ad præcedens Capitulare]

ITEM ALIA CAPITULA.

De eo qui beneficium desertum fecerit.

Sirmondus, Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 469. Add. IV, 104.

I. De beneficiis destructis hoc observetur quod in Capitulare priori continetur, id est, in libro IV. capitulo XXXVI. *Quicumque beneficium suum occasione proprii deserium habuerit, & intra annum, postquam ei a Comite vel à Misso nostro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipsum beneficium amittat.*

De malis Scabinis ejiciendis.

Ibid. 105.

II. Ut Missi nostri ubicunque malos Scabineos inveniunt, eiciant, & totius populi consensu in loco eorum bonos eligant. Et cum electi fuerint, jurare faciant ut scienter injustè judicare non debeant.

De melioribus & veracioribus eligendis.

Ibid. 106.

III. Ut in omni comitatu hi qui meliores & veraciores inveniri possunt, eligantur a Missis nostris ad inquisitiones faciendas & rei veritatem dicendam, & ut adjutores Comitum sint ad justitias faciendas.

De Scabinis qui propter munera & amicitiam injustè judicant.

Add. IV. 107.

IV. Volumus ut quicunque de Scabinis deprehensus fuerit propter munera aut propter amicitiam injuste judicasse, ut per fidejussores missus ad præsentiam nostram veniat. De cætero omnibus Scabinis denuntietur ne quis deinceps etiam justum judicium vendere præsumat.

De legitimis & rationabilibus commutationibus Ecclesiarum Dei.

Capitular. lib. 5. cap. 110. Add. IV. 108.

V. Ubicunque commutationes tam tempore nostro quàmque genitoris nostri legitimæ & rationabiles atque utiles Ecclesiis Dei factæ sunt, permaneant. Ubicunque verò inutiles & incommodæ atque inrationabiles factæ sunt, dissolvantur, & recipiat unusquisque quod dedit. Ubi vero mortua manus interjacet, aut

* [*Codices Reg. Mat. & Pariſ. rebellis.*] alia quælibet cauſa quæ (rationabilis * eſſe videatur, inventa fuerit, diligenter deſcribatur, & ad noſtram notitiam perferatur.

De eo qui probatus fuerit teſtes in perjurium ſcienter induxiſſe.

Add. IV. 109. VI. Quicunque comprobatus fuerit de eo quòd ſcienter teſtes in perjurium induxiſſet, ſub fidejuſſione ad palatium noſtrum venire compellatur, ut ibi cum fidelibus noſtris conſideremus quid de tali homine faciendum ſit.

De diſcordantibus hominibus.

VII. De his qui diſcordiis & contentionibus ſtudere ſolent, & in pace vivere * nolunt, & inde convicti fuerint, ſimiliter volumus ut ſub fidejuſſoribus ad noſtrum placitum veniant, ut ibi cum fidelibus noſtris conſideremus quid de talibus faciendum ſit.

[* *Codex Pith.* in pacem venire.]

Ut nummos bonos nullus reſpuat.

Add. IV. 110. VIII. De bonis denariis quos populus recipere non vult, volumus ut hoc obſervetur & teneatur quod in priori Capitulari noſtro conſtitutum eſt, id eſt, in libro IV. capitulo XXX. *Quicunque liber homo vel in emptione vel in debiti ſolutione denarium merum & bene penſantem recipere noluerit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat. Si verò ſervi eccleſiaſtici aut fiſcalini noſtri, aut Comitem aut vaſſallorum noſtrorum, hoc facere præſumſerint, ſexaginta iſtibus vapulent. Et ſi actores noſtri aut aliorum vel advocati eos Miſſis noſtris vel Comitibus juſſi præſentare noluerint, prædictum bannum, id eſt, ſexaginta ſolidos componant.* Et ad hanc Conſtitutionem noſtram adimplendam Epiſcopi & Abbates, ſive reliqui qui beneficia noſtra habent, adjuvent Comites in ſuis hominibus diſtringendis. Et ſi Comites hanc noſtram Conſtitutionem neglexerint, hoc per Miſſos noſtros ad noſtram notitiam perferatur.

De malis quæ à fiſcalinis fiunt.

IX. De homicidiis vel aliis injuſtitiis quæ à fiſcalinis noſtris fiunt, quia impunè ſe ea committere poſſe exiſtimant, nos actoribus noſtris præcipiendum eſſe decernimus ne ultrà impunè fiant, ita ut ubicunque facta fuerint, ſolvere cum diſciplina præcipiamus.

De collectis malis omnimodis prohibendis.

Ibid. 111. * [*Al. Miſs ad malum faciendum al.* ad male faciendum.] X. Collectæ ad malefaciendum * fieri omnimodis prohibeantur. Et ubicunque hujuſmodi præſumptiones factæ fuerint, dignâ emendatione corrigantur. Et ſi per negligentiam Comitis vel factæ ſunt vel inemendatæ remanſerunt, hoc ad noſtram notitiam perferatur. Auctor verò facti, ſi fuerit Præpoſitus, vel Advocatus, ſive Centenarius, vel quâlibet aliâ dignitate prædita libera perſona, poſt legalem emendationem in loco factam, ſub fidejuſſoribus ad noſtram præſentiam veniat. Multitudo verò, ſive de ſervis ſive de liberis ſit, legitimâ emendatione mulctetur.

Ut pontes publici qui deſtructi fuerint, iterùm exſtruantur.

Add. IV. 112. XI. De pontibus publicis deſtructis placuit nobis ut hi qui juſſionem noſtram in reparandis pontibus contempſerunt, volumus ac jubemus ut omnes homines noſtri in noſtram veniant præſentiam rationes reddere cur noſtram juſſionem auſi ſunt contemnere. Comites autem reddant rationem de eorum pagenſibus, cur eos aut non conſtrinxerint ut hoc facerent, aut nobis nuntiare neglexerunt. Similiter & de injuſtis teloneis, ubicunque accipiuntur, ſciant ſe exinde nobis rationem reddituros.

De examine aquæ frigidæ.

Ibid. 113. XII. Ut examen aquæ frigidæ, quod hactenùs faciebant, à Miſſis noſtris omnibus interdicatur ne ulteriùs fiat.

☞ [Unum Caput *de inferenda* hic addit Goldaſtus, quod XV facit Baluzius.]

De reverſione Comitis & pagenſium de hoſtili expeditione, ut ex eo die ſuper quadraginta dies ſit bannus reſiſus.

Ibid. 114. XIII. Poſtquam Comes & pagenſes de qualibet expeditione hoſtili reverſi fuerint, ex eo die ſuper quadraginta noctes ſit bannus reſiſus *: quod in lingua Theodiſca *ſcaſtlegi*, id eſt, armorum depoſitio, vocatur.

* [*Ità omnes Codices; hic manu poſuit Baluzius: Quædam editiones legunt* reciſus.]

De audientia Regis. Et ut Comites & Miſſi dominici maximam curam habeant pauperum.

Ibid. 115. XIV. Hoc Miſſi noſtri notum faciant Comitibus & Populo, quòd nos in omni hebdomada unum diem ad cauſas audiendas & judicandas ſedere volumus. Comites autem & Miſſi noſtri magnum ſtudium habeant ne fortè propter eorum negligentiam pauperes crucientur, & nos tædium propter eorum clamores patiamur, ſi noſtram gratiam habere velint *. Populo autem dicatur ut caveat de aliis cauſis ſe ad nos reclamare, niſi de quibus aut Miſſi noſtri

* [*Codex Pith.* volunt habere.]

noſtri aut Comites eis juſtitias facere noluerint.

De inferenda à Vicariis vel aliis Miſſis Comitum exigenda.

Ibid. 116. XV. Quicunque Vicarii vel alii Miniſtri Comitum tributum quod *Inferenda* vocatur, majoris pretii à populo exigere præſumpſerit quàm à Miſſis bonæ memoriæ genitoris noſtri conſtitutum fuit, hoc eſt, duos ſolidos pro una vacca, hoc quod injuſtè ſuperpoſuit atque abſtulit ſibique retinuit, his quibus hoc tulit cum ſua lege reſtituat, & inſuper fredum noſtrum componat, & miniſterium noſtrum amittat.

HÆC SUNT CAPITULA QUÆ PRO LEGE HABENDA SUNT.

Sirmondus, Conc. Gallic. tom 2. p. 471. Baluzius, ad calc. Epiſt. Hincmari, 334-336.

De honore Eccleſiarum, de homicidiis in Eccleſiis vel in earum atriis commiſſis.

I. DE homicidiis in Eccleſiis vel in atriis earum commiſſis hoc obſervetur & teneatur quod in Capitulare priori conſtitutum eſt, id eſt, in libro IV, capitulo XIII. *Si quis ex levi cauſa aut ſine cauſa hominem in Eccleſia interfecerit, de vita componat. Si verò forte rixati fuerint, & unus alterum in Eccleſiam fugerit, & ibi ſe defendendo eum interfecerit, & ſi hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim conjuratoribus legitimis per ſacramentum affirmet ſe defendendo eum interfeciſſe. Et ſi ipſe auctor commotæ inter eos rixæ exſtiterit, leudem interfecti & inſuper bannum noſtrum ſolvere cogatur, & publicam agat pœnitentiam. Si autem non ille qui alterum interfecit, ſed is qui interfectus eſt, eandem rixam commovit, abſque compoſitione jaceat; & is qui eum interfecit, ſecundum judicium canonicum publicam agat pœnitentiam. Si cujuſlibet proprius ſervus hoc commiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur utrùm hoc ſponte an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus ejus exuſta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, publicâ pœnitentiâ multetur; niſi forte & ipſe auctor commotæ inter eos rixæ fuerit inventus:* (*tunc dominus ejus, juxta quod widrigildus illius eſt, ad Eccleſiam perſolvat, aut eum, ſi voluerit, eidem Eccleſiæ tradat* *). *De eccleſiaſtico & fiſcalino & beneficiario ſervo volumus ut pro una vice widrigildus ejus pro eo componatur, alterâ vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio Eccleſiæ, cujus porta Reliquiis Sanctorum conſecrata eſt, hujuſcemodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur & componatur. Si verò porta Eccleſiæ non eſt conſecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, ſicut componi debet quod in immunitate violata committitur* *

* [Hæc non extant in Cod. mſ. Pith. neque in Tilianoſ. Remigii.]

* [Hæc deſunt in Pith. mſ.]

* [Codices Pith. & Reg. hic addunt: *ſicut continetur in Capitulari ſuperiori*, quod indicat Capitulare I. anni 819, cap. 1.]

De eo qui propter cupiditatem rerum quemcunque propinquorum ſuorum interfecerit.

II. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem, aut matrem, aut fratrem, aut ſororem, vel nepotem, vel alium propinquum ſuum interfecerit, hereditas ejus interfecti ad alios ſuos legitimos heredes perveniat; interfectoris verò hereditas in fiſcum redigatur. Ipſe verò ordinante Epiſcopo publicæ pœnitentiæ ſubdatur. Add. IV. cap. 127.

De cujuſlibet propria uxore dimiſſa, vel ſine culpa interfecta.

III. Quicunque propriâ uxore derelictâ, vel ſine cauſa interfectâ, aliam duxerit uxorem, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam. Et ſi contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in cuſtodia mittatur, donec res ad noſtram notitiam deducatur. Capitular. lib. 5. cap. 300. Add. IV. 118. 161.

De eo qui res alienas cuilibet homini vendiderit.

IV. Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, (& ipſe homo eaſdem res alicui alteri dederit ſive vendiderit*,) & ipſi qui tunc eaſdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdum legitimos annos habenti, juſtitiæ tollendæ cauſâ, tradiderit, volumus atque firmiter præcipimus ut ſi pater ejuſdem parvuli vixerit, ipſe intret in cauſam rationem reddendi pro filio ſuo. Si autem pater ipſe mortuus eſt, tunc legitimus ejus propinquus, qui juſtè ei tutor ac defenſor eſſe videtur, pro ipſo rationem reddere compellatur. Similiter de aliis omnibus juſtitiis ad eum pertinentibus, exceptâ ſuâ legitimâ hereditate quæ ei per ſucceſſionem parentum ſuorum legitimè venire debuit. Quòd ſi quis hanc noſtram juſſionem contempſerit vel neglexerit, ſicut de cæteris contemptoribus, Ibid. 161.

* [Hæc deſunt in Pith. & Rivipenſi mſſ.]

ita de eo agatur. Is verò qui eaſdem res primus invaſit, & injuſtè vendidit, necnon & emptores, exceptâ ſolâ perſonâ parvuli, hoc quod fraudulenter admiſerunt infra patriam emendare cogantur, & poſteà, ſicut contemptores juſſionis noſtræ, ſub fidejuſſoribus ad noſtram præſentiam venire compellantur.

De placitis à liberis hominibus obſervandis.

V. De Vicariis & Centenariis qui magis propter cupiditatem quam propter juſtitiam faciendam ſæpiſſimè placita tenent, & exinde populum nimis affligunt, ita teneatur ſicut in Capitulare Domni Karoli Imperatoris continetur in libro III, capitulo XL. *Ut nullus ad placitum manniatur, niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet; exceptis ſcabineis ſeptem, qui ad omnia placita eſſe debent.* Item de eadem re in Capitulare noſtro in libro IV, capitulo LV. *De placitis ſiquidem quæ liberi homines obſervare debent, Conſtitutio genitoris noſtri penitùs obſervanda atque tenenda eſt; ut videlicet in anno tria ſolummodò generalia placita obſervent, & nullus eos ampliùs placita obſervare compellat; niſi fortè quilibet aut accuſatus fuerit, aut alium accuſaverit, aut ad teſtimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad cætera verò quæ Centenarii tenent non alius venire jubeatur, niſi qui aut litiget, aut judicet, aut teſtificetur.* Et quicunque hujus Conſtitutionis tranſgreſſor a Miſſis noſtris inventus fuerit, bannum noſtrum perſolvat.

De liberis hominibus ad teſtimonium recipiendis

Capitular. lib. 5. cap. 301.

VI. De liberis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ut propter res alterius ad teſtimonium non recipiantur. Conjuratores tamen aliorum liberorum hominum ideò eſſe poſſunt quia liberi ſunt. Illi verò qui & proprium habent, & tamen in terra dominica reſident, propter hoc non abiciantur quia in terra dominica reſident, ſed propter hoc ad teſtimonium recipiantur quia proprium habent.

Ut inquiratur de iis qui in exercitalem ire poſſunt expeditionem, vel qui fidelitatem necdum promiſerunt.

Capitula Karoli Calvi, tit. 36, cap. 27.

VII. Volumus atque jubemus ut Miſſi noſtri diligenter inquirant quanti liberi homines in ſingulis Comitatibus maneant. Hinc verò ea diligentia & hæc ratio examinetur per ſingulas centenas, ut veraciter ſciant illos atque deſcribant qui in exercitalem ire poſſunt expeditionem; ac deinde videlicet ſecundus ordo de his qui per ſe ire non poſſunt, ut duo tertio adjutorium præparent. Et qui necdum fidelitatem nobis promiſerunt, cum ſacramento nobis fidelitatem promittere faciatis.

De faidis coërcendis.

VIII. De faidis coërcendis hoc obſervetur & teneatur quod in Capitulare noſtro in libro IV. capitulo XXV. continetur. *Si quis aliqua neceſſitate cogente homicidium commiſit, Comes in cujus miniſterio res perpetrata eſt, & compoſitionem ſolvere & faidam per ſacramentum pacificare faciat. Quòd ſi una pars ei ad hoc conſentire noluerit, id eſt, aut ille qui homicidium commiſit, aut is qui compoſitionem recipere debet, faciat illum qui ei contumax fuerit ad præſentiam noſtram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilio mittamus, donec ibi caſtigetur, ut Comiti ſuo inobediens eſſe ulteriùs non audeat, & majus damnum inde non adcreſcat.*

HÆC SUNT CAPITULA QUÆ AD PLURIMORUM NOTITIAM AD GENERALE PLACITUM SUNT RESERVATA *.

* Hæc Capitula deſunt in Pithœano & in Tiliano S. Remigii miſs.

I. De Sacerdotibus à laicis vinctis & flagellatis.

II. De homine qui ad ſervitium quæſitus & ereptus eſt ab uno herede, iterùm cæteri heredes eum interpellare & adquirere conantur.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 1. pag. 473.

III. De Comitibus & Vicariis eorum qui in aliquibus locis tantùm accipiunt de conjectu populi ad minorem legationem, quantùm ad majorem.

ITEM ALIA CAPITULA.

Idem, ibid. pag. 474.

I. Volumus ut talem conjectum Miſſi noſtri accipiant, quando per miſſaticum ſuum perrexerint; hoc eſt, ut unuſquiſque accipiat panes quadraginta, friskingas duas, porcellum aut agnum unum, (pullos quatuor, ova viginti, de vino ſextarios novem, de cerviſa modios duos, de *) annona modios duos. Et quandò propè ſunt de illorum domibus, nullum accipiant conjectum.

* Hæc deſunt in Pithœano mſ.

II. Volumus etiam ut octabas Paſchæ incipiant ſuam agere legationem. Epiſco-

pi verò ſuum habere debent conventum octabas Pentecoſten.

III. Volumus atque jubemus ut Miſſi noſtri diligenter inquirant quanti liberi homines in ſingulis Comitatibus maneant qui poſſint expeditionem exercitalem facere, nobiſque per brevem eorum ſummam deferant. Et qui nondum fidelitatem promiſerunt, cum ſacramento nobis fidelitatem promittere faciant.

IV. Volumus ut Miſſi noſtri per totam legationem ſuam primò omnium inquirant qui ſint de liberis hominibus qui fidelitatem nobis nondùm promiſſam habent, & faciant illos eam promittere, ſicut conſuetudo ſemper fuit; & poſteà incipiant legationem ſuam per cætera capitula peragere.

Suprà, p. 665, c. 8.

V. Volumus ut omnes res eccleſiaſticæ eo modo contineantur ſicut res ad fiſcum noſtrum pertinentes contineri ſolent, uſque dum nos ad generale placitum noſtrum cum fidelibus noſtris invenerimus & conſtituerimus qualiter in futurum de his fieri debeat.

VI. Volumus ut omnis inquiſitio, quæ de rebus ad jus fiſci noſtri pertinentibus facienda eſt, non per teſtes qui producti fuerint, ſed per illos qui in eo Comitatu meliores & veraciores eſſe cognoſcuntur, per illorum teſtimonium inquiſitio fiat, & juxta quod illi teſtificati fuerint, vel contineantur, vel reddantur.

VII. Item volumus ut de rebus quas Matfredus per diverſa loca & per diverſos homines adquiſivit, ipſi qui eaſdem res ei dederunt interrogentur ſi aliquis eorum eas repetere velit. Et quicunque hoc ſe velle pronuntiaverit, ad generale placitum noſtrum venire jubeatur, ut inde cum eodem Matfredo rationem habere poſſit.

ADMONITIO BALUZII.

Sequentia tria Capitula, quæ ſumpta ſunt ex libro Legum Burgundicarum & ex Codice Theodoſiano, deſcripta reperiuntur in Codicibus Palatino & Sancti Vincentii Metenſis ſtatim poſt ſuperiora Ludovici Pii Capitula. Regino verò Abbas Prumienſis ea refert ex Capitularibus ejuſdem Ludovici. Ob eam cauſam nos illa hic omiſſa noluimus, tum etiam quia multa illic diverſa ſunt à vulgatis editionibus illarum Legum.

De inſcriptione temporum.

Lex Burgundion. tit. 79.

I. LIcèt jampridem à nobis fuerit ordinatum ut ſi quis in populo noſtro barbaræ nationis perſona aut in re ſua conſiſteret aut alium invitaſſet, aut ſi terram ad habitandum voluntarius deputaſſet, eamque per annos quindecim ſine tertiis habuiſſet, in voluntate ipſius permaneret, neque exinde quicquam ſibi ille qui dederat ſciret eſſe reddendum, tamen ut abſque ulla permutatione omni tempore generaliter memorata conditio debeat cuſtodiri; præſenti placuit lege conſtitui.

Item de inſcriptione temporum.

Regino, lib. 1. c. 20. 21.

II. Si quis verò terram ab altero ſibi traditam violenter dixerit & convicerit fuiſſe ſublatam priùs quàm triginta annorum terminus compleatur, & rem conſtiterit occupatam, & requirere poterit, & repetentis partibus reformare. Cæterùm, ſi impletis triginta annis terra, à quocunque etiam pervaſa fuiſſe dicatur, non fuerit reſtituta, nihil ſibi reddendum eſſe cognoſcat. Quapropter omnes Comites, quoties de privatis cauſis contentio fuerit generata, ſecundùm ordinem legis iſtius judicare curabunt. Et quia omnia ad quietem omnium pertinentia ex lege convenit provideri, quas omninò cauſas de quibuſcunque rebus quæ intra triginta annos non fuerint diffinitæ, nullo eas poſtmodùm licebit ordine commoveri: quia ſatis unicuique ad requirendum & recipiendum quod ei debitum fuerit, ſupraſcriptus annorum numerus conſtat poſſe ſufficere.

De inquilinis & colonis.

Interpretatio Leg. un. Cod. Theod. de inquilinis & colonis. Regino, lib. 1. c. 22.

III. Si quis colonum alienum in re ſua triginta annos habuerit, ac ſi ſuum vendicet. Qui ſi infra triginta annos inventus fuerit, a domino cum filiis ſibi debitis & omni peculio revocetur. Si verò mortuus fuerit, peculium ejus dominus revocet. Colona verò ſi viginti annis in alieno dominio permanſerit, a priore domino non requiratur. Colono duæ partes agnationis ſequantur, colonæ verò tertia pars ſequatur. Nam ſi agnatio infra viginti annos edita fuerit, quandò adhuc colona domino competebat, repetentibus non negetur; quia in novellis legibus eſt conſtitutum. Sanè ne ſeparatio conjugii fiat, præcipimus ut à domino coloni vicariæ mulieri cum agnatione partis tertiæ non negetur.

PRÆCEPTUM

De Ordine Monaſtico reſtituto in Monaſterio Sancti Dionyſii.

Flodoard. lib. 3. c. 1. Simmond. Conc. Galliæ, tom. 2. p. 555.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI. Hludouvicus, divinâ ordinante providentiâ, Imperator Auguſtus. Divinis præceptis & apoſtolicis monitis incitamur, ſed & imperatorii regiminis officio commonemur, ut pro Eccleſiæ ſtatu atque ſanctæ Religionis augmento impigro ſemper vigilemus affectu, ac per neceſſario ſeu fructuoſo ſtudioſoque laboremus effectu, & ſi quid uſquam reprehenſioni invenitur obnoxium, regiæ auctoritatis ſollicitudine corrigamus: quatinus avia revocantes, ſuperflua amputantes, collapſa quoquè reparemus, atque reparata & ab eccleſiaſticis viris Apoſtolorumque Domini ſucceſſoribus Spiritu ſancto regente bene ſtatuta, edictis imperialibus confirmemus; quia dignum profectò eſt ut quod ſacerdotalis dignitas divino illuminata Spiritu corporali Chriſti, quod eſt Eccleſia ejuſdem Dei ac Domini & Salvatoris noſtri redempta ſanguine, adinvenit in ſalute, vel reformata ſtatuit in religionis augmento, id imperialis majeſtas inviolabiliter permanſurum in perpetuum poteſtatis ſuæ ſtudeat roborare præcepto: quoniam quicquid in hujuſmodi negotiis laboratum, ſeu pio cultui à nobis fuerit dedicatum, hoc procul dubio noſtræ manſuetudinis regno & populo regendo credimus ſpecialiùs profuturum. Idcircò notum eſſe volumus omnibus fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris, quia poſtquam Deo auſpice imperium paternum ſuſcepimus, ſtudii nobis maximè ſemper fuit ut Domini Eccleſia, ejus magnificentiâ humilitati noſtræ divinitùs regenda tuendaque commiſſa, felicibus polleret ſucceſſibus, eamque, quantùm noſtræ attinet auguſtæ devotioni, inceſſanter ad meliora provehere, & ab illa quicquid noxium erat eradicare, atque in ea incrementa virtutum plantare. Quapropter ſæpiſſimè Sacerdotes Domini, quorum id officii eſſe noveramus, admonere curavimus, ac noſtram principalem auctoritatem adjutricem ad eorum miniſterium juxta voluntatem Dei exequendum promptè exhibuimus; ut quicquid in ordinibus eccleſiaſticis, vel in quacunque perſona, emendatione dignum invenirent, paſtorali auctoritate, poſtpoſitâ quâlibet torporis negligentiâ vel perſonarum acceptione, incunctanter corrigere & ad ſtatum rectitudinis perducere decertarent. Verùm cùm ipſi, noſtrâ ſedulò exhortatione admoniti, ſuâque ſolliciti vigilantiâ, de ſtatu & profectu ſanctæ Eccleſiæ, & ſacris ordinibus & iis quæ emendatione digna videbantur, conventu apud Pariſius juſſione noſtrâ habito, ſtrenuâ & devotâ perſpicacitate tractarent, inter cætera viſum illis eſt ut monaſterium præclariſſimi & eximii Chriſti Martyris beati Dionyſii ſociorumque ejus, quod conſtat tantorum Martyrum nomine Deo dedicatum, & à Regibus Francorum progenitoribuſque gloriæ noſtræ ampliſſimis rebus ditatum, quò in eo monaſticus ordo religiosè Deo deſerviret, magnâ emendatione & correctione opus haberet, quoniam ab eo idem ordo ad multorum diſcrimen, nullâ neceſſitate præpediente, nullius rei inopiâ obſiſtente, penitùs erat avulſus. Quam cauſam tam per ſe, quàmque & per venerabilem prudentemque virum Hilduinum memorati monaſterii religioſum Abbatem, noſtræ ſerenitatis auribus intimaverunt utì noſtrâ piiſſimâ imperiali poteſtate per eorum auctoritatem corrigeretur. Unde dignitas imperii noſtri tantorum virorum ſaluberrimam admonitionem, & ejuſdem venerabilis Abbatis Hilduini preces humillimas, more tranquillitatis noſtræ ſolito gratanter benignèque ſuſcipiens, atque in omnibus emendabile judicans, ne tanti Ordinis collapſio ſalutis noſtræ quoquo modo fieret damnatio, ad eoſdem Præſules Eccleſiarum idem cenſuimus referre negotium, ut noſtri principatûs auctoritate, eorumque judicio, quibus tanta eſt collata poteſtas à Domino, idem ordo in eodem loco abſque retractatione reſtitueretur. Veniens ergo Aldricus Metropolita Senonicus cum ſuffraganeis ſuis, necnon & Ebbo Metropolita Durocortorum cum ſuis ſuffraganeis, ad memoratum monaſterium, habito conventu, primùm quòd idem monaſterium ordini monaſtico conſtructum, dedicatum, & rebus ditatum fuit, & in eo ipſe ordo uſque ad tempus quo ſceptra imperalia ſupernâ largiente gratiâ clementia noſtra ſuſcepit, & ſuprà memorati Hilduini Abbatis præ-

lationem, ibidem utcunque viguerit, manifeſtis indiciis Regumque antiquis & modernis Præceptis, & Epiſcoporum privilegiis, ac fidelium donationibus, palam cunctis eſt factum. Deinde diligentem inquiſitionem fecerunt ſuper iis qui in eodem loco regularem promiſſionem fecerant; ex quibus quidam qui eandem profeſſionem fecerant, deſertores ejuſdem propoſiti effecti, rebus humanis jam erant exempti; quorum perditio non ſine magno animi fieri poteſt mœrore. Quidam etiam non eandem profeſſionem ſe feciſſe mentiti ſunt, ſed teſtibus patentibus convicti, pro ſua contumacia canonicæ pœnitentiæ ſunt ſubacti. Quidam verò, immò maxima pars, qui hactenùs in apoſtaſiam prolapſi fuerant, coràm venientes, ſoloque ſe proſternentes, confeſſi ſunt eandem profeſſionem in eodem loco regulariter ſe promiſiſſe, ſuîque miſereri, & à Domino veniam pro tanto admiſſo dari humiliter flagitavêre. Quâ confeſſione factâ, cucullis ſui propoſiti coram cœtu Epiſcoporum & cæterorum Sacerdotum cunctique ſequentis ordinis cleri nobiliumque virorum, non modicâ circumadſiſtente turbâ, ſe induerunt, atque in commune, ne aliquandò, ſicuti ſibi aliiſque jam in eodem loco contigerat, ſanctæ profeſſionis propoſito diabolico propulſarentur inſtinctu, regularem promiſſionem iteraverunt. Pars denique quædam eorum, illi ſcilicet qui divinæ inſpirationis munere acti & amore devincti, in ſanctæ religionis propoſito adprimè abſque ulla refragatione vel interpolatione elegerunt viriliter permanere, & in cella ejuſdem majoris monaſterii, poſtquam cæteri monaſticam vitam & habitum deſeruerunt, uſque ad hanc noſtræ demandationis habitam Synodum degêre, ante jam memoratos venerabiles Patres venerunt, locumque priſtinum, in quo promiſſionem fecerant, & regulariter licèt minùs perfectè vixerant, ſibi & ſe petierunt loco reſtitui. Quorum ſemotio ob id acciderat, quoniam, ut prædiximus, mox ut divina dignatio nos paternâ ſede ſuſceptâ imperialibus ſceptris inniti voluit, piæ intentionis noſtræ ſollicitudo exequi procuravit ut religio, decor, & omnis honeſtas à Domno & Genitore noſtro divæ memoriæ Karolo cœpta & inſtituta, liquidò & veraciter, remotâ omni ſimulatione, in propriis quibuſque maneret & vigeret ordinibus. Unde ad monaſticæ inſtitutionis normam corrigendam duos religioſos & venerabilis vitæ viros Benedictum & Arnulfum Abbates conſtituimus, qui per noſtrum à Deo gubernandum & conſervandum imperium ſeduli huic negotio ſtudiosè inſiſterent. Iidem verò boni & devoti, ſed ſimpliciſſimi Patres, ſupradictorum fratrum calliditate & duritiâ ſuâque ſimplicitate abducti, non ſtudio, ſed minùs ſubtili & neceſſariâ inveſtigatione ſeu providentiâ fallentes, eos qui in ſoliditate ſuæ profeſſæ ſalvationis perduraverunt à monaſterio removerunt, atque in memorata cella collocaverunt; & illos qui propriæ voluntatis libitus non virtute, ſed verſutiâ, quæſierunt, ac collo de ſub jugo regulæ excuſſo, loro diſligationis vitæ ſoluti, ampliori itinere cœleſtem patriam petere ſunt conati, in domiciliis reverendi habitûs & vitæ monaſticæ reliquerunt. Sed laudabiliùs hi Patres Eccleſiæ auctoritate ſuâ dignæ petitioni fratrum, quos in ſuæ religionis virtute diximus permanſiſſe, quia ſic noſtri aſſenſûs juſſio fuerat, annuentes rationabiliter & canonicè ſatisfecerunt. Et ob ſuggeſtionis notitiam, ut noſtræ panderetur celſitudini qualiter vel quo ordine tam devotiſſimum factum ab iiſdem religioſiſſimis viris ſit celebratum, duas ſuper hoc inde pari tenore conſcriptiones fecerunt, eaſque manibus firmaverunt propriis, ut altera earum in archivo ipſius monaſterii ob memoriam & ſtabilitatem inibi hujus ordinis per futura tempora ſervaretur; alteram noſtræ magnitudini direxerunt, ut illam palatinis ſcriniis juberemus recondi, ob monimentum videlicet & iſtius rectè facti perpetuam firmitatem. Sed cùm idem Ordo, Deo annuente, quantùm divinitùs videri dabatur, in eodem loco feliciter incederet, antiquus ſalutis humanæ inimicus quoſdam in ipſis fratribus ſua organa efficiens, adeò inſidiarum ſuarum furiis exagitavit, ut conſpiratione & conjuratione factâ & propoſitum monaſticum abnegarent, & ſine licentia ſui Abbatis, eorum legati dignitatis noſtræ dominationem adirent, & moleſtiam ſuper hac ratione contra canonicam & propoſiti ſui inſtitutionem, ſerenitatis noſtræ auribus inferre præſumerent, offerentes nobis tomum in accuſationem & blaſphemiam Epiſcoporum qui ſe de apoſtaſia, in qua verſabantur, paternâ ſollicitudine noſtrâ auctoritate correxerant, & ad propoſitum quod abdicaverant redire ſuaſerant, addentes etiam in eadem ſchedula alia quæ digna non ſunt

Vide Vitam Alcuini, p. 8.

imperialibus noſtris ſcriptis interſeri. Porrò noſtra ſollertia, auditis eorum querimoniis, ſuprà memorato venerabili viro Hilduino noſtra juſſit clementia ut eoſdem Epiſcopos, contra quos querebantur, necnon & alios ab accuſatione immunes, juſſione noſtrâ ad ipſum venire mandaret monaſterium. Et quia ad noſtram notitiam ipſi fratres ſuos miſere clamores, unde nihil ambiguum & ſine juſtæ definitionis decreto fas ad abſcedere, complurium Epiſcoporum diligenti examine rem reventilari & canonicè definiri & conſopiri præcepimus; non quaſi de præfata memoratorum patrum ſententia, quæ excellentiæ noſtræ bene per omnia manebat cognita, vel in aliquo hæſitantes; ſed ut major Domino Deo noſtro de proculcato hoſte, qui jam dictos excitaverat fratres, triumphus fieret, & in eodem loco firmiori, quia iterata, ſtipulatione idem ordo confirmaretur. Et quoniam ſuper Paſtores Eccleſiæ dignitati noſtræ imperiali, quæcunque ingerebatur accuſatio, non ſine certo & rationabili obliteraretur judicio, qui ad condictum tempus & diem ad ſuprascriptum venere monaſterium, & ipſis accuſatoribus, cum ſcripto quod clementiæ noſtræ obtulerant, coram exhibitis, cuncta quæ in eorum accuſatione dixerant vel ſcripſerant falſa eſſe veris aſſertionibus idoneiſque prolatis teſtibus probaverunt, ſicut ex ordine in ſcripto manifeſtatur quod ex hac cauſa & ſecunda conſtitutionis noſtræ ſynodo archivo noſtri palatii, cum chartulis que nomina teſtium continent qui utriſque conventibus interfuerunt, directum ob geſtorum memoriam conſervatur, unde aliud etiam ab ipſius monaſterii ſcriniis retinetur. Ipſi de cæteto fratres, reſpectu divino proceſſu temporis corda illorum tangente, propoſiti ſui ſtrenui & præteritarum negligentiarum pœnitentiæ devoti executores effecti, conſenſu ſalubri atque prudenti tres chartulas conſcripſerunt; ut una earum ad caput glorioſiſſimorum Chriſti Martyrum fieret, altera regiæ dominationis noſtræ cuſtodia ſervari demandaretur, tertiam verò ipſius monaſterii Abbas haberet; in quibus ſe à beato patre Benedicto Spiritu ſancto docente deſcriptam regulam ſunt ſervare velle profeſſi; & unuſquiſque eorum nomen proprium cum gradu & monachi appellatione eiſdem chartis ſubterfirmavit. Quarum unam benignitatis noſtræ præſentiæ exhibuerunt, humiliter poſtulantes, ſicut & ſæpememorati venerabiles Patres, a quibus ſynodales definitiones celebratæ ſunt, auctoritatem noſtram ſedulo petierunt, quatenus hoc quod tam ſubtili & diligenti inveſtigatione inventum, & juſtâ ratione definitum, ſeu ſalubri reſtitutione reparatum, atque canonicâ auctoritate ſtatutum eſſe dinoſcitur, amplitudinis noſtræ privilegio ſcriptis imperialibus confirmaremus; ut quod canonica docet auctoritas, & vota Regum cunctorumque fidelium, qui ipſum locum propter monaſticum ordinem ibi ſervandum rebus ſuis ditaverunt, demonſtrant, cùm nequaquam ab eo ſine periculo & Regis & regni poſſit avelli, noſtra imperialis poteſtas confirmatione provideat ne ex eodem loco modernis futuriſque temporibus idem ordo deſtituatur; ſed potiùs Chriſto Domino largiente ad cumulum mercedis noſtræ, conjugis quoque, & prolis, eorumque ſalutem quorum poſt tantum lapſum reparatio facta eſt, necnon & eorum per quos Deo annuente noſtrâ auctoritate eadem reparatio celebrata eſt, ſimul & illorum informationem qui poſt ad monaſticum ordinem Domino inſpirante ad eundem confluxerint locum, remota omni ſimulatione ſemper in eodem monaſterio regularis ordo permaneat, floreat, & felicibus ſucceſſibus Deo opem ferente polleat. Et ut hæc auctoritas, quam ob Dei amorem & animæ noſtræ, conjugis, & prolis, ut prædiximus, ſalutem, atque imperii noſtri ſtatum conſtituimus, firmiorem obtineat vigorem, & deinceps inconvulſa valeat perdurare, duas inde pari tenore conſcriptas firmationes fieri juſſimus; ut una imperialis aulæ reconditorio palatinis ſalvetur excubiis, altera ab ipſius monaſterii cuſtodibus in perpetuum diligenti cura debeat provideri; eaſque manus noſtræ ſubſcriptione ſubter firmavimus & anulo noſtro ſigillari juſſimus.

Signum HLUDOUVICI ſereniſſimi Imperatoris.

Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovit.

Data VII. Kalendas Septembris anno Chriſto propitio XIX. imperii Domni Hludouvici ſereniſſimi Imperatoris, Indict. X.

Actum in monaſterio ſancti Dionyſii in Dei nomine feliciter.

Hludouvici Pii, Imp. Aug., et Hlotharii Cæsaris Capitulare (ann. 832.), *de Eccleſiis inter hæredes diviſis; de his qui decimam fraudant; de Præſcriptione XXX. annorum.* Vide in novo Codice Legum veterum.

Epistola Agobardi, *Lugdunenſis Archiepiſcopi, ad* Hludovicum Pium, *de diviſione Imperii Francorum inter filios.* Vide in novo Codice Legum veterum.

Epistola Agobardi, *Lugdunenſis Archiepiſcopi, ad* Hludovicum Pium, *de eo quòd Hludovicus haud dignè Gregorium Papam accepiſſet.* Vid. in novo Cod. Leg. vet.

Epistola Gregorii IV, *Papæ, ad Epiſcopos Regni Francorum, quâ eos objurgat eo quòd* Hludovico Pio *faverent.* Vide in novo Codice Legum veterum.

Hlothario I., Imp. Aug. convocante, Episcoporum Edictum impium *de exauctoratione Domni Hludovici Pii Imperatoris, promulgatum apud Compendium, anno 833.* Vide in novo Codice Legum veterum.

Decreta Comitiorum Imperialium *pro confirmandâ libertate Germanicâ & Gallicanâ contrà* Hlotharii *Cæſaris &* Gregorii IV, *Papæ, machinationes in* Hludovicum Pium, *Imperatorem.* Vide in novo Codice Legum veterum.

PRÆCEPTUM

De Paganis ad Chriſtianitatem invitandis, & de Inſtitutione Epiſcopatûs Hammaburgenſis.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludouvicus, divinâ propitiante clementiâ, Imperator Auguſtus. Si ſpecialibus cujuſque fidelium noſtrorum neceſſitatibus perſpectis ſubveniendum eſſe imperialis auctoritas monſtrat, quantò magis ad debitam generalitatis providentiam æquum dignumque pertinet ut Eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ, quam Chriſtus ſuo pretioſo ſanguine redemit, eamque nobis regendam tuendamque commiſit, piam ac ſollicitam in cunctis oportet gerere curam, & ut in ejus provectu vel exaltatione congruam exhibeamus diligentiam, novis ad ejus neceſſitatem vel utilitatem atque dignitatem pertinentibus rebus nova immò neceſſaria & utilia provideamus conſtituta. Idcircò ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis præſentibus ſcilicet & futuris certum eſſe volumus qualiter divinâ ordinante gratiâ noſtris in diebus, aquilonaribus in partibus, in gentibus videlicet Danorum ſive Sueonum, magnum cœleſtis gratia prædicationis ſive adquiſitionis patefecit oſtium, ita ut multitudo hinc inde ad fidem Chriſti converſa myſteria cœleſtia eccleſiaſticaque ſubſidia deſiderabiliter expeteret. Unde Domino Deo noſtro laudes immenſas perſolventes extollimus, qui noſtris temporibus & ſtudiis ſanctam Eccleſiam, ſponſam videlicet ſuam, in locis ignotis ſinit dilatari atque proficere. Quamobrem unà cum Sacerdotibus cæteriſque imperii noſtri Fidelibus hanc Deo dignam cernentes cauſam valde neceſſariam atque futuræ Eccleſiæ dignitati proficuam, dignum duximus ut locum aptum noſtris in finibus evidentiùs eligeremus, ubi Sedem epiſcopalem per hoc noſtræ auctoritatis præceptum ſtatueremus, unde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum faciliùs uberiùſque capere valerent, & ſitientes ſalutis gratiam præ manibus vel oculis haberent, inſuper & magnorum progenitorum noſtrorum ſacra lucrandi ſtudia noſtris in diebus nunquam deficerent. Genitor etenim noſter glorioſæ memoriæ Karolus omnem Saxoniam eccleſiaſticæ Religioni ſubdidit, jugumque Chriſti ad uſque terminos Danorum atque Slavorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit; ubi inter has utraſque gentes, Danorum videlicet ſive Winedorum, ultimam Saxoniæ partem ſitam, & diverſis periculis, temporalibus videlicet & ſpiritualibus, interjacentem proſpiciens, pontificalem ibidem Sedem fieri decrevit trans Albiam. Unde poſtquam terram Nordalbingorum laxatâ captivitate, quam ob multam perfidiam in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam per ſeptennium paſſi ſunt, ne locus ille à barbaris invaderetur, Ekeberto Comiti reſtituere præceperat, non jam vicinis Epiſcopis locum illum committere voluit, ſed ne quiſquam eorum hanc ſibi deinceps parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus quendam Epiſcopum Amalarium nomine direxit, qui primitivam Eccleſiam ibidem conſecraret. Sed & eidem Eccleſiæ ſacras Reliquias, ac plura eccleſiaſtica munera, piâ largitate ſpecialiter deſtinare curavit. Poſtmodùm verò captivis optatam ad patriam undique confluentibus, eandem parochiam cuidam Preſbytero Heridac nomine ſpecialiter commendavit, quem univerſæ Nordalbingorum Eccleſiæ, ne ad ritum relaberentur gentilium, vel quia lucrandis adhuc gentibus locus ille videbatur aptiſſimus, diſpoſuerat conſecrari Archiepiſcopum, ut ipſi occaſione vel auctoritate ſummâ in ipſis terminis gentium ſedulitate prædicandi ſancta multiplicaretur Eccleſia, dum vicinorum ipſius novitatis Epiſcoporum multa latitudinis

cura non ſufficiebat diſcurrere per omnia. Delegavit etiam eidem Preſbytero quandam cellam *Hrodnace* vocatam, quatinùs eidem loco undique periculis circumdato fieret ſupplementum. Sed quia conſecrationem jam dicti viri velox ex hac luce tranſitus pii genitoris noſtri in diebus ejus fieri prohibuit, ego autem, quem divina clementia in ſedem regni ejus aſciverat, cùm in multis regni diſponendis negotiis inſiſterem, hoc quoque prædicti patris mei ſtudium, velut regni in finibus peractum, minùs cautè adtenderem, ſuadentibus quibuſdam jamdictam cellam ad Indam monaſterium contuli, prædictam verò parochiam vicinis Epiſcopis interim commendavi. Nunc autem tam propter ſupraſcripta eccleſiaſtica lucra in gentibus demonſtrata, quàm & propter votum pii genitoris noſtri, ne quid ejus ſtudii imperfectum remaneat, ſtatuimus, unà cum conſenſu eccleſiaſtico, præfata ultima in regione Saxonica trans Albiam, in loco nuncupato Hammaburg, cum univerſa Nordalbingorum provincia Eccleſiæ proprii vigoris conſtituere ſedem; cui & primum præeſſe, atque ſolemniter conſecrari per manus Drogonis Metenſis & ſummi ſanctæ palatinæ dignitatis Præſulis, Anſgarium fecimus Archiepiſcopum, adſtantibus Archiepiſcopis Ebbone Remenſi, Hetti Trevirenſi, & Otgaro Mogontiacenſi, cum plurimis aliis generali in conventu totius imperii noſtri Præſulibus congregatis; aſſiſtentibus quoquè ſpecialiter & conſentientibus atque conſecrantibus Helingaudo ſive Willerico Epiſcopis, à quibus jam dictæ parochiæ partes à nobis ſibi olim commendatas recipimus. Cui videlicet Anſgario, quia præfatis in gentibus hæc noſtris in diebus digniſſima in convocatione gentilium vel redemptione captivorum monſtrata ſunt lucra, tam noſtræ quàm ſanctæ Romanæ Eccleſiæ auctoritate hanc Deo dignam in præfatis gentibus commiſimus legationem, ac proprii vigoris aſcribere decrevimus dignitatem. Et quia caſus præteritorum cautos nos facit in futurum, ne quiſquam Epiſcoporum aliquam ſibi trans Albiam vel alicubi in prædicta parochia vindicet poteſtatem, certo limite circumſcriptum eſſe volumus, videlicet ab Albia flumine deorſum uſque ad mare oceanum, & rurſum per omnem Slavorum provinciam uſque ad mare quod orientale vocant, & per omnes prædictas nationes Septentrionis. Omnes quoquè paludes infra ſive juxta Albiam poſitas, cultas & incultas, infra terminos ejuſdem parochiæ ponimus; ut Tranſalbiani ſe & ſua ab incurſu Paganorum, qui ſæpe timendus eſt, ſecuriùs in his locis occultare queant. Et ut hæc nova conſtructio periculoſis in his locis cœpta ſubſiſtere valeat, quandam cellam *Turholt* vocatam tam huic novæ conſtructioni, quàm Archiepiſcopi ſucceſſorumque ſuorum in gentibus legationi perenniter ſerviturâm, ad noſtram noſtræque ſobolis perpetuam mercedem divinæ offerimus majeſtati. Homines quoquè qui ejuſdem cellæ beneficia habere videntur, ab omni expeditione vel militia ſive qualibet occupatione abſolvimus, ut idem venerabilis Epiſcopus ad hanc Deo dignam peragendam in proviſis temporibus legationem nullum in hoc patiatur impedimentum. Dona verò quæ ex eadem cella noſtris partibus dare ſolebant, & nobis quoquè ſucceſſoribuſque noſtris ſimiliter dari volumus; his exceptis, majus minuſve in convocatione Paganorum vel redemptione captivorum, ſive ejuſdem ſedis ſupplemento multimodis periculis circumdata, vel ibidem Deo militantium ſolatio, ob amorem Dei & beati Sixti confeſſoris ejus perpetuò delegamus. Res itaque præfatæ ſedis & jam dicti monaſterii ſub pleniſſima defenſione & immunitatis tuitione volumus ut conſiſtant ac tueantur, ita ut nullus Judex publicus aut alia quâlibet poteſtate publicâ prædita perſona de eorum rebus freda, tributa, manſionaticos, vel paratas, aut teloneum, vel fidejuſſores tollere, aut homines ipſorum tam litos quam & ingenuos ſuper terram eorum manentes diſtringere, nec ullas publicas functiones aut redhibitiones vel illicitas occaſiones requirere vel exigere præſumat. Sed liceat prædicto venerabili Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, ac omni clero ſub eorundem regimine conſtituto, quietè in Dei ſervitio degere, & pro nobis proleque noſtra atque ſtatu totius imperii divinam miſericordiam exorare. Et ut hæc auctoritas ſui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propriâ ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignare juſſimus.

Signum HLODEUVICI piiſſimi Imp.

HIRMINMARUS Notarius ad vicem THEODONIS recognovit.

Data Idus Maii, anno Chriſto propitio XXI imperii Domni Hlodeuvici piiſſimi Auguſti, Indictione duodecimâ.

Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

HLUDOUVICI

Hludovici Pii, Imp. Aug., Constitutio *de colligendis & transferendis S. Dionysii monumentis.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

Charta Ebonis, *Archiepiscopi Remensis, quâ indignum se profitetur ministerio Pontificali.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

Capitula quærellarum Hludovici Pii *in filios suos, & ad eosdem querelas Responsio.* Vide in Novo Codice Legum veterum.

CHARTA DIVISIONIS IMPERII

Inter Pippinum, Ludovicum & Karolum, filios Imperatoris, data anno Christi DCCCXXXVII. * Aquisgrani, in generali Populi Conventu.

Duchesn. tom 2. pag. 327. Goldast. Constit. Imper. tom. 2. pag. 13.

* *Baluzius hic manus posuit* : Charta ista videtur anni 838. *Vide* Nithardum pag. 362.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hludouvicus, divinâ ordinante Providentiâ, Imperator Augustus, omnibus Fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & cuncto catholico Populo, præsenti scilicet & futuro, gentium ac nationum quæ sub imperio ac regimine nostro constitutæ sunt. Notum fieri volumus omnium vestrûm solertiæ quòd inter dilectos filios nostros Pippinum, Hludouvicum, Karolum, regni nobis à Deo commissi talem divisionem facere decrevimus, ut post nostrum ab hac mortalitate decessum unusquisque illorum scire valeat, si eos divina pietas nobis superstites esse voluerit, quæ portio sibi ad tenendum atque gubernandum à nobis adsignata sit. Quam divisionem eo modo describere ac designare volumus, ut singuli juxtà ordinationem nostram & fines regni sui qui in alienigenas extenduntur, cum Dei adjutorio defendere statuant ac studeant, & pacem ac fraternam caritatem inter se custodire valeant. Cujus divisionis modum atque ordinationem talem nobis facere placuit.

Cap. I.

Hæc autem tali ordinatione dispositimus, ut si post nostrum ab hac luce discessum aliquis eorum priusquàm fratres sui diem obierit, & talem filium reliquerit quem populus ipsius eligere voluerit ut patri suo succedat in regni hereditate, volumus ut hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in eo regno quod pater ejus frater eorum habuit. Quòd si talem filium non habuerit, tunc volumus ut illa pars regni quam idem habebat, dividatur æqualiter inter illos fratres qui superstites remanserint.

Supra, pag. 432, c. 5.

II.

Placuit etiam inter prædictos filios statuere atque præcipere, propter pacem & concordiam quam inter eos perpetuò permanere desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos vel regni limites invadere præsumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum ejus vel marchas minuendas; sed potiùs adjuvet unusquisque illorum fratrem suum, pro ut temporis opportunitas permiserit, & auxilium ei ferat contra inimicos ejus juxta rationem & possibilitatem.

Ibid. c. 6.

III.

Nec aliquis ullum hominum fratris sui pro quibuslibet causis vel culpis ad se confugientem suscipiat ad intercessionem pro eo faciendam; quia volumus ut quilibet homo peccans & intercessione indigens, intra regnum domini sui vel ad loca sancta vel ad honoratos homines confugiat, & inde justam intercessionem mereatur.

Pag. 443, cap. 7.

IV.

Similiter præcipimus ut quemlibet illum qui dominum suum contra voluntatem ejus dimiserit, & de uno regno in aliud profectus fuerit, neque ipse Rex

Ibid. c. 8.

ſuſcipiat, neque hominibus ſuis conſentiat ut talem hominem recipiant vel injuſtè retinere præſumant. Nec ſolùm de illis, ſed etiam de ſervis fugitivis ſtatuimus obſervandum, ut nulla diſcordiæ relinquatur occaſio. Sed & hoc præcipimus, ut nullus ex his tribus fratribus, nobis in corpore conſiſtentibus, vel noſtrum vel cujuſlibet alterius hominem ſacramentum fidelitatis ſibi promittere faciat, & per hoc eum vel à nobis vel ab altero domino ſuo per hujuſmodi ſacramentum avertat & ad ſe adtrahat.

V.

Ibid. c. 9. Quin etiam præcipiendum nobis videtur ut poſt noſtrum ex hac mortalitate diſceſſum homines uniuſcujuſque eorum accipiant beneficia, unuſquiſque in regno domini ſui, & non alterius, ne quando per hoc, ſi aliter fuerit, ſcandalum aliquod poſſit accidere. Hereditatem autem ſuam habeat unuſquiſque hominum illorum abſque contradictione, in quocumque regno hoc eum legitimè habere cognoverit.

VI.

Ibid. c. 10. Et unuſquiſque liber homo, poſt mortem domini ſui, licentiam habeat ſe commendandi inter hæc tria regna ad quemcunque voluerit. Similiter & ille qui nondum alicui commendatus eſt.

VII.

Ibid. c. 11. De traditionibus autem atque venditionibus quæ inter partes fieri ſolent, præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus ſuſcipiat de regno alterius à quolibet homine traditionem vel venditionem rei immobilis, hoc eſt, terrarum, vinearum, atque ſylvarum, ſervorumque qui jam caſati ſunt, ſive cæterarum rerum quæ hereditatis nomine cenſentur; excepto auro, argento, & gemmis, armis ac veſtibus, necnon & mancipiis non caſatis, & iis ſpeciebus quæ propriè ad negotiatores pertinere noſcuntur. Cæteris verò illis hominibus hoc minimè interdicendum judicamus.

VIII.

Ibid. c. 12. Si autem feminæ, ſicut fieri ſolet, inter partes & regna legitimè fuerint ad conjugium poſtulatæ, non denegentur juſtè poſcentibus; ſed liceat eas viciſſim dare & accipere, & adfinitatibus populos inter ſe ſociare. Ipſæ verò feminæ poteſtatem habeant rerum ſuarum in regno unde exierint, quamquam in alio propter mariti ſocietatem habitare debeant.

IX.

Ibid. c. 13. De obſidibus autem qui propter credentias dati ſunt, & à nobis per diverſa loca ad cuſtodiendum deſtinati ſunt, nolumus ut ille Rex in cujus regno ſunt, abſque voluntate fratris ſui, de cujus regno ſublati ſunt, ad patriam eos redire permittat, ſed potiùs in futuro in ſuſcipiendis obſidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, ſi frater fratrem hoc facere rationabiliter poſtulaverit. Idem jubemus & de iis qui ob ſua facinora in exilium miſſi vel mittendi ſunt.

X.

Pag. 444, cap. 14. Si cauſa vel intentio & controverſia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit quæ hominum teſtimonio declarari vel definiri non poſſit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiæ vexillo crucis Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, ne umquam pro tali cauſa cujuſlibet generis pugna vel campus ad exterminationem judicetur. Si verò quiſlibet homo de uno regno hominem de altero regno de infidelitate contra fratrem domini ſui apud dominum ſuum accuſaverit, mittat eum dominus ejus ad fratrem ſuum, ut ibi comprobet quod de homine illius dixit.

XI.

Ibid. c. 15. Super omnia autem jubemus atque præcipimus ut ipſi tres fratres curam & defenſionem Eccleſiæ ſancti Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam à proavo noſtro Karolo, & avo noſtro Pippino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Karolo Imperatore & à nobis poſteà ſuſcepta eſt, ut eam cum Dei adjutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & juſtitiam ſuam, quantùm ad ipſos pertinet & ratio poſtulaverit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccleſiis quæ ſub illorum fuerint poteſtate præcipimus ut juſtitiam ſuam & honorem habeant, & Paſtores atque Rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.

XII.

Ibid. c. 16. Quòd ſi de his ſtatutis atque convenientiis aliquid caſu quolibet vel ignorantiâ, quod non optamus, inruptum fuerit, præcipimus ut quam citiſſimè ſecundùm juſtitiam emendare ſtudeant, ne quando propter dilationem majus damnum poſſit adcreſcere.

XIII.

Pag. 446, cap. 20. Hæc autem omnia ita diſpoſuimus atque eo ordine adfirmare decrevimus, ut quandiù divinæ majeſtati placuerit hanc

corporalem nos agero vitam, poteſtas noſtra ſit ſuper à Deo couſervatum regnum atque imperium iſtud, ſicut hactenùs fuit, in regimine atque ordinatione & omni dominatione regali & imperiali, & ut obedientes habeamus prædictos filios noſtros atque Deo amabilem populum noſtrum cum omni ſubjectione quæ patri à filiis & Imperatori ac Regi à ſuis populis exhibetur. Et ſi aliquis ex his tribus filiis noſtris per majorem obedientiam, ab bonam voluntatem inprimis Deo omnipotenti ac poſteà nobis placere cupiens, morum probitate promeruerit ut ei majorem honorem ac poteſtatem conferre delectet, & hoc volumus ut in noſtra maneat poteſtate ut illi de portione fratris ſui qui non placere curaverit & regnum & honorem ac poteſtatem augeamus, & illum talem efficiamus qualiter ille propriis meritis dignus oſtenderit. XIV.

Pag. 446. cap. 19. Hoc poſtremò ſtatuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus & conventionibus quæ ad profectum & utilitatem eorum pertineant, his noſtris decretis atque præceptis addiderimus, volumus ſic à prædictis dilectis filiis noſtris obſervetur atque cuſtodiatur ſicut ea quæ in his jam ſtatuta atque deſcripta ſunt cuſtodire & conſervare præcipimus.

☞ Hic uſque Goldaſtus.

Ad Aquitaniam totam inter Ligerim & Sequanam & ultra Sequanam pagis XXVIII, id eſt, Catalonis, Meltianum, Ambienſis, & Pontivus uſque ad mare.

Ad Bajuvariam, Toringiam totam, Ripuarios, Atrarios, Saxoniæ, Friſiæ, Ardenna, Haſbania, Bragmento, Franderes, Mempiſcon, Metunenti, Amau, Auſterban, Adertenſis, Tervuanenſis, Bolenſis, Quentovico, Camalecenſis, Virdomadenſis.

Ad Alamaniam totam Burgundiam, excepto quod Pippino datum eſt, totam Provinciam, & totam Gotiam, & de iſta media Francia Warenſis, Ungenſis, Caſtrenſis, Potiano. Remegenſis, Lauduna ſis, Moſellis, Treveris. * * *

Heic veruſtiſſima membrana deficit.

CAPITULA
LUDOVICI PII, IMPERATORIS,
EXCERPTA EX LEGE LONGOBARDORUM.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 34. c. 2. I. Primum omnium placuit nobis ut chartulæ obligationis de ſingulis liberis hominibus factæ, qui ſe aut uxores eorum aut filios vel filias in ſervitio tradiderint, ubi inventæ fuerint, frangantur, & ſint liberi ſicut primitùs fuerunt.

Ibid. tit. 47. cap. 5. Concil. Moguntin. ann. 813, cap. 50. II. Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, cunctoque Clero omninò præcipimus Vicedominos, Præpoſitos, Advocatos ſive Defenſores habere bonos, non malos, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falſitatem amantes, ſed Deum timentes, & juſtitiam in omnibus diligentes. De Judicibus autem vel Centenariis atque Tribunis vel Vicariis dignum eſſe cenſuimus, ut ſi mali fuerint reperti, de miniſterio ſuo abiciantur.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 51. c. 10. III. Si duo teſtimonia de qualibet re teſtimoniaverint, & inter ſe diſcordaverint, tunc Comes eligat unum ex una parte, & alium ex altera, ut illi duo decerent cum ſcutis & fuſtibus; & illi qui de falſitate convictus fuerit, dexterа manus ejus amputetur.

Ibid. c. 12 IV. Conſtitutum eſt ut nullus Laicus crimen Clericis audeat inferre. Teſtimonium Clerici adversùs Laicum nemo recipiat. Nemo enim Clericus vel Diaconus vel Preſbyter pro qualibet cauſa intret in curiam, nec ante Judicem cauſam dicere præſumat; quoniam omnis curia à cruore dicitur & immolatione ſimulacrorum. Et ſi quis Clericus Clericum accuſans in curiam introierit, anathema ſit. *Ex epilogo Concilii Romani ſub Sylveſtro.* A Coſta. pag. 279. 362.

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 37. V. Ut omnis ordo Eccleſiarum ſecundùm Legem Romanam vivat. Et ſic inquirantur vel defendantur res eccleſiaſticæ ut emphiteuſeos contractus, unde Eccleſia damnum patiatur, non obſervetur, ſed ſecundùm Legem Romanam deſtruatur, & pœna non ſolvatur.

FINIS.

CATALOGUS veterum Codicum quibus uſi ſumus in emendandis Libris ſeptem Capitularium & quatuor Additionibus.

I. BELLOVACENSIS, ex Bibliotheca Cathedralis Eccleſiæ Bellovacenſis ad nos miſſus.

II. Camberonenſis, qui fuit Monaſterii Camberonenſis, in Diœceſi Cameracenſi, & nunc ſervatur Pariſiis in Bibliotheca RR. PP. Prædicatorum in via ſancti Honorati.

III. Colbertinus.

IV. Divionenſis, quem nobis communicavit vir Clariſſimus Philibertus de la Mare, Senator Divionenſis.

V. Metenſis Sancti Arnulphi, ad nos miſſus ex bibliotheca Sancti Arnulphi Metenſis.

VI. Metenſis Sancti Vincentii, qui nunc extat in Bibliotheca Collegii Pariſienſis Societatis Jeſu.

VII. Sancti Michaëlis, quem habuimus ex Bibliotheca Monaſterii Sancti Michaëlis in periculo maris.

VIII. Noſter.

IX. Palatinus, ſive variantes Lectiones ad nos miſſæ ex Codice Palatino Bibliothecæ Vaticanæ.

X. Pariſienſis, qui fuit Jacobi Sirmondi, & ſervatur in Bibliotheca Collegii Pariſienſis Societatis Jeſu.

XI. Pithœanus, ità à nobis dictus quia fuit Petri Pithœi. Extat nunc in Bibliotheca Thuana.

XII. Regius.

XIII. Remenſis, qui fuit Monaſterii Sancti Remigii Remenſis, ex Bibliotheca dein Tiliana tranſlatus in Claromontanam Societatis Jeſu, ubi nunc extat.

XIV. Rivipullenſis, quem habuimus ex Monaſterio Rivipullenſi in provincia Tarraconenſi.

XV. XVI. Sangallenſes duo, ex Bibliotheca Monaſterii Sancti Galli in Helvetia huc ad nos delati.

XVII. Thuanus, diverſus à Pithœano.

XVIII. Tilianus, is ipſe nimirùm quo Joannes Tilius uſus eſt anno MDXLVIII. in edendis libris Capitularium, ejus manu emendatus & interpolatus. Extat nunc in Bibliotheca regia, diverſus à regio de quo dictum eſt ſuprà.

XIX. Trecenſis, qui fuit Franciſci Pithœi, ad nos miſſus ex Bibliotheca Oratorii Trecenſis.

CAPITULARIUM KAROLI MAGNI

ET

LUDOVICI PII

LIBRI VII.

Collecti ab Angesiso Abbate & Benedicto Levita antè annos octingentos.

Nunc primùm prodeunt integri & emendati ope XIX. *antiquorum Exemplarium manusc.*

Verſus in fronte Capitularium poſiti in antiquis Codicibus.

LEGILOQUUM quiſquis Librum recitaveris iſtum,
Principibus noſtris, dic, miſerere, Deus.
Legem namque bonam dictârunt mente benignâ.
Quapropter pro ipſis, quæſo, precare Deum.



IN CHRISTI NOMINE.

Incipiunt Capitula Regum & Epiſcoporum, maximèque nobilium omnium Francorum, ad reprimendas Neophytorum quaſi Fidelium diverſas adinventiones.

INCIPIT PRÆFATIO.

DOMINANTE per ſecula infinita omnium dominatore Chriſto Salvatore noſtro, Creatore univerſæ creaturæ, anno Incarnationis ipſius DCCCXXVII, Indictione V, anno verò XIII Imperii glorioſiſſimorum Principum Domni Hludouvici Auguſti, chriſtianæ Religionis magni propagatoris (ac filiorum ejus*), ANSEGISUS, nullis præcedentibus meritis, ſed gratiâ omnipotentis Dei Abba, pro amore bonæ memoriæ Domni Karoli Magni Imperatoris Chriſtianorum atque præcellentiſſimi ac piiſſimi Domni Hludouvici Auguſti filii ipſius ſincera dilectione, hæc ſubter deſcripta adunavi Capitula: quæ proculdubio quia ad ſanctæ Eccleſiæ profectum facta ſunt, pro utili firmiter tenenda ſunt lege. Fuerunt namque quondam, tempore prædicti magni Domni Karoli Imperatoris, necnon & nunc præfatorum Principum hoc in tempore Domni piiſſimi Hludouvici Auguſti & præclariſſimorum filiorum ejus iuſſu, per intervalla temporum, ad Chriſtianam Religionem conſervandam, atque ad concordiam pacis & dilectionis in Eccleſia catholica tenendam, edita. Sed quia in diverſis ſparſim ſcripta membranulis per diverſorum ſpatia temporum fuerant, ne oblivioni traderentur, pro dilectione nimia, ut præfatus ſum, prædictorum glorioſiſſimorum Principum, & pro amore ſanctiſſimæ prolis eorum, ſed & pro ſanctæ Eccleſiæ ſtatu, placuit mihi prædicta in hoc libello adunare quæ invenire potui. Capitula prædictorum Principum juſſu deſcripta, ut ad ſanctæ Eccleſiæ ſtatum longævis conſervandum temporibus, atque ad meritum præfatorum Principum glorioſiùs in vita perpetua augmentandum, proficiant. Amen. Sed hoc notum ſit Lectori, quia prædicta Capitula, quæ

* [*Loco verborum* ac filiorum ejus, *legitur in Codice antiquiſſimo Wergatenſi*, & Hlotharii Cæſaris filii ejus; & *in Codice vetuſtiſſimo Friſingenſi habetur*, & Chlotharii Cæſaris filii ejus. *Cæteras lectiones horumce Codicum præſtantiſſimorum inveniet Lector in* NOVO CODICE LEGUM VETERUM.]

per intervalla temporum à præfatis ſunt Principibus edita, in quatuor diſtinxi libellis. Illa ſcilicet quæ Domnus Karolus Imperator fecit ad ordinem pertinentia eccleſiaſticum, in primo adunavi libello. Ea verò eccleſiaſtica quæ Domnus ac piiſſimus Hludouvicus Imperator edidit, in ſecundo deſcripſi. Illa autem quæ Domnus Karolus in diverſis fecit temporibus ad mundanam pertinentia legem, in tertio adunavi. Ipſa verò quæ Domnus Hludouvicus præclarus Imperator fecit ad augmentum mundanæ pertinentia legis, in quarto congeſſi. EXPLICIT PRÆF.

INDEX CAPITULORUM.

1. *DE his qui ab Epiſcopo proprio excommunicantur.*
2. *De his qui ad ordinandum veniunt.*
3. *De Clericis fugitivis & peregrinis.*
4. *De Presbyteris, Diaconibus, vel his qui in Clero ſunt.*
5. *De uſuris.*
6. *De Presbyteris Miſſas cantantibus & non communicantibus.*
7. *De his qui à Synodo vel à ſuo Epiſcopo damnati ſunt.*
8. *De ſuffraganeis Epiſcopis.*
9. *De Chorepiſcopis.*
10. *De Epiſcopis vel quibuſlibet ex Clero.*
11. *De ordinationibus vel quibuſlibet negotiis.*
12. *De cura Epiſcoporum.*
13. *De provincialibus Epiſcopis.*
14. *De Monachis & Clericis.*
15. *De die dominica, qualiter ſervanda ſit.*
16. *De ignotis Angelorum nominibus.*
17. *De mulieribus, ne ad altare accedant.*
18. *De Epiſcopis, ubi non oporteat eos ordinari.*
19. *De Epiſcopis ordinandis vel quibuſlibet ex Clero.*
20. *De libris canonicis.*
21. *De maleficis vel incantatoribus.*
22. *De Monachis, Clericis, & Presbyteris.*
23. *De ſervis alterius non ſollicitandis.*
24. *De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum.*
25. *De Presbyteris non abſolutè ordinandis.*
26. *De propoſito Monachorum & Clericorum.*
27. *De Monachis qui ad clericatum provehuntur.*
28. *De negotio Clericorum inter ſe.*
29. *De conſpiratione Clericorum vel Monachorum.*
30. *De accuſatione laicorum contra Epiſcopos.*
31. *De monaſteriis Deo dicatis.*
32. *De fide ſanctæ Trinitatis prædicanda.*
33. *De avaritia.*
34. *De his qui ſe convertunt ad Deum.*
35. *De his qui non ſunt bonæ converſationis.*
36. *De his qui excommunicato communicaverint.*
37. *De ſubjectione Presbyterorum.*
38. *De Clericis eccleſiaſtici ordinis.*
39. *De virginibus Deo dicatis.*
40. *De principali cathedra Epiſcoporum.*
41. *De falſis nominibus Sanctorum.*
42. *De uxore à viro dimiſſa.*
43. *De Judicibus à Metropolitano probatis.*
44. *De accuſatione vilium perſonarum.*
45. *De virginibus velandis.*
46. *De oblatis pauperum.*
47. *De jejuniis à Sacerdotibus conſtitutis.*
48. *De his qui contra naturam peccant.*
49. *De Presbyteris, quo tempore ordinentur*
50. *De pace danda.*
51. *De ſponſa alterius.*
52. *De nominibus recitandis.*
53. *De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.*
54. *De Clericis alterius Epiſcopi.*
55. *De ſervis alterius.*
56. *De Sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
57. *De viduis, à quibus non velentur.*
58. *De fide catholica & primo præcepto legis.*
59. *De pace & concordia ſervanda.*
60. *De Judicibus.*
61. *De perjuriis.*
62. *De auguriis vel aliis maleficiis.*
63. *De odio vel invidia.*
64. *Item de avaritia vel concupiſcentia.*
65. *De honore parentum.*
66. *De fide Presbyterorum ab Epiſcopis diſcutienda.*
67. *De honore Eccleſiæ Dei.*
68. *De miniſtris altaris Dei, & de ſchola.*
69. *De voto Monachorum, & de clericatu.*
70. *De ſuſceptione hoſpitum.*
71. *De Abbatiſſis contra morem Eccleſiæ Dei facientibus.*
72. *De*

72. De Clericis qui se fingunt esse monachos.
73. De pseudographis & dubiis narrationibus.
74. De cantu Romano à monachis peragendo.
75. De operibus servilibus quæ diebus dominicis non sunt agenda.
76. De prædicatione Episcoporum & Presbyterorum.
77. De rebus Eccleſiæ.
78. De Episcopis eligendis.
79. De dictis Patrum congestis pro canonica professione, quia dehonestabatur.
80. De collatis Ecclesiæ dividendis.
81. De Abbatibus eligendis.
82. De ordinatione servorum.
83. De personis à quibus non sunt res accipiendæ.
84. De Presbyteris constituendis.
85. De mansis uniuscujusque Ecclesiæ.
86. De Presbyteris uniuscujusque Ecclesiæ.
87. De villis novis & Ecclesiis in eis noviter constitutis.
88. De sacris vasis Ecclesiæ in pignus datis.
89. De Ecclesiis destructis, vel de nonis & decimis.
90. De Ecclesiarum honore.
91. De Episcopis Italiæ.
92. De Presbyteris qui feminas in domibus habent.
93. De Presbyteris qui pro chrismate in Cœna Domini veniebant.
94. De prædicatione & confirmatione Episcoporum.
95. De pueris tondendis & puellis velandis.
96. De feminis viros amittentibus.
97. De raptis & de earum raptoribus.
98. De puellis raptis, necdum desponsatis.
99. De desponsatis, & ab aliis raptis.
100. De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.
101. De puellis, quo tempore velentur.
102. De examinatione sanctæ crucis non facienda.
103. De pabulo verbi divini nuntiando.
104. De incestis nuptiis & Ecclesiis non dividendis.
105. De scriptoribus.
106. De servis propriis vel ancillis.
107. De congregationibus.
108. De pulsantibus.
109. De infantulis puellis, quandò velentur.
110. De Præpositis Monachorum.
111. De incestuosis.
112. De fame, clade, & pestilentia si evenerit.
113. De fugitivis Clericis sive laicis.
114. De liberis hominibus ad servitium Dei se tradentibus.
115. De oppressione pauperum.
116. De Missis qui per civitates & monasteria mittuntur.
117. De thesauris ecclesiasticis.
118. De mendicis discurrentibus.
119. De usura.
120. De cupiditate in bonam partem.
121. Item de cupiditate in malam partem.
122. Item de avaritia.
123. De turpibus lucris.
124. De fœnore.
125. De emptione tempore messis causâ cupiditatis & turpis lucri.
126. De hoc si per plurima loca fames fuerit.
127. De synodis, qualiter fiant.
128. De metropolitanis Episcopis.
129. De Episcopis, quot sint in una civitate.
130. De ordinatione Episcoporum.
131. De stabilitate Episcoporum vel Clericorum.
132. De communicatione fidelium.
133. De Presbyteris, Diaconibus, & reliquis ex clero.
134. De confugio ad Ecclesiam.
135. De his qui ad casam Dei res suas tradere voluerint.
136. De ordinatione Presbyterorum.
137. De conversione liberi hominis.
138. De non cogendo bibere.
139. De mercato.
140. De Presbyteris, qualiter introitum Ecclesiæ consequantur.
141. De Presbyteris, à quibus per Ecclesias constituantur.
142. De honore pro Ecclesiis dando.
143. De decimis dispensandis.
144. De Ecclesiis vel altaribus.
145. De Ecclesiis vel altaribus ambiguis.
146. De linteis altaribus præparandis.
147. De parochianis alterius Presbyteri.
148. De parochia alterius Presbyteri.
149. De termino Ecclesiarum.
150. De rebus Presbyterorum.
151. De pœnitentibus non cogendis.
152. De Presbyteris, à quibus se caveant.
153. De sepultura, ubi non fiat.
154. De prædicatione vel capitulis Presbyterorum.
155. De Eucharistia.
156. De ampullis duabus in Cœna Domini habendis.
157. De nonis & decimis.
158. De festivitatibus in anno.
159. De admonitione Sacerdotum.
160. De prædicatione ad plebem.
161. De ebrietate.
162. De admonitione ad omnes.

INCIPIT PRÆFATIO DOMNI KAROLI IMPERATORIS.

Præfatio Capitularis I. an. 789.

REGNANTE Domino noſtro Jeſu Chriſto in perpetuum. Ego Karolus, gratiâ Dei ejuſque miſericordiâ donante Rex & Rector regni Francorum, & devotus ſanctæ Eccleſiæ defenſor humiliſque adjutor, omnibus eccleſiaſticæ pietatis Ordinibus ſeu ſecularis potentiæ Dignitatibus, in Chriſto Domino Deo æterno perpetuæ pacis & beatitudinis ſalutem. Conſiderans pacifico piæ mentis intuitu unà cum Sacerdotibus & Conſiliariis noſtris abundantem in nos noſtrumque populum Chriſti Regis clementiam, & quàm neceſſarium eſt non ſolùm toto corde & ore ejus pietati agere gratias inceſſanter, ſed etiam continuâ bonorum operum exercitatione ejus inſiſtere laudibus; quatenùs qui noſtro regno tantos contulit honores, ſuâ protectione nos noſtrumque regnum in æternum conſervare dignetur. Quapropter placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, ô Paſtores Eccleſiarum Chriſti & Ductores gregis ejus, & clariſſima mundi luminaria, ut vigili curâ & ſedulâ admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis, & errantes oves bonorum exemplo operum ſeu adhortatione humeris intrà eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare ſatagatis, ne lupus inſidians aliquem canonicas ſanctiones tranſgredientem, vel paternas traditiones univerſalium Conciliorum excedentem, quod abſit, inveniens devoret. Ideò magnæ devotionis ſtudio admonendi & adhortandi ſunt, immò compellendi, ut firmâ fide & infatigabili perſeverantiâ intrà paternas ſanctiones ſe contineant. In quo operis ſtudio ſciat certiſſimè ſanctitas veſtra noſtram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & noſtros ad vos direximus Miſſos, qui ex noſtri nominis auctoritate, unà vobiſcum corrigerent quæ corrigenda eſſent. Sed & aliqua Capitula ex canonicis Inſtitutionibus, quæ magis vobis neceſſaria videbantur, ſubjunximus. Ne aliquis, quæſo, hujus pietatis admonitionem eſſe præſumptioſam judicet, quâ nos errata corrigere, ſuperflua abſcidere, recta coartate ſtudeamus, ſed magis benivolo caritatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in regnorum libris quomodò ſanctus Joſias regnum ſibi à Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei ſtuduit revocare. Non ut me ejus ſanctitati æquiparabilem faciam, ſed quòd nobis ſint ubique Sanctorum ſemper exempla ſequenda, & quoſcunque poterimus, ad ſtudium bonæ vitæ in laudem & in gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti congregare neceſſe eſt. Quapropter, ut prædiximus, aliqua Capitula notare juſſimus, ut ſimul hæc eadem vos admonere ſtudeatis, & quæcunque vobis alia neceſſaria eſſe ſcitis, ut & iſta & illa æquali intentione prædicetis; nec aliquid quod veſtræ ſanctitati populoque Dei utile videtur, amittatis ut pio ſtudio non admoneatis; quatenùs ut & veſtra ſolertia & ſubjectorum obedientia æternâ felicitate ab omnipotente Deo remuneretur.

4. Reg. 23.

EXPLICIT PRÆFATIO DOMNI KAROLI PRÆCLARISSIMI IMPERATORIS.

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De his qui ab Epiſcopo proprio excommunicantur.

Capitulare I. an. 789. cap. 1. Barchard. lib. 11. cap. 42. Ivo, par. 14. cap. 106.

I. SUNT enim aliqui, qui, culpis exigentibus, ab Epiſcopo proprio excommunicantur, & ab aliis eccleſiaſticis communicantur, & ab aliis eccleſiaſticis vel laicis præſumptioſè in communionem accipiuntur. Quod omninò ſanctum Nicænum Concilium, ſimul & Chalcedonenſe, necnon & Antiochenum, atque Sardicenſe, fieri prohibent.

De his qui ad ordinandum veniunt.

Capitulare I. an. 789. cap. 2. Flodoard. pag. 140. * *Al. Mſſ.* Ità enim.

II. Item * habetur in eodem Concilio, ut eorum qui ad ordinandum veniunt, fides & vira priùs ab Epiſcopo diligenter diſcutiantur, & poſteà ordinentur.

De Clericis fugitivis & peregrinis.

Capitulare I. an. 789. cap. 3.

III. Item in eodem Concilio, necnon & in Antiocheno, ſimul & in Chalcedonenſi, ut fugitivi Clerici & peregrini à nullo recipiantur nec ordinentur ſine commendatitiis litteris, & ſui Epiſcopi vel Abbatis licentia.

De Presbyteris, Diaconibus, vel his qui in Clero ſunt.

Ibid. c. 4.

IV. Item in eadem ſynodo interdictum eſt Preſbyteris & Diaconibus, vel omnibus qui in clero, ſunt mulierem non * habere in domo ſua, propter ſuſpicionem, niſi matrem aut ſororem, vel eas tantùm perſonas quæ ſuſpiciones effugiunt.

* Non *deeſt in al. Mſſ. & in Herold.*

De uſuris.

Capitulare I. an. 789. cap. 5.

V. Item in eodem Concilo, ſeu in decretis Papæ Leonis, necnon & in Canonibus qui dicuntur Apoſtolorum, ſicut & in Lege ipſe Dominus præcepit, omninò omnibus interdictum eſt ad uſuram aliquid dare.

De Presbyteris Miſſas cantantibus & non communicantibus.

Ibid. c. 6. Regino, lib. 1, c. 295. Barchard. lib. 3. c. 76. 78. 79. Fulbert. epiſt. 83. Ivo, par. 2. cap. 130.

VI. Auditum eſt aliquos Preſbyteros Miſſam celebrare, & non communicare. Quod omnino in Canonibus Apoſtolorum interdictum eſſe legitur. Vel quomodò dicere rectè poteſt, ſi non communicaverit: *Sumpſimus, Domine, ſacramenta?*

Tom. 9. Spicileg. pag. 60. cap. 94.

De his qui à Synodo vel à ſuo Epiſcopo damnati ſunt.

Capitulare I. an. 789. cap. 6. 7. Iſaac, tit. 9. cap. 10. Conc. Nic. cap. 5.

VII. (Hæc verò per ſingula capitula in ſtatutis Nicæni Concilii legere poteſtis, ſeu in aliis ſanctorum Patrum ſynodalibus edictis *) & in Antiocheno Concilio, quod his qui damnati ſunt à ſynodo vel à ſuo Epiſcopo, & poſteà miniſtrare præſumunt, præcipitur ut nullus audeat communicare. Si quis verò eis communicaverit, ſimili ſententiæ ** ſubjaceat ſicut & damnatus. Conc. Antioch. c. 6.

* Quæ clauſimus intrà parentheſes in editione Capitular. anni 789 (ſuprà p. 215), ea iii VI conjunguntur. Caput verò iſtud in illâ editione ſic incipit: *In Antiocheno Concilio*, &c.

** *Al. Mſſ.* ſententiâ.

De ſuffraganeis Epiſcopis.

Capitulare I. an. 789. cap. 8. Hincmar. epiſt. 29. in Quaternione. p. 401; in Rotula, p. 424; & in Admon. pag. 438.

VIII. Item in eodem Concilio, ut ad metropolitanum Epiſcopum ſuffraganei reſpiciant, & nihil novi audeant facere in ſuis parochiis ſine conſcientia & conſilio * ſui Metropolitani, nec Metropolitanus ſine eorum conſilio.

* *In al. Mſſ. deſunt hæc verba*: & conſilio

De Chorepiſcopis.

Capitulare I. an. 789. cap. 9.

IX. Item in eodem Concilio, ſimul & in Ancyronenſi, ut Chorepiſcopi cognoſcant modum ſuum, & nihil faciant abſque licentia Epiſcopi in cujus parochia habitant.

De Epiſcopis vel quibuſlibet ex Clero.

Ibid. c. 10.

X. Item in eodem Concilio, ut Epiſcopus vel quilibet ex clero ſine conſilio vel litteris Epiſcoporum vel Metropolitani non audeant regalem dignitatem pro ſuis cauſis clamare, ſed in communi Epiſcoporum Concilio cauſa examinetur.

De ordinationibus vel quibuſlibet negotiis.

Ibid. c. 11.

XI. Item in eodem Concilio, ſimul & in Sardicenſi, necnon & in decretis Innocentii Papæ, ut nullus Epiſcopus in alterius parochia ordinationes aliquas audeat facere, vel negotia peragere quæ ad eum non pertinent.

De cura Epiſcoporum.

Ibid. c. 12.

XII. Item in eodem Concilio, ut Epiſcopus ejus Eccleſiæ curam habeat ad quam ordinatus eſt.

De provincialibus Epiſcopis.

Ibid. c. 13.

XIII. Item in eodem Concilio, necnon & in Chalcedonenſi, ut provinciales Epiſcopi cum ſuo Metropolitano bis in anno propter cauſas Eccleſiæ Concilia celebrent.

De Monachis & Clericis.

Ibid. c. 14. Capitulare Epiſcopor. an. 801. c. 19.

XIV. In Concilio Laodicenſi, necnon & in Africano, præcipitur ut Monachi & Clerici tabernas non ingrediantur edendi vel bibendi cauſâ.

Concil. Duziac. pag. 310.

De die dominica, qualiter ſervanda ſit.

Capitulare I. an. 789, cap. 25.

XV. Item in eodem Concilio præcipitur ut à veſpera uſque ad veſperam dies dominica ſervetur.

De ignotis Angelorum nominibus.

Ibid. c. 16. Burchard. lib. 3. cap. 198. Ivo, part. 3. c. 250.

XVI. Item in eodem Concilio præcipitur ut ignota Angelorum nomina nec fingantur nec nominentur, niſi illorum quos habemus in auctoritate. Hi ſunt Michael, Gabriel, Raphael.

Tom. 3. Febr. pag. 104, §. 21.
Halvaizon. ad Ferr. pag. 125.

De mulieribus, ne ad altare accedant.

Capitulare I. an. 789. cap. 17.

XVII. Item in eodem Concilio, quòd non oporteat mulieres ad altare ingredi.

Vide infrà, lib. 5, cap. 67; lib. 7, c. 190, 248, 262.
Haligar. lib. 5, cap. 24.
Regino, lib. 1. cap. 198.

De Epiſcopis, ubi non oporteat eos ordinari.

Ibid. c. 19. Criſcon. c. 111.

XVIII. Item in eodem Concilio, necnon & in Sardicenſi, quod non oporteat in villulis vel in agris Epiſcopos conſtitui.

Capitulare anni 794, cap. 20.

De Epiſcopis ordinandis vel quibuſlibet ex Clero.

Capitulare I. an. 789, c. 24.

XIX. Item in Concilio Chalcedonenſi, quod non oporteat Epiſcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinari. Qui utrique deponendi ſunt, & qui ordinat, & qui ordinatur, necnon & qui mediator eſt inter eos. Item de eadem re in Canonibus Apoſtolorum: *Si quis Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur & ipſe & ordinator ejus, & à communione abſcidatur.*

De libris canonicis.

Ibid. c. 20.

XX. Item in eodem Concilio, ut canonici libri tantùm legantur in Eccleſia.

De maleficis vel incantatoribus.

Ibid. c. 28.

XXI. Item in eodem Concilio, ut cocleārii, malefici, incantatores, & incantatrices fieri non ſinantur: quos in Simone mago terribiliter Dominus damnavit.

De Monachis, Clericis, & Presbyteris.

L. c. 22.

XXII. Item in eodem Concilio infra duo capitula, necnon & in decretis Leonis Papæ, ut nec Monachi nec Clerici nec Preſbyteri in ſecularia negotia tranſeant.

De ſervis alterius non ſollicitandis.

Ibid. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 16.

XXIII. Item in eodem Concilio præcipitur ut ſervum alterius nullus ſollicitet ad clericalem vel monachalem ordinem ſine voluntate & licentia domini ſui.

De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum.

Capitulare I. an. 789, c. 23.

XXIV. Idem in eodem Concilio infra duo capitula, necnon & in Sardicenſi, ut nec Epiſcopus nec Clerici tranſmigrent de civitate in civitatem.

De Presbyteris non abſolutè ordinandis.

Ibid. c. 24.

XXV. Item in eadem ſynodo, ut nullus abſolutè ordinetur & ſine pronuntiatione ſtabilitatis loci ad quem ordinatur.

Regino, lib. 1, c. 387.

Gratian. dist. 70, c. 1. *Neminem.*

De propoſito Monachorum & Clericorum.

Capitulare I. an. 789, cap. 25.

XXVI. Item in eodem Concilio, ut Clerici & Monachi in ſuo propoſito & voto, quod Deo promiſerunt, permaneant.

De Monachis qui ad clericatum provehuntur.

Ibid. c. 26.

XXVII. Item in Decretis Innocentii Papæ de eadem re, ut Monachus, ſi ad clericatum provehatur, propoſitum monachicæ profeſſionis non amittat.

De negotio Clericorum inter ſe.

Ibid. c. 27. Concil. Duziac. p. 425, 438. A Coſta, pag. 285.

XXVIII. Item in eodem Concilio, ut ſi Clerici inter ſe negotium aliquod habuerint, à ſuo Epiſcopo dijudicentur, & non à ſecularibus.

Hincmar. in Rotula, pag. 425.
Concil. Troſl. cap. 3.
Lib 3. Leg. Longobard., tit 1, cap. 15.

De conſpiratione Clericorum vel Monachorum.

Capitulare I. an. 789, cap. 28. Regino, lib. 2. c. 429.

XXIX. Item in eodem Concilio, ut nec Clerici nec Monachi conſpirationem vel inſidias contra paſtorem ſuum faciant.

De accuſatione laicorum contra Epiſcopos.

Capitulare I. an. 789, cap. 29.

XXX. Item in eodem Concilio, ut laici Epiſcopos aut Clericos non accuſent, niſi priùs eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.

De monaſteriis Deo dicatis.

Ibid. c. 30. Concil. Angl. tom. 1, p. 329, cap. 8.

XXXI. Item in eodem, ut loca quæ ſemel Deo dicata ſunt ut monaſteria ſint, manеant perpetuò monaſteria, nec poſſint ultrà fieri ſecularia habitacula.

Criſcon. c. 208.
Conc. Troſl. c. 3. Lib. 3. Leg. Longob. tit. 1. c. 14. Burchard. lib. 3. cap. 15. 19. ex Concilio apud Aquigran.
Ivo, par. 3. cap. 17. 22.
Gratian. 19. q. 3. cap. 4. *Quæ ſemel.*

De fide ſanctæ Trinitatis prædicanda.

Capitulare I. an. 789. cap. 31.

XXXII. In Concilio Carthaginenſi. Primò omnium neceſſe eſt ut fides ſanctæ Trinitatis, & incarnationis Chriſti, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis in cœlos diligenter omnibus prædicetur.

De avaritia.

Ibid. c. 32. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 26. c. 7.

XXXIII. Item in eodem, de prohibenda avaritia, ut nullus alienos fines uſurpet vel terminos patrum tranſcendat.

De his qui ſe convertunt ad Deum.

Capitulare I. an. 789. c. 33. Capitulare an. 794. c. 35.

XXXIV. Item in eodem, de his qui in periculo conſtituti ſunt, & convertunt ſe ad Deum, ut canonicè inquirantur de reconciliatione, & canonicè reconcilientur.

De his qui non ſunt bonæ converſationis.

Ibid. c. 34. Capitulare anni 794. cap. 35.

XXXV. Item in eodem, ut hi qui non ſunt bonæ converſationis, & eorum vita eſt accuſabilis, non audeant Epiſcopos vel majores natu accuſare.

De his qui excommunicato communicaverint.

Ibid. c. 35. Iſaac, tit. 9. cap. 3.

XXXVI. Item in eodem, ut qui excommunicato præſumptiose communicaverit, excommunicetur & ipſe.

De ſubjectione Presbyterorum.

Capitulare anni 794, cap. 36. Concil. Duziac. p. 425. 438.

XXXVII. Item in eodem Concilio infra duo capitula, ut nullus Preſbyter contra ſuum Epiſcopum ſuperbire audeat.

De Clericis eccleſiaſtici ordinis.

Capitulare anni 794, cap. 37. Hincmar. cp. 29. & alibi.

XXXVIII. Item in eodem, ut Clerici eccleſiaſtici ordinis, ſi culpam incurrerint, apud eccleſiaſticos judicentur non apud ſeculares.

De virginibus Deo dicatis.

Capitulare I. an. 789. cap. 39. Capitulare an. 794. c. 38.

XXXIX. In Concilio Africano præcipitur ut virgines Deo conſecratæ à gravioribus perſonis diligenti cuſtodiâ ſerventur.

Florens in Decretales, pag. 280.

De principali cathedra Epiſcoporum.

Capitulare I. an. 789. cap. 40. Purgatio Cæcilani, fol. 10. *Vide* Burchard. lib 1. c. 228. *Vide* infrà, lib. 5. cap. 329.

XL. Item in eodem, ut non liceat Epiſcopo principalem cathedram ſuæ parrochiæ neglegere, & aliquam Eccleſiam in ſua diœceſi magis frequentare.

Capitulare an. 794. c. 39.
Concil. Pariſ VI. lib. 1. c. 21.
Ferrand. cap. 17.
Burchard. lib. 2. c. 81.
Gratian. 7. q. 1. c. 21. *Placuit.*

De falſis nominibus Sanctorum.

Capitulare I. an. 789. cap. 41.

XLI. Item in eodem, ut falſa nomina Martyrum & incertæ ſanctorum memoriæ non venerentur.

Vide Notas ad Concord. regular. pag. 114.

De uxore à viro dimiſſa.

Capitulare I. an. 789. cap. 42. Regino, lib. 2. c. 306. Lib. 2. leg. Longob. tit. 23. c. 4.

XLII. Item in eodem, ut nec uxor à viro dimiſſa alium accipiat virum vivente viro ſuo, nec vir aliam accipiat vivente uxore priore.

De Judicibus à Metropolitano probatis.

Capitulare I. an. 789. cap. 43.

XLIII. Item in eodem, ut probati à Metropolitano Judices non ſpernantur.

A Cóſta, pag. 266.

De accuſatione vilium perſonarum.

Capitulare I. an. 789. cap. 44.

XLIV. Item in eodem infra duo capitula, ut viles perſonæ non habeant poteſtatem accuſandi. Et ut ſi in primo crimine victi ſunt falſum dixiſſe, in ſecundo non habeant poteſtatem dicendi.

De virginibus velandis.

Ibid. c. 45.

XLV. Item in eodem, ut virgines non velentur ante XXV. annos, niſi rationabili neceſſitate cogente.

Capitulare, an. 794. c. 44.
Concil. Turon. III. c. 28.
Regino, lib. 2. c. 177.
Burchard. lib. 8. c. 18.
Du Cange ad Annam Commenam, pag. 419.
Liber Sacram. pag. 211.

De oblatis pauperum.

Capitulare I. an. 789. cap 46.

XLVI. In Concilio Gangrenſi, ut nulli liceat oblata quæ ad pauperes pertinent rapere vel fraudare.

De jejuniis à Sacerdotibus conſtitutis.

Ibid. c. 47. & infrà, lib. 5. cap. 252. Regino, lib. 1. c. 282. Burchard. lib. 13. c. 17.

XLVII. Item in eodem, ut eccleſiaſtica à Sacerdotibus jejunia conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur.

De his qui contra naturam peccant.

Capitulare I. an. 789. cap. 48. Regino, lib. 2. c. 2. 57. Burchard. lib. 17. c. 33.

XLVIII. In Concilio Ancyronenſi: Inventi ſunt inter vos qui cum quadrupedibus vel maſculis contra naturam peccant. Qui durâ & diſtrictâ pœnitentiâ coercendi ſunt. Quapropter Epiſcopi & Preſbyteri, à quibus judicium pœnitentiæ injungitur, conentur omnimodis hoc malum à conſuetudine prohibere vel abſcidere.

De Presbyteris, quo tempore ordinentur.

XLIX. In Concilio Neocæſarienſi, ut nullatenùs Preſbyter ordinetur ante trigeſimum ætatis ſuæ annum; quia Dominus Jeſu Chriſtus non prædicavit ante trigeſimum annum.

Capitulare I. an. 789. c. 49.
Capitulare an. 794. c. 47.
Martinus Bracar. c. 20.
Regino, lib. 1. c. 408.
Burchard. lib 2. c. 10.
Flodoard. pag. 432.
Gratian. dist. 77. c. 6. *Episcopus.* §. *Presbyterum.* & dist. 78. c. 4. *Presbyter.*

De pace danda.

L. In decretalibus Innocentii Papæ, ut pax detur ab omnibus, confectis Chriſti ſacramentis.

Capitulare I. an. 789. c. 52.
Capitulare an. 794. cap. 48.

De ſponſa alterius.

Capitulare I. an. 789. cap. 50.

LI. In decretalibus Siricii Papæ, ut alterius ſponſam nemo accipiat.

De nominibus recitandis.

Ibid. c. 53.

LII. Item ejuſdem, ut nomina publicè non recitentur ante preces ſacerdotales.

De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.

Ibid. c. 54.

LIII. Item ejuſdem, ut nulli Sacerdoti liceat ignorare ſanctorum Canonum inſtituta.

Capitulare, an. 794. c. 51.
Halitgarius, lib. 5. c. 16.

De Clericis alterius Epiſcopi.

Capitulare I. an. 789. c. 55. LIV. In decretis Leonis Papæ ſanci-tum eſt, & in Sardicenſi Concilio, ut Epiſcopus alterius Clericum ad ſe non ſollicitet nec ordinet.

De ſervis alterius.

Ibid. c. 56. Hincmar. in epiſt. ad Hincmar. Laudun. to. VIII. Conc. Labbei, p. 1817. LV. Item ejuſdem, ut nullus Epiſcopus ſervum alterius ad clericatûs officium ſine domini ſui voluntate promovere præſumat. Et hoc Gangrenſe Concilium prohibet.

De Sacerdotibus contra decretalia agentibus.

Capitulare I. an. 789. c. 57. LVI. Item ejuſdem, ut ſi quis Sacerdotum contra conſtituta decretalia præſumptiosè agens corrigi noluerit, ab officio ſuo ſubmoveatur.

De viduis, à quibus non velentur.

Ibid. c. 58. LVII. In decretis Gelaſii Papæ, ut nullus Epiſcopus viduas velare præſumat.

Regino, lib. 2. cap. 178.
Burchard. lib. 8. cap. 36.
Cange, ad Annam Comnen. pag. 419.

De fide catholica & primo præcepto legis.

Capitulare I. an. 789. cap. 59. LVIII. Primò omnium admonemus ut fides catholica ab Epiſcopis & Preſbyteris diligenter legatur, omnique populo prædicetur; quia hoc primum præceptum Domini Dei omnipotens eſt in Lege: *Audi, Iſrael, quia Dominus Deus tuus unus eſt:* & ut ille diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute.

De pace & concordia ſervanda.

Ibid. c. 60. LIX. Ut pax ſit & concordia & unanimitas cum omni populo Chriſtiano, inter Epiſcopos, Abbates, Comites, Judices, & omnes ubique ſeu majores ſeu minores perſonas: quia nihil Deo ſine pace placet, nec munus ſanctæ oblationis ad altare, ſicut in evangelio ipſo Domino præcipiente legimus. Et ut eſt illud ſecundum mandatum in Lege: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Item in Evangelio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et iterùm: *In hoc cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim præcepto diſcernuntur filii Dei & filii diaboli, quia filii diaboli ſemper diſſenſiones & diſcordias movere ſatagunt, filii autem Dei ſemper paci & dilectioni ſtudent.

De Judicibus.

Capitulare I. an. 789. c. 61. LX. Ut quibus data eſt poteſtas judicandi, juſtè judicent, ſicut ſcriptum eſt: *Juſtè judicate, filii hominum.* Non in muneribus, quia munera excœcant corda prudentium & ſubvertunt verba juſtorum. Non in adulatione, nec in conſideratione perſonæ, ſicut in Deuteronomio dictum eſt: *Quod juſtum eſt judicate. Sive civis ſit ille, ſive peregrinus, nulla ſit diſtantia perſonarum; quia Dei judicium eſt.* Primò namque in judicio diligenter diſcernatur lex à ſapientibus populi compoſita, ne per ignorantiam à via veritatis erret. Et dum ille rectum intellegit judicium, caveat ne declinet aut per adulationem aliquorum, aut per amorem cujuſlibet amici, aut per timorem alicujus potentis, aut propter præmium, à recto judicio. Rectum autem & honeſtum videtur ut Judices jejuni cauſas audiant & diſcernant.

Lib. 2. leg. Longob. tit. 52. c. 4.

De perjuriis.

Capitulare I. an. 789. cap. 62. *Vide* Hincmar. tom. 2. pag. 56-57. Regino, lib. 2. cap. 311. Burchard. lib. 12. c. 2. Ivo, par. 12. c. 59. Gratian. 22. q. 1. c. 12. *Habemus.*

LXI. Habemus in Lege, Domino præcipiente: *Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, neque aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Ideò omninò admonendi ſunt omnes diligenter ut caveant perjurium, non ſolùm in ſancto evangelio vel in altari, ſeu in Sanctorum reliquiis, ſed & in communi loquela. Quia ſunt aliqui qui per caritatem & veritatem jurant, & cavent ſe à juramento nominis Dei, & neſciunt quòd idem eſt Deus quod eſt caritas & veritas, dicente Apoſtolo Johanne quia Deus caritas eſt. Item ipſe Dominus in evangelio: *Ego ſum via & veritas.* Ideò qui in veritate & caritate jurat, in Deo jurat. Item cavendum eſt ne Phariſaicâ ſuperſtitione aliquis plus aurum honoret quàm altare, ne dicat ei Dominus: *Stulte & cœce, quid eſt majus, aurum an altare quod ſanctificat aurum?* Sed & nobis honeſtum videtur ut qui in ſanctis habet jurare *, hoc jejunus faciat cum omni honeſtate & timore Dei. Et ſciat ſe rationem redditurum Deo unuſquiſque veſtrûm, ubicunque ſit, ſive intra Eccleſiam, ſive extra Eccleſiam. Et ut parvuli qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur jurare. Et qui ſemel perjuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hæc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa vel alterius jurator exiſtat.

Regino, lib. 2. c. 312. Burchard. lib. 12. c. 12. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 55. c. 22. Gratia. 22. q. 5. c. 16. *Honeſtum.* Capitulare I. an. 789. cap. 62. Capitulare an. 794. c. 43. Regino, lib. 2. c. 312. Burchard. lib. 12. c. 12. Ivo, par. 12. c. 23. 33. 59. 69. Gratian. 22. q. 5. c. 14. *Parvuli.*

* *Al. Mſſ.* addunt juraro.

De auguriis vel aliis maleficiis.

Capitulare I. an. 789. c. 63. LXII. Habemus in Lege Domini mandatum: *Non auguriamini.* Et in Deuteronomio: *Nemo ſit qui ariolos ſciſcitetur, vel ſomnia obſervet, vel ad auguria inten-*

Nota ad Gofrid. p. 65.

dat. Item: *Nemo ſit maleficus nec incantator, nec Phytonis conſultor* *. Ideò præcipimus ut nec cauculatores **, nec incantatores nec tempeſtarii vel obligatores fiant. Et ubicunque ſunt, emendentur vel damnentur. Item de arboribus vel fontibus, ubi aliqui ſtulti luminaria vel alias obſervationes faciunt, omninò mandamus ut iſte peſſimus uſus, & Deo execrabilis, ubicunque invenitur, tollatur & deſtruatur.

S. Gregor. lib. 7, indict. 1. ep. 5.

Burchard. lib. 10. c. 2. 10.

Tom. V. Spicil. pag. 217.

Ivo, par. 11, c. 31, 48, 57.

* Herold. *Pythonum conſulatores.*

** *Al. Mſs.* calculatores; *al.* auguriatores; *al.* augurratores.

De odio vel invidia.

Capitulare I. an. 789. c. 64.

LXIII. Prædicare neceſſe eſt quantum malum ſit odium vel invidia. In lege enim ſcriptum eſt: *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum.* Item Johannes evangeliſta: *Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Item in evangelio: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum*; & cætera quæ ibi leguntur.

Item de avaritia vel concupiſcentia.

Ibid.

LXIV. De avaritia autem legimus Apoſtolum dicentem: *Avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus, cavenda.* De concupiſcentia verò legitur quò radix ſit omnium malorum. Et in lege: *Non concupiſces rem proximi tui.*

De honore parentum.

Ibid. c. 67.

LXV. Hoc cum magno ſtudio admonendum eſt, ut filii honorent parentes ſuos; quia ipſe Dominus dicit: *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.*

De fide Presbyterorum ab Epiſcopis diſcutienda.

Ibid. c. 68.

LXVI. Ut Epiſcopi diligenter diſcutiant per ſuas parochias Preſbyterorum fidem, baptiſma catholicum, & Miſſarum celebrationes, ut fidem rectam teneant, & baptiſma catholicum obſervent, & Miſſarum preces bene intellegant, & ut pſalmi dignè ſecundùm diviſiones verſuum modulentur, & dominicam orationem ipſi intellegant & omnibus prædicent intellegendam, ut quiſque ſciat quid petat à Deo. Et ut *Gloria Patri* cum omni honore apud omnes cantetur; & ipſe Sacerdos cum ſanctis Angelis & populo Dei communi voce, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* decantet. Et omnimodis dicendum eſt Preſbyteris & Diaconibus ut arma non portent, ſed magis ſe confidant in oratione Dei quàm in armis.

Vita Alcuini, p. 8.

Jeſſe Ambian. c. 3.

Regino, lib. 2. c. 174.

Burchard. lib. 2. cap. 212.

Hincmar. tom. 2. p. 694. 695.

De honore Eccleſiæ Dei.

LXVII. Placuit nobis admonere ut unuſquiſque Epiſcopus videat per parochiam ſuam ut Eccleſia Dei ſuum habeat honorem, ſimul & altaria ſecundùm ſuam dignitatem venerentur, & nont ſit domus Dei & altaria ſacrata pervia canibus. Et ut vaſa ſacrata Deo cum magna veneratione habeantur. Et ut ſacrificia ſanctificata* Deo cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni ſunt, & cum honore ſerventur **. Et ut ſecularia negotia vel vaniloquia in Eccleſiis non agantur: quia domus Dei domus orationis debet eſſe, non ſpelunca latronum. Et intentos habeant animos † ad Deum quandò veniunt ad Miſſarum ſolemnia, & ut non exeant antè completionem benedictionis ſacerdotalis.

Capitulare I. an. 789. c. 69.

Regino, lib. 1. c. 33.

* *Al. Mſs.* ſacrata Deo.

** *Herold.* ſerviant, *& in margine* ſerventur.

† Homines, *Pith. Rem. Pariſ.*

De Miniſtris altaris Dei, & de ſchola.

LXVIII. Sed & hoc flagitamus veſtram almitatem *, ut Miniſtri altaris Dei ſuum miniſterium bonis moribus ornent, ſeu alii Canonici obſervent eorum ordines, vel Monachi propoſitum conſecrationis. Obſecramus ut bonam & probabilem habeant converſationem, ſicut ipſe Dominus in evangelio præcepit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt*: ut eorum bonâ converſione multi protrahantur ad ſervitium Dei. Et non ſolùm ſervilis conditionis infantes, ſed etiam ingenuorum filios adgregent ſibique ſocient. Et ut ſcholæ legentium puerorum fiant. Pſalmos, notas, cantus, compotum, grammaticam per ſingula monaſteria vel epiſcopia diſcant. Sed & libros catholicos bene emendatos habeant, quia ſæpe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per inemendatos libros malè rogant. Et pueros veſtros non ſinite eos vel legendo vel ſcribendo corrumpere. Et ſi opus eſt evangelium & pſalterium & Miſſale ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcribant cum omni diligentia.

Capitulare I. an. 789. c. 70.

* *Herold.* altitudinem. *& in marg.* almitatem.

Lib. Sacram. p. 62.

S. Bonif. ep. 92.

Vita S. Mainwerci, p. 14, 49, 86.

Burchard. lib. 2, c. 16.

Vide Mabertum in Præfat. ad Chron. Montis Sereni.

Vide Juvini Miſcell. ad Symmach. pag. 24.

De voto Monachorum, & de clericatu.

LXIX. Simul & hoc rogare curavimus, ut omnes ubicunque qui ſe voto monachicæ vitæ conſtrinxerint, monachicè & regulariter omnimodis ſecundùm votum ſuum vivant, ſecundùm quod ſcriptum eſt: *Vota veſtra reddite Domino Deo veſtro.* Et iterùm: *Melius eſt non vovere, quàm vovere & non reddere.* Et ut ad monaſteria venientes ſecundùm regularem ordinem primò in pulſatorio probentur, & ſic recipiantur. Et qui ex ſeculari habitu in monaſteria veniunt, non ſtatim foràs ad miniſteria monaſterii mittantur antequam intùs bene erudiantur *. Et ut mo-

Capitulare I. an. 789. cap. 71.

Boll. tom. I. Januar. p. 112, c. 1, §. 8.

* *Al. Mſs.* enutrianturi.

nachi ad ſecularia placita non vadant *. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus canonicam vitam, volumus ut illi canonicè ſecundùm ſuam regulam omnimodis ** vivant. Et Epiſcopus eorum regat vitam, ſicut Abba Monachorum.

* *Al. Mſs.* eant.

** *Al. Mſs.* omninò; *al.* omnimodò.

De ſuſceptione hoſpitum.

Capitulare I. anni 789. cap. 73.

LXX. Venerabile enim videtur ut hoſpites, peregrini, & pauperes ſuſceptiones regulares & canonicas * per loca diverſa habeant; quia ipſe Dominus dicturus erit in remuneratione magni diei: *Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me.* Et Apoſtolus hoſpitalitatem laudans dixit: *Per hanc quidam placuerunt Deo, Angelis hoſpitio ſuſceptis.*

Jeſſe Ambian. c. 8.

* *Al. Mſs.* ut hoſpitum, peregrinorum & pauperum ſuſceptiones regulares & canonici per, *&c.*

De Abbatiſſis contra morem Eccleſiæ Dei facientibus.

Capitulare I an. 789. cap. 74.

LXXI. Auditum eſt aliquas Abbatiſſas contra morem ſanctæ Dei Eccleſiæ benedictiones, & manûs impoſitiones, & ſignacula ſanctæ crucis ſuper capita * virorum dare, necnon & velare virgines cum benedictione ſacerdotali. Quod omninò à vobis, ſanctiſſimi Patres, in veſtris parochiis illis interdicendum eſſe ſcitote.

Burchard. lib. 8. c. 17.

* *Al. Mſs.* caput.

Vide Lupum ad Tertullian. pag. 56. Burchard. lib. 8, cap. 84. Ivo, par. 7. cap. 38.

Gratian. 20 q. 2. c. 3. *Statuimus.*

De Clericis qui ſe fingunt eſſe Monachos.

Notæ ad Innoc. 3, pag. 97.

LXXII. Ut illi Clerici qui ſe fingunt habitu vel nomine Monachos eſſe, & non ſunt, omnimodis videtur corrigendos atque emendandos eſſe *, ut vel veri Monachi ſint vel veri Canonici.

Capitulare I. an. 789. c. 75.

Burchard. lib. 8, c. 7.

* *Al. Mſs.* corrigantur atque emendentur.

De pſeudographis & dubiis narrationibus.

Capitulare I. an. 789. c. 76.

LXXIII. Pſeudographiæ * & dubiæ narrationes, vel quæ omninò contra fidem catholicam ſunt, ut epiſtola peſſima & falſiſſima **, quam tranſacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem alios *** mittentes quòd de cœlo cecidiſſet, nec credantur nec legantur, ſed comburantur, ne in errorem pro tali ſcripto populus mittatur. Sed ſoli canonici libri, & catholici tractatus, & Sanctorum auctoritates & dicta legantur & tradantur.

I. Appendix Regin. c. 1.

Tom. I. Conc. Ang. p. 249, c. 15.

* *Al. Mſs.* pſeudovtaphæ.

** *Herold.* fallaciſſima.

*** *Al. Mſs.* aliquos.

De cantu Romano à Monachis peragendo.

Capitulare I. an. 789. cap. 78.

Fileſac. tom. 2. pag. 211.

LXXIV. Monachi ut cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant, ſecundùm quòd genitor noſter Pippinus Rex decertavit ut fieret quando Gallicanum cantum tulit ob unanimitatem apoſtolicæ Sedis & ſanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam.

De operibus ſervilibus quæ diebus dominicis non ſunt agenda.

Capitulare I. an. 789. cap. 79. Regino, lib. 1. c. 371. & ſeqq. Burchard. lib. 2. c. 82. & ſeqq. Ivo, par. 6. c. 17. 20. 21.

LXXV. Statuimus quoquè, ſecundùm quod in lege Dominus præcepit, ut opera ſervilia diebus dominicis non agantur, ſicut & bonæ memoriæ genitor meus in ſuis ſynodalibus edictis mandavit quòd nec viri ruralia exerceant opera; id eſt, nec vineam colendo, nec in campis arando, nec in metendo, vel fœnum ſecando, vel ſepem ponendo, nec in ſylvis ſtirpando, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domos ſtruere, nec in horto laborare, nec ad placita conveniant, nec venationes exerceant. Sed tria carraria opera licet fieri in die dominico, id eſt, hoſtilia carra, vel victualia, & ſi fortè neceſſe fuerit corpus cujuſlibet duci ad ſepulchrum. Item feminæ opera textrilia non faciant, nec capulent veſtitus, nec conſuant, vel acupictile faciant, nec lanam carpere, nec linum battere, nec in publico veſtimenta lavare, nec vervices tondere habeant licitum; ut omnimodis honor & requies * die dominico perſolvatur. Sed & ad ** Miſſarum ſolemnia ad Eccleſiam undique conveniant, & laudent Deum pro omnibus bonis quæ nobis in illa die fecit.

Vid. Spelm. in v. Acubicula.

* *Herold.* bonorum requies. *Id quoque al. Mſs.*

** *Al. Mſs.* ut ad, *&c.*

De prædicatione Epiſcoporum & Presbyterorum.

Tom. I. Conc. Ang. pag. 249. cap. 14.

LXXVI. Sed & veſtrûm videndum eſt, dilectiſſimi & venerabiles Paſtores Eccleſiarum Dei, ut Preſbyteri quos mittitis per parochias veſtras ad regendum & prædicandum per Eccleſias populum Deo ſervientem, ut rectè & honeſtè prædicent, & non ſinatis nova vel non canonica aliquos ex ſuo ſenſu, & non ſecundùm Scripturas ſacras fingere, & prædicare populo. Sed & voſmetipſi utilia honeſtè & rectè, & quæ ad vitam ducunt æternam prædicate, alioſque inſtruite, ut hæc eadem & ipſi prædicent. Primò omnium prædicandum eſt omnibus generaliter ut credant Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum unum eſſe Deum omnipotentem, æternum, inviſibilem, qui creavit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt; & unam eſſe deitatem & ſubſtantiam & majeſtatem in tribus perſonis Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Item prædicandum eſt quomodò filius Dei incarnatus eſt de Spiritu ſancto & ex Maria ſemper virgine pro ſalute & reparatione humani generis, paſſus, ſepultus, & tertiâ die reſurrexit, & aſcendit in cœlos, &

Capitulare I. an. 789. c. 80. Regino, lib. 1. c. 201. & ſeqq. Burchard. lib. 2. c. 59. & ſeqq. Ivo, par. 6. c. 155. & ſeqq.

Jeſſe Amb. c. 1.

Vide Pauliolum Aquil. p. 17. in edit. Til. & tom. 12. Conc. Gall. pag. 171, col. 1.

& quomodò iterùm venturus ſit in majeſtate divina judicare omnes homines ſecundùm merita propria, & quomodò impii propter ſcelera ſua cum diabolo in ignem æternum mittentur, & juſti cum Chriſto & cum ſanctis Angelis ſuis in vitam æternam. Item prædicandum eſt de reſurrectione mortuorum, ut ſciant & credant in iiſdem corporibus præmia meritorum accepturos. Item cum omni diligentia cunctis prædicandum eſt pro quibus criminibus deponuntur cum diabolo in æternum ſupplicium. Legimus enim Apoſtolo dicente: *Manifeſta autem ſunt opera carnis; quæ ſunt, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, iræ, rixæ, diſſenſiones, hæreſes, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Ideò hæc eadem quæ magnus Prædicator Eccleſiæ Dei ſingillatim nominavit, cum omni ſtudio prohibeantur; intellegentes quàm ſit terribile illud quod dixit, *quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur* *. Sed & omni inſtantiâ admonete eos de dilectione Dei & proximi, de fide & ſpe in Deo, de humilitate & patientia, de caſtitate & continentia, de benignitate & miſericordia, de eleemoſynis & confeſſione peccatorum ſuorum, ut & debitoribus ſuis ſecundùm dominicam orationem ſua debita dimittant, ſcientes certiſſimè quòd qui talia agunt, regnum Dei poſſidebunt. Et hoc ideo diligentiùs injungimus veſtræ caritati, quia ſcimus temporibus noviſſimis pſeudodoctores eſſe venturos; ſicut ipſe Dominus in evangelio prædixit, & Apoſtolus Paulus ad Timotheum teſtatur. Ideò, dilectiſſimi, toto corde præparemus nos in ſcientia veritatis, ut poſſimus contradicentibus veritati reſiſtere, & divinâ donante gratiâ verbum Dei creſcat & currat, & multiplicetur in profectum ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſalutem animarum noſtrarum & laudem & gloriam nominis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pax prædicantibus, gratia obedientibus, gloria Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto. Amen.

Gal. V. 19.

* *Al. Mſs.* poſſidebunt.

De rebus Eccleſiæ.

Capitulare I. an. 803. cap. 1. Capitulare II. an. 814. cap. 3.

LXXVII. Quia juxta ſanctorum Patrum traditionem novimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, ideò cuique non ſolùm habita conſervare, verùm etiam multa Deo opitulante conferre optamus. Tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus illius * ſuſpicionem dudum conceptam penitùs amoveremus, ſtatuimus ut neque noſtris neque filiorum & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus diviſionem aut jacturam patiantur **.

Capitulare anni 816. cap. 1. Hincmar. ep. 12. c. 4. ep. 29. 46. & alibi. Gratian. 16. q. 1. c. 59. *Quia juxta.* Flodoard. pag. 240. Monumenta Paderborn. p. 153. Ivo, ep. 202.

* *Al. Mſs.* rebus eccleſiarum.

** *Al. Mſs.* jacturam patiatur eccleſia. Concil. Durzian. p. 386, 459, 482.

De Epiſcopis eligendis.

Capitulare I. an. 803. cap. 2. Capitulare an. 816. c. 2. Hincmar. ep. 12. c. 3. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 1. c. 1. Gratian. diſt. 64. c. 34. *Sacrorum.*

LXXVIII. Sacrorum canonum non ignari, ut * in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur honore **, adſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus, ut ſcilicet Epiſcopi per electionem cleri & populi ſecundùm ſtatuta canonum de propria diœceſi, remotâ perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaquè prodeſſe valeant.

* *Al. Mſs.* de eligendis Epiſcopis ſacros Canones non ignorantes, &c.

** *Al. Mſs.* Jute.

De dictis Patrum congeſtis pro canonica profeſſione, quia dehoneſtabatur.

Capitulare anni 818, cap. 3.

LXXIX. Quia verò canonica profeſſio à multis, partim ignorantiâ, partim deſidiâ, dehoneſtabatur, opere pretium duximus, Deo annuente, apud ſacrum Conventum ex dictis ſanctorum Patrum, velut ex diverſis pratis * quoſdam vernantes floſculos carpendo, in unam regulam Canonicorum & Canonicarum congerere, & Canonicis vel Sanctimonialibus ſervandam contradere, ut per eam canonicus ordo abſque ambiguitate poſſit ſervari. Et quoniam illam ſacer Conventus ita etiam laudibus extulit, ut uſque ad unum iota obſervandam percenſeret, ſtatuimus ut ab omnibus in eadem profeſſione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus, ſive à Canonicis ſive à Sanctimonialibus canonicè degentibus, deinceps obſervetur.

* *Al. Mſs. & Herold.* ex diverſis partibus, &c.

De conlatis Eccleſiæ dividendis.

Ibid. c. 5.

LXXX. Statutum eſt ut quicquid tempore imperii noſtri à fidelibus Eccleſiæ ſponte conlatum fuerit, in ditioribus locis duas partes in uſus pauperum, tertiam in ſtipendia cedere Clericorum aut Monachorum *, in minoribus verò locis æquè

* *Deſunt in Mſs. Sangall.* verba aut Monachorum.

inter clerum & pauperes fore dividendum; niſi fortè à datoribus ut ſpecialiter dandæ ſint, conſtitutum fuerit.

De Abbatibus eligendis.

LXXXI. Monachorum ſiquidem cauſam qualiter Deo opitulante ex parte diſpoſuerimus, & quomodo ex ſe ipſis ſibi eligendi Abbates licentiam dederimus, (& qualiter Deo opitulante quietè vivere propoſitumque indefeſſi cuſtodire valerent, ordinaverimus *,) in alia ſchedula diligenter adnotari fecimus; & ut apud ſucceſſores noſtros ratum foret & inviolabiliter conſervaretur, confirmavimus.

Ibid. c. 4. Concil. Troſl. c. 3. *Vide* Capitulare Francof. c. 15. Flodoard. pag. 509. Monumenta Baſil. Ambroſ. p. 182. Schedæ Narbon. p. 133.

* Quæ clauſimus intrà parentheſes deſunt in *al. Mſs.* *Vide* Vadian. p. 19. & infrà lib. 5. Capitular. c. 384.

De ordinatione ſervorum.

LXXXII. De ſervorum verò ordinatione, qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcretè promovebantur, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordare debere. Et * ſtatutum eſt ut nullus Epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promovere præſumat, niſi priùs à dominis propriis libertatem conſecuti fuerint. Et ſi quilibet ſervus dominum ſuum fugiens, aut latitans, adhibitis teſtibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude, ad gradus eccleſiaſticos pervenerit, decretum eſt ut deponatur, & dominus ejus eum recipiat. Si vero avus vel pater ab alia ** patria in aliam migrans, in eadem provincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & utrùm ſervus ſit ignoraverit ***, & poſteà veniens dominus ejus legibus eum adquiſierit, ſancitum eſt ut ſi dominus ejus illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. Si verò eum catenâ ſervitutis à caſtris dominicis extrahere voluerit, gradum amittat: quia, juxta ſacros ordines, vilis perſona manens, ſacerdotii dignitate fungi non poteſt. De rebus vero illorum vel peculiare qui a propriis dominis libertate donantur ut ad gradus eccleſiaſticos jure promoveantur, ſtatutum eſt ut in poteſtate dominorum conſiſtat utrùm illis concedere an ſibi vindicare voluerint. Cæterùm ſi poſt ordinationem aliquid adquiſierint, illud obſervetur quod in canonibus de conſecratis nihil habentibus conſtitutum eſt. De Eccleſiarum verò ſervis communi ſententiâ decretum eſt ut Archiepiſcopi per ſingulas provincias conſtituti noſtram auctoritatem, ſuffraganei verò illorum exemplar illius penes ſe habeant. Et quandocunque de familia Eccleſiæ utilis inventus aliquis ordinandus eſt, in ambone ipſa auctoritas coram populo legatur; & coram Sacerdotibus, vel coram fidelibus laicis, ante cornu altaris, ſicut in noſtra auctoritate continetur, remotâ quâlibet calliditate, libertatem conſequatur, & tunc demum ad gradus eccleſiaſticos promoveatur. Similiter quoquè de his agendum eſt quos laici de familia Eccleſiarum ad ſacros ordines promovere voluerint. Sed & de his quos Præpoſiti Canonicorum aut Monachorum ordinandos expetiverint, eadem forma ſervanda eſt.

Capitulare anni 816, cap. 1. Hincmar. Remenſis in epiſt. ad Hincmar. Laudun. to. VIII Conc. Labbei, p. 1817. Conſuetudines Clarevdonæ, c. 16. A Coſta, pag. 115. Formular. Pœnitentiar. mſs. p. 37. Hiſtoire de N. D. de Soiſſons, p. 469. année 1317. Hincmar. Laudun. in ep. ad Hincmar. Rem. pag. 343. Regino, lib. 1. c. 396. & ſeqq. Burchard. lib. 2 c. 23. 31. 32. Ivo, par. 6. c. 132. Gratian. diſt. 54. c. 6. *De ſervorum.* & c. 8. *De rebus.* Lib 1. Decretal. tit. 18. c. 2. Vadian. p. 82. *Vide* Bign. ad Marculf. p. 340 & 346. *extremâ.* Burchard. lib. 3. cap. 222. Miracula S. Mauri, c. 12. Goldaſt. tom. 2. Rer. Alam. pag. 37. c. 7; to. 3. pag. 74. Lindenbr. cap. 101. Barthular. Roſſar. pag. 103, 131. Burchard. lib. 2. c. 21, 30. Criſcon. c. 166. *Vide* Marculf. p. 121.

* *Al. Mſs.* unde ſtatutum, *&c.*
** *Al. Mſs.* ab aliqua, *&c.*
*** *Al. Mſs.* ignoratum fuerit, *&c.*

De perſonis à quibus non ſunt res accipiendæ.

LXXXIII. Statutum eſt ut nullus quilibet eccleſiaſticus ab his perſonis res deinceps accipere præſumat quarum liberi aut propinqui hâc inconſultâ oblatione poſſint rerum propriarum exheredari *. Quòd ſi aliquis deinceps hoc facere tentaverit, à ſynodali vel imperiali ſententia modis omnibus feriatur.

Capitulare anni 816, cap. 7. Ivo, par. 16. c. 261.

* *Al. Mſs.* exhereditari.

De Presbyteris conſtituendis.

LXXXIV. Statutum eſt ut ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum Preſbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur nec expellantur. Et ſi laïci Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos ſuiſque in Eccleſiis conſtituendos obtulerint, nullâ quâlibet occaſione eos reiciant.

Concil. Angl. tom. 1, pag. 260, cap. 233 p. 264, c. 56. Flodoard. pag. 525, 535.

Capitulare an. 816. cap. 9.
Capitula Karoli Calvi, tit. 37. c. 12. & tit. 49. c. 9.
Hincmar. ubi ſupra, pag. 1815. 1833.
Concil. Wormat. c. 49.
Regino, lib. 1. c. 300.

De manſis uniuſcujuſque Eccleſiæ.

LXXXV. Sancitum eſt ut unicuique Eccleſiæ unus manſus integer abſque alio ſervitio adtribuatur. Et Preſbyteri in eis conſtituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis vel hortis juxta Eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo aliquod ſervitium faciant præter eccleſiaſticum. Et ſi aliquid ampliùs habuerint, inde Senioribus ſuis debitum ſervitium impendant.

Capitular. lib. 5. cap. 100 & 214. Add. IV. cap. 163. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 46. *Vide* Ep. 7. Frot. Tull. to. 1. Conc. Angl. pag. 260, c. 25. *Vide* Not. marginal. Molinæi ad Stylum, p. 231.

Capitulare an. 816. cap. 10.
Capitula Kar. Calvi, tit. 37. c. 11.
Concil. Wormat. can. 50.
Concil. Troſl. can. 6.
Regino, lib. 1. cap. 24.
Burchard. lib. 3. c. 52.
Ivo, par. 3. c. 55. 174; par. 16. c. 261.
Gratian. 23. q. 8. 23. *Secundum*, & c. 24. *Sanctum.*

De Presbyteris uniuſcujuſque Eccleſiæ.

LXXXVI. Statutum eſt, poſtquam hoc impletum fuerit, ut unaquæque Eccleſia ſuum Preſbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente Epiſcopo permiſerit.

Capitulare an. 816. c. 11.
Concil. Wormat. c. 51.
Regino, lib. 1. c. 253.
Burchard. lib. 3. c. 46.

De villis novis & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis.

LXXXVII. Sancitum eſt de villis novis & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis ut decimæ de ipſis villis ad eaſdem Eccleſias conferantur.

Capitulare, an. 816. c. 12.
Concil. Wormat. c. 52.
Regino, lib. 1. c. 25.
Ivo, par. 16. c. 263.

De ſacris vaſis Eccleſiæ in pignus datis.

Capitulare an. 816. c. 13. Ivo, par. 16. cap. 264.

LXXXVIII. De ſacris vaſis Eccleſiæ quæ in pignus à nonnullis in quibuſdam locis dari comperimus, inhibitum eſt ne deinceps à quoquam fieri præſumatur, niſi ſolummodò neceſſitate redimendorum captivorum compellente.

De Eccleſiis deſtructis, vel de nonis & decimis.

Capitulare an. 816. c. 14. Concil. Wormat. cap. 53.

LXXXIX. De Eccleſiis ſanè deſtructis, vel de nonis & decimis, ſive de clauſtris Canonicorum, qualiter conſtitui & ordinari à nobis placuerit, aliis capitulis ſubter adnotavimus.

De Eccleſiarum honore.

Capitulare an. 816. c. 15. Concil. Wormat. cap. 54.

XC. Sed & de Eccleſiarum honore, quomodò Deo adjuvante, quantùm in nobis eſt, vigeat, ſimiliter in ſubter adnotatis capitulis inſertum eſſe dinoſcitur.

De Epiſcopis Italiæ.

Capitulare an. 816. c. 16. *Vide* to. 2. Conc. Gall. p. 659, circà medium; & p. 310, c. XIII.

XCI. De Epiſcopis verò in Longobardia conſtitutis, qui ab his quos ordinabant ſacramenta & munera contra divinam & canonicam auctoritatem accipere vel exigere ſoliti erant, modis omnibus inhibitum eſt ne ulteriùs fiat: quia juxta ſacros canones uterque gradu proprio talia facientes decidi debent.

De Presbyteris qui feminas in domibus habent.

Capitulare an. 816. c. 17. Regino, lib. 1. c. 94. Burchard. lib. 2. cap. 111. Ivo, par. 6. c. 188.

XCII. Statutum eſt ab Epiſcopis de Preſbyteris qui feminas ſecum indiſcretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opinionis ſuſpicione denotantur, ut ſi deinceps admoniti non ſe correxerint, velut contemptores ſacrorum canonum canonicâ invectione feriantur.

De Presbyteris qui pro chriſmate in Cœna Domini veniebant.

Capitulare anni 816, cap. 18.

XCIII. De Preſbyteris qui accipiendi chriſmatis gratiâ ad civitates in Cœna Domini venire ſoliti erant, ſancitum eſt ut de his qui longè poſiti ſunt, de octo vel decem unus ab Epiſcopo eligatur, qui acceptum chriſma ſibi & ſociis ſuis diligenter perferat. Hi verò qui non longiùs à civitate quàm quatuor aut quinque millibus habitant, more ſolito ad accipiendum chriſma per ſe veniant. Diſcendi verò alio non Quadrageſimæ tempore, ad civitates convocentur.

Regino, lib. 1, c. 76. Burchard. lib. 4. c. 79. Ivo, par. 1. cap. 273.

De prædicatione & confirmatione Epiſcoporum.

Capitulare an. 816. c. c. 19. Regino, lib. 1, c. 13. *Vide* Iſid. Clar. to. 2, fol. 84.

XCIV. Ne verò Epiſcopi occaſione prædicandi aut confirmandi oneri eſſent populis, à nobis admoniti polliciti ſunt ſe deinceps hoc cavere velle, & eo tempore ſuum miniſterium, in quantum facultas dabatur, (exequi quo eorum profectio, quantùm in illis erat, his quibus prodeſſe poſſunt & debent, non ſit importuna vel oneroſa *).

Quæ intrà parentheſes ſunt ſic legunter in al. Mſs. exequi his quibus prodeſſe poſſunt & debent, non quò eorum profectio, quantùm in illis erat, ſit injuſta vel oneroſa.

De pueris tondendis & puellis velandis.

Capitulare an. 816. c. 10.

XCV. Ne pueri verò ſine voluntate parentum tonſurentur, vel puellæ velentur, modis omnibus inhibitum eſt. Et qui hoc facere tentaverit, multam quæ in capitulis legis mundanæ à nobis conſtitutis continetur, perſolvere cogatur.

De feminis viros amittentibus.

Ibid. c. 11. Regino, lib. 2. c. 188. Burchard. lib. 8. c. 48. Ivo, par. 7. c. 60. Lib. 2 leg. Longobar. tit. 6. c. 4. Fileſac. to 1. p. 158.

XCVI. De feminis quæ viros amittunt placet ne ſe, ſicut hactenùs, indiſcretè velent, ſed ut triginta dies poſt deceſſum viri ſui expectent, & poſt triceſimum diem per conſilium Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, conſilio aliorum religioſorum Sacerdotum, ſuorumque parentum atque amicorum, id quod eligere debent, eligant. Et quia à ſacro conventu rogati* ut hi qui publicam gerebant pœnitentiam, & feminæ quæ viros amittebant, noſtrâ auctoritate, donec deliberent quid agant, tuerentur, ſpecialiter pro his capitula fieri & legis mundanæ capitulis inferenda decrevimus.

* *Al. Mſs.* rogati ſumus ut, &c.

De raptis & de earum raptoribus.

Capitulare an. 816. c. 12. Iſaac, tit. 5. cap. 2. Concil. Troſl. c. 8.

XCVII. De raptis verò & de raptoribus, quamquam ſpecialiter decreviſſemus quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere tentaverint, quid tamen ſuper his ſacri canones præcipiant hìc inferendum neceſſarium duximus; quatenùs omnibus pateat quantum malum ſit, & non ſolùm humanâ, ſed etiam divina auctoritate

constricti, ab hinc hoc malum ab omnibus caveatur.

De puellis raptis, necdum desponsatis.

Capitulare an. 816. c. 23. Isaac, tit. 3. cap. 3. Concil. Tross. c. 8. Regino, lib. 2, c. 158. Burchard. lib. 9. c. 35. 36. Ivo, par. 8, c. 173, 174. Gratian. 36. q. 2. c. 1. *Eos qui.* & c. 4. *De puellis.*

XCVIII. De puellis raptis, necdum desponsatis, in Concilio Chalcedonensi, ubi DCXXX. Patres adfuerunt, capitulo XXXVIII *, ita habetur: *Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi* **, *cooperantes & conibentes raptoribus, decrevit sancta Synodus, si quidem Clerici sunt, decidant gradu proprio; si verò laici, anathematizentur.* Quibus verbis apertè datur intellegi qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes & conibentes tanto anathemate feriuntur, & juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenùs possunt.

* *Al. Mss.* XXVIII. *al.* XXVII.

** Hospitalis solatii nomine cooperantes & consentientes raptoribus, &c.

De desponsatis, & ab aliis raptis

Capitulare an. 816. c. 24. Grat. 27. q. 2. c. 34. *Statutum.* Isaac, tit. 3. cap. 4. Concil Tross. c. 8. Regino, lib. 2. c. 156. Burchard. lib 9. c. 37. Lib. 1. leg. Longob. tit. 30. c. 12.

XCIX. De desponsatis puellis & ab aliis raptis ita in Concilio Ancyritano, capitulo decimo, legitur: *Desponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi quibus antè fuerant desponsatæ, etiamsi eis à raptoribus vis inlata constiterit* Proinde statutum est à sacro conventu ut raptor publicâ pœnitentiâ multetur. Raptæ verò, si sponsus eam recipere noluerit, & ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quod si & ipsa consensit, simili sententiæ subjaceat. Quòd si post hæc se conjungere præsumpserint, utrique anathematizentur.

De his qui virginibus Deo dicatis se sociant.

Capitulare an. 816. c. 25. Isaac, tit. 3. cap. 2. Regino, lib. 2. c. 166. Burchard. lib. 8. c. 22. Gratian. 27. q. 1. c. 14. *Virginibus.*

C. De his verò qui sacris virginibus se sociant, ita in decretis Papæ Gelasii, capitulo XX, continetur: *Virginibus sacris temerè se quosdam sociare cognovimus, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere; quos protinùs æquum est à sacra communione detrudi, & nisi publicam probatamque egerint pœnitentiam, omninò non recipi; aut his certè Viaticum de seculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non negetur.* Si verò de copulatione sacrarum virginum tam severè feriuntur, quanto severiùs feriendi sunt qui eas rapiunt? Ideò, sicut præmissum est, necesse est ut ab omnibus in Christiana religione consistentibus rigore auctoritatis divinæ vel humanæ hoc malum radicitùs amputetur.

De puellis, quo tempore velentur.

Capitulare an. 816. c. 26.

CI. Ne verò puellæ indiscretè velentur, placuit nobis etiam de sacris canonibus qualiter observandum sit hìc inferre. De tempore velandarum puellarum in Africano Concilio capitulo XVI, continetur ut non ante XXV. annos consecrentur. Item in eodem Concilio, capitulo XCIII, de virginibus velandis ita continetur: *Item placuit ut quicunque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis, cùm vel petitor potens vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem seu velavit ante XXV. annos ætatis, non ei obsit Concilium quod de isto annorum numero constitutum est.* Unde colligitur quia juxta priorem sanctionem virgines XXV. ætatis suæ anno ritè consecrandæ sint; quòd si præmissæ necessitates antè id fieri compellant, nullum possit Episcopo adferre præjudicium consecratio.

Crifcon. cap. 286. 2. App. Regin. c. 51. Gratian. 20. q. 1. c. 15. *Virgines.*

De examinatione S.tæ Crucis non facienda.

Capitulare anni 816. c. 27. Lib. 2 leg. Longob. tit. 55. c. 32. Supra pag. 687. c. 10.

CII. Sancitum est ut nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere præsumat; ne Christi passio, quæ est glorificatio *, cujuslibet temeritate contemptui habeatur.

* *Al. Mss.* neque glorificatio.

Formulæ Bignon. c. 12. *ad crucem ad judicium Dei.* Not. ad Agobard. p. 104. Rhenanus, p. 94. Antiq. Fuld. Brower. tom. 3. p. 215. Fil sac, tom. 2 p. 116.

De pabulo verbi divini nuntiando.

Capitulare an. 816. c. 28. Regino, lib. 1. c. 3. S Gregor. lib. 1, ep. 24. Petrus Clarevall. cap. 49.

CIII. Episcopos monemus ut sive per se, sive per vicarios, pabulum verbi divini sedulo populis adnuntient: quia, ut ait beatus Gregorius, iram contra se occulti Judicis excitat Sacerdos, si sine prædicationis sonitu incedit. Et ut ipsi clerum sibi commissum in sobrietate & castitate nutrirent, divinisque officiis imbuerent, qui ritè ad sacrosanctos ecclesiasticos ordines promoveri possent. Et ut operam dent quatenùs Presbyteri Missalem & Lectionarium, sive cæteros libellos sibi necessarios, bene correctos habeant, & qualiter Ecclesias destructas ad se pertinentes juxta vires emendent, qualiter etiam viduas diligenter instruant, quomodò etiam secundùm apostolicam auctoritatem conversari debeant, edoceant. Et ut superstitiones quas quibusdam in locis in exequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent, & ut exemplo suæ innocentiæ alios ad bene vivendum provocent, & cunctis ecclesiasticis negotiis, quantùm Dominus juverit, totis viribus consulere satagant, diligenter admonuimus. Et ut id liberiùs exequi valeant, nos, in quantùm Dominus posse dederit, opem ferre modis omnibus optamus.

Flodoard. pag. 307. Tom. I. Conc. Ang. pag. 281.

Capitular. lib. 6. cap. 197.

De inceſtis nuptiis & Eccleſiis non dividendis.

Capitulare an. 816. c. 29.

CIV. Nonnulla verò capitula, ſicut de inceſtis nuptiis, necnon & de Eccleſiis quæ inter coheredes dividuntur, & tali occaſione proprio honore carent, ſive de his Eccleſiis quæ nimiùm rebus propriis ſunt adtenuatæ*, vel certè de his rebusquæ nuper neceſſitate compellente à nonnullis Eccleſiis ſunt ablatæ, & ſi qua ſunt alia ſive in eccleſiaſticis ſive in publicis rebus emendatione digna, quæ pro temporis brevitate efficere nequivimus, in tantum differendum illud dignum judicavimus, donec, Domino favente, conſultu fidelium, facultas nobis id definiendi ab eo tribuatur. Inventa verò ut Deo opitulante effectum obtineant per tempora, hic ** inſerenda cenſuimus.

* *Herold.* adunatæ. *Al. Mſs.* annullatæ. *Al. Mſs.* adnuptiatæ.

** *Al. Mſs.* pro tempore hic &c.

De Scriptoribus.

Capitulare I. an. 805. c. 3.

CV. De ſcribis, ut non vitioſè ſcribant.

De ſervis propriis vel ancillis.

Ibid. c. 11.

CVI. De ſervis propriis vel ancillis, ut non ampliùs tondeantur vel velentur, niſi ſecundùm menſuram, & ut ibi ſatis fiat, & villæ non ſint deſolatæ.

De congregationibus.

Ibid. c. 12.

CVII. De congregationibus ſuperfluis, ut nullatenùs fiant; ſed tantos congreget quis quantis conſilium dare poteſt *.

* *Mſs. Pith.* ſed tantos congregare quantis ſubſidium dari poteſt. *Mſs. Remenſ.* Sed tantos congregare quantis conſilium dari poteſt.

De pulſantibus.

Ibid. c. 13.

CVIII. De his qui non fiunt ſecundùm regulam pulſati, ut deinceps emendentur & pulſentur ſecundùm regulam.

De infantulis puellis, quandò velentur.

Ibid. c. 14. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 6.

CIX. Ut infantulæ ætatis puellæ non velentur antequam illæ eligere ſciant quid velint, & pulſentur, ſalva canonicâ auctoritate.

De Præpoſitis Monachorum.

Capitulare I. an. 805. cap. 15.

CX. Ut laici non ſint Præpoſiti Monachorum infrà monaſteria; nec Archidiaconi ſint laici.

De inceſtuoſis.

Ibid. c. 16. Iſaac, tit. 4. c. 2.

CXI. De inceſtuoſis, ut canonicè examinentur, & nec propter alicujus amicitiam quidam relaxentur, quidam verò conſtringantur.

De fame, clade, & peſtilentia, ſi evenerit.

Capitulare II. an. 805. cap. 4. Capitulare III. anni 805. c. 5. 6.

CXII. De hoc ſi evenerit fames, clades, peſtilentia, & inæqualitas aeris, vel alia qualiſcunque tribulatio, ut non expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſque adjuvet, & ſuam annonam non nimis carè vendat. Et ne foris imperium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ.

Regino, lib. 1. c. 283. Burchard. lib. 13. cap. 18. Ivo, par. 4. cap. 50.

Tom. 9. Concilior. pag. 906. Bin. tom. 1. pag. 471. Spicil. tom. 4. p. 13. Notæ ad Concord. Regul. p. 179. 638. 669. Regul. S. Ceſarii, c. 8. apud Bolland. tom. 1. Januar. p. 733. Vita Alcuini, p. 9. Liber Sacram. p. 62. Anaſtaſ. de Vitis Pontif. p. 85. Frotar. Tull. ep. 26. Ducange ad Annam Comnenam, p. 485.

De fugitivis Clericis ſive laicis.

Capitulare II. an. 805. cap. 14.

CXIII. De fugitivis Clericis ſive laicis vel etiam fœminis, ſicut in alio Capitulari præcepimus, ita ſervetur.

De liberis hominibus ad ſervitium Dei ſe tradentibus.

Capitulare III. anni 805. c. 16.

Capitulare II. an. 805. c. 11.

CXIV. De liberis hominibus qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut priùs hoc non faciant quàm à nobis licentiam poſtulent. Hoc ideo, quia audivimus aliquos ex illis non tam causâ devotionis hoc feciſſe, quàm pro exercitu ſeu alia functione regali fugienda, quoſdam verò cupiditatis causâ ab his qui res illorum concupiſcunt circumventos audivimus. Et hoc ideò prohibemus.

Capitulare III. anni 805. c. 17. Hincmar. in to. 2 Spicil Dacheriani p 813. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 13.

Vide Juretum in Notis ad Symmach. pag. 327. Vadian. p. 43. Laun. de Matrimonio, p. 255. Rhen. p. 93. & 94.

De oppreſſione pauperum.

Capitulare II. an. 805. cap. 16. Capitulare III. anni 805. c. 18. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 12. c. 4. Brodeau ſur la Coutume de Paris, art. 167, pag. 395. Chronicon Miræi, p. 256 ad an. 1197.

CXV. De oppreſſione (pauperum *) liberorum hominum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam oppreſſi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideò hæc & ſuprà & hîc de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes eorum contra juſtitiam fiant exheredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi heredes propter indigentiam mendici vel latrones ſeu malefactores efficiantur. Et ut ſæpiùs non fiant manniti ad placita, niſi ſicut in alio Capitulari præcepimus, ita ſervetur.

* *Deeſt vox* pauperum *in al. Mſs.*

De Miſſis qui per civitates & monaſteria mittuntur.

Capitulare V. an. 806. cap. 4.

CXVI. Ut Miſſi per ſingulas civitates & monaſteria virorum & puellarum prævideant quomodò aut qualiter in domibus Eccleſiarum & ornamentis Eccleſiæ emendatæ vel reſtauratæ eſſe videntur; & diligenter inquirant de converſatione ſingulorum, vel quomodò emendatum habeant quod juſſimus de eorum lectione & cantu, cæteriſque diſciplinis ad ordinem eccleſiaſticæ regulæ pertinentibus.

De theſauris eccleſiaſticis.

Ibid. c. 5. Regino, lib. 1. c. 359.

CXVII. Ut ſinguli Epiſcopi, Abbates, ſeu Abbatiſſæ, diligenter conſiderent theſauros eccleſiaſticos, ne propter perſi-

diam aut negligentiam cuſtodum aliquid de gemmis aut de vaſis, vel de reliquo quoque theſauro, perditum ſit; quia dictum eſt nobis quòd negotiatores Judæi necnon & alii gloriantur quia quicquid eis placet, poſſint ab eis emere.

De mendicis diſcurrentibus.

Capitulare V. an. 806. c. 10. Regino, lib. 2. cap. 418. Molinœus, ad Stylum, p. 232 *in note.* Rhenan. 95.

CXVIII. De mendicis qui per patrias diſcurrunt, volumus ut unuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat aliubi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint, ſibi manibus laborent, & nullus eis quicquam tribuere præſumat.

De uſura.

Capitulare V. an. 806, cap. 12.

CXIX. Uſura eſt ubi ampliùs requiritur quam datur: verbi gratiâ, ſi dederis ſolidos decem, & ampliùs requiſieris; vel ſi dederis modium vini, frumenti, & iterùm ſuper aliud exegeris.

Regino, lib. 1. c. 284.
Burchard. lib. 2. c. 126.
Ivo, par. 6. c. 200.
Gratian. 14. q. 3. c. 4. *Uſura.*

De cupiditate in bonam partem.

Ibid. c. 13.

CXX. Cupiditas in bonam partem poteſt accipi & in malam. In bonam, juxta Apoſtolum: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Et in pſalmo: *Concupivit anima mea in atria Domini.*

Item de cupiditate in malam partem.

Ibid. c. 14.

CXXI. Cupiditas verò in malam partem accipitur, ſi quis ſupra modum res quaſlibet injuſtè appetere vult, juxta Salomonem: *Poſt concupiſcentias tuas non eas.*

Item de avaritia.

Ibid. c. 15.

CXXII. Avaritia eſt, alienas res appetere, & adeptas nulli largiri. Et, juxta Apoſtolum, hæc eſt radix omnium malorum.

De turpibus lucris.

Ibid. c. 16. Regino, lib. 1. c. 285.

CXXIII Turpe lucrum exercent qui per varias circumventiones, lucrandi causâ, inhoneſtè res quaſlibet congregare decertant

De fœnore.

Capitulare V. an. 806. cap. 17. Regino, lib. 1. c. 286. Concil. Hiſp. pag. 241, c. 1; 480, c. 3.

CXXIV. Fœnus eſt qui aliquid præſtat *. Juſtum fœnus eſt qui ampliùs non requirit niſi quantùm præſtitit.

* *Al.* Fœnus eſt præſtitum aliquid faciens.

De emptione tempore meſſis causâ cupiditatis & turpis lucri.

Capitulare V. an. 816, cap. 18. Regino, lib. 1, cap. 287. Burchard. lib. 2. cap. 127. Gratian.

CXXV. Quicunque enim tempore meſſis vel tempore vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem, comparat annonam aut vinum, verbi gratiâ, de duobus denariis comparat modium unum, & ſervat uſque dum venundare poſſit contra denarios quatuor aut ſex ſeu ampliùs, hoc turpe lucrum dicimus. Si hoc propter neceſſitatem comparat ut ſibi habeat & aliis tribuat, negotium dicimus.

14. q. 4. c. 9. *Quicunque.* *Vide* Junct. ad Symmachum, pag. 73.

Vide Vatican. tom. 3. Rer. Alem. pag. 10. Hincmar. in Capitulis an. 852. cap. 11.
Bignon pag. 348. *Vide* lib. 111. Capitular. cap. 6. 11. Burchard. lib. 8. c. 90. Capitulare Theodulfi, c. 35.

De hoc ſi per plurima loca fames fuerit.

Capitulare V. an. 806, cap. 19.

CXXVI. Conſideravimus itaque, quia per plurima loca fames valida eſſe videtur, ut omnes Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Optimates, & Comites, ſeu Domeſtici, & cuncti Fideles qui beneficia regalia tam de bonis eccleſiaſticis quàmque & de reliquis habere videntur, ut unuſquiſque de ſuo beneficio ſuam familiam nutricare faciat, & de ſua proprietate propriam familiam nutriat. Et ſi Deo donante ſuper ſe & ſuper familiam ſuam, aut in beneficio aut in alode, annonam habuerit & venundare voluerit, non cariùs vendat niſi modium de avena contra denarios duos, modium de hordea contra denarios tres, modium unum de ſigilo contra denarios quatuor, modium unum de frumento parato contra denarios ſex. Et ipſe modius ſit quem omnibus habere conſtitutum eſt. Et unuſquiſque habeat æquam menſuram & æquales modios.

De ſynodis, qualiter fiant.

Capitulare V I. anni 806, c. 1.

CXXVII. Ut per ſingulos annos ſynodus bis fiat.

De metropolitanis Epiſcopis.

Ibid. c. 3. Concil. Chalced. c. 12.

CXXVIII. Ut nequaquam inter duos Metropolitanos provincia dividatur.

De Epiſcopis, quot ſint in una civitate.

Capitulare V I. anni 806, c. 4.

CXXIX. Ne in una civitate duo ſint Epiſcopi.

De ordinatione Epiſcoporum.

Ibid. c. 5. Concil. Chalced. c. 25.

CXXX. Quòd non oporteat ordinationes Epiſcoporum diù differre.

De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum.

Ivo, par. 6, c. 27.

CXXXI. Ne de uno loco ad alium tranſeat Epiſcopus ſine decreto Epiſcoporum, vel Clericus ſine juſſione Epiſcopi ſui.

Capitulare V I. anni 806, c. 10. *Vid.* tom. 2. Ducheſn. p. 724.

De communione fidelium.

CXXXII. Ut omnes fideles communicent & ad Miſſas perexpectent ſine alia deprecatione

Capitulare V I. anni 806, c. 13. Regino, lib. 1, c. 195.

De Presbyteris, Diaconibus, & reliquis ex clero.

Capitulare V I. anni 806, c. 13. Concil. Rom. ſub Sylveſtro, can. 3. Capitula Angilramni, c. 56. 71.

CXXXIII. Fecit hos gradus in gremio ſynodi, ut non Preſbyter adversùs Epiſcopum, non Diaconus adversùs Preſbyterum, non Subdiaconus adversùs Diaconum, non Acolytus adversùs Subdiaconum, non Exorciſta adversùs Acolytum, non Lector adversùs Exorciſtam,

Ivo, par. 6, c. 334. Gratian. 8, q. 4, c. 2. *Presul.* & q. 7, c. 10. *Clericus.* & 6. q. 1. c. 6. *Qui crimen* §. *Testes autem.*

non Ostiarius adversùs Lectorem det accusationem aliquam. Et non damnabitur Præsul nisi in LXXII. testibus. Neque Præsul summus à quoquam judicabitur, quoniam scriptum est: *Non est discipulus super magistrum.* Presbyter autem, nisi in quadraginta quatuor testibus, non damnabitur. Diaconus autem in cardine constitutus in urbe Roma, nisi XXXVII, non condemnabitur. Subdiaconus, Acolytus, Exorcista, Lector, nisi, sicut scriptum est, in septem testimoniis filios habentes & uxores & omninò Christum prædicantes. Sic datur mystica veritas.

Leo ad Episc. Britan. in Præfat. Spicil. tom. 7, p. 101. *Vide* Cujacium, lib. 17. Observ. cap. 9.

Meurisse, pag. 113, lin. 8. Decreta regni Ungar. num. 2, pag. 8, cap. 3. Concil. Francof. c. 4.

De confugio ad Ecclesiam.

Capitulare II. an. 803, cap. 3. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 40, c. 5.

CXXXIV. Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit, in atrio ipsius Ecclesiæ pacem habeat, nec sit ei necesse Ecclesiam ingredi. Et nullus eum inde per vim abstrahere præsumat; sed liceat ei confiteri quod fecit, & per manus bonorum hominum ad discussionem in publico producatur.

De his qui ad casam Dei res suas tradere voluerint.

Capitulare II. an. 803, c. 6. Capitula Karoli Calvi, tit. 36, c. 28. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 18. c. 1. Ivo, par. 16, c. 265.

CXXXV. Qui res suas pro anima sua ad casam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat coram testibus legitimis. Et quæ in hoste factæ sunt traditiones, de quibus nulla est quæstio, stabiles permaneant. Si verò aliquis alii res suas tradiderit, & in hostem profectus fuerit, & ille cui res traditæ sunt interim mortuus fuerit, qui res tradidit, cùm reversus fuerit, adhibitis testibus coram quibus traditio facta est, res suas recipiat. Si autem & ipse mortuus fuerit, heredes ejus legitimi res traditas recipiant.

De ordinatione Presbyterorum.

Capitulare III. anni 803, c. 2. Concil. Wormat. c. 56. Regino, lib. 2, c. 388.

CXXXVI. Ut Presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut excommunicationes passim & sine causa non fiant.

Vide infrà, lib. V. c. 40; & lib. VI. c. 217. Flodoard. p. 436, Concil. Angl. tom 1. p. 247. c. 6.

De conversione liberi hominis.

Capitulare III. an. 803. cap. 12. Capitula Karoli Calvi. tit. 36. c. 28. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 14.

CXXXVII. Ut liber homo qui in monasterio regulari comam deposuerit, & res suas ibidem delegaverit, promissione factâ secundùm regulam firmiter teneatur *.

Selvaticus ad Ferran. p. 103.

* *Legendum*: promissionem factam secundùm regulam firmiter teneat.

De non cogendo bibere.

Capitulare III. an. 803. cap. 16. Regino, lib. 2, c. 143.

CXXXVIII. Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum.

Casarii Homiliæ, pag. 32, 35.

De mercato.

CXXXIX. Ut mercatus die dominico in nullo loco habeatur.

Capitulare I. an. 809. cap. 18.
Capitulare II. an. 809. c. 8.
Capitula Karoli Calvi, tit. 36. c. 19. Inful. Capitulatium, lib. 2. cap. 7.
Regino, lib. 1. c. 379.
Burchard. lib. 2. c. 86.
Ivo, par. 4. c. 22. in vet. cod. mf.
Vide Notas ad Agobard. p. 20.

De Presbyteris, qualiter introitum Ecclesiæ consequantur.

CXL. Ut nullus Presbyter ad introitum Ecclesiæ exenia donet.

Regino, lib. 1. c. 240.
Burchard. lib. 3. c. 117.
Ivo, par. 3. c. 93.
Flodoard. p. 559. *extrem.*

De Presbyteris, à quibus per Ecclesias constituantur.

CXLI. Ut nullus laicus Presbyterum in Ecclesia mittere vel eicere præsumat, nisi per consensum Episcopi.

Concil. Wormat. c. 57.
Regino, lib. 1. c. 241.
Burchard. lib. 3. c. 111.

De honore pro Ecclesiis dando.

CXLII. Ut Episcopi prævideant quem honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis Senioribus tribuant.

Concil. Wormat. c. 58.
Capitula Caroli Calvi, tit. 40. c. 8.
Regino, lib. 1. c. 31.
Burchard. lib. 3. c. 116.
Ivo, part. 3. c. 92.

De decimis dispensandis.

Inf. à Add. III, c. 82. Concil. Wormat. c. 59. Regino, lib. 2, c. 42. Ibid. c. 53.

CXLIII. Ut decimæ in potestate Episcopi sint qualiter à Presbyteris dispensentur.

De Ecclesiis vel altaribus.

CLXIV. Ut Ecclesiæ vel altaria meliùs construantur *. Et nullus Presbyter annonam vel fœnum in Ecclesia mittere præsumat.

* *Al. Mss.* Malino à Presbyteris conserventur.

De Ecclesiis vel altaribus ambiguis.

CXLV. Ut Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur.

Regino, lib. 1. cap. 30.
Burchard. lib. 3. c. 10.
Ivo, par. 3. c. 11.
Gratian. dist. 1. de consec. c. 18. *Ecclesia.*

De linteis altaribus præparandis.

CXLVI. Ut Presbyteri per parochias suas feminis prædicent ut linteamina altaribus præparent.

Regino, lib. 1. c. 60.
Burchard. lib. 3. c. 115.
Ivo, par. 3. c. 91. Lib. Sacram. pag. 197.

De parochianis alterius Presbyteri.

CXLVII. Ut nullus Presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit vel pla-

citum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

Concil. Namnet. c. 2.
Capitula Herardi, cap. 29.
Regino, lib. 1. c. 255.
Burchard. lib. 2. c. 91.
Gratian. 9. q. 2. c. 5. *Nullus Presbyter.*

De parochia alterius Presbyteri.

CXLVIII. Ut nullus Preſbyter in alterius parochia Miſſam cantare præſumat, niſi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

De termino Eccleſiarum.

Regino, lib. 1. c. 24. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 9.

CXLIX. Ut terminum habeat unaquæque Eccleſia de quibus villis decimas recipiat.

De rebus Presbyterorum.

Supra, pag. 111, c. 6. Regino, lib. 1. c. 218. Burchard. lib. 3. c. 121.

CL. Ut unuſquiſque Preſbyter res quas poſt diem conſecrationis adquiſierit, propriæ Eccleſiæ relinquat.

Tom. 2. Spicil. p. 201.
Flodoard. p. 524.
Iſidor. Peluſ. lib. 2. ep. 227.
Bignon. p. 340. 346.

De pœnitentibus non cogendis.

Capitulare V. an. 814, cap. 6. Capitula Herardi, c. 26. Regino, lib. 1, c. 259.

CLI. Ut nullus Preſbyter aut laicus pœnitentem invitet * bibere aut carnem manducare, niſi ad præſens pro ipſo unum vel duos ** denarios, juxta qualitatem pœnitentiæ, dederit.

* *Al. Mſs.* Cogat bibere, &c.
** *Al. Mſs.* Unum vel duos vel tres denarios, &c.

De Presbyteris, à quibus ſe caveant.

Regino, lib. 2. c. 260.

CLII. Ut nullus Preſbyter chartas ſcribat, nec conductor ſui Senioris exiſtat.

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. cap. 10.
Vide Iſ. Clarii Orationes in Serm. Domini, fol. 82. v.

De ſepultura, ubi non fiat.

Ibid. 124.

CLIII. Ut nullus deinceps in Eccleſia mortuum ſepeliat.

Molinæus ad Stylum, pag. 231, in nota.

De prædicatione vel capitulis Presbyterorum.

CLIV. Ut unuſquiſque Preſbyter capitula habeat de majoribus vel de minoribus vitiis, per quæ cognoſcere valeat vel prædicare ſubditis ſuis ut ſe caveant ab inſidiis diaboli.

Walter. Aurel. c. 7.
Regino, lib. 1. c. 203.
Burchard. lib. 19. c. 99.
Ivo, par. 15. c. 111.
Vide, tom. 1. Concil. Angl. p. 260. in admonitione poſt caput 21.

De Euchariſtia.

CLV. Ut Preſbyter ſemper Euchariſtiam habeat paratam; ut quandò quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur.

Capitulare Theodulfi, cap. 5.
Walter. Aurel. c. 7.
Regino, lib. 1. c. 69.
Burchard. lib. 5. c. 10.
Ivo, par. 2. c. 20.
Tom. 1. Concil. Angl. pag. 260. c. 22.

De ampullis duabus in Cœna Domini habendis.

Regino, 1. c. 75-79. Burchard. lib. 4. c. 75. Ivo, par. 1. c. 269. Preuves de Guines, p. 63. Miſcellanea Cochlæi. fol. 138. verſo.

CLVI. Ut Preſbyter in cœna Domini duas ampullas ſecum deferat, unam ad chriſma, alterum ad oleum ad catechumenos inunguendum vel infirmos juxta ſententiam apoſtolicam; ut quandò quis infirmatur, inducat Preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine Domini.

Ordo Libror. eccl. in cod. S. Galli, p. 23. 24. 32.

De nonis & decimis.

Addit. IV. c. 165. Regino, lib. 1. c. 43.

CLVII. Ut qui Eccleſiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Eccleſiæ cujus res ſunt donent. Et qui tale beneficium habent, & ad medietatem laborant *, ut de eorum portione proprio Preſbytero decimas donent.

* *Al. Mſs.* Beneficium habent, ad medietatem laborent, & de, &c. *Al. Mſs. & Herold.* habent ut ad medietatem laborent, & de, &c. *Al. Mſs.* habent unde, &c.

De feſtivitatibus in anno.

Flodoard. p. 293. 402. Anaſtaſ. in Paſchal. p. 155.

CLVIII. Hæ ſunt feſtivitates in anno, quæ per omnia venerari debent. Natalis Domini, ſancti Stephani, ſancti Johannis Evangeliſtæ, Innocentum, Octabas Domini, Epiphania, Octabas Epiphaniæ, Purificatio ſanctæ Mariæ, Paſcha dies octo, Letania major, Aſcenſio Domini, Pentecoſten, ſancti Johannis Baptiſtæ, ſancti Petri & Pauli, ſancti Martini, ſancti Andreæ. De Adſumptione ſanctæ Mariæ interrogandum relinquimus.

Capitularium Addit. I. c. 46. Tom. IV. Ss. Ord. Bened. p. 591. T. 3. Duchesnii, p. 223. ad an. 865. Concil. Hiſpan, p. 491. c. 1. Vadian. tom. 3. Reg. Alaman. p. 20.

De admonitione Sacerdotum.

Capitulare I. anni 810. cap. 5. Regino, lib. 1. c. 204.

CLIX. Ut Sacerdotes admoneant populum ut eleemoſynam dent & orationes faciant pro diverſis plagis quas aſſiduè pro peccatis noſtris patimur.

Burchard. lib. 2. c. 72. Ivo, par. 6. c. 166.

De prædicatione ad plebem.

Capitulare I. an. 810. c. 5. Regino, lib. 1. c. 205.

CLX. Ut ipſi Sacerdotes unuſquiſque ſecundùm ordinem ſuum prædicare & docere ſtudeat plebem ſibi commiſſam.

De ebrietate.

Capitulare I. an. 810. c. 6. Regino, lib. 1. c. 140. *Vide* Eginhard. tom. p. 102.

CLXI. De ebrietate, ut primò omnium ſeniores ſemetipſos exinde caveant, & eorum junioribus exemplum bonum ſobrietatis oſtendant.

De admonitione ad omnes.

Capitulare I. an. 810. c. 7.

CLXII. Admonendi ſunt omnes generaliter ſecundùm evangelicam auctoritatem, ut ſic luceant opera eorum bona coram hominibus, ut glorificent Deum qui in cœlis eſt.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT

INCIPIT PRÆFATIUNCULA LIBELLI SECUNDI.

Suprà in primo Libello Capitula eccleſiaſtica quæ Domnus Imperator Karolus, fecit adunavi. In hoc verò ea eccleſiaſtica quæ Domnus Hludouvicus Cæſar piiſſimus edidit, deſcripſi Libello.

INDEX CAPITULORUM.

1. *PRÆLOCUTIO.*
2. *De divina providentia in conſtitutione Domni Imperatoris, & de conſervatione trium Capitulorum.*
3. *De hoc quòd admonitor fidelium Domnus Imperator ſit, & omnes fideles adjutores ipſius.*
4. *De ſacro miniſterio Epiſcoporum, & de admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos.*
5. *De admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos de Sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus, & de ſcholis.*
6. *De admonitione ad Comites pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ.*
7. *De admonitione ad laicos pro honore eccleſiaſtico conſervando.*
8. *De admonitione ad Abbates & laicos pro monaſteriis ex regali largitate ſibi commiſſis.*
9. *De admonitione ad Epiſcopos, Abbates, & ad omnes fideles pro Comitum adjutoriis.*
10. *De admonitione ad Epiſcopos vel Comites pro concordia ad invicem & cum cæteris fidelibus.*
11. *De admonitione ad omnes generaliter pro caritate & pace ad invicem.*
12. *De hoc quòd unuſquiſque Epiſcoporum vel Comitum partem miniſterii regalis habeat, & de teſtimonio ipſorum ad invicem.*
13. *De cauſa orta ad inhonorationem regni pertinente.*
14. *De pace in itinere exercitali cuſtodienda.*
15. *De denuntiatione ut qui in hoſtem pergunt, ſuos qui in ſuo obſequio ſunt, unuſquiſque cognoſcat.*
16. *De inhonoratione Regis propter negligentiam eorum qui legationes malè recipiunt.*
17. *De locis in quibus legationes recipiendæ ſunt.*
18. *De admonitione unius monetæ.*
19. *De injuſtis teloneis.*
20. *De pontibus ubi antiquitùs fuerunt renovandis.*
21. *De nonis & decimis.*
22. *De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum adimplendis.*
23. *De Comitibus, ut miniſtris Eccleſiæ in ſuis Miniſteriis adjutores ſint.*
24. *De capitulis à Cancellario palatii ab Archiepiſcopis & Comitibus accipiendis.*
25. *De nominibus locorum in quibus Miſſi dominici legatione funguntur.*
26. *De commemoratione ad legationem prædictorum Miſſorum pertinente.*
27. *De hoc quòd per Miſſos dominicos ea quæ per capitula ſtatuta ſunt, omnibus nota fieri debeant.*
28. *De admonitorio ad eos qui legatione funguntur.*
29. *De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis.*
30. *De hoc quomodò liceat ad Imperatorem res ſancti loci transferri.*
31. *De orphanis exheredatis ſubveniendum.*
32. *De rebus pauperum vel minùs potentum malâ occaſione non emendis.*
33. *Qualiter juſtitiæ fiant pauperibus.*
34. *De illis hominibus qui injuſtas querelas habent.*
35. *De feſtivitatibus anni.*
36. *De antiquis Eccleſiis, ut honorem ſuum habeant.*
37. *De ſpiritalibus filiolis.*
38. *De hoc ut Sacerdotes inreprehenſibiles ſint.*
39. *De hoc ut ab inceſtuoſis, & ab his qui decimas non dant, & à Presbyteris neglegenter viventibus, wadii non accipiantur.*
40. *De diſcretione in corporis & ſanguinis dominici perceptione.*
41. *De hominibus diverſarum conditionum, & de his qui eis prælati ſunt.*
42. *De feminis & Abbatiſſis, quales ſint quæ monaſteriis puellaribus præferri debent.*
43. *De inceſtuoſis & homicidis Sacerdotum admonitionibus aurem nolentibus accommodare.*

44 *De Dominis ſubditorum admonendis.*
45. *De corporis Domini & ſanguinis communicatione laicorum.*
46. *De eruditione filiorum à parentibus & patrinis.*
47. *De Eccleſiis antiquitùs conſtitutis.*
48. *De ſepultura.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

PRÆLOCUTIO.

Capitulare anni 813, cap. 1.

I. OMNIBUS vobis aut viſu aut auditu notum eſſe non dubitamus quia genitor noſter & progenitores, poſtquam à Deo ad hoc electi ſunt, in hoc præcipuè ſtuduerunt ut honor ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſtatus regni decens maneret. Nos etiam juxta modum noſtrum eorum ſequentes exemplum, ſæpe veſtram devotionem de his admonere curavimus, & Deo miſerante multa jam emendata & correcta videmus Unde & Deo juſtas laudes perſolvere, & veſtræ bonæ intentioni multimodas debemus gratias referre.

De divina providentia in conſtitutione Domni Imperatoris, & de conſervatione trium Capitulorum.

Ibid. c. 2. *Vide* Bolland. to. 1. Martii, p 259, 260. & Concil. Tribur. in Præfat.

II. Sed quoniam complacuit divinæ providentiæ noſtram mediocritatem ad hoc conſtituere ut ſanctæ ſuæ Eccleſiæ & regni hujus curam gereremus, ad hoc certare & nos & filios, ac ſocios noſtros, diebus vitæ noſtræ optamus, ut tria ſpecialiter Capitula & à nobis & à vobis, Deo opem ferente, in hujus regni adminiſtratione ſpecialiter conſerventur; id eſt, ut defenſio & exaltatio vel honor ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſervorum illius congruus maneat, & pax & juſtitia in omni generalitate populi noſtri conſerveturi. In his quippe maximè ſtudere, & de his in omnibus placitis quæ vobiſcum Deo auxiliante habituri ſumus, vos admonere optamus, ſicut debitores ſumus.

De hoc quòd admonitor fidelium Domnus Imperator ſit, & omnes fideles adjutores ipſius.

Capitulare anni 813, cap. 3.

III. Sed quamquam ſumma hujus miniſterii in noſtra perſona conſiſtere videatur, tamen & divinâ auctoritate & humanâ ordinatione ita per partes diviſum eſſe cognoſcitur, ut unuſquiſque veſtrûm in ſuo loco & ordine partem noſtri miniſterii habere cognoſcatur. Unde apparet quòd ego omnium veſtrûm admonitor eſſe debeo, & omnes vos noſtri adjutores eſſe debetis. Nec enim ignoramus quid unicuique veſtrûm in ſibi commiſſa portione conveniat. Et ideò prætermittere non poſſumus quin unumquemque juxta ſuum ordinem admoneamus.

De ſacro miniſterio Epiſcoporum, & de admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos.

Ibid. c. 4.

IV. Sed quoniam ſcimus quòd ſpecialiter pertineat ad Epiſcopos ut primùm ad ſacrum miniſterium ſuſcipiendum juſtè accedant, & in eodem miniſterio religiosè vivant, & tam bene vivendo quàm rectè prædicando populis ſibi commiſſis iter vitæ præbeant, & ut in monaſteriis in ſuis parochiis conſtituris ſancta religio obſervata fiat, & ut unuſquiſque juxta ſuam profeſſionem veraciter vivat, curam impendant, omnes vos in hoc ſacro ordine conſtitutos & officio paſtorali functos monemus atque rogamus, ut in hoc maximè elaborare ſtudeatis, & per voſmetipſos & per vobis ſubjectos, quantùm ad veſtrum miniſterium pertinet, nobis veri adjutores in adminiſtratione miniſterii nobis commiſſi exiſtatis, ut in judicio non condemnari pro noſtra & veſtra neglegentia, ſed potiùs pro utrorumque bono ſtudio remunerari mereamur. Et ubicunque per neglegentiam Abbatis aut Abbatiſſæ, vel Comitis ſive Vaſſi noſtri, aut cujuſlibet perſonæ, aliquid vobis difficultatis in hoc apparuerit, noſtræ dinoſcentiæ id ad tempus inſinuare non differatis; ut noſtro auxillo ſuffulti, quod veſtra auctoritas expoſcit, famulante, ut decet, poteſtate noſtrâ faciliùs perficere valeatis.

De admonitione Domni Imperatoris ad Epiſcopos de Sacerdotibus ad eorum curam pertinentibus, & de ſcholis.

Ibid. c. 5. Regino, lib. 1. c. 205. Francalia, pag. 94. & ſeq. Chronic. Caſaur. p. 51.

V. De Sacerdotibus verò ad veſtram curam pertinentibus magnum adhibete ſtudium, ut qualiter vivere debeant, & quomodò populis ad ſuam portionis curam pertinentibus exemplo & verbo proſint, à vobis cum magna cura edoceantur & admoneantur, & ut id facere ſtudeant veſtrâ pontificali auctoritate conſtringantur. Quidquid autem in illis à populis juſtè reprehenditur, in exemplo propriæ converſationis veſtra providentia corrigere non neglegat. Ne verò Eccleſiæ illis commiſſæ in reſtauratione aut in luminaribus, juxta

Regino, lib. 1, c. 41.

poſſibilitatem rerum, ab illis neglegantur veſtra nihilominus invigilare debet ſolertia. Et ſicut alios prohibetis ne de manſis ad Eccleſiæ luminaria datis aliquid accipiant, ſic & vos & veſtri Archidiaconi de eiſdem manſis nihil accipiendo, aliis exemplum præbeatis; ſed potiùs ad id quod data ſunt, ſervire concedantur; ut totum, ſicut dictum eſt, in reſtauratione Eccleſiarum & luminaribus veſtrâ auctoritate & ſtudio cedere poſſit. Scholæ ſanè ad filios & miniſtros Eccleſiæ inſtruendos vel edocendos, ſicut nobis præterito tempore ad Attiniacum promiſiſtis & vobis injunximus, in congruis locis, ubi necdum perfectum eſt, ad multorum utilitatem & profectum à vobis ordinari non neglegantur.

De admonitione ad Comites pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ.

Capitulare anni 813, cap. 6. Capitula Karoli Calvi, tit. 23.

VI. Vobis verò Comitibus dicimus, voſque commonemus, quia ad veſtrum miniſterium maximè pertinet, ut reverentiam & honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ exhibeatis, & cum Epiſcopis veſtris concorditer vivatis, & eis adjutorium ad ſuum miniſterium peragendum præbeatis, & ut vos ipſi in miniſteriis veſtris pacem & juſtitiam faciatis, & quæ noſtra auctoritas publicè fieri decernit, in veſtris miniſteriis ſtudiosè perficere ſtudeatis. Proindè monemus veſtram fidelitatem ut memores ſitis fidei nobis promiſſæ, & in parte miniſterii noſtri vobis commiſſi, in pace ſcilicet & juſtitia facienda, voſmetipſos coram Deo & coram hominibus tales exhibeatis, ut & noſtri veri adjutores & populi conſervatores juſtè dici & vocari poſſitis. Et nulla quælibet cauſa, aut munerum acceptio, aut amicitia cujuſlibet, vel odium, aut timor, vel gratia, ab ſtatu rectitudinis vos deviare compellat quin inter proximum & proximum ſemper juſtè judicetis. Pupillorum verò & viduarum & cæterorum pauperum adjutores ac defenſores, & ſanctæ Eccleſiæ vel ſervorum illius honoratores juxta veſtram poſſibilitatem ſitis. Illos quoquè qui temeritate & violentiâ in furtis & latrociniis ſive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, veſtro ſtudio & correctione, ſicut decet, compeſcite. Et ſi aliqua perſona vobis impedimento fuerit quin ea quæ dicimus facere non valeatis, nobis ad tempus illud notum fiat; ut noſtrâ auctoritate adjuti, miniſterium veſtrum digne adimplere poſſitis.

De admonitione ad laicos pro honore eccleſiaſtico conſervando.

Capitulare anni 813, cap. 7. Capitula Karoli Calvi, tit. 28. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 49, c. 1.

VII. Omnes verò laicos monemus ut honorem eccleſiaſticum conſervent, & dignam venerationem Epiſcopis & Dei Sacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum ſuis devotè occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta reverenter obſervent, & ſuos obſervare doceant & compellant. Et ut etiam dies dominicus ſicut decet honoretur & colatur, omnes ſtudeant. Et ut liberiùs fieri poſſit, mercata & placita à Comitibus, ſicut ſæpe admonitum fuit, illo die prohibeantur.

De admonitione ad Abbates & laicos pro monaſteriis ex regali largitate ſibi commiſſis.

Capitulare anni 813, cap. 8.

VIII. Abbatibus quoquè & laicis ſpecialiter jubemus ut in monaſteriis quæ ex noſtra largitate habent, Epiſcoporum conſilio & documento ea quæ ad religionem Canonicorum, Monachorum, Sanctimonialium pertinent, peragant, & eorum ſalubrem admonitionem in hoc libenter audiant & obediant.

De admonitione ad Epiſcopos, Abbates, & ad omnes fideles pro Comitum adjutoriis.

Ibid. c. 9.

IX. Epiſcopis iterùm, Abbatibus, & Vaſſis noſtris, & omnibus fidelibus laicis dicimus ut Comitibus ad juſtitias faciendas adjutores ſitis.

De admonitione ad Epiſcopos vel Comites pro concordia ad invicem & cum cæteris fidelibus.

Ibid. c. 10. Flodoard. pag. 487. & ſeq.

X. Epiſcopi verò vel Comites & ad invicem & cum cæteris fidelibus concorditer vivant, & ad ſua miniſteria peragenda viciſſim ſibi adjutorium ferant.

De admonitione ad omnes generaliter pro caritate & pace ad invicem.

Capitulare anni 813, cap. 11.

XI. Omnibus etiam generaliter dicimus ut caritatem & pacem ad invicem habeatis, & generalem juſſionem noſtram generaliter obſervare decertetis, & Miſſis noſtris pro qualicunque ſcilicet, aut eccleſiaſticâ aut publicâ utilitate vel opportunitate à nobis directis, noſtri honoris cauſâ honorem exhibeatis, & propter noſtræ auctoritatis venerationem ea quæ per illos injungimus, agere non neglegatis.

De hoc quòd unuſquiſque Epiſcoporum vel Comitum partem miniſterii regalis habeat, & de teſtimonio ipſorum ad invicem.

Ibid. c. 12.

XII. Et quoniam, ſicut diximus, unuſquiſque veſtrûm partem miniſterii noſtri

per partes habere dinoſcitur, volumus ſtudere, & per clamatores & per alia quælibet certa indicia, & per Miſſos noſtros quos ad hoc ordinaverimus, qualiter unuſquiſque ad hoc certare ſtuduerit, & per commune teſtimonium, id eſt, Epiſcoporum de Comitibus, Comitum de Epiſcopis, comperire qualiter ſcilicet Comites juſtitiam diligant & faciant, & quam religiosè Epiſcopi converſentur & prædicent, & amborum relatu de aliorum in ſuis miniſteriis conſiſtentium æquitate & pace atque concordia cognoſcere. Similiter etiam volumus ut omnes illis & illi omnibus de communi ſocietate & ſtatu à nobis interrogati, verum teſtimonium ſibi mutuò perhibere poſſint.

De cauſa orta ad inhonorationem regni pertinente.

Ibid. c. 13. Hincmar. in tom. 2. Spicil. Dacher. pag. 824.

XIII. Et ſi talis cauſa in qualibet provincia aut in aliquo comitatu orta fuerit quæ aut ad inhonorationem regni aut ad commune damnum pertineat, quæ etiam ſine noſtra poteſtate corrigi non poſſit, nos diù latere non permittatis, qui omnia, Deo auxiliante, corrigere debemus; quia quicquid hactenùs in his quæ ad pacem & juſtitiam totius populi pertinent, & ad honorem regni & communem utilitatem aut a nobis aut à vobis neglectum eſt, debemus Deo auxiliante certare qualiter abhinc noſtro & veſtro ſtudio emendatum fiat.

De pace in itinere exercitali cuſtodiendâ.

Capitulare anni 813, cap. 14. Capitula Karoli Calvi, tit. 23, & tit. 34, c. 4. Concil. apud S. Macram. c. 6.

XIV. De pace verò in exercitali itinere ſervanda uſque ad marcham hoc omnibus notum fieri volumus, quòd quicunque auctorem damni ſibi præterito anno inlati nominatim cognoſcit, ut juſtitiam de illo quærat & accipiat.

De denuntiatione, ut qui in hoſtem pergunt, ſuos, qui in ſuo obſequio ſunt, unuſquiſque cognoſcat.

Capitulare anni 813, cap. 15. Capitula Karoli Calvi, tit. 23 & 34, c. 4. Concil. apud S. Macram. c. 6.

XV. Deinceps tamen omnibus denuntiare volumus ut cognoſcat unuſquiſque omnes qui in ſuo obſequio in tali itinere pergunt, ſive ſui ſint, ſive alieni, ut ille de eorum factis rationem ſe ſciat redditurum; & quicquid ipſi in pace violanda deliquerint, ad ipſius debet periculum pertinere; eâ ſcilicet conditione, ut pacis violator primùm juxta facinoris qualitatem, ſive coram nobis, ſive coram Miſſo noſtro, dignas pœnas perſolvat; & Senior qui ſecum talem duxerit quem aut conſtringere noluit, aut non potuit, ut noſtram juſſionem ſervaret, & inſuper in regno noſtro prædas facere non timeret, pro illius neglegentia, ſi antè eum de his non admonuerit, & poſtquam neglegentia contemptoris ad ejus notitiam pervenerit, eum corrigere, ſicut decet, neglexerit, honore ſuo privetur, ut ſcilicet neuter illorum ſine juſta vindicta remaneat.

De inhonoratione Regis propter neglegentiam eorum qui legationes malè recipiunt.

Capitulare anni 813, cap. 16. *Vide* Thegan. c. 5.

XVI. De inhonoratione quoquè Regis & regni, & mala fama in exteras nationes diſperſa propter neglegentiam eorum qui legationes ad nos directas in ſuis manſionibus aut malè recipiunt, aut conſtitutam à nobis expenſam non tribuunt, aut paravereda dare nolunt, aut furto aliquid eis ſubripiunt, aut (quod perpeſſimum eſt) apertas violentias, eos cædendo & res eorum diripiendo, in ipſis exercere non pertimeſcunt, hoc omnibus notum eſſe volumus, quòd quicunque ex his qui honores noſtros habent, abhinc neglegentiam hanc emendare non certaverit, & ſuos homines, qui ejus vice hoc agere debent, ut id bene perficiant non inſtruxerit, aut non conſtrinxerit ut ulteriùs illud neglegere non præſumant, & honorem noſtrum & regnum nobis commiſſum cuſtodire contempſerit, nec noſtrum nec regni noſtri honorem ulteriùs volumus ut habeat; ſed volumus ut unuſquiſque fidelium noſtrorum procuratores rerum ſuarum de his ſpecialiter inſtruat, ut quandocunque & undecunque legatio advenerit, & aut litteras aut Miſſum viderint, honorificè illam in omni loco imperii noſtri propter noſtrum & totius regni honorem omnes ſuſcipere valeant.

De locis in quibus legationes recipiendæ ſunt.

Capitulare anni 813, cap. 17.

XVII. In illis verò locis ubi modò via & manſionatici à genitore noſtro & à nobis per Capitulare ordinati ſunt, Miſſos ad hoc ſpecialiter conſtitutos, qui hoc jugiter prævideant, habeant, ut omnia quæ ad eaſdem legationes ſuſcipiendas pertinent, fideles noſtri ad hoc conſtituti ad tempus præparare ſtudeant, ut non tunc ſit neceſſe de longè quærere vel adducere quando tempus eſt illa dare vel perſolvere. In cæteris verò locis per totum imperium noſtrum unuſquiſque fidelium noſtrorum & per ſe & per miniſtros ſuos, ſicut diximus, ſeduſam vigilantiam adhibeat.

De admonitione unius monetæ.

Ibid. c. 18.

XVIII. De moneta verò, unde jam per tres annos & admonitionem fecimus,

Capitula Karoli Calvi, tit. 37, cap. 35.

& tempus quandò una teneretur & aliæ omnes ceſſarent conſtitutimus, hoc omnibus notum eſſe volumus, quoniam ut abſque ulla excuſatione citò poſſit emendari, ſpatium uſque ad Miſſam ſancti Martini dare decrevimus, ut unuſquiſque Comitum in ſuis miniſteriis de hoc juſſionem noſtram tunc poſſit habere adimpletam, quatinus ab illa die non alia, ſed illa ſola, per totum regnum noſtrum ab omnibus habeatur juxta illam conſtitutionem, ſicut in capitulis quæ de hac re illis Comitibus dedimus in quorum miniſteriis moneta Bignon. ad Marcul. p. 345. percutitur, conſtitutum eſt: quia tunc volumus Miſſos noſtros hujus rei gratiâ dirigere per ſingulos comitatus, qui diligenter inquirant qualiter Comites in hoc noſtram juſſionem adimplere certaverint. Et quicunque neglegens inde inventus fuerit, volumus ut ante noſtram præſentiam quantociùs venire jubeatur, ut rationem reddat utrùm hoc quod juſſimus facere noluerit aut non potuerit; aut ſi aliquâ re præpediente id facere non potuit, cur nobis ipſam impoſſibilitatem ad tempus non annuntiavit; quia ſi ipſe aut non voluit, aut ſuæ negligentiæ cauſâ non potuit, nos talem invenire volumus qui hoc quod jubemus ſervare velit & poſſit. Ut autem juſſio noſtra in hac re citiùs impleatur, volumus ut quicunque ab illa die alium denarium negotiandi cauſa protulerit, à Comite & Miniſtris ejus auferatur ab eo.

De injuſtis teloneis.

Capitulare ann. 823, cap. 19.

XIX. Similiter quoquè de injuſtis teloneis, de quibus qualiter ab omnibus obſervandum eſſet, & capitulis conſtituimus, & creberrimas admonitiones fecimus, prædicti Miſſi noſtri volumus ut inquiſitionem faciant à quibus noſtra juſſio in hoc adimpleta, à quibus quoquè ſit neglecta; & eum qui implere neglexit aut diſtulit, ad noſtram volumus ut veniat juſſus præſentiam, ut citò rationem de his, ſicut ſuperiùs diximus, reddat; & ſi culpabilis inventus fuerit, dignam correctionem accipiat, ut cæteris neglegentibus exemplum terroris præbeat.

De pontibus ubi antiquitùs fuerunt renovandis.

Ibid. c. 20.

XX. Ut ubi pontes antiquitùs fuerunt, & in his locis ubi tempore genitoris noſtri ipſo jubente diverſarum neceſſitatum cauſâ facti ſunt, omninò abſque ulla dilatione ab his qui eos tunc fecerunt, reſtituantur & renoventur, ita ut ad Miſſam ſancti Andreæ reſtaurati fiant; niſi fortè aut ipſa operis magnitudo, aut aquarum inquolibet loco inundatio, hoc prohibeat. Aliter verò nullus quâlibet occaſione hoc neglegere aut differre præſumat quin ad prædictum tempus completum fiat. Et Miſſi noſtri, quorum ſuperiùs mentionem fecimus, volumus ut renuntient in quibus locis noſtra juſſio impleta, in quibus neglecta eſt, aut aliquâ impoſſibilitate vel certâ ratione dilata.

De nonis & decimis.

Ibid. c. 21. Regino, lib. 1, cap. 46.

XXI. De nonis quidem & decimis, unde & genitor noſter & nos frequenter & in diverſis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſtra qualiter hæc obſerventur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni conlaborato, & de vino & fœno, fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima perſolvatur. De nutrimine verò pro decima, ſicut hactenùs conſuetudò fuit, ab omnibus obſervetur. Si quis tamen Epiſcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in ſua maneat poteſtate, juxta quod ei & illi qui hoc perſolvere debet, convenerit.

Vide lib. 4. Miſcellan. pag. 422. Helmod. lib. 1, c. 3.

De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum adimplendis.

Capitulare ann. 823, cap. 22. Regino, lib. 1. c. 37.

XXII. Similiter quidem de operibus in reſtaurationem Eccleſiarum, ſive in faciendo, ſive in redimendo, epiſcopalis potiùs ſequatur voluntas. Nullatenùs tamen remaneat quin, ſicut à nobis ſæpe juſſum eſt, hoc aut illud partibus Eccleſiarum perſolvatur. Et hoc omnibus notum ſit, quia quicunque neglegenter exinde egerit, & coram nobis exinde neglegens repertus fuerit, illud volumus omninò ut ſubeat quod in noſtro Capitulari de hac re, communi conſultu fidelium noſtrorum, ordinavimus.

De Comitibus, ut Miniſtris Eccleſiæ in ſuis miniſteriis adjutores ſint.

Capitulare anni 823, cap. 23. Capitula Karoli Calvi, tit. 23, & tit. 34, c. 4; & tit. 36. cap. 1.

XXIII. Comites verò Miniſtris Eccleſiæ in eorum miniſteriis, ut hoc plenius & de noſtris, & de ſe & de ſuis hominibus, obtinere poſſint, adjutores in omnibus fiant. Et quicunque primâ & ſecundâ vice de his à Comite admonitus non ſe correxerit, volumus ut per eundem Comitem ejus neglegentia ad noſtram notitiam perferatur, ut noſtrâ auctoritate quod in noſtro Capitulari continetur, ſubire cogatur.

De Capitulis à Cancellario palatii ab Archiepiſcopis & Comitibus accipiendis.

Capitulare ann. 823, cap. 24.

XXIV. Volumus etiam ut capitula quæ

Capitula Karoli Calvi, tit. 14, c. 11; tit. 33 & tit. 36, cap. 4.

nunc & alio tempore conſultu fidelium noſtrorum à nobis conſtituta ſunt, à Cancellario noſtro Archiepiſcopi & Comites eorum de propriis civitatibus modò aut per ſe aut per ſuos Miſſos accipiant, & unuſquiſque per ſuam dioceſim cæteris Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, & aliis fidelibus noſtris ea tranſcribi faciant, & in ſuis comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis noſtra ordinatio & voluntas nota fieri poſſit. Cancellarius tamen noſter nomina Epiſcoporum & Comitum qui ea accipere curaverint, notet, & ea ad noſtram notitiam perferat, ut nullus hoc prætermittere præſumat. Vaſſi quoquè & vaſſalli noſtri nobis famulantes volumus ut condignum apud omnes habeant honorem, ſicut à genitore noſtro & à nobis ſæpe admonitum eſt.

De nominibus locorum in quibus Miſſi dominici legatione funguntur.

Capitulare an. 823, c. 25.

XXV. In Veſontio, quæ eſt dioceſis Bernoini Archiepiſcopi, Heiminus Epiſcopus & Monogoldus Comes. In Mogontia, quæ eſt dioceſis Heiſtulfi Epiſcopi, idem Heiſtulfus Epiſcopus & Rhuotbertus Comes. In Treveris, Hetti Archiepiſcopus & Adalbertus Comes. In Colonia Hadaboldus Archiepiſcopus & Eemundus Comes. In Rhemis, Ebbo Archiepiſcopus, quando potuerit, (& quando ei non licuerit, Rhuothadus Epiſcopus ejus vice) & Rhuotfridus Comes ſint, ſuper ſex videlicet comitatus, id eſt, Remis, Cathalon, Sueſſionis, Sivanectis, Beluacus, & Laudunum: ſuper quatuor verò epiſcopatus qui ad eandem dioceſim pertinent, id eſt, Noviomacenſem, Ambianenſem, Tarvanenſem, & Camaracenſem, Rangarius Epiſcopus & Berengarius Comes. Senones, Hieremias Archiepiſcopus & Donatus Comes. Rothomagum, Willebertus Archiepiſcopus & Ingobertus Comes. Turones Landramnus Archiepiſcopus & Rhuotbertus Comes. Lugdunum, Tarentaſia, & Vienna, Albricus Epiſcopus * & Richardus Comes.

Vide Frotar. Tull. Ep. 18. 19. 25.

Vide ſuprà, pag. 640.

Tom. 7. Spicileg. p. 165.

Vide ſuprà, pag. 640.

Lib. 3 Bibioth. Vindob. p. 322.

* Lingonenſis.

De commemoratione ad legationem prædictorum Miſſorum pertinente.

Capitulare an. 823. c. 26.

XXVI. Commemoratio quid ad prædictorum Miſſorum legationem pertineat. Primo, ut conventum in duobus aut tribus locis congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes convenire poſſint, & omnibus generaliter notum faciant qualis ſit eorum legatio, ſcilicet ad hoc eſſe ſe à nobis Miſſos conſtitutos, ut ſi quilibet Epiſcopus aut Comes miniſterium ſuum, propter quodlibet impedimentum, implere non poſſit, ad eos recurrat, & cum eorum adjutorio miniſterium ſuum adimpleat; & ſi talis cauſa fuerit quæ per eorum admonitionem emendari non poſſit, per eos ad noſtram notitiam deferatur; & ſi fortè Epiſcopus aut Comes aliquid neglegentiùs in ſuo miniſterio egerit, per iſtorum admonitionem corrigatur; & omnis populus ſciat ad hoc eos eſſe conſtitutos ut quicunque per neglegentiam aut incuriam vel impoſſibilitatem Comitis juſtitiam ſuam adquirere non potuerit, ad eos primùm querelam ſuam poſſit deferre, & per eorum auxilium juſtitiam adquirere, & quandò aliquis ad nos neceſſitatis cauſâ reclamaverit, ad eos poſſimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipſi verò Miſſi non ſine certiſſima cauſa vel neceſſitate huc illùcque diſcurrant, niſi fortè quandò tale aliquid in cujuſlibet miniſterio ad legationem ſuam pertinente ortum eſſe cognoverint, quod eorum præſentiâ indigeat & ſine illorum conſilio vel adjutorio emendari non poſſit. Inde tamen debent eſſe ſolliciti, ut propter illorum neglegentiam nihil in ſua legatione incorrectum remaneat; ſed ubi certam & veram neceſſitatem cognoverint, noſtram juſſionem adimplere non neglegant.

De hoc quòd per Miſſos dominicos ea quæ per Capitula ſtatuta ſunt, omnibus nota fieri debeant.

Ibid. c. 27.

XXVII. Volumus etiam ut omnibus notum ſit quia ad hoc conſtituti ſunt ut ea quæ per Capitula noſtra generaliter de quibuſcunque cauſis ſtatuimus, per Miſſos nota fiant omnibus, & in eorum procuratione conſiſtant, ut ab omnibus adimpleantur. Et ubi fortè aliquo tali impedimento, quod per eos emendari non poſſit, aliquid de his quæ conſtituimus ac juſſimus, remanſerit imperfectum, eorum relatu nobis ad tempus indicetur, ut per nos corrigatur quod per eos corrigi non potuit.

De admonitione ad eos qui legatione funguntur.

Ibid. c. 28.

XXVIII. Noſſe vos credimus quanti ſit ponderis legatio quam vobis commiſimus, & quàm ſit periculoſum tantæ rei curam neglegere quantam vos pro noſtra omnium communi ſalute ex noſtra obligatione ſuſcepiſſe non ignoratis. De qua re cùm vos interrogaſſemus, non ſic nobis

reſponſum eſt ut in eo reſponſo ſufficere potuiſſet ad eam diſpoſitionem quam rerum neceſſitas ad communem utilitatem pertinentium poſcere videbatur, vel quà nobis aliquod ſecuritatis ſolatium afferri potuiſſet. Et hoc ideò eveniſſe perſpeximus, quia anno præterito, quandò Capitulare legationis veſtræ vobis dedimus, cautè vos obſervare juſſimus ne ſine cauſa his quos honoratos eſſe volumus aliqua fieret injuria. Quapropter volumus vobis notum facere qualiter nunc, Domino adjuvante, eandem juſſionem noſtram debeatis adimplere. Volumus ut Miſſi noſtri, quos ad hoc conſtituros habemus ut curam & ſollicitudinem habeant qualiter unuſquiſque qui rector populi noſtri à nobis conſtitutus eſt, in ſuo ordine officium ſibi commiſſum juſtè ac Deo placitè ad honorem noſtrum ac populi noſtri utilitatem adminiſtret, in hunc modum cognoſcendi diligentiam adhibeant, ſi ea quæ in Capitulari noſtro, quod eis anno præterito dedimus, continentur, ſecundùm voluntatem Dei ac juſſionem noſtram fiant adimpleta. Itaque volumus ut medio menſe Maio conveniant iidem Miſſi, unuſquiſque in ſua legatione, cum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, ac Vaſſis noſtris, Advocatis noſtris, ac Vicedominis Abbatiſſarum, necnon & eorum qui propter aliquam inevitabilem neceſſitatem ipſi venire non poſſunt, ad locum unum. Et ſi neceſſe fuerit propter opportunitatem conveniendi in duobus vel tribus locis, vel maximè propter pauperes populi, idem conventus habeatur qui omnibus congruat; & habeat unuſquiſque Comes Vicarios & Centenarios ſuos ſecum, necnon & de primis Scabineis ſuis tres aut quatuor. Et in eo conventu primùm Chriſtianæ religionis & eccleſiaſtici ordinis collatio fiat. Deinde inquirant Miſſi noſtri ab univerſis qualiter unuſquiſque illorum qui ad hoc à nobis conſtituti ſunt, officium ſibi commiſſum ſecundùm Dei voluntatem ac juſſionem noſtram adminiſtret in populo, & quàm concordes atque unanimes ad hoc ſint, vel qualiter viciſſim ſibi auxilium ferant ad miniſteria ſua peragenda. Et tam diligenter ac ſtudioſè hanc inveſtigationem faciant, ut omnem rei veritatem per eos cognoſcere valeamus. Et ſi aliqua talis cauſa ad eorum notitiam perlata fuerit quæ illorum auxilio indigeat, ſecundùm qualitates cauſarum quæ in noſtro Capitulari continentur, tunc volumus ut illuc pergant, & ex noſtra auctoritate illud corrigere ſtudeant.

De rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis.

XXIX. Nulla ſub Romana ditione conſtituta Eccleſia, vel xenodochium vel ptochotrophium, vel noſocomium vel orphanotrophium, vel gerontocamium vel brephotrophium, vel monaſterium tam Monachorum quàm Sanctimonalium, Archimandritam habens vel Archimandritiſſam, contra hæc agere præſumat. Ergò his omnibus non liceat alienare rem immobilem, ſive domum, ſive agrum, ſive hortum, ſive ruſticum mancipium, vel panes civiles, neque creditoribus ſpecialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum contineat venditionem, donationem, permutationem, & emphitheuſeos perpetuum contractum. Sed omnes omninò Sacerdotes ab hujuſmodi alienatione ſe abſtineant, pœnas timentes quas Leoniana Conſtitutio minatur, id eſt, ut is quidem qui comparaverit, rem loco venerabili reddat cujus & antea fuerat, ſcilicet cum fructibus aliiſque emolumentis quæ in medio tempore facta ſunt; œconomum autem Eccleſiæ præſtare omne lucrum quod ex hujuſmodi prohibita alienatione ſenſerit, vel qui Eccleſiæ damnum effecerit, à miniſterio ſubmoveat, ita ut in poſterum œconomus non ſit. Non ſolùm autem ipſe, ſed etiam ſucceſſores ejus hac lege teneantur, ſive ipſe Archiœconomus alienaverit, ſive reſpiciens alienantem Epiſcopum non prohibuerit; multò magis ſi conſenſerit. Tabellionem autem qui talia interdicta inſtrumenta conſcripſit, perpetuo exilio tradi oportet. Magiſtratus autem qui eadem inſtrumenta admiſerunt, & Officiales qui operam dederunt ut & monumentis intimentur donationes, vel cæteræ alienationes actis intervenientibus confirmentur, non ſolùm magiſtratu, ſed etiam dignitate & facultatibus ſuis cedant. Remittit autem conſtitutio ea quæ in præterito tempore acta ſunt. Excipit autem quoſdam contractus, quos in ſequentibus exponit capitulis, per quos & Eccleſiarum immobiles res alienari poſſunt; Xenodochium, id eſt, locus venerabilis in quo peregrini ſuſcipiuntur; Ptochotrophium, id eſt, locus venerabilis in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur; Noſocomium, id eſt, locus venerabilis in quo ægroti homines curantur; Orphanotro-

Julian. Antecеſſ. Nov. 7. c. 1. Regino, lib. 1. c. 360. Burchard. lib. 3. cap. 164. Ivo, par. 3. c. 183; & par. 17. c. 137.

Vid. Cujac. lib. 16 Obſerv. c. 17. A Coſta, pag. 261.

L. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ.

phium, id eſt, locus venerabilis in quo parentibus orbati pueri paſcuntur; Gerontocomium, id eſt, locus venerabilis in quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur; Brephotrophium, id eſt, locus venerabilis in quo infantes aluntur.

De hoc quomodò liceat ad Imperatorem res ſancti loci transferre.

Vid. Tom. 1. Metrop. Salisburg. pag. 350. aliud Diploma.

XXX. Si Princeps voluerit rem immobilem ſancto loco præſtare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei divinâ pragmaticâ ſanctione ab eo promulgatâ.

Julian. Aurecenſ. Ibid. c. 2.
Regino, lib. 1. cap. 361.
Burchard. lib. 3. cap. 165.
Ivo, par. 3. cap. 184.
Lib. 3. Decretal. in. 19. cap. 1.

De orphanis exheredatis ſubveniendum.

Concil. Mogunt. ſub Karolo Magn. c. 6.

XXXI. Propter iſtius itaque pacis concordiam conſervandam, placuit nobis de orphanis & pauperibus, qui debitè vel indebitè dicuntur amiſiſſe hereditatem paterni vel materni juris ad ſe legibus pertinentem, ſi alicubi inventi fuerint quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt, aliorum ſcilicet ſuaſionibus aut petitionibus vel aliquo ingenio, omninò volumus atque decrevimus emendari, quantùm ad nos vel ad noſtram pertinet poteſtatem, juxta voluntatem Dei & veſtram ſanctam admonitionem & conſiderationem; ut ſi fortè extra officium noſtrum alicubi inventum fuerit, admonere veſtram clementiam audeamus ut emendetur.

De rebus pauperum vel minùs potentum malâ occaſione non emendis.

Ibid. c. 7.

XXXII. Propter provitiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis ut nec Epiſcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nulluſque omninò ſub mala occaſione vel malo ingenio res pauperum vel minùs potentum nec emere nec vi tollere audeat; ſed quiſquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis teſtibus & cum ratione hoc faciat. Ubicunque autem aliter inventum fuerit, factum hoc omnino emendetur per juſſionem noſtram.

Qualiter juſtitiæ fiant pauperibus.

XXXIII. De cauſis viduarum, pupillorum, orphanorum, vel reliquorum pauperum, ut in primo conventu ante mediam diem illorum ratio vel querela audiatur & definiatur, & poſt mediam diem cauſa regia & Eccleſiarum vel potentum hominum: quia ipſi pauperes non habent facultatem unde ſuſtentare ſe poſſint donec ad eorum perveniant juſtitiam, & ideò tantos clamores faciunt ad aures noſtras.

De illis hominibus qui injuſtas querelas habent.

Notæ ad Concord. Regular. pag. 141.

XXXIV. De illis hominibus qui injuſtè ſuper alios homines querelas faciunt, de quibus volumus, ſi inventus fuerit aliquis qui non habeat juſtitiam cauſandi vel reclamandi, & revictus fuerit, propter illam calumniam quam fecit, ſecundùm legem & æquitatem juſtitiam reddat.

De feſtivitatibus anni.

Concil. Moguntinc. cap. 36. Regino, lib. 1. c. 377, 378.

XXXV. Feſtos dies in anno celebrare ſanximus, hoc eſt, diem dominicum Paſchæ cum honore & ſobrietate venerari, ſimili modo totam hebdomadam illam obſervare decrevimus. Diem aſcenſionis Domini pleniter celebrare. In Pentecoſte, ſimiliter ut in Paſcha. In natali Apoſtolorum Petri & Pauli, diem unum. Nativitatem ſancti Johannis Baptiſtæ, aſſumptionem ſanctæ Mariæ, dedicationem ſancti Michaelis, natalem ſancti Remigii, ſancti Martini, ſancti Andreæ. In natali Domini dies quatuor, octavas Domini, Epiphaniam Domini, purificationem ſanctæ Mariæ. Et illas feſtivitates Martyrum vel Confeſſorum obſervare decrevimus quorum in unaquaque parochia ſancta corpora requieſcunt.

De antiquis Eccleſiis, ut honorem ſuum habeant.

Vide infrà, cap. 47.

XXXVI. Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ nec decimis nec aliis poſſeſſionibus priventur, ita ut novis Oratoriis tribuantur.

Tom. I. Concil. Angl. p. 160, cap. 24.
Concil. Arelat. VI. c. 20.
Capitulare I. anni 813, cap. 19.
Hincmarus in Remula, pag. 430.
Concil. Troſl. c. 6.
Regino, lib. 1, cap. 29.
Burchard. lib. 3. cap. 9.
Gratian. 16. quæſt. 1. cap. 43. *Eccleſiæ.*

De ſpiritualibus filiolis.

Concil. Mog. c. 47. Regino, lib. 1. c. 273.

XXXVII. Deinde præcipimus ut unuſquiſque compater vel proximi ſpirituales filios ſuos catholicè inſtruant.

De hoc ut Sacerdotes inreprehenſibiles ſint.

Concil. Cabilon. II. cap. 5.

XXXVIII. Ut juxta Apoſtoli vocem Sacerdotes inreprehenſibiles ſint, & moribus ornati, & nequaquam turpibus lucris

Regino, lib. 1. c. 230. Burchard. lib. 2. cap. 205.

lucris deſerviant, juxtà illud quod ait Scriptura: *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probavit.* Et à turpibus lucris & uſuris non ſolùm ipſi abſtineant, verùm etiam plebes ſibi ſubditas abſtinere inſtituant.

De hoc ut ab incęſtuoſis, & ab his qui decimas non dant, & à Presbyteris negligenter viventibus wadii non accipiantur.

Concil. Cabilon. II. c. 18. Regino, lib. 2. c. 164. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 10.

XXXIX. Dictum eſt nobis quòd in quibuſdam locis Epiſcopi & Comites ab inceſtuoſis, & ab his qui decimas non dant, wadios accipiant, & à Preſbyteris pro quibuſdam negligentiis, & inter ſe pecuniam dividant. Quod penitùs abolendum decrevimus, ne fortè avaritiæ locus detur. Et conſtituimus ut inceſtuoſi juxtà canonicam ſententiam pœnitentiâ multentur.

Concil. Cabilon. II. c. 19. Regino, lib. 1. c. 45.

Qui verò decimas poſt creberrimas admonitiones & prædicationes Sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento verò eos conſtringi nolumus, propter periculum perjurii.

De diſcretione in corporis & ſanguinis dominici perceptione.

Homil. ex Cod. Lugd. pag. 23. Concil. Cabilon. II. cap. 46. Concil. Pariſ. VI, lib. 3. c. 20. Regino, lib. 1. c. 195. Burchard. lib. 5. c. 14. Ivo, par. 2. cap. 24.

XL. In perceptione corporis & ſanguinis dominici magna diſcretio adhibenda eſt. Cavendum eſt enim ne ſi nimiùm in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, dicente Domino: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & ſanguinem ejus biberitis, non habebitis vitam in vobis.* Si verò indiſcretè accipiatur, timendum eſt illud quod ait Apoſtolus: *Qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit.* Juxtà ejuſdem ergò Apoſtoli documentum probare ſe debet homo, & ſic de pane illo manducare, & de calice bibere; ut videlicet abſtinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animamque ſuam, præparet ſe ad percipiendum tantum ſacramentum; exemplo David, qui niſi ſe confeſſus fuiſſet abſtinuiſſe ab opere conjugali ab heri & nudius tertius, nequaquam panes propoſitionis à Sacerdote accepiſſet.

De hominibus diverſarum conditionum, & de his qui eis prælati ſunt.

Concil. Cabilon. II. c. 51. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 4. c. 4. Burchard. lib. 15. cap. 32. Ivo, par. 16. cap. 33.

XLI. Quia ergò conſtat in Eccleſia diverſarum conditionum homines eſſe, ut ſint nobiles & ignobiles, ſervi, coloni, inquilini, & cætera hujuſcemodi omnia, oportet ut quicunque eis prælati ſunt, ſivè Clerici ſivè Laici, clementer ergà eos agant, & miſericorditer eos tractent, ſivè in exigendis ab eis operibus, ſivè in accipiendis tributis & quibuſdam debitis. Sciantque eos fratres ſuos eſſe, & unum ſecum patrem habere Deum, cui clamant: *Pater noſter, qui es in cœlis*; & unam matrem ſanctam Eccleſiam, quæ eos intemerato ſacri fontis utero gignit. Diſciplina igitur eis miſericordiſſima & gubernatio opportuna adhibenda eſt; diſciplina, ne indiſciplinatè vivendo auctorem ſuum offendant; gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeantibus prælatorum adminiculo deſtituti fateſcant.

Vide lib. 1. cap. 426.

De feminis & Abbatiſſis, quales ſint quæ monaſteriis puellaribus præferri debent

Concil. Cabilon. II. c. 52. Concil. Troſl. c. 3. *Vid.* infrà, lib. 5. cap. 384.

XLII. Monaſteriis ſanè puellaribus tales præferri debent feminæ & Abbatiſſæ credi quæ & ſe & ſubditum gregem cum magna religione & ſanctitate cuſtodire noverint, & his quibus præſunt prodeſſe non deſinant. Sed & ſe & alias ita obſervent utpote vaſa ſancta in miniſterio Domini præparata; tales enim ſe debent exhibere ſubditis in habitu, in veſte, & in omni victu, ut eis ad cœleſtia regna pergentibus ducatum præbeant. Sciant etiam ſe pro his quas in regimine acceperunt, in conſpectu Domini rationem reddituras.

De inceſtuoſis & homicidis Sacerdotum admonitionibus aurem nolentibus accommodare.

Conc. Turon. III c. 41. Burchard. lib. 7 c. 29. Ivo, par. 9. c. 65, & par. 16. c. 345. Gratian. 23. q. 5. c. 22 *Inceſtuoſi.* *Vide* Add. III. c. 92.

XLIII. Inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos (proh dolor!) reperiuntur, ſed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus: quos oportet per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam prava conſuetudine coercere, qui per ſalutifera Sacerdotum monita noluerunt revocari: quorum aliquos jam excommunicavimus, ſed illi hoc parvipendentes in iiſdem perdurârunt criminibus. Quamobrem veſtra decernat manſuetudo quid de talibus deinceps agendum ſit.

De dominis ſubditorum admonendis.

Conc. Turon. III c. 49.

XLIV. Admonendi ſunt domini ſubditorum ut circà ſuos piè & miſericorditer agant, nec eos quâlibet injuſtâ occaſione condemnent, nec vi opprimant, nec illorum ſubſtantiolas injuſtè tollant, nec ipſa debita, quæ à ſubditis reddenda ſunt, impiè ac creduliter exigantur.

De corporis Domini & ſanguinis communicatione Laicorum.

XLV. Ut ſi non frequentiùs, vel ter Laici homines in anno communicent, niſi

fortè quis majoribus quibuſlibet criminibus impediatur.

Concil. Turon. III. c. 50.
Regino, lib. 1. cap. 195.
Burchard. lib. 5. cap. 17.
Ivo, par. 2. cap. 37.
Gratian dist. 2. de Conſecrat. c. 16. *Et ſi non.*

De eruditione filiorum à parentibus & patrinis.

Concil. Arelat. VI. c. 19. Regino, lib. 1. c. 374.

XLVI. Ut parentes filios ſuos, & patrini eos quos de fonte lavacri ſuſcipiunt erudire ſummoperè ſtudeant; illi, quia eos genuère, & eis à Domino dati ſunt; iſti verò, quia pro eis fidejuſſores exiſtunt. Liber Sacram. pag. 107.

De Eccleſiis antiquitùs conſtitutis.

XLVII. Ut Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ nec decimis, nec aliâ ullâ poſſeſſione priventur. *Vide* ſuprà, cap. 36.

De ſepultura.

XLVIII. Ut de ſepeliendis in baſilicis mortuis illa Conſtitutio ſervetur quæ ab antiquis patribus conſtituta eſt. Concil. Arelat. VI. c. 21. Regino, lib. 1, c. 125.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT TERTII PRÆLOCUTIUNCULA LIBELLI.

Superiùs in duobus Libellis Capitula eccleſiaſtica præfatorum Principum Domni Karoli Imperatoris, & Domni ac glorioſiſſimi Hludouvici Auguſti, deſcripſi. Nunc autem illa ad mundanæ augmentum Legis pertinentia, quæ Domnus Karolus Imperator edidit, in hoc tertio adunavi Libello.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De pace ſervanda.*
2. *De juſtitiis generalibus.*
3. *De juſtitiis regalibus.*
4. *De armis non portandis.*
5. *De armatura in hoſte habenda.*
6. *De negotiatoribus quouſquè procedant.*
7. *De clamatoribus vel cauſidicis.*
8. *De juramento infantium.*
9. *De conſpirationibus.*
10. *De perjuriis.*
11. *De Advocatis, Vicedominis, Vicariis & Centenariis.*
12. *De teloneis.*
13. *De falſis monetis.*
14. *De heribanno.*
15. *De cenſu regali.*
16. *De liberis hominibus uxores fiſcalinas habentibus.*
17. *De cura Miſſorum dominicorum.*
18. *De æquitate à Miſſis dominicis facienda*
19. *De his qui beneficia habent.*
20. *De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.*
21. *De his qui propter propriam juſtitiam dilatandam fugantur.*
22. *De armis ad placitum non portandis.*
23. *De latronibus.*
24. *De animalibus vel aliis rebus, à quibus emantur.*
25. *De homicidiis Clericorum.*
26. *De immunitate, ſi aliquod damnum ibi factum fuerit.*
27. *De eo qui alium in judicio injuſtè contrà alium altercantem adjuvare præſumpſerit.*
28. *De homine qui per chartam libertatem conſecutus eſt.*
29. *De homine libero qui ſe loco wadii tradidit.*
30. *De debitis regalibus, qualiter ſolvi debeant.*
31. *De eo qui cauſam judicatam repetere præſumit.*
32. *De eo qui in teſtimonium aſſumitur, qualis eſſe debeat.*
33. *De Scabineis, Advocatis, Notariis à Miſſis dominicis eligendis.*
34. *De illis qui legem ſervare contemnunt.*
35. *De heribannatoris conjecto.*
36. *De colonis & fiſcalinis.*
37. *De homine in judicium non mittendo ſine cauſa.*
38. *De cauſa ebrii hominis, & de ejus teſtimonio, & de placito Comitis.*
39. *De Miſſis dominicis vel cæteris hominibus diſcurrentibus.*
40. *De illis qui ad placitum banniri debeant.*
41. *De falſis teſtibus.*
42. *De non jurando per vitam Regis.*
43. *De eo qui per chartam ingenuus eſt, ſi ad ſervitium interpellatus fuerit.*

44. *De ſervo qui dannum quodlibet perpetrat.*
45. *De mannitione ſecundùm legem ad mallum.*
46. *De adlore rei.*
47. *De hominibus ad mortem dijudicatis, & poſteà eis vita conceſſa, ſi juſtitiam quæſierint.*
48. *De homine cùi poſt judicium vita conceſſa eſt, ſi juſtitiam reddere nolueris.*
49. *De latrone forbannito à libero homine ſuſcepto.*
50. *De Comite latronem in forbannum mittente.*
51. *De liberis hominibus qui ad mallum venire cogendi ſunt.*
52. *De teſtibus ad teſtimonium dicendum, qualiter adhibeantur.*
53. *De juſtitiâ cujuſlibet à nullo quolibet dilatanda.*
54. *De non cogendo ad pontem ire causâ telonei.*
55. *De hoc ſi Presbyter ſanctum chriſma dederit ad judicium ſubvertendum.*
56. *De Judicibus, Advocatis, Præpoſitis, & reliquis Miniſtris, quales ſint.*
57. *De mallo publico.*
58. *De ſacramentis ad palatium adhramitis.*
59. *De impedimento clamatorum.*
60. *De fugitivis contrà præceptum dominicum occultatis.*
61. *De nimiùm blaſphemis latronibus.*
62. *De pace infrà patriam.*
63. *De junioribus in populo vulgari diſtinguendis.*
64. *De hoc ſi ſuper Miſſum dominicum cùm collecta & armis quis venerit.*
65. *De eo qui domum alienam cujuſlibet infregerit.*
66. *De meſſibus vel annonis in hoſte raptis vel furatis.*
67. *De libero homine in hoſtem bannito*
68. *De heribanno exactando.*
69. *De his qui regales habent honores, & in hoſtem banniti ad conditum placitum non venerint.*
70. *De his qui ſine licentia de hoſte reverteruntur.*
71. *De his qui beneficia Principum habent.*
72. *De non cogendo bibere in hoſte.*
73. *De voſſis adhuc in palatio ſervientibus, & tamen beneficia habentibus.*
74. *De præparatione ad hoſtem ſecundùm antiquam conſuetudinem.*
75. *De hoc ut non niſi permiſſione regali brunia vel gladius homini extraneo à quolibet detur aut vendatur.*
76. *De cauſarum & litium terminis.*
77. *De Epiſcopis, Comitibus, & potentioribus, ſi cauſam inter ſe habuerint.*
78. *De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam eligendis.*
79. *De placito Centenarii.*
80. *De inquiſitione & deſcriptione uniuſcujuſque Miſſi in ſuo miſſatico.*
81. *De beneficiis, qualiter condicta ſint.*
82. *De beneficiis Epiſcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fiſcis regalibus deſcribendis.*
83. *De legationibus propter juſtitias, quo tempore exerceantur.*
84. *De juſſione dominica in quolibet miſſatico non adimpleta.*
85. *De cenſu regali inquirendo.*
86. *De rebus de quibus cenſus ad partem Regis exire ſolebat.*
87. *De placitis à Miſſis dominicis Comitibus notum faciendis.*
88. *De fidelitate Regis promittenda.*
89. *De homicidiis infrà patriam factis.*
90. *De menſuris & ponderibus.*
91. *De pace in hoſte vel infrà patriam.*

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De pace ſervanda.

I. DE pace admonemus ut omnes qui per aliqua ſcelera ei rebelles ſunt, conſtringantur.

Capitulare II. anni 805. cap. 1.
Capitula Karoli Calvi, tit. 23.
Concil. apud S. Macr. cap. 6.

De juſtitiis generalibus.

II. De juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum & pupillorum, præcipimus ut in publicis judiciis non deſpiciantur clamantes, ſed diligenter audiantur. Capitulare III. anni 805. c. 2. 3.

Capitulare II. an. 805. cap. 2.

De juſtitiis regalibus.

III. De juſtitiis regalibus, ut pleniter fiant inquiſitæ.

De armis non portandis.

IV. De armis infrà patriam non portandis, id eſt, ſcutis & lanceis & loricis. Si faidoſus quis ſit, diſcutiatur tunc quis è duobus contrarius ſit ut pacati fiant, & diſtringantur ad pacem, etiam ſi noluerint. Et ſi aliter ſe pacificare nolunt, adducan Ibid. c. 3. & 4. Ibid. c. 5. & 7. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 37. c. 2. Ivo, par. 10. cap. 42.

tur in noſtram præſentiam. Et ſi aliquis poſt pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit perdat, & inſuper bannum dominicum ſolvat.

De armatura in hoſtem habenda.

Capitulare III. an. 805. cap. 6. & 8.

V. De armatura in exercitu, ſicut jam anteà in alio Capitulari commendavimus, ita ſervetur; & inſuper omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat. Qui vero bruniam habens, eam ſecum non tulerit, omne beneficium cum brunia pariter perdat.

De negotiatoribus quo aduſquè procedant.

Ibid. c. 7. & 9. Capitula Karoli Calvi, tit. 36, cap. 25. *Vide* Geſta Dagob. I, cap 27. Annales Fuld. ad an. 872.

VI. De negotiatoribus qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quouſquè procedere cum ſuis negotiis debeant, id eſt, partibus Saxoniæ uſque ad Bardenwich, & ad Magadoburg, & ad Erpeſfurd, & ad Halaxſtat, & ad Foracheim, & ad Breemberg, & ad Reginisburc, & ad Lauriacum; & ut arma & brunias non ducant ad venundandum. Quòd ſi inventi fuerint portantes, omnis ſubſtantia eorum auferatur ab eis; dimidia quidem pars partibus palatii, alia verò medietas inter jam dictos Miſſos & inventorem dividatur.

De clamatoribus vel cauſidicis.

Capitulare III. anni 805 cap. 8. & 10.

VII. De clamatoribus vel cauſidicis qui nec judicium Scabineorum adquieſcere nec blaſphemare volunt, antiqua conſuetudo ſervetur, id eſt, ut in cuſtodia recludantur donec unum è duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re clamaverint, & litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tamen in carcere ponantur; ſed cum cuſtodia & cum ipſis litteris pariter ad palatium noſtrum remittantur, ut ibi diſcutiantur ſicut dignum eſt.

Vide Epiſt. S Bonifac. pag. 143.

De juramento.

Capitulare II. an. 805 cap. 9. 11. & 12. Regino, lib. 1. c. 314.

VIII. De juramento, ut nulli alteri per ſacramentum fidelitas promittatur, niſi nobis & unicuique proprio Seniori ad noſtram utilitatem & ſui Senioris; excepto his ſacramentis quæ juſtè ſecundùm legem alteri ab altero debentur. Et infantes qui anteà non potuerunt propter juvenilem ætatem jurare, modò fidelitatem repromittant.

De conſpirationibus.

Capitulare II. an. 805. c. 10. & 11. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 17. c. 11. Regino, lib. 2. c. 434.

IX. De conſpirationibus verò, quicumque conſpirationem facere præſumpſerint, & ſacramento quamcunque conſpirationem firmaverint, ut triplici ratione judicentur. Primò, ut ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuit, auctores facti interficiantur; adjutores vero eorum ſinguli alter ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant. Ubi vero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, & capillos ſibi viciſſim detondeant. Si verò per dextras aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut jurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non feciſſe; aut ſi facere non potuerint, ſuam legem componant. Si vero ſervi ſunt, flagellentur. Et ut de cætero in regno noſtro nulla hujuſmodi conſpiratio, nec per ſacramentum, nec ſine ſacramento fiat.

De perjuriis.

Capitulare II. an. 805. c. 11 & 13. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. c. 9. Lib. 2. leg. Longobar. tit 51. c. 2. Regino, lib. 2. c. 314. Notæ ad Concord. Regul. pag. 728, 967, 1073. Tom. 12. Spicileg. p. 219.

X. De perjuriis, ut caveantur, & non admittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non ſoli accuſatori liceat teſtes eligere, abſente ſuo cauſatore. Et omninò nullus niſi jejunus ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Si verò aliquis refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipſo pago aut de vicinis centenis eligantur, niſi fortè longiùs extra comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum aut redimat. *Vide ſecundam Appendicem libri quarti, cap.* XVI.

Chartular Foſſat. pag. 159. Hiſtoria d'Ugo, Principe di Toſcana, pag. 107.

De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis.

Capitulare II. an. 805. cap. 12. & 14. Lib 2. leg. Longobar. tit. 47. c. 1.

XI. De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, & Centenariis pravis, ut tollantur, & tales eligantur quales & ſciant & velint juſtè cauſas diſcernere & terminare. Et ſi Comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur.

De teloneis.

Capitulare II. an 805. c. 13. & 15. Ivo, par. 16. c. 266.

XII. Placet nobis ut antiqua & juſta telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàmque de navigiis, ſeu mercatis. Nova verò ſeu injuſta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adjutorium itinerantibus præſtatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de una domo ſuo ad aliam, aut ad palatium, aut in exercitum ducunt, teloneum nullatenùs ab eis exigatur.

Vide Privilegia ſancti Martini & ſancti Maximini.

De falſis monetis.

Capitulare II. an. 805. c. 18. & 20.

XIII. De falſis monetis, quia in multis locis contra juſtitiam & contra edictum fiunt, volumus ut in nullo alio loco moneta

ſit, niſi in palatio noſtro; niſi fortè iterùm à nobis aliter fuerit ordinatum.

De heribanno.

Capitulare II. an. 805. cap. 19. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. cap. 27. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 6. c. 1. Bignon. p. 345.

XIV. De heribanno volumus ut Miſſi noſtri fideliter exactare debeant abſque ullius perſonæ gratiâ, vel blanditiâ ſeu terrore, ſecundùm juſſionem noſtram: id eſt, ut de homine habente libras ſex in auro, argento, bruneis, æramento, pannis integris, caballis, bubus, vaccis, vel alio peculio, & uxores eorum vel infantes non fiant deſpoliati pro hac re, de eorum veſtimentis accipiant legitimum heribannum, id eſt, libras tres. Qui verò non habuerit ampliùs in ſuprafcripto pretio valente niſi libras tres, ſolidi triginta ab eo exigantur, id eſt, libra & dimidia. Qui autem non habuerit ampliùs niſi libras duas, ſolidi decem. Si verò unam habuerit, ſolidi quinque, ita ut iterùm ſe valeant præparare ad Dei ſervitium & ad noſtram utilitatem. Et noſtri Miſſi caveant & diligenter inquirant ne per aliquod malum ingenium ſubtrahant noſtram juſtitiam, alteri tradendo aut commendando.

De cenſu regali.

Capitulare II. an. 805. cap. 20. & 22. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. c. 28.

XV. Cenſus regalis undecunque legitimè exiebat, volumus ut inde ſolvatur, ſive de propria perſona hominis, ſive de rebus.

De liberis hominibus uxores fiſcalinas habentibus.

Capitulare II. an. 805. c. 22. & 24. Ivo, par. 8. c. 51. & par. 16. c. 346. Ivo, epiſt. 147. Vadianus, pag. 75. Rhenanus, pag. 94.

XVI. De liberis hominibus qui uxores fiſcalinas regias, & de feminis liberis quæ homines ſimiliter fiſcalinos regios accipiunt, ut non de hereditate parentum, vel de cauſa ſua quærenda, nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis etiam nobis in hac cauſa honor ſervetur qualis & anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus ſervatus eſſe cognoſcitur.

De cura Miſſorum dominicorum.

Capitulare V. an. 806. cap. 1.

XVII. Unuſquiſque in ſuo miſſatico maximam habeat curam ad prævidendum & ordinandum ac diſponendum ſecundùm voluntatem Dei & ſecundum juſſionem noſtram.

Ibid. c. 6. *De æqualitate à Miſſis dominicis facienda.*

XVIII. Volumus ut æqualiter Miſſi noſtri faciant de ſingulis cauſis, ſive de heribanno, ſive de advenis, ſive de cæteris quibuſlibet cauſis. De advenis volumus jam diu conjugatis per ſingula loca, ut ibi maneant, & ſine cauſa & ſine aliqua culpa non fiant ejecti. Fugitivi verò ſervi & latrones redeant ad propria loca.

De his qui beneficia habent regalia.

Ibid. c. 7.

XIX. Auditum habemus qualiter & Comites & alii homines qui noſtra beneficia habere videntur, comparant ſibi proprietates de ipſo noſtro beneficio, & faciunt ſervire ad ipſas proprietates ſervientes noſtros de eorum beneficio, & curtes noſtræ remanent deſertæ, & in aliquibus locis ipſi vicinantes multa mala patiuntur.

De his qui fraudem faciunt in regalibus beneficiis.

Ibid. c. 8.

XX. Audivimus quòd aliqui reddant beneficium noſtrum ad alios homines in proprietatem, & in ipſo placito dato pretio comparant ipſas res iterùm ſibi in alodem. Quod omninò cavendum eſt, quia qui hoc faciunt, non bene cuſtodiunt fidem quam nobis promiſſam habent. (Et ne fortè in aliqua infidelitate inveniantur; quia qui hoc faciunt, per eorum voluntatem ad aures noſtras talia opera illorum non perveniunt *).

Sirmond. ad Goffrid. pag. 5.

* [*In Edit. Pithœana ann. 1603 hic locus ſic legitur*: Et nè fortè in aliqua infidelitate inveniantur, qui hoc faciunt, deinceps caveant ſe omninò à talibus ne à propriis honoribus, à proprio ſolo, à Dei gratia, & à noſtra exortes fiant.]

De his qui propter propriam juſtitiam dilatandam fugantur.

Capitulare V. an. 806. cap 9.

XXI. Sunt & alii qui juſtitiam legibus recipere debent, & in tantum fiunt in quibuſdam locis fatigati uſque dum illorum juſtitiam per fidejuſſorum manus tradant, ita ut aliquid vel parvum poſſint habere, & fortiores ſuſcipiant majorem portionem.

De armis ad placitum non portandis.

Capitulare III. anni 806, c. 1. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 46. c. 1.

XXII. Ut nullus ad mallum vel ad placitum infra patriam arma, id eſt, ſcutum & lanceam, portet.

De latronibus.

Capitulare III. anni 806. c. 2. Capitula Karoli Calvi, tit. 14. c. 6. & tit. 45. cap. 1. Lib. 1. leg. Longob. tit. 25. c. 75. Ivo, par. 16. c. 223. 347.

XXIII. De latronibus præcipimus, quicunque poſt Miſſam ſancti Johannis latroni manſionem dederit, ſi Francus eſt, cum duodecim ſimilibus Francis juret quòd ipſe latronem eum fuiſſe non ſciſſet, licèt pater ejus ſit, aut frater, vel propinquus. Si hoc jurare non potuerit, & ab alio convictus fuerit quòd latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro & infidelis judicetur: quia latro eſt & infidelis noſter & Francorum, & qui illum ſuſcepit, ſimilis eſt illi. Si autem audivit quòd latro fuiſſet, & tamen non ſcit profirmiter, aut juret ſolus quòd nunquam audiſſet, nec per veritatem, nec per mendacium, eum latronem eſſe; aut ſit paratus, ſi ille de latrocinio poſteà convictus fuerit, ut ſimiliter damnetur.

De animalibus vel aliis rebus, à quibus emanetur.

Capitulare III. anni 806. c. 5. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 28. c. 4. Ivo, par. 16. c. 308.

XXIV. Ut nullus comparet caballum, bovem, & jumentum, vel alia, niſi illum hominem cognoſcat qui eum vendit, aut de quo pago eſt, vel ubi manet, aut quis eſt ejus Senior.

De homicidiis Clericorum.

XXV. Qui Subdiaconum occiderit, trecentos ſolidos componat. Qui Diaconum occiderit, quadringentos ſolidos componat. Qui Preſbyterum, ſexcentos ſolidos componat. Qui Epiſcopum, nongentos ſolidos componat. Qui Monachum, quadringentos ſolidos componat.

Capitulare II. anni 803, cap. 1.
Lex Ripuarior. tit. 36.
Concil. Troſl. c. 13.
Iſaac, tit. 2 cap. 5.
Regino, lib. 2. cap 45.
Gratian. 17 q. 4. cap. 27. *Qui Subdiaconum.*

De immunitate, ſi aliquod damnum ibi factum fuerit.

Capitulare II. an. 803 cap. 2. Capitula Karoli Calvi, tit. 56. c. 28 & tit. 95. c. 3. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 40. c. 4.

XXVI. Si quis in immunitate damnum aliquod fecerit, ſexcentos ſolidos componat. Si autem homo furtum aut homicidium vel quodlibet crimen foris committens, infra immunitatem fugerit, mander Comes vel Epiſcopo, vel Abbati, vel Vicedomino, vel illi quicunque locum Epiſcopi vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit & eum reddere noluerit, in prima contradictione ſolidis quindecim culpabilis judicetur. Si ad ſecundam inquiſitionem eum reddere noluerit, triginta ſolidis culpabilis judicetur. Si nec ad tertiam inquiſitionem conſentire voluerit, quicquid reus damni fecerit, totum ille qui eum infra immunitatem retinet, nec reddere vult, ſolvere cogatur. Et ipſe Comes veniens licentiam habeat ipſum hominem infra immunitatem quærendi, ubicunque eum invenire potuerit. Si autem ſtatim in prima inquiſitione Comiti reſponſum fuerit quod reus infra immunitatem quidem fuiſſet, ſed fugâ lapſus ſit, juret quod ipſe eum ad juſtitiam cujuſlibet diſfaciendam fugere non feciſſet, & ſit ei in hoc ſatisfactum. Si autem intranti in ipſam immunitatem Comiti collectâ manu quiſlibet reſiſtere tentaverit, Comes hoc ad Regem vel ad Principem deferat, ibique judicetur, ut ſicut, ille qui in immunitate damnum fecit ſexcentos ſolidos componere debeat, ita qui Comiti collectâ manu reſiſtere præſumpſerit, ſexcenis ſolidis culpabilis judicetur.

De eo qui alium in judicio injuſtè contra alium altercantem adjuvare præſumpſerit.

Capitulare II. an 803. cap. 4. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 19.

XXVII. Si quis hominem in judicio injuſtè contra alium altercantem adjuvare per malum ingenium præſumpſerit, atque inde coram Judicibus vel coram Comite increpatus fuerit, & negare non potuerit, ſolidis quindecim culpabilis judicetur.

De homine qui per chartam libertatem conſecutus eſt.

Capitulare II. an. 803, cap. 7. Lib. 2 leg. Long. tit. 35. c. 10. *Vide* Leg. Bajuvar. tit. 6. cap. 3. Concil. Vern. c. 6.

XXVIII. Si quis per chartam ingenuitatis à domino ſuo legitimè libertatem eſt conſecutus, liber permaneat. Si verò aliquis eum injuſtè inſervire tentaverit, & ille chartam ingenuitatis ſuæ oſtenderit, & adverſarium ſe inſervire velle comprobaverit ille qui hoc tentaverit, multam quæ in charta deſcripta eſt ſolvere cogatur. Si verò charta non paruerit, ſed jam ab illo qui eum inſervire voluerit diſfacta eſt, wirgildum ejus componat, duas partes illi quem inſervire voluerat, tertiam Regis & ille iterùm per præceptum Regis libertatem ſuam conquirat.

De homine libero qui ſe loco wadii tradidit.

Capitulare II. an. 803. cap. 8. Capitula Karoli Calvi, tit. 36 c. 32. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 34. c. 2.

XXIX. Liber qui ſe loco wadii in alterius poteſtatem commiſerit, ibique conſtitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, qui eum in loco wadii ſuſcepit, aut damnum ſolvat, aut hominem in mallo productum dimittat, perdens ſimul debitum propter quod eum pro wadio ſuſcepit. Et qui damnum fecit, dimiſſus juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si verò liberam feminam habuerit, uſque dum in pignore extiterit, & filios habuerint, liberi permaneant.

De debitis regalibus, qualiter ſolvi debeant.

Capitulare II an. 803, cap. 9. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 22. c. 2. Aſſertor Gall. p. 49.

XXX. Omnia debita quæ ad partem Regis ſolvi debent, ſolidis duodecim denariorum ſolvantur; excepto freda quæ in lege Salica conſcripta eſt. Illa eodem ſolido quo cæteræ compoſitiones ſolvi debent, componatur.

De eo qui cauſam judicatam repetere præſumit.

Capitulare II an. 803. cap. 10. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 59. c. 2. Hincmar. in Reculn pag. 430. Regino, lib. 2. c. 115.

XXXI. Si quis cauſam judicatam repetere præſumpſerit in mallo, ibique teſtibus convictus fuerit, aut quindecim ſolidos componat, aut quindecim ictus ab Scabineis qui cauſam priùs judicaverunt, accipiat.

De eo qui in teſtimonium aſſumitur, qualis eſſe debeat.

Capitulare II an. 803. cap. 11.

XXXII. Optimus quiſque in pago vel civitate in teſtimonium aſſumatur, &

cui ille contra quem teſtimoniare debet, nullum crimen poſſit indicare.

Lib. 2. leg. Longobard. tit. 51, cap. 3.
Regino, lib. 2, cap. 335.
Burchard. lib. 16, cap. 35.
Gratian. 4. q. 2. cap. 2. *Placuit.*

De Scabineis, Advocatis, Notariis à Miſſis dominicis eligendis.

Capitulare III. an. 803. cap. 3.

XXXIII. Ut Miſſi noſtri Scabineos, Advocatos, Notarios per ſingula loca eligant, & eorum nomina, quandò reverſi fuerint, ſecum ſcripta deferant.

De illis qui legem ſervare contemnunt.

Ibid. c. 4.

XXXIV. De his qui legem ſervare contempſerint, ut per fidejuſſores ad præſentiam Regis deducantur.

Lib. 3. leg Longob. tit. 21, cap. 1.
Hincmar. in Rotula, pag. 430.

De heribannatoris conjectu.

Ibid. c. 5. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 6. c. 3.

XXXV. Ut illi qui heribannum ſolvere debent, conjectum faciant ad heribannatorem.

De colonis & fiſcalinis.

Capitulare III. anni 803. c. 10.

XXXVI. Ut nec coloni nec fiſcalinus poſſint alicubi traditiones facere.

Lib. 2. leg. Longob tit 32, cap. 6.

De homine in judicium non mittendo ſine cauſa.

Ibid. c. 11.

XXXVII. Ut nullus præſumat hominem in judicium mittere ſine cauſa, niſi judicatum fiat.

Lib. 3. leg. Longob. tit. 23, cap. 1.
Ivo, par. 16, cap. 305.

De cauſa ebrii hominis, & de ejus teſtimonio, & de placito Comitis.

Ibid. c. 15.

XXXVIII. Ut nullus ebrius ſuam cauſam in mallo poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere; nec placitum Comes habeat, niſi jejunus.

Lib. 2. leg. Longob. tit. 52, cap. 11.
Regino, lib. 1, cap. 141.
Vide infrà lib. V, 103; VI, 232.

De Miſſis dominicis vel cæteris hominibus diſcurrentibus.

Ibid. c. 17.

XXXIX. De Miſſis noſtris diſcurrentibus, vel cæteris hominibus propter utilitatem noſtram iter agentibus, ut nullus eis manſionem contradicere præſumat.

Lib. 3. leg. Longob. tit. 4, cap. 4.
Frotar. Tull. ep. 18.

De illis qui ad placitum banniri debeant.

Ibid. c. 20.

XL. Ut nullus ad placitum banniatur niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet; exceptis Scabineis ſeptem, qui ad omnia placita præeſſe debent.

Capitulare I anni 809, cap 13.
Capitulare anni 819, tit. 3, cap. 5.
Hincmar. ep. 15, cap. 14.
Lib. 2. leg. Longob tit. 42, c. 1; & tit. 52, c. 22.

De falſis teſtibus.

Ibid. c. 21.

XLI. De falſis teſtibus præcipimus ut non recipiantur.

Filoſus, tom. 2, pag. 81-85.
Weſtea in notis ad Origen. pag. 109.

De non jurando per vitam Regis.

Ibid. c. 22. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 24.

XLII. Ut nullus præſumat per vitam Regis & filiorum ejus jurare.

De eo qui per chartam ingenuus eſt, ſi ad ſervitium interpellatus fuerit.

Capitulare III. anni 803 c. 21. *in fine.* Lib. 2. leg. Longobar. tit. 34. c. 12. Ivo, par. 16. cap. 56.

XLIII. Si quis per chartam ingenuus dimiſſus fuerit, & à quolibet homine ad ſervitium interpellatus fuerit, primùm legitimum auctorem ſuæ libertatis proferat, & in ſua libertate perſeveret. Si verò legitimus auctor defuerit, teſtimonio bonorum hominum, qui tunc aderant quandò liber dimiſſus fuerat, ſe defendere permittatur. Si verò teſtes defuerint, cum duabus aliis chartis, quæ ejuſdem Cancellarii manu firmatæ ſint vel ſcriptæ, cujuſcunque fuerint, ſuam chartam, quæ tertia eſt, veram & legitimam eſſe confirmet. Cancellarius tamen talis eſſe debet qui pagenſibus loci illius notus fuiſſet & acceptus. Si autem qui interpellatus fuerit ad ſervitium, nec auctorem, nec teſtimonia habuerit, neque alias duas chartas ad ſuam chartam confirmandam invenire potuerit, tunc is qui eum interpellavit, ſecundùm legem ipſam chartam falſam efficiat, & ſervum conquirat. Si verò interpellator auctore aut teſtimoniis, aut chartarum collatione victus fuerit, ex hoc quod voluit efficere, & non potuerit, multam quæ in ipſa ingenuitatis charta continetur cogatur exſolvere.

Du Cange ſur S. Louis, p. 162, *des Etabliſſemens.*

De ſervo qui damnum quodlibet perpetrat.

Capitulare IV. anni 803, c. 20. Capitulare V. an. 803. cap. 22. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 26 c. 7. Ivo, par. 16. cap. 269.

XLIV. Nemini liceat ſervum ſuum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, ſed juxta qualitatem damni dominus pro illo reſpondeat, vel eum in compoſitionem aut ad pœnam petitori offerat. Si autem ſervus perpetrato ſcelere fugerit, ita ut à domino penitùs inveniri non poſſit, ſacramento ſe dominus ejus excuſare ſtudeat quòd hoc ſuæ voluntatis nec conſcientiæ fuiſſet quòd ſervus ejus tale facinus commiſit.

Pontanus, Lib. 6. Origin. Francic. pag. 503.
De Roye, de Miſſis Dominicis, pag. 19.

De mannitione ſecundùm legem ad mallum.

Lex Salica, tit. 1 Lex Ripuariorum, tit. 32. Capitulare IV anni 803. c. 33. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 43. c. 2.

XLV. Si quis ad mallum legibus mannitus fuerit, & non venerit, ſi eum ſunnis non detinuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Sic ad ſecundum & tertium. Si autem ad quartum venire contempſerit, poſſeſſio ejus in bannum mittatur donec veniat, & ſic de re de qua interpellatus fuerit juſtitiam faciat. Si infra

annum non venerit, de rebus ejus quæ in bannum miſſæ ſunt Rex interrogetur, & quicquid inde judicaverit, fiat. Prima mannitio ſuper noctes ſeptem, ſecunda ſuper noctes quatuordecim, tertia ſuper noctes viginti & unam, quarta ſuper noctes quadraginta & duas fiat. Similiter & de beneficio hominis, ſi fortè res proprias non habuerit, mittatur in bannum uſquequò Rex interrogetur.

Ivo, par. 16. c. 268. Geſta Aldrici, p. 14. Sirmond. ad Goffrid. pag. 38.

De auctore rei.

XLVI. Si auctor venerit, & rem interjatam recipere renuerit, campo vel cruce contendant.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 28, c. 3.

Capitulare IV. anni 803, cap. 35.
Capitula Karoli Calvi, tit. 45, cap. 3.

De hominibus ad mortem dijudicatis, & poſteà eis vita conceſſa, ſi juſtitiam quæſierint.

XLVII. De illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem dijudicati fuerint, & poſteà eis vita fuerit conceſſa, ſi ipſi juſtitiam ab aliis requiſierint, aut ab eis juſtitiam quærere voluerint, qualiter inter illos judicium terminetur. Primò omnium de illis cauſis pro quibus judicatus fuerit ad mortem, nullam poteſt facere repetitionem quia omnes res ſuæ, ſecundum judicium Francorum, in publico fuerunt revocatæ. Et ſi aliquid in poſtmodum, poſtquam ei vita conceſſa eſt, cum juſtitia adquirere potuerit, in ſua libertate teneat & defendat ſecundùm legem. In teſtimonium non ſuſcipiatur, nec inter Scabineos ad legem judicandam teneatur. Et ſi ad ſacramentum aliquid ei judicatum fuerit quod jurare debeat, ſi aliquis ipſum ſacramentum falſum dicere voluerit, cum armis contendat.

Capitulare I. anni 809. cap. 10. Capitulare II. an. 809. cap. 1. Capitula Karoli Calvi, tit. 45. cap 3. Lib. 1. leg. Long. tit. 35. cap 1. Ivo, par. 16. cap. 269. Tom. 4. Ss. Ord. S. Bened. p 624. Notitia de Novil. pag. 169, in edit. Colvenerii.

De homine cui poſt judicium vita conceſſa eſt, ſi juſtitiam reddere noluerit.

XLVIII. Si alicui poſt judicium Scabineorum fuerit vita conceſſa, & ipſe in poſtmodum aliqua mala perpetraverit, & juſtitiam reddere noluerit, dicendo quòd mortuus ſit, & ideò juſtitiam reddere non debeat, ſtatutum eſt ut ſuperius judicium ſuſtineat quod anteà ſuſtinere debuit. Et ſi aliquis adversùs eum aliqua mala fecerit, ſecundùm æquitatis ordinem licentiam habeat ſuam juſtitiam requirendi de cauſis perpetratis poſtquam ad mortem dijudicatus eſt; de præteritis maneat ſicut ſuprà judicatum fuit.

Capitulare I anni 809. cap 11. Capitulare II. an 809 cap. 2. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 35. c. 2.

De latrone forbannito à libero homine ſuſcepto.

XLIX. De latrone forbannito, liber homo qui eum ſuſcepit, quindecim ſolidos componat, & ſervus centum viginti percuſſionibus vapulet.

Capitulare I. anni 809, cap. 11.
Capitulare II. anni 809, cap. 3.
Lib. 1. Leg. Longobard. tit. 25, cap. 62.

De Comite latronem in forbannum mittente.

L. Ut Comes qui latronem in forbannum miſerit, vicinis ſuis & aliis Comitibus notum faciat eundem latronem à ſe eſſe forbannitum, ut illi eum non recipiant.

Capitulare I anni 809. cap. 32. Capitulare II. an. 809. cap. 4.

Capitula Karoli Calvi, tit. 14, cap. 7.
Lib. 1. leg. Longob tit. 25, cap. 63.

De liberis hominibus qui ad mallum venire, cogendi ſint.

LI. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis Scabineis vel Vaſſis Comitum, niſi qui cauſam ſuam adquirere debent aut reſpondere.

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 42. c. 1.

De teſtibus, ad teſtimonium dicendum qualiter adhibeantur.

LII. Ut teſtes ad teſtimonium dicendum præmio non conducantur; & ut nullus teſtimonium dicat aut ſacramentum juret, niſi jejunus. Et ut teſtes priuſquam jurent, ſeparatim diſcutiantur quid dicere velint de illa re unde teſtimonium reddere debent.

Vide Alcuinum, pag. 1235. c. 21.

Capitulare I. anni 809, cap. 16.
Capitulare II. anni 809, cap. 6.
Lib. 2. leg. Longob. tit. 51, cap. 6.
Regino, lib 2. cap 336.
Burchard. lib. 16. cap. 35.
Gratian. 4. q 2. cap. 2. *Placuit.*

De juſtitia cujuſlibet à nullo quolibet dilatanda.

LIII. Ut nullus quilibet Miſſus noſter, neque Comes, neque Judex, aut Scabineus, cujuſlibet juſtitiam dilatare præſumat, ſi ſtatim adimpleta potuerit eſſe ſecundùm rectitudinem, neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium malum præſumat accipere.

Capitulare I. an. 809. cap. 33; & Capitulare II. ejuſdem anni, c 7. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 52. c. 5.

De non cogendo ad pontem ire causâ telonei.

LIV. Ut nullus cogatur ad pontem ire ad fluvium tranſeundum propter telonei cauſas quando ille in alio loco compendioſiùs illud flumen tranſire poteſt. Similiter & in plano campo, ubi nec pons nec trejectus eſt, ibi omnimodis præcipimus ut non teloneum exigatur.

Capitulare I. anni 809. cap. 19; & Capitulare II ejuſd. an. cap. 9. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 2. c. 7. Ivo, par. 16. cap. 270.

De hoc ſi Presbyter ſanctum chriſma dederit ad judicium ſubvertendum.

LV. Ut Preſbyter qui ſanctum chriſma donaverit ad judicium ſubvertendum, poſtquàm

Burchard. lib. 4. c. 80.

poſtquam de gradu ſuo depoſitus fuerit, manum amittat.

Capitulare I. anni 809, cap. 21.
Capitulare II. anni 809. cap. 10.
Lib. 3. Leg. Longobar. tit. 27. cap. 1.
Iſaac, tit. 11. cap. 5.
Regino, lib. 1. cap. 73.

De Judicibus, Advocatis, Præpoſitis, & reliquis Miniſtris, quales ſint.

LVI. Ut Judices, Advocati, Præpoſiti, Centenarii, Vicarii, Scabinei, quales meliores inveniri poſſunt, conſtituantur ad ſua miniſteria exercenda.

Capitulare I. anni 809. cap. 22.
Capitulare II anni 809. cap 11.
Lib. 2. Leg. Longob. tit. 47. cap. 1.

De mallo publico.

Capitulare I. anni 809. cap. 25; & Capitulare II. ejuſdem anni, c. 15.

LVII. Ut in locis ubi mallos publicos habere ſolent, tectum tale conſtituatur quod in hyberno & in æſtate obſervatum eſſe poſſit.

De ſacramentis ad palatium adrhamitis.

Ibid. c. 29. & c. 14. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 55. cap. 20. Regino, lib. 2. c. 315.

LVIII. Ut ſacramenta quæ ad palatium fuerunt adrhamita, in palatio perficiantur. Et ſi conſacramentales homines cum ipſo venire renuerint, juſſione dominicâ aut indiculo aut ſigillo ad palatium venire cogantur.

De impedimento clamatorum.

Capitulare I. anni 810. cap. 2.

LIX. De clamatoribus qui magnum impedimentum faciunt in palatio ad aures Domni Imperatoris, ut Miſſi ſeu Comites illorum Miſſos tranſmittant in contra illos qui mentiendo vadunt, ut eos convincant.

De fugitivis contra præceptum dominicum occultatis.

Ibid. c. 8.

LX. De fugitivis qui per diverſas provincias ducti & occultati ſunt contra præceptum Domni Imperatoris, ut qui eos poſt præteritum tempus ſuſcepit aut retinuit, bannum dominicum componat.

De nimiùm blaſphemis latronibus.

Ibid. c. 10.

LXI. De latronibus qui magnam habent blaſphemiam, quicunque aliquem ex his comprehenderit, nullum damnum exinde patiatur.

Capitula Karoli Calvi, tit. 45. cap. 3.
Ivo, par. 16. cap. 236.

De pace infra patriam.

Ibid. c. 9.

LXII. De pace & juſtitia infra patriam, ſicut ſæpe per alia Capitula juſſimus adimpletum fiat.

Capitula Karoli Calvi, tit 23.
Ivo, par. 16. cap. 237. 271.

De junioribus in populo vulgari diſtringendis.

Ibid. c. 16.

LXIII. De vulgari populo, ut unuſquiſque ſuos juniores diſtringat, ut meliùs ac meliùs obediant & conſentiant mandatis & præceptis imperialibus.

De hoc ſi ſuper Miſſum dominicum cum collecta & armis quis venerit.

LXIV. Si quis ſuper Miſſum dominicum cum collecta & armis venerit, & miſſaticum illi injunctum contradixerit, aut contradicere voluerit, & hoc ei adprobatum fuerit quòd ſciens contra Miſſum dominicum ad reſiſtendum veniſſet, de vita componat. Et ſi negaverit, cum duodecim ſuis juratoribus ſe idoniare faciat; & pro eo quòd cum collecta contra Miſſum dominicum armatus venit ad reſiſtendum, bannum dominicum componat. Simili modo Domnus Imperator de ſuis vaſſis judicavit. Et ſi ſervus hoc fecerit, diſciplinæ corporali ſubjaceat.

De eo qui domum alienam cujuſlibet infringit.

Capitula Karoli Calvi, tit 23. Lib 1. leg. Longobar. tit. 14 c. 9. Concil. apud S. Macram. c. 6. Ivo, par. 16. c. 272.

LXV. Si quis domum alienam cujuſlibet iniregerit, quicquid exinde per virtutem abſtulerit aut rapuerit vel furaverit, ſecundùm legem & ewam illi cujus domus fuerit infracta & ſpoliata, in triplum componat, & inſuper bannum dominicum ſolvat. Si ſervus hoc fecerit, ſententiam ſuperiorem accipiat, & inſuper ſecundùm ſuam legem compoſitionem faciat. Si quis liber homo aliquod tale damnum cuilibet fecerit pro quo plenam compoſitionem facere non valeat, ſemetipſum in wadio pro ſervo dare ſtudeat uſque dum plenam compoſitionem adimpleat.

De meſſibus vel annonis in hoſte raptis vel furatis.

Capitula Karoli Calvi, tit 23. Concil. apud S Macram. c. 6.

LXVI. Si quis meſſes aut annonas in hoſte ſuper bannum dominicum rapuerit aut furaverit, vel paverit, aut cum caballis vaſtaverit, æſtimato damno ſecundùm legem in triplum componat. Et ſi liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur. Servus verò ſecundùm ſuam legem triplâ compoſitione damnum in loco reſtituat, & pro damno diſciplinæ corporali ſubjaceat.

Vide ſuprà, p. 344. c. 4.

De libero homine in hoſtem bannito.

Capitulare II. an. 811. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 14 c. 13.

LXVII. Quicunque liber homo in hoſtem bannitus fuerit, & venire contempſerit; plenum heribannum, id eſt, ſolidos ſexaginta perſolvat. Aut ſi non habuerit unde illam ſummam perſolvat, ſemetipſum pro wadio in ſervitium Principis * tradat donec per tempora ipſe bannus ab eo fiat perſolutus; & tunc iterùm ad ſtatum libertatis ſuæ revertatur. Et ſi ille homo qui propter heribannum ſe in ſer-

* *Id eſt*, Comitis, infrà, c. 73. Unuſquiſque enim Comitem ſuum ſequi debet in hoſtem. Irem, infrà, c. 70-71, 76.

vitium tradidit, in illo ſervitio defunctus fuerit, heredes ejus hereditatem quæ ad eos pertinet, non perdant, nec libertatem, nec de ipſo banno obnoxii fiant.

De heribanno exactando.

Capitulare II. an. 812. cap. 2. LXVIII. Ut non per aliquam occaſionem, nec pro wacta, nec de ſcara, nec de warda, nec pro heribergare, nec pro alio banno heribannum Comes exactare præſumat, niſi Miſſus noſter priùs heribannum ad partem noſtram recipiat, & ei ſuam tertiam partem exinde per juſſionem noſtram donet. Ipſe verò heribannus non exactetur, neque in terris neque in mancipiis, ſed in auro & argento, palliis atque armis, & animalibus, atque pecudibus, ſive talibus ſpeciebus quæ ad utilitatem pertinent.

De his qui regales habent honores, & in hoſtem banniti ad conditum placitum non venerint.

Ibid. c. 3. LXIX. Quicunque homo noſtros habens honores in hoſtem bannitus fuerit, & ad conditum placitum non venerit, quot diebus poſt placitum conditum veniſſe comprobatus fuerit, tot diebus abſtineat à carne & vino.

De his qui ſine licentia de hoſte reverteruntur.

Ibid. c. 4. LXX. Quicunque abſque licentia vel permiſſione Principis de hoſte reverſus fuerit, quod factum Franci *heriſcliz* dicunt, volumus ut antiqua conſtitutio, id eſt, capitulis ſententia erga illum puniendum cuſtodiatur.

Rhenanus, pag. 94.

De his qui beneficia Principum habent.

Capitulare II. an. 812. c. 5. LXXI. Quicunque ex his qui beneficium Principis habent, parem ſuum contra hoſtes communes in exercitu pergentem dimiſerit, & cum eo ire vel ſtare noluerit, honorem ſuum & beneficium perdat.

De non cogendo bibere in hoſte.

Ibid. c. 6. Regino, lib. 1. c. 142. Rhenanus, pag. 95. LXXII. Ut in hoſte nemo parem ſuum vel quemlibet alterum hominem bibere roget. Et quicunque in exercitu ebrius inventus fuerit, ita excommunicetur ut in bibendo ſolâ aquâ utatur quouſquè ſe malè feciſſe cognoſcat.

De vaſſis adhuc in palatio ſervientibus, & tamen beneficia habentibus.

Capitulare II. an. 812. c. 7. LXXIII. De vaſſis dominicis qui adhuc intra caſam ſerviunt, & tamen beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt ut quicunque ex eis cum Domno Imperatore domi remanſerit, vaſſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum Comite cujus pagenſes ſunt ire permittat.

De præparatione ad hoſtem ſecundùm antiquam conſuetudinem.

Ibid. c. 8. LXXIV. Conſtitutum eſt ut ſecundùm antiquam conſuetudinem præparatio ad hoſtem facienda indicetur & obſervetur; id eſt, victualia de marcha ad tres menſes, & arma atque veſtimenta ad dimidium annum. Quod tamen ita obſervari placuit, ut his qui de Rheno ad Ligerim pergunt, de Ligere in anteà ad tres menſes computetur; & qui de Ligere ad Rhenum pergunt, de Rheno in anteà ad tres menſes victualia habere debeant. Qui autem trans Rhenum ſunt, & ad Saxoniam pergunt, ad Albiam marcham eſſe ſciant. Et qui trans Ligerim manent, atque in Hiſpaniam proficiſci debent, montes Pyrenæos marcham ſibi eſſe cognoſcant. Frotar. Tull. ep. 24.

De hoc ut non niſi permiſſione regali brunia vel gladius homini extraneo à quolibet detur aut venundetur.

Capitulare II. an. 819. cap. 10. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. c. 25. LXXV. Conſtitutum eſt ut neque Epiſcopus, neque Abbas aut Abbatiſſa, vel quilibet Rector Eccleſiæ bruniam vel gladium ſine noſtro permiſſu cuilibet homini extraneo aut dare aut vendere præſumat, niſi tantùm vaſſallis ſuis. Et ſi evenerit ut in qualibet Eccleſia vel ſancto loco plures brunia habeant quàm ad homines Rectoris ejuſdem Eccleſiæ ſufficiant, tunc Principem idem Rector Eccleſiæ interroget quid de his facere præcipiat.

De cauſarum & litium terminis.

Capitulare III. anni 812. c. 1. LXXVI. De termino cauſarum & litium ſtatuimus ut ex quo bonæ memoriæ Domnus Pippinus Rex obiit & nos regnare cœpimus, cauſæ vel lites inter partes factæ atque exortæ diſcutiantur, & congruo ſibi judicio terminentur. Priùs verò, id eſt, ante obitum prædicti Domni Pippini Regis, cauſæ commiſſæ vel omninò non moveantur, vel ſalvæ uſque ad noſtram interrogationem reſerventur.

De Epiſcopis, Comitibus, & Potentioribus, ſi cauſam inter ſe habuerint.

Ibid. c. 2. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 45. c. 1. Freher in Origin. Palat. part. 1. pag. 5; & part. 2. pag. 3. *Vide* etiam Eginhard. ep. 23. LXXVII. Ut Epiſcopi, Abbates, Comites, & Potentiores quique, ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad noſtram jubeantur venire præſentiam; neque illorum contentio aliubi dijudicetur, ne propter hoc pauperum & minùs potentium juſtitiæ remaneant. Neque ullus Comes palatii noſtri potentiorum cauſas ſine noſtra juſſione finire præſumat, ſed tantùm ad pauperum

& minùs potentium juſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacandum.

De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam eligendis.

Capitulare III. anni 812. c. 3. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 51. c. 5.

LXXVIII. Ut quandocunque teſtes ad rem quamlibet diſcutiendam quærendi atque eligendi ſunt, à Miſſo noſtro & Comite in cujus miniſterio de re qualicunque agendum eſt, tales eligantur quales optimi in ipſo pago inveniri poſſunt. Et non liceat litigatoribus per præmia falſos teſtes adducere, ſicut hactenùs fieri ſolebat. *Vide infrà, lib. 5. cap. 102. & 292.*

Duchesn. tom. 2. p. 735.

De placito Centenarii.

Capitulare III. anni 812. c. 4. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 51. c. 3.

LXXIX. Ut nullus homo in placito Centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia, judicetur; ſed iſta aut in præſentia Comitis vel Miſſorum noſtrorum judicentur.

De inquiſitione & deſcriptione uniuſcujuſque Miſſi in ſuo miſſatico.

Capitulare III. anni 812. c. 5.

LXXX. Ut Miſſi noſtri diligenter inquirant & deſcribere faciant unuſquiſque in ſuo miſſatico quid unuſquiſque de beneficio habeat, vel quot homines caſatos in ipſo beneficio.

De beneficiis, qualiter condricta ſint.

Ibid. c. 6.

LXXXI. Quomodo eadem beneficia condricta ſint, aut quis de beneficio ſuo alodem comparavit vel ſtruxit.

De beneficiis Epiſcoporum, Abbatum, & reliquorum, & de fiſcis regalibus deſcribendis.

Ibid. c. 7.

LXXXII. Ut non ſolùm beneficia Epiſcoporum, vel Abbatum, Abbatiſſarum, atque Comitum, ſive vaſſorum noſtrorum, ſed etiam fiſci noſtri deſcribantur in breve; ut ſcire poſſimus quantùm etiam de noſtro in unuſcujuſque legatione habeamus.

Du Cange, ad Annam Commen. p. 306.

De legationibus propter juſtitias, quo tempore exerceantur.

Capitulare III. anni 812. c. 8.

LXXXIII. Volumus ut propter juſtitias quæ uſque modò de parte Comitum remanſerunt, quatuor tantum menſibus in anno Miſſi noſtri legationes ſuas exerceant, id eſt, in hyeme Januario, in verno Aprili, in æſtate Julio, il autumno Octobrio. Cæteris verò menſibus unuſquiſque Comitum placitum ſuum habeat & juſtitias ſuas faciat. Miſſi autem noſtri quater in uno menſe & in quatuor locis habeant placita ſua cum illis Comitibus quibus congruum fuerit ut ad eum locum poſſint convenire.

Vadian. pag. 35.

Sirmond. ad Goffrid. pag. 60.

De juſſione dominica in quolibet miſſatico non adimpleta.

Capitulare III. anni 812. c. 9.

LXXXIV. Ut quicquid ille Miſſus in illo miſſatico aliter factum invenerit quàm noſtra ſit juſſio, non ſolùm illud emendare jubeat, ſed etiam ad nos ipſam rem, qualiter ab eo inventa eſt, deferat.

De cenſu regali inquirendo.

Ibid. c. 10.

LXXXV. Ut Miſſi noſtri cenſus noſtros perquirant diligenter, undecunque antiquitùs ad partem Regis exire ſolebant. Similiter & freda. Et nobis renuntient, ut nos ordinemus quid de his in futurum fieri debeat.

De rebus de quibus cenſus ad partem Regis exire ſolebat.

Ibid. c. 11. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. cap. 28.

LXXXVI. Ut de rebus unde cenſus ad partem Regis exire ſolebat, ſi ad aliquam Eccleſiam traditæ ſunt, aut reddantur propriis heredibus, aut qui eas retinuerit, illum cenſum perſolvat.

De placitis à Miſſis dominicis Comitibus notum faciendis.

Capitulare III. anni 812. c. 12.

LXXXVII. Ut unuſquiſque Miſſorum noſtrorum in placito ſuo notum faciat Comitibus qui ad ejus miſſaticum pertinent, ut in illis menſibus quibus ille legationem ſuam non facit, conveniant inter ſe & communia placita faciant, tam ad latrones diſtringendos, quam ad cæteras juſtitias faciendas.

De fidelitate Regis promittenda.

Ibid. c. 14. *Vide* Lehman in Chronico Spireenſi, to. 2. p. 235, *in margine.*

LXXXVIII. Ut Miſſi noſtri populum noſtrum iterùm nobis fidelitatem promittere faciant ſecundùm conſuetudinem jamdudum ordinatam, & ipſi aperiant & interpretentur illis hominibus qualiter ipſum ſacramentum & fidelitatem erga nos ſervare debeant.

De homicidiis infra patriam factis.

Capitulare I. anni 789. cap. 65. Regino, lib. 2. c. 75. Ivo, par. 10. c. 41. *Vide infrà*, lib. 6. cap. 375.

LXXXIX. Ut homicidia infra patriam, ſicut in Lege Domini interdictum eſt, nec causâ ultionis nec avaritiæ nec latrocinandi fiant. Et ubicunque inventum fuerit, à Judicibus noſtris ſecundùm legem ex noſtro mandato vindicetur. Et non occidatur homo, niſi lege jubente.

De menſuris & ponderibus.

Vide ſuperà, pag. 238, cap. 72. *Vide* tom. 2. Concil. Galliæ, p.

XC. Ut æquales menſuras & rectas & pondera juſta & æqualia omnes habeant, ſive in civitatibus, ſive in monaſteriis, ſive ad dandum invicem, ſive ad

517. c. 51; pag. 546, cap. 3.

accipiendum, ſicut in legę Domini præceptum habemus.

Capitulare I. anni 789, cap. 72.
Concil. Arelat. VI. cap. 16.
Tom. 1. Concil. Angl. pag. 299. cap. 17.
Capitula Karoli Calvi, tit 36. cap. 20.
Regino, lib. 2. cap. 417.
Burchard. lib. 19. cap. 148.
Ivo, par. 15. cap. 158.
Lib. 3. Decretal. tit. 17. cap. 2.

De pace in hoſte vel infra patriam.

XCI. Conſtituimus ut ſi in hoſte aut infra regnum noſtrum litigatio aut ſcandalum inter quaſcunque perſonas, videlicet majores & minores, ortum fuerit, quod frequenter inſidiante diabolo contingere ſolet, ut ibi fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtri ob reſiſtendam impietatis malitiam armati veniant, id eſt, qui poteſt habere, cum lorica & ſcuto, ancipite * atque ſuſte. Et ſi aliquis quælibet perſona adversùs eum quamlibet querelam habere voluerit, liceat ei ſecundùm legis ordinem cum ſacramento quod poſuimus, manu propriâ ſingula ſe idoneum facere, ut propter quodlibet negotium aut odium ibi non adveniſſet, niſi ob concordiam & pacem ferendam & ipſam litigationem mitigandam. Et ſi quiſlibet renuerit venire, & ſemetipſum idoneum facere nequiverit, cum ſupradicto jam ſacramento bannum noſtrum componat, & ad partem noſtram perſolvat.

* *ſ* accipitve, ut infrà, c. 21.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

INCIPIT QUARTI PRÆFATIUNCULA LIBELLI.

Quia ſuprà in duobus eccleſiaſtica quæ præfati Principes Domnus Imperator Karolus & piiſſimus Hludouvicus Auguſtus ediderunt Capitula deſcripſi Libellis, in tertio verò ad mundanam pertinentia Legem quæ Domnus Karolus Imperator fecit congeſſi, nunc jàm in quarto illa ad mundanæ augmentum Legis pertinentia, quæ præclariſſimus Domnus Hludouvicus Auguſtus fecit, Capitula adunavi Libello.

INDEX CAPITULORUM.

1. *De ſervis per contumaciam alicui vim inferentibus.*
2. *De rebus vel mancipiis à fiſco regali occupatis.*
3. *De ſervis vel eccleſiaſticis vel quorumlibet hominum in fiſcum regalem confugientibus.*
4. *De vaſſis dominicis ad marcham cuſtodiendam conſtitutis.*
5. *De Comitibus ad cuſtodiam maritimam deputatis.*
6. *De his qui propter inceſtum res proprias amiſerunt.*
7. *De conjurationibus ſervorum in Flandris & in Mempiſco, & in cæteris maritimis locis.*
8. *De his qui in littore maris ſalem faciunt.*
9. *De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis poſt obitum maritorum accipere debeant.*
10. *De aggeribus juxta Ligerim faciendis.*
11. *De duodecim pontibus ſuper Sequanam reſtaurandis.*
12. *De omnibus pontibus faciendis.*
13. *De honore Eccleſiarum.*
14. *De injuriis Sacerdotum vel quorumlibet ex Clero in Eccleſia factis.*
15. *De ſolutione occiſi Presbyteri.*
16. *De viduis, pupillis & pauperibus.*
17. *De raptu viduarum.*
18. *De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.*
19. *De homine libero, ut poteſtatem habeat ubicunque voluerit res ſuas dare, & qualiter hoc facere debeat.*
20. *De homicidiis prohibendis.*
21. *De hoc quod in compoſitionem wirgildi dari debeat.*
22. *De raptu alienarum ſponſarum.*
23. *De falſis teſtibus convincendis.*
24. *De proprio in bannum miſſo.*
25. *De mannire.*
26. *Qualiter de ſtatu ſuo pulſatus evindicet libertatem ſuam.*
27. *De faidis coercendis.*
28. *De ſacramentis, ubi juranda ſint.*
29. *De his qui de furto accuſati fuerint.*
30. *De diſpectu litterarum dominicarum.*

31. *De injuſtis teloneis & conſuetudinibus.*
32. *De his qui bonos denarios accipere nolunt.*
33. *De adulteratoribus monetæ.*
34. *De proprio dominico ſine juſſione illius reddito.*
35. *De pueris invitis parentibus detonſis aut puellis velatis.*
36. *De forcapiis.*
37. *De terra tributaria.*
38. *De beneficiis deſtructis.*
39. *De terra cenſali.*
40. *De nonis & decimis.*
41. *De mancipiis in villas dominicas confugientibus.*
42. *De foreſtibus noviter inſtitutis.*
43. *De pontibus per diverſa loca emendandis.*
44. *De legatione omnium Miſſorum dominicorum, de quibus videlicet cauſis agere debeant.*
45. *De illis libertatibus & rebus reddendis quæ in dominica veſtitura ſunt, qualiter inquiratur.*
46. *De oppreſſione pauperum, viduarum, & pupillorum.*
47. *De injuſtis conſuetudinibus noviter inſtitutis.*
48. *De honore eccleſiarum.*
49. *De nonis & decimis.*
50. *De locis ad clauſtra Canonicorum facienda.*
51. *De obſervatione præceptorum dominicorum.*
52. *De his qui per occaſionem immunitatis juſtitiam facere renuunt.*
53. *De locis jamdudum ſacris, & nunc ſpurcitiâ fœdatis.*
54. *De beneficiis dominicis deſtructis.*
55. *De falſa moneta, & de aliis diverſis cauſis prohibendis.*
56. *De Miſſorum dominicorum obſervatione.*
57. *De placitis à liberis hominibus obſervandis.*
58. *De debito ad opus dominicum rewadiato.*
59. *De his qui ad palatium vel in hoſtem pergunt, vel inde redeunt.*
60. *De pontibus publicis.*
61. *De Clericis, Monachis, & ſervis fugitivis.*
62. *De Advocatis Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, & Abbatiſſarum.*
63. *De Vicariis vel Centenariis, ſi latrones celaverint.*
64. *De Comitibus & Vicariis admonendis de conſtitutione legis.*
65. *De foreſtibus dominicis.*
66. *De Miſſis dominicis, & de his qui juſtitiam facere renuunt.*
67. *De Miſſis dominicis, ubi diutiùs non debeant immorari.*
68. *De Miſſis dominicis, & de Comite in aliquod miſſaticum directo.*
69. *De Miſſis dominicis, qualiter conjectum accipere debeant.*
70. *De vaſſis dominicis & Epiſcoporum vel reliquorum qui in hoſte non fuerunt.*
71. *De Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus, & de placito Miſſorum dominicorum.*
72. *De non exigendo heribanno antequam juſſio dominica nota fiat.*
73. *De diſpenſa Miſſorum dominicorum.*
74. *De eo qui in aliena patria de qualibet cauſa fuerit interpellatus.*
75. *De ſolutione atque compoſitione.*
76. *De ſtatu hominis.*
77. *De proprietate hominis quæ ab aliquo in bannum fuerit miſſa.*

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De ſervis per contumaciam alicui vim inferentibus.

Lib. 1. leg. Longobar. tit. 17. c. 8.

I. SI ſervi per contumaciam collectâ multitudine alicui vim intulerint, id eſt, aut homicidium aut incendium, aut qualiumcunque rerum direptiones fecerint, domini quorum negligentiâ hoc evenit, pro eo quòd eos conſtringere noluerunt ut talia facere non auderent, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos ſolvere cogantur.

De rebus vel mancipiis à fiſco regali occupatis.

II. De rebus ſive mancipiis quæ dicuntur à fiſco noſtro eſſe occupata, volumus ut Miſſi noſtri inquiſitionem faciant ſine ſacramento per veraciores homines pagi illius circummanentes, & quicquid de hac cauſa verius ac certius inveſtigare potuerint, ad noſtram faciant pervenire notitiam, ut nos tunc definiamus quicquid nobis juſtum eſſe videatur.

De ſervis vel eccleſiaſticis vel quorumlibet hominum in fiſcum regalem confugientibus.

Infrà, c. 41. III. Si ſervi vel eccleſiaſtici vel quorumlibet liberorum hominum in fiſcum noſtrum confugerint, & à dominis vel advocatis eorum repetiti fuerint, ſi actor fiſci noſtri intellexerit quòd eos juſtè non poſſit tenere ad noſtrum dominium, eiciat illos de eodem fiſco, & recipiant eos domini eorum. Et ſi eidem actori viſum fuerit quod ad noſtrum debeant pertinere dominium, expellat eos de eodem fiſco. Et poſtquam ab eiſdem repetitoribus fuerint recepti, habeat cum eis legitimam actionem; & ſic eos, ſi poterit, ad noſtram evindicet poſſeſſionem.

De vaſſis dominicis ad marcham cuſtodiendam conſtitutis.

IV. De vaſſis noſtris qui ad marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis regionibus ſua habent beneficia vel res proprias, vel etiam nobis aſſiduè in palatio noſtro ſerviunt, & ideò non poſſunt aſſidua cuſtodire placita: quam rem volumus ut Miſſi noſtri vel Comes nobis notam faciant, & nos faciemus ut ad eorum placita veniant.

De Comitibus ad cuſtodiam maritimam deputatis.

Einhard. Ep. 22. Rhenanus, pag. 94. V. Volumus ut Comites qui ad cuſtodiam maritimam deputati ſunt, quicunque ex eis in ſuo miniſterio reſidet, de juſtitia facienda ſe non excuſet propter illam cuſtodiam; ſed ſi ibi ſecum ſuos Scabineos habuerit, ibi placitum teneat & juſtitiam faciat.

De his qui propter inceſtum res proprias amiſerunt.

*774 Gloſſar. Pithœi in verbo *Reclamare*. VI. De his qui ſe dicunt propter inceſtum * res proprias amiſiſſe, conſtitutum eſt ut ſi ante proximum quinquennium, quando placitum noſtrum habuimus in Compendio, eaſdem res amiſerint, non eis reſtituantur.

De conjurationibus ſervorum in Flandris & in Mempiſco, & in cæteris maritimis locis.

Rhenanus, pag. 94. Vide Catullium in Tornaco, p. 18. & Wendelinum. Codex Donat. prat. p. 73. VII. De conjurationibus ſervorum quæ fiunt in Flandris & in Mempiſco, & in cæteris maritimis locis, volumus ut per Miſſos noſtros indicetur dominis ſervorum illorum ut conſtringant eos, ne ultrà tales conjurationes facere præſumant. Et ut ſciant ipſi eorundem ſervorum domini quod cujuſcunque ſervi hujuſcemodi conjurationes facere præſumpſerint poſtquam eis hæc noſtra juſſio fuerit indicata, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos ipſe dominus perſolvere debeat.

De his qui in littore maris ſalem faciunt.

Jeſſe, pag. 670. 671. Frotar. Tull ep. 27. VIII. De terra in littore maris, ubi ſalem faciunt, volumus ut aliqui ex eis veniant ad placitum noſtrum, & ratio eorum audiatur, ut tunc ſecundùm æquitatem inter eos definire valeamus.

De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis poſt obitum maritorum accipere debeant.

Lex Ripuar. tit. 37. c. 2. Ivo, par. 16. c. 273. Alteſerra, lib. 3. Rer. Aquit. pag. 228. IX. Volumus ut uxores defunctorum poſt obitum maritorum tertiam partem conlaborationis quam ſimul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et de his rebus quas is qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit vel comparavit, vel ei ab amicis ſuis conlatum eſt, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quàm ad uxores eorum pervenire.

De aggeribus juxta Ligerim faciendis.

Sermones S. Ambroſii p. 882. X. De aggeribus juxta Ligerim faciendis, ut bonus Miſſus eidem operi præponatur. Et hoc Pippino per noſtrum Miſſum mandetur, ut & ille ad hoc Miſſum ordinet, quatinùs prædictum opus perficiatur.

De duodecim pontibus ſuper Sequanam reſtaurandis.

Monumenta Paderborn. pag. 238. XI. De duodecim pontibus ſuper Sequanam reſtaurandis, volumus ut hi pagenſes qui eos facere debent, à Miſſis noſtris admoneantur ut eos celeriter reſtaurent, & ut eorum vanæ contentioni non conſentiant, quandò dicunt ſe non aliubi eoſdem pontes facere debere niſi ubi antiquitùs fuerant; ſed ibi ubi nunc neceſſe eſt, eoſdem pontes facere jubeantur.

De omnibus pontibus faciendis.

Capitula Karoli Calvi, tit. 15. cap. 4. XII. De omnibus pontibus per regnum noſtrum faciendis in commune Miſſi noſtri admoneant, ut ab ipſis reſtaurentur qui eos facere ſolebant.

De honore Eccleſiarum.

Capitulare I. anni 816. cap. 1. Capitulare anni 829. tit. 3. c. 1. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 9. c. 29. & ſeq. 35. & ſeq. Iſaac, tit. 2. cap. 2. Regino, lib. 2. cap. 31. Ivo, par. 16. c. 238. XIII. Si quis aut ex levi cauſa aut ſine cauſa hominem in Eccleſia interfecerit, de vita componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus alterum in Eccleſia fugerit, & ibi ſe defendendo eum interfecerit, & ſi hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim conjuratoribus legitimis per ſacramentum affirmet ſe defendendo eum interfeciſſe; & poſt hæc ſexcentos ſolidos ad partem Eccleſiæ quam illo homicidio polluerat, & inſuper bannum noſtrum ſolvere cogatur; is verò qui interfectus eſt, abſque compoſitione jaceat; ac deinde

interfector ſecundùm judicium canonicum congruam facinori quod admiſit, pœnitentiam accipiat. Si proprius ſervus hoc commiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur utrùm hoc ſponte an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus ejus exuſta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, dominus ejus juxta quod wirgildus illius eſt, ad Eccleſiam perſolvat, aut eum, ſi voluerit, eidem Eccleſiæ tradat. (De eccleſiaſtico & fiſcalino & beneficiario ſervo volumus ut pro una vice wirgildus ejus pro eo componatur, alterâ vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur *). Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio Eccleſiæ, (cujus porta Reliquiis Sanctorum conſecrata eſt *) hujuſmodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur vel componatur. Si verò porta Eccleſiæ non eſt conſecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, ſicut componi debet quod in immunitate violata committitur.

Vide leg. Wiſigoth. pag. 128.

* Hæc deſunt in Cod. Camber. Sang 2. Th. Colb. Sang. 1.

* Hæc deſunt in Cod. Camber. & Colb.

De injuriis Sacerdotum vel quorumlibet ex Clero in Eccleſia factis.

XIV. Sanguinis effuſio in Eccleſia facta cum fuſte, ſi Preſbyter fuerit, triplò componatur, duas partes eidem Preſbytero, tertia pro fredo ad Eccleſiam, & inſuper bannus noſter. Similiter de Diacono juxta compoſitionem ejus in triplo cum banno noſtro componatur. De Subdiacono ſimiliter in triplo ſecundùm ſuam compoſitionem. (Et de uniuſcujuſque ordinis Clerico ſecundùm ſuam compoſitionem in triplo perſolvatur, & inſuper bannus noſter *). Similiter & de ictu ſine ſanguinis effuſione de uniuſcujuſque ordinis Clerico ſecundùm ſuam compoſitionem in triplo, & bannus noſter. Et qui non habet unde ad Eccleſiam perſolvat, tradat ſe in ſervitium eidem Eccleſiæ uſque dum totum debitum perſolvat.

Capitulare I. anni 819. cap. 2. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 40. c. 6 Regino, lib. 2. c. 32. & ſeq.

* Hæc deſunt in Cod. Camber. Sang. 2. Th. Colb. Sang. 1.

De ſolutione occiſi Presbyteri.

XV. Preſbyteri interfecti Epiſcopo ad cujus parochiam pertinent, ſolvantur ſecundùm Capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri, ita videlicet ut medietatem wirgildi ejus Epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ cui præfuit, tribuat, & alteram medietatem in eleemoſyna illius juſtè diſpertiat; quia nullus nobis ejus heres proximior videtur quàm ille qui ipſum Domino ſociavit. *Habetur rursùm infrà, lib. V. cap. 186.*

Iſaac tit. 2. cap. 1 Regino, lib. 2. c. 41. Burchard. lib. 6. c. 11. Ivo, par. 10. c. 8. 140. Gratian. 17. q. 4 c. 26. *Omnes Presbyteri.*

Vide Notas ad Reginonem, pag. 581. & ad Gratianum, pag 525.

De viduis, pupillis, & pauperibus.

XVI. Præcipimus ut quandocunque in mallum ante Comitem viduæ, pupilli, & pauperes venerint, primò eorum cauſa audiatur & definiatur. Et ſi teſtes per ſe ad cauſas ſuas quærendas habere non potuerint, vel legem neſcierint, Comes illos vel illas adjuvet, dando eis talem hominem qui rationem eorum teneat vel pro eis loquatur.

Capitulare I. anni 819. cap. 3. Ivo, par 16. cap. 274.

Vadianus, pag. 22.

De raptu viduarum.

XVII. Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis ſuæ, vel invitam, vel volentem ſibi copulaverit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos in triplo componat. Et ſi invitam eam duxit, legem ſuam ei componat, illam verò ulteriùs non attingat.

Capitulare I anni 819. cap. 4.
Lib. 2. Leg. Longobar. tit. 6. cap. 3.
Iſaac tit. 5. cap. 1.
Regino, lib 2. cap. 189.
Ivo, par. 16. cap. 275.

De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.

XVIII. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & wirgildum ejus proximis ejus perſolvat.

Capitulare I. anni 819. cap 5.
Lib. 1. Leg. Longobar. tit. 9. cap. 31.
Iſaac, tit. 1. cap. 2, & tit. 2. cap 3.
Regino, lib. 2. cap 30. 190
Ivo, par. 10. cap. 44, & par. 16. cap. 276.

De homine libero, ut poteſtatem habeat ubicunque voluerit res ſuas dare, & qualiter hoc facere debeat.

XIX. Si quis res ſuas pro ſalute animæ ſuæ, vel ad aliquem venerabilem locum, vel propinquo ſuo, vel cuilibet alteri tradere voluerit, & eo tempore intra ipſum comitatum fuerit in quo res illæ poſitæ ſunt, legitimam traditionem facere ſtudeat. Quòd ſi eodem tempore quo illas tradere vult, extra eundem comitatum fuerit, id eſt, ſive in exercitu, ſive in palatio, ſive in alio quolibet loco, adhibeat ſibi vel de ſuis pagenſibus, vel de aliis qui eâdem lege vivunt quâ ipſe vivit, teſtes idoneos; vel ſi illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi meliores inveniri potuerint, & coram eis rerum ſuarum traditionem faciat; & fidejuſſores veſtituræ donet ei qui illam traditionem accepit, ut veſtituram faciat. Et poſtquam hæc traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de prædictis rebus valeat facere repetitionem.

Capitulare I. anni 819. cap. 6. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. c. 28 Lib 2. leg. Longobar. tit. 18. c. 7. Ivo, par. 16. c. 277. Browerus, tom. 1. p. 26, col. 2

Inſuper & ipſe per ſe fidejuſſionem faciat ejuſdem veſtituræ, ne heredi ulla occaſio remaneat hanc traditionem immutandi, ſed potiùs neceſſitas incumbat illam perficiendi. Et ſi nondum res ſuas cum coheredibus ſuis diviſas habuit, non ei hoc ſit impedimento; ſed coheres ejus, ſi ſponte noluerit, aut per Comitem aut per Miſſum ejus diſtringatur ut diviſionem cum illo faciat ad quem defunctus hereditatem ſuam voluit pervenire. Et ſi cuilibet Eccleſiæ eam tradere rogavit, coheres ejus eam legem cum illa Eccleſia de prædicta hereditate habeat quam cum alio coherede ſuo habere debebat. Et hoc obſervetur erga patrem & filium & nepotem uſque ad annos legitimos, & poſteà ipſæ res ad immunitatem ipſius Eccleſiæ redeant.

De homicidiis prohibendis.

Capitulare I anni 819. cap. 7. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 9. c. 32. Iſaac tit. 2. cap. 4. Einhard. Ep. 18.

XX. Quicunque hominem aut ex levi cauſa aut ſine cauſa interfecerit, wirgildum ejus his ad quos illo pertinet componat. Ipſe verò propter talem præſumptionem in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit: res tamen ſuas non amittat.

De hoc quod in compoſitionem wirgildi dari debeat.

Capitulare I. anni 819. cap. 8. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 9. c. 33.

XXI. In compoſitionem wirgildi volumus ut ea dentur quæ in lege continentur; excepto accipitre & ſpatha, quia propter illa duo aliquoties perjurium committitur, quandò majoris pretii quàm illa ſint eſſe jurantur.

De raptu alienarum ſponſarum.

Capitulare I. anni 819. cap. 9. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 10. cap. 13. Iſaac, tit. 5. cap. 5. Ivo, par. 8. cap. 26.

XXII. Si quis ſponſam alienam rapuerit, aut patri ejus, aut ei qui legibus ejus defenſor eſſe debet, cum ſua lege eam reddat; & quicquid cum ea tulerit, ſemotim unamquamque rem ſecundùm legem reddat. Et ſi hoc defenſor ejus perpetrari conſenſerit, & ideò raptori nihil quærere voluerit, Comes ſingulariter de unaquaque re freda noſtra ab eo exactare faciat. Sponſo verò legem ſuam componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos ſolvat; vel in præſentiam noſtram Comes eum advenire faciat, & quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat, & illam feminam ei habere non liceat.

De falſis teſtibus convincendis.

Capitulare I anni 819. cap. 10. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 11. c. 11 Regino, lib. 1. c. 334.

XXIII. Si quis cum altero de qualibet cauſa contentionem habuerit, & teſtes contra eum per judicium producti fuerint, ſi ille falſos eos eſſe ſuſpicatur, liceat ei alios teſtes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium teſtimonio falſorum teſtium perverſitas ſuperetur. Quòd ſi ambæ partes teſtium ita inter ſe diſſenſerint, ut nullatenùs una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipſis, id eſt, ex utraque parte unus, qui cum ſcutis & fuſtibus in campo decertent utra pars falſitatem, utra veritatem ſuo teſtimonio ſequatur. Et campioni qui victus fuerit, propter perjurium quod ante pugnam commiſit, dextera manus amputetur. Cæteri verò ejuſdem partis teſtes, qui falſi apparuerint, manus ſuas redimant: cujus compoſitionis duæ partes ei contra quem teſtati ſunt, dentur, tertia pro fredo ſolvatur. Et in ſeculari quidem cauſa hujuſcemodi teſtium diverſitas campo comprobetur. In eccleſiaſticis autem cauſis, ubi de una parte ſeculare, de altera verò eccleſiaſticum negotium eſt, idem modus obſervetur. Ubi verò ex utraque parte eccleſiaſticum fuerit, Rectores earundem Eccleſiarum, ſi ſe familiariter pacificare velint, licentiam habeant. Si autem de hujuſcemodi pacificatione inter eos convenire non poſſint, advocati eorum in mallo publico ad præſentiam Comitis veniant, & ibi legitimus terminus eorum contentionibus imponatur. Teſtes verò de qualibet cauſa non aliundè quærantur, niſi de ipſo comitatu in quo res unde cauſa agitur poſitæ ſunt: quia non eſt credibile ut vel de ſtatu hominis vel de poſſeſſione cujuſlibet per alios meliùs rei veritas cognoſci valeat, quàm per illos qui viciniores ſunt. Si tamen contentio quæ inter eos exorta eſt, in confinio duorum comitatûs fuerit, liceat eis de vicina centena adjacentis comitatûs ad cauſam ſuam teſtes habere.

Geſta Aldrici, p. 27. *Vide* ſuprà, p. 689 c. 3. *Vide* tom. 5. Ital. Sac. p. 610. Sirmond. ad Goffrid. p. 62, 64, 65.

Galland. pag. 161.

Caſaur p. 10.

De proprio in bannum miſſo.

Capitulare I anni 819. cap. 11. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 43 c. 3. *Vide* infrà, cap. 77.

XXIV. Cujuſcunque hominis proprietas ob crimen aliquod quod idem habet commiſſum, in bannum fuerit miſſa, & ille, re cognitâ, ne juſtitiam faciat, venire diſtulerit, annumque ac diem in eo banno illam eſſe permiſerit, ulteriùs eam non adquirat, ſed ipſa fiſco noſtro ſocietur. Debitum verò quod is cujus ea fuit ſolvere debuit, per Comitem ac miniſtros ejus juxta æſtimationem damni, de rebus mobilibus quæ in eadem proprietate inventæ fuerint, his quibus idem debitor fuit, exſolvatur. Quòd ſi rerum mobilium ibidem inventarum tantitas ad compoſitionem non ſuffecerit, de immobilibus ſuppleatur; & quod ſuperfuerit, ſicut dictum

dictum eſt, fiſcus noſter poſſideat. Si nihil ſuper compoſitionem remanere potuerit, totum in illam expendatur. Si autem homo ille nondùm cum ſuis coheredibus proprium ſuum diviſum habuit, convocet eos Comes, & cum eis legitimam diviſionem faciat; & tunc, ſicut jàm dictum eſt, partem ejus fiſco noſtro addicat, & compoſitionem de ea, juxtà modum ſuperiùs comprehenſum, his ad quos illa legibus pertinet, exſolvat. Quòd ſi non de alia re, ſed de ipſa proprietate quæ in bannum miſſa fuit, ac per hoc in noſtram poteſtatem redacta eſt, fuerat interpellatus, Comes in cujus miniſterio eam eſſe conſtiterit, hoc ad notitiam noſtram perferre curet, ut nos eandem proprietatem, quæ ſecundùm ſupradictum modum in noſtrum dominium redacta eſt, per præcepti noſtri auctoritatem in jus & poteſtatem hominis qui eam quærebat, ſi ſua debet eſſe, faciamus pervenire.

Vide Carthular. de Paredo, p. 11.

De mannire.

Capitulare I. anni 819. c. 18. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 43. c. 4 *Vide infrà*, cap. 76.

XXV. Si quis de ſtatu ſuo, id eſt, de libertate vel de hereditate, compellandus eſt, juxtà Legis conſtitutionem manniatur. De cæteris verò cauſis undè quis rationem eſt redditurus, non manniatur, ſed per Comitem banniatur. Et ſi poſt unam & alteram Comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus ejus in bannum miſſis venire & juſtitiam facere compellatur.

Qualiter de ſtatu ſuo pulſatus evindicet libertatem ſuam.

XXVI. Homo de ſtatu ſuo pulſatus, ſi is qui eum pulſat ad convincendum illum procinctum habuerit, adhibeat ſibi octo conjuratores legitimos ex ea parte unde pulſatur, ſive illa paterna ſive materna ſit, & quatuor aliundè non minùs legitimos, & jurando vindicet libertatem ſuam. Quòd ſi procinctum defuerit, adſumat undecunque duodecim liberos homines, & jurando ingenuitatem ſuam defendat. Omnis controverſia coràm Centenario definiri poteſt; exceptâ redditione terræ & mancipiorum, quæ non niſi coram Comite fieri poteſt.

Vide Leg. Longobar. ſuprà, pag. 354, §. 30.

De faidis coercendis.

Capitulare I anni 819. cap. 13. Capitulare anni 819. tit. 3. c. 8. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 9, c. 34. Hincmar. tom. 2. Spicileg. Dacher. p. 814. Regino, lib. 2. c. 81 Ivo, par. 10. cap. 9. Floduard. p. 427, 492. *Vide* infrà, lib 3. c. 105. Add. IV. cap. 140.

XXVII. Si quis, aliquâ neceſſitate cogente, homicidium commiſit, Comes in cujus miniſterio res perpetrata eſt, & compoſitionem ſolvere, & faidam per ſacramentum pacificare faciat. Quòd ſi una pars ei ad hoc conſentire noluerit, id eſt, aut ille qui homicidium commiſit, aut is qui compoſitionem ſuſcipere debet, faciat illum Comes qui ei contumax fuerit ad præſentiam noſtram venire, ut eum ad tempus quod nobis placuerit in exilium mittamus, donec ibi caſtigetur, ut Comiti ſuo inobediens eſſe ulteriùs non audeat, & majus damnum inde non adcreſcat.

De Sacramentis, ubi juranda ſint.

Capitulare I. an. 819. cap. 14. Capitula Karoli Calvi, tit. 45. c. 12. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 55. cap. 26. & ſeq. *Vide* Paratitla Cironii, pag. 301.

XXVIII. Ubi antiquitùs conſuetudo fuit de libertate ſacramenta adrhamire vel jurare, ibi mallum habeatur, & ibi ſacramenta jurentur. Mallus tamen neque in Eccleſia neque in atrio ejus habeatur. Minora verò placita Comes, ſive intra ſuam poteſtatem, vel ubi impetrare potuerit, habeat. Volumus utiquè ut domus à Comite in loco ubi mallum tenere debet, conſtituantur, ut propter calorem ſolis & pluviam publica utilitas non remaneat. *Vide infrà Addit.* III. *cap.* 118.

De his qui de furto accuſati fuerint.

Capitula I. an. 819. cap. 15. Capitula Karoli Calvi, tit. 45. c. 3. Ivo, par. 16. c. 239.

XXIX. Si liber homo de furto accuſatus fuerit, & res proprias habuerit, in mallo ad præſentiam Comitis ſe adrhamiat. Et ſi res non habet, fidejuſſores donet qui eum adrhamire & in placitum adduci faciant. Et liceat ei primâ vice per ſacramentum ſe ſecundùm legem idoneare, ſi potuerit. At ſi aliâ vice duo vel tres eum de furto accuſaverint, liceat ei contrà unum ex his cum ſcuto & fuſte in campo contendere. Quòd ſi ſervus de furto accuſatus fuerit, dominus ejus pro eo emendet, aut eum ſacramento excuſet; niſi tale furtum perpetratum habeat propter quod ad ſupplicium tradi debeat.

Galland. pag. 263.

De deſpectu litterarum dominicarum.

Capitulare I. anni 819. cap. 16. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 7. c. 1. *Vide* Jureum in Miſcellan. ad Symmach. pag. 233. Tractoriæ hujuſmodi exemplum extat in ep. 19. Einhardi. *Vid.* Capit. Karoli Calvi, p. 350, extremâ.

XXX. Si quis litteras noſtras diſpexerit, id eſt, tractoriam quæ propter Miſſos recipiendos dirigitur, aut honores quos habet amittat, aut in eo loco ubi prædictos Miſſos ſuſcipere debuit, tamdiù reſideat, & de ſuis rebus legationes illùc venientes ſuſcipiat quouſquè animo noſtro ſatisfactum habeat. Qui verò epiſtolam noſtram quocunque modo diſpexerit, juſſu noſtro ad palatium veniat, & juxtà voluntatem noſtram congruam ſtultitiæ ſuæ caſtigationem accipiat. Et ſi homo liber vel miniſterialis Comitis hoc fecerit, honorem qualemcunque habuerit ſive beneficium amittat. Et ſi ſervus fuerit, nudus ad palum vapulet, & caput ejus tondeatur.

Correctores Romani in cap. 10. *Placuit*, dist. 18. Fileſac. de Sac. Epiſc. Auctor. fol. 78.

De injuſtis teloneis & conſuetudinibus.

Capitulare I. anni 819. cap. 17.

XXXI. Ut ubi tempore avi noſtri

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 31.

Domni Pippini conſuetudo fuit teloneum dare, ibi & in futurum detur; nam ubi noviter inceptum eſt, ulteriùs non agatur. Et ubi neceſſe non eſt fluvium aliquem per pontem tranſmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut ſubtus pontem ierit, & ad ripam non adpropinquaverit, neque ibidem aliquid emptum vel venundatum fuerit, ulteriùs teloneum non detur. Et nemo cogat alium ad pontem ire ubi juxtà pontem aquam tranſmeare poteſt. Et qui ulteriùs in talibus locis, vel de eis qui ad palatium ſeu in hoſtem pergunt, teloneum exactaverit, cum ſua lege ipſum teloneum reddat, & bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat.

Capitulare I anni 819. cap. 18. Capitula Karoli Calvi tit. 33 & tit. 36. c. 8. 15. 23. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 28. Add. IV. cap. 210.

De his qui bonos denarios accipere nolunt.

XXXII. Quicunque liber homo denarium merum & bene penſantem recipere noluerit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat. Si verò ſervi & eccleſiaſtici aut Comitum aut vaſſallorum noſtrorum hoc facere præſumpſerint, ſexaginta ictibus vapulent. Aut ſi magiſter eorum vel advocatus, qui liber eſt, eos vel Comiti vel Miſſo noſtro juſſus præſentare noluerit, prædictum bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat.

Capitulare I. an. 819. cap. 19. Courvaiſerii Hiſt. Cenom. pag. 294.

De adulteratoribus monetæ.

XXXIII. De falſa moneta jubemus ut qui eam percuſſiſſe comprobatus fuerit, manus ei amputetur. Et qui hoc conſenſit, ſi liber eſt, ſexaginta ſolidos componat; ſi ſervus eſt ſexaginta ictus accipiat.

Capitula Karoli Calvi, tit. 36, cap. 13. 16.
Lib. 1. Leg. Longobard. tit. 28, cap. 2.
Ivo, par. 16. cap. 278.

De proprio dominico ſine juſſione illius reddito.

Capitulare I. an. 819. cap. 20. Lib. 1. leg. Longobar tit. 34. c. 3. Concil Duziac. p. 219.

XXXIV. Si quis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuit, alicui quærenti ſine noſtra juſſione reddiderit, aliud tantùm nobis de ſuo proprio cum ſua lege componat. Et quicunque illud ſcienter per malum ingenium adquirere tentaverit, pro infideli teneatur, quia ſacramentum fidelitatis quod nobis promiſit, irritum fecit; & ideò ſecundùm noſtram voluntatem & poteſtatem dijudicandus eſt.

De pueris invitis parentibus detonſis aut puellis velatis.

Capitulare I. an. 819. cap. 21. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 33. c. 4

XXXV. Si quis puerum invitis parentibus totonderit, aut puellam velaverit, legem ſuam in triplo componat, aut ipſi puero vel puellæ, ſi jàm ſuæ poteſtatis ſunt, aut illi in cujuſlibet poteſtate fuerint. Illi verò poteſtatem habeant capitis ſui, ut in tali habitu permaneant qualis eis complacuerit.

De forcapiis.

Capitulare IV. anni 819. c. 1. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 27. cap. 77.

XXXVI. Si mancipia dominos ſuos fugerint in alienam poteſtatem, præcipimus ut propter hoc nullum præmium accipiat ille in cujus poteſtate fuerint inventa, pro eo quòd ea vel reddiderit vel foras ejecerit. Et non ſolùm hoc, ſed etiam ſi ea nec reddere nec foràs eicere voluerit, & legitimo domino ea contradixerit, & illa indè poſteà effugerint, ſecundùm legem ea ſolvere cogatur.

De terra tributaria.

Capitulare IV. anni 819. c. 2. Capitula Karoli Calvi, tit. 36, cap. 28. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 8. c. 2. Ivo, par. 16. c. 279.

XXXVII. Quicunque terram tributariam, undè tributum ad partem noſtram exire ſolebat, vel ad Eccleſiam vel cuilibet alteri tradiderit, is qui eam ſuſceperit, tributum quod indè ſolvebatur omni modo ad partem noſtram perſolvat; niſi fortè talem firmitatem de parte dominica habeat per quam ipſum tributum ſibi perdonatum poſſit oſtendere.

De beneficiis deſtructis.

Capitulare IV. anni 819. c. 3. Capitulare anni 819, tit. 2. c. 1. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 8. c. 1. Add. IV. cap 204.

XXXVIII. Quicunque ſuum beneficium occaſione proprii deſertum habuerit, & intrà annum poſtquam ei à Comite vel Miſſo noſtro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.

De terra cenſali.

Capitulare IV. anni 819. c. 4. Lib 3. leg. Longobar. tit. 8. c. 3. Ivo, par. 16. cap. 280. Tom. 2. Gall. Chr. pag. 274, col. 2.

XXXIX. Si quis terram cenſalem habuerit, quam anteceſſores ſui vel ad aliquam Eccleſiam vel ad villam noſtram dederunt, nullatenùs eam ſecundùm legem tenere poteſt, niſi ille voluerit ad cujus poteſtatem vel illa Eccleſia vel illa villa pertinet; niſi fortè filius aut nepos ejus ſit qui eam tradidit, & ei eadem terra ad tenendum placitata ſit. Sed in hac re conſiderandum eſt utrùm ille qui hanc tenet, dives an pauper ſit, & utrùm aliud beneficium habeat, vel etiam proprium. Et qui horum neutrum habet, ergà hunc miſericorditer agendum eſt, ne ex toto diſpoliatus in egeſtatem incidat; ut aut talem cenſum inde perſolvat qualis ei fuerit conſtitutus, vel portionem aliquam inde in beneficium accipiat unde ſe ſuſtentare valeat.

De nonis & decimis.

Capitulare IV. anni 819. c. 5. Capitulare anni 819, tit. 1. c. 9; tit. 3 c. 5. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 5.

XL. Conſideratum eſt ut de frugibus terræ & animalium nutrimine ſuper cætera nonæ & decimæ perſolvantur. De opere verò vel reſtauratione Eccleſiarum, Comes & Epiſcopus ſive Abbas, unà cum Miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc ele-

gerint, conſiderationem faciant ut unuſquiſque eorum tantùm inde accipiat ad operandum & reſtaurandum, quantùm ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter & vaſſi noſtri aut in commune tantùm operis accipiant, quantùm rerum eccleſiaſticarum habent, vel unuſquiſque per ſe juxtà quantitatem quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxtà æſtimationem operis in argento perſolvant; cum quo pretio Rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operarios conducere & materiam emere poſſit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum lege ſua reſtituat, & inſuper bannum noſtrum ſolvat, ut ita caſtigatus caveat ne ſæpiùs iterando beneficium amittat. *Vide infrà Addit.* IV. *cap.* 102.

Regino, lib. 1. c. 36. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 5. Regino, lib. 1. c. 36.

De mancipiis in villas dominicas confugientibus.

XLI. Si cujuſlibet mancipia in villam noſtram confugerint, actor ejuſdem villæ quærenti domino ea non contradicat, ſed ſtatim ea foràs de eadem villa eiciat. Et ſi ſe putat ad ea repetenda juſtitiam habere, repetat illa, & ſecundùm legem adquirat. Si verò tempore Domni Karoli genitoris noſtri in villam illam confugerunt, & dominus ea quærit, actor ejuſdem villæ aut ea legitimè contendat, aut quærenti domino reddat. Et actor propter veſtituram Domni Karoli genitoris noſtri eadem mancipia contradicere non audeat, ſi illius propria eſſe noſcuntur.

Capitulare IV. anni 819, c. 6. Lib. 1. leg. Long. tit. 25. cap. 78. *Vide* Winkelmann. pag. 472.

De foreſtibus noviter inſtitutis.

XLII. Ut quicunque illas habet, dimittat, niſi fortè indicio veraci oſtendere poſſit quòd per juſſionem ſive per permiſſionem Domni Karoli genitoris noſtri eas inſtituiſſet; præter illas quæ ad noſtrum opus pertinent, unde nos decernere volumus quicquid nobis placuerit.

Capitulare IV. anni 819. c. 7. Cange, ſur les Etabliſſemens, p. 188.

De pontibus per diverſa loca emendandis.

XLIII. Volumus ut Miſſi noſtri per ſingulas civitates, unà cum Epiſcopo & Comite, Miſſos vel noſtros homines ibidem commanentes eligant, quorum curæ ſit pontes per diverſa loca emendare, & eos qui illos emendare debent, ex noſtra juſſione admonere ut unuſquiſque juxtà ſuam poſſibilitatem & quantitatem eos emendare ſtudeat.

Capitulare IV. an. 819. cap. 8. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 32.

De legatione omnium Miſſorum dominicorum, de quibus videlicet cauſis agere debeant.

XLIV. Legatio omnium Miſſorum noſtrorum hæc eſt. Primò, ut ſicùt jam aliis Miſſis injunctum fuit, juſtitiam faciant de rebus & libertatibus injuſtè ablatis. Et ſi Epiſcopus, aut Abbas, aut Vicarius, aut Advocatus, aut quiſlibet de plebe hoc feciſſe inventus fuerit, ſtatim reſtituantur. Si verò vel Comes, vel Actor dominicus, vel alter Miſſus palatii noſtri hoc perpetraverit, & in noſtram poteſtatem redegerit, res diligenter inveſtigata & deſcripta ad noſtrum judicium reſervetur.

Capitulare V. an. 819. cap. 1.

De illis libertatibus & rebus reddendis quæ in dominica veſtitura ſunt, qualiter inquirantur.

XLV. Volumus autem ut de his libertatibus & rebus reddendis quæ in noſtra veſtitura ſunt, primò per optimos quoſque inquiratur. Et ſi per illos inveniri non poteſt, tunc per eos qui poſt illos in illa vicinia meliores ſunt. Et ſi nec per illos rei veritas inveniri poteſt, tunc liceat litigantibus ex utraque parte teſtes adhibere. Et ſi diſcordaverint, ſecundùm conſtitutionem à nobis promulgatam examinentur.

Ibid. c. 2. Supra, pag. 764, c. 52.

De oppreſſione pauperum, viduarum, & pupillorum.

XLVI. De pauperibus, viduis, & pupillis injuſtè oppreſſis, volumus ut adjuventur & releventur.

Capitulare V. an. 819. cap. 3.

De injuſtis conſuetudinibus noviter inſtitutis.

XLVII. De injuſtis occaſionibus & conſuetudinibus noviter inſtitutis, ſicut ſunt tributa & telonei in media via, ubi nec aqua, nec palus, nec pons, nec aliquid tale fuerit unde cenſus juſtè exigi poſſit, vel ubi naves ſubtus pontes tranſire ſolent, ſive in medio flumine, ubi nullum obſtaculum eſt, ut auferantur: antiquæ autem ad noſtram notitiam deferantur.

Ibid. c. 4. Capitula Karoli Calvi, tit. 36, cap. 28. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 33. Ivo, par. 16. cap. 240.

De honore Eccleſiarum.

XLVIII. De honore Eccleſiarum, ut per omnia eis exhibeatur ſicut nuper à nobis cum conſenſu omnium fidelium noſtrorum conſtitutum eſt, & ut hoc Miſſi noſtri omnibus in ſua legatione conſtitutis notum efficiant.

Capitulare V. an. 819. cap. 5. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 34.

De nonis & decimis.

XLIX. De nonis & decimis, ut ſecundùm juſſionem noſtram dentur.

Capitulare V. an. 819. cap. 6.

Capitula Karoli Calvi, tit. 37, cap. 10. Flodoard. pag. 259, 288.

De locis ad clauſtra Canonicorum facienda.

Ibid. c. 7. Capitula Karoli Calvi, tit. 37, c. 9. Concil. Meld. c. 53.

L. De locis dandis ad clauſtra Canonicorum facienda, ſi terra de ejuſdem Eccleſiæ rebus fuerit, noſtrâ liberalitate concedatur ibi. Si de alterius Eccleſiæ vel liberorum hominum, commutetur. Si autem de fiſco noſtro fuerit, noſtrâ liberalitate concedatur.

Codex Donat. Belgic. p. 7. Notitia Eccleſ. Belg. pag. 42. Frotar. Tull. ep. 28.

De obſervatione præceptorum dominicorum.

Capitulare V. an. 819. cap 8. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1, c. 36.

LI. De obſervatione præceptorum noſtrorum & immunitatum, ut ità obſerventur ſicut à nobis & ab anteceſſoribus noſtris conſtitutum eſt.

De his qui occaſione immunitatis juſtitiam facere renuunt.

Capitulare V. an. 819, cap. 9.

LII. De his qui per occaſionem immunitatis juſtitiam facere renuunt, ut hoc obſervetur quod à nobis conſtitutum eſt.

De locis jamdudùm ſacris, & nunc ſpurcitia fœdatis.

Ibid. c. 10.

LIII. De locis jamdudùm ſacris & nunc ſpurcitia fœdatis, ut juxtà poſſibilitatem in antiquum ſtatum reformentur.

Regino, lib. 1. cap 38. Burchard. lib. 3. cap. 16. Ivo, par. 3. cap. 19.

De beneficiis dominicis deſtructis.

Ibid. c. 11.

LIV. De beneficiis noſtris, quæ deſtructa inveniuntur, hoc impleatur quod nuper à nobis conſtitutum eſt.

De falſa moneta, & de aliis diverſis cauſis prohibendis.

Ibid. c. 12. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 7. c. 2. Geſta Aldrici, p. 17.

LV. De nova moneta & de falſa moneta, & de diſpectu litterarum noſtrarum, & de latronibus coercendis vel puniendis, & de faidis pacandis, de homicidiis prohibendis, de perjuriis & falſis teſtibus compeſcendis, de his omnibus vel cæteris his ſimilibus hoc quod modò conſtituimus, omnibus adnuntietur & in futurum obſervetur.

De Miſſorum dominicorum obſervatione.

Capitulare V. an. 819, cap. 13. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 7. c. 2.

LVI. Hoc volumus ut Miſſi noſtri obſervent, ut quicquid de his cauſis vel ſimul vel ſingillatim emendare potuerint, emendent; & ea quæ emendaverint, diligenter ſcriptis notent; & hoc ſic peragere curent, quatinùs juſtè reprehendi à quoquam nullatenùs poſſint. Et quæ facere debent aut poſſunt, nullatenùs prætermittant: immò caveant ne, quod abſit, aut gratiâ alicujus, aut honoris aut timoris ſive odii cauſâ, illud quod agere debent, omittant. Et ſummoperè ſtudeant ut hoc quod per ſe efficere non poſſunt, nobis notum faciant. Et omnimodis prævideant ut per ſingula capitula, tàm verbis quàm ſcriptis, de omnibus quæ illic peregerint nobis rationem reddere valeant.

De placitis à liberis hominibus obſervandis.

Capitulare V. an. 819, cap. 14. Capitulare anni 829, tit. 3. c. 5. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 42. c. 3. Notæ ad Concord. Regular. c. 44.

LVII. De placitis ſiquidem quos liberi homines obſervare debent conſtitutio genitoris noſtri penitùs obſervanda atque tenenda eſt, ut videlicet in anno tria ſolummodò generalia placita obſervent, & nullus eos ampliùs placita obſervare compellat; niſi fortè quilibet aut accuſatus fuerit, aut alium accuſaverit, aut ad teſtimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad cætera verò quæ Centenarii tenent non alius venire jubeatur, niſi qui aut litigat, aut judicat, aut teſtificatur.

De debito ad opus dominicum rewadiato.

Capitulare V. an. 819, cap. 15. Capitula Karoli Calvi, tit. 36. c. 12. Lib. 1. leg. Longob. tit. 2. c. 11. Ivo, par. 16. c. 281.

LVIII. Ut de debito quod ad opus noſtrum fuerit rewadiatum talis conſideratio fiat, ut is qui ignoranter peccavit, non totum ſecundùm legem componere cogatur, ſed juxtà quod poſſibile viſum fuerit; is verò qui tantùm malâ voluntate peccavit, totam legis compoſitionem cogatur exſolvere.

De his qui ad palatium vel in hoſtem pergunt, vel inde redeunt.

Capitulare V. an. 819, cap. 16. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 14. c. 16. Rhenanus, pag. 95.

LIX. Ut nullus ad palatium vel in hoſtem pergens, vel de palatio vel de hoſte rediens, tributum quod *tranſituras* vocant, ſolvere cogatur.

De pontibus publicis.

Capitulare V. an. 819, c. 17. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 35.

LX. Ut pontes publici qui per bannum fieri ſolebant, anno præſente in omni loco reſtaurentur.

De Clericis, Monachis, & Servis fugitivis.

Capitulare V. an. 819, cap. 18. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 25, cap. 79.

LXI. Ut Clerici & Monachi, & ſervi fugitivi, ad loca ſua redire jubeantur.

Tom. 9. Spicileg. pag. 58.

De Advocatis Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, & Abbatiſſarum.

Capitulare V. an. 819, cap. 19. Lib. 2 leg. Longobar. tit. 47, c. 4. Vadianus, pag. 22.

LXII. Ut nullus Epiſcopus, nec Abbas, nec Comes, nec Abbatiſſa, Centenarium Comitis Advocatum habeat.

De Vicariis vel Centenariis, ſi latrones celaverint.

Capitulare V. an. 819, cap. 20. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 25, cap. 80.

LXIII. Ut Vicarii vel Centenarii, qui fures & latrones vel celaverint vel defenderint, ſecundùm ſibi datam ſententiam dijudicentur.

De Comitibus & Vicariis admonendis de conſtitutione legis.

Capitulare V. an. 819. cap. 21. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 52, cap. 18.

LXIV. Ut Comites & Vicarii, & Centenarii, de conſtitutione Legis admoneantur quâ jubetur ut propter juſtitiam pervertendam munera non accipiant.

De foreſtibus dominicis.

LXV. De foreſtibus noſtris, ut ubi-

cunque fuerint, diligentiſſimè inquirant quomodo ſalvæ ſint & defenſæ; & ut Comitibus denuntient ne ullam foreſtem noviter inſtituant; & ubi noviter inſtitutas ſine noſtra juſſione invenerint, dimittere præcipiant.

Capitulare V. an. 819. cap. 22. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 35. c. 1. Ivo, par. 16. c. 241.

De Miſſis dominicis, & de his qui juſtitiam facere renuunt.

LXVI. Ut ubicunque ipſi Miſſi aut Epiſcopum aut Abbatem aut alium quemlibet quocunque honore præditum invenerint qui juſtitiam facere vel noluit vel prohibuit, de ipſius rebus vivant quandiù in eo loco juſtitias facere debent.

Capitulare V. an. 819. cap. 23. Lib. 2. leg Longobar. tit. 52. cap. 21.

De Miſſis dominicis, ubi diutiùs non debeant immorari.

LXVII. Ut in illius Comitis miniſterio qui bene juſtitias factas habet, iidem Miſſi diutiùs non morentur, neque illic multitudinem convenire faciant; ſed ibi moras faciant ubi juſtitia vel minùs vel negligenter facta eſt.

Capitulare V. an. 819. c. 24. Lib. 2. leg. Long tit. 52. c. 19. Flodoard. pag. 540.

De Miſſis dominicis, & de Comite in aliquod miſſaticum directo.

LXVIII. Ut in illius Comitis miniſterio iidem Miſſi noſtri placitum non teneant qui in aliquod miſſaticum directus eſt, donec ipſe reverſus fuerit; ut cauſa quæ adhuc coram Comite non fuit, & is qui ſe reclamat, propter ſuam ſtultitiam aut contumaciam Comitem inde appellare noluit, iterùm Comiti commendetur.

Capitulare V. an. 819. cap. 25. Lib. 2. leg. Longob. tit. 52. c. 20. & lib. 3. tit. 25.

De Miſſis dominicis, qualiter conjectum accipere debeant.

LXIX. Ut Miſſi noſtri qui vel Epiſcopi, vel Abbates, vel Comites ſunt, quandiù propè ſuum beneficium fuerint, nihil de aliorum conjecto accipiant. Poſtquam verò inde longè receſſerint, tunc accipiant ſecundùm quod in ſua tractoria continetur. Vaſſi verò noſtri & Miniſteriales, qui Miſſi ſunt, ubicunque venerint, conjectum accipiant.

Capitulare V. an. 819. c. 26. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 38. Fileſac. de Sac. Epiſc. auctor. fol. 38.

De vaſſis dominicis & Epiſcoporum vel reliquorum qui in hoſte non fuerunt.

LXX. Ut vaſſi noſtri, & vaſſi Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, & Comitum, qui anno præſente in hoſte non fuerunt, heribannum rewadient, exceptis his qui propter neceſſarias cauſas & à Domno ac genitore noſtro Karolo conſtitutas domi dimiſſi fuerunt; id eſt, qui à Comite * propter pacem conſervandam (& propter conjugem ac domum ejus cuſtodiendam *), & ab Epiſcopo vel Abbate vel Abbatiſſa ſimiliter propter pacem conſervandam, & propter fruges colligendas, & familiam coërcendam, & Miſſos recipiendos, dimiſſi fuerunt.

Capitulare V. an. 819. c. 27.

* *In Cod. Camb. Colb. Sangall. legitur* à nobis.

* Hæc deſunt in Cod. Vat. Camberon. Sangall. Colb. & Th.

De Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus, & de placito Miſſorum dominicorum.

LXXI. Ut omnis Epiſcopus, Abbas, & Comes, exceptâ infirmitate vel noſtrâ juſſione, nullam excuſationem habeat quin ad placitum Miſſorum noſtrorum veniat, aut talem Vicarium ſuum mittat qui in omni cauſa pro illo reddere rationem poſſit.

Capitulare V. an. 819. cap. 28.

De non exigendo heribanno antequam juſſio dominica nota fiat.

LXXII. Ut Miſſi & unuſquiſque in ſuo miniſterio hæc capitula relegi faciant coram populo; & nota ſint omnibus, ne aliquis excuſationem habere poſſit. Et non priùs bannum exigant à quoquam homine, donec omnibus hæc nota fiant.

De diſpenſa Miſſorum dominicorum.

LXXIII. De diſpenſa Miſſorum noſtrorum, qualiter unicuique juxtà ſuam qualitatem dandum vel accipiendum ſit, videlicet Epiſcopo panes quadraginta, friskingæ tres, de potu modii tres, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii quatuor. Abbati, Comiti, atque Miniſteriali noſtro unicuique dentur quotidie panes triginta, friskingæ duæ, de potu modii duo, porcellus unus, pulli tres, ova quindecim, annona ad caballos modii tres. Vaſſallo noſtro panes decem & ſeptem, friskinga una, porcellus unus, de potu modius unus, pulli duo, ova decem, annona ad caballos modii duo.

Ibid. c. 29. Fileſac. de Sac. Epiſc. Auctor. fol. 39.

De eo qui in aliena patria de qualibet cauſa fuerit interpellatus.

LXXIV. Si quis in aliena patria, ubi vel propter beneficium vel propter aliam quamlibet occaſionem aſſiduè converſari ſolet, de qualibet causâ fuerit interpellatus, verbi gratiâ de conquiſitu ſuo vel de mancipiis ſuis, ibi ſecundùm ſuam legem juſtitiam faciat, & cum talibus conjuratoribus quales in eadem regione vel provincia ſecum habere potuerit, legitimum ſacramentum juret; excepto ſi quis eum de ſtatu ſuo, id eſt, de libertate ſua, vel de hereditate quam ei pater ſuus moriens dereliquit, appellaverit. De his duobus liceat illi ſacramentum in patria ſua, id eſt, in legitimo ſui ſacramenti loco, jurandum offerre. Et is qui cum eo litigat, ſi velit, ſequatur illum in patriam ſuam ad recipiendum illud ſacramentum. Ipſe tamen primo in eodem loco, id eſt, ubi inter-

Lib. 2. leg. Longobar. tit. 41. c. 7.

Vide Notas ad Capitulare I. anni 819.

pellatus eſt, ſatisfaciat tam Comiti & Judicibus, quàm adverſario ſuo, teſtibus probando quòd rem quæ ab eo quæritur, pater ſuus ei dereliquit.

De ſolutione atque compoſitione.

Suprà p. 251, c. 15. Capitular. lib 3. c. 30. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 22. c. 3. Hiſtoire de Beam, pag. 253.

LXXV. Ut omnis ſolutio atque compoſitio quæ in Lege Salica continetur, inter Francos per duodecim denariorum ſolidos componatur; excepto ubi contentio inter Saxones & Friſiones exorta fuerit. Ibi volumus ut quadraginta denariorum quantitatem ſolidus habeat quem vel Saxo vel Friſio ad partem Salici Franci cum eo litigantis ſolvere debet.

De ſtatu hominis.

LXXVI. Ut de ſtatu ſuo, id eſt, de libertate vel hereditate compellandus, juxtà Legis conſtitutionem manniatur. De cæteris verò cauſis ubique rationem eſt redditurus. Si poſt ſecundam Comitis admonitionem aliquis ad mallum venire noluerit, rebus ejus in bannum miſſis venire & juſtitiam facere compellatur. *Vide ſuprà, cap. 25.*

De proprietate hominis quæ ob aliquod crimen in bannum fuerit miſſa.

LXXVII. Cujuſcunque hominis proprietas, &c. *ut ſuprà, cap.* XXIV.

EXPLICIT LIBER QUARTUS.

SEQUUNTUR CAPITULA DOMNI KAROLI AUGUSTI, PATRIS VIDELICET DOMNI HLUDOUVICI IMPERATORIS.

APPENDIX PRIMA.

Capitula Domni Karoli Imperatoris eccleſiaſtica, quæ ideò ſuprà ſcriptis non conjunxi Capitulis, quia alia ex iſtis quaſi causâ memoriæ ſcripta fuerant, & non videntur plenum explere ſenſum; alia ſunt geminata, cum aliis videlicet mixta Capitulis, alia penitùs finita atque ad perfectionem perducta.

INCIPIUNT CAPITULA.

CAP. I.

Capitulare I anni 805. c. 1. & ſeq.

DE lectionibus.

II.

De cantu.

III.

De Notariis.

IV.

De cæteris diſciplinis.

V

De computo.

VI.

De medicinali arte.

VII.

De Eccleſiis ſine honore manentibus, abſque officiis & luminaribus: & de his qui decimas ſumunt & de Eccleſiis non curant; & de altaribus, ut non ſuperflua ſint in Eccleſiis.

VIII.

Notæ ad Concord. Regular. pag. 1028, 1045.

De Laicis noviter converſis, ne, antequam ſuam legem pleniter vivendo diſcant, ad alia negotia mittantur.

IX.

De relinquentibus ſeculum, ut unum è duobus eligant, aut pleniter ſecundùm canonicam aut ſecundùm regularem inſtitutionem vivere debeant.

X.

De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter inventis ſine auctoritate, niſi Epiſcopo probante minimè venerentur, (ſalvâ etiam de hoc & de omnibus Eccleſiis canonicâ auctoritate *). * Hæc deſunt in Cod. Sangall. 1. Colbert. Thuan. Ripoll.

Capitulare II. anni 805, c. 17. Burchard. lib. 3, c. 51. Ivo, par. 3, c. 54.

XI.

De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.

Capitulare VI. anni 806, c. 6.

XII.

Quòd non oporteat abſolutè quoſlibet ordinare.

Suprà, lib. 1, c. 25. Capitulare an. 794. c. 26. Capitulare VI. an. 806. c. 6. Criſcon. c. 196.

XIII.

De ſervo, ſi neſciente domino ſuo fuerit ordinatus.

Capitulare VI. anni 806, c. 8. Ivo, par. 6, c. 225.

XIV.

Ibid. c. 9. Quòd non liceat Clericum in duabus civitatibus miniſtrare, nec Abbatibus plurima monaſteria aut cellas habere.

XV.

Ibid. c. 10. De peregrinis Epiſcopis & Clericis.

XVI.

Ibid. c. 11. De litteris peregrinorum & Clericis ſine litteris ambulantibus.

XVII.

Ibid. c. 13. Qualis vel pro quálibus culpis quiſque ſecundùm canonicam inſtitutionem degradètur de officio ſacerdotali.

XVIII.

Ibid. c. 14. De expulſo ab Eccleſia & excommunicato, vel damnato ab officio ſuo.

XIX.

Ibid. c. 15. De ordine Eccleſiaſtico & officio Miſſæ.

XX.

Ibid. De Reliquiis Sanctorum & oratoriis villaribus.

XXI.

Ibid. c. 16. De altari non conſecrando niſi lapideo.

XXII.

Ibid. c. 17. De confirmatione cum chriſmate.

XXIII.

Ibid. c. 18. De baptiſmo.

XXIV.

Ibid. c. 19. De Paſcha & die dominico, & de reliquis feſtivitatibus.

XXV.

Ibid. c. 20. De jejunio & de quadrageſima vel letaniis.

XXVI.

Ibid. c. 21. Ut feſtivitates præclaræ non niſi in civitatibus aut in vicis publicis teneantur.

XXVII.

Ibid. c. 22. De hoc officio.

XXVIII.

De Eccleſiis emendandis, ut ubi in uno loco plures ſunt quàm neceſſe eſt, deſtruantur quæ neceſſariæ non ſunt, & aliæ conſtruantur. Capitulare III. anni 803, c. 1.

XXIX.

De Eccleſiis non bene conſtructis.

XXX.

De judicio pœnitentiæ ad interrogandum reliquimus per quem pœnitentialem vel qualiter judicentur pœnitentes; & de inceſtibus, quibus liceat injungere, quibus non.

XXXI.

De eleemoſyna mittenda in Hieruſalem propter Eccleſias Dei reſtaurandas in proximo Natali Domini. Capitulare I. an. 810 c. 17.

XXXII.

Ut nullus homo malignis conſentiat, ſed magis in quantum poteſt reſiſtat. Ut pauperes, orphani, & viduæ, & Eccleſiæ Dei pacem habeant. Ibid. c. 18.

XXXIII.

Ut qui Monachi & virgines ſunt, propoſitum ſuum obſervent.

XXXIV.

Ut iſti mangones & cotiones, qui vagabundi vadunt, per iſtam terram non ſinantur vagari ac deceptiones hominum agere; nec iſti nudi cum ferro, qui dicunt ſe datâ pœnitentiâ ire vagantes. Meliùs videtur ut ſi aliquod inconſuetum & capitale crimen commiſerint, in uno loco permaneant laborantes & ſervientes, & pœnitentiam agentes ſecundùm quod canonicè ſibi impoſitum ſit. Capitulare I. anni 789. cap. 77. Regino, lib. 1. c. 80. *Vide* Vitam S. Liobæ, tom. V. Surii, p. 405, cap. 24. Rhenanus, pag. 95.

XXXV.

De concordia fidelium noſtrorum.

APPENDIX SECUNDA.

Incipiunt iterùm Capitula Domni Karoli Imperatoris mundana, quæ ſupraſcriptam videntur habere cauſam.

CAP. I.

Capitulare II an. 805. cap. 11. DE latronibus, ſicut jam anteà in alio Capitulari commendavimus, ità maneat.

II.

Capitulare III. an. 806. cap. 4. De adventitiis, ut cùm Miſſi noſtri ad placitum venerint, habeant ſcriptum quanti adventitii ſunt in illorum miſſatico, aut de quo pago ſunt, & nomina eorum, & qui ſunt eorum Seniores.

III.

Si quis de libertate ſua fuerit interpellatus, & timens ne in ſervitium cadat, aliquem de propinquis ſuis, per quem ſe in ſervitium caſurum timens occiderit, id eſt, patrem, matrem, patruelem, avunculum, vel quamlibet hujuſmodi propinquitatis perſonam, ipſe qui hoc perpetraverit, moriatur; agnatio ejus & conſanguinitas in ſervitutem cadat. Et ſi negaverit Capitulare II. an. 803. cap. 5. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 10. c. 3.

ſe illum occidiſſe, ad novem vomeres ignitos judicio Dei examinandus accedat.

I V.

Capitulare III. anni 803. c. 6. Ivo, par. 16. cap. 303.

De fugitivis ac peregrinis, ut diſtringantur, ut ſcire poſſimus qui ſint aut unde venerint.

V.

Capitulare III. anni 803. c. 7. Ivo, par. 16. c. 304.

Ut bauga & bruniæ non dentur negotiatoribus.

V I.

Capitulare III. anni 803. c. 8. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 22. c. 1.

De menſuris, ut ſecundùm juſſionem noſtram æquales ſint.

V I I.

Capitulare III. anni 803. c. 9.

Ut non mittantur teſtimonia ſuper veſtituram Domni Pippini Regis.

V I I I.

Ibid. c. 13. Lib. 2. leg. Long. tit. 21. c. 29.

Ut omnia quæ wadiari debent, juxtà quod in lege continetur, pleniter ſecundùm ipſam legem rewardiata fiant, & in poſtmodum vel Domnus Rex, vel ille cujus cauſa eſt, juxta quod ei placuerit, perdonet.

I X.

Capitulare III. anni 803. c. 25.

Ut Miſſi noſtri qui jam breves detulerunt de adnuntiatione, volumus ut adhuc adducant de opere.

X.

Ibid. c. 26.

Quantam moram faciant in unoquoque loco, & quot homines ſecum habeant.

X I.

Ibid. c. 27.

De prudentia & conſtantia Miſſorum noſtrorum.

X I I.

Ibid. c. 28.

De falſis monetariis requirendum eſt.

X I I I.

Ibid. c. 23.

De illis Saxonibus qui uxores non habent.

X I V.

Ibid. c. 24.

De ſignatis qui mentiendo vadunt.

X V.

Ibid. c. 29.

Si aliæ res fortuitu non præoccupaverint, VIII. Kalend. Julias, id eſt, Miſſa ſancti Johannis Baptiſtæ, ad Magontiam ſive Cabillonem generaliter placitum habere volumus.

X V I.

Vide ſuprà, lib. 3. c. 10. & Capitulare I. an. 809. c. 16.

De perjuriis, ut caveantur. Et ut non admittantur teſtes ad juramentum antequàm diſcutiantur. Et ſi aliter non poſſunt diſcuti, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non ſoli accuſatori liceat teſtes eligere abſente ſuo cauſatore. Et omninò nullus, niſi jejunus, ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Et ille qui ad teſtimonium ducitur ſi refutetur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi fortè longiùs extra comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum aut redimat.

X V I I.

Capitulare I. an. 809. c. 14. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 31. c. 1.

Ut nemo propter cupiditatem pecuniæ aut propter avaritiam ſuam priùs det pretium, aut futuram conventionem ſibi præparet ut duplum vel triplum tunc recipiat; ſed tunc tantùm quandò fructus præſens eſt, illos comparet.

X V I I I.

Capitulare I. an. 809. cap. 2.

De cauſis quæ quotidie non ceſſant.

X I X.

Ibid. c. 5.

De fugitivis qui non ceſſant recipere & abſcondere.

X X.

Ibid. c. 6.

De vagis peregrinis.

X X I.

Ibid. c. 7.

De homicidiis.

X X I I.

Ibid. c. 8.

De commendatis menſuris modiorum & ſextariorum.

X X I I I.

Ibid. c. 9.

De beneficiis noſtris non benè conſtructis.

X X I V.

Ibid. c. 35.

De hoſpitalitate & ſuſceptione iterantium, tam Miſſorum noſtrorum, quàm reliquorum bonorum hominum.

X X V.

Ibid. c. 36.

Quòd Miſſos ad vicem noſtram mittimus.

X X V I.

Ibid. c. 37.

De his qui vinum & annonam vendunt antequam colligantur, & per hanc occaſionem pauperes efficiuntur, (ut fortiter conſtringantur ne deinceps fiat *.)

* Deſunt in Mer. Rem. Bell. Div. Th. Pariſ. Till. Pal.

X X V I I.

Capitulare I. anni 810. c. 2.

Ut antè Vicarium & Centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur aut adquiratur, niſi ſemper in præſentia Miſſorum imperialium aut in præſentia Comitum.

X X V I I I.

Ibid. c. 3

De homicidiis factis anno præſenti inter vulgares homines quaſi propter pulverem mortalem.

Agob. in Lib. de Grandine, cap. 16.
Du Cange, ad Annam Comnenam, pag. 481.

X X I X.

XXIX.

Ibid. c. 11. De heribanno, ut diligenter inquirant Miſſi noſtri qui hoſtem facere potuit & non fecit, ut bannum noſtrum ipſe componat, ſi habet unde componere poſſit. Et ſi non habuerit unde componere valeat, rewadiatum fiat & inbreviatum; & nihil ex hoc exactum fiat uſque dùm ad notitiam Domni Imperatoris veniat.

XXX.

Ibid. c. 12. Qui herisciz factum habent, per fidejuſſores mittantur.

XXXI.

Ibid. c. 13. De beneficiis deſtructis & alode reſtaurata.

XXXII.

Ibid. c. 14. De freda exigenda.

XXXIII.

Ibid. c. 15. De materiamine ad naves faciendum.

XXXIV.

Si aliquis Saxo hominem comprehenderit abſque furto aut abſque ſua propria aliqua re, dicens quòd illi habeat damnum factum, & hoc contendere voluerit in judicio aut in campo aut (ad crucem *,) licentiam habeat. Si vero hoc noluerit, cum ſuis juratoribus ipſe liber homo ſe idoniare faciat. Et ſi ſervum cujuſlibet abſque aliqua comprobatione comprehenderit, ipſe ſervus aut ad aquam ferventem aut ad aliud judicium ſe idoniare faciat.

Vide Greſſer p. 409, 412.

* Hæc deſunt in Cod. Metenſi. Similia tamen erant in eod. Cod. lib. 3, c. 46, & in Capp. de Lege Ripuar. cap. 3 & 6.

XXXV.

Si aliquis Saxo caballos in ſua meſſe invenerit, & ipſos caballos inde ducere pro ſuo damno ad comprobandum voluerit, ſi quis liber homo ei hoc contradixerit, aut aliquod malum pro hoc ei fecerit, triplâ compoſitione ſecundùm legem & ſecundùm ewam contrà eum emendare ſtudeat, & inſuper bannum dominicum ſolvat, & manum perdat, pro eo quòd inobediens fuit contrà præceptum Domni Imperatoris, quòd ipſe pro pace ſtatuere juſſit. Si ſervus hoc fecerit, ſecundùm ſuam legem omnia in triplum reſtituat, & diſciplinæ corporali ſubjaceat.

XXXVI.

Quicunque liber homo inventus fuerit anno præſente cum Seniore ſuo in hoſte non fuiſſe, plenum heribannum perſolvere cogatur. Et ſi Senior vel Comes eum domi dimiſerit, ipſe pro eo eundem heribannum perſolvat; & tot heribanni ab eo exigantur, quot homines domi dimiſerit. Et quià nos anno præſente unicuique Seniori duos homines, quos domi dimitteret, conceſſimus, illos volumus ut Miſſis noſtris oſtendat, quià his tantummodò heribannum conceſſimus.

Capitulare II. an. 811, cap. 9.

XXXVII.

Ut quandocunque navigium mittere volumus, ipſi Seniores in ipſis navibus pergant, & ad hoc ſint præparati omnes, jubemus.

Ibid. c. 12.

XXXVIII.

Furta & injuſta connubia, necnon & falſa teſtimonia, ſicut ſæpè rogavimus, prohibete diligenter, ſicut & Domini lex prohibet

Capitulare I. an. 789. cap. 66.

EXPLICIUNT CAPITULA DOMNI KAROLI, PATRIS DOMNI HLUDOUVICI IMPERATORIS.

APPENDIX TERTIA.

Item Capitula Principum præclariſſimorum, eccleſiaſtica ſimul & mundana, Domni Hludouvici Auguſti & Hlotharii Cæſaris, quæ ſupraſcriptam videntur habere rationem.

CAP. I.

BENEDICTUS de ſua reclamatione in perpetuum ſileat

II.

* Liutfrido. *Th. & Sang. L. Cod.*

* Leutriticum. *Th. Cod.*

De manſo quem Gehirfredus Epiſcopus à Liutrico * Comite requirit, ut ſi Miſſi noſtri invenerint eum juſtitiam habere, non permittant Liutricum * per veſtituram Domni Karoli juſtitiam ejus impedire.

III.

De foreſte quam Autharius Comes habere vult, ubi ea priùs non fuiſſe dicitur, volumus ut Miſſi noſtri rei veritatem inquirant, & juxtà quòd juſtum invenerint, ex noſtra auctoritate definiant.

IV.

De cauſa Hruotmundi Comitis, ut ei

liceat hic in palatio ſacramentum ſuum jurare quia propter noſtrum ſervitium ſibi conſtitutum placitum intrà patriam obſervare non licuit.

V.

Vide ſuprà, pag. 741, cap. 25.

De duabus feminis quæ indiculos attulerunt interrogandi ſunt Heiminus & Monoaldus utrùm eccleſiaſticæ an fiſcales * fuiſſent.

* fiſcalinæ, *Cod. Bellov.*

V I.

Odo buticularius de foreſte ſua interrogandus eſt.

V I I.

Vide Cujac. lib. 9. Obſervat. cap. 26.

De rebus quas Marchio tradidit filio Boſonis vel aliis hominibus, volumus ut hi quibus traditæ fuerunt, veſtituram ſuam accipiant, & inſuper confirmationem.

V I I I.

De rebus quas quædam femina Hildegardi Reginæ tradidit, & portionem quam ſibi ſervavit injuſtè amiſiſſe dicitur, volumus ut charta traditionis quæratur & inſpiciatur, & tunc quid illa habere debeat definiatur.

I X.

Querelam quam Helizachar & Heiminus contrà Maginarium habent, volumus ut Miſſi noſtri ſecundùm juſtitiam & æquitatem definiant.

X.

De querela Hildebrandi Comitis, quòd pagenſes ejus paravereda dare recuſant, volumus ut hoc Miſſi noſtri ab his hominibus qui in eodem comitatu manent, & ea dare non debent, necnon & à vicinis Comitibus inquirant; & ſi invenerint quòd ipſi ea dandi debitores ſunt, ex noſtra juſſione dare præcipiant.

EXPLICIT LEGILOQUUS.

CAPITULARIUM
LIBRI TRES POSTERIORES,
COLLECTI A BENEDICTO LEVITA.

DE CONGLUTINATIONE ISTORUM & communicatione ſeptem Librorum, Capitulorum videlicet dominicorum, qualiterque, quibus, & à quibus collecti, ordinati, atque conſcripti eſſe monſtrantur, ſequens indicat lectio, & qui etiam iſtis panduntur verſiculis *.

Deeſt hic Titulus in Cod. Sang. 2.

* *Plib.* ac quædam iſtis panduntur verſiculis.

Quattuor explicitis, Lector venerande, Libellis,
Qui Canonum recitant jura tenenda ſatis,
Quoſque pater quondam collegit nobilis aptè
Anſegiſus ovans, ductus amore Dei,
Autcario demum, quem tunc Mogontia * ſummum
Pontificem tenuit, præcipiente pio,
Poſt Benedictus ego ternos Levita Libellos
Adnexi, Legis quis recitatur opus;
Quos patet inventos, Præfatio pandit ut ipſa,
Diſtinctim titulis ſubpoſitiſque ſuis.
Hos igitur relegens devoto pectore biblos,
Gratanter ſtudeas fundere, poſco, preces,
Quatinùs æterno donentur munere cælo.
Hæc pia ſanxerunt qui quoquè jura piè.

* *Plib.* Magontia.

INCIPIT SEQUENTIUM CAPITULORUM PRÆFATIO.

PRÆCEDENTES quatuor Libelli nonnulla glorioſiſſimorum Karoli atque Hludouvici Imperatorum continent Capitula, quæ eorum tempore ab Anſegiſo Abbate ſunt collecta atque in prædictis coacta Libellis, ſicut in eorundem proœmio continetur. Sed quia ab eo nec media, ut rati ſumus, ſunt forſitan inventa vel collecta, neceſſe erat ut à fidelibus ubicunque inveniri potuiſſent, quærerentur, & ob recordationem tantorum Principum, vel eorumdem Capitulorum utilitatem coadunarentur, & membranis inſererentur, atque à fidelibus memoriæ commendarentur. Quapropter ea quæ ille aut invenire nequivit, aut inſerere fortaſsè noluit, & illa quæ poſtmodùm à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, & Pippini ac Karoli atque Hludouvici didicimus in jamdictis Libellis minimè eſſe inſerta, pro Dei omnipotentis amore, & ſanctæ Dei Eccleſiæ ac ſervorum ejus atque totius populi utilitate, fideliter inveſtigare curavimus, & in

Ivo, par. 4, c. 174. Pannorm. lib. 2, cap. 148.

tribus ſubſequentibus Libellis diſtinctè cum titulis ſuis coadunare, ac Hludouvico Hlotharioque atque Karolo nobiliſſimis Regibus, filiis ſcilicet Hludouvici piiſſimi Imperatoris, habenda & omnium Chriſtianorum fidelibus tradenda ſcribere non diſtulimus; ut ſcirent qualiter juxta normam avi, proavi, ac genitoris, ſecundùm Domini ſcilicet voluntatem, ſicut & illi fecerunt, clerum & populum ſibi commiſſum, Domino opem ferente, regere mererentur. Hæc verò capitula, quæ in ſubſequentibus tribus Libellis coadunare ſtuduimus, in diverſis locis & in diverſis ſchedulis, ſicut in diverſis ſynodis ac placitis generalibus edita erant, ſparſim invenimus, & maximè in ſanctæ Mogontiacenſis * metropolis Eccleſiæ ſcrinio à Riculfo ejuſdem ſanctæ ſedis Metropolitano recondita, & demum ab Autcario ſecundo ejus ſucceſſore atque conſanguineo inventa reperimus, quæ in hoc Opuſculo tenore ſupraſcripto inſerere maluimus. Monemus ergò Lectores ut ſi eadem capitula duplicata vel triplicata repererint, non hoc noſtræ imperitiæ reputent; quia, ut diximus, diverſis ea in ſchedulis invenimus, & ob id tam citò hæc emendare nequivimus, ſed cunctis ſcientiæ repletis Lectoribus hæc corrigenda dimiſimus. Invenimus inſuper quædam ex his paria initia habentia & imparem finem; quædam verò pares fines, ſed non paria initia; in quibuſdam autem minùs, & in quibuſdam plus: & propterea illa ſic dimiſimus ſicut invenimus. Precamur etiam omnes ut ſi deinceps plura ex his invenerint, quæ memoratus Anſegiſus non inſeruit, nec nos potuimus hactenùs invenire, ut ea illis in quarto aut in quinto libello diſtincta inſerere non pigeat; quatinùs ipſi ex hoc gratiam Dei habeant, & clerus ac populus eorum utilitatibus non careat, quoniam valde ſunt utilia hæc capitula, & ſcire volentibus oppidò profutura, quæ pro lege tam eccleſiaſtica quàm & ſeculari jure firmiſſimo ſunt tenenda. Primo igitur in loco poſuimus nonnullos verſiculos in laudem prædictorum Principum metricè compoſitos. Deinde ſequuntur capitula primi libelli, ſubjectis numeris ſuis, ut faciliùs inveneri poſſit ſententia quæ quæritur. His ita peractis, eſt in fronte primi libelli poſita Zachariæ Papæ epiſtola omnibus Epiſcopis ac reliquis eccleſiaſtici ordinis gradibus, & cunctis Ducibus atque Comitibus, omnibuſque Deum timentibus per Gallias & Francorum provincias conſtitutis, directa, ſicut in ea continetur. Quam ſequuntur duo ſynodales conventus quos ſanctæ Romanæ & apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus Bonifacius, memoratæ Mogontiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, vice ſupradicti Zachariæ Papæ unà cum Karlomanno Francorum Principe canonicè tenuit; ut agnoſcant omnes hæc prædictorum Principum capitula maximè apoſtolicâ auctoritate fore firmata. Poſt iſta quoquè quæ ſequuntur, eâdem auctoritate, maximâ, ut diximus, ex parte, & omnium Francorum utriuſque ordinis virorum aſſenſu ſunt roborata. Secundo verò in libello, poſt capitulorum numerum, primâ fronte poſita ſunt quædam ex lege divina excerpta capitula, ſicut eâ ſparſim in eorum mixta capitulis reperimus, ut omnes hæc capitula legibus divinis reguliſque canonicis concordare non ignorent. Tertio ſiquidem

* *Pith.* Mogontiacenſis.

in libello, poſt ejuſdem libelli capitulorum numerum, quædam ex canonibus à Paulino Epiſcopo & Albino magiſtro reliquiſque juſſione Karoli invictiſſimi Principis magiſtris ſparſim collecta ſunt inſerta capitula; & quibuſdam interpoſitis, ſequuntur alia regulæ monaſticæ congruentia; & demum ea quæ ſequuntur, ad ſanctæ Dei Eccleſiæ ſervorumque ejus atque totius Chriſtiani populi utilitatem ſunt conſcripta capitula, ſicut in eodem continentur libello. Precamur quoquè Lectores omnes, cunctoſque Judices & ſapientes ut non ea ſiniſtrâ interpretatione ullo unquam tempore dignentur exponere, aut quemquam injuſtè judicare, vel eò quòd non ſint quædam ex his juxta regulam grammaticæ artis compoſita reprehendere; ſed pro ipſis Principibus eorumque & ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, qui hæc eadem ſimul cum eis tractaverunt, atque pro nobis, qui ea colligere ac deſcribere curavimus, orare ſtudeant; & jamdicta capitula pariter nobiſcum illi amplecti, venerari, amare, legibuſque tenere decertent, annuente Domino, ut parem omnes ex hoc mercedem habere mereamur. Amen. FINIT.

INCIPIUNT VERSUS DE PRÆDICTIS PRINCIPIBUS.

Vide Notas ad Concord. Regular. pag. 73.

Aurea progenies, felici ſtemmate pollens,
Francorum virtus, perpetuumque decus,
Pippinus quondam micuit ſublimiter, atque
Karlomannus agens quæ placuêre Deo.
Cenſores etenim veri, pietatis amore,
Eccleſiæ leges inſtituêre ſacras.
Quas dum lector ovans deſcriptas legerit iſtic,
Nec minùs & jura poſteriora legat.
Hinc Cæſar Karolus, divino munere fretus,
Nobiliter proceres rexit in orbe ſuos:
Quorum ſceptra piis unà moderatus habenis,
Cunctorum vicit inclita geſta patrum;
Virtutum gemmis David reliquoſque ſecutus,
Inſigni famâ fulſit ubique ſui.
Quid memorem multas domuit quas denique gentes;
E quis & remeans clara trophæa tulit?
Nec mirum, coluit dum Regis juſſa ſuperni,
Decernens ſanctis jura tenenda viris;
Ob quæ promeruit cœleſtia ſcandere regna,
Quà quoquè percepit præmia larga ſatis.
Inde Hludouvicus regno ſucceſſit avito,
Eximius Princeps, divus & orbis apex:
Auguſto nituit ſub quo Germania cultu,
Cultori tribuens commoda multa ſuo.
Pacis amator enim Cæſar, pietatis & almæ,
Conſuluit populis, plebibus atque ſuis.
Scilicet ut Regum renovans ſancita priorum,
Prudenter titulos adderet ipſe pios.

Quapropter moriens penetravit ſidera cœli,
Solvens præcelſo cantica digna Deo.
Ex quo perſequitur * ſoboles veneranda per orbem
Ipſius, inſigni nomine digna patris.
Hludouvicus enim fluvii cis littora Rheni
Imperat, & gentes comprimit ecce feras.
Necnon Hlotharius parili ditione potitus,
Francorum Cæſar ſceptra tremenda vehit.
Tum Karolus regnum Francorum ſorte retentat,
Nomen avi referens auxiliante Deo.
Nos quibus illa tenent terni quæ jura libelli,
Obtulimus ſcripta, ſemper habenda ſibi.
Quorum norma docet jugiter nos vivere rectè,
Et ſtudiis Domino ritè placere piis.
Hæc reſecant pravos æquo moderamine mores,
Vivendi normam contribuendo piis.
Namque patrant multi funeſtas ſæpè rapinas,
Nonnulli violant templa dicata Deo;
Sunt alii ſcelerum fœdati labe ſuorum,
Fiſtula quos omnes commemorare nequit.
Sed cohibet tales legum cenſura ſacrarum,
Decretiſque vetat iſta patrare piis.
Ergò duces laudare decet per carmina fortes,
Munere virtutum qui micuêre ſacro;
Francia ſub quorum ſceptris tutiſſima manſit,
Libertate vigens, colla ſuperba terens,
Quam variæ gentes dominam timuêre ſeveram,
Utpotè quas armis cepit ovando ſuis.
Unde ſibi nomen meruit, decus atque perenne,
De victis populis celſa trophæa ferens.
Cœleſtis patriæ donati munere Reges
Exultant jugiter, & ſine fine canunt;
Alta poli cujus ſubierunt culmina cœli *,
Quos devota chelys jam reſonavit ovans.
Felices nimiùm quos aula beata receptans,
Cœlicolis junxit civibus ipſa libens.
Non ibi jam metuunt furvas nocuaſque tenebras:
Quin potiùs veræ lucis amœna vident.
Sic evangelici teſtatur pagina bibli,
Quòd mundi lumen ſit Deus altitonans.
Hoc jubar exhilarat ſuperorum corda virorum,
Inſidianſque procul nubila tetra fugat.
Hoc etiam vatum cecinit pulcherrimè quidam,
Olim quòd Dominus luſit amando Deus *.
Cui decus & virtus, laus & veneratio ſemper,
Imperiumque manet, cuncta per æva ſacrum,
Ipſe tibi tribuat prolixæ tempora pacis,
Credita qui plebi ferſque talenta tibi.

* *Pith.* Hinc etiam ſequitur ſoboles &c.

Vide Præfationem Pithœi, ſuprà, in initio hujus vol. pag. 81.

* *Pith.* culmina læti, &c.

* *Pith.* Olim quòd Dominus lux ſit amanda Deus.

INDEX CAPITULORUM QUINTI LIBELLI.

1. EPISTOLA Zachariæ Papæ Francis & Gallis directa.
2. Synodus cum actibus ſuis, juſſione apoſtolicâ à ſancto Bonifacio & Francorum Epiſcopis ſub Karlomanno Duce habita anno incarnationis dominicæ DCCXLII.
3. Item altera Synodus à ſupradictis Epiſcopis ac Principe apoſtolicâ auctoritate Kalendas Martias Liptinas habita.
4. De fide catholica & primo præcepto legis.
5. De pace & concordia ſervanda.
6. De eo qui à Presbytero non baptizato baptizatus eſt.
7. De eo qui filiaſtrum aut filiaſtram ante Epiſcopum tenuerit.
8. De his qui propter faidam in alias patrias fugiunt.
9. De inceſtis.
10. De eccleſiaſticis viris.
11. De Presbyteris & Clericis, ut Archidiaconus eos convocet ad ſynodum.
12. De eo qui Miſſo Epiſcopi contradixerit vel Presbytero aut Clerico inceſtuoſum.
13. De his qui res eccleſiaſticas verbo Domni Regis tenant.
14. Ut Presbyteri qui vicos vel Eccleſias tenent, ceram vel alios cenſus ad matrem civitatis Eccleſiam perſolvant, ſicut conſuetudo fuit.
15. De emunitatibus ſervandis.
16. De juſtitiis faciendis.
17. De eccleſiaſticis viris qui ſe reclamantes ad palatium veniunt.
18. De muliere quæ ſine licentia viri ſui velum in caput miſerit.
19. De eo qui filiaſtram ſuam contra voluntatem ipſius dederit viro ingenuo vel ſervo.
20. De femina ingenua quæ ſervum acceperit.
21. De eo qui habet mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea.
22. Ut Sacerdotes vel Clerici ad ſecularia negotia, relicto Epiſcopo ſuo, non convolent.
23. Ut Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nihil agant.
24. De eo qui oblata dederit vel acceperit præter Epiſcopi juſſionem.
25. Cum excommunicatis non licere communicare.
26. De eo qui Eccleſiam Dei conturbat.
27. De Monachis, ut in civitate vel regione qualibet Epiſcopo ſuo ſubjecti ſint.
28. Ut Clericus in Eccleſia in qua prætitulatus eſt, permaneat.
29. Ut Epiſcopus curam monaſteriorum gerat.
30. De eo qui excommunicatus pro ſuo neglecto fuerit.
31. Ut Presbyteri rem Eccleſiæ non vendant.
32. Ut manumiſſiones in Eccleſia celebrentur.
33. De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.
34. Ut nullus Sacerdos canones ignoret.
35. Quid de Presbyteris criminoſis, de quibus adprobatio non eſt, agendum ſit.
36. De Sacerdotum purgatione. Ex Capitulis Domni Karoli.
37. De eo qui confitetur de crimine.
38. De uſuris.
39. De Comitibus, ut Miniſtris Eccleſiæ in ſuis miniſteriis adjutores ſint.
40. De ordinatione Presbyterorum.
41. De Presbyteris, qualiter Eccleſiæ introitum conſequantur.
42. De non cogendo bibere.
43. De Presbyteris, à quibus per Eccleſias conſtituantur.
44. De honore pro Eccleſiis dando.
45. De decimis diſpenſandis.
46. De Eccleſiis vel altaribus immeliorandis.
47. De Eccleſiis vel altaribus ambiguis.
48. De linteis altaribus præparandis.
49. De parochianis alterius Presbyteri.
50. De parochia alterius Presbyteri.
51. De termino Eccleſiarum.
52. De rebus Presbyterorum.
53. De pœnitentibus non cogendis vinum bibere.
54. De Presbyteris, à quibus ſe caveant.
55. De Presbyteris qui agenda in domiciliis celebraverint.
56. De prædicatione vel capitulis Presbyterorum.
57. De Euchariſtia.
58. De ampullis tribus in Cœna Domini habendis.
59. Ut omnes Clerici Epiſcopis ſuis ſubjecti ſint.
60. De ordine Sacerdotum.
61. De eo qui non confitetur Dei Verbum puſſum carne.

62. *De modo excommunicationis, tam de Clericis, quàm de laicis.*
63. *De his qui à ſynodo vel à ſuo Epiſcopo damnati ſunt.*
64. *De Epiſcopis vel quibuſlibet ex Clero.*
65. *De die dominica, qualiter obſervanda eſt.*
66. *De ignotis Angelorum nominibus.*
67. *De mulieribus, ne ad altare accedant.*
68. *De Epiſcopis ordinandis vel quibuſlibet ex Clero.*
69. *De maleficis vel incantatoribus.*
70. *De negotio Clericorum inter ſe.*
71. *De conſpiratione Clericorum vel Monachorum ſeu Laicorum.*
72. *De fide ſanctæ Trinitatis prædicanda.*
73. *De his qui ſe convertunt ad Deum.*
74. *De his qui non ſunt bonæ converſationis.*
75. *De his qui cum excommunicato communicaverunt.*
76. *De ſubjectione Presbyterorum.*
77. *De Clericis eccleſiaſtici ordinis.*
78. *De falſis nominibus Sanctorum.*
79. *De uxore à viro dimiſſa.*
80. *De oblatis pauperum.*
81. *De jejuniis à Sacerdotibus conſtitutis.*
82. *De his qui contra naturam peccant.*
83. *De nominibus recitandis.*
84. *De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.*
85. *De Sacerdotibus contra decretalia agentibus.*
86. *De fide Presbyterorum ab Epiſcopis diſcutienda.*
87. *De Presbyteris in Eccleſiis conſtituendis ab Epiſcopis, & non ab aliis.*
88. *De villis novis & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis.*
89. *De Presbyteris qui feminas in domibus habent.*
90. *De ſcriptoribus.*
91. *De inceſtuoſis.*
92. *De communicatione fidelium.*
93. *De confugio ad Eccleſiam.*
94. *De admonitione Sacerdotum.*
95. *De prædicatione ad plebem.*
96. *De eruditione filiorum à parentibus vel patrinis.*
97. *De Eccleſiis antiquitùs conſtitutis.*
98. *De his qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis conſtituunt vel de Eccleſiis eiciunt.*
99. *De Eccleſiis inter coheredes diviſis.*
100. *De manſo ad Eccleſiam dato.*
101. *De his qui decimas dare nolunt, niſi à ſe redimantur.*
102. *De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam.*
103. *De cauſa ebrii hominis, & de ejus teſtimonio, & de placito Comitis.*
104. *De hoc ſi Presbyteri ſanctum chriſma dederint ad judicium ſubvertendum.*
105. *De placito Centenarii.*
106. *De raptu viduarum.*
107. *De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.*
108. *De obſervatione præceptorum dominicorum.*
109. *De locis jamdudum ſacris & nunc ſpurcitiâ fœdatis.*
110. *De commutationibus utilibus permanendis, inutilibuſque delendis.*
111. *De Eccleſiæ conſecratione in qua mortuorum cadavera ſunt ſepulta.*
112. *De officio laicorum.*
113. *De ſtultorum voto ſolvendo.*
114. *De non prodendo à Presbyteris crimen Epiſcopi.*
115. *De parochianis alterius Presbyteri.*
116. *De manûs impoſitione & reſolutione canonica.*
117. *De pœnitente cujus crimen pervulgatum eſt.*
118. *De pœnitentibus qui Euchariſtiam acceperint in infirmitate poſiti.*
119. *De remedio pœnitentiæ, & quòd abſolutio pœnitentium per manûs impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat. Propter quod neceſſe eſt ut reatus peccatorum ante ultimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſolvatur, etiamſi, periculo mortis urgente, ſtatim poſt acceptionem pœnitentiæ & reconciliatio ſubſequatur.* Ex epiſtola Papæ Leonis ad Theodorum, Forojulienſem Epiſcopum.
120. *Item de pœnitentum abſolutione, ut per manûs impoſitionem Epiſcoporum vel Sacerdotum precibus fiat.*
121. *Ut pœnitens, oſtenſis pœnitentiæ fructibus, ad communionem recipiatur.*
122. *Ut pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt ſuper caput cilicium à Sacerdote conſequantur.*
123. *Ut omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdote imponatur.*
124. *Ut lapſi per manûs impoſitionem Epiſcopi abſolvantur.*
125. *Ut pœnitentes communicent qui ante reconciliationem moriuntur.*
126. *De his qui convivio gentilium uſi ſunt.*
127. *Ut criminalia peccata multis jejuniis & crebris manus impoſitionibus à Sacerdotibus purgentur.*

128. *Ut pœnitentibus juxtà canonicam auctoritatem pœnitentia detur, & antè ſuſpenſos à communione excubare faciant ad Eccleſiæ officium.*
129. *De his qui ſeparati à communione fuerint pœnitentibus.*
130. *Ne in confinio mortis pœnitens à reconciliatione diutiùs ſuſpendatur. Et ut oblatio ejus qui pœnitens, nec-dum reconciliatus, de hac vita exierit, ab Eccleſia recipiatur.*
131. *De Presbyteris vel Diaconibus graviori noxâ convictis.*
132. *De pœnitentibus qui ex gravioribus levioribuſque commiſſis pœnitentiam gerunt.*
133. *De his qui convivio ſolo gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt.*
134. *Ut pœnitentes qui ex gravioribus peccatis pœnitentiam gerunt, tribus annis ſint inter audientes, ſi veram pœnitentiam geſſerint.*
135. *De Cathecumenis non prætereundis.*
136. *Ut qui pœnitentiam publicè gerunt, uno anno ſint cum cilicio inter audientes.*
137. *De pœnitentibus tranſgreſſoribus.*
138. *Ut pœnitentibus abſque perſonarum acceptione pœnitentia detur.*
139. *De neglegentioribus pœnitentibus.*
140. *De eo qui pœnitentiam in infirmitate petit.*
141. *Ut pœnitentes non ſe credant abſolutos, niſi per manûs impoſitionem.*
142. *De pœnitentibus qui antequam leges pœnitentiæ exſequantur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint.*
143. *De loco monaſteriorum vel ædificiis providendis.*
144. *Ut Epiſcopi ſciant qualiter Canonici qui ſunt cum Abbatibus, vivant.*
145. *Ut Presbyteri chriſma diligenter cuſtodiant.*
146. *Ut Presbyteri utantur aſſiduè orariis.*
147. *Ne laici Presbyteros eiciant de Eccleſiis.*
148. *Ne laici à Presbyteris munera exigant.*
149. *De fugitivis Clericis.*
150. *De letania majore.*
151. *De quatuor Temporibus obſervandis.*
152. *De indicto jejunio.*
153. *De dominicis diebus.*
154. *De decimis.*
155. *Ut Eccleſiæ pacem habeant.*
156. *Iterùm de pace Eccleſiarum.*
157. *Ut antiquæ Eccleſiæ honorem ſuum habeant.*
158. *De beneficiis eccleſiaſticis.*
159. *Ne Presbyter Miſſam ſolus cantet.*
160. *De oblatione & pace in Eccleſia faciendâ.*
161. *De ſymbolo & oratione dominica.*
162. *Ut malum ebrietatis omninò vitetur.*
163. *De ſpiritualibus filiolis.*
164. *Ut canticum luxurioſum circà Eccleſias deferatur.*
165. *De inceſtuoſis.*
166. *Ne in quarta aut in quinta aut ſexta generatione conjugium copuletur.*
167. *Ne proprius filius de baptiſmo ſuſcipiatur vel ad confirmationem teneatur.*
168. *De damnatis nuptiis.*
169. *De cura & prædicatione Sacerdotum ergà populum ſibi commiſſum, & ut facineroſos extrà Eccleſiam eiciant.*
170. *Ut Presbyteri omnes ſuos ſubjectos orationem dominicam & ſymbolum doceant.*
171. *Quibus temporibus baptizandum ſit.*
172. *Quòd nullum pretium pro baptiſmo accipi debeat.*
173. *De decimis, ut fideliter à fidelibus dentur, & canonicè à Presbyteris dividantur.*
174. *De Presbyteris, ut ſeculares non exerceant curas, neque Judices villarum fiant.*
175. *Ut in titulis quibus Presbyteri conſecrantur, antè ſuam promotionem ſtabilitatem promittant.*
176. *Ne feminæ cum Presbyteris habitent.*
177. *De Presbyteris vel Clericis fugitivis.*
178. *Ut in domibus non conſecratis nequaquam Miſſa celebretur.*
179. *Ut Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi nec arma portent nec venationem exerceant.*
180. *Quòd non liceat mulieri velum ſive ſponiè ſive non ſponiè acceptum dimittere.*
181. *Ut res pauperum vel minùs potentum malâ occaſione non emantur.*
182. *De poteſtate Epiſcoporum pro rebus eccleſiaſticis, ac de convenientia Epiſcoporum cum Laicis.*
183. *De eo qui cauſam judicatam repetere præſumit.*
184. *De Colonis & Fiſcalinis.*
185. *De vita Canonicorum.*
186. *De Presbyteris occiſis.*
187. *De accuſatione Epiſcopi.*
188. *Quòd non liceat Monaſteria Deo ſacrata diverſoria fieri ſecularia.*
189. *Ut conjurationes vel conſpirationes non fiant.*
190. *De illis qui res Eccleſiæ tenent.*

191. *De ſervo Eccleſiæ in furto comprehenſo.*
192. *De his qui Clericum injuriaverint. Ex Concilio Autiſſiodorenſi.*
193. *Ut homicidis vel cæteris reis qui Legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam confugerint, nullus eis victus detur.*
194. *De decimis per juſſionem Epiſcopi diſpenſandis.*
195. *Qualiter de latronibus faciendum ſit.*
196. *De perjuriis*
197. *De latronibus juſtè peremptis, & de hominibus injuſtè punitis.*
198. *De nonis & decimis vel cenſu Eccleſiarum.*
199. *De tributariis Eccleſiarum.*
200. *Ut ſacramentum pro gildoma non fiat.*
201. *Ut itinerantibus* nullus impedimentum faciat.*
202. *De teloneis forbannitis.*
203. *Ut mancipia non ſine teſtibus vendantur.*
204. *Qualiter de Comitibus vel de Vaſſis dominicis juſtitias non facientibus agendum ſit.*
205. *De his qui pretium pro faida recipere & juſtitiam facere nolunt.*
206. *De latronibus bis per membra & tertiò per vitam puniendis.*
207 *Decretale precum quorundam Epiſcoporum.*
208. *Quòd res Eccleſiarum vota ſint fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; quibus non ſolùm conlata conſervanda, ſed etiam alia augenda ſunt.*
209. *De conlatis Eccleſiæ dividendis.*
210. *De ordinatione ſervorum.*
211. *De perſonis à quibus non ſunt res accipiendæ.*
212. *Ut nullus Presbyter aliquâ cupiditate quemquam tonſurare ſuadeat.*
213. *De Presbyteris conſtituendis.*
214. *De manſis uniuſcujuſque Eccleſiæ.*
215. *De Presbyteris uniuſcujuſque Eccleſiæ.*
216. *De ſacris vaſis Eccleſiæ ad pignus datis*
217. *De Eccleſiis deſtructis, vel de nonis & decimis.*
218. *De Presbyteris qui feminas in domibus habent.*
219. *De Presbyteris qui pro chriſmate in Cœna Domini venebant.*
220. *De prædicatione & confirmatione Epiſcoporum.*
221. *De pueris tondendis & puellis velandis.*
222. *De feminis viros amittentibus.*
223. *De raptis & de earum raptoribus.*
224. *De puellis raptis necdùm deſponſatis.*
225. *De deſponſatis, & ab aliis raptis.*
226. *De his qui virginibus Deo dicatis ſe ſociant.*
227. *De puellis, quo tempore velentur.*
228. *De examinatione ſanctæ Crucis non facienda.*
229. *De pabulo verbi divini nuntiando.*
230. *De homicidiis in Eccleſiis vel in atriis earum perpetratis.*
231. *De injuriis in Eccleſiis Sacerdotum factis.*
232. *De viduis & pupillis & pauperibus.*
233. *De raptu viduarum.*
234. *De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.*
235. *Ut omnis homo liber poteſtatem habeat ubicunque voluerit res ſuas dare pro ſalute animæ ſuæ.*
236. *De homicidiis prohibendis.*
237. *Quid in compoſitionem wirgildi dari non debeat.*
238. *De raptu alienarum ſponſarum.*
239. *De falſis teſtibus convincendis.*
240. *De concordia Epiſcoporum & Comitum.*
241. *De latronibus, homicidis, adulteris, inceſtuoſis, ſub magna diſtrictione coercendis.*
242. *De invaſione aliorum rerum.*
243. *Pro qua re in præſentiam Regis venire quis debeat.*
244. *Ne noviter converſi citò ad aliqua mittantur exercenda negotia.*
245. *Quid de his agendum ſit qui, gratiâ fugiendi debitum ſervitium, ſeculum relinquunt.*
246. *Quid tempore famis ac cujuſlibet tribulationis agendum ſit.*
247. *Ut infrà patriam arma non portentur. Et qualiter diſcordantes ad pacem cogantur redire.*
248. *De armaturis & bruniis habendis.*
249. *De his qui judiciis Scabinorum adquieſcere nolunt.*
250. *Quòd Regi & Senioribus tantùm fidelitas per ſacramentum promitti debeat. Et ut cætera ſacramenta legaliter fiant.*
251. *Ut ſi conſpirationes factæ fuerint, triplici ratione judicentur.*
252. *Qualiter de teſtibus agendum ſit, qualeſque ad teſtimonium adducantur.*
253. *Quales perſonæ ad cauſas diſcutiendas & terminandas eligi debeant.*
254. *De teloneis quæ de mercatis & navigiis vel aliis, aut quæcunque injuſtè exiguntur, quid fieri debeat.*
255. *De his qui ex ſeculo ad monaſteria converti volunt.*
256. *De hominibus pauperibus liberis, ut à*

* itinerantibus.

potentioribus non opprimantur injuſtè.
257. *De Eccleſiis ſive Sanctis noviter inventis.*
258. *Ut heribannus abſque perſonarum acceptione fideliter ab omnibus exigatur.*
259. *De hominibus vel feminis liberis qui cum Fiſcalinis ſe conjungunt.*
260. *Ut Oratio Dominica & Symbolum & Lex, ſeu Capitula Regum, diligenter intellegantur.*
261. *De occiſione Clericorum & Sacerdotum, atque Monachorum.*
262. *De damnis in immunitatibus factis.*
263. *De furibus infrà emunitatem retentis quid agendum ſit.*
264. *De locis ad clauſtra Canonicorum facienda.*
265. *De emptione, tempore meſſis, causâ cupiditatis & turpis lucri.*
266. *De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum*
267. *De Eccleſiis vel altaribus ambiguis.*
268. *De ebrietate.*
269. *De admonitione ad Comites pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ.*
270. *De admonitione ad Laicos pro honore eccleſiaſtico conſervando.*
271. *De admonitione ad Epiſcopos vel Comites pro concordia ad invicem & cum cæteris fidelibus.*
272. *De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum adimplendis.*
273. *De Comitibus, ut Miniſtris Eccleſiæ in ſuis miniſteriis adjutores ſint.*
274. *Ut de inceſtuoſis & his qui decimas non dant, ab Epiſcopis & Presbyteris, & de neglegenter viventibus, wadii non accipiantur.*
275. *De Eccleſiis deſtructis.*
276. *De his qui nonas & decimas dare neglexerunt.*
277. *De his qui reſtaurationes Eccleſiarum neglegunt.*
278. *De his qui agros dominicatos ideò negleguni ut nonas exindè non perſolvant.*
279. *Ut intellegatur in quo facto immunitas frangatur.*
280. *De juſtitiis generalibus.*
281. *De animalibus vel aliis rebus, à quibus emantur.*
282. *De eo qui in teſtimonium aſſumitur, qualis eſſe debeat.*
283. *De heribannatoris conjecto.*
284. *De Colonis & Fiſcalinis.*
285. *De falſis teſtibus.*
286. *De hominibus ad mortem dijudicatis, & poſteà eis vita conceſſa, ſi juſtitias quæſierint.*
287. *De homine cui poſt judicium vita conceſſa eſt, ſi juſtitiam reddere noluerit.*
288. *De liberis hominibus qui ad mallum venire cogendi ſunt.*
289. *De teſtibus ad teſtimonium dicendum, qualiter adhibeantur.*
290. *De juſtitia cujuſlibet à nullo quolibet dilatanda.*
291. *De nimiùm blaſphemis latronibus.*
292. *De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam eligendis.*
293. *De placito Centenarii.*
294. *De placitis à Miſſis dominicis Comitibus notum faciendis*
295. *De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis poſt obitum maritorum accipere debeant.*
296. *De falſis teſtibus convincendis.*
297. *De terra tributaria.*
298. *De terra cenſali.*
299. *De obſervatione præceptorum dominicorum.*
300. *De eo qui propriam derelinquit uxorem, vel ſine culpa interficit, & aliam ducit.*
301. *De liberis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ad teſtimonium non recipiendis.*
302. *De Presbyteris, Diaconibus, & reliquis ex Clero.* Canones ſancti Sylveſtri & aliorum LXXXIV. Epiſcoporum.
303. *Ex Capitulis Domni Karoli, qualiter ex factis aut manſis, vel quartis, ſervitium agatur.*
304. *Ut Epiſcopi inceſtos emendent & corrigant.*
305. *Ut ea conſerventur quæ in placitis & ſynodis Pippinus Rex conſtituit.*
306. *De eo qui à ſervo alieno aliquid comparaverit.*
307. *Ut Eccleſiarum negotia à Judice continuò audiantur.*
308. *Ut Judex criminoſum diſcutiens non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reus ipſe confiteatur aut per innocentes teſtes convincatur.*
309. *Ut qui ſocii criminis ſunt, non admittantur teſtes.*
310. *De nuptiis inceſtis prohibendis.*
311. *Ut de abſentibus non judicetur.*
312. *Ut clementior ſeveriori præferatur ſententia.*
313. *Ut qui de ſe confeſſus eſt, ſuper alium non credatur.*

314. *De teſtimonio unius hominis non accipiendo.*
315. *Ut contrà Epiſcopos nullus graviter aut leviter agat.*
316. *Quòd per Spiritum ſanctum remiſſio ſit peccatorum.*
317. *De quatuor vitiis quæ fidem catholicam commaculant*
318. *Quòd univerſalis ſancta Dei Eccleſia unum corpus, ejuſque caput Chriſtus ſit.*
319. *Quòd ejuſdem Eccleſiæ corpus in duabus principaliter dividatur eximiis perſonis.*
320. *Ut Chorepiſcopi modum menſuræ qui in ſacris Canonibus præfixus eſt, non excedant.*
321. *De Chorepiſcopis qui in vicis commorantur.*
322. *De honore & obedientia Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum.*
323. *De quatuor neglegentiis Sacerdotum.*
324. *De Presbyteris qui in ſuis domibus feminas habent.*
325. *De Presbyteris qui contrà ſtatuta Canonum vilici ſiunt.*
326. *Quòd converſatio ſacerdotalis teſtes vitæ probabiles habeat.*
327. *Ut Epiſcopi in rebus Eccleſiæ circà propinquos ſuos exponendis reprehenſionem caveant, & ut diſcretionis modum teneant.*
328. *Quòd nonnulli Epiſcopi ſibi ſubjectos Canonicos, Monachos, & Sanctimoniales neglegant.*
329. *De Epiſcopis, Abbatibus, & Sacerdotibus qui propria loca relinquunt.*
330. *De Laicorum Clericis.*
331. *De Monachis & Presbyteris, ſive Clericis qui paſſim palatium adeunt.*
332. *Ut non ſit ſanguinis Chriſtianorum temeraria effuſio.*
333. *De Abbatibus Canonicis & regularibus, vel Abbatiſſis.*
334. *Ut capellæ abſque juſſu ſive permiſſu proprii Epiſcopi non fiant.*
335. *Ut omnes qui in fide catholica ſuſpecti ſunt, in teſtimonio humano dubii habeantur.*
336. *Ut ſi quis Miniſtros Eccleſiæ injuriaverit, hoc tripliciter componat.*
337. *Ut ſi quis contumax reverentiam Eccleſiarum non habet, quingentos componat ſolidos.*
338. *Ut cuncta quæ circà Eccleſias earumque Miniſtros antiquitas ſancta ſtatuit, inviolata perſiſtant.*
339. *De prædiis Deo dicatis.*
340. *De eo qui die dominico opera ſervilia fecerit.*
341. *De eo qui infrà regnum per vim aliquid rapuerit.*
342. *De eo qui alienum ſervum ad furtum ſuaſerit.*
343. *De fure nocturno tempore capto.*
344. *De eo qui de fure neſciens aliquid comparaverit.*
345. *De eo qui occultè in nocte vel in die alterius animal occiderit.*
346. *De eo qui occiderit alienum animal, & non negaverit.*
347. *De eo qui furtivam rem ſcienter emerit.*
348. *De eo qui de latrone furtivam rem ſcienter ad cuſtodiendum acceperit.*
349. *De ſacramentis leviter non jurandis.*
350. *De eo qui contrà caput alterius falſa ſuggeſſerit.*
351. *De eo qui per invidiam vel dolum liberi vel ſervi domum incenderit.*
352. *Ut ſi quis ſervum injuſtè accuſaverit alienum, domino ſimile mancipium pro hoc facto reddat.*
353. *De via publica.*
354. *De via convicinali.*
355. *De eo qui fontem coinquinaverit.*
356. *De eo cui aurum vel argentum aut ornamentum commendata fuerint.*
357. *Ut rem in contentione poſitam non liceat vendere.*
358. *De eo qui ſervum ſuum vendiderit.*
359. *De eo ſervo qui peculio ſuo fuerit redemptus.*
360. *De eo qui cauſam alterius tulerit de loco ſuo.*
361. *De eo qui alicujus mortuum repererit.*
362. *De venditionibus vili pretio detractis vel vitioſis.*
363. *Ut qui arras dederit pro quacunque re, pretium reddere compellatur.*
364. *Ut peregrinos tranſeuntes nemo inquietet.*
365. *De eo qui res alienas vendiderit.*
366. *De eo qui alicujus quadrupedi unum oculum excuſſerit.*
367. *De eo qui juſſu Regis vel Ducis aliquem occiderit.*
368. *De eo qui ſcripturam protulerit, ut veritatem ejus teſtibus probet.*
369. *Ut quicquid provincialibus fuerit relaxatum per beneficium Principis, ab exactore non requiratur.*
370. *Ut Presbyteri criminoſi ad ſynodum venientes in medio collocentur.*
371. *Ut unuſquiſque Presbyter Miſſam cum ſandaliis celebret.*
372. *Ut Presbyter die dominico cum be-*

nedicta aqua procedat.
373. *De locis monaſteriorum vel ædificiis providendis.*
374. *De hoſpitalitate & cura pauperum.*
375. *Ut adjutorium à Rege impendatur his qui miniſterium eccleſiaſticum adimplent.*
376. *Ut nullus Epiſcopus vel Abbas per præmia ſuis hominibus beneficia dent vel auferant.*
377. *Ut Conſiliarii Regis munus non accipiant ob beneficium aliis impetrandum.*
378. *Ut Clericus, vel Monachus, vel Sanctimonialis, non accuſetur ad judicium civile.*
379. *De Monacho qui monaſterium ſuum dimiſerit.*
380. *De ſervo in monaſterio recepto.*
381. *De Monachis laicis factis.*
382. *De Eccleſia ædificanda.*
383. *De eo qui in domo ſua oratorium fecerit.*
384. *De electione Abbatiſſæ.*
385. *De Diaconiſſa vel Deo devota.*
386. *De reſtituendo monaſterio.*
387. *De litigatoribus.*
388. *De ſcenicis.*
389. *De præſcriptione quadraginta annorum.*
390. *Ut nemo audeat Epiſcopum aut Sacerdotem, vel Clericum, apud publicos Judices accuſare.*
391. *De abſentibus non judicandis.*
392. *Ne ullus Sacerdos judicetur, niſi præſentes ſint ipſius accuſatores, idemque legitimi.*
393. *Ut vita accuſantium primò diſcutiatur.*
394. *De teſtibus requirendis in accuſatione Clericorum.*
395. *De culpabili perſona non recipiendâ.*
396. *De non judicando quemquam ante examinatam cauſam.*
397. *De non judicando majore à minore.*
398. *De non judicando quemquam abſque legitimo accuſatore.*
399. *De eo qui frequenter litigat, ut non ſuſcipiatur abſque examine.*
400. *De rimanda enucleatim cauſa in judicio, & ſæpe ventilanda.*
401. *De his qui ſe putant per teſtes redemptos ad Sacerdotum accuſationem admitti, ut non admittantur niſi omni ſuſpicione caruerint.*
402. *Ut nullus contrà religionem faciat.*
403. *Quòd Laicis non ſit de religione præſumendum.*
404. *Ut liceat majores Judices appellare quotiens neceſſitas ingruerit.*
405. *De injuſto judicio, Principis metu vel juſſu terminato, caſſando.*

INCIPIT LIBELLUS QUINTUS.

Epiſtola Zachariæ Papæ Francis & Gallis directa.

I. ZACHARIAS Papa univerſis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Abbatibus, cunctis etiam Ducibus, Comitibus, omnibuſque Deum timentibus per Gallias & Francorum provincias conſtitutis. Referente nobis reverentiſſimo atque ſanctiſſimo fratre noſtro Bonifacio Epiſcopo, quòd dum ſynodus adgregata eſſet in provincia veſtra juxtà noſtram commonitionem, mediantibus filiis noſtris Pippino & Karlomanno Principibus veſtris, peragente etiam vice noſtrâ Metropolitano Bonifacio, Dominus inluminaſſet corda veſtra cum Principibus veſtris in prædicationem ejus, ut omnibus commonitionibus ejus obediretis, & falſos & ſchiſmaticos & homicidas & fornicarios à vobis expelleretis Sacerdotes, omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, & pro vobis inceſſanter ſumus orantes, ut qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat uſque in finem. Obſecramus enim omnes vos coram Deo ut ejus commonitionibus firmiter obediatis: ipſum enim vice noſtrâ in partibus illis ad prædicandum conſtitutum habemus, ut vos, Deo propitio, ad viam perducat rectitudinis, & à cunctis faſcinoribus ſalvi eſſe poſſitis. Habuiſtis enim, peccatis facientibus, nunc uſque falſos & erroneos Sacerdotes. Unde & cunctæ paganæ gentes vobis pugnantibus prævalebant, quia non erat differentia inter Laicos & Sacerdotes, quibus pugnare licitum non eſt. Qualis enim victoria datur ubi Sacerdotes unâ horâ dominica pertractant myſteria, & Chriſtianis dominicum porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione, & poſt Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut Paganos, quibus Chriſtum prædicare, propriis ſacrilegiſque manibus necant; præcipuè dicente eis Domino: *Vos eſtis ſal terræ Quod ſi ſal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet ultrà, niſi ut mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus.* Et dum hæc ita ſint, & tales in vobis fuerint Sacerdotes, quomodò victores contra

Ivo, par. 10. cap. 34.

veſtros inimicos eſſe poteritis? Nam ſi mundos & caſtos ab omni fornicatione & homicidio liberos habueritis Sacerdotes, ut ſacri præcipiunt canones, & noſtrâ vice prædicat præfatus Bonifacius frater noſter, & ei in omnibus obedientes extiteritis, nulla gens veſtrum ante conſpectum ſtabit; ſed corruent ante faciem veſtram omnes paganæ gentes, & eritis victores; inſuper & bene agentes, vitam poſſidebitis æternam. Vos autem, cariſſimi fratres, qui eſtis veri Sacerdotes, vel ſub regali diſciplina conſtituti, ſic voſmetipſos exhibete ut certè miniſtros Dei & diſpenſatores myſteriorum Dei, ut non vituperetur miniſterium veſtrum, ne fiat in vobis
Iſai. 24. 2. ſicut ſcriptum eſt: *Erit, ſicut populus, ſic Sacerdos.* Et ſi hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus, aut qualis à Deo expectatur retributio? Sed ſic vos corrigite ut veri Sacerdotes. Et tales ad Sacerdotium perducite, ut & vobis & illis teſtimonium maneat bonum ab his qui foris ſunt; quatinùs ab hominibus vobis adquiratis laudem, & à Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini, eò quòd per vos ad Chriſti perducti ſunt rectam fidem, innoxios habentes Sacerdotes. Ad ſynodum namque omni anno convenite ad pertractandum de unitate Eccleſiæ, ut ſi quid adverſi acciderit, radicitùs amputetur, & Dei Eccleſia maneat inconcuſſa. Bene valete.

Synodus cum actibus ſuis, juſſione apoſtolicâ à ſancto Bonifacio & Francorum Epiſcopis ſub Karlomanno Duce habita anno incarnationis dominicæ DCCXLII.

Capitulare an. 742. Capitulare Pippini an. 744. Ivo, par. 13. c. 29.

II. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Karlomannus, Dux & Princeps Francorum, anno ab incarnatione Chriſti DCCXLII, XI videlicet Kalendas Maias, cum conſilio ſervorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt, cum Presbyteris, ad Concilium & Synodum pro timore Chriſti congregavi, id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum, & Burchardum, & Regemfridum, & Wiztanum, & Witbaldum, & Dadanum, & Eddanum, ac reliquos Epiſcopos, cum Presbyteris eorum, ut mihi conſilium dediſſent quomodo lex Dei & eccleſiaſtica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Principum dilapata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ pervenire poſſit, & per falſos Sacerdotes deceptus non pereat. Et per conſilium Sacerdotum & Optimatum meorum ordinavimus per civitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt Miſſus ſancti Petri. Statuimuſque per annos ſingulos ſynodum congregari, ut nobis præſentibus Canonum decreta & Eccleſiæ jura reſtaurentur, & Religio Chriſtiana emendetur. Et fraudatas pecunias Eccleſiarum Eccleſiis reſtituimus & reddidimus. Falſos verò Presbyteros & adulteros, vel fornicatores, Diaconos & Clericos de pecuniis Eccleſiarum abſtulimus & degradavimus, & ad pœnitentiam coegimus Servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere omninò prohibemus, niſi illis tantummodò qui propter divinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt; id eſt, unum vel duos Epiſcopos cum capellanis Presbyteris Princeps ſecum habeat, & unuſquiſque Præfectus unum Presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam poſſit. Necnon & illas venationes & ſylvaticas vagationes cum canibus omnibus ſervis Dei interdiximus: ſimiliter ut acceptores & falcones non habeant. Decrevimus quoquè juxtà Sanctorum canones ut unuſquiſque Presbyter in parochia habitans, Epiſcopo ſubjectus ſit illi in cujus parochia habitat, & ſemper in quadrageſima rationem & ordinem miniſterii ſui, ſive de baptiſmo, ſive de fide catholica, ſive de precibus & ordine Miſſarum, Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocunque jure canonico Epiſcopus circumeat parochiam populos ad confirmandos, Preſbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in Cœna Domini ſemper novum chriſma ab Epiſcopo quærat. Ut Epiſcopo teſtis adſiſtat caſtitatis, & vitæ & fidei & doctrinæ illius. Statuimus etiam ut ſecundùm cautelam omnes undecunque ſupervenientes ignotos Epiſcopos vel Preſbyteros ante probationem ſynodalem in eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus. Decrevimus quoquè ut ſecundùm Canones unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem habeat, adjuvante Grafione qui defenſor Eccleſiæ eſt, ut populus Dei Paganias non faciat; ſed ut omnes ſpurcitias Gentilitatis abiciat & reſpuat, ſive profana ſacrificia mortuorum, ſive ſortilegos vel divinos, ſive phylacteria

Baron. ad diem. XI. Juni, *in fin.*

Ivo, par. 13. cap. 29.

Concil. Londin. an. 1102, c. 1. *Vide* S. Greg. Actor. Auguſt. lib. 6, pag. 308.

& auguria, ſive incantationes, ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxtà Eccleſias ritu pagano faciunt ſub nomine ſanctorum Martyrum vel Confeſſorum, Deum & ſuos Sanctos ad iracundiam provocantes, ſive illos ſacrilegos ignes quos *Nedfratres* vocant, ſive omnes, quæcunque ſunt, Paganorum obſervationes diligenter prohibeant. Statuimus ſimiliter ut ſi poſt hanc ſynodum, quæ fuit XI. Kalendas Maias, unuſquiſquis ſervorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, ut in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus Preſbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, & anteà flagellatus & ſcorticatus videatur; & pòſt Epiſcopus adaugeat. Si autem Clericus vel Monachus in hoc peccatum ceciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnanes velatæ eadem pœnitentiâ contineantur, & radantur omnes capilli capitis ejus. Decrevimus quoquè ut Preſbyteri vel Diaconi non ſagis, Laicorum more, ſed caſulis utantur ritu ſervorum Dei. Et nullus in ſua domo mulierem habitare permittat. Et ut Monachi & ancillæ Dei monaſteriales juxtà regulam ſancti Benedicti cœnobia vel xenodochia ſua ordinare, gubernare, & vivere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti Patris ordinationem non neglegant.

Cod. Theo. Pith. p. 510. Epiſt. Contingii mſ.

Supra, p. 243, c. 3.

Vita S. Liobæ, tom. V. Surii, pag. 405.

Item altera Synodus à ſupradictis Epiſcopis ac Principe apoſtolicâ auctoritate Kalendas Martias Liptinas habita.

III. Modò in hoc ſynodali Conventu qui congregatus eſt Kalendas Martias in loco qui dicitur *Liptinas*, omnes venerabiles Sacerdotes Dei & Comites & Præfecti prioris Synodi decreta conſentientes firmaverunt, ſeque ea implere velle & obſervare promiſerunt. Et omnis eccleſiaſtici ordinis Clerus, Epiſcopi, & Preſbyteri, & Diaconi, cum reliquis Clericis, ſuſcipientes antiquorum Patrum canones, promiſerunt ſe velle eccleſiaſtica jura moribus & doctrinis & miniſterio recuperare. Abbates verò & Monachi receperunt regulam ſancti Patris Benedicti ad reſtaurandam normam regularis vitæ. Fornicatores namque & adulteros, qui ſancta loca vel monaſteria antè tenentes coinquinaverunt, præcipimus inde tollere & ad pœnitentiam redigere. Et ſi poſt hanc definitionem in crimen fornicationis vel adulterii ceciderint, prioris Synodi judicium ſuſtineant. Similiter & Monachi & Nonnæ. Statuimus quoquè cum conſilio ſervorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella & perſecutiones cæterarum gentium quæ in circuitu noſtro ſunt, ut ſub precario & cenſu aliquam partem eccleſialis pecuniæ in adjutorium exercitûs noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, eâ conditione, ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus, id eſt, duodecim denarii ad Eccleſiam vel monaſterium reddantur; eo modo ut ſi moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit; & iterùm, ſi neceſſitas cogat aut Princeps jubeat, precarium renovetur, & reſcribatur novum. Et omninò obſervetur ut Eccleſiæ vel Monaſteria penuriam & paupertatem non patiantur quorum pecunia in precario præſtita ſit. Sed ſi paupertas cogat, Eccleſiæ & domui Dei reddatur integra poſſeſſio. Similiter præcipimus ut juxtà decreta Canonum, adulteria & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur, & emendentur Epiſcoporum judicio; & ut mancipia Chriſtiana Paganis non tradantur. Decrevimus quoquè, quod & pater meus antè præcipiebat, ut qui Paganas obſervationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur quindecim ſolidis.

Capitulare annæ 743. Capitulare Pippini, an. 744. c. 6.

Tom. XII. Spic. leg. p. 129. Hincmar. apud Flodoard. pag. 310.

Vide Hiſtoriam Brem. p. 125 ad a. 13.

Spicileg. tom. IV. p. 192.

Capitular. lib. 6. cap. 422.

De fide catholica & primo præcepto legis.

IV. Primò omnium admonemus ut fides catholica ab Epiſcopis & Preſbyteris diligenter legatur, omnique populo prædicetur. Hoc enim primùm præceptum Domini Dei omnipotentis eſt in lege: *Audi, Iſrael, quia Dominus Deus tuus Deus unus eſt.* Et ut ille diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute.

Capitular. lib. 1. c. 58.

De pace & concordia ſervanda.

V. Ut pax ſit & concordia & unanimitas cum omni populo Chriſtiano, inter Epiſcopos, Abbates, Comites, Judices, & omnes ubique ſeu majores ſeu minores perſonas; quia nihil Deo ſine pace placet, nec munus ſanctæ oblationis ad altare, ſicut in Evangelio ipſo Domino præcipiente legimus. Et ut eſt illud ſecundum mandatum in lege: *Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.* Item in Evangelio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et iterùm: *In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim præcepto diſcernuntur filii Dei & filii diaboli, quia

Ibid. c. 59.

filii diaboli ſemper diſſentiones & diſcordias movere ſatagunt, filii autem Dei ſemper paci & dilectioni ſtudent.

De eo qui à Presbytero non baptizato baptizatus eſt.

Capitulare an. 757. c. 9. Ivo, par. 1. cap. 175. *Vide* ſuprà, pag. 182, *in marg.* Burchard. lib. 4. c. 42.

VI. Si quis baptizatus eſt à Preſbytero non baptizato, & ſancta Trinitas in ipſo baptiſmo invocata fuit, baptizatus eſt, ſicut Sergius Papa dixit. Impoſitione vero manûs indiget. Georgius Epiſcopus Romanus & Johannes Sacellarius ſic ſenſerunt.

Vide Homil. ex Cod. Lugdun. pag. 4. Tom. VIII. Concil. pag 1849, c. 6.

De eo qui filiaſtrum aut filiaſtram ante Epiſcopum tenuerit.

Vide ſuprà, p. 156. Capitulare anni 757. c. 12.

VII. Si quis filiaſtrum aut filiaſtram ſuam ante Epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab uxore ſua, & alteram non accipiat. Similiter & mulier alterum non accipiat. Georgius ſenſit.

Iſaac, tit. 11. cap. 1.
Regino, lib. 2. c. 218.
Burchard. lib 17. c. 22.
Fulbert. ep. 33.
Ivo, par. 9. cap. 80.
Gratian. 30. q. 1. c. 2. *Si quis filiaſtrum.*

De his qui propter faidam in alias patrias fugiunt.

Ibid. c. 18. Regino, lib. 2. c. 221.

VIII. Qui propter faidam fugiunt in alias patrias, & dimittunt uxores ſuas, nec ille vir nec illa femina accipiant alterum conjugium. Georgius ſenſit.

De inceſtis.

Capitulare anni 756, cap. 1. Capitulare an. 757. c. 19. Iſaac. tit. 4. cap. 1. Regino, lib. 2. c. 221.

IX. Si homo inceſtum commiſerit cum Deo ſacrata, aut cum matre ſua, aut cum matrina ſua de fonte aut confirmatione, aut cum matre & filia, cum duabus ſororibus, aut cum matris filia, aut cum ſororis filia, aut cum nepta, aut cum conſobrina, aut ſubrina, aut cum amita vel matertera, aut cum his quibus canones prohibent copulari, de iſtis criminibus pecuniam ſuam perdat, ſi habuerit. Et ſi hæc emendare noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum donet. Et ſi fecerit, ſexaginta ſolidos Domno Regi componat, uſque dum ipſe homo ſe correxerit. Et ſi pecuniam non habuerit, ſi liber eſt, mittatur in carcerem uſque ſatisfactionem. Si autem ſervus aut libertus eſt, vapuletur plagis multis. Et ſi Dominus ſuus eum permiſerit ampliùs in talem lapſum cadere, ipſe ſexaginta ſolidos Domno Regi componat. De reliquis verò propinquis juxtà conſtituta ſanctorum Patrum & juxtà decreta Canonum judicetur.

De eccleſiaſticis viris.

Capitulare anni 756, cap. 2.

X. Si eccleſiaſtici viri ſupradicta facinora commiſerint, ſi honorabilis perſona fuerit, perdat honorem ſuum; minores verò vapulentur, aut in carcerem mittantur. Capitulare an. 757. c. 20.

De Presbyteris & Clericis, ut Archidiaconus eos convocet ad ſynodum.

XI. De Preſbyteris & Clericis ſic ordinavimus, ut Archidiaconus Epiſcopi eos ad Synodum convocet. Et ſi quis ire contempſerit, tunc Comes, juſſione Epiſcopi monitus, eum diſtringere faciat, ita ut ipſe Preſbyter aut defenſor ſuus ſexaginta ſolidos componat, & ad Synodum poſteà, velit nolit, veniat, & Epiſcopus ipſum Preſbyterum vel Clericum juxtà canonicam auctoritatem dijudicari faciat. Solidi verò ſexaginta de ipſa cauſa in ſacellum Domni Regis veniant. Capitulare anni 756, cap. 3. Capitulare an. 757. c. 21. Savaro, pag. 389.

De eo qui Miſſo Epiſcopi contradixerit vel Presbytero aut Clerico inceſtuoſum.

XII. Si aliqua perſona per violentiam Preſbytero aut Clerico vel Miſſo Epiſcopi inceſtuoſum contradixerit, tunc Comes ipſam perſonam per fidejuſſores poſitam ante Regem faciat venire unà cum Miſſis Epiſcopi. Et Domnus Rex ita eos diſtringat, ut cæteri emendentur. Capitulare an. 756. c. 3.

De his qui res eccleſiaſticas verbo Domni Regis tenent.

XIII. Ut illi homines qui res eccleſiaſticas per verbum Domni Regis tenent, ſic ordinatum eſt, ut illas Eccleſias unde ſunt, vel illas domos Epiſcopii vel monaſterii cujus eſſe noſcuntur, juxtà quod de ipſis rebus tenent, emendare debeant, & illos cenſus vel illas decimas ac nonas ibidem dare pleniter debeant ſicut eis ad Vernum ordinavimus. Et qui hoc non fecerit, ipſas res perdat. Ibid. c. 4.

Ut Presbyteri qui vicos vel Eccleſias tenent, ceram vel alios cenſus ad matrem civitatis Eccleſiam perſolvant, ſicut conſuetudo fuit.

XIV. Ut hi qui illos vicos vel illas Eccleſias tenent, illos cenſus vel illam ceram quæ longo tempore ad illud Epiſcopium reddiderunt, modò ſic ordinavimus ut ſic faciant. Et qui hoc non fecerit, ſexaginta ſolidos componat. Ibid. c. 5.

De emunitatibus ſervandis.

XV. Ut emunitates pleniter conſervatæ ſint. Ibid. c. 8.

Capitulare an. 755. cap. 19. 28.

De juſtitiis faciendis.

XVI. Ut omnes juſtitias faciant, tam publici, quàm eccleſiaſtici. Et ſi aliquis homo ad palatium venerit pro cauſa ſua, & antea ſuo Epiſcopo ſuiſque miniſtris quæ Capitulare an. 755. c. 19. Capitulare an. 756. c. 9.

quæ eccleſiaſtica ſunt, & quæ ſecularia ſuo Comiti non innotuerit in mallo ante Rachinburgios, aut ſi cauſa ſua ante Comitem in mallo fuit & ante Rachinburgios, & hoc ſuſtinere noluerit quod ipſi legitimè judicaverint, ſi pro iſtis cauſis ad palatium venerit, vapuletur. Et ſi major perſona eſt, legem exinde faciat.

De eccleſiaſticis viris qui ſe reclamantes ad palatium veniunt.

Capitulare an. 755. c. 10. Capitulare an. 756. c. 10.

XVII. Si eccleſiaſtici viri ad palatium venerint de eorum cauſis ſe reclamare, niſi ſuper eorum Seniore, vapulent, niſi Senior ſuus eos pro cauſa ſua tranſmiſerit.

De muliere quæ ſine licentia viri ſui velum in caput miſerit.

XVIII. Mulier ſi ſine comiato viri ſui velum in caput miſerit, ſi viro ſuo placet, recipiat eam iterùm ad conjugium.

Vide Capitulare anni 752, c. 4.
Capitulare anni 757, cap. 3.
Regino, lib. 1. c. 126.
Burchard. lib. 9. c. 47.
Ivo, par. 8. c. 185. & par. 9. c. 124.
Gratian. 33. q. 5. cap. 3. *Mulier.*

De eo qui filiaſtram ſuam contra voluntatem ipſius dederit viro ingenuo vel ſervo.

Capitulare anni 757, cap. 4. Iſaac, tit. 11. c. 2.

XIX. Si quis homo filiaſtram ſuam contra voluntatem ipſius, & matris & parentum, dederit viro ingenuo aut eccleſiaſtico vel ſervo, & illa noluerit habere ipſum, & reliquerit eum, poteſtatem habeant parentes illius dare illi alium maritum. Et ſi jam maritum habet, non ſeparetur.

De feminâ ingenua quæ ſervum acceperit.

XX. Si femina ingenua acceperit ſervum, ſciens quòd ſervus eſſet, habeat eum. Una enim lex erit & viro & feminæ.

Capitulare an. 757. c. 5.
Burchard. lib. 9. c. 27.
Ivo, par. 8. cap. 52. 165.
Gratian. 29. q. 2. c. 5. *Si femina.*

De eo qui habet mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea.

Capitulare an. 757, c. 8. Iſaac, tit. 3. cap. 1. Regino, lib. 2. c. 216. Burchard. lib. 17. c. 17. Ivo, par. 8. cap. 256.

XXI. Si quis homo habens mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea, ille frater vel illa femina qui adulterium perpetraverunt, interim quod vivunt, nunquam habeant ampliùs conjugium. Ille verò cujus uxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet uxorem accipere aliam.

Launoius, de Matrim. pag. 318, 485.

Ut Sacerdotes vel Clerici ad ſecularia negotia, relicto Epiſcopo ſuo, non convolent.

Vide ſuprà, lib. 1. c. 28.

XXII. Quòd non oporteat Sacerdotes vel Clericos habent adversùs invicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſecularia judicia convolare.

Ut Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nihil agant.

XXIII. Preſbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nihil agere pertentent. Canon. 40. Apoſtol.

De eo qui oblata dederit vel acceperit præter Epiſcopi juſſionem.

XXIV. Si quis oblata dederit vel acceperit præter Epiſcopum, vel eum qui conſtituerus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam * pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathema ſit. *Id eſt elee moſynam.

Concil. Gang. c. 8.
Regino, lib. 2. c. 286.
Burchard. lib. 11. c. 21.
Gratian. 16, q. 1. c. 57. *In Canonibus.*

Cum excommunicatis non licere communicare.

XXV. Cum excommunicatis non licere communicare. Nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt. Ab alia Eccleſia non ſuſcipiendus eſt qui in alia minimè congregatur.

Concil. Antioch. c. 2.
Iſaac, tit. 9. cap. 1.
Regino, lib. 2. cap. 397.
Burchard. lib. 11. c. 34.
Ivo, par. 14. cap. 98.

De eo qui Eccleſiam Dei conturbat.

XXVI. Si quis Eccleſiam Dei conturbare & ſollicitare perſiſtit, tanquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur. Capitular. lib. 7. c. 12.

De Monachis, ut in civitate vel regione qualibet Epiſcopo ſuo ſubjecti ſint.

XXVII. Monachos per unamquamque civitatem aut regionem ſubjectos eſſe Epiſcopo ſuo, & quietem diligere, & intentos eſſe tantummodò jejunio & orationi, in locis quibus renuntiaverunt ſeculo permanentes. Nec eccleſiaſticis verò nec ſecularibus negotiis communicent, vel in aliquo ſint moleſti, propria monaſteria deſerentes; niſi fortè eis præcipiatur, propter opus neceſſarium, ab Epiſcopo civitatis. Concil. Chalced. c. 4. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 28. Notæ ad Lupum, p. 439.

Ut Clericus in Eccleſia in qua prætitulatus eſt, permaneat.

XXVIII. Clericum permanere oportet in Eccleſia cui in initio ab Epiſcopo prætitulatus eſt ac fortitus eſt, & ad quam confugit quaſi ad potiorem. Hoc autem refutantes, ſtatuimus revocari debere ad ſuam Eccleſiam in qua primitùs ordinatus eſt, & ibi tantummodò miniſtrare. Si quis hanc diffinitionem tranſgreſſus fuerit, decrevit ſancta Synodus à proprio gradu recedere. Concil. Chalced. c. 20. Iſaac, tit. 10. c. 1.

Ut Epiſcopus curam Monaſteriorum gerat.

XXIX. Epiſcopum convenit civitatis

competentem monaſteriorum providentiam gerere.

De eo qui excommunicatus pro ſuo neglecto fuerit.

Vide Baron. tom. 7. p. 378; & to. 5. Concil. pag. 554.

XXX. Si quis excommunicatus fuerit pro ſuo neglecto, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam.

Iſaac, tit. 9. cap. 2.
Regino, lib. 2. c. 403.
Burchard. lib. 1. c. 200.
Gratian. 11. q. 3. c. 9. *Placuit univerſo.*

Ut Presbyteri rem Eccleſiæ non vendant.

Capitular. lib. 7. c. 27.

XXXI. Placuit ut Preſbyteri non vendant rem Eccleſiæ ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis.

Concil. Carthag. c. 33.
Regino, lib. 1. cap. 347.
Burchard. lib. 3. cap. 178.
Ivo, par. 3. c. 239.
Gratian. 12. q. 2. cap. 51. *Placuit ut Presbyteri.*

Ut manumiſſiones in Eccleſia celebrentur.

Cod. Canon. Eccl. Afric. c 64. 82.

XXXII. Manumiſſiones in Eccleſia ſunt celebrandæ.

Criſcon. c. 266. *Vide* Cujac lib. 4. Obſerv. c. 5. Notæ ad Agob. pag. 96.

De defenſoribus Eccleſiarum ab Imperatore poſcendis.

Ibid. c. 97. Capitula Karoli Calvi, tit. 46. c. 2.

XXXIII. Defenſores Eccleſiarum adversùs potentias ſecularium vel divitum ab Imperatore ſunt poſcendi.

Ut nullus Sacerdos Canones ignoret.

Diſt. 38. c. 4. *Nulli.* Burchard. lib. 1, cap. 160.

XXXIV. Nulli Sacerdoti liceat Canones ignorare.

Quid de Presbyteris criminoſis, de quibus adprobatio non eſt, agendum ſit.

Capituiare anni 799. Hincmar. ep. 48. c. 1.

XXXV. Et hoc nobiſcum magno ſtudio pertractandum eſt, quid de illis Preſbyteris criminoſis, unde adprobatio non eſt, & ſemper negant, faciendum ſit. Nam hoc ſæpiſſimè à nobis & progenitoribus atque anteceſſoribus noſtris ventilatum eſt, ſed non ad liquidum hactenùs definitum. Unde ad conſulendum Patrem noſtrum Leonem Papam Sacerdotes noſtros mittimus. Et quicquid ab eo vel à ſuis perceperimus, vobis, unà cum illis quos mittimus, renuntiare non tardabimus. Vos interdùm viciſſim tractate adtentiùs quid ex his vobiſcum conſtituamus unà cum prædicti ſancti Patris inſtitutionibus; ut murmur ceſſet populi, & nos his ſatisfacientes, inlæſi, Domino auxiliante, ab utriſque maneamus.

SEQUITUR CONSTITUTIO MEMORATA.

De Sacerdotum purgatione. Ex Capitulis Domni Karoli.

Capituiare anni 803, cap. 7. Hincmar. ep. 48. c. 1. Iſaac, tit. 11. cap. 3. Ivo, par. 6, c. 419. Gratian. 2. q. 5. c. 19. *Omnibus.*

XXXVI. Omnibus vobis viſu aut auditu notum eſſe non dubitamus quòd ſæpiſſimè, ſuadente antiquo hoſte, Sacerdotibus crimina diverſa obiciantur. Sed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio & ſatisfactio fiat, licèt tempore bonæ memoriæ Domni genitoris noſtri Pippini, ſive priſcis temporibus à ſanctis patribus & à reliquis bonæ devotionis hominibus ſæpiſſimè ventilatum fuerit, nos tamen pleniter & ad liquidum definitum reperire minimè quivimus. Noſtris quippe temporibus idipſum à ſanctis Epiſcopis, & reliquis Sacerdotibus & cæteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris, noſtris in regnis ſeu in aliis Deo degentibus, nobiſque unà cum eis agentibus, ſæpiſſimè propter multas & nimias reclamationes quæ ex hoc ad nos ex diverſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu Domni & Patris noſtri Leonis Apoſtolici, cæterorumque Romanæ Eccleſiæ Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum, ſive Orientalium & Græcorum Patriarcharum, & multorum ſanctorum Epiſcoporum & Sacerdotum, necnon & noſtrorum Epiſcoporum omnium, cæterorumque Sacerdotum ac Levitarum auctoritate & conſenſu, atque reliquorum fidelium & cunctorum Conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vobis omnibus utriuſque ordinis Miniſtris ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione & neceſſitate ac auctoritate prædictâ, conſultu omnium, ut quotienſcunque cuiquam Sacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit ut recipi debeat; quia quales ad accuſationem Sacerdotum admitti debeant, in Canonibus pleniter expreſſum eſt: ſi autem, ut dictum eſt, ille accuſator, qui canonicè eſt recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium adprobare in conſpectu Epiſcoporum poterit, tunc canonicè judicetur. Et ſi culpabilis inventus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum ſupraſcripto prætextu adprobare ipſe accuſator minimè poterit, & hoc canonicè definiatur. Ipſe ergò Sacerdos, ſi ſuſpicioſus aut incredibilis ſuo Epiſcopo aut reliquis ſuis conſacerdotibus ſive bonis & juſtis de ſuo populo vel de ſua plebe hominibus, fuerit, ne in crimine aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus aut quinque vel ſeptem bonis ac vicinis Sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, qui

Flodoard. pag. 557.

Burchard. lib. 1. cap. 198, 230; & lib 2, c. 284. Ivo, par. 6. c. 229, 419.

Hincmar. tom. 2. p. 784. c. 3. Flodoard. pag. 526. duodecim Presbyteros in sua purgatione habuit, vel eo ampliùs, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse perspexerit, & cum aliis bonis & justis hominibus se sacramento coram populo super quatuor evangelia dato purgatum Ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat quales testes ad accusationem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accusatore faciendum sit, pleniter in Canonibus reperire poterit. Ibid. p. 558.

De eo qui confitetur de crimine.

XXXVII. Manifestum est confiteri eum de crimine qui indulto & delegato judicio purgandi se occasione non utitur: nihil enim interest utrùm in præsenti examine omnia quæ dicta sunt de eo comprobentur, cùm ipsa absentia pro confessione constat.

Bonifac. I. ep. 2.
Hincmar. ep. 54.
Burchard. lib. 1. c. 161.
Ivo, par. 5. c. 271. & par. 6. c. 338.
Gratian. 3. q. 9. c. 10. *Decernimus.*

De usuris.

Decreta Leonis I. cap. 3. XXXVIII. Usuram non solùm Clerici, sed nec laici Christiani exigere debent.

De Comitibus, ut Ministris Ecclesiæ in suis ministeriis adjutores sint.

Vide suprà, lib. 2, c. 235 & infrà, c. 273 istius libri. XXXIX. Comites Ministris Ecclesiæ eorumque ministeriis, ut hoc pleniùs & de nostris & de se & de suis hominibus obtinere possint, adjutores in omnibus fiant. Et quicunque primâ & secundâ vice de his à Comite admonitus non se correxerit, volumus ut per eumdem Comitem ejus neglegentia ad nostram notitiam perferatur, ut nostrâ auctoritate quod in nostro Capitulari continetur, subire cogatur.

De ordinatione Presbyterorum.

Concil. Angl. tom. 1, pag. 247. c. 6. XL. Ut Presbyteri non ordinentur priusquam examinentur. Et ut ante ordinationem pleniter & studiosissimè instruantur qualiter se à vitiis cavere debeant, & qualiter subditos doceant; ne torpentes vel hebetes in doctrina sancta vel vitio malæ famæ, eorum neglectu, vel aliquâ malâ similitudine, quod absit, aspergantur: quoniam detractio Sacerdotum ad Christum pertinet, cujus & ministri vel nuntii esse dicuntur; quia nimis graviter peccant qui Sacerdotes & Ministros Christi detrahunt: quoniam, testante evangelicâ tubâ, melius est unicuique ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris, quàm scandalizet unum de pusillis, Christi videlicet Ministris. Et alibi: *Qui vos recipit, me recipit; & qui vos spernit, me spernit.* Et ut hoc detractionis & scandali peccatum omnes summoperè caveant, obnixè monemus, & coram Deo testamur, & sicut Dei fideles rogamus, ne Christi detrahant Ministros. Similiter & Christi Domini nostri Ministros & Sacerdotes nostrosque magistros monemus ne locum subditis tribuant detrahendi; quia qui detrahit fratrem suum, homicida est; & pejor legitur esse detractio quàm fornicatio. Ideò monemus & præcipuè rogamus ne fiat, ne absque gladio aut vulnere corporis aliquo quisquam homicida inveniatur. Et sicut de hominibus corporaliter occisis judicare decrevimus, sic & de illis qui ex hoc detractionis scelere detecti coram nobis fuerint, peragi, Domino annuente, decernimus; ut pax Ecclesiarum, in quantum Dominus auxilium dederit, in finibus & regionibus nobis à Deo commissis nulla turbetur tempestate detractionum atque bellorum.

De Presbyteris, qualiter Ecclesiæ introitum consequantur.

XLI. Ut nullus Presbyter ad introitum Ecclesiæ exenia donet. Capitular. lib. 1. cap. 140.

De non cogendo bibere.

XLII. Ut nemini liceat alium cogere ad bibendum. Ibid. 138.

De Presbyteris, à quibus per Ecclesias constituantur.

XLIII. Ut nullus laicus Presbyterum in Ecclesiam mittere, vel de Ecclesia eicere præsumat, nisi per consensum Episcopi. Ibid. 141.

De honore pro Ecclesiis dando.

XLIV. Ut Episcopi prævideant quem honorem Presbyteri pro Ecclesiis suis Senioribus tribuant. Ibid. 142.

De decimis dispensandis.

XLV. Ut decimæ in potestate Episcopi sint, qualiter à Presbyteris dispensentur. Ibid. 143.

De Ecclesiis vel altaribus immeliorandis.

XLVI. Ut Ecclesia vel altaria meliùs constituantur. Et ut nullus Presbyter annonam vel fœnum in Ecclesiam mittere præsumat. Ibid. 144.

De Ecclesiis vel altaribus ambiguis.

XLVII. Ut Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur. Ibid. 145.

De linteis altaribus præparandis.

XLVIII. Ut Presbyteri per parochias suas feminis prædicent ut linteamina altaribus præparent. Ibid. 146.

De parochianis alterius Presbyteri.

Capitular. lib. 1. cap. 145; lib. 5. cap. 115.

XLIX. Ut nullus Presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat.

De parochia alterius Presbyteri.

Capitular. lib. 1. cap. 148.

L. Ut nullus Presbyter in alterius Presbyteri parochia, eo inconsulto, Missam cantare præsumat, nisi in itinere fuerit; nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

De termino Ecclesiarum.

Ibid. 149.

LI. Ut terminum habeat unaquæque Ecclesia de quibus villis decimas recipiat.

De rebus Presbyterorum.

Ibid. 150.

LII. Ut unusquisque Presbyter res quas post diem consecrationis adquisierit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

De pœnitentibus non cogendis vinum bibere.

Ibid. 151. Isaac, tit. 1. cap. 1. Regino, lib. 1. c. 259.

LIII. Ut nullus Presbyter aut laicus pœnitentem cogat vinum bibere aut carnem manducare, nisi ad præsens pro ipso unum vel duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ dederit.

De Presbyteris, à quibus se caveant.

Capitular. lib. 1. cap. 152.

LIV. Ut nullus Presbyter cartas Scribat, nec conductor sui Senioris existat.

De Presbyteris qui Agenda in domiciliis celebraverint.

Vid. infra, lib. 6. cap. 300.

LV. Statutum est ut si quis Presbyter in domiciliis Agenda celebraverit sine licentia & consilio sui Episcopi, honore sacerdotali privetur.

De prædicatione vel capitulis Presbyterorum.

Capitular. lib. 1. cap. 154.

LVI. Ut unusquisque Presbyter capitula habeat de majoribus vel de minoribus vitiis, per quæ cognoscere valeat vel prædicare subditis suis ut se caveant ab insidiis diaboli.

De Eucharistia.

Ibid. 155.

LVII. Ut Presbyter eucharistiam habeat paratam; ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

De ampullis tribus in Cœna Domini habendis.

Ibid. 156.

LVIII. Ut Presbyter in Cœna Domini tres ampullas secum deferat, unam ad chrisma, aliam ad oleum ad catechumenos inunguendos, tertiam ad infirmos unguendos juxta sententiam apostolicam; ut quandò quis infirmatur, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, unguentes eum oleo in nomine Domini.

Ut omnes Clerici Episcopis suis subjecti sint.

LIX. Ut omnes Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi sub potestate Episcopi maneant.

De ordine Sacerdotum.

Concil. Vern. c. 8. Capitulare anni 755. cap. 8. Herard. 133. Analecta Mabillonii. pag. 387.

LX. Ut nullus Presbyter præsumat in alia parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine jussione Episcopi in cujus parochia est. Et omnes Presbyteri ad Concilium Episcopi conveniant. Et si hoc quod superiùs comprehensum est, facere contempserint, secundùm canonicam institutionem judicentur, tam ipsi quàm & defensores eorum.

De eo qui non confitetur Dei Verbum passum carne.

Concil. Ephes. c. 12.

LXI. Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundùm quod vita est & vivificator ut Deus, anathema sit.

De modo excommunicationis, tam de Clericis, quàm de laicis.

Capitulare an. 755. c. 9. Isaac, tit. 9. cap. 9. Regino, lib. 2. c. 420. Burchard. lib. 2. cap. 179. Ivo, par. 6. cap. 224. *Vide* Selden. lib. 1. de Synedr. p. 354.

LXII. Si quis Presbyter ab Episcopo suo degradatus vel excommunicatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine comiato facere præsumpserit, & postea ab Episcopo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipso communicaverit scienter, sciat se esse excommunicatum similiter. Quicunque Clericus vel laicus aut femina incestum commiserit, & ab Episcopo suo correptus se emendare noluerit, & ab ipso excommunicatus fuerit, qui postea cum ipso communicaverit, similiter excommunicetur. Et ut sciatis qualis sit modus istius excommunicationis, in Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere; nec ejus munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare, antequam ab Episcopo suo sit reconciliatus. Quòd si aliquis se reclamaverit quòd injustè sit excommunicatus, licentiam habeat ad metropolitanum Episcopum venire, ut ibidem secundùm canonicam institutionem dijudicetur; & interim suam excommunicationem custodiat. Quòd si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus hoc minimè emendare potuerit, Regis judicio exilio condemnetur.

De his qui à Synodo vel à suo Episcopo damnati sunt.

Capitular. lib. 1. c. 7.

LXIII. Hæc verò per singula capitula in statutis Nicæni Concilii legere po-

teſtis, ſeu in aliis ſanctorum Patrum ſynodalibus edictis, & in Antiocheno Concilio, quòd hi qui damnati ſunt à Synodo vel à ſuo Epiſcopo, & poſteà miniſtrare præſumunt, præcipitur ut nullus audeat eis communicare. Si quis verò eis communicat, ſimili ſententiæ ſubjaceat ſicut & damnatus.

De Epiſcopis vel quibuſlibet ex Clero.

Ibid. c. 10. LXIV. Item in eodem Concilio, ut Epiſcopus vel quilibet ex Clero ſine conſilio vel litteris Epiſcoporum vel Metropolitani non audeant regalem dignitatem pro ſuis cauſis clamare, ſed in communi Epiſcoporum concilio cauſa eorum examinetur.

De die dominica, qualiter obſervanda eſt.

Ibid. c. 15. LXV. Item in eodem Concilio præcipitur ut à veſpera uſque ad veſperam dies dominica ſervetur.

De ignotis Angelorum nominibus.

Ibid. c. 16. LXVI. Item in eodem Concilio præcipitur ut ignota Angelorum nomina nec fingantur nec nominentur, niſi illorum quos habemus in auctoritate. Hi ſunt, Michael, Gabriel, Raphael.

De mulieribus, ne ad altare accedant.

Ibid. c. 17. LXVII. Item in eodem Concilio, quòd non oporteat mulieres ad altare ingredi.

De Epiſcopis ordinandis vel quibuſlibet ex Clero.

Ibid. c. 19. LXVIII. Item in Concilio Chalcedonenſi, quòd non oporteat Epiſcopum aut quemlibet ex clero per pecunias ordinare: quia utrique deponendi ſunt, & qui ordinat, & qui ordinatur, necnon & qui mediator eſt inter eos. Item de eadem re in Canonibus Apoſtolorum. *Si quis Epiſcopus aut Presbyter, aut Diaconus, per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deiciatur ipſe & ordinator ejus, & à communione abſcidantur.*

De maleficis vel incantatoribus.

Ibid. c. 21. LXIX. Item in eodem Concilio, ut coclearii, malefici, incantatores, & incantatrices fieri non ſinantur, quos in Simone mago Dominus terribiliter damnavit.

De negotio Clericorum inter ſe.

Ibid. c. 28. LXX. Item in eodem Concilio, ut ſi Clerici inter ſe negotium aliquod habuerint, à ſuo Epiſcopo dijudicentur, non à Secularibus.

De conſpiratione Clericorum vel Monachorum ſeu Laicorum.

Ibid. c. 29. LXXI. Item in eodem Concilio, ut nec Clerici, nec Monachi, nec Laici conſpirationem vel inſidias contra Paſtorem ſuum faciant.

De fide ſanctæ Trinitatis prædicanda.

LXXII. In Concilio Carthaginenſi. Primò omnium neceſſe eſt ut fides ſanctæ Trinitatis, & incarnationis Chriſti, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis in cœlos, diligenter omnibus prædicetur. Ibid. c. 32.

De his qui ſe convertunt ad Deum.

LXXIII. Item in eodem, de his qui in periculo conſtituti ſunt, & convertunt ſe ad Deum, ut canonicè inquirantur de reconciliatione, & canonicè reconcilientur. Ibid. c. 34.

De his qui non ſunt bonæ converſationis.

LXXIV. Item in eodem, ut illi qui non ſunt bonæ converſationis, & eorum vita eſt accuſabilis, non audeant Epiſcopos vel majores natu accuſare. Ibid. c. 35

De his qui cum excommunicato communicaverunt.

LXXV. Item in eodem, ut qui excommunicato præſumptiosè quis communicaverit, excommunicetur & ipſe. Ibid. c. 36.

De ſubjectione Presbyterorum.

LXXVI. Item in eodem Concilio infra dua capitula, ut nullus Preſbyter contra Epiſcopum ſuum ſuperbire audeat. Ibid. c. 37.

De Clericis eccleſiaſtici ordinis.

LXXVII. Item in eodem, ut Clerici eccleſiaſtici ordinis, ſi culpam incurrerint, apud Eccleſiaſticos judicentur, & non apud Seculares. Ibid. c. 38.

De falſis nominibus Sanctorum.

LXXVIII. Item in eodem, ut falſa nomina Martyrum & incertæ Sanctorum memoriæ non venerentur. Ibid. c. 41

De uxore à viro dimiſſa.

LXXIX. Item in eodem, ut nec uxor à viro dimiſſa alium accipiat virum, vivente viro ſuo; nec vir aliam accipiat, vivente uxore priore. Ibid. c. 42.

De oblatis pauperum.

LXXX. In Concilio Gangrenſi, ut nulli liceat oblationes quæ ad pauperes pertinent, rapere vel fraudare. Ibid c. 46.

De jejuniis à Sacerdotibus conſtitutis.

LXXXI. Item in eodem, ut eccleſiaſtica à Sacerdotibus jejunia conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſolvantur Ibid. c. 47

De his qui contra naturam peccant.

LXXXII. In Concilio Ancyrano. Si inventi ſunt inter vos qui cum quadrupedibus, aut cum conſanguineis uſque ad ſeptimum genuculum, vel maſculis con- Ibid. c. 48.

tra naturam peccant, durâ & diſtrictâ pœnitentiâ ſunt coercendi. Quapropter Epiſcopi & Preſbyteri, à quibus judicium pœnitentiæ injungitur, conentur omnimodis hoc malum à conſuetudine prohibere vel abſcidere.

De nominibus recitandis.

Capitular. lib. 1. c. 52. LXXXIII. Item ejuſdem, ut nomina publicè non recitentur ante preces ſacerdotales.

De Canonum inſtitutis à Presbyteris non ignorandis.

Ibid. c. 53. LXXXIV. Item ejuſdem, ut nulli Sacerdoti liceat ignorare ſanctorum Canonum inſtituta.

De Sacerdotibus contra decretalia agentibus.

Ibid. c. 56. LXXXV. Item ejuſdem, ut ſi quis Sacerdotum contra conſtituta decretalium præſumptiosè egerit, & corrigi noluerit, ab officio ſuo ſubmoveatur.

De fide Presbyterorum ab Epiſcopis diſcutienda.

Ibid. c. 66. LXXXVI. Ut Epiſcopi diligenter diſcutiant per ſuas parochias Preſbyterorum fidem, & baptiſma catholicum & Miſſarum celebrationes, ut fidem rectam teneant & baptiſma catholicum obſervent, & Miſſarum preces bene intellegant, & ut pſalmi dignè ſecundùm diviſiones verſuum modulentur, & dominicam orationem ipſi intellegant & omnibus prædicent intelligendam, ut quiſque ſciat quid petat à Deo. Et ut *Gloria Patri* cum omni honore apud omnes cantetur, & ipſe Sacerdos cum ſanctis Angelis & populo Dei communi voce *Sanctus, Sanctus, Sanctus* decantet. Et omnimodis dicendum eſt Preſbyteris & Diaconibus ut arma non portent, ſed magis confidant in defenſione Dei quàm in armis.

Spicileg. tom. 9. p. 64. c. 16-17.

De Presbyteris in Eccleſiis conſtituendis ab Epiſcopis, & non ab aliis.

Capitular. lib. 1. c. 84. LXXXVII. Statutum eſt ut ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum, Preſbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur nec expellantur. Et ſi laici Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in Eccleſiis conſtituendos, obtulerint, nullâ quâlibet occaſione eos reiciant

De villis novis & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis.

Ibid. c. 87. LXXXVIII. De villis novis & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis, ut decimæ de ipſis villis ad eaſdem Eccleſias conferantur.

De Presbyteris qui feminas in domibus habent.

Ibid. c. 92. LXXXIX. Sancitum eſt ab Epiſcopis de Preſbyteris qui feminas ſecum indiſcretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opinionis ſuſpicione denotantur, ut ſi deinceps admoniti non ſe correxerint, velut contemptores ſacrorum Canonum canonicâ invectione feriantur.

De ſcriptoribus.

Ibid. c. 105. XC. Ut ſcribæ vitiosè non ſcribant.

De inceſtuoſis.

Ibid. 111. XCI. De inceſtuoſis, ut canonicè examinentur, & nec propter alicujus amicitiam quidam relaxentur, quidam verò conſtringantur.

De communicatione fidelium.

Ibid. 132. XCII. Ut omnes fideles communicent, & ad Miſſas perſpectent ſine aliqua occaſione.

De confugio ad Eccleſiam.

Ibid. 134. XCIII. Si quis ad Eccleſiam confugium fecerit, in atrio ipſius Eccleſiæ pacem habeat, nec ſit ei neceſſe Eccleſiam ingredi; & nullus eum inde per vim abſtrahere præſumat, ſed liceat confiteri quod fecit, & inde per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem in publico perducatur.

De admonitione Sacerdotum.

Ibid. 159. XCIV. Ut Sacerdotes admoneant populum ut eleemoſynam dent & orationes faciant pro diverſis plagis quas aſſiduè pro peccatis noſtris patimur.

De prædicatione ad plebem.

Ibid. 160. XCV. Ut ipſi Sacerdotes, unuſquiſque ſecundùm ordinem ſuum, prædicare & docere ſtudeant plebem ſibi commiſſam.

De eruditione filiorum à parentibus vel patrinis.

Capitular. lib. 2. c. 46. XCVI. Ut parentes filios ſuos, & patrini eos quos de fonte lavacri ſuſcipiunt, erudire ſummoperè ſtudeant; illos, quia eos genuerunt, & eis à Domino dati ſunt; & iſtos, quia pro eis fidejuſſores exiſtunt.

De Eccleſiis antiquitùs conſtitutis.

Ibid. c. 47. Concil. Mogun. an. 888. c. 12. XCVII. Ut Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ nec decimis nec ullâ poſſeſſione priventur.

Capitulare an. 829. tit. 1. c. 1. Add. IV. cap. 95. Capitula Karoli Calvi, tit. 37 c. 11; & tit. 46. c. 1. & 2. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 43. Hincmar. Laudun. in ep. ad Hincmar. Rem. pag. 342. Regino, lib. 1. c. 241.

De his qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis conſtituunt vel de Eccleſiis eiciunt.

XCVIII. De his qui ſine conſenſu Epiſcopi Preſbyteros in Eccleſiis ſuis conſtituunt, vel de Eccleſiis eiciunt, & ab Epiſcopo vel à quolibet Miſſo dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum noſtrum revuadiare cogantur, & per fidejuſſores ad palatium noſtrum venire jubeantur; & tunc nos decernamus utrùm nobis placeat ut aut illum bannum perſolvant, aut aliam *harmiſcaram* ſuſtineant.

Notæ ad Innoc. III, pag. 84.
Bolland. tom. 2. Febr. pag. 193.

De Eccleſiis inter coheredes diviſis.

Capitulare an. 829. tit. 1. c. 2. Add. IV. cap. 96. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 44. Regino, lib. 1. c. 242. Burchard lib. 3. c. 41. Ivo, par. 3. cap. 45.

XCIX. De Eccleſiis quæ inter coheredes diviſæ ſunt, conſideratum eſt quatinùs ſi ſecundùm providentiam & admonitionem Epiſcopi ipſi coheredes eas voluerint tenere & honorare, faciant. Si autem hoc contradixerint, ut in Epiſcopi poteſtate manear utrùm eas ita conſiſtere permittat, aut Reliquias exinde auferat. Et ubi ad noſtrum beneficium Eccleſiæ pertinentes ita diviſæ inventæ fuerint, ut deſcribantur, & nobis renuntietur.

Gratian. 16. q. 7. c. 35. *Conſiderandum.*
De Roye, de Miſſis, pag. 74.

De manſo ad Eccleſiam dato.

Capitulare anni 829. tit. 1. c. 4. Add. IV. c. 98, 163. Capitula Karoli Calvi, tit. 37. cap. 11.

C. De uno manſo ad Eccleſiam dato, de quo aliqui homines contra ſtatuta ſibi ſervitium exigunt, quicunque pro hac cauſa accuſatus fuerit, Comes vel Miſſi hoc quod inde ſubtractum eſt, Preſbyteris cum ſua lege reſtituere faciant.

Regino, lib. 1. c. 27.
Vide Sirmond. ad Karolum Calv. pag. 14.

De his qui decimas dare nolunt, niſi à ſe redimantur.

Capitulare anni 829. tit. 1. c. 7. Add. IV. c. 101, 167. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 8. Regino, lib. 1, c. 49. Burchard. lib. 3. cap. 134. Ivo, par. 3. cap. 200.

CI. De decimis quas populus dare non vult, niſi quolibet modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt ne fiat. Et ſi quis contemptor inventus fuerit, & nec Epiſcopum nec Comitem audire voluerit, ſi noſter homo fuerit, ad præſentiam noſtram venire compellatur. Cæteri verò diſtringantur ut inviti Eccleſiæ reſtituant quod voluntariè dare neglexerunt.

Gratian. 16. q. 7. c. 6. *Decimas.*

De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam.

Capitular. lib. 3. c. 78.

CII. Ut quandocunque teſtes ad rem quamlibet diſcutiendam quærendi atque eligendi ſunt, à Miſſo noſtro & Comite in cujus miniſterio de re qualicunque agendum eſt, tales eligantur quales optimi in ipſo pago invenire poſſint. Et non liceat litigatoribus per præmia falſos teſtes adducere, ſicut hactenùs fieri ſolebat.

De cauſa ebrii hominis, & de ejus teſtimonio, & de placito Comitis.

Ibid. c. 38.

CIII. Ut nullus ebrius ſuam cauſam in mallo poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere. Nec placitum Comes habeat, niſi jejunus.

De hoc ſi Presbyteri ſanctum chriſma dederint ad judicium ſubvertendum.

Ibid. c. 55.

CIV. Ut Preſbyter qui ſanctum chriſma donaverit ad judicium ſubvertendum, poſtquam de gradu ſuo depoſitus fuerit, manum amittat.

De placito Centenarii.

Ibid. c. 79.

CV. Ut nullus homo in placito Centenarii neque ad mortem, nec ad libertatem ſuam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia, judicetur; ſed iſti aut in præſentia Comitis vel Miſſorum noſtrorum judicentur.

De raptu viduarum.

Capitular. lib. 4. c. 17.

CVI. Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis vel invitam vel volentem ſibi copulaverit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos, in triplo componat. Vel ſi invitam eam duxit, legem ſuam ei componat, illam verò ulteriùs non attingat.

De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.

Ibid. c. 18.

CVII. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & wirgildum proximis ejus perſolvat.

De obſervatione præceptorum dominicorum.

Ibid. c. 51.

CVIII. De obſervatione præceptorum noſtrorum & immunitate, præcipimus ut ita obſerventur ſicut à nobis & ab anteceſſoribus noſtris conſtitutum eſt.

De locis jamdudum ſacris, & nunc ſpurcitiâ fœdatis.

Ibid. c. 53.

CIX. De locis jamdudum ſacris, & nunc ſpurcitiâ fœdatis, ut juxta poſſibilitatem in antiquum ſtatum reformentur.

De commutationibus utilibus permanendis, inutilibuſque delendis.

Capitulare II. an. 814. c. 1. Capitulare ann. 829. tit. 2. c. 5. Capitula Karoli Calvi, tit. 37. c. 6; & tit. 45. cap. 8. Spicileg. tom. 12. p. 132, 134.

CX. Ubicunque commutationes, tam tempore noſtro quàmque genitoris noſtri, legitimæ & rationabiles atque utiles inter Eccleſias Dei factæ ſunt, permaneant. Ubicunque verò inutiles & incommodæ atque inrationabiles factæ ſunt, diſſolvantur, & recipiat unuſquiſque quod dedit. Ubi verò mortua manus interjacet, aut alia quælibet cauſa, quæ rationabilis non eſſe videatur, inventa fuerit, diligenter

Flodoard. pag. 313. deſcribatur, & ad noſtram notitiam perferatur.

De Eccleſiæ conſecratione in qua mortuorum cadavera, infidelium ſunt ſepulta.

Burchard. lib. 1. c. 38. Spicileg. tom. 9. pag. 8. c. 68. CXI. Eccleſiam in qua mortuorum cadavera infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet. Sed ſi apta videtur ad conſecrandum, inde evulſa corpora, & raſis vel lotis lignis ejus, reædificetur. Si hæc conſecrata priùs fuit, Miſſas in ea celebrare licet, ſi tamen fideles fuerint qui in ea ſepulti ſunt.

De officio laicorum.

Burchard. lib. 8. c. 87. Ivo, par. 7. cap. 105. Spicileg. tom. 9. p. 55. c. 27. CXII. Laicus non debet in Eccleſia lectionem recitare, nec alleluya dicere, ſed pſalmum tantùm aut reſponſoria ſine alleluya.

De ſtultorum voto ſolvendo.

CXIII. Epiſcopo licet votum ſolvere, ſi vult.

De non prodendo à Presbyteris crimen Epiſcopi.

Ibid. p. 61. cap. 120. CXIV. Preſbytero non licet peccatum Epiſcopi prodere, quia ſuper eum eſt.

De parochianis alterius Presbyteri.

CXV. Ut nullus Preſbyter alterius parochianum, niſi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

De manûs impoſitione & reſolutione canonica.

CXVI. Ut nemo Sacerdotum populi ſibi peccata contentium ſine auctoritate Canonum judicare præſumat. Et ut quandò unicuique quiſquam Sacerdos ſibi ſcelera ſua confitenti juxta prædictum canonicum modum pœnitentiam tribuit, ſi comam dimiſerit aut habitum mutaverit, manus ei ſecundùm canonicam auctoritatem imponat cum orationibus quæ in Sacramentario ad dandam pœnitentiam continentur. Si verò occultè & ſponte confeſſus fuerit, occultè faciat. Et ſi publicè ac manifeſtè convictus aut confeſſus fuerit, publicè ac manifeſtè fiat, & publicè coram Eccleſia juxta canonicos pœniteat gradus. Poſt peractam verò ſecundùm canonicam inſtitutionem pœnitentiam occultè vel manifeſtè, canonicè reconcilietur, & manus ei cum orationibus quæ in ſacramentario ad reconciliandum pœnitentem continentur, imponatur, ut divinis precibus & miſerationibus abſolutus à ſuis facinoribus eſſe mereatur: quoniam ſine manûs impoſitione nemo abſolvitur ligatus. Et ideò Dominus & Magiſter noſter diſcipulis ſuis ac ſucceſſoribus eorum ligandi ac ſolvendi dedit poteſtatem, ut peccatores ligandi habeant poteſtatem, & pœnitentiam condignè agentes abſolvi, atque peccata cum divina invocatione dimitti queant. Nec mirum hoc. Quia ſi homines ſuis ſervis dant poteſtatem de ſubditis ligandi & ſolvendi, vel nocendi & adjuvandi apud ſe, quantò magis dominus omnium hominum hanc poteſtativè poteſtatem Præpoſitis ſanctæ Eccleſiæ dedit, dicens: *Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta erunt.* Et reliqua.

Capitular. lib. 7. cap. 179, 202, 389. *Vide* Not. ad Agob. p. 90. & Vit. S. Huberti, pag. 57.

De pœnitente cujus crimen pervulgatum eſt.

Concil. Carthag. 3. cap. 32. Haligar. lib. 3. c. 11. Iſaac, tit. 1. c. 3. Regino, lib. 1, c. 289. Burchard. lib. 19. cap. 40. Decreta Leonis l. c. 47. & ep. 79. c. 6. & 91. c. 2. CXVII. In Concilio Carthaginenſi de eadem re præcipitur, ut ſi cujuſquam pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam commoverit Eccleſiam, ante abſidam manus ei imponatur *. Et alibi in Canonibus vel in decretalibus Leonis Papæ præcipitur de eadem re, ut abſolutio pœnitentum per manus impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat; & reliqua multa talia & horum ſimilia.

Vide Du Cange, ad Annam Comnenam, pag. 537.

* *In Concilio aliter habetur, ibi etenim legitur*: Cujuſcumque autem pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſa Eccleſia noverit, antè abſidem manus ei imponatur.

De pœnitentibus qui Euchariſtiam acceperint in infirmitate poſiti.

CXVIII. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manûs impoſitione, ſi ſupervixerint.

Concil. Carthag. 4. c. 78.
Iſaac, tit. 1. cap. 4.
Regino, lib. 1. c. 112.
Burchard. lib. 18. c. 23.
Ivo, par. 15. c. 10.

Spicileg. tom. 11. p. 35. *De remedio pœnitentiæ, & quòd abſolutio pœnitentum per manûs impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat. Propter quod neceſſe eſt ut reatus peccatorum ante ultimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſolvatur, etiamſi, periculo mortis urgente, ſtatim poſt acceptionem pœnitentiæ & reconciliatio ſubſequatur.* Ex epiſtola Papæ Leonis ad Theodorum, Forojulienſem Epiſcopum.

Ibid. p. 26. S. Leo, ep. 91. CXIX. Multiplex miſericordia Dei ita lapſis humanis ſubvenit, ut non ſolùm per baptiſmi gratiam, ſed etiam per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, & qui regenerationis dona violârunt, proprio ſe judicio condemnantes, ad remiſſionem criminum perveniant, ſic divinæ voluntatis præſidiis ordinatis, ut indulgentiam

Gratian. diſt. 1. de pœni. c. 49. *Multiplex.*

indulgentiam Dei niſi ſupplicationibus Sacerdotum nequeant obtinere. Mediator enim Dei & hominum Dominus Jeſus Chriſtus hanc Præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem ut & confitentibus pœnitentiæ ſanctionem darent, & ab eadem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionem Sacramentorum per januam reconciliationis admitterent. Cui utique operi inceſſabiliter ipſe Salvator intervenit, qui nunquam his abeſt, ſicut ipſe ait: *Ecce, ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi.* Qua de re innuitur ut ſi quid per ſervitutem noſtram bono ordine & grato impletur effectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum. Si autem aliquis eorum pro quibus Domino ſupplicamus, quocunque interceptus obſtaculo, munere indulgentiæ præſentis exciderit, & priuſquam ad conſtituta remedia perveniat temporalem vitam humanâ conditione finierit, quod manens in corpore non recepit, conſequi exutus carne non poterit. Idcircò neceſſe eſt nos eorum qui obierint merita actuſque diſcutere, cùm Dominus noſter, cujus judicia nequeunt comprehendi, quod Sacerdotum impleri miniſterio non ſivit, ſuæ juſtitiæ reſervavit; ità poteſtatem ſuam timeri volens, ut hic terror omnibus proſit, & quod quibuſdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multùm enim utile ac neceſſarium eſt ut peccatorum reatus ante ultimum diem ſacerdotali ſupplicatione ſolvatur. His autem qui tempore neceſſitatis, periculis urgentibus, præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis imploranr, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venire moras converſio, dicente Dei Spiritu per Prophetam: *Cùm converſus ingemueris, tunc ſalvus eris.* Et alibi: *Dic iniquitates tuas prior, ut juſtificeris.* Item: *Quia apud Dominum miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio.* In diſpenſandis itaque Dei donis non debemus eſſe difficiles, nec ſe accuſantium gemitus lacrymaſque neglegere, cùm ipſam pœnitendi affectionem ex Dei credamus inſpiratione conceptam, dicente Apoſtolo: *Ne fortè det illis Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem.*

Gratian. 26 q. 6. c. 10. *His qui.*

Item de pœnitentum abſolutione, ut per manûs impoſitionem Epiſcoporum vel Sacerdotum precibus fiat.

CXX. Si quis in periculo vel pace aut infirmitate pœnitentiam acceperit, ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia. *Vide infrà, cap. 140. iſtius libri.* Iſaac, tit. 1. cap. 5.

Ut pœnitens, oſtenſis pœnitentiæ fructibus, ad communionem recipiatur.

CXXI. Ut pœnitens, oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manûs impoſitione percipiat. Concil. Arauſic. I. cap. 3. Iſaac, tit. 1. c. 6

Ut pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, ſuper caput cilicium à Sacerdote conſequantur.

CXXII. Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manûs ſuper caput, & cilicium à Sacerdote, ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur. Capitular. lib. 7. cap. 310.

Concil. Aguth. c. 15.
Iſaac, tit. 1. c. 7. & 36.
Regino, lib. 1. c. 290.
Burchard. lib. 19. c. 27.
Ivo, par. 15. c. 17.
Gratian. diſt. 50. c. 63. *Pœnitentes.*

Ut omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdote imponatur.

CXXIII. Omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdotibus imponantur.

Concil. Carthag. 4. c. 80.
Iſaac, tit. 1. c. 8.
Gratian. 26. q. 7. c. 6. *Sacerdos.*

Ut lapſi per manûs impoſitionem Epiſcopi abſolvantur.

CXXIV Nec abſolvendos lapſos in fide credamus, niſi per impoſitionem manûs Epiſcopi. Iſaac, tit. 1. c. 9.

Ut pœnitentes communicent qui ante reconciliationem moriuntur.

CXXV. Placuit his qui acceptâ pœnitentiâ, ante reconciliationem migrant ad Dominum, communicari, pro eo quòd honoraverunt pœnitentiam. Qui ſi ſupervixerint, ſtent in ordine pœnitentum, ut legitimam communionem, ſtatuto tempore reconciliatione & manûs impoſitione Epiſcopi, vel, ejus juſſu, Preſbyteri, recipiant Ibid. c. 10.

De his qui convivio gentilium uſi ſunt.

CXXVI. Qui convivio ſolo Gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis & manûs impoſitione purgari. Addit. IV. cap. 77. Infrà, cap. 131

Ut criminalia peccata multis jejuniis, & crebris manus impoſitionibus, à Sacerdotibus purgentur.

Isaac, lib. 1. c. 11.

CXXVII. Criminalia peccata multis jejuniis, & crebris manûs Sacerdotum impoſitionibus eorumque ſupplicationibus, juxta Canonum ſtatuta placuit purgari, ita ut nemo ſine manûs impoſitione Epiſcopi, aut, ejus juſſu, alicujus Preſbyteri, ſe credat eſſe à ſuis facinoribus abſolutum. Non eſt mirandum ſi abſolutio peccatorum per manûs impoſitionem precibus ſit Sacerdotum, cùm Dominus in veteri Lege ſuper caput hoſtiæ manum Sacerdotis præceperit imponi. Etenim ſicut tunc per illam hoſtiam, ita nunc invocatione ſancti Spiritûs, per quem fit remiſſio peccatorum, per manûs Epiſcoporum vel eorum auctoritate reliquorum Sacerdotum impoſitione, ſupplicationibus eorum remittuntur peccata. Nam quando Dominus Lazarum ſuſcitavit, ait Diſcipulis ſuis: *Tollite lapidem*: ſubauditur, ut mortuus ſurgat dans exemplum, ut ſicut ipſi manibus tollunt lapidem ut mortuus ſurgat, ita & ipſi & ſucceſſores eorum manus pœnitentibus imponant, ut per impoſitionem manuum ſuis precibus mortuum de ſepulchro, id eſt, peccatorem de vitiis, ſurgere & relevare faciant; & ſicut illi prædictum Lazarum inſtitis, id eſt, funibus conligatum, jubente Domino ſolvunt, qui ait, *Solvite illum, & ſinite abire*, ita iſtis eorum ſupplicationibus auxiliante Domino, & comitante Spiritu ſancto, qui in his ſemper operatur, per manûs impoſitionem peccatorum ſolvant vincula, eoſque tempore à ſanctis Patribus conſtituto ſacrâ euchariſtiâ communicent, & abſolutos ire permittant.

Ut pœnitentibus juxtà canonicam auctoritatem pœnitentia detur, & antè ſuſpenſos à communione excubare faciant ad Eccleſiæ officium.

Ibid. c. 12.

CXXVIII. Ut ſecundùm formam Canonum pœnitentibus detur pœnitentia, & priùs eos à communione ſuſpenſos ad officium Eccleſiæ excubare faciant, & inter reliquos pœnitentes ad manûs impoſitionem crebrò recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore, & ſacerdotali perceptâ manûs impoſitione, juxtà ordinem ſacramentorum & canonum reconcilient pœnitentes, & ſacra communione confirment.

Vide infrà, pag. 850, cap. 136.

De his qui ſeparati à cõmunione fuerint pœnitentibus.

CXXIX. Qui à communione ſeparantur in locis quibus ſecluſi fuerant, per manûs impoſitionem recipiantur ad communionem. Nec ſe quiſquam à peccatis abſolutum ſine reconciliatoria manûs impoſitione credat; ſed per manûs impoſitionem precibus Sacerdotum reconcilietur, ſicut auctoritas habet eccleſiaſtica. Ibid. c. 13.

Ne in confinio mortis pœnitens à reconciliatione diutiùs ſuſpendatur. Et ut oblatio ejus qui pœnitens, necdum reconciliatus, de hac vita exierit, ab Eccleſia recipiatur.

CXXX. Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutinè à reconciliationis gratia differendus eſt. Sed ſi profectò mortis urget periculum, pœnitentiâ per manûs impoſitionem acceptâ, ſtatim & reconciliatio adhibenda eſt, ne priùs ab humanis rebus æger abſcedat, quàm donum reconciliationis accipiat, ſicque ſuperſtitibus quodam modo doloris videtur eſſe perpetuum, ſi præciſum ab Eccleſiæ membris eum qui utique reconciliationis non meruit gratiam, raptim à præſenti vita mortis natura ſubduxerit. Undè, juxtà Papæ Leonis edictum, his qui in tempore neceſſitatis & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis remedium implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio deneganda; quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire. De his autem qui acceptâ pœnitentiâ, antequam reconcilientur, ab hac vita receſſerint, quamquam diverſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nobis ſententia placuit qui, multiplices numero, de hujuſmodi humaniùs decreverunt, ut & memoria talium in Eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata ſpiritibus accipiatur. Ibid. c. 14. Concil. Toletan. XI. c. 12. Halitgar. lib. 3. c. 9.

Vide ſuprà, cap. 119.

De Presbyteris vel Diaconibus graviori noxâ convictis.

CXXXI. Item confirmatum eſt ut ſi quandò Presbyteri vel Diaconi in aliqua graviore culpa convicti fuerint, quâ eos à miniſterio neceſſe ſit removeri, non eis manus, tanquam pœnitentibus vel tanquam fidelibus laicis, imponatur. Neque permittendum ut rebaptizati ad clericatûs gradum promoveantur. Concil. Carthag. 5. cap. 11. Regino, lib. 1. c. 310. Burchard. lib. 19. c. 72. Ivo, par. 15. c. 25. Gratian. diſt. 50. c. 65.

De pœnitentibus qui ex gravioribus levioribuſque commiſſis pœnitentiam gerunt.

CXXXII. De pœnitentibus qui ſive Decreta Innoc. I. c. 7.

Halitgar. lib. 3. c. 13. Rhaban. lib. 2. de inſtit. Cleric. cap. 30. Iſaac, tit. 1. c. 15. Regino, lib. 2. c. 107. Burchard. lib. 18. cap. 18. Gratian. diſt. 3. de conſec. cap. 17. *De pœnitentibus.*

ex gravioribus commiſſis ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quintâ feriâ ante Paſcha eis remittendum Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterùm de ponderę æſtimando delictorum Sacerdotis eſt judicare, ut adtendat ad confeſſionem pœnitentis & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tum jubere dimitti cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis ægritudinem inciderit, atque uſque deſperationem devenerit, ei eſt ante tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſeculo abſque comunione diſcedat.

De his qui convivio ſolo Gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt.

Capitular. lib. 5. cap. 126. Decreta Leon. I. c. 30. Burchard. lib. 10. cap. 37. Ivo, par. 11. c. 62.

CXXXIII. Qui convivio tolo Gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis & crebris manuum impoſitionibus purgari; ut deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem aut idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos, niſi per pœnitentiam publicam & per manûs impoſitionem ſacerdotali prece ſint reconciliati, non oportet admitti. Tempora pœnitudinis habitâ moderatione ſunt conſtituenda prout converſorum animos Sacerdotes inſpexerint eſſe devotos, partier etiam habentes ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinum reſpicientes neceſſitates; in quibus ſi quis ita graviter urgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur, oportet ei per ſacerdotalem ſollicitudinem, id eſt, per manûs impoſitionem, abſolutione precum ſacerdotalium, communionis gratia ſubveniri.

Leo I. ep. 79. c. 6. Iſaac, tit. 2. c. 29. Burchard. lib. 4. c. 48. Ivo, par. 1, c. 242. Gratian. 26, q. 7. c. 2. *Tempora.* Spicileg. to. 9. pag. 57, c. 60.

Ut pœnitentes qui ex gravioribus peccatis pœnitentiam gerunt, tribus annis ſint inter audientes, ſi veram pœnitentiam geſſerint.

Decreta Felicis III. Iſaac, tit. 1. c. 16. Burchard. lib. 4. c. 99. Ivo, par. 1. cap. 293. Gratian. diſt. 4. de conſecr. c. 118. *Eosquos.*

CXXXIV. Pœnitentes qui ex gravioribus peccatis pœnitentiam gerunt, ſi ex corde pœniteant, ſicut Nicæna Synodus de lapſis conſtituit, tribus annis ſint inter audientes, quinque verò vel ſeptem annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum. Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed tantummodo populis in oratione ſocientur. Nec confundantur Deo colla ſubmittere, qui eum non timuerunt abnegare. Quòd ſi, utpotè mortales, intra meras præſcripti temporis coperit vitæ finis urguere, ſubvenendum eſt imploran-

tibus, ſeu ab Epiſcopo qui pœnitentiam dedit, ſeu ab alio, qui tamen datum eſſe probaverit, aut ſimiliter à Præsbytero, juſſu aut permiſſu tamen proprii Epiſcopi, per manûs impoſitionem, abſoluti one precum ſacerdotalium, viaticum abeuntibus de ſeculo non negetur. Pueris autem, quibus à puritate vocabulum eſt, ſeu Clericis, ſeu laicis, aut etiam ſimilibus puellis, quibus ignorantia ſuffragatur ætatis, aliquandiu ſub manûs impoſitione detentis reddenda communio eſt. Quòd ſi ante præfinitum pœnitentiæ tempus, deſpecti à medicis, aut evidentibus mortis preſſi indiciis, recepta quiquam communionis gratiâ convaluerint, ſervemus in eis quod Nicæni Canones ordinârunt, ut habeantur inter illos qui in oratione ſola communicant, donec impleatur ſpatium temporis eiſdem præſtitutum.

De Cathecumenis non prætereundis.

Decreta Felicis III.

CXXXV. Nec cathecumeni prætereundi ſunt, quia non eſt cauſa diſſimilis, ſicut iidem ſancti Canones ordinârunt. Hi qui quolibet modo Chriſtum, quem ſemel confeſſi ſunt, abjurârint, tribus annis inter audientes ſint, & poſteà cum cathecumenis permittantur orare, per manûs impoſitionem communionis catholicæ gratiam recepturi.

Ut qui pœnitentiam publicè gerunt, uno anno ſint cum cilicio inter audientes.

Iſaac, tit. 1. cap. 17. Lib. Sacramentor. p. 321. *Vide* Spelman. in V. *Dies magn.* & tom. 2. Conc. Gall. pag. 189, col. 1.

CXXXVI. Qui pœnitentiam publicè gerunt, debent unum annum eſſe cum cilicio inter audientes, vel uſque ad magnum diem, & populo, quando intrat in Eccleſiam, perfuſi lacrymis veniam poſtulare, precarique eum humiliter ut pro eis dignetur orare. Tribus verò annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum in loco retro oſtio Eccleſiæ pœnitentibus conſtituto, & ſeorsùm, infrà ipſam tamen Eccleſiam, ſecluſo populo tamen, jam non in terram proſtrati, ſed vultu & capite humiliato, humiliter & ex corde, ut ſuprà dictum eſt, veniam poſtulent, & pro ſe orare expoſcant. Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed populis tantummodò in oratione ſocientur, ut perfectionem ſeptimo in Cœna Domini conſequantur anno, id eſt per Epiſcopi, vel ejus juſſu, ſi ipſe abeſt, aliorum Sacerdotum manûs impoſitionem, abſolutione ſacerdotalium precum, communionis catholicæ gratiam recepturi. (*Qualiter ſeptem annorum pœnitentia agatur.*) In

his verò ſeptem annis multipliciter jejuniis, orationibus, fletibus, & eleemoſynarum, pro ut meliùs potuerint, exhibitionibus & lacrymis perſiſtant. Et ne ulteriùs eis talia contingant admodùm caveant, dicente Domino: *Vade, & ampliùs noli peccare.*

De pœnitentibus tranſgreſſoribus.

Ibid. c. 18. CXXXVII. Ut hi qui frequenti prævaricatione peccata vel pœnitentiam iterant, frequenti ſententiâ, niſi per ſatisfactionem quæ prævaricati ſunt emendare nitantur, coerceantur vel condemnentur, ut hæc quæ voluntariè non diluerunt inviti emendent. Quòd ſi his aliquis reperitur, & præceptis ſui Sacerdotis inobediens apparuerit, ſecundùm modum culpæ excommunicetur. Si quis autem his ante reconciliationem & eorum ſatisfactionem, abſque proprii Epiſcopi licentia, communicare præſumpſerit, ſimili excommunicationi ſubjaceat. Sacerdotes autem ad quos pertinere noſcuntur, ſi eos quolibet munere vel favore aut neglegentia admonere noluerint, aut per ſatisfactionem revertentes non ſuſceperint, aut contemnentes de Eccleſia non ejecerint, ſimili ſententiâ plectantur, quouſquè vel emendationis vel eorum damnationis ſententia promulgetur.

Ut pœnitentibus abſque perſonarum acceptione pœnitentia detur

CXXXVIII. Ut Sacerdos pœnitentibus abſque perſonarum acceptione pœnitentiæ leges injungat.

Concil. Carthag. 4. c. 74.
Halitgar. lib. 3. c. 1.
Regino, lib. 1. cap. 302.
Burchard. lib. 19. c. 35.
Ivo, par. 15. c. 30.
Gratian. 26. q. 7. cap 6. *Sacerdos.*

De neglegentioribus pœnitentibus.

CXXXIX. Ut neglegentiores pœnitentes tardiùs recipiantur.

Concil. Carthag. 4. c. 75.
Iſaac, tit. 1. cap. 19.
Regino, lib. 1. cap. 308.
Burchard. lib. 19. c. 38.
Ivo, par. 15. c. 7.
Gratian. 26. q. 7. c. 6. *Sacerdos.*

De eo qui pœnitentiam in infirmitate petit.

Capitular. lib. 5. cap. 120. Spicileg. tom. 9 pag. 66, c. 32. Concil. Carthag. 4. cap. 76. Iſaac, tit 1. c. 20.

CXL. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppreſſus in infirmitate obmutuit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia. Si ſupervixerit, commoneatur à ſupradictis teſtibus petitionis ſuæ ſatisfactio, & ſubdatur ſtatutum pœnitentiæ tempus quandiu Sacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit. Burchard. lib. 18. c. 10. 11. Ivo, par. 15. cap. 8. Gratian. 26. q. 6. c. 8. *Is qui pœnitentiam.*

Ut pœnitentes non ſe credant abſolutos, niſi per manûs impoſitionem.

CXLI. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum euchariſtiæ acceperunt, non ſe credant abſolutos ſine manûs impoſitione, ſi ſupervixerint.

Concil. Carthag. 4. c. 112.
Iſaac, tit. 1. c. 21.
Regino, lib 1. cap. 112.
Burchard. lib. 18. cap. 23.
Ivo, par. 15. c. 10.
Gratian. 26. q. 6. cap. 8. *Is qui pœnitentiam.* 5. *Pœnitentes.*

De pœnitentibus qui antequam leges pœnitentiæ exſequantur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint.

CXLII. Pœnitentes qui antequam leges pœnitentiæ exſequantur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis Sacerdos ſubvenire non potuerit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur

Concil. Carthag. 4. c. 79.
Iſaac, tit. 1. c. 22.
Burchard. lib. 19. c. 128.
Gratian. 26. q. 7. c. 6. *Sacerdos.*

De loco monaſteriorum vel ædificiis providendis.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 20. CXLIII. Dignum ac neceſſarium eſt ut Miſſi noſtri per quæque loca directi ſimul cum Epiſcopis uniuſcujuſque diœceſis perſpiciant loca monaſteriorum Canonicorum pariter & Monachorum, ſimulque & puellarum, ſi in apto & in congruo loco ſint poſita, ubi commodum neceſſarium poſſit adquiri, quod ad utilitatem pertinet monaſteriorum, ſicut in ſancta regula dicitur: *Monaſterium autem ita debet conſtitui, ut omnia neceſſaria infrà monaſterium exerceantur, ut non ſit neceſſitas Monachis vel Clericis vagandi foràs, quia omninò non expedit animabus eorum.* Similiter quoquè ædificationes monaſteriorum ſupradicti Miſſi, & cum eis Epiſcopi, per diverſa loca prævideant, ſi aptæ ſint & congruenter ſanctæ profeſſioni compoſitæ, vel ſi clauſtrum firmum habeant in quo ſalvari poſſint animæ in eis commorantium ſub diſciplina canonica vel regulari. Ubi autem aliter inventa fuerint, hoc omnimodis Epiſcopus loci illius faciat emendari, ita ut condignam profeſſioni eorum

Regula S Bened. cap. 66. Notæ ad Concord. Reg. pag. 1032, 1034. Spicileg. tom. 12 p. 247; & in Concil. Troſl. c. 3. *extremâ.*

cuſtodiam habeant Canonici vel Monachi atque Nonnanes, ne detur eis occaſio maleficiendi, quod abſit.

Vide Tom. 9. Spicileg. p. 64. c. 12. Concil. Mog. anni 813, c. 21. Burchard. lib. 8. c. 5. Ivo, par. 7. c. 29.

Ut Epiſcopi ſciant qualiter Canonici qui ſunt cum Abbatibus, vivant.

CXLIV. Præcipimus ut unuſquiſque Epiſcopus ſciat per ſingula monaſteria quantos quiſque Abba Canonicos in monaſterio ſuo habeat. Et hoc omninò ambo pariter provideant, ut ſi Monachi fieri voluerint, regulariter vivant. Sin autem, canonicè vivant omninò.

Ut Presbyteri chriſma diligenter cuſtodiant.

Suprà, pag. 418, c. 11. Iſidor. Clarius, to. 2. fol. 120, cap. 4.

CXLV. Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ vel maleficii donare indè præſumant. Quòd ſi fecerint, honore priventur.

Capitulare an. 813. cap. 17.
Concil. Arelat. VI. c. 18.
Concil. Mogunt. anni 813. c. 27.
Iſaac, tit. 11. c. 4.

Ut Presbyteri utantur aſſiduè orariis.

Capitular. lib. 3. c. 55. Add. III. 89. To. 3. Feb. p. 225. D. Notæ ad Concord. Reg. p. 904.

CXLVI. Presbyteri ſine intermiſſione utantur orariis propter differentiam ſacerdotii dignitatis.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 18.
Regino, lib. 1. c. 334.
Burchard. lib. 2. cap. 101.
Ivo, par. 6. cap. 178.
Vide Gratian. 17. q. 4. c. 25. *Ut Presbyteri.*

Ne laici Presbyteros eiciant de Eccleſiis.

CXLVII. Ut laici Presbyteros non eiciant de Eccleſiis, neque conſtituant ſine conſenſu Epiſcoporum ſuorum.

Capitulare an. 813. c. 2.
Concil. Arelat. VI. c. 4.
Concil. Mogunt. anni 813. c. 29.
Tom. 9. Spicileg. pag. 63.
Regino, lib. 1. c. 141.
Burchard. lib. 3. c. 111.
Ivo, par. 3. cap. 87.
Gratian. 16. q. 7. c. 37. *Laici.*
Flodoard. pag. 522, 561.
Epiſt. 19. Alex. III. in App. Petri Cell. pag. 422.

Ne laici à Presbyteris munera exigant.

Flodoard. p. 525. Spicileg. tom. 9. p. 63

CXLVIII. Ut laici omnino munera injuſta non exigant à Presbyteris propter commendationem Eccleſiæ cuiquam à Presbytero.

Capitulare anni 813, cap. 3.
Concil. Arelat. VI. cap. 5.
Concil. Mogunt. an. 813. c. 30.
Burchard. lib 3, cap. 113.
Ivo, par. 3. c. 89.
Fileſac. de Sac. Epiſc. Auctor. fol. 54.

De fugitivis Clericis.

Concil. Mogunt. anni 813, cap. 31. Burchard. lib 8. c. 56. Ivo, par. 7. cap. 74.

CXLIX. Ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia diligenter Presbyteros vel Clericos inquirat unde ſint. Et ſi aliquem fugitivum invenerit, ad ſuum Epiſcopum redire faciat.

Tom. 9. Spicil. p. 64. c. 9.

De letania majore.

CL. Placuit nobis ut letania major obſervanda ſit à cunctis Chriſtianis diebus tribus.

Vide infrà, lib. 6 cap. 74.
Concil. Mogunt. an. 813 c. 33.
Regino, lib. 1. cap. 275.
Burchard. lib. 13. cap. 6.
Ivo, par. 4. c. 39.

De quatuor Temporibus obſervandis.

CLI. Conſtituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio obſerventur. Id eſt, in Martio menſe, hebdomadâ primâ, feriâ quartâ & ſextâ, & ſabbato, veniant omnes ad Eccleſiam horâ nona cum letaniis ad Miſſarum ſolemnia. Similiter in menſe Junio, hebdomadâ ſecundâ, feriâ quartâ & ſextâ, ſabbato jejunetur uſque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembrio, hebdomadâ tertiâ. Et in menſe Decembrio, hebdomadâ quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis Domini, ſicut eſt in Romana Eccleſia traditum.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 34. Regino, lib. 1. c. 277. Burchard. lib 13. c. 2. Ivo, par. 4 c. 35. Gratian. diſt. 76. c. 2. *Conſtituimus.*

De indicto jejunio.

CLII. Quod ſi quis indictum jejunium ſuperbiendo contempſerit, & obſervare cum cæteris Chriſtianis noluerit, in Gangrenſi Concilio præcipitur ut anathematizetur, niſi emendare ſtudeat.

Capitular. lib 1. c. 47. Riculf. c 12.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 35.
Regino, lib. 1, cap. 279.
Burchard. lib. 13. c. 4.
Ivo, par. 4. c. 37.
Vide Gratian. diſt. 3. de Conſecr. c. 1. *Pronuntiandum.*

De dominicis diebus.

CLIII. Omnes dies dominicos cum omni veneratione obſervare decrevimus, & à ſervili opere abſtinere. Et mercatus in eis minimè ſit, nec placitum ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam tradatur.

Concil. Mogunt. anni 813. c. 37.
Regino, lib. 1, cap. 374.
Burchard. lib. 2. c. 81. 85.
Ivo, par. 4. c. 16.

De decimis.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 38 Burchard. lib. 3. cap. 131. Ivo, par. 3. c. 197. Gratian. 16. q. 2. c. 2. *Admonemus.*

CLIV. Admonemus atque præcipimus ut decima Deo omnino dari non neglegatur, quam Deus ipſe ſibi dari conſtituit: quia timendum eſt ut quiſquis Deo ſuum debitum abſtrahit, ne fortè Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua, & qui decimam Deo dare neglexerit, novem partes auferantur ab eo.

Ut Eccleſiæ pacem habeant.

Concil. Mogunt. an 813. c. 39. Burchard. lib. 3. c. 174.

CLV. Reum confugientem ad Eccleſiam nemo abſtrahere audeat, neque indè donare ad pœnam vel ad mortem, ut honor Dei & Sanctorum ejus conſervetur;

Ivo, par. 3. c. 123. Gratian. 17. q. 4. c. 9. *Reum.*

ſed rectores Eccleſiarum pacem & vitam ac membra eis obtinere ſtudeant. Tamen legitimè componant quod inique fecerunt.

Einhard. ep. 7. & 25.

Iterùm de pace Eccleſiarum.

Add. III. c. 32. & 118.

CLVI. Præcipimus ut in Eccleſiis, aut in domibus Eccleſiarum, vel in atriis placita ſecularia minimè fiant.

Concil. Arelat. VI. cap. 22.
Concil. Mogunt. an. 813. c. 40.
Du Cange ſur S. Louis, pag. 143.
Paratitla Giron. pag. 302.

Ut antiquæ Eccleſiæ honorem ſuum habeant.

Capitular. lib. 2. c. 36.

CLVII. Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ nec decimis nec aliis poſſeſſionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

Concil. Mogunt. anni 888. c. 13.
Concil. Mogunt. anni 813. cap. 41.

De beneficiis eccleſiaſticis.

Ibid. c. 42. Add. III. cap. 33. Regino, lib. 1. c. 36.

CLVIII. Quicunque beneficium eccleſiaſticum habent, ad tecta Eccleſiæ reſtauranda vel ipſas Eccleſias emendandas omninò adjuvent, & nonam & decimam reddant.

Concil. Arelat. VI. c. 25.
Capitulare an. 813. c. 14
Burchard. lib. 3. c. 30.
Ivo, par. 3 c. 35.

Ne Presbyter Miſſam ſolus cantet.

Concil. Mogunt. anni 813, c. 43. Regino, lib. 1. c. 191, & 339. Tom. 9. Spicileg. p. 37. c. 49.

CLIX. Nullus Presbyter, ut nobis videtur, ſolus Miſſam cantare rectè valet. Quomodo enim dicet *Dominus vobiſcum*, vel ſurſùm corda admonebit habere, & alia multa his ſimilia, cùm alius nemo cum eo ſit?

Vide infrà. Add. II. c. 9.
Vide Goulart. pag. 1023.
Vide Cochlari Relp. in ſcriptum Proteſtantium octavum, fol. 20. verſo, & fol. 22.

De oblatione & pace in Eccleſia facienda.

Concil. Mogunt. an. 813, c. 44.

CLX. Oblationem quoquè & pacem in Eccleſia facere jugiter admoneatur populus Chriſtianorum: quia ipſa oblatio ſibi & ſuis magnum eſt remedium animarum, & in ipſa pace vera unanimitas & concordia demonſtratur.

De ſymbolo & oratione dominica.

Ibid. c. 45. Burchard. lib. 2. cap. 156. Ivo, par. 6. c. 147.

CLXI. Symbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & orationem dominicam diſcere ſemper admoneant Sacerdotes populum Chriſtianum. Volumuſque ut diſciplinam condignam habeant qui hæc diſcere neglegunt, ſive in jejunio, ſive in alia caſtigatione. Propterea dignum eſt ut filios ſuos donent ad ſcholam, ſive ad monaſteria, ſive foràs Presbyteris, ut iidem catholicam rectè diſcant & orationem dominicam, ut domi alios docere valeant. Qui verò aliter non potuerit, vel in ſua lingua hoc diſcat.

Concil. Angl. pag. 248, c. 23.

Ut malum ebrietatis omninò vitetur.

CLXII. Magnum malum ebrietatis, undè omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum eſſe decrevimus uſque ad emendationem congruam.

Concil. Mogunt. anni 813. c. 46.
Iſaac. tit. 11. c. 6.
Burchard. lib. 14. c. 2.
Ivo, par. 13. c. 70.

De ſpiritualibus filiolis.

CLXIII. Præcipimus ut unuſquiſque compater vel proximi ſpiritales filios ſuos catholicè inſtruant. *Vide ſuprà, lib. 2. cap. 37.*

Ut canticum luxurioſum circà Eccleſias deferatur.

Concil. Mogunt. anni 813, c. 48. *Vid* Paul. lib. 5. Sent. tit. 4. *Qui Carmin.*

CLXIV. Canticum turpe atque luxurioſum circà Eccleſias agere omninò contradicimus, quod ubique vitandum eſt. *Vide Reginonem, lib. 2. cap. 5. §. 87.*

Burchard lib. 3. c. 87.
Ivo, par. 3, cap. 77.

De inceſtuoſis.

CLXV. Ut Epiſcopi inceſtuoſos puriter inveſtigare ſtudeant omnino præcipimus. Et ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur donec ad pœnitentiam revertantur

Concil. Mogunt. anni 813. cap. 53.
Concil. Wormat. cap. 79.
Iſaac, tit. 4 c. 3.
Regino, lib. 2. c. 224.
De Roye, de Miſſis, pag. 92.

Ne in quarta aut in quinta, aut ſexta generatione, conjugium copuletur.

CLXVI. Contradicimus quoquè ut in quarta vel quinta ſextaque generatione nullus ampliùs conjugio copuletur. Ubi autem poſt interdictum factum inventum fuerit, ſeparentur.

Concil. Mogunt. anni 813. c. 54.
Concil. Wormat. c. 78.
Regino, lib. 2. c. 226.
Burchard. lib 7. c. 18.
Ivo, par. 9. c. 54.
Gratian 35. q. 2. c. 21. *Contradicimus.*

Ne proprius filius de baptiſmo ſuſcipiatur vel ad confirmationem teneatur.

CLXVII. Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptiſmatis ſuſcipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam cujus filium vel filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit, ſeparentur.

Aſſerus, p. 24.

Concil. Mogunt. anni 813. c. 55.
Regino, lib. 2. c. 196.
Fulbert. ep. 33.

Burchard. lib. 17. c. 25.
Ivo, par. 9. c. 83.
Vide Gratian. 30. q. 1.

De damnatis nuptiis.

Flodoard. p. 568. *Vide* lib. 4. Decret. tit. 23. c. 1.

CLXVIII. Si quis viduam uxorem duxerit, & posteà cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari, nec umquam ampliùs conjugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

Vide infrà, Addit. III. c. 115.
Concil. Mogunt. an. 813. c. 56.
Regino, lib. 1. c. 297, 325.
Burchard. lib. 17. c. 9.
Ivo, par. 9. c. 71. 77.
Gratian. 32. q. 7. 20. *Si quis viduam.*

De cura & prædicatione Sacerdotum ergà populum sibi commissum, & ut facinorosos extrà Ecclesiam eiciant.

CLXIX. Ut Sacerdotes populi sibi commissi curam habeant, & instanter de eorum animarum salute prædicent, & ut facinorosos secundùm evangelicam institutionem arguant.

Ut Presbyteri omnes suos subjectos orationem dominicam & symbolum doceant.

CLXX. Quòd Presbyteris prævidendum sit ut omnes qui Christiano nomine censentur, orationem dominicam & symbolum memoriter teneant & intellegant.

Quibus temporibus baptizandum sit.

Vide infrà, lib. 6. cap. 181, 188. *Vide* Not. ad Innoc. III, p. 149.

CLXXI. Ut baptismum non fiat nisi statutis temporibus, id est, Pascha & Pentecosten, nisi infirmitas intercesserit. Et ut aliubi non baptizetur, nisi in vicis publicis, nisi, sicut jam dictum est, ob infirmitatis causam.

Quòd nullum pretium pro baptismo accipi debeat.

CLXXII. Ut nemo Presbyterorum pro baptismo pretium accipere præsumat. Quòd si fecerit, sciat se canonicâ regulâ esse damnandum.

De decimis, ut fideliter à fidelibus dentur, & canonicè à Presbyteris dividantur.

CLXXIII. Ut decimæ fideliter sanctæ Ecclesiæ reddantur, & Presbyteri secundùm canonicam regulam fideliter eas dividant.

De Presbyteris, ut seculares non exerceant curas, neque Judices villarum fiant.

CLXXIV. Ut Presbyteri curas seculares nullatenùs exerceant, id est, ut neque Judices neque Majores villarum fiant.

Ut in titulis quibus Presbyteri consecrantur, antè suam promotionem stabilitatem promittant.

CLXXV. Ut Presbyteri qui in titulis consecrantur, secundùm Canones, antequam ordinentur, promissionem stabilitatis loci illius faciant.

Ne feminæ cum Presbyteris habitent.

CLXXVI. Ut Presbyteri secum feminas licentiam non habeant habitandi, & ut suspiciones effugiant.

De Presbyteris vel Clericis fugitivis.

CLXXVII. De fugitivis Presbyteris vel Clericis canonica auctoritas observetur; id est, ut nemo nostrûm Clericum alterius parochiæ ordinet, neque ordinatum suscipiat, sine permissione sui Pontificis. Et hoc considerandum est quid de talibus faciendum sit.

Vide Epist. 5 Einhardi.

Ut in domibus non consecratis nequaquam Missa celebretur.

CLXXVIII. Sancitum est ut nullus Presbyterorum in domibus ab Episcopis non consecratis oblationem offerre quoquo modo præsumat.

Ut Presbyteri, Diaconi vel Subdiaconi nec arma portent nec venationem exerceant.

CLXXIX. Et hoc cavendum est, ut Presbyteri vel Diaconi sive Subdiaconi arma portare non præsumant, neque venationes aliquas exercere.

Quòd non liceat mulieri velum, sive sponte, sive non sponte acceptum dimittere.

CLXXX. Qualicunque modo mulier, permittente canonicè viro suo, aut eo defuncto, velum sanctum in caput acceperit, aut sponte aut invita, in eo permaneat omninò, nec dimittat.

Capitulare anni 752, cap. 4. Capitulare anni 757, cap. 11.

2. App. Reginonis, c. 52.
Balsamon. pag. 1118.

Ut res pauperum vel minùs potentum malâ occasione non emantur.

CLXXXI. Propter provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis ut nec Episcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nullusque omnino, sub mala occasione vel malo ingenio res pauperum vel minùs potentum nec emere nec vi tollere audeat. Sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus & cum ratione hoc faciat. Ubicunque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per justionem nostram.

Capitular. lib. 2. c. 32.

De potestate Episcoporum pro rebus ecclesiasticis, ac de convenientia Episcoporum cum Laicis.

CLXXXII. Ut Episcopi potestatem habeant res ecclesiasticas prævidere, regere, & gubernare, atque dispensare secundùm canonicam auctoritatem. Vo-

Concil. Mogunt. an 813. c. 8. Burchard. lib. 15. c. 4. Ivo, par. 16. c. 5.

Decreta regni Ungariæ tom. 1 pag. 6 cap. 1.

lumus ut & laici in eorum miniſterio obediant Epiſcopis ad regendas Eccleſias Dei, viduas & orphanos defenſandos, & ut obedientes ſint eis ad eorum Chriſtianitatem ſervandam. Et Epiſcopi conſentientes ſint Comitibus & Judicibus ad juſtitias faciendas. Et ut nullatenùs per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque perjurium, aut per præmium, lex juſta in aliquo depravetur.

De eo qui cauſam judicatam repetere præſumit.

Capitular. lib. 3. c. 31.

CLXXXIII. Si quis cauſam judicatam repetere præſumpſerit in mallo, ibique teſtibus convictus fuerit, aut quindecim ſolidos componat, aut quindecim ictus ab Scabinis qui cauſam priùs judicaverunt, accipiat

De Colonis & Fiſcalinis.

Ibid. c. 36.

CLXXXIV. Ut nec colonus nec fiſcalinus poſſint alicubi traditiones facere.

De vita Canonicorum.

Concil. Mogunt. an. 813. c. 9. Ivo, par. 6. c. 402. Gratian. diſtinct. 1. de Conſecr. c. 14. *In omnibus.* A Coſta, pag. 13.

CLXXXV. In omnibus igitur, quantùm humana permittit fragilitas, decrevimus ut Canonici Clerici canonicè vivant, obſervantes divinæ Scripturæ doctrinam & documenta ſanctorum Patrum, & nihil ſine licentia Epiſcopi ſui vel magiſtri eorum incompoſitè agere præſumant. In unoquoque epiſcopatu ut ſimul manducent & dormiant, ubi his facultas id faciendi ſuppetit. Vel qui de rebus eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt, in ſuo clauſtro maneant, & ſingulis diebus mane primâ ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur. Ad menſam verò ſimiliter lectionem audiant, & obedientiam ſecundùm Canones magiſtris ſuis faciant.

De Presbyteris occiſis.

Capitular. lib. 4 c. 15. Iſaac, tit. 2. cap. 1.

CLXXXVI. Preſbyteri interfecti Epiſcopo ad cujus parochiam pertinent, ſolvantur ſecundùm Capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri, ita videlicet ut medietatem wirgildi ejus Epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ cui is præfuit, tribuat, & alteram medietatem in eleemoſyna illius juſtè diſpertiat: quia nullus nobis ejus heres proximior videtur quàm ille qui ipſum Domino ſociavit.

De accuſatione Epiſcopi.

Capitula Angilramni, c. 42. Fleuriac. tom. 2. p. 158.

CLXXXVII. Ut Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.

Quòd non liceat Monaſteria Deo ſacrata diverſoria fieri ſecularia.

CLXXXVIII. Ut deinceps monaſteria quæ Deo ſacrata eſſe noſcuntur, diverſoria ſecularia ſecundum inſtitutionem, in quantum cavere hoc poſſumus, non fiant, ſed Religioſis & Deum timentibus hominibuſque ſacratis tribuantur.

Ut conjurationes vel conſpirationes non fiant.

Vide Regino. lib 2. c. 428. & ſeq.

CLXXXIX. Ut conjurationes vel conſpirationes non fiant; quia hæc facientes ſacri Canones graviter damnant.

De illis qui res Eccleſiæ tenent.

Capitulare II. an. 814. cap. 2.

CXC. Si quis eccleſiaſticam rem tenet, & admonitus judicium declinaverit, quoadusque ad diſcuſſionem veniat, aut rem reſtituat eccleſiaſticam, aut communione privetur.

De ſervo Eccleſiæ in furto comprehenſo.

Vid. Vitan. S. Mammerci, pag. 65. A Coſta, pag. 192.

CXCI. Si ſervus Eccleſiæ in furto comprehenſus fuerit, à Judice publico ſicut & reliqui diſtringatur. Et ſi Judex publicus ſervum Eccleſiæ ſine furto non præſumentem ſine audientia Vicedomini aut Archidiaconi aut detinere aut injuriare præſumpſerit, anno integro ab Eccleſiæ liminibus arceatur.

De his qui Clericum injuriaverint. Ex Concilio Autiſſiodorenſi.

Capitular. lib. 7. cap. 443. Concil. Autiſſiod. cap. 43. Concil. Troſl. c. 5. Burchard. lib. 16. c. 36. Ivo, par. 16, c. 206.

CXCII. Quicunque Judex aut Secularis Preſbytero aut Diacono, aut cuilibet Clerico, aut de junioribus abſque audientia Epiſcopi vel Archidiaconi vel Archipreſbyteri injuriam inferre præſumpſerit, anathema ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur.

Ut homicidis vel cæteris reis qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam confugerint, nullus eis victus detur.

Add. IV. cap. 126. Capitulare anni 779 cap. 8.

CXCIII. Ut homicidis vel cæteris reis qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam confugerint, nullus eis victus detur.

De decimis per juſſionem Epiſcopi diſpenſandis.

Ibid. c. 7. Add. IV. c. 127.

CXCIV. Ut unuſquiſque ſuam decimam donet, atque per juſſionem Epiſcopi diſpenſet

Qualiter de latronibus faciendum ſit.

Capitulare an. 779. c. 9. Add. IV. cap. 128. Lib 2. leg. Longobar. tit. 40. c. 3.

CXCV. Ut latrones de infrà emunitatem à judice ipſius emunitatis in Comitis placito præſententur. Et qui hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat. Similiter Vaſſi noſtri, ſi hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant. Et qui beneficium non habent, bannum ſolvant.

De perjuriis.

Capitulare anni 779. cap. 10. Add. IV. cap. 129. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 25. & tit. 58. c. 2.

CXCVI. De eo qui perjurium fecerit, ut nullam redemptionem ſolvat, ſed manum perdat. Quòd ſi accuſator contendere voluerit de ipſo perjurio, ſtent ad crucem. Et ſi jurator vicerit; legem ſuam accuſator

accuſator emendet. Hoc verò de minoribus cauſis obſervandum. De majoribus verò rebus, aut de ſtatu ingenuitatis, ſecundùm legem cuſtodiant.

De latronibus juſtè peremptis, & de hominibus injuſtè punitis.

Capitulare an. 779. c. 11. Add. IV. c. 136. Ivo, par. 10. cap. 43.

CXCVII. De vindicta & judicio juſto in latrones facto teſtimonia Epiſcoporum abſque peccato Comitis eſſe dicuntur, ita tamen ut abſque invidia aut occaſione mala hoc fiat, nihilque aliud ibi interponatur niſi vera juſtitia ad perficiendum. Ille verò qui per odium vel malum ingenium, & niſi propter juſtitiam faciendam, hominem punierit, honorem ſuum perdat, & legibus contra quem injuſtè fecit, ſecundùm pœnam quam intulerit, emendet.

De nonis & decimis vel cenſu Eccleſiarum.

Capitulare anni 779, cap. 13. Add. IV. cap. 132.

CXCVIII. De rebus verò Eccleſiarum, unde nunc cenſus exeunt, decima & nona cum ipſo cenſu ſolvantur. Et unde anteà non exierunt, ſimiliter nonæ & decimæ dentur. De caſatis verò quinquaginta ſolidus unus, de triginta dimidius ſolidus, de viginti tranſmiſſus unus. Et ut precariæ modò renoventur. Et ubi non ſunt ſcriptæ, fiat deſcriptio inter conventores de verbo noſtro.

De tributariis Eccleſiarum.

Capitulare anni 779, c. 15. Add. IV. c. 133. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 5. c. 1.

CXCIX. De cerariis & tabulariis ac chartellariis ita fiat ſicut à longo tempore decretum eſt.

Ut ſacramentum pro gildoma non fiat.

Capitulare an. 779. c. 16. Add. IV. c. 134. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 17. c. 7.

CC. De ſacramentis pro gildoma invicem conjurantibus, ut nemo præſumat facere. Alio verò modo, de eleemoſynis illorum, aut de incendiis, aut de naufragiis, quamvis conhibentiam faciant, nemo in hoc jurare præſumat.

Ut iterantibus nullus impedimentum faciat.

Capitulare an. 779. c. 17. Add. IV. c. 135. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 4. c. 3.

CCI. De iterantibus qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos per collectam nemo ſit auſus adſallire. Et nemo herbam defenſionis tempore præſumat tollere, niſi in hoſtem pergat, aut Miſſus noſter ſit

De teloneis forbanniis.

Capitulare anni 779. cap. 18 Add. IV c. 136.

CCII. De teloneis, qualiter anteà forbanniti fuerunt, obſervetur, ut nullus tollat niſi quod ab antiquo ſtatutum fuerit.

Ut mancipia non ſine teſtibus vendantur.

Capitulare anni 779, cap. 19. Add. IV, c. 137.

CCIII. De mancipiis, ut non vendantur niſi aut in præſentia Epiſcopi vel Comitis, aut in præſentia Archidiaconi aut Centenarii, aut Vicedomini, aut Judicis Comitis, aut ante bene nota teſtimonia. Et ut foràs marcham nemo mancipia vendat; & qui fecerit, tantas vices bannum ſolvat quanta mancipia vendidit. Et ſi non habet pretium, in wadium ſe ipſum tradat Comiti pro pretio uſque dum ipſum bannum ſolvat. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 30. c. 2.

Qualiter de Comitibus vel de Vaſſis dominicis juſtitias non facientibus agendum ſit.

Capitulare an. 779. c. 21. Add. IV. c. 139. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 52. c. 2.

CCIV. Si Comes in ſuo miniſterio juſtitias non fecerit, Miſſis noſtris de ſua cauſa vel de ſuis exeniis ſerviat uſque dum juſtitiæ ibi factæ fuerint. Et ſi Vaſſus noſter juſtitias non fecerit, tunc & Comes & Miſſus noſter ad ipſius caſam ſedeant, & de ſuo vivant quouſque juſtitias faciant.

De his qui pretium pro faida recipere & juſtitiam facere nolunt.

Capitulare an. 779. c. 22. Add. IV. c. 141. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 37. c. 1.

CCV. Si quis pro faida pretium recipere non vult & juſtitiam exinde facere, in talem locum eum mittere volumus ut majus damnum non creſcat.

De latronibus bis per membra & tertiò per vitam puniendis.

Capitulare an. 779. c. 23. Add. IV. c. 142. Lib. 1. leg. Longob. tit. 25. c. 61. Ivo, par. 16 cap. 207.

CCVI. De latronibus ita præcipimus obſervandum, ut pro prima culpa non moriatur, ſed unum oculum perdat; de alia verò culpa naſus ipſius latronis truncetur; de tertia culpa, ſi ſe non emendaverit, moriatur.

Decretale precum quorundam Epiſcoporum.

Decretale precum an. 779. Add. IV. c. 143. *Vide* Filiac. c. 3. *de Quadrageſima.*

CCVII. Capitulare qualiter inſtitutum eſt in hoc Epiſcoporum conventu; id eſt, ut unuſquiſque Epiſcopus tres Miſſas & tria pſalteria, unum pro Domno Rege, & aliud pro exercitu Francorum, tertium pro præſenti tribulatione faciat. Preſbyteri Miſſas tres. Monachi & Monachæ & Canonici, unuſquiſque pſalteria tria. Et biduanas omnes faciant, tam Epiſcopi, Monachi, & Monachæ, atque Canonici, atque eorum infrà caſati homines, vel qui potentes ſunt. Et unuſquiſque Epiſcopus, Abbas, & Abbatiſſa, qui facere poteſt, libram donet de argento aut eam valente in eleemoſynam, mediocres verò dimidiam libram, minores verò ſolidos quinque. Et Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ pauperes famelicos quatuor pro iſta ſtricitate nutrire debeant uſque tempore meſſium. Et qui tantùm non poſſunt, juxta quod poſſibilitas eſt, aut tres vel duos aut unum. Comites fortiores* libram de argento aut valente donent in eleemoſynam, mediocres vero dimidiam libram; Vaſſus

Id eſt, majores. Notæ ad Concord. Reg pag 149.

dominicus de caſatis ducentis libram ; de caſatis centum ſolidos quinque , de quinquaginta unciam unam. Et faciant biduanas , & eorum homines , atque eorum caſati , vel qui hoc facere poſſunt. Et qui redimere ipſam triduanam voluerit , fortiores Comites uncias tres , * minores denarios triginta , minores ſolidum unum. Et de pauperibus famelicis ſicut ſuprà dictum eſt ipſi faciant. Hæc omnia , ſi Domino placuerit , pro Domno Rege & exercitu Francorum & præſenti tribulatione Miſſa ſancti Johannis ſint completa.

* *Legend.* mediocres.

Quòd res Eccleſiarum vota ſint fidelium , pretia peccatorum , & patrimonia pauperum ; quibus non ſolùm conlata conſervanda , ſed etiam alia augenda ſunt.

Capitular. lib. 1. c. 77. Add. III. cap. 1.

CCVIII. Quia juxta ſanctorum Patrum traditionem novimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium , pretia peccatorum , & patrimonia pauperum , cui non ſolùm habita conſervare , verùm etiam multa , Deo opitulante , conferre optamus , tamen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus illius Eccleſiæ ſuſpicionem dudum conceptam penitùs amoveremus , ſtatuimus ut neque noſtris , neque filiorum & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus , qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint , nullam penitùs diviſionem aut jacturam patiantur.

De conlatis Eccleſiæ dividendis.

Capitular. lib. 1. c. 80.

CCIX. Statutum eſt ut quicquid tempore imperii noſtri à fidelibus Eccleſiæ ſponte conlatum fuerit , in ditioribus locis duas partes in uſus pauperum , tertiam in ſtipendia cedere Clericorum aut Monachorum , in minoribus verò locis æquè inter clerum & pauperes fore dividendum , niſi fortè à datoribus alicubi ſpecialiter datæ fuerint.

De ordinatione ſervorum.

Ibid. c. 82.

CCX. De ſervorum ordinatione , qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos indiſcretè promovebantur , placuit omnibus cum ſacris Canonibus concordare debere. Id enim ſtatutum eſt , ut nullus Epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promovere præſumat , niſi priùs à dominis propriis libertatem conſecuti fuerint. Et ſi quilibet ſervus dominum ſuum fugiens , aut latitans , aut adhibitis teſtibus munere conductis vel corruptis , aut quâlibet calliditate vel fraude ad gradus eccleſiaſticos pervenerit , decretum eſt ut deponatur , & dominus ejus eum recipiat. Si verò pater ejus vel mater ab alia patria migrans in eadem provincia filium genuerit , & ipſe filius ibidem educatus & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit , & utrùm ſervus ſit ignoraverit , & poſteà veniens dominus illius legibus eum adquiſierit , ſancitum eſt ut ſi dominus ejus illi libertatem dare voluerit , in gradu ſuo permaneat. Si verò eum catenâ ſervitutis à caſtris dominicis extrahere voluerit , gradum amittat , quia juxta ſacros ordines vilis perſona manens ſacerdotii dignitate fungi non poteſt. De rebus verò illorum vel peculiare qui à propriis dominis libertate donantur ut ad gradus eccleſiaſticos jure promoveantur , ſtatutum eſt ut in poteſtate dominorum conſiſtat utrùm illis concedere an ſibi vindicare velint. Cæterùm , ſi poſt ordinationem aliquid adquiſierint , illud obſervetur quod in canonibus de conſecratis nihil habentibus conſtitutum eſt. De Eccleſiarum verò ſervis communi ſententiâ decretum eſt ut Archiepiſcopi per ſingulas provincias conſtituti noſtram auctoritatem habeant , ſuffraganei verò illorum exemplar illius penès ſe habeant. Et quandocunque de familia Eccleſiæ utilis inventus aliquis ordinandus eſt , in ambone ipſa auctoritas coram populo legatur , & coram Sacerdotibus , vel coram fidelibus laicis , & ante cornu altaris , ſicut in noſtra auctoritate continetur , remotâ quâlibet calliditate , libertatem conſequatur , & tunc demum ad gradus eccleſiaſticos promoveatur. Similiter quoquè de his agendum eſt quos laici de familia Eccleſiarum ad ſacros ordines promovere voluerint. Sed & de his quos Præpoſiti Canonicorum aut Monachorum ordinandos expetiverint , eadem forma ſervanda eſt.

De perſonis à quibus non ſunt res accipiendæ.

Capitular. lib. 1. c. 83.

CCXI. Statutum eſt ut nullus quilibet eccleſiaſticus ab his perſonis res deinceps accipere præſumat quorum liberi aut propinqui hâc inconſultâ oblatione poſſint rerum propriarum exheredari. Quòd ſi aliquis deinceps hoc facere tentaverit , ſynodali ſententiâ diſtrictè feriatur , & res ad exheredatos redeant.

Ut nullus Presbyter aliquâ cupiditate quemquam tonſurare ſuadeat.

Capitulare anni 816, cap. 8.

CCXII. Statutum eſt ut nullus in canonica aut regulari profeſſione conſtitutus aliquem tonſurare , propter res adipiſcendas , deinceps perſuadeat Et qui hoc

facere tentaverit, ſynodali vel imperiali ſententiâ modis omnibus feriatur.

De Presbyteris conſtituendis.

Capitular. lib. 1. c. 84. CCXIII. Statutum eſt ut, ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum, Preſbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur nec expellantur. Et ſi Laici Clericos probabilis vitæ & doctrinæ Epiſcopis conſecrandos, ſuiſque in Eccleſiis conſtituendos, obtulerint, nullâ quâlibet occaſione eos reiciant.

De manſis uniuſcujuſque Eccleſiæ.

Ibid. c. 85. CCXIV. Sancitum eſt ut unicuique Eccleſiæ unus manſus integer abſque aliquo ſervitio attribuatur. Et ut Preſbyteri in eis conſtituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis vel hortis juxta Eccleſiam poſitis, neque de præſcripto manſo, aliquod ſervitium præter eccleſiaſticum faciant. Et ſi aliquid ampliùs habuerint, inde Senioribus ſuis debitum ſervitium impendant.

De Presbyteris uniuſcujuſque Eccleſiæ.

Ibid. c. 86. CCXV. Statutum eſt, poſtquam hoc impletum fuerit, ut unaquæque Eccleſia ſuum Preſbyterum habeat, ubi id fieri facultas providente Epiſcopo permiſerit.

De ſacris vaſis Eccleſiæ ad pignus datis.

Ibid. c. 88. CCXVI. De ſacris vaſis Eccleſiæ, quæ in pignus à nonnullis in quibuſdam locis dari comperimus, inhibitum eſt ne deinceps à quoquam fieri præſumatur, niſi ſolummodò neceſſitate redimendorum captivorum compellantur.

De Eccleſiis deſtructis, vel de nonis & decimis.

Ibid. c. 89. Capitular. lib. 5. cap. 275. CCXVII. De Eccleſiis ſanè deſtructis, vel de nonis & decimis, ſive de clauſtris Canonicorum, qualiter conſtitui & ordinari nobis placuerit, aliis capitulis adnotavimus.

De Presbyteris qui feminas in domibus habent.

Capitular. lib. 1. c. 92. CCXVIII. Statutum eſt ab Epiſcopis de Preſbyteris qui feminas ſecum indiſcretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opinionis ſuſpicione denotantur, ut ſi deinceps admoniti non ſe correxerint, velut contemptores ſacrorum canonum canonicâ invectione feriantur.

De Presbyteris qui pro chriſmate in Cœna Domini veniebant.

Ibid. c. 93. CCXIX. De Preſbyteris qui accipiendi chriſmatis gratiâ ad civitates in Cœna Domini venire ſoliti erant, ſancitum eſt ut de his qui longè poſiti ſunt, de octo vel decem unus ab Epiſcopo eligatur qui acceptum chriſma ſibi & ſociis diligenter perferat. Hi verò qui non longiùs à civitate quàm quatuor aut quinque millibus habitant, more ſolito ad accipiendum chriſma perveniant. Diſcendi ergo gratiâ alio, non quadrageſimali tempore, ad civitates vocentur.

De prædicatione & confirmatione Epiſcoporum.

CCXX. Ne verò Epiſcopi occaſione prædicandi aut confirmandi oneri eſſent populis, à nobis admoniti polliciti ſunt ſe deinceps hoc cavere velle, & eo tempore ſuum miniſterium, in quantum facultas datur, exequi quo eorum profectio, quantùm in illis eſt, his quibus prodeſſe poſſunt & debent, non ſit importuna vel oneroſa. Ibid. c. 94.

De pueris tondendis & puellis velandis.

CCXXI. Ne pueri ſine voluntate parentum tonſurentur, vel puellæ velentur, modis omnibus inhibitum eſt. Et qui hoc facere tentaverit, multam quæ in Capitulis legis mundanæ à nobis conſtituta continetur, perſolvere cogatur. Ibid. c. 95.

De feminis viros amittentibus.

CCXXII. De feminis quæ viros amittunt, placet ne ſe, ſicut hactenus, indiſcretè velent, ſed ut triginta dies poſt diſceſſum viri ſui expectent, & poſt tricesimum diem per conſilium Epiſcopi ſui, vel ſi Epiſcopus abſens fuerit, conſilio aliorum religioſorum Sacerdotum, ſuorumque parentum atque amicorum, id quod eligere debent eligant. Et quia à ſacro Conventu rogati ut hi qui publicam gerunt pœnitentiam, & feminæ quæ viros amittunt, noſtrâ auctoritate, donec deliberent quid agant, tueantur, ſpecialiter pro his Capitula fieri & Legis mundanæ capitulis inſerenda decrevimus. Ibid. c. 96.

De raptis & de earum raptoribus.

CCXXIII. De raptis & de raptoribus, quamquam ſpecialiter decreviſſemus quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere tentaverint, quid tamen de his ſacri Canones præcipiant hîc inſerendum neceſſarium duximus; quatinùs omnibus pateat quantum malum ſit, & non ſolùm humanâ, ſed & divinâ auctoritate conſtricti, abhinc hoc malum caveatur. Ibid. c. 97.

De puellis raptis necdùm deſponſatis.

CCXXIV. De puellis raptis, necdum deſponſatis, in Concilio Chalcedonenſi, ubi DCXXX. Patres adfuerunt, ca- Ibid. c. 98

pitulo XXXVIII. ita habetur : *Eos qui rapiunt puellas ſub nomine ſimul habitandi, cooperantes & conhibentes raptoribus decrevit ſancta Synodus, ſiquidem Clerici ſunt, decidant gradu proprio. Si verò laici, anathematizentur.* Quibus verbis apertè datur intellegi qualiter hujus mali auctores damnandi ſunt, quandò participes & conhibentes tanto anathemate feriuntur, & quòd juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vindicare nullatenùs poſſint.

De deſponſatis puellis, & ab aliis raptis.

Capitular. lib. 1. c. 99. CCXXV. De deſponſatis puellis & ab aliis raptis ità in Concilio Ancyrano, capitulo decimo, legitur : *Deſponſatas puellas, & poſteà ab aliis raptas, placuit erui & eis reddi quibus antè fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis inlata conſtiterit.* Proindè ſtatutum eſt à ſacro Conventu ut raptor publicâ pœnitentia multetur. Raptæ verò, ſi ſponſus eam recipere noluerit, & ipſa ejuſdem criminis conſentiens non fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quòd ſi & illa conſenſit, ſimili ſententiæ ſubjaceat. Quòd ſi poſt hæc jungere præſumpſerint, utrique anathematizentur.

De his qui virginibus Deo dicatis ſe ſociant.

Ibid. 100. CCXXVI. De his qui ſacris virginibus ſe ſociant, ita in decretis Papæ Gelaſii, capitulo vigeſimo, continetur : *Virginibus ſacris temerè ſe quoſdam ſociare cognovimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera ſacrilegaque miſcere ; quos protinùs æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi publicam probatamque egerint pœnitentiam, omninò non recipi. Aut his certè viaticum de ſeculo tranſeuntibus, ſi tamen pœnituerint, non negetur.* Si verò de copulatione ſacrarum virginum tam ſeverè feriuntur, quanto ſeveriùs feriendi ſunt qui eas rapiunt ? Ideò, ſicut præmiſſum eſt, neceſſe eſt ut ab omnibus in Chriſtiana religione conſiſtentibus, rigore auctoritatis divinæ vel humanæ, hoc malum radicitùs amputetur.

De puellis, quo tempore velentur.

Ibid. 101. CCXXVII. Ne verò puellæ indiſcretè velentur, placuit nobis etiam de ſacris Canonibus, qualiter obſervandum ſit, hic inſerere. De tempore velandarum puellarum in Africano Concilio, capitulo XVI, continetur ut non ante viginti quinque annos conſecrentur. Item in eodem Concilio, capitulo XCIII, de virginibus velandis ita continetur : *Item placuit ut quicunque Epiſcoporum, neceſſitate virginali, cùm & vel petitor potens vel raptor aliquis formidatur, vel ſi etiam aliquo mortis periculoſo ſcrupulo compunctà fuerit ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem ſeu velavit ante viginti quinque annos ætatis, non ei obſit Concilium quod de iſto annorum numero conſtitutum eſt.* Unde colligitur quia juxta priorem ſanctionem virgines viceſimo quinto ætatis ſuæ anno ritè conſecrandæ ſunt. Quòd ſi præmiſſæ neceſſitates antè id fieri compulerint, non ullum poſſint Epiſcopo afferre præjudicium conſecranti.

De examinatione ſanctæ Crucis non facienda.

CCXXVIII. Sancitum eſt ut nullus deinceps quamlibet examinationem ſanctæ Crucis facere præſumat, ne Chriſti paſſio neque glorificatio cujuſlibet temeritate contemptui habeatur. Ibid. 102.

De pabulo verbi divini nuntiando.

CCXXIX. Epiſcopus ſive per ſe, ſive per vicarios, pabulum verbi divini ſedulè populis adnuntiet ; quia, ut ait beatus Gregorius, iram contra ſe occulti Judicis excitat Sacerdos, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Et ut cleros ſibi commiſſos in ſobrietate & caſtitate nutriat, diviniſque officiis imbuat, qui ritè ad ſacroſanctos eccleſiaſticos ordines promoveri poſſint. Et ut operam det quatinùs Preſbyteri Miſſalem & Lectionarium, ſive cæteros libellos ſibi neceſſarios bene correctos habeant, & qualiter Eccleſias deſtructas ſibi pertinentes juxta vires emendent, qualiter etiam viduas diligenter inſtruant, quomodo etiam ſecundùm apoſtolicam auctoritatem converſari debeant, edoceant. Et ut ſuperſtitiones quas quibuſdam in locis in exſequiis mortuorum nonnulli faciunt, eradicent. Et ut exemplo ſuæ innocentiæ alios ad bene vivendum provocent ; & cunctis eccleſiaſticis negotiis, quantùm Dominus juverit, totis viribus conſulere ſatagant, diligenter admonuimus. Et ut liberiùs exſequi valeant, nos, in quantum Dominus poſſe dederit, opem ferre modis omnibus optamus. Ibid. 103.

De homicidiis in Eccleſiis vel in atriis earum perpetratis.

Capitular. lib. 4. c. 13. CCXXX. Si quis aut ex levi cauſa aut ſine cauſa hominem interfecerit in Eccleſia, de vita componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus alterum in Eccleſiam fugerit, & ibi ſe defendendo eum interfecerit, ſi hujus facti teſtes non habuerit,

cum duodecim conjuratoribus legitimis jurare cogatur; is verò qui interfectus eſt, abſque compoſitione jaceat; ac deinde interfector ſecundùm judicium canonicum congruam facinori quod admiſit, pœnitentiam accipiat. Si ſervus proprius hoc admiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur utrùm hoc ſponte an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus ejus exuſta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, dominus ejus juxta quod wirgildus illius eſt, ad Eccleſiam perſolvat, aut eum, ſi voluerit, eidem Eccleſiæ tradat. De eccleſiaſtico & fiſcalino & beneficiario ſervo, volumus ut pro una vice wirgildus ejus pro eo componatur; alterâ vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio Eccleſiæ cujus porta Reliquiis Sanctorum conſecrata eſt, hujuſmodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur vel componatur. Si verò porta Eccleſiæ non eſt conſecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, ſicut componi debet quod in emunitate violata committitur.

De injuriis Sacerdotum in Eccleſiis factis.

Capitular. lib. 4. c. 14. CCXXXI. Sanguinis effuſio in Eccleſia facta cum fuſte, ſi Preſbyter fuerit, triplò componatur, duæ partes eidem Preſbytero, tertiam pro fredo ad Eccleſiam, inſuper & bannus noſter. Similiter de Diacono juxta ſuam compoſitionem triplò perſolvatur, & inſuper bannus noſter. Similiter & de ictu ſine ſanguinis effuſione, de uniuſcujuſque ordine Clericorum, ſecundùm ſuam compoſitionem triplò, & bannus noſter. Et qui non habet unde ad Eccleſiam perſolvat, tradat ſe in ſervitium eidem Eccleſiæ uſque dum totum debitum perſolvat.

De viduis & pupillis, & pauperibus.

Ibid. c. 16. CCXXXII. Viduæ, pupilli, & pauperes quandocunque in mallum ante Comitem venerint, primo eorum cauſa audiatur & definiatur. Et ſi teſtes per ſe ad cauſas ſuas quærendas habere non potuerint, vel legem neſcierint, Comes illos vel illas adjuvet, dando eis talem hominem qui rationem eorum teneat vel pro eis loquatur.

De raptu viduarum.

Ibid. c. 17. CCXXXIII. Qui viduam intra primos triginta dies viduitatis ſuæ vel invitam vel volentem ſibi copulaverit, bannum noſtrum, id eſt, ſolidos ſexaginta, in triplo componat. Et ſi invitam eam duxit, legem ſuam ei componat, illam verò ulteriùs non adtingat.

De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.

Ibid. c. 18. CCXXXIV. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & wirgildum proximus ejus perſolvat.

Ut omnis homo liber poteſtatem habeat ubicunque voluerit res ſuas dare pro ſalute animæ ſuæ.

Ibid. c. 19. CCXXXV. Si quis res ſuas pro ſalute animæ ſuæ, vel ad aliquem venerabilem locum, vel propinquo ſuo vel cuilibet alteri tradere voluerit, & eo tempore intra ipſum comitatum fuerit in quo res illæ poſitæ ſunt, legitimam traditionem facere ſtudeat. Quòd ſi eo tempore quo illas tradere vult extra eundem comitatum fuerit, id eſt, ſive in exercitu, ſive in palatio, ſive in alio quolibet loco, adhibeat ſibi vel de ſuis pagenſibus, vel de aliis qui eâdem lege vivunt quâ ipſe vivit, teſtes idoneos. Vel ſi illos habere non potuerit, tunc de aliis quales ibi meliores inveniri poſſunt, & coram ipſis rerum ſuarum traditionem faciat; & fidejuſſores veſtituræ donet ei qui illam traditionem accipit, qui veſtituram faciant. Et poſtquam hæc traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de prædictis rebus valeat facere repetitionem. Inſuper & ipſe per ſe fidejuſſorem faciat ejuſdem veſtituræ, ne heredi ulla occaſio remaneat hanc traditionem immutandi, ſed potiùs neceſſitas incumbat illam perficiendi. Et ſi nondum res ſuas cum coheredibus ſuis diviſas habuit, non ei hoc ſit impedimentum; ſed coheres ejus, ſi ſponte noluerit, aut per Comitem aut per Miſſum ejus diſtringatur ut diviſionem cum illo faciat ad quem defunctus hereditatem ſuam voluit pervenire. Et ſi cuilibet Eccleſiæ eam tradere rogavit, coheres ejus eam legem cum illa Eccleſia de prædicta hereditate habeat quam cum illo coherede ſuo habere deber. Et hoc obſervetur erga patrem & filium & nepotem uſque ad annos legitimos. Poſtea ipſæ res ad emunitatem ipſius Eccleſiæ redeant.

De homicidiis prohibendis.

Ibid. c. 20. CCXXXVI. Quicunque hominem aut ex levi cauſa aut ſine cauſa interfecerit, wirgildum ejus his ad quos ille pertinet, componat. Ipſe verò propter talem

præſumptionem in exilium mittatur ad quantum tempus nobis placuerit. Res tamen ſuas non amittat.

Quid in compoſitionem wirgildi dari non debeat.

Capitular. lib. 4. c. 21. CCXXXVII. In compoſitionem wirgildi volumus ut ea dentur quæ in lege continentur, excepto accipitre & ſpatâ; quia propter illa duo aliquoties perjurium committitur, quandò majoris pretii quàm illa ſint eſſe jurantur.

De raptu alienarum ſponſarum.

Ibid. c. 22. CCXXXVIII. Si quis ſponſam alienam rapuerit, aut patri ejus, aut ei qualegibus ejus defenſor eſſe debet, cum ſua lege eam reddat. Et quicquid cum ea tulerit, ſemotim unamquamque rem ſecundùm legem reddat. Et ſi hoc defenſor ejus perpetrari conſenſit, & ideò raptori nihil quærere voluerit, Comes ſingula de unaquaque re freda noſtra ab eo exactare faciat: ſponſo verò legem ſuam componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos ſolvat; vel in præſentiam noſtram Comes eum advenire faciat; & quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat, & illam feminam ei habere non liceat.

De falſis teſtibus convincendis.

Ibid. c. 23. CCXXXIX. Si quis cum altero de qualibet cauſa contentionem habuerit, & teſtes contra eum per judicium producti fuerunt, ſi falſos eos eſſe ſuſpicatur, liceat ei alios teſtes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium teſtimonio falſorum teſtium perverſitas ſuperetur. Quòd ſi ambæ partes teſtium ita inter ſe diſſenſerint, ut nullatenùs una pars alteri credere velit, eligantur duo ex ipſis, id eſt, ex utraque parte unus, qui cum ſcutis & fuſtibus in campo decertent.

De concordia Epiſcoporum & Comitum.

Capitular. lib. 6. cap. 249. Capitulare IV. anni 806, c. 4. CCXL. Ut Epiſcopi cum Comitibus ſtent, & Comites cum Epiſcopis, ut uterque pleniter ſuum miniſterium peragere poſſit.

De latronibus, homicidis, adulteris, inceſtuoſis, ſub magna diſtrictione coercendis.

Capitular. lib. 6. cap. 250. Capitulare IV. anni 806, c. 5. CCXLI. Ut latrones, vel homicidæ, ſeu adulteri, vel inceſtuoſi, ſub magna diſtrictione & correctione ſint correpti.

De invaſione aliorum rerum.

Capitular. lib. 6. cap. 251. CCXLII. De rebus propriis, ut ante Miſſos & Comites & Judices noſtros veniant, & ibi accipiant finitivam ſententiam; & anteà nullus præſumat alterius res proprindere, ſed magis ſuam cauſam quærat ante Judices noſtros, ut diximus, & ibi recipiant quod juſtum eſt. Capitulare IV. anni 806. c. 6.

Pro qua re in præſentiam Regis venire quis debeat.

Capitular. lib. 6. cap. 251. Capitulare IV. anni 806. c. 7. CCXLIII. Ut ſi aliquis voluerit dicere quòd juſtè ei non judicetur, tunc in præſentiam noſtram veniat. Aliter verò non præſumat in præſentiam noſtram venire pro alterius juſtitia dilatanda.

Ne noviter converſi citò ad aliqua mittantur exercenda negotia.

App. l. c 8. Capitular. lib. 6. cap. 257. CCXLIV. De laicis noviter converſis, ne antequam ſuam legem pleniter vivendo diſcant, ad alia negotia mittantur.

Quid de his agendum ſit qui, gratiâ fugiendi debitum ſervitium, ſeculum relinquunt.

Capitulare I. an. 805. cap. 8. CCXLV. De his qui ſeculum relinquunt propter ſervitium impediendum, & tunc neutrum faciunt, ut unum è duobus eligant, aut pleniter ſecundùm canonicam aut ſecundùm regulæ inſtitutionem vivant, aut ſervitium dominicum faciant.

Quid tempore famis ac cujuſlibet tribulationis agendum ſit.

Capitular. lib. 1. cap. 112. Ibid. lib. 6. cap. 270. CCXLVI. De hoc ſi evenerit fames, clades, aut inæqualitas aeris, vel alia qualiſcunque tribulatio, ut non expectetur edictum dominicum, ſed ſtatim deprecentur Dei miſericordia; ut in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſque adjuvet prout poteſt, & nemo ſuam annonam nimis carè vendat, & ne foràs imperium noſtrum vendatur aliquod alimonium.

Ut infrà patriam arma non portentur. Et qualiter diſcordantes ad pacem cogantur redire.

Capitular. lib. 3. c. 4. CCXLVII. De armis infra patriam non portandis, id eſt, ſcutis & lanceis. Et ſi faidoſus quis ſit, diſcutiatur tunc quis è duobus contrarius ſit, & ut pacati ſint conſtringantur ad pacem, etiamſi noluerint. Et ſi aliter pacificari nolunt, adducantur in noſtram præſentiam. Et ſi quis poſt pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuravit abſque ulla redemptione perdat, & inſuper bannum dominicum ſolvat. Et ut ſervi lanceas non portent. Qui inventus fuerit poſt bannum, haſta frangatur in dorſo ejus.

De armaturis & bruniis habendis.

Capitular. lib. 3. c. 5. CCXLVIII. De armaturis in exercitu, ſicut anteà in alio Capitulare mandavimus, ita ſervetur. Et inſuper omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat. Qui verò bruniam habet, & eam ſecum non duxerit, omne beneficium cum brunia perdat.

De his qui judiciis Scabinorum adquieſcére nolunt.

Ibid. c. 7. CCXLIX. De clamatoribus vel cauſidicis qui nec judicium Scabiniorum adquieſcere nec blaſphemare volunt, antiqua conſuetudo ſervetur, id eſt, ut in cuſtodia recludantur donec unum è duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re proclamaverint & litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tunc tamen in carcerem mittantur, ſed cum cuſtodia & cum ipſis litteris ad palatium noſtrum remittantur, & ibi diſcutiantur ſicut dignum eſt.

Quòd Regi & Senioribus tantùm fidelitas per ſacramentum promitti debeat. Et ut cætera ſacramenta legaliter fiant.

Ibid. c. 8. CCL. De juramento, ut nulli alteri per ſacramentum fidelitas promittatur niſi nobis & unicuique proprio Seniori ad utilitatem noſtram & ſui Senioris; excepto his ſacramentis quæ juſtè ſecundùm legem alteri ab altero debèntur. Et infantes qui anteà non potuerunt propter juvenilem ætatem jurare, modò fidelitatem promittant.

Ut ſi conſpirationes factæ fuerint, triplici ratione judicentur.

Ibid. c. 9. Ibid. lib. 6. c. 276. CCLI. Quicunque conſpirationes facere præſumpſerint, & ſacramento quamcunque conſpirationem firmaverint, triplici ratione judicentur. Primò, ut ubicunque aliquod malum propter hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur: adjutores verò eorum ſinguli alter ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant: ubi verò nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, & capillos ſibi invicem detundant. Si verò per dexteras aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut jurent cum idoneis juratoribus quòd hoc pro malo non feciſſent; aut ſi hoc facere non potuerint, ſecundùm legem ſuam componant. Si verò ſervi ſunt, flagellentur, ut de cætero in regno noſtro nulla hujuſmodi conſpiratio neque per ſacramentum neque ſine ſacramento fiat.

Qualiter de teſtibus agendum ſit, qualeſque ad teſtimonium adducantur.

Capitular. lib. 3. c. 10. Ibid. lib. 8. cap. 277. CCLII. De perjuriis, ut caveantur; & non admittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non ſoli accuſatori liceat teſtes eligere, abſente ſuo cauſatore. Et omninò nullus, niſi jejunus, ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Et ille qui ad teſtimonium adducitur, ſi refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi fortè longiùs extra comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum aut redimat.

Quales perſonæ ad cauſas diſcutiendas & terminandas eligi debeant.

Capitular. lib. 3. c. 12. CCLIII. De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, Centenariis pravis, ut tollantur, & tales eligantur qui & ſciant & velint juſtè cauſam diſcernere & terminare. Et quiſquis pravus inventus fuerit, nobis pro certo nuntietur.

De teloneis quæ de mercatis & navigiis vel aliis, aut quæcunque injuſtè exiguntur, quid fieri debeat.

Ibid. c. 12. CCLIV. De teloneis placet nobis ita, ut antiqua & juſta telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàm de navigiis, ſeu mercatis. Nova verò ſive injuſta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adjutorium iterantibus præſtatur, non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de una domo ſua ad aliam aut ad palatium aut in exercitum ducunt. Si quid verò fuerit unde dubitetur, ad placitum noſtrum, quod cum Miſſis noſtris habituri ſumus, interrogetur.

De his qui ex ſeculo ad monaſteria converti volunt.

Capitular. lib. 1. cap. 114. CCLV. Liberi homines qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, priùs hoc non faciant quàm à nobis licentiam poſtulent. Hoc verò ideò præcipimus, quia audivimus aliquos ex illis, non tam cauſâ devotionis quàm exercitum ſive aliam functionem regalem fugiendo, quoſdam verò cupiditatis cauſâ ab his qui res illorum concupiſcunt, circumventos audivimus. Et hoc ideò fieri prohibemus.

De hominibus pauperibus liberis, ut à potentioribus non opprimantur injustè.

Capitular. lib. 1. cap. 115.

CCLVI. De oppreſſione pauperum hominum liberorum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam oppreſſi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideò hæc ut ſuprà & hîc de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes contra juſtitiam fiant exheredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi heredes propter indigentiam mendici vel latrones ſeu malefactores efficiantur. Et ut ſæpiùs non fiant manniti ad placitum, niſi ſicut in alio Capitulari præcipimus.

De Eccleſiis ſive Sanctis noviter inventis.

App. l. 10.

CCLVII. De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter ſine auctoritate inventis, niſi Epiſcopo probante minimè venerentur: ſalvâ etiam de hoc & de omnibus Eccleſiis canonicâ auctoritate.

Ut heribannus abſque perſonarum acceptione fideliter ab omnibus exigatur.

Capitular. lib. 3. c. 14.

CCLVIII. De heribanno volumus ut Miſſi noſtri hoc fideliter exigant abſque ullius perſonæ gratia, blanditia, ſeu terrore, ſecundùm juſſionem noſtram. Id eſt, ut de homine habente libras ſex in auro, in argento, bruniis, æramento, pannis integris, caballis, bovis, ovis, vaccis, vel alio peculio, ita ut uxores eorum vel infantes non fiant expoliati pro hac de re de veſtimentis eorum, accipiant legitimum heribannum, id eſt, libras tres. Qui verò non habuerit ampliùs in ſuprafcripto pretio valente niſi libras tres, ſolidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non habuerit ampliùs niſi duas libras, decem ſolidos ſolvat. Si verò niſi unam libram habuerit, ſolidos quinque, ita ut iterùm ſe valeat præparare ad Dei ſervitium & ad noſtram utilitatem. Et Miſſi noſtri caveant & diligenter inquirant ne per aliquod malum ingenium noſtram ſubtrahant juſtitiam, alteri tradendo aut commendando.

De hominibus vel feminis liberis qui cum Fiſcalinis ſe conjungunt.

Ibid. c. 16.

CCLIX. Liberi homines qui uxores de fiſcis regalibus habent, & feminæ quæ liberæ ſunt & homines fiſcalinos regios aut habent aut accipiunt, vel de hereditate parentum, vel de cauſa ſua quærenda, nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis etiam nobis in hac cauſa honor ſervetur, qualis & anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus ſervatus eſſe cognoſcitur

Ut Oratio Dominica & Symbolum & Lex, ſeu Capitula Regum, diligenter intelleganter.

CCLX. Ut Laici Symbolum & Orationem Dominicam pleniter ediſcant. Comites quoquè & Centenarii & cæteri nobiles viri legem ſuam pleniter diſcant, ſicut in alio loco decretum eſt. Præcipimus autem Miſſis noſtris ut ea quæ à multis jam annis per Capitularia noſtra in toto regno noſtro mandavimus, agere, diſcere, obſervare, vel in conſuetudinem habere debeant, ut hæc omnia nunc diligenter inquirant, & omninò ad ſervitium Dei & ad utilitatem noſtram, vel ad omnium Chriſtianorum hominum perfectum, innovare ſtudeant, & quantùm Domino donante prævalent, ad perfectum uſque perducant. Et nobis omninò adnuntient quis inde certamen bonum hoc adimplere habuiſſet, ut à Deo & à nobis gratiam habeat. Qui autem negligens inde fuerit, ut talem diſciplinam percipiat qualem talis ſit contemptor recipere dignus, ita ut cæteri metum habeant ampliùs.

De occiſione Clericorum & Sacerdotum, atque Monachorum.

Ibid. c. 25. Ibid. lib. 6. cap. 291.

CCLXI. Qui Subdiaconum occiderit, trecentos ſolidos componat. Qui Diaconum, quadringentos ſolidos. Qui Preſbyterum, ſexcentos. Qui Epiſcopum, nongentos. Qui Monachum, quadringentis culpabilis judicetur.

De damnis in immunitatibus factis.

CCLXII. Si quis in immunitate damnum aliquod fecerit, ſexcentos ſolidos componat.

De furibus infrà emunitatem retentis quid agendum ſit.

Capitular. lib. 3. c. 26. Ibid. lib. 6. cap. 291.

CCLXIII. Si autem homo furtum aut homicidium fecerit, vel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, mandet Comes vel Epiſcopo vel Abbati, vel Vicedomino, vel illi qui locum Epiſcopi vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit, & eum reddere noluerit, pro prima contradictione quindecim ſolidos componat. Si ad ſecundam inquiſitionem eum reddere noluerit, triginta ſolidos componat. Si nec ad tertiam conſentire voluerit, quicquid reus damni

damni fecerit, totum, ille qui eum infra emunitatem retinet, nec reddere vult, ſolvere cogatur. Et ipſe Comes veniens licentiam habeat ipſum hominem infra immunitatem quærendi, ubicunque eum invenire potuerit. Si autem in prima inquiſitione Comiti reſponſum fuerit, quòd reus infra immunitatem quidem fuiſſet, ſed fugâ lapſus fuerit, ſtatim juret quòd ipſe eum ad juſtitiam cujuſlibet disfaciendam fugere non feciſſet; & ſit ei in hoc ſatisfactum. Si autem intranti in ipſam immunitatem Comiti collectâ manu quiſlibet reſiſtere tentaverit, Comes hoc ad Regem vel ad Principem deferat, ut ibidem judicetur. Et ſicut ille qui in immunitate damnum fecit ſexcentos ſolidos componere debet, ita qui Comiti collectâ manu reſiſtere præſumit, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur.

De locis ad clauſtra Canonicorum facienda.

Capitular. lib. 4. c. 50. CCLXIV. De locis dandis ad clauſtra Canonicorum facienda, ſi de ejuſdem Eccleſiæ rebus fuerit, noſtrâ liberalitate concedatur ibi. Si de alterius, vel Eccleſiæ, vel liberorum hominum, commutetur. Si autem de fiſco noſtro fuerit, noſtrâ liberalitate concedatur.

De emptione, tempore meſſis, causâ cupiditatis & turpis lucri.

Ibid. lib. 1. c. 125. Ivo, par. 6. c. 201. CCLXV. Quicunque tempore meſſis, vel tempore vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem, comparat annonam aut vinum, vel verbi gratiâ de duobus denariis comparat modium unum, & ſervat uſque dum venundare poſſit contra denarios quatuor au ſex, ſeu ampliùs, hoc turpe lucrum dicimus. Si verò hoc propter neceſſitatem comparat, ut ſibi habeat & aliis tribuat, negotium dicimus.

De ſtabilitate Epiſcoporum vel Clericorum.

Capitular. lib. 1. cap. 131. CCLXVI. Ne de uno loco ad alterum tranſeat Epiſcopus ſine decreto Epiſcoporum, vel Clericus ſine juſſione Epiſcopi ſui.

De Eccleſiis vel altaribus ambiguis.

Ibid. 145. CCLXVII. Ut Eccleſiæ vel altaria quæ ambigua ſunt de conſecratione, conſecrentur.

De ebrietate.

Ibid. 161. CCLXVIII. Ut ab ebrietate primò omnium Seniores ſemetipſos caveant, & eorum junioribus exemplum bonum ſobrietatis oſtendant.

De admonitione ad Comites pro utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ.

Capitular. lib. 2. c. 6. CCLXIX. Vobis Comitibus dicimus, voſque commonemus, quia ad veſtrum miniſterium maximè pertinet ut reverentiam & honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ exhibeatis, & cum Epiſcopis veſtris concorditer vivatis, & eis adjutorium ad ſuum miniſterium peragendum præbeatis, & ut vos ipſi in miniſteriis veſtris pacem & juſtitiam faciatis, & quæ noſtra auctoritas publicè fieri decernit, ut in veſtris miniſteriis ſtudiosè perficiatur.

De admonitione ad Laicos pro honore eccleſiaſtico conſervando.

Ibid. c. 7. CCLXX. Omnes Laicos monemus ut honorem eccleſiaſticum conſervent, & dignam venerationem Epiſcopis & Dei Sacerdotibus exhibeant, & ad eorum prædicationem cum ſuis devotè occurrant, & jejunia ab illis communiter indicta conſervent, & ſuos obſervare doceant & compellant. Omnes ſummoperè ſtudeant ut dies dominicus, ſicut decet, honoretur & colatur. Et ut liberiùs fieri poſſit, mercata & placita à Comitibus, ſicut ſæpè admonitum fuit, illo die prohibeantur.

De admonitione ad Epiſcopos vel Comites pro concordia ad invicem & cum cæteris Fidelibus.

Ibid. c. 10. CCLXXI. Epiſcopi vel Comites ad invicem & cum cæteris Fidelibus concorditer vivant, & ad ſua miniſteria peragenda viciſſim ſibi adjutorium ferant.

De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum adimplendis.

Ibid. c. 12 CCLXXII. De operibus in reſtaurationem Eccleſiarum, ſive in faciendo, ſive in redimendo, epiſcopalis potiùs ſequatur voluntas. Nullatenùs tamen remaneat quin ſicut à nobis ſæpè juſſum eſt, hoc aut illud partibus Eccleſiarum perſolvatur. Et hoc omnibus notum ſit, quia quicunque neglegenter exinde egerit, & coram nobis exinde neglegens repertus fuerit, illud volumus omninò ut ſubeat quod in noſtro Capitulari de hac re communi conſultu fidelium noſtrorum ordinavimus.

De Comitibus, ut Miniſtris Eccleſiæ in ſuis miniſteriis adjutores ſint.

Ibid. c. 23. CCLXXIII. Comites Miniſtris Eccleſiæ eorumque miniſteriis, ut hoc pleniùs & de noſtris & de ſe, & de ſuis

hominibus, obtinere poſſint, adjutores in omnibus fiant. Et quicunque primâ & ſecundâ vice de his a Comite admonitus non ſe correxerit, volumus ut per eundem Comitem ejus neglegentia ad noſtram notitiam perferatur, ut noſtrâ auctoritate quod in noſtro Capitulari continetur, ſubire cogatur.

Ut de inceſtuoſis & his qui decimas non dant, ab Epiſcopis & Presbyteris, & de neglegenter viventibus, wadii non accipiantur.

Capitular lib. 2. c. 39.

CCLXXIV. Dictum eſt nobis quòd in quibuſdam locis Epiſcopi & Comites ab inceſtuoſis & ab his qui decimas non dant, vuadios accipiant, & à Preſbyteris quibuſdam pro neglegentiis inter ſe pecuniam dividant: quod penitùs abolendum decrevimus, ne fortè avaritiæ locus detur. Et conſtituimus ut inceſtuoſi, juxta canonicam ſententiam, pœnitentiâ multentur. Qui verò decimas poſt crebras admonitiones & prædicationes Sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento verò eos conſtringi nolumus, propter periculum perjurii.

De Eccleſiis deſtructis.

Capitulare an. 729. tit. 2. c. 3. Concil. Wormat. cap. 13. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 45 Regin. l. 1, c. 39. Burchard. lib. 3. c. 21.

CCLXXV. De Eccleſiis deſtructis, ut Epiſcopi & Miſſi inquiſitionem faciant utrùm per neglegentiam aut impoſſibilitatem deſtructæ ſint. Et ubi neglegentia inventa fuerit, epiſcopali auctoritate emendare cogantur ab his qui eas reſtaurare debuerunt. Si verò per impoſſibilitatem contigit, ut aut pluriores ſint quàm neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis quàm ut ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopus modum inveniat qualiter congruè emendari & conſiſtere poſſint.

De his qui nonas & decimas dare neglexerunt.

Capitulare an. 819, tit. 1, c. 5, 6. Capitula Karoli Calvi, tit. 46. cap. 1. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 7. Regin. lib. 1, cap. 47, 48 Ivo, par. 16, c. 338 *Vide* infrà Add. IV. c. 99, 164.

CCLXXVI. De his qui nonas & decimas jam per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus ut per Miſſos noſtros conſtringantur ut ſecundùm Capitularem priorem ſolvant nonas & decimas cum ſua lege, & inſuper bannum noſtrum. Et hoc eis denuntietur, quòd quicunque hanc neglegentiam iteraverit, beneficium unde hæc nona & decima perſolvi debuit, amiſſurum ſe ſciat. Ita enim continetur in Capitulari bonæ memoriæ genitoris noſtri in libro primo, capitulo LVII. *Quicunque decimam abſtrahit de Eccleſia ad quam per juſtitiam dari debet, & eam præſumptiosè vel propter munera aut amicitiam, aut aliam quamlibet occaſionem, ad alteram Eccleſiam dederit, à Comite vel à Miſſo noſtro diſtringatur ut ejuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat.*

De his qui reſtaurationes Eccleſiarum neglegunt.

Capitulare l. an. 819, tit. 1 c. 9. Add. IV. cap. 168.

CCLXXVII. Quicunque de rebus Eccleſiarum quas in beneficium habent, reſtaurationes earum facere neglexerint, juxta auctoritatis noſtræ Capitularem, in quo de operibus ac nonis & decimis conſtitutum eſt, ſic de his adimpleatur ſicut in libro quarto, capitulo XXXVIII, continetur: *De opere & reſtauratione Eccleſiarum conſtitutum eſt ut de frugibus terræ & animalium nutrimine, & cunctis cenſibus, exceptis hoſtilenſibus, perſolvantur. De opere vel reſtauratione Eccleſiarum Comes vel Epiſcopus, ſive Abba, unà cum Miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc elegerint, conſiderationem faciant ut unuſquiſque eorum tantùm inde accipiat ad operandum & reſtaurandum, quantùm ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter & Vaſſi noſtri aut in commune tantùm operis accipiant quantùm rerum eccleſiaſticarum habent, vel unuſquiſque per ſe juxta quantitatem quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxta æſtimationem operis in argento perſolvant; cum quo pretio Rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operarios conducere & materiam emere poſſit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum ſua lege reſtituat, & inſuper bannum noſtrum perſolvat, ut ita caſtigatus caveat ne ſæpiùs iterando beneficium amittat.*

Capitular. lib. 4. c. 40.

De his qui agros dominicatos ideò neglegunt ut nonas exindè non perſolvant.

Capitulare anni 819, cap 10. Regin. lib. 1. c. 50.

CCLXXVIII. De his qui agros dominicatos propterea neglexerunt excolere, ut nonas exinde non perſolvant, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus ut de tribus annis ipſam nonam cum ſua lege perſolvant. Et ſi quis contemptor aut Comitum aut Vaſſallorum noſtrorum propter hoc extiterit, per fidejuſſores ad palatium venire compellatur.

Ut intellegatur in quo facto immunitas frangatur.

Ivo, par. 3. c. 100.

CCLXXIX. Pervenit ad nos quòd quædam Eccleſiæ aut monaſteria noſtra & prædeceſſorum noſtrorum immunitates habentia, multa præjudicia & infeſtationes à quibuſdam patiantur, & nec per

eaſdem immunitates ullam defenſionis tuitionem habere valeant, propter hoc quòd ab eiſdem emunitatum temeratoribus dicatur non plus immunitatis nomine complecti, quàm clauſtra monaſterii, cætera quoquè, quamvis ad eaſdem Eccleſias vel monaſteria pertineant, extra immunitatem eſſe. Propter hoc volumus atque decernimus ut omnes intellegant non ſolùm clauſtra monaſterii vel Eccleſiæ, atque caſtitia Eccleſiarum, ſub immunitatis defenſione conſiſtere, verùm etiam domus & villas, & ſepes villarum, & piſcatoria manu facta, & quicquid foſſis aut ſepibus vel etiam alio clauſarum genere præcingitur, eodem immunitatis nomine contineri. Et quicquid intra hujuſmodi munimenta ad jus earundem Eccleſiarum vel monaſteriorum pertinentia à quolibet homine, nocendi vel damnum inferendi causâ, ſpontaneâ voluntate committitur, in hoc facto immunitas fracta judicatur. Quòd verò in agros & campos ac ſylvas quæ ſine laborantibus ſunt, & nullo modo munitione cinguntur, caſu, ſicut fieri ſolet, à quibuſlibet hominibus aliquod damnum factum fuerit, quamvis idem ager aut campus vel ſylva, aut ad Eccleſiam vel monaſterium præceptum immunitatis habentem pertineat, non tamen in hoc immunitas fracta judicanda eſt. Et ideò non ſexcentorum ſolidorum compoſitione, ſed ſecundùm legem quæ in eodem loco tenetur, is multandus eſt qui ſcandalum vel damnum in tali loco feciſſe convictus fuerit.

Immunitas clauſtror. to. 2. Gall. Chriſt. pag. 274, col. 2.

Clauſa in Leg. Wiſigoth. pag. 169. *Clauſuram*, pag. 181.

De juſtitiis generalibus.

Capitular. lib. 3. c. 2. CCLXXX. De juſtitiis Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, & pupillorum, præcipimus ut in publicis judiciis non deſpiciantur clamantes, ſed primò diligenter audiantur.

De animalibus vel aliis rebus, à quibus emantur.

Ibid. c. 24. CCLXXXI. Ut nullus comparet caballum, bovem, & jumentum, vel alia, niſi illum hominem cognoſcat qui eum vendit, aut de quo pago eſt, vel ubi manet, aut quis eſt ejus Senior.

De eo qui in teſtimonium aſſumitur, qualis eſſe debeat.

Ibid. c. 32. CCLXXXII. Optimus quiſque in pago vel civitate in teſtimonium aſſumatur, & cui is contra quem teſtimoniare debet, nullum crimen poſſit indicere.

De heribannatoris conjecto.

Ibid. c. 35. CCLXXXIII. Ut illi qui heribannum ſolvere debent, conjectum faciant ad heribannatorem.

De Colonis & Fiſcalinis.

CCLXXXIV. Ut nec colonus nec fiſcalinus alicubi traditiones facere audeat. Ibid. c. 36.

De falſis teſtibus.

CCLXXXV. Falſi teſtes præcipimus ut non recipiantur. Ibid. c. 41.

De hominibus ad mortem dijudicatis, & poſteà eis vita conceſſa, ſi juſtitias quæſierint.

CCLXXXVI. Illi homines qui propter eorum culpas ad mortem dijudicari fuerint, & poſteà eis vita fuerit conceſſa, ſi ipſi juſtitiam ab aliis requiſierint, aut ab eis alii juſtitiam quærere voluerint, ita inter illos judicium terminetur. Primùm, omnium de illis cauſis pro quibus judicatus fuerit ad mortem, nullam poteſt facere repetitionem, quia omnes res ſuæ ſecundùm judicium Francorum in publico fuerunt revocatæ. Et ſi aliquid inpoſtmodùm, poſtquam ei vita conceſſa eſt, cum juſtitia adquirere potuerit, in ſua libertate teneat & defendat ſecundùm legem. In teſtimonium non ſuſcipiatur, nec inter Scabinos ad legem judicandam teneatur. Et ſi ad ſacramentum aliquid judicatum fuerit quod jurare debeat, ſi aliquis ipſum ſacramentum falſum dicere voluerit, contendat. Ibid. c. 47.

De homine cui poſt judicium vita conceſſa eſt, ſi juſtitiam reddere noluerit.

CCLXXXVII. Si alicui poſt judicium Scabinorum fuerit vita conceſſa, & ipſe inpoſtmodùm aliqua mala perpetraverit, & juſtitiam reddere noluerit, dicendo quòd mortuus ſit, & ideò juſtitiam reddere non debeat, ſtatutum eſt ut ſuperius judicium ſuſtineat quod anteà ſuſtinere debuit. Et ſi aliquis adversùs eum aliqua mala fecerit, ſecundùm æquitatis ordinem licentiam habeat ſuam juſtitiam requirendi de cauſis perpetratis poſtquam ad mortem judicatus eſt. De præteritis maneat ſicut ſuprà judicatum fuit. Ibid. c. 48.

De liberis hominibus qui ad mallum venire cogendi ſunt.

CCLXXXVIII. Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis Scabinis vel Vaſſis Comitum, niſi qui cauſam ſuam adquirere debent aut reſpondere. Ibid. c. 51.

De teſtibus ad teſtimonium dicendum, qualiter adhibeantur.

Capitular. lib. 3. c. 52. CCLXXXIX. Ut teſtes ad teſtimonium dicendum præmio non conducantur. Et ut nullus teſtimonium dicat, aut ſacramentum juret, niſi jejunus. Et ut teſtes, priuſquam jurent, ſeparatim diſcutiantur quiddicere velint de illa re unde teſtimonium reddere debent.

De juſtitia cujuſlibet à nullo quolibet dilatanda.

Ibid. c. 53. CCXC. Ut nullus quilibet Miſſus noſter, neque Comes, neque Judex, aut Scabinus, cujuſlibet juſtitiam dilatare præſumat, ſi ſtatim adimpleta potuerit eſſe ſecundùm rectitudinem, neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium malum præſumat accipere.

De nimiùm blaſphemis latronibus.

Ibid. c. 61. Ivo, par. 16. c. 136, 271. CCXCI. De latronibus qui magnam habent blaſphemiam, quicunque aliquem ex his comprehenderit, nullum damnum exinde patiatur.

De teſtibus ad rem quamlibet diſcutiendam eligendis.

Capitular. lib. 3. c. 78. CCXCII. Ut quandocunque teſtes ad rem quamlibet diſcutiendam quærendi atque eligendi ſunt, à Miſſo noſtro & Comite in cujus miniſterio de re qualicunque agendum eſt, tales eligantur quales optimi in ipſo pago inveniri poſſunt. Et non liceat litigatoribus per præmia falſos teſtes adducere, ſicut hactenùs fieri ſolebat.

De placito Centenarii.

Ibid. c. 79. CCXCIII. Ut nullus homo in placito Centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam, aut ad res reddendas vel mancipia, judicetur. Sed iſta aut in præſentia Comitis vel Miſſorum noſtrorum judicentur.

De placitis à Miſſis dominicis Comitibus notum faciendis.

Ibid. c. 87. CCXCIV. Ut unuſquiſque Miſſorum noſtrorum in placito ſuo notum faciat Comitibus qui ad ejus miſſaticum pertinent, ut in illis mentibus quibus ille legationem ſuam non facit, conveniant inter ſe, & communia placita faciant, tam ad latrones diſtringendos, quàm ad cæteras juſtitias faciendas.

De uxoribus defunctorum, quam partem conlaborationis poſt obitum maritorum accipere debeant.

Capitular. lib. 4. c. 9. CCXCV. Volumus ut uxores defunctorum, poſt obitum maritorum, tertiam partem conlaborationis quam ſimul in beneficio conlaboraverunt, accipiant. Et de his rebus quas is qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit, vel comparavit, vel ei ab amicis ſuis conlatæ ſunt, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quàm ad uxores eorum pervenire.

De falſis teſtibus convincendis.

Ibid. c. 23. CCXCVI. Si quis cum altero de qualibet cauſa contentionem habuerit, & teſtes contra eum per judicium producti fuerint, ſi ille falſos eos eſſe ſuſpicatur, liceat ei alios teſtes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium teſtimonio falſorum teſtium perverſitas ſuperetur. Quòd ſi ambæ teſtium partes ita inter ſe diſſenſerint, ut nullatenùs una pars alteri cedere velit, eligantur duo ex ipſis, id eſt, ex utraque parte unus, qui cum ſcutis & fuſtibus in campo decertent utra pars falſitatem aut veritatem ſuo teſtimonio ſequatur. Et campioni qui victus fuerit, propter perjurium quod ante pugnam commiſit, dextra manus amputetur. Cæteri verò ejuſdem partis teſtes, qui falſi apparuerint, manus ſuas redimant. Cujus compoſitionis duæ partes ei contra quem teſtati ſunt, dentur, tertia pro fredo ſolvatur. Et in ſeculari quidem cauſa hujuſcemodi teſtium diverſitas in campo comprobetur. In eccleſiaſticis autem cauſis, ubi de una parte ſeculare, de altera verò eccleſiaſticum negotium eſt, idem modus obſervetur. Ubi verò ex utraque parte eccleſiaſticum fuerit, Rectores earundem Eccleſiarum, ſi ſe familiariter pacificare velint, licentiam habeant. Si autem de hujuſcemodi pacificatione inter eos convenire non poſſit, Advocati eorum in mallo publico ad præſentiam Comitis veniant, & ibi legitimus terminus eorum contentionibus imponatur. Teſtes verò de qualibet cauſa non aliunde quærantur niſi de ipſo Comitatu in quo res unde cauſa agitur poſitæ ſunt; quia non eſt credibile ut vel de ſtatu hominis, vel de poſſeſſione cujuſlibet, per alios meliùs rei veritas cognoſci valeat, quàm per illos qui viciniores ſunt. Si tamen contentio quæ inter eos exorta eſt, in confinio duorum Comitatuum fuerit, liceat eis de vicinia Centena adjacentis Comitatûs ad cauſam ſuam teſtes habere.

De terra tributaria.

Ibid. c. 37. CCXCVII. Quicunque terram tributariam, unde tributum ad partem noſ-

tram exire ſolebat, vel ad Eccleſiam vel cuilibet alteri tradiderit, is qui eam ſuſceperit, tributum quod inde ſolvebatur omni modo ad partem noſtram perſolvat; niſi fortè talem firmitatem de parte dominica habeat per quam ipſum tributum ſibi perdonatum poſſit oſtendere.

De terra cenſali.

Capitular. lib. 4. c. 39. CCXCVIII. Si quis terram cenſilem habuerit, quam anteceſſores ſui vel ad aliquam Eccleſiam vel ad villam noſtram dederunt, nullatenùs eam ſecundùm legem tenere poteſt, niſi ille voluerit ad cujus poteſtatem vel illa Eccleſia vel illa villa pertinet, niſi fortè filius aut nepos ejus ſit qui eam tradidit, aut ei eadem terra ad tenendum placitata ſit. Sed in hac re conſiderandum eſt utrùm ille qui hanc tenet, dives an pauper ſit, & utrùm aliud beneficium habeat, vel etiam proprium. Et qui horum neutrum habet, erga hunc miſericorditer agendum eſt, ne ex toto expoliatus in egeſtatem incidat, ut aut talem cenſum inde ſolvat qualis ei fuerit conſtitutus, vel portionem aliquam inde in beneficium accipiat unde ſe ſuſtentare valeat.

De obſervatione præceptorum dominicorum.

Ibid. c. 51. CCXCIX. De obſervatione præceptorum noſtrorum & immunitatum, ut ita obſerventur præcipimus ſicut a nobis & ab anteceſſoribus noſtris conſtitutum eſt.

De eo qui propriam derelinquit uxorem, vel ſine culpa interficit, & aliam ducit.

Capitulare anni 829. tit. 3. c. 3. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 13. c. 5. Regin. lib. 2, c. 76. CCC Quicunque propriâ uxore relictâ, vel ſine culpa interfecta, aliam duxerit, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam. Et ſi contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in cuſtodiam mittatur, donec res ad noſtram notitiam deducatur.

Vide infrà, lib. 7, cap. 305. Add. IV. c. 118. 161. Burchard. lib. 6. cap. 37. Ivo, par. 8. cap. 241. Gratian. 33. q. 2. c. 7. *Quicunque.*

De liberis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ad teſtimonium non recipiendis.

Capitulare an. 829. tit. 3. c. 6. CCCI. De liberis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident, ut propter res alterius ad teſtimonium non recipiantur. Conjuratores tamen aliorum hominum ideò eſſe poſſunt, quia liberi ſunt. Illi verò qui & proprium habent, & tamen in terra dominica reſident, propterea non abjiciantur quia in terra dominica reſident; ſed propter hoc ad teſtimonium recipiantur, quia proprium habent.

De Presbyteris, Diaconibus, & reliquis ex Clero. Canones ſancti Sylveſtri & aliorum LXXXIV. Epiſcoporum.

Capitular. lib. 1. cap. 133. CCCII. Fecit hos gradus in gremio Synodi, ut non Preſbyter adversùs Epiſcopum, non Diaconus adversùs Preſbyterum, non Subdiaconus adversùs Diaconum, non Acolythus adversùs Subdiaconum, non Exoreiſta adversùs Acolythum, nec Lector adversùs Exoreiſtam, non Oſtiarius adversùs Lectorem det accuſationem aliquam. Et non damnabitur Præſul ſine ſeptuaginta duobus teſtibus, neque Præſul ſummus a quoquam judicabitur, quoniam ſcriptum eſt: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.* Preſbyter autem, niſi in quadraginta quatuor teſtibus, non damnabitur. Diaconus autem cardine conſtitutus in urbe Roma, niſi in triginta ſex non condemnabitur. Subdiaconus, Acolythus, Exoreiſta, Lector, niſi, ſicut ſcriptum eſt, in ſeptem teſtimoniis filios habentes & uxores, & omninò Chriſtum prædicantes. Sic datur myſtica veritas.

Ex Capitulis Domni Karoli, qualiter ex factis aut manſis, vel quartis, ſervitium agatur.

Simond. Conc. Galliæ. tom. 1. pag. 143. CCCIII. Pro nimia reclamatione quæ ad nos venit de hominibus eccleſiaſticis ſeu Fiſcalinis, qui non erant adjurnati quandò in Cinomannico pago fuimus, viſum eſt nobis unà cum conſultu fidelium noſtrorum ſtatuere, ut quicunque de prædictis hominibus quartam facti teneret, cum ſuis animalibus Seniori ſuo pleniter unum diem cum ſuo aratro in campo dominico araret, & poſteà nullum ſervitium ei annuale in ipſa hebdomada à Seniore ſuo requiratur. Et qui tanta animalia non haberet ut uno die hoc explere valeat, perficeret prædictum opus in duobus diebus. Et qui ſolummodò ita invalida, ut per ſe non poſſent arare, quatuor animalia haberet, cum eis ſociatis ſibi aliis araret uno die in campo Senioris, & unum diem poſtmodùm in ipſa hebdomada opera manuum faceret. Et qui nihil ex his facere poterat, neque animalia haberet, per tres dies Seniori ſuo manibus à mane uſque ad veſperam operaretur, & Senior ſuus ei ampliùs non requireret: diverſis namque modis hæc agebantur. A quibuſdam tota hebdomada operabatur, à quibuſdam dimidia, & à quibuſdam duo dies. Idcircò hæc ſtatuimus, ut ne familia ſe à prædictis operibus ſubtrahere poſſit, neque à Senioribus amplius eis exquireretur. Et qui minùs quartæ optimæ de terra haberet, ſecundum æſtimationem ſuæ telluris, opera faceret. Hæc ab Adalardo Comite palatii noſtri ad eorum ſatisfactionem, unà cum aliis Fidelibus noſtris, præcipere noſtrâ vice & publicè adnuntiare juſſimus.

Vide Hincmar. to. 1 pag. 206.

☞ *Hoc Caput ſic manu correxit Baluzius in exemplari ſuo Capitularium quod extat in Bibliotheca Regia. Antehac idem Caput legebatur ut verba ſequitur.*

CCCIII. Pro nimia reclamatione quæ ad nos venit de hominibus eccleſiaſticis ſeu Fiſcalinis, qui non erant adjurnati quandò in Cinomannico pago fuimus, viſum eſt nobis unà cum conſultu fidelium noſtrorum ſtatuere, ut quicunque de prædictis hominibus quartam facti tenet, cum ſuis animalibus Seniori ſuo pleniter unum diem cum ſuo aratro in campo dominico aret, & poſtea nullum ſervitium ei manuale in ipſa hebdomada à Seniore ſuo requiratur. Et qui tanta animalia non habet ut uno die hoc explere valeat, perficiat prædictum opus in duobus diebus. Et qui ſolummodò ita invalida, ut per ſe non poſſit arare, quatuor animalia habet, cum eis ſociatis ſibi aliis aret uno die in campo Senioris, & uno die poſtmodum in ipſa hebdomada opera manuum faciat. Et qui nihil ex his facere poteſt, neque animalia habet, per tres dies Seniori ſuo manibus à mane uſque ad veſperam operetur, & Senior ſuus ei amplius non requirat: diverſis namque modis hæc agebantur. A quibuſdam tota hebdomada operabatur, à quibuſdam dimidia, à quibuſdam duos dies. Idcircò hæc ſtatuimus, ut ne familia ſe à prædictis operibus ſubtrahere poſſit, neque à Senioribus amplius eis requiratur. Et qui minùs quartæ optimæ de terrâ habet, ſecundùm æſtimationem ſuæ telluris, opera faciat. Hæc ab Adalardo Comite palatii noſtri ad eorum ſatisfactionem, una cum aliis Fidelibus noſtris, præcipit noſtrâ vice & publicè adnuntiari juſſimus.

Vide ſuprà, cap. 165. Addit. IV. c. 314.

Ut Epiſcopi inceſtos emendent & corrigant.

CCCIV. Ut Epiſcopi inceſtuoſos homines emendent, & magnam diligentiam habeant ex his. Seu & de viduis infrà ſuam parochiam poteſtatem habeant ad corrigendum.

Capitulare anni 779, cap. 5. Isaac, tit. 4. cap. 4.

Ut ea conſerventur quæ in placitis & ſynodis Pippinus Rex conſtituit.

CCCV. Ea vero quæ bonæ memoriæ genitor noſter in ſuis placitis & ſynodis conſtituit, conſervari præcipimus.

Capitulare an. 779. c. 11. Add. IV cap. 131.

De eo qui à ſervo alieno aliquid comparaverit.

CCCVI. Si quis à ſervo alieno aliquid comparaverit neſciente domino ſuo, ſi dominus firmam noluerit eſſe emptionem, reddat pretium emptori, ut emptio nihil habeat firmitatis. Si ipſum non habet, ſimile reddat.

Lex Bajuvar. tit. 15. cap. 3. Ivo, par. 16, c. 101.

Ut Eccleſiarum negotia à Judice continuò audiantur.

CCCVII. Placuit ut Eccleſiarum negotia abſque ulla dilatione continuò à Judice audiantur, & proficuè incremententur.

Ut Judex criminoſum diſcutiens non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reus ipſe confiteatur aut per innocentes teſtes convincatur.

Capitular lib. 6. cap. 398. Ibid. lib. 7. cap. 170. Interpret. lib 1. Cod. Theod. *de pœnis.* Capitula Angilramni, c. 57.

CCCVIII. Placuit ut Judex criminoſum diſcutiens, non antè ſententiam proferat capitalem, quam aut reus ipſe confiteatur, aut per innocentes & veraces teſtes manifeſtiùs convincatur. Et de majoribus noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum expectetur ſententia.

Burchard. lib. 6. c. 6. Gratian. 2. q. 1. c. 2. *Judex.*

Ut qui ſocii criminis ſunt, non admittantur teſtes.

CCCIX. Placuit ut teſtes non admittantur qui ſunt ſocii criminis, nec infames, nec calumniatores, vel cæteri quos canon & lex prohibet. Ivo, par. 16. c. 208.

De nuptiis inceſtis prohibendis.

CCCX. Nuptias prohibemus inceſtas, id eſt, uſque adfinitatis lineam; vel quandu inter ſe hereditare potuerint, non conjungantur, quia hæc potiùs inceſtiva quàm conjugia ſunt judicanda. Hincmar. to. 2. pag. 648.

Ut de abſentibus non judicetur.

CCCXI. Placuit ut adversùs abſentes non judicetur. Quòd ſi factum fuerit, prolata ſententia non valebit. Capitular. lib. 6. cap. 363. Ibid. lib. 7. c. 204.

Ut clementior ſeveriori præferatur ſententia.

CCCXII. Placuit ut inter pares ſententias clementior ſemper ſeveriori præferatur.

Ut qui de ſe confeſſus eſt, ſuper alium non credatur.

CCCXIII. Placuit ut qui de ſe confeſſus eſt, ſuper alium non credatur.

Paulus, lib. 1. Sentent. tit. 13.
Ivo. par. 16. cap 109

De teſtimonio unius hominis non accipiendo.

CCCXIV. Ut teſtimonium unius hominis non accipiatur. Nam ſi ex utraque parte plures ſint, veraciores atque religioſiores & honeſtiores elegantur, qui ſacramento ſuo confirment teſtimonium, nihilque ſe falſi eſſe dicturos. Ivo, par. 16. c. 210.

Ut contrà Epiſcopos nullus graviter aut leviter agat.

CCCXV. Præcipimus atque jubemus ne fortè, quod abſit, aliquis circa Epiſcopos leviter aut graviter agat: quod ad periculum totius imperii noſtri pertinet. Et ut omnes cognoſcant nomen, poteſtatem, vigorem, & dignitatem ſacerdotalem: quod ex verbis Domini facilè intellegi poteſt, quibus beato Petro, cujus vicem Epiſcopi gerunt, ait: *Quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo; & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo.* Et alibi diſcipulis generaliter dicit: *Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Illud etiam ad exemplum reducendum eſt quod in eccleſiaſtica hiſtoria Conſtantinus Imperator Epiſcopis ait: *Deus*, inquit, *conſtituit vos Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoquè judicandi. Et ideò nos à vobis rectè judicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus judicari. Propter quod Dei ſolius inter vos expectate judicium. Veſtra jurgia, quæcunque ſint, ad illud divinum reſerventur examen. Vos etenim nobis à Deo dati eſtis dii. Et conveniens non eſt ut homo judicet deos. ſed* Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 8. 9. Concil. Aquiſgran. II. lib. 3. c. 5. Ruffin. lib. 10. c. 2.

Vide Schedas Natal. pag. 232.

ille ſolus de quo ſcriptum eſt: « Deus ſtetit » in ſynagoga deorum. In medio Deus au- » tem deos diſcernit ». Sed & hoc illis ad memoriam reducendum eſt, qualiter beatus Proſper in libro quem de contemplativa, & actuali vita ſcripſit, laudem Sacerdotum comprehenderit. *Ipſis enim*, inquit, id eſt, Sacerdotibus, *propria animarum curandarum ſollicitudo commiſſa eſt; qui pondus populi ſibi commiſſi viriliter ſuſtinentes, pro peccatis hominum, velut pro ſuis, infatigabiliter ſupplicant Deo; ac velut quidam Aaron incenſum contriti cordis & humilitati ſpiritûs offerentes, quo placatur Deus, avertunt iram futuræ animadverſionis à populo; qui per Dei gratiam ſiunt divinæ voluntatis Judices, Eccleſiarum Chriſti poſt Apoſtolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis aſſertores, pravæ doctrinæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, & malè ſibi conſciis etiam ipſo viſu terribiles, vindices oppreſſorum, patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cœleſtium præmiorum, exempla bonorum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipſi ſunt decus Eccleſiæ, in quibus fulget Eccleſia. Ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis innititur omnis multitudo credentium. Ipſi januæ civitatis æternæ, per quos omnes qui credunt, ingrediuntur ad Chriſtum. Ipſi janitores, quibus claves datæ ſunt regni cœlorum. Ipſi etiam diſpenſatores regiæ domûs, quorum arbitrio in aula Regis æterni dividuntur gradus & officia ſingulorum.*

Lib. 2. c. 2.

Quòd per Spiritum ſanctum remiſſio ſit peccatorum.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 1.

CCCXVI. Sciendum eſt omnibus atque credendum quòd per Spiritum ſanctum remiſſio peccatorum in baptiſmate conferatur, & quòd fidelibus in Eccleſia Chriſti, ejuſdem ſancti Spiritûs dono, per miniſterium ſacerdotale, & per pœnitentiam & abſolutionem manûſque impoſitionem, remiſſio peccatorum indubitanter adtribuatur.

De quatuor vitiis quæ fidem catholicam commaculant.

Ibid.

CCCXVII. Placuit ſciri omnibus quòd quatuor ſunt vitia quæ noſtram Fidem inter cætera mala commaculant; quæ quantò ſunt occultiora, tantò perniciosa; id eſt, ſuperbia, per quam angelus, diabolus effectus, de cœlo eſt ejectus; invidia, per quam idem diabolus hominem de paradiſo ejecit; odium & diſcordia, quæ caritatem inter proximos extinguunt, & dilectionem evacuant, & omnia bona pervertunt, & non ſinunt proximos in mutua dilectione conſiſtere, nec quietam, tranquillamque, ut decuerat, Chriſtianos vitam ducere. Et reliqua.

Quòd univerſalis ſancta Dei Eccleſia unum corpus, ejuſque caput Chriſtus ſit.

Ibid. c. 2. Geſta Collat. Carth. fol. 16. verſ. & fol. 183.

CCCXVIII. Primùm igitur, quòd univerſalis ſancta Dei Eccleſia unum corpus manifeſtè eſſe credatur, ejuſque caput Chriſtus, apoſtolicis oraculis approbatur. Unde Paulus: *Vos autem eſtis*, inquit, *corpus Chriſti, & membra de membro.* Itemque: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus ſumus in Chriſto.* Item: *Cujus caput eſt Chriſtus, ex quo totum corpus per nexum & conjunctiones adminiſtratum creſcit in templum ſanctum in Domino.* Sunt & alia hujuſce rei innumera exempla, quæ hîc, ob prolixitatem vitandam, prætermittuntur. Quiſquis ergò per aliqua inlicita ex membro Chriſti ſe fecit membrum diaboli, noverit ſe in corpore Chriſti non eſſe, ſed in corpore diaboli. Proindè neceſſe eſt ut corpore Chriſti, à quo aſtutiâ diabolicâ ſeparatus eſt, ſe incunctanter, dum tempus pœnitentiæ in promptu habetur, reſtituere non neglegat.

I. Cor. 12. 27. Rom. 12. 4. 5. Coloſſ. 19. Epheſ. 2. 19.

Ad hoc ſpectat formula excommunicationis quæ eſt infrà to. 2. p. 665.

Quòd ejuſdem Eccleſiæ corpus in duabus principaliter dividatur eximiis perſonis.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 3. Concil. Duziac. p. 401.

CCCXIX. Principaliter itaque totius ſanctæ Dei Eccleſiæ corpus in duas eximias perſonas, in ſacerdotalem videlicet & regalem, ſicut à ſanctis Patribus traditum accepimus, diviſum eſſe novimus. De qua re Gelaſius, Romanæ Sedis venerabilis Epiſcopus, ad Anaſtaſium Imperatorem ita ſcribit: *Duæ ſunt quippe*, inquit, *Imperatrices auguſtæ quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas ſacrata Pontificum, & regalis poteſtas; in quibus tantò gravius pondus eſt Sacerdotum, quantò etiam pro ipſis Regibus hominum in divino reddituri ſunt examine rationem.* Fulgentius quoquè in libro de veritate prædeſtinationis & gratiæ ita ſcribit: *Quantùm pertinet*, inquit, *ad hujus temporis vitam, in Eccleſia nemo Pontifice potior, & in ſeculo chriſtiano Imperatore nemo celſior invenitur.*

Epiſt. 10. Lib. 2.

Ut Chorepiſcopi modum menſuræ qui in ſacris Canonibus præfixus eſt, non excedant.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 27.

CCCXX. Emerſiſſe reprehenſibilem & valdè inolitum uſum comperimus, eò quòd quidam Chorepiſcopi, ultra modum ſuum progredientes, & donum ſancti Spiritûs per impoſitionem manuum tradant,

& alia quæque quæ ſolis Pontificibus debentur, contra fas peragant, præſertim cum nullus ex ſeptuaginta Diſcipulis, quorum ſpeciem in Eccleſia gerunt, legatur donum ſancti Spiritûs per manûs impoſitionem tradidiſſe. Quod autem ſolis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere Spiritum ſanctum, liber Actuum Apoſtolorum docet. In Concilio verò Cæſarienſi ita de Chorepiſcopis habetur ſcriptum: *Chorepiſcopi quoquè ad exemplum quidem & formam ſeptuaginta videntur eſſe. Ut comminiſtri autem, propter ſtudium quod erga pauperes exhibent, honorentur.*

Concil. Neocæſar. c. 13.

De Chorepiſcopis qui in vicis commorantur.

CCCXXI. Qui in vicis vel in poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamvis manûs impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & ut Epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſanctæ Synodo placuit ut modum proprium recognoſcant, & gubernent ſubjectas ſibi Eccleſias, earumque moderamine curaque contenti ſint.

Concil. Antiochen. cap. 10. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 17. Nota ad Concord. Regular. pag. 1001.

De honore & obedientia Epiſcoporum & reliquorum Sacerdotum.

CCCXXII. Igitur quia conſtat religionem Chriſtianam per ſucceſſores Apoſtolorum ſalubriter adminiſtrari, populiſque ad vitam æternam ducatum exhiberi debere, primò neceſſarium judicavimus omnibus præcipere ut honorem debitum venerabiliter Epiſcopis, abſque ulla ſimulatione aut detractione, impendant, eiſque in omnibus ut patribus obediant, & quicquid pro ſalute animarum monuerint, prout melius potuerint, adimplere latagant, ſicut Dei & noſtram gratiam habere voluerint. Nam Dominus ait: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et iterùm: *Si te non audierit, dic Eccleſiæ. Et ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Et alibi: *Si quis ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis*, id eſt, meis Diſcipulis vel Apoſtolis, quorum locum Epiſcopi nunc in Eccleſia tenent, *melius eſt illi ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris, quàm ſcandalizet unum de iſtis minimis.* Hæc omnia fidelibus admonenda & perpendenda ſunt, ne in hoc, quod abſit, incidant ſcandalum; ſed magis eis obediendo, non filii perditionis, ſed filii Dei efficiantur; & non cum ſtultis pœnam, ſed cum juſtis præmia percipiant ſempiterna. Nam Epiſcopos & Sacerdotes, quibus omnis terra caput inclinat, per quos & noſtrum pollet imperium, admodùm honorari & venerari omnes monemus, nec eos lacerari aut blaſphemari vel detrahi à quoquam volumus; quia detractio Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione funguntur in Eccleſia. Nam qui detrahit alium hominem, ſicut homicida reputabitur: quid erit de illis qui Sacerdotes detrahunt, quoniam & ipſi ſemetipſos occidunt, & audientes interimunt: Duplâ enim pœnâ digni ſunt qui duplant ſcelera ſua. Qui his ſanctis monitis rebelles vel inobedientes extiterint, ſciant ſe à liminibus ſanctæ Eccleſiæ fore alienos.

App. Cod. Theod. tit. 9.

Valeſ. ad Theodor. p. 31.

De quatuor neglegentiis Sacerdotum.

CCCXXIII. De Preſbyteris & eorum Eccleſiis, unde multa negleguntur & ſcandala generantur, in noſtra diſcuſſione quatuor pericula apparuerunt. Primò, quia nonnulli ex noſtris Sacerdotibus, quâdam ſecuritate acceptâ, nec ea quæ ad cultum divinum pertinent faciunt, neque in reſtauratione & luminaribus Eccleſiæ ſtudium habent, nec etiam Senioribus ſuis debitam reverentiam exhibent, & inſuper Eccleſias ſuas expoliant, & in prædiola ſua propria transferunt. Quæ omnia ad neglegentiam Epiſcoporum pertinere deprehendimus. Ob id verò quâdam occaſione acceptâ Seniores eorum permoti in tantam audaciam prorumpunt, ut eos etiam inlicitè & inhoneſtè atque inreverenter tractare præſumant. Unde ſummoperè omnibus nobis abhinc providendum judicavimus, ut ea quæ à Domino Imperatore, conſenſu Epiſcoporum, ob honorem & amorem Dei Eccleſiis conceſſa ſunt, non in avaritiam Preſbyterorum aut in rapacitatem epiſcopalium miniſtrorum cedant, ſed in utilitatem Eccleſiæ, & in uſus Clericorum & pauperum deveniant.

Concil. Aquiſgran. II. an. 2. c. 6. Fileſac. tom. 1. p. 324.

De Presbyteris qui in ſuis domibus feminas habent.

CCCXXIV. Illud non minùs periculoſum eſſe didicimus, quod in quorundam Epiſcoporum parochiis quoſdam Preſbyteros, contra interdicta ſanctorum canonum, feminas in domibus ſuis non ſolùm habitare, ſed etiam miniſtrare faciunt; quas & laqueum Sacerdotibus perſæpè extitiſſe, & multos occaſione in ſcandalum & in detractionem corruiſſe cognovimus. Quæ trangreſſio & tempore genitoris noſtri & noſtro in conventibus Epiſcoporum ſecundùm auctoritatem canonicam prohibita, ſed necdum ad correctionem plenè eſt perducta. Unde in commune cenſuimus ut hi qui tantæ tranſgreſſionis incorrectores hactenùs extiterunt, ſi adhinc hujus

Ibid. c. 7.

rei

rei correptores esse neglexerint, juxta Apostoli sententiam quasi consentientes malorum coerceantur.

De Presbyteris qui contrà statuta Canonum vilici fiunt.

Ibid. c. 8. CCCXXV. Similiter de illis Presbyteris qui contra statuta Canonum vilici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diversissimis modis usuris inserviunt, & aliorum domos inhonestè & impudicè frequentant, & comessationibus & ebrietatibus deservire non erubescunt, & per diversos mercatos indiscretè discurrunt, observandum judicavimus ut abhinc districtè severiterque coerceantur; ne per eorum inlicitam & indecentem actionem & ministerium sacerdotale vituperetur, & quibus debuerant esse in exemplum, deveniant in scandalum.

Quòd conversatio sacerdotalis testes vitæ probabiles habeat.

Concil. Paris. VI. lib. 1. c. 10. *Vide supra*, p. 814. CCCXXVI. Pari ergò consensu nobis visum est ut Pontifices, sanctorum præcedentium Patrum exempla sequentes, religiosos conversationis suæ testes habeant, quatenùs detrahere volentibus locum minimè præbeant. Ut ergò Sacerdos discipulis suis de semetipso exemplum bonum debeat præbere, Apostolus scribens

Tit. II. 7. ad Titum docet, dicens: *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in caritate, in doctrina, in castitate:* & reliqua. Beatus quoquè Gregorius in decretis suis

In Conc. Romano, c. 1. ita ait: *Verecundus mos inolevit ut hujus sedis Pontificibus ad secreta cubili sui servitia laici pueri eis seculares obsequantur; & cùm pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque Clerici qualis in secreto sit vita sui Pontificis nesciunt, &, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re præsenti decreto constituo ut quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis, electi ministerio cubili pontificalis obsequantur; ut is qui in loco est regiminis, habeat testes tales qui ejus in secreto conversationem videant, & ex visione sedula exemplum profectûs sumant.* Hæc igitur beatus Gregorius scripsit. Cæterùm qui de hac re copiosiora exempla quærere voluerint, vitas beati Augustini & Ambrosii, & cæterorum aliorum sanctorum virorum, legant; & perspicuè invenient quòd vita & conversatio Pontificis semper testes vitæ probabiles habere debeat.

Ut Episcopi in rebus Ecclesiæ circà propinquos suos exponendis reprehensionem caveant, & ut discretionis modum teneant.

Concil. Paris. VI. lib. 1 c 16. CCCXXVII. Quoniam multi Episcoporum, amore propinquorum suorum, de rebus sibi commendatis suo aut quolibet amicorum nomine prædia & mancipia emunt, & ut in propinquorum suorum jus cedant, statuunt, & ob hoc & jura ecclesiastica convelluntur, & ministerium sacerdotale fuscatur, immò à subditis detrahitur & contemnitur, placuit omnibus ut deinceps hoc avaritiæ genus caveatur; firmumque abhinc & perpetuò manssurum esse decrevimus ut Episcopus res sui juris, quas aut ante Episcopatum aut certè in episcopatu hereditariâ successione adquisivit, secundùm auctoritatem canonicam quicquid vult faciat, & cui vult conferat. Postquam autem Episcopus factus est, quascunque res de facultatibus Ecclesiæ aut suo aut alterius nomine quâlibet conditione comparaverit, decrevimus ut non in propinquorum suorum, sed in Ecclesiæ cui præest jura deveniant. Similiter & de Presbyteris qui de Ecclesiarum rebus quibus præsunt prædia eo modo emunt, faciendum statuimus, quoniam multos Presbyterorum, occasione taliter emptarum rerum, Ecclesias quibus præsunt expoliasse, & à suo ministerio multis modis exorbitasse, & se diabolo mancipasse, & hâc occasione multos laicorum in scandalum damnationis & perditionis proruisse, comperimus.

Burchard. lib. 1. cap. 214. Ivo, par. 5. c. 328. Gratian. 12. q. 5. c. 4. *Fixum.*

Quòd nonnulli Episcopi sibi subjectos Canonicos, Monachos, & Sanctimoniales neglegant.

Concil. Aquisgran. II. tit. 1. c. 11. CCCXXVIII. Didicimus sanè nonnullos Episcopos in gubernandis Congregationibus sibi subjectis, Canonicis videlicet, Monachis, & Sanctimonialibus, hactenùs valdè neglegentes extitisse, & ob id multos in suî detractionem & contemptum provocasse, ita ut nonnulli alii prælati in eorum parochiis constituti, eorum prava exempla secuti, suas similiter congregationes neglexerint: quos & fraterno & synodali conventu admonendos esse necessarium duximus, ut ab hac neglegentia deinceps se cohibeant, & cæteris se imitabiles præbeant; ne fortè propter illorum incuriam, & divinæ servitutis contemptus & pericula proveniant animarum, & auribus excellentiæ nostræ molestia ingeratur, & sacerdotali mediocritati in sacris conventibus tædium & opprobrium inferatur.

De Episcopis, Abbatibus, & Sacerdotibus qui propria loca relinquunt.

Ibid. c. 12. CCCXXIX. Comperimus quosdam Episcopos & Abbates, atque Sacerdotes, non causâ necessitatis aut utilitatis, sed

potiùs avaritiæ & propriæ delectationis, ſæpiſſimè propriâ civitatis ſuæ ſede, vel monaſterii ſeptâ, aut Eccleſiæ propriæ relictâ, cleroque neglecto, remotiora loca frequentare. Pro qua re & deſtitutio divini cultûs, & prædicatio in plebibus, & cura ſubjectorum poſtponitur, & hoſpitalitas neglegitur. Quod ne ulteriùs à quoquam ſine inevitabili neceſſitate aut aliqua utilitate fiat, pari conſenſu inhibemus.

Vadian. pag. 24.

De Laicorum Clericis.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 22. Capitular. lib. 1. c. 84. *Vide* Ivon. par 3. c. 64; Regin. lib. 1. c. 138; & Notas ad Agob. ſup. lib. 1. c. 84.

CCCXXX. De Clericis laicorum, unde nonnulli eorum conqueri videntur, eo quòd quidam Epiſcopi ad eorum preces nolunt in Eccleſiis ſuis eos, cùm utiles ſint, ordinare, viſum nobis fuit ut in utriſque partibus pax & concordia ſervetur, & cum caritate & ratione utiles & idonei eligantur. Et ſi laicus idoneum utilemque Clericum obtulerit, nullâ qualibet occaſione ab Epiſcopo ſine certa ratione repellatur. Et ſi reiciendus eſt, propter ſcandalum vitandum evidenti ratione manifeſtetur.

Flodoard. pag. 533.

De Monachis & Presbyteris, ſive Clericis qui paſſim palatium adeunt.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 14.

CCCXXXI. Placuit ut Monachi & Preſbyteri, necnon Clerici, qui, poſtpoſitâ canonicâ auctoritate, paſſim palatium adeunt, & noſtris ſacris auribus importuniſſimam moleſtiam inferunt, ut non hoc facere præſumant; quoniam in hujuſcemodi facto & vigor eccleſiaſticus contemnitur, & religio ſacerdotalis & profeſſio monaſtica vilior efficitur.

Ut non ſit ſanguinis Chriſtianorum temeraria effuſio.

Ibid. c. 17. Iſaac, tit. 7. c. 2.

CCCXXXII. Volumus atque præcipimus noſtrâ auctoritate adnuntiari omnibus, immò & à Sacerdotibus prædicari, ne tam temeraria Chriſtianorum ſanguinis effuſio in regno noſtro fieri ſinatur, ſemper illud adtendentes quod Dominus poſt diluvium dixit famulo ſuo Noë: *De manu hominis, de manu viri & fratris ejus requiram animam ejus. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Ad imaginem quippè Dei factus eſt homo.* Et in lege: *Qui occiderit hominem, morte moriatur.* Et Apoſtolus: *Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa; Dei enim miniſter eſt tibi in bono. Si autem malefeceris, time; non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit.* De illo enim ſpecialiter divina auctoritas dicit: *Gladium Dei portat ad vindictam malorum*, non de quolibet alio. E contrà verò neſcimus quâ pernoxiâ inventione à nonnullis uſurpatum eſt, ut hi qui nullo miniſterio publico fulciuntur, propter ſua odia & diverſiſſimas voluntates peſſimas indebitum ſibi uſurpent in vindicandis proximis & in interficiendis hominibus vindictæ miniſterium; & quod Rex ſaltèm in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipſi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium, & putant ſibi licere, ob inimicitiarum vindictas, quod nolunt ut Rex faciat propter Dei vindictam.

Geneſ. 9.

Levit. 24.

Rom. 13.

De Abbatibus canonicis & regularibus, vel Abbatiſſis.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 18. Spicileg. tom. 9. p. 64. c. 11.

CCCXXXIII. Abbatibus canonicis & regularibus, & Abbatiſſis quæ Sanctimonialibus præeſſe videntur, ſive Laicis qui monaſteria habent, omninò præcipimus ut de ipſis magnam curam habeant, & cæteris bonum exemplum præbeant, & religiosè, ſicut decet, converſentur, & quod uniuſcujuſque profeſſioni inconveniens eſt, & in ſacris Canonibus prohibetur, omninò caveant, & loca ſibi à nobis propter aliquam neceſſitatem conceſſa deperire & deſtrui propter neglegentiam non dimittant, & Congregationes ſibi commiſſas, ſive ſpiritaliter ſive temporaliter, paterno affectu gubernare, eiſque neceſſaria ſtipendia adminiſtrare non neglegant, ne fortè propter aliquam inopiam & divina officia neglegantur, & ipſæ Congregationes inreligioſiùs vivere compellantur. Et qui hæc agere neglexerint, ſciant ſe ea illis auferre & religioſioribus dare.

Ut capellæ abſque juſſu ſive permiſſu proprii Epiſcopi non fiant.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 19. Sirmond. in Goffrid. pag. 5.

CCCXXXIV. Placuit nobis ut, ſicut ab Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus ac Dei ſervis admoniti fuimus, nec capellæ in palatio noſtro vel aliubi, abſque illa noſtra, ſine permiſſu vel juſſu Epiſcopi in cujus eſt parochia, fiant. Et ut omnes per dies dominicos vel feſtivitates præclaras ſacrâ euchariſtiâ communicent, niſi quibus abſtinere præceptum eſt. Et ut obſervatio omnium dierum dominicorum, à mane uſque ad veſperam, ſecundùm canonicam auctoritatem ab omnibus fiat.

Vide ſuprà, lib. 1. c. 15.

Ut omnes qui in fide catholica ſuſpecti ſunt, in teſtimonio humano dubii habeantur.

Concil. Carthag. IV. c. 96. Calixt. I. ep. 2. c. 5.

CCCXXXV. Omnes qui in fide Chriſti vel catholica ſuſpecti ſunt, in teſtimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergò oportet eorum teſtimonium qui

Burchard. lib. 2. c. 171. Ivo, par. 5. c. 289.

in fide falsi docentur; nec eis esse credendum qui veritatis fidem ignorant.

Ut si quis Ministros Ecclesiæ injuriaverit, hoc tripliciter componat.

Lex Bajuvar. tit. 1. c. 8. & 9.

CCCXXXVI. Si quis Ministros Ecclesiæ, id est Subdiaconum, Lectorem, Exorcistam, Acolythum, Ostiarium, injuriaverit aut percusserit vel plagaverit, componat hoc tripliciter sicut solent componere parentes ejus. Diaconi verò, Presbyteri, atque Episcopi injuria in quadruplum componatur. Reliquorum autem Clericorum injuria componatur sicut parentum eorum. Monachorum quoquè, qui secundùm regulam in monasterio vivunt, injuria componatur secundùm genealogiam suam, ut reverentia sit Deo & Ecclesiæ, & pax eis qui illi deserviunt.

Ut si quis contumax reverentiam Ecclesiarum non habet, 500. componat solidos.

Ibid. c. 7.

CCCXXXVII. Si quis homo contumax vel superbus timorem Dei vel reverentiam Ecclesiarum non habuerit, & fugientem servum suum vel quemlibet persecutus fuerit, vel de Ecclesia vel de porticu ejus per vim abstraxerit, & Deo honorem non dederit, componat ad ipsam Ecclesiam pro neglecto suo solidos quingentos, & pro fredo ad fiscum solidos ducentos. Ipse verò publicâ pœnitentiâ juxta judicium Episcopi multetur, ut sit honor Dei & reverentia Sanctorum, & ut Ecclesia Dei semper invicta permaneat.

Ut cuncta quæ circà Ecclesias earumque Ministros antiquitas sancta statuit, inviolata persistant.

L. 35. Cod. de Episc. & Clericis.

CCCXXXVIII. Cuncta quæ circa sanctarum loca Ecclesiarum ejusque Ministros vel olim ordinavit antiquitas, vel antecessorum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel nostra roboravit serenitas, inlibata custodire nunc & in futurum præcipimus.

De prædiis Deo dicatis.

Capitulare II. an. 814. cap. 4. L. 5. Cod. de sacros. Eccles. L. 22. Cod. Theod. de extraord. & sord. muner. & l. 40. de Episc. & Cleric.

CCCXXXIX. Placuit ne prædia cœlestium secretorum dicata Deoque tradita à quibusdam aliquâ occasione vexentur aut invadantur, sed sub immunitatis tuitione perpetuâ firmitate perdurent. Similiter & homines earum, & omnia quæ eis subjecta esse noscuntur. Si quis contra hæc venerit, componat sicut de emunitate constituimus, & pœnitentiâ publicâ à Sacerdotibus usque ad satisfactionem multetur.

Gratian. 17. q. 4. c. 13. *Attendendum.*
Concil. Mogunt. anni 888, c. 11.

De eo qui die dominico opera servilia fecerit.

Lex Bajuvar. tit. 6. cap. 2.

CCCXL. Si quis die dominico opera servilia fecerit, liber homo si bovem junxerit, & cum carro ambulaverit, dextrum bovem perdat. Et si alia quæ canonicâ auctoritate prohibita sunt, servilia opera fecerit, Sacerdotibus illa emendet sicut de reliquis neglegentiis Judicibus emendari solet, & ab ipsis Sacerdotibus pœnitentiam juxta modum culpæ accipiat. Similiter & de præcipuis festivitatibus observari placuit. Quòd si Sacerdotes eos nequiverint corripere, tunc à Judicibus ad Sacerdotes adducantur, eisque obedire in omnibus faciant.

De eo qui infrà regnum per vim aliquid rapuerit.

Ibid. tit. 2. cap. 5. Capitula Karoli Calvi, tit. 23. 33. 34. c. 4. Isaac. tit. 6. cap. 6. Concil. apud Sanct. Macr. c. 6

CCCXLI. Si quis in exercitu infra regnum sine jussione dominica per vim hostilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere aut granum, sive pecora majora vel minora, domosque infringere vel incendere, hæc ne fiant omninò prohibemus. Quòd si ab aliquo præsumptioso factum fuerit, sexaginta solidis, si liber est, sit culpabilis, & omnia similia restituat, aut cum duodecim testibus se purget. Si verò servus hoc fecerit, capitali crimini subjaceat, & dominus omnia similia restituat, quia servum suum non correxit, nec custodivit ut talia non perpetraret; quoniam si nos ipsos comedimus, citò deficiemus. Unusquisque tamen custodiat exercitum suum, ne aliqua deprædatio infra regnum fiat.

Ivo, cap. 85. *Ne forte si pertinaciter, &c.*

De eo qui alienum servum ad furtum suaserit.

Lex Bajuvar. tit. 8. cap. 6. Lib. 7. leg. Wisigoth. tit. 2. c. 6.

CCCXLII. Si quis alienum servum ad furtum suaserit, aut ad aliquid damnosum in fraudem domini sui, ut posset accusare eum, & fraus ipsa fuerit detecta per investigationem Judicis, dominus nec servum perdat, nec pro hoc aliquam faciat compositionem; sed ille cujus conlusione vel exhortatione admissum est, tanquam fur damnetur; & servus quod tulit reddat, & insuper centum viginti ictus accipiat.

De fure nocturno tempore capto.

Lex Bajuvar. tit. 8. c. 5.

CCCXLIII. Fur nocturno tempore captus in furto, dum res furtivas secum portat, si fuerit occisus, nulla ex hoc homicidio querela nascatur.

Lib. 7. leg. Wisigoth. tit. 2, cap. 16.
Ivo, par. 16. cap. 211.

De eo qui de fure nesciens aliquid comparaverit.

Ibid. c. 7. Ivo, par. 16. c. 212.

CCCXLIV. Si quis de fure nesciens aliquid comparaverit, quærat accepto

ſpatio venditorem. Quem ſi non potuerit invenire, probet ſe cum ſacramento & teſtibus innocentem, & quod apud eum cognoſcitur reſtituat, & furem quærere non deſiſtat. Quòd ſi furem celare voluerit, & perjurans poſteà detectus fuerit, tamquam ille fur ita iſte in crimine damnetur.

De eo qui occultè in nocte vel in die alterius animal occiderit.

Lex Bajuvar. tit. 8. cap. 9. Ivo, par. 16. c. 213.

CCCXLV. Si quis occultè in nocte vel in die alterius caballum aut bovem aut aliquod animal occiderit, & negaverit, & poſteà exinde probatus fuerit, tamquam furtivum componat.

De eo qui occiderit alienum animal, & non negaverit.

Lex Bajuvar. tit. 8. cap. 10. Ivo, par. 16. c. 214.

CCCXLVI. Si quis causâ faciente occiderit alienum animal, & non negaverit, ſimile dare non tardet, & cadaver mortui accipiat.

De eo qui furtivam rem ſcienter emerit.

Lex Bajuvar. tit. 8. c. 13. Ivo, par. 16. c. 215.

CCCXLVII. Si quis furtivam rem ſcienter emere præſumpſerit, & exinde probatus fuerit, ſimilem rem reddat illi cujus pecuniam comparavit: ſalvâ videlicet ejus juſtitiâ in altero.

De eo qui de latrone furtivam rem ſcienter ad cuſtodiendum acceperit.

Lex Bajuvar. tit. 8. c. 14. Ivo, par. 16. c. 216.

CCCXLVIII. Si quis de latrone furtivam rem ſcienter ad cuſtodiendum acceperit, quaſi fur componat.

De ſacramentis leviter non jurandis.

Lex Bajuvar. tit. 8. cap. 16. Iſaac, tit. 8. cap. 1. Concil. Troſl. c. 11.

CCCXLIX. Volumus ut ſacramenta citò non fiant. Sed unuſquiſque Judex priùs cauſam veraciter cognoſcat, ut eum veritas latere non poſſit, nec facilè ad ſacramenta veniant.

De eo qui contrà caput alterius falſa ſuggeſſerit.

Lex Bajuvar. tit. 8. cap. 17.

CCCL. Si quis contra caput alterius falſa ſuggeſſerit, vel pro quacunque invidia aut injuſta accuſatione aliquem commoverit, ipſe pœnam vel damnum quod alteri intulerit, excipiat. Neminem damnes antequam inquiras veritatem; quia ſcriptum eſt: *Omnia autem probate; quod bonum eſt tenete.*

De eo qui per invidiam vel dolum liberi vel ſervi domum incenderit.

Ibid. tit. 9. cap. 1. Ivo, par. 16. c. 182.

CCCLI. Si quis per aliquam invidiam vel dolum in nocte vel in die ignem impoſuerit, & incenderit liberi vel ſervi domum, omnia ædificia reſtituat, & quicquid ibi arſerit componat, & inſuper ſexaginta ſolidis ſit culpabilis, & publicâ pœnitentiâ ſecundùm judicium Sacerdotum multetur. Et quanti homines de ipſo incendio evaſerint, unicuique ſecundùm legem componat, & omnia quæ ibi perdiderint reſtituat.

Ut ſi quis ſervum injuſtè accuſaverit alienum, domino ſimile mancipium pro hoc facto reddat.

Lex Bajuvar tit. 8. cap. 18. Ivo, par. 16. c. 183.

CCCLII. Si quis ſervum injuſtè accuſaverit alienum, & innocenter tormenta pertulerit, domino ſimile mancipium pro hoc facto reddat. Si verò innocens in tormento mortuus fuerit, duos ſervos ejuſdem meriti ſine dilatione domino reſtituat.

De via publica.

Lex Bajuvar. tit. 9. cap. 13. Ivo, par. 16. c. 217. *Vide* Savaronem ad Sid. p. 31.

CCCLIII. Si quis viam publicam aut litoſtratum vel viam communem alicui clauſerit contra legem, cum ſua lege componat, & clauſuram quam ibi fecit tollat. Quòd ſi negare voluerit, cum duodecim ſacramentalibus juret.

De via convicinali.

Lex Bajuvar. tit. 9. cap. 14. Ivo, par. 16. c. 218.

CCCLIV. Si quis viam convicinalem vel paſtoralem clauſerit, cum ſua lege componat, & ipſam viam aperiat. Similiter & de ſemita faciendum eſt.

De eo qui fontem coinquinaverit.

Lex Bajuvar. tit. 9. cap. 16. Ivo, par. 16. c. 219.

CCCLV. Si quis fontem quàcunque invidiâ coinquinaverit vel maculaverit, emendet eum primò, ut nulla ſit coinquinationis in eo ſuſpicio, & cum lege ſua vicinis hoc emendet. Si autem plurimorum in vicinio puteus fuerit, compoſitionem inter ſe multentur.

De eo cui aurum vel argentum aut ornamentum commendata fuerint.

Lex Bajuvar. tit. 14. c. 2. 4. Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 3. Ivo, par. 16. c. 220.

CCCLVI. Si cui aurum vel argentum, aut ornamenta, vel quæcunque ſpecies fuerint commendatæ, ſive ad cuſtodiendum traditæ ſint, ſive vendendæ, & in domo ipſius cum rebus ſuis forſitan fuerint incendio crematæ, unà cum teſtibus qui commendata ſuſceperat, præbeat ſacramenta nihil exinde ſuis profuiſſe compendiis, & nihil cogatur exſolvere; excepto aurum & argentum, quod ardere non poterat. Si verò quæ commendata fuerant, furto probantur ablata, ei qui commendata perdiderat ſpatium tribuatur donec furem ſuâ inveſtigatione perquirat. Et ſi eum invenerit, commendatori res proprias tantummodò reformare procuret. Compoſitio verò furti ad eum qui habuit commendata, pertineat. Quòd ſi fur non fuerit intra ſtatutum tempus inventus, medietas rerum commendatarum domino ſuſcipiente reddatur, damnum verò medium utrique ſuſtineant. Et ſi do-

minus poſtmodùm apud eum qui commendaverit, quæcunque fuerint ſuppreſſa repererit, ſicut furtiva ab eo exigantur.

Ut rem in contentione poſitam non liceat vendere.

Lex Bajuvar. tit. 14. c. 5.

CCCLVII. Rem in contentione poſitam non liceat donare nec vendere.

Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 4. c. 9.
Ivo, par. 6. cap. 432.

De eo qui ſervum ſuum vendiderit.

Ibid. tit. 15. c. 6. Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 4. c. 15.

CCCLVIII. Si quis ſervum ſuum vendiderit, forſitan ejus neſciens facultates, habeat dominus ejus poteſtatem, qui eum vendidit, requirendi res ejus ubicunque invenire potuerit.

De eo ſervo qui de peculio ſuo fuerit redemptus.

Lex Bajuvar tit. 15. c. 7. Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 4. c. 16. Bignon. pag. 349.

CCCLIX. Si quis ſervus de peculio ſuo fuerit redemptus, & hoc dominus ejus fortè neſcierit, de domini poteſtate non exeat, qui non pretium, ſed res ſervi ſui, dum ignorat, accepit.

De eo qui cauſam alterius tulerit de loco ſuo.

Ivo, par. 16. c. 284.

CCCLX. Si quis cauſam alterius tulerit de loco ſuo, ipſam inlæſam reddat aut ſimilem. Si verò foràs aliqua traxerit & abſconderit, atque negaverit interrogatus, quaſi furtivam componat.

De eo qui alicujus mortuum repererit.

Lex Bajuvar. tit. 18. cap. 6.

CCCLXI. Si quis alicujus mortuum repererit, & eum humanitatis causâ humaverit, ut neque à porcis inquinetur, neque à beſtiis ſeu canibus laceretur, ſeu liber ſit ſeu ſervus, nullam ex hoc calumniam ſuſtineat, ſed magis à parentibus ejus remunerationem condignam accipiat. Et ſi à parentibus mercedem noluerit recipere, recipiet à Domino, qui præcepit mortuos ſepelire.

De venditionibus vili pretio detractis vel vitioſis.

Ibid. tit. 15. cap. 9. Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 4. c. 7. Ivo, par. 16. cap. 285.

CCCLXII. Placuit in venditione hanc formam ſervari, ut ſeu res ſeu mancipia vel quodlibet genus animalium venundetur, nemo propter hoc venditionis firmitatem inrumpat quòd dicit ſe vili pretio vendidiſſe; ſed poſtquam factum eſt negotium, non ſit mutatum, niſi fortè vitium ſibi à venditore celatum invenerit. Si autem venditor dixerit vitium, ſtet emptio, & non ſit immutata. Si autem non dixerit, mutari poteſt in illa die, & in alia ſive in tertia die. Et ſi ampliùs de tribus noctibus illud habuerit, poſteà non poteſt mutare, niſi fortè eum invenire infra tres dies non poterit. Tunc quandò invenerit, recipiat, quia vitium vendidit. Et ſi noluerit recipere, juret cum ſuis ſacramentalibus quòd vitium ibi nullum ſciebat in illa die quandò negotium fecit; & ſtet factum.

Ut qui arras dederit pro quacunque re, pretium reddere compellatur.

Lex Bajuvar. tit. 15. cap. 10.

CCCLXIII. Qui arras dederit pro quacunque re, pretium cogatur implere quod placuit emptori.

Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 4, cap. 4.
Ivo, par. 16. c. 286.

Ut peregrinos tranſeuntes nemo inquietet.

Ibid tit. 3. cap. 14. Ivo, par. 16. cap. 287.

CCCLXIV. Placuit ne peregrinos tranſeuntes quiſquam inquietare præſumat, eiſque nocere audeat, quia alii propter Deum, alii propter ſuas diſcurrunt neceſſitates. Quòd ſi aliquis præſumptioſus fuerit qui peregrino nocuerit, vel eum aſſallierit, aut diſpoliaverit, læſerit, plagaverit, ligaverit, vendiderit, vel occiderit, ipſi peregrino ſingillatim dupliciter ſicut de alio homine ſolet componi, aut ſuo Seniori vel ſocio, cum ſua lege componat. Quòd ſi mortuus fuerit, & Seniorem ibi vel ſocium non habuerit, tunc Epiſcopus aut Sacerdotes ejuſdem pagi ipſam compoſitionem in duplo, ſicut de indigena, diſtringente Judice accipiant, & in ſuam eleemoſynam illa tribuant; & inſuper ſexaginta ſolidos fiſco cogatur perſolvere. Et ſi peregrinum viventem reliquerit, omnem injuriam ei factam, & quicquid illi tulit, dupliciter, ut prædictum eſt, per ſingula illi componat, ſicut ſolet de infra provincia aliquem componere. Si autem eum occiderit, ut liberum hominem de ipſa provincia in duplo componat; & ipſa pecunia à memoratis Sacerdotibus in ſua detur eleemoſyna; quoniam Dominus ait: *Peregrinum & advenam non contriſtabis.*

De eo qui res alienas vendiderit.

Lex Bajuvar. tit. 15. cap. 1. Ivo, par. 16. cap. 221.

CCCLXV. Si quis vendiderit res alienas ſine voluntate domini ſui, aut ſervum, aut ancillam, aut quamcunque rem, ipſam legibus reddat, & ſimilem aliam addat. Et ſi ipſum non poteſt invenire, duos conſimiles & æqualis meriti reddat.

De eo qui alicujus quadrupedi unum oculum excuſſerit.

Lex Bajuvar. tit. 13. cap. 8. Ivo, par. 16. c. 222, 288.

CCCLXVI. Si quis alicujus caballo vel bovi, vel cujuſlibet quadrupedi, unum oculum excuſſerit, adpretietur illud pecus quod valet, & partem tertiam componat.

De eo qui juſſu Regis vel Ducis aliquem occiderit.

Lex Bajuvar. tit. 2. cap. 8. Ivo, par. 16, c. 289. Spicileg. tom. 9. p. 58. c. 65.

CCCLXVII. Si quis juſſione Regis, vel Ducis illius qui ipſam provinciam regit, hominem occiderit, non requiratur ei, nec propterea faidoſus ſit; quia lex & juſſio dominica occidit eum, &

Hiſtoire de Béarn, pag. 214. mentionné.

ipſe non potuit contradicere. Princeps verò & ſucceſſores ejus defendant eum & totam progeniem ejus, ne ob hoc pereat aut malum patiatur. Quòd ſi propterea ipſe aut ejus progenies aliquid mali paſſi fuerint, aut occiſi, dupliciter componantur.

De eo qui ſcripturam protulerit, ut veritatem ejus teſtibus probet.

Ivo, par. 16. cap. 290.

CCCLXVIII. Si quis ſcripturam profert, veritatem ejus teſtibus probare debet, quia in omnibus cauſis conſtitutum eſt ut ſcripturam prolator adfirmet.

Ut quicquid provincialibus fuerit relaxatum per beneficium Principis, ab exactore non requiratur.

CCCLXIX. Quicquid provincialibus per beneficium Principis tributorum fuerit relaxatum, ab exactore non requiratur.

Ut Presbyteri criminoſi ad ſynodum venientes in medio collocentur.

Capitulum an. 803. ſupra, p. 385.

CCCLXX. Preſbyteros criminoſos canonicè ad ſynodum venientes jubemus, juxta decreta Papæ Innocentii, capitulo XXXIII, in medio collocari; diſcuſſiſque objectionibus quæ ipſis Preſbyteris impinguntur, ſi convinci potuerint, à ſacerdotali removeantur officio, (quia qui ſancti non ſunt, ſancta tractare non poſſunt) atque alieni efficiantur à miniſterio quod vivendo inlicitè polluerunt. Et ſi convinci non potuerint, ſecundùm anterius capitulum conſultu Leonis Papæ & multorum Epiſcoporum ſtatutum, cum aliis Preſbyteris & fidelibus juſtiſque hominibus ſatisfaciant Epiſcopo ſuo & populo.

Ut unuſquiſque Presbyter Miſſam cum ſandaliis celebret.

Capitula Hezardi, c. 105.

CCCLXXI. Unuſquiſque Preſbyter Miſſam ordine Romano cum ſandaliis celebret. Et hoc populo nuntietur, quòd per omnes dies dominicos oblationes Deo offerant, & ut ipſa oblatio foris ſepta altaris recipiatur.

Notæ ad Innoc. III. pag. 28. Epiſt. Hieronymi ad Damaſum, edita in Prolegom. ad tom. I. April. pag. iv. col. 2.

Ut Presbyter die dominico cum benedicta aqua procedat.

CCCLXXII. Ut omnis Preſbyter die dominico cum pſallentio circumeat Eccleſiam ſuam unà cum populo, & aquam benedictam ſecum ferat. Et ut ſcrutinium more Romano tempore ſuo ordinatè agatur.

De locis monaſteriorum vel ædificiis providendis.

Supra, lib. 5. c. 243.

CCCLXXIII. Dignum ac neceſſarium eſt ut Miſſi per quæque loca directi ſimul cum Epiſcopis uniuſcujuſque diœceſis perſpiciant loca monaſteriorum Canonicorum pariter & Monachorum, ſimiliterque puellarum, ſi in apto & congruo loco ſint poſita, ubi commodum neceſſarium poſſit adquiri, quod ad utilitatem pertinet monaſterii, ſicut in ſancta regula dicit: *Monaſterium autem ita debet conſtitui ut omnia neceſſaria infra monaſterium exerceantur, ut non ſit neceſſitas Monachis vel Clericis vagandi foràs, quia omninò non expedit animabus eorum.*

De hoſpitalitate & cura pauperum.

CCCLXXIV. Ut de hoſpitalitate & cura pauperum memores ſitis, & propter quod res eccleſiaſticæ à fidelibus oblatæ & ab Eccleſia receptæ ſint. Et eo modo illas diſtribuatis, ut ab illo cui de his rationem reddituri eſtis, non damnationem, ſed æterni gaudii mercedem accipere mereamini.

Ut adjutorium à Rege impendatur his qui miniſterium eccleſiaſticum adimplent.

CCCLXXV. Volumus vos ſcire voluntatem noſtram, quòd nos parati ſumus vos adjuvare, ubicunque neceſſe eſt, ut miniſterium veſtrum adimplere valeatis. Simulque vos admonemus ut propter humilitatem noſtram & obedientiam quam monitis veſtris propter Dei timorem exhibemus, honorem nobis à Deo conceſſum conſervetis, ſicut anteceſſores veſtri noſtris anteceſſoribus fecerunt.

Ut nullus Epiſcopus vel Abbas per præmia ſuis hominibus beneficia det vel auferat.

CCCLXXVI. Admonemus etiam Epiſcopos & Abbates ut per præmia beneficia hominibus ſuis nec auferant nec donent, quia multæ reclamationes & querelæ de hac cauſa ad noſtras aures ſolent pervenire.

Ut Conſiliarii Regis munus non accipiant ob beneficium aliis impetrandum.

CCCLXXVII. Ut nullus de Conſiliariis noſtris propter beneficium cuilibet à nobis impetrandum munera accipiat, quia nos volumus illi beneficium dare qui nobis bene ſervierit.

Ut Clericus, vel Monachus, vel Sanctimonialis, non accuſetur ad judicium civile,

Julian. Anteceſſ. Nov. 79.

CCCLXXVIII. Nemo audeat Clericum aut Monachum, vel Sanctimonialem feminam, ad civile judicium accuſare, ſed ad Epiſcopum. Et ipſe ex lege vel canonibus conſentaneam & juſtam ſententiam proferat. Hæc omnes Epiſcopi cuſtodiant, & omnes fideles ſanctæ Dei Eccleſiæ. Et noſtri provinciarum Præſides

procurent quorumcunque Clericorum vel Monachorum & Sanctimonialium lites dirimere. Si quis hanc Conſtitutionem violaverit in magiſtratu poſitus, decem librarum auri pœnâ multabitur. Si exſecutor eſt, in catenis Eccleſiarum recludatur, pœnas luiturus, & officium perdat.

De Monacho qui monaſterium ſuum dimiſerit.

Nov. 5. Juſtiniani, c. 6, 7. *Vide* infrà, lib. 6. c. 108.

CCCLXXIX. Si Monachus monaſterium ſuum dimiſerit, omnia bona ipſius, & quæ in monaſterium introduxit, & quæ non introduxit, dominio monaſterii ſint, & ipſe officio Præſidis ſervire cogatur. Si verò Monachus ad aliud monaſterium migraverit, ſubſtantiam ejus prius monaſterium poſſideat, & in alio monaſterio ipſe non recipiatur.

De ſervo in monaſterio recepto.

Nov. 5. Juſtin. c. 2. Burchard. lib. 8. c. 20. Ivo, par. 7. cap. 41. Notæ ad Concord. Regular. c. 957.

CCCLXXX. Si aliquis incognitus in monaſterium ingredi voluerit, ante triennium Monachi habitus ei non præſtetur. Et ſi intra tres annos aut ſervus vel libertus vel colonus quæratur, domino ſuo reddatur cum omnibus quæ adtulit, fide tamen acceptâ de impunitate. Si autem intra triennium requiſitus non fuerit, poſteà quæri non poteſt, ſed tantùm ea quæ in monaſterium adduxit, dominus ſervi recipiat.

Vide Notas meas, p. 98.

Julianus anteceſſor. p. 177, c. 66.

De Monachis laicis factis.

Add. III. cap. 66. Spicileg. tom. 9. pag. 58. c. 62.

CCCLXXXI. Si autem Monachus laicus factus fuerit, honore & cingulo ſpolietur, & res ejus monaſterio adiciantur. Quòd ſi monaſticam vitam reliquerit, Præſes provinciæ eum teneat & curiæ ſuæ connumeret.

De Eccleſia ædificanda.

Add. III. cap. 72.

CCCLXXXII. Nemo Eccleſiam ædificet antequam civitatis Epiſcopus veniat, & ibidem crucem figat publicè. Et antè præfiniat qui ædificare vult, quid ad luminaria & ad cuſtodiam & ſtipendia cuſtodum ſufficiat. Et factâ donatione, ſic domum ædificet.

Julian. Anteceſſ. Nov. 61. & 119. c. 7.
Iſaac, tit. 11. cap. 7.
Burchard. lib. 3. c. 6.
Ivo, par. 3. c. 8.
Gratian. diſt. 1. de Conſecr. c. 9. *Nemo Eccleſiam.*
Concil. Londin. an. 1102, c. 15-16.
Hiſtoria Bergom. P. Celeſtini, tom. 3. p. 427.
Vide Monumenta Paderborn. pag. 106.

Capitular. lib. 6. cap. 102. Julian. Anteceſſ. Nov. 58. Iſaac, tit. 11. c. 15.

De eo qui in domo ſua oratorium fecerit.

CCCLXXXIII. Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibi poteſt. Tamen non audeat in eo ſacras facere Miſſas ſine permiſſu Epiſcopi loci illius. Quòd ſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Comes & Miſſi ejus qui hoc cognovit, & non prohibuit, librâ auri multabitur, & ab Epiſcopo loci illius canonicam ſuſcipiat excommunicationem vel excluſionem.

Burchard. lib. 3. c. 86. Ivo, par. 3. cap. 76. Gratian. diſt. 1. de Conſec. c. 13. *Unicuique.*

Vide ſupra, lib. 2. cap. 42.

De electione Abbatiſſæ.

CCCLXXXIV. Abbatiſſa eligatur à cuncta congregatione, non ſecundùm ordinem, ſed quam melioris opinionis eſſe conſtiterit, & quam meliores elegerint. Et qui eam eligunt, proponant ſanctis evangeliis, dicentes quòd non propter amicitias vel gratiam humanam, ſed ſcientes eam fide rectam, & vitâ caſtam, & adminiſtratione dignam, ad omnemque ſtatum monaſterii utilem. Et tunc confirmetur ab Epiſcopo cui monaſterium ſubjectum eſt.

Vid Monumenta Paderborn. p. 164. Stange, fol. lib. 1. c. 105. Præceptum Karoli Calvi pro Monaſt. S. Mariæ Sueſſ.

De Diaconiſſa vel Deo devota.

Julian. Anteceſſ. Nov. 123. c. 64. Ivo, par. 7. cap. 143. Gratian. 27. q. 1 c. 30. *Si quis rapuerit.* Notæ ad Conc. Gall. Narb. pag. 45.

CCCLXXXV. Si quis rapuerit vel ſollicitaverit vel corruperit religioſam feminam, bona amborum Eccleſia vindicet in qua talis mulier habitavit. Ipſi tamen capitali periculo ſubiciantur. Quòd ſi hæc mulier non conſenſit, cum ſuis rebus monaſterii cautioni tradatur. Si verò liberos habet, pars legitima eis reſervetur. Quòd ſi intra annum poſt cognitum tale ſcelus à religioſis locis non vindicetur, Comes loci illius hæc noſtro fiſco addicat. Si verò Comes provinciæ vindictam tali criminiimponere neglexerit, honore careat, & duas libras auri fiſci viribus dare compellatur.

De reſtituendo monaſterio.

Burchard. lib. 3. c. 23. Ivo, par. 3. cap. 28. Gratian. 16. q. 7. c. 40. *Nemini.*

CCCLXXXVI. Nemini Regum aut cuiquam hominum in proprium liceat monaſterium tradere, vel commutare, vel quocunque commento vendere. Hoc etiam divina & apoſtolica atque canonica ſub anathematis pœna ſanxit auctoritas. Quod ſi factum fuerit, non valebit; ſed is qui accepit, pretium amittat. Et qui diſtraxit, pretium quod accepit in ipſo monaſterio amittat, & unà cum pretio monaſterium perdat, & ipſum monaſterium in priſtinum reformetur ſtatum.

De litigatoribus.

A Coſta, pag. 282.

CCCLXXXVII. In civitatibus in quibus Præſides præſunt, ipſi audiant cauſas, ſeu & Defenſores. Qui autem Epiſcopum vel Sacerdotes aut Clericos judicare ſibi maluerint, hoc quoquè fieri non permittimus.

De ſcenicis.

Julian. Antec. Nov.

CCCLXXXVIII. Si quis ex ſce-

uiris veſtem ſacerdotalem, aut monaſticam, vel mulieris religioſæ, vel qualicunque eccleſiaſtico ſtatu ſimilem indutus fuerit, corporali pœnæ ſubjiciatur, & exilio tradatur.

L. 12. Cod. Theod. de Scenicis.

115. c. 494. & Nov. 123, c. 65. *Vide* Notas ad Salvian. pag. 439.

De præſcriptione quadraginta annorum.

Julian. Anteceſſ. Nov. 131. c. 6.

CCCLXXXIX. Ne decem anni, neque viceni, vel triginta annorum præſcriptio religioſis domibus opponatur, ſed ſola quadraginta annorum curricula. Et non ſolùm in cæteris rebus, ſed etiam in legatis & hereditatibus.

Gratian. 16. q. 3. c. 3. *Neque decennii.*

Cujac. lib. 5. Obſerv. c. 5.

Ut nemo audeat Epiſcopum aut Sacerdotem, vel Clericum, apud publicos Judices accuſare.

Julian. Antecceſſ. Nov. 131. c. 10.

CCCXC. Sancitum eſt ut nullus Epiſcopum aut Sacerdotem vel Clericum apud Judices publicos accuſare præſumat, ſed apud Epiſcopos

Bignon. pag. 255. A Coſta, pag. 199.

De abſentibus non judicandis.

Gratian. 3. q. 5.

CCCXCI. Decretum eſt ut adversùs abſentes non judicetur. Quòd ſi factum fuerit, prolata ſententia non valebit.

Ne ullius Sacerdos judicetur, niſi præſentes ſint ipſius accuſatores, iidemque legitimi.

Gratian. ibid. c. 1. *Non oportet*; & c. 8. *Qui accuſare.*

CCCXCII. A ſancta Romana & apoſtolica Eccleſia olim ſtatutum eſt, & à nobis ſynodali ſententiâ confirmatum, ut nullus ex ſacerdotali catalogo judicetur aut damnetur, niſi accuſatus accuſatores legitimos præſentes habeat, locumque defendendi ad abluenda crimina accipiat.

Ut vita accuſantium primò diſcutiatur.

Capitula Angilramni cap. 15.

CCCXCIII. Item à prædicta ſancta Romana & apoſtolica Eccleſia ſancitum eſt, & ab omnibus ſynodali auctoritate decretum eſt, ut ſemper primò perſona, fides, vita, converſatio accuſantium enucleatim perſcrutetur, & poſteà quæ obiciuntur, fideliter pertractentur; quia non aliter fieri quicquam debet, niſi priùs imperitorum vita diſcutiatur.

De teſtibus requirendis in accuſatione Clericorum.

Concil. Bracar. 11. cap. 8. Burchard. lib. 2. cap. 202. Ivo, par. 6, c. 276. Gratian. 2, q. 4, c. 1. *Placuit ut ſi.*

CCCXCIV. Placuit ut ſi quis aliquem Clericorum in accuſatione fornicationis impetierit, ſecundùm præceptum Pauli Apoſtoli legitima teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimoniis adprobare quod dixit, excommunicationem accuſati accuſator accipiat.

De culpabili perſona non recipienda.

Concil. Carthag. III. c. 7.

CCCXCV. Si accuſatoris perſona in judicio Epiſcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum non admittatur niſi de propriis cauſis.

Gratian. 4. q. 6. c. 1. 3. 4.

Capitula Angilramni, c. 5.
Ivo, par. 6. cap. 418.
Gratian. 3. q. 10. c. 3. *Si accuſatorum.* 4. q. 6. c. 1. *Illud verò*, & c. 3. *Si accuſatorum.* & c. 4. *Quòd ſi accuſatorum.*

De non judicando quemquam ante examinatam cauſam.

CCCXCVI. Non eſt juſtum judicare aut condemnare virum cujus cauſa ad liquidum non eſt examinata.

De non judicando majore à minore.

CCCXCVII. Major à minore non poteſt judicari.

De non judicando quemquam abſque legitimo accuſatore.

Iſaac, tit. 11. c. 8. Ambroſius in c. 5. Ep. I. Corinth. Ivo, ep. 68. Gratian. 2. q. 1. c. 17. *de Manifeſta.*

CCCXCVIII. Judicis non eſt quemlibet judicare vel condemnare abſque legitimo accuſatore: quoniam & Dominus Judam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt ejectus.

De eo qui frequenter litigat, ut non ſuſcipiatur abſque examine.

CCCXCIX. Ejus qui frequenter litigat, & ad accuſandum eſt facilis, accuſationem abſque grandi examine nemo recipiat.

Concil. Carthag. IV. c. 58.
Capitula Angilramni, c. 54.
Burchard. lib. 16. c. 32.

De rimanda enucleatim cauſa in judicio, & ſæpe ventilanda.

L. 1. Cod. Theod. de Judiciis. Capitula Angilramni, c. 26. Ivo, par. 6. c. 316. & ſeq. Gratian. 30. q. 5. c. 11. *Judicantem.*

CCCC. Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquiſitione diſcutere, interrogandi ac proponendi adiciendique patientiâ præbita ab eo, ut ibi actio partium limitata ſit pleniter. Nec priùs litigantibus ſuâ velit ſententiâ obviare, niſi quandò ipſi, peractis omnibus, jam nihil ampliùs habuerint in quæſtione quod proponant. Et tamdiu actio ventiletur quouſquè rei veritas perveniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermiſſum fortè remaneat quod adnecti conveniat.

De his qui ſe putant per teſtes redemptos ad Sacerdotum accuſationem admitti, ut non admittantur niſi omni ſuſpicione caruerint.

Concil. Aelac. I, c. 13.

CCCCI. Sunt quidam qui contra eccleſiaſticam regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos putant ſe ad accuſationem admitti debere. Hi omninò non admittantur, niſi actis publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere.

Ut nullus contrà Religionem faciat.

Vide Vadian. p. 15.

CCCCII. Non liceat Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti, aliquid contra mandata divina præſumere.

Synodus

Synodus Romana VI. ſub Symmacho.
Capitula Angilramni, c. 76.
Burchard. lib. 15. c. 8.
Ivo, par. 4. c. 231. & par. 16. c. 9.
Gratian. diſt. 10. c. 2. *Non licet.*

Quòd Laicis non ſit de religione præſumendum.

Alteſerra in Innocent. III. p. 419.

CCCCIII. Laicis, quamvis religioſis, nulli tamen de eccleſiaſticis facultatibus, vel Deo dicatis hominibus, aliquid diſponendùm adtribuatur facultas.

Hincmar. Laudun. in ep. ad Rem. pag. 611. 614.
Iſaac, tit. 11. cap. 9.
Concil. Troſl. c. 3.
Burchard. lib. 8. cap. 72. & lib. 15. c. 35.
Ivo, par. 16. c. 36.
Gratian. 16. q. 7. c. 24. *Laicis.*
Appendix Petri Cell. pag. 425. & ſeq.

Ut liceat majores Judices appellare quotiens neceſſuas ingruerit.

CCCCIV. Quandocunque à quibuſlibet Judicibus eccleſiaſticis ad alios Judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, fuerit provocatum, non eis denegetur qui provocaverint.

Concil. Carthag. 3. c. 10.
Capitula Angilramni, c. 45.
Ivo, par. 6. c. 326.
Gratian. 2. q. 6. cap. 9. *Placuit.*

De injuſto judicio, Principis metu vel juſſu terminato, caſſando.

CCCCV. Injuſtum judicium, & definitio injuſta, regio metu vel juſſu à Judicibus ordinata, non valeat.

Synodus Romana VI. ſub Symmacho.
Capitula Angilramni, c. 78.
Burchard. lib. 15. c. 8.
Ivo, par. 16, c. 9.
Gratian. 11. q. 3. c. 89. *Injuſtum*; & 25. q. 1. c. 8. *Omne.* §. *Injuſtum.*

EXPLICIT LIBER QUINTUS.

INDEX CAPITULORUM LIBELLI SEXTI.

1. *DE effuſione ſanguinis.*
2. *Quòd hi qui nomen Domini invanum adſumpſerint, graviter feriantur.*
3. *De honorando patre & matre.*
4. *Ut qui vendiderit filiam ſuam in famulam, non egrediatur ſicut ancilla.*
5. *Ut qui hominem percuſſerit, morte moriatur.*
6. *De eo qui per induſtriam proximum voluerit occidere.*
7. *De eo qui percuſſerit patrem aut matrem.*
8. *Non maledicendum patri & matri.*
9. *De eo qui hominem furatus fuerit & vendiderit.*
10. *De his qui rixati inter ſe fuerint, & percuſſerit alter alterum.*
11. *De eo qui percuſſerit ſervum ſuum vel ancillam lapide vel virgâ, & mortui fuerint.*
12. *Ut ſi aliqui inter ſe fuerint rixati, & percuſſerit ex eis aliquis mulierem prægnantem.*
13. *Quòd ſi mulier mortua fuerit, reddet percuſſor animam pro anima.*
14. *Ut quicunque ſervo vel ancillæ oculum eruerit, liberos eos dimittat.*
15. *De bove cornupeta quæ virum vulneraverit vel mulierem, & de domino illius.*
16. *De eo qui ciſternam aperuerit & foderit.*
17. *De bove alieno, ſi alterius bovem vulneraverit.*
18. *De eo qui bovem aut ovem furatus fuerit.*
19. *De fure qui domum ſuffodiens repertus fuerit.*
20. *De eo qui læſerit agrum vel vineam.*
21. *De eo qui ignem ſuccenderit in agris, ut damnum reſtituat.*
22. *De eo qui commendaverit amico pecuniam.*
23. *De aſino, bove, omnique jumento ad cuſtodiendum tradito.*
24. *De eo qui ſeduxerit virginem deſponſatam, vel dormierit cum ea.*
25. *De patre puellæ, ſi eam dare noluerit, ut reddat pecuniam juxtà morem dotis.*
26. *De maleficis.*
27. *De his qui cum jumento coierint.*
28. *De his qui Diis immolant vel advenas affligunt.*
29. *De decimis & primitiis Domino offerendis.*
30. *De depoſito vel pignore dato.*
31. *De turpitudine proximi non revelanda.*
32. *De homine qui dormierit cum muliere ancilla.*
33. *Non debere auguriari, nec obſervare magos & ariolos.*
34. *De honorando ſene.*
35. *Nihil agendum contrà æquitatem.*
36. *De eo qui mœchatur cum uxore proximi ſui.*
37. *De eo qui dormierit cum noverca ſua.*

38. *De eo qui propter Deum furtum confessus fuerit.*
39. *De eo qui ferro percusserit hominem.*
40. *Ut propter unius testimonium nullus condemnetur.*
41. *De decimis separandis.*
42. *De eo qui, ambulans per viam, nidum avis invenerit.*
43. *Ut cùm ædificatur domus nova, fiat murus per circuitum domûs.*
44. *De vinea altero semine non serenda.*
45. *Ut non aretur in bove simul & asina.*
46. *Non induendum vestimentum quod ex lana & lino contexitur.*
47. *De puella virgine desponsata.*
48. *De desponsata virgine in agro reperta.*
49. *Ut eunuchus atritis testiculis Ecclesiam Dei non intret.*
50. *De pecunia ad usuram non fœneranda.*
51. *De voto non differendo.*
52. *Ut homo qui uxorem acceperit, non accedat ad bellum.*
53. *Ut non occidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus.*
54. *De eo qui vim à persecutoribus patitur, ut suscipiatur.*
55. *De muliere quæ cum viro suo non potest nubere.*
56. *Ut absque consensu Episcopi oblationes non accipiantur.*
57. *Ut Presbyteri civitatis sine jussu sui Episcopi nihil jubeant.*
58. *Ne Presbyteri rem Ecclesiæ absque licentia sui Episcopi vendant.*
59. *Si Presbyter vel Diaconus deseruerit Ecclesiam suam, deponatur.*
60. *De Presbyteris vel Diaconibus aut Subdiaconibus à propriis Episcopis exauctoratis.*
61. *Si quis Episcopus, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus ad bellum processerit, deponatur.*
62. *Ut Presbyteri alterius regionis non sacrificent præsentibus Presbyteris ipsius regionis.*
63. *De uxoribus & viris se dimittentibus.*
64. *De Episcopis litigantibus vel judicatis.*
65. *Ab hæretico nullus benedictionem accipiat.*
66. *De orationibus ad Patrem dirigendis.*
67. *De Presbytero ab alio Episcopo ordinato.*
68. *De illis Presbyteris qui nesciunt juxtà præceptum Salvatoris baptizare.*
69. *De Missis nostris, qualiter cum Episcopis singularum regionum circà Ecclesias Dei ejusque Sacerdotes agere debeant.*
70. *De eo qui semetipsum occidit, aut laqueo se suspendit.*
71. *Ut incesti & parricidæ canonicè coerceantur.*
72. *Ut nec à Clerico phylacteria nec ab ullo fiant Christiano.*
73. *Ut nullus Presbyter ampliùs quàm unam Ecclesiam sibi vindicet.*
74. *De letania majore, ut more Romano celebretur.*
75. *Ut nullus vitam sine communione finiat, nec unctione benedicti olei careat.*
76. *De Presbyteris degradatis & post degradationem multis sceleribus implicatis.*
77. *Si qui velint aquam consecratam accipere.*
78. *De Clericis & Presbyteris, si Episcopis suis obedire nolint, ut excommunicentur.*
79. *De Episcopo metropolitano.*
80. *Ut unusquisque progeniem suam usque ad septimam generationem observet.*
81. *De Presbyteris ab ignotis Episcopis ordinatis.*
82. *Ut si quis homini aliquo iteranti mansionem vetaverit, sexaginta solidos componat.*
83. *Ut omnibus maxima cura sit ne sine confirmatione Episcopi vitam finiat aliquis.*
84. *De his qui fidelium oblationes auferunt vel vastant, aut sine proprii Episcopi jussione dant vel accipiunt.*
85. *Ut Presbyteri vel Diaconi non migrent de loco ad locum sine Episcopi proprii jussione.*
86. *De Episcopis & Clericis peregrinis, ut contenti sint hospitalitatis munere.*
87. *Ut nullus habeat nisi legitimum connubium.*
88. *De his qui Episcoporum vocationem vel correctionem contempserint.*
89. *Ut nullus Laicorum ex prædiis Episcoporum quicquam accipiat.*
90. *De eo qui occiderit Monachum aut Clericum, ut arma relinquat.*
91. *De viro & muliere matrimonio copulatis, & postea dicente eâ non posse eum nubere sibi.*
92. *Ut puella desponsata non detur alteri viro.*
93. *Ut baptizati cum Catechumenis non manducent.*
94. *De Presbytero ordinato qui se deprehenderit non esse baptizatum.*
95. *Si liber ancillam in matrimonium accepit.*
96. *De raptoribus, & raptis virginibus vel viduis.*

97. *De his qui rapinas infrà regnum faciunt.*
98. *De Sacerdotibus & Levitis, atque Monachis interfectis vel debilitatis.*
99. *De his qui Epiſcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.*
100. *De religioſa muliere decepta, id eſt, veſte mutatâ, vel religionem profeſsâ.*
101. *De blaſphemia in Deum.*
102. *De his qui in domo ſua oratorium fecerint.*
103. *De privilegiis Eccleſiarum & Clericorum non corrumpendis.*
104. *Ne Epiſcoporum vel reliquorum Clericorum vita turbetur.*
105. *De Clericis vel Sacerdotibus qui accipiunt Eccleſias ſine licentia Epiſcopi ſui, vel de una ad aliam tranſeunt.*
106. *De inceſtis & criminoſis, ac de infirmis & pœnitentibus, atque de jejunio quatuor Temporum.*
107. *Ut Epiſcopi Judices publicos moneant ut rei carceribus recluſi Nativitate Domini, Paſcha & Pentecoſten, abſolvantur, & Miſſas illis audiant diebus, ac refecti fiant.*
108. *De Monacho qui monaſterium ſuum dimiſerit.*
109. *De poſſeſſionibus ad religioſa loca pertinentibus.*
110. *De Monacho vel Monacha.*
111. *De his quæ à ſingulis Principibus Eccleſiis ſunt conceſſa, & quæ ſinguli Antiſtites impetraverunt, quòd ſacrilegium ſit hæc auferentibus. Et de Clericis, ut non accuſentur ad Judices ſeculares, ſed ad Epiſcopos proprios.*
112. *De privilegiis Eccleſiarum.*
113. *Ut ea quæ ad religionem pertinent, locis ſuis & à ſuæ diœceſeos Synodis audiantur.*
114. *Ut privilegia Eccleſiarum ſemper maneant incorrupta.*
115. *Quòd ſacrilegium ſit Eccleſiæ aliquid auferre, aut Sacerdotibus vel Miniſtris, aut ipſi ſancto cultui locoque injuriam inferre.*
116. *De his qui eccleſiaſtica privilegia violant vel diſſimulant.*
117. *Quòd hi qui prædia eccleſiaſtica diripiunt vel vaſtant, ſacrilegi ſint exilioque damnandi.*
118. *Ut Epiſcopi & reliqui Sacerdotes ab omnibus nexibus ſint liberi.*
119. *Ne Judæis adhæreant vel deſerviant Chriſtiani.*
120. *De ſacrificiis per ſingulas Miſſas à ſacrificantibus ſumendis.*
121. *De Chorepiſcopis, ne deinceps fiant.*
122. *Ne Judæi ſuper Chriſtianos magiſtri vel miniſtri ponantur.*
123. *De Clericis falſariis.*
124. *Ut Clerici non habeant actiones ſeculares.*
125. *De Clericis qui de Eccleſia deſiſtunt.*
126. *Quales ſint Clerici.*
127. *De multitudine Clericorum.*
128. *De ordinationibus ſacris.*
129. *De injuria Epiſcopi & letania ſubverſa.*
130. *Ne fideles ex propria conſanguinitate uxores ducant; nec illi qui dudùm minimè nupſerunt, ſine benedictione Sacerdotis nubere præſumant.*
131. *De non recipiendis alienis pœnitentibus.*
132. *Ut non liceat Clericum vel Monachum ſine epiſtola Epiſcopi ſui proficiſci.*
133. *De dotibus & publicis nuptiis.*
134. *De rebus Eccleſiæ ablatis aut fraudatis, vel retentis.*
135. *Ut nemo res Eccleſiæ, niſi cui jure debentur, in quibuſlibet regionibus conjacentes competere audeat vel tenere.*
136. *De his qui facultates Eccleſiæ delegatas auferunt vel retentant.*
137. *Ut ſocios ſuos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa.*
138. *De his qui diripienda indicare reperiuntur.*
139. *Ut Abbates in ejus Epiſcopi in cujus parochia ſunt, poteſtate perſiſtant.*
140. *Ut nullus Monachus relinquat ſuum monaſterium & cellas conſtruat ſine Epiſcopi vel Abbatis ſui licentia.*
141. *De apoſtatis.*
142. *De excommunicatis.*
143. *Ne Judices perfidorum exceſſus abſque propriorum Sacerdotum conſilio judicent.*
144. *De expoſitis infantibus ac collectione eorum.*
145. *De Clericis relinquentibus officium ſuum, & ad ſeculares confugientibus.*
146. *Ut ſervo non credatur, ſi ſuper dominum ſuum vel ſuper alium liberum crimen injecerit.*
147. *Ut teſtes ea tantùm teſtificentur quæ in conſpectu eorum acta eſſe noſcuntur.*
148. *Quales debeant ſcripturæ valere.*
149. *De pactis & placitis conſervandis.*
150. *Contrà priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.*
151. *Ne quiſquam accuſetur vel puniatur, niſi manifeſtis indiciis ſcelus patuerit.*
152. *Ut valeat commutatio ſicut emptio.*

153. *Si timore compulſus quiſquam ſe ſervum eſſe dicat.*
154. *De Presbyteris vel Diaconibus ſine Epiſcopi ſui epiſtolis ambulantibus.*
155. *Ut unus Abba duobus monaſteriis minimè præſideat.*
156. *De Presbyteris vel reliquis Clericis non diſtringendis à ſecularibus Judicibus, ſed à ſuis Episcopis.*
157. *Ut Clerici Judices ſeculares non adeant.*
158. *De ſecularibus qui per calumniam Eccleſiam vel Clericos fatigare præſumunt.*
159. *Ne teſtificentur manumiſſi.*
160. *De his qui cum furibus conſcii fuerint.*
161. *Si poſſeſſor per violentiam expellatur.*
162. *Ut fideles fidem ſanctæ Trinitatis diſcant.*
163. *De contumacibus Presbyteris vel Clericis.*
164. *De Judicibus Clericis calumniam vel injuriam inferentibus.*
165. *Ut orationem dominicam omnes diſcant fideles.*
166. *Ut nullus Epiſcopus alterius Epiſcopi, vel Presbyter alterius Presbyteri, parochiam invadat.*
167. *Ut monaſteriis vel reliquis Eccleſiis res non auferantur, vel ipſa à quoquam inquietentur.*
168. *Ut Clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere, & nulli eorum liceat officium ſacerdotale in alterius parochia agere abſque licentia Epiſcopi in cujus parochia eſſe noſcuntur.*
169. *Ut nullus Epiſcopus ſine conſenſu aliorum ſe præferat anteriori.*
170. *Ut Populi oblationes Sacerdotibus in Eccleſia offerant. Et ut omni die dominica communicent.*
171. *Ut Sacerdotes ſigna tangant horis canonicis.*
172. *De ſtolis geſtandis.*
173. *Ut Secreta non incipiatur, niſi poſt hymnum finitum.*
174. *Ut adnuntietur Symbolum fidelibus à Sacerdotibus.*
175. *Ut Presbyteri adnuntient viris & feminis, niſi memoriter Symbolum & Orationem Dominicam tenuerint, de ſacro fonte filiolos vel filiolas non ſuſcipiant.*
176. *Ut ſilentium in Eccleſia teneatur, & devotè verbum Dei audiatur.*
177. *Ut Epiſcopo infantuli ad confirmandum præſententur.*
178. *Ut Presbyteri ſine ſacro chriſmate oleoque benedicto non proficiſcantur.*
179. *Ut Presbyteri oleum infirmorum ab Epiſcopo expetant.*
180. *Ut nullus Presbyter parochianus aliubi præſumat chriſma accipere, niſi ab Epiſcopo ſuo in Cœna Domini.*
181. *Ut baptizari non præſumatur, niſi in vigilia Paſchæ & Pentecoſten.*
182. *Ut inſtruantur fideles qui parvulos de ſacro fonte ſuſcipere cupiunt.*
183. *Ut nulla pretia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur.*
184. *De quorum baptiſmate abſque diſſimulatione dubitatur, ut baptizentur præceptum eſt.*
185. *Ut Presbyteri in Eccleſia fidem ſanctæ Trinitatis doceant.*
186. *Ut Presbyteri adnuntient populo quatuor legitima Temporum jejunia.*
187. *Ut jejunia tria legitima in anno agantur.*
188. *Ut populus, niſi duobus temporibus, infantes ſuos ad baptiſmum non offerat.*
189. *Ut dies dominicus reverenter colatur.*
190. *Ut adnuntient Presbyteri eodem modo ſicut ſabbatum Paſchæ cum ſuo Paſcha, ſabbatum Pentecoſten cum ſuo die dominico obſervare.*
191. *Ut adnuntient Presbyteri populo ſe ab inlicitis abſtinere connubiis.*
192. *Ut publicè Presbyteri adnuntient plebi decimas & primitias omnium frugum ad benedicendum offerre.*
193. *Ut fideles intellegant pactum quod cum Deo in baptiſmate fecerunt.*
194. *Ut Sacerdotes admoneant viros & mulieres ut luminaria ad baſilicas deportent.*
195. *Ut admoneant Presbyteri plebem ne in Eccleſia contentionibus & verboſitatibus deſerviant.*
196. *Ut Presbyteri ſollicitè curent ne inhoneſta & turpia quælibet fiant in Eccleſiis.*
197. *Ne in mortuorum funeribus juxtà Paganorum ritum agatur.*
198. *Ut pro defunctis amicorum parentes eorum triginta dies adimplere faciant.*
199. *De his quos Epiſcopus aut Sacerdos excommunicaverit, ne eos fideles recipiant.*
200. *Ut nullus Presbyter ſuam Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi ſui derelinquat.*
201. *Ut ſacra myſteria nullus Presbyter, niſi in loco conſecrato, agat.*
202. *Ne aliud altare in Eccleſia conſecrata, niſi quod ab Epiſcopo conſecratum eſt, aliquis Presbyter erigat.*
203. *Ut Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, non ſint aleatores & ebrioſi.*

204. *Ut nemo Clericorum uſuras accipiat.*
205. *Ut diem dominicum, in quo Dominus ſurrexit, cuncti venerabiliter colant.*
206. *De reconciliandis pœnitentibus.*
207. *Quot ſint dies purificationis mulieris.*
208. *Ut Miſſarum celebrationes in locis incongruentibus non fiant.*
209. *De propinquitate.*
210. *De ſervo qui damnum cuilibet intulerit, quid agendum ſit.*
211. *De eo qui ad mallum legibus mannitus fuerit, & non venerit.*
212. *De eo qui filios non habuerit, & in eorum loco alium ſibi heredem facere voluerit.*
213. *De denarialibus, qualiter poſſint hereditare.*
214. *Ut omne ſacramentum in Eccleſia juretur.*
215. *Ut vitia quæ remanſerunt ex ritu Gentilium Fideles caveant.*
216. *De Eccleſiis reſtaurandis.*
217. *Ne Presbyteri, priuſquàm examinentur, ordinentur.*
218. *Ut dominici Miſſi Scabinos, Advocatos, & Notarios eligant.*
219. *De his qui legem ſervare contemnunt*
220. *Ut Fideles ſe à vitiis abſtineant quæ quaſi naturaliter in uſu habentur.*
221. *De his qui heribannum ſolvere debent.*
222. *De fugitivis & peregrinis, ut diſtringantur.*
223. *De armillis & bruniis negotiatoribus non dandis.*
224. *Ut menſuræ æquales fiant.*
225. *Ut Chriſtiani ab otioſo ſermone ſe caveant, vel à cæteris vitiis.*
226. *Ut ſuper veſtituram Pippini Regis teſtimonia non mittantur.*
227. *Ut nec Colonus nec fiſcalinus traditiones faciat.*
228. *Ne præſumat hominem aliquis ſine cauſa ad judicium mittere.*
229. *Si liber homo in monaſterio regulari comam depoſuerit.*
230. *De conjugio, quòd à Deo ſit conſtitutum, & quòd non cauſâ luxuriæ, ſed cauſâ potiùs filiorum appetendum ſit.*
231. *Ut omnia quæ wadiari debent, ſecundùm legem rewadientur.*
232. *Ut nullus ebrius cauſam ſuam poſſit in mallo conquirere.*
233. *De nullo ad bibendum cogendo.*
234. *De Miſſis dominicis diſcurrentibus.*
235. *Ut à coitu prægnantium fideles ſe abſtineant.*
236. *De canibus qui in dextro armo tonſi ſunt.*
237. *De Capitulis quæ in lege noviter addita ſunt.*
238. *Ut nullus ad placitum banniatur præter Scabinos ſeptem, & qui cauſam quærere debent.*
239. *De falſis teſtibus non recipiendis.*
240. *Qualiter Fidelibus Chriſtianis inceſtu cavenda ſint.*
241. *De non jurando per vitam Regis.*
242. *Ut Miſſi non ſolùm de adnuntiatione, ſed etiam de opere, breves afferant.*
243. *Ut nullus præſumat teloneum, rodaticum, & pulveraticum recipere.*
244. *Ut Fideles juſta judicia judicent.*
245. *Ut Eccleſiæ earum juſtitiam obtineant.*
246. *Ut poteſtatem Epiſcopi omnes intelligant, & inſtruantur qualiter ſive ſecundùm canonicam, ſive ſecundùm monaſticam regulam, eis vivendum ſit.*
247. *De viduis & orphanis, & minùs potentibus.*
248. *De non parvipendenda excommunicatione Sacerdotum.*
249. *De Epiſcopis & Comitibus, ut ſibi conſenſum invicem præbeant.*
250. *Ut latrones vel homicidæ, ſive adulteri, ſub magna correctione conſtringantur.*
251. *De rebus invaſis.*
252. *De ſuperbia, propter quam Diabolus corruit.*
253. *De eo cui non rectè judicatur.*
254. *De invidia, per quam Diabolus hominem ejecit de paradiſo.*
255. *De odio & diſcordia.*
256. *Capitularium dominicum, datum anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* DCCCVI. *ad Theodonis villam, & anno imperii Domini Karoli* VI.
257. *De Laicis qui noviter ſunt converſi.*
258. *Ut Scribæ falsò non ſcribant.*
259. *Ut compotum diſcatur.*
260. *De derelinquentibus ſeculum propter ſervitium Dei.*
261. *Ut ſervi proprii non tondantur, vel ancillæ non velentur, niſi ad menſuram.*
262. *Ut ſuperfluæ Congregationes nullatenùs fiant.*
263. *De his qui ſecundùm regulam non pulſantur.*
264. *Ut infantulæ non velentur.*
265. *De Laicis, ut non ſint Præpoſiti Monachorum.*
266. *Ut inceſtuoſi canonicè examinentur.*

267. *De his qui per aliquod ſcelus rebelles fiunt.*
268. *De juſtitiis Eccleſiarum Dei, orphanorum, pupillorum, ac viduarum.*
269. *De juſtitiis regalibus.*
270. *De fame vel cæteris tribulationibus.*
271. *Ut arma infrà patriam non portentur.*
272. *Ut omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat.*
273. *De negotiatoribus qui partes Sclavorum vel aliarum gentium petierint.*
274. *Ut cauſedici qui adquieſcere noluerint, recludantur.*
275. *De juramento, ut nulli alteri niſi proprio Seniori juramenti fidelitas promittatur.*
276. *De his qui conſpirationem fecerint, ut tripliciter judicentur.*
277. *De perjuriis, ut caveantur.*
278. *Ut Vicedomini, Advocati, & Centenarii pravi auferantur.*
279. *Ut antiqua telonea & juſta exigantur à negotiatoribus, nova verò & injuſta repellantur.*
280. *De fugitivis Clericis & Laicis illud ſervandum eſt quòd in Capitulari dominico continetur.*
281. *De his qui ad Dei ſervitium volunt accedere, ut abſque licentia regali non id agant qui liberi exiſtunt.*
282. *Ut potentiores non opprimant pauperes.*
283. *Ut Eccleſiæ noviter inventæ ſine Epiſcopi probatione non venerentur.*
284. *De falſis monetis quæ contrà juſtitiam fiunt.*
285. *Ut heribannus dominicus fideliter exigatur.*
286. *Ut cenſus regalis inde ſolvatur unde olim exigebatur legitimè.*
287. *Quid de latronibus agendum ſit.*
288. *Quid de illis qui uxores habent fiſcalinas, ſit agendum.*
289. *De libris canonicis, ut veraciter habeantur.*
290. *De Laicis, ut Orationem Dominicam memoriter diſcant.*
291. *Capitula quæ ad Legem Salicam mittenda ſunt. De occiſione Diaconorum vel aliis cauſis.*
292. *Capitula quæ Domnus Karolus Imperator conſtituit.*
293. *De latronibus.*
294. *Ne aliquis de ignoto homine equum, bovem, vel aliud animal emat.*
295. *De illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem dijudicati fuerint, & poſteà eis fuerit vita conceſſa, quòd ſi juſtitiam ab aliis requiſierint, aut ab eis juſtitiam quis quærere voluerit, qualiter inter illos judicium terminetur.*
296. *De homine judicio Scabinorum judicato.*
297. *De eo qui latronem forbannitum recipit, ſive ſervus, ſive liber ſit.*
298. *De Comite qui latronem in forbannum miſerit, ut aliis vicinis Comitibus notum faciat.*
299. *De his qui terrenis mercimoniis inſiſtunt, ut magis ob ſupernæ vitæ deſiderium, quàm pro humana ambitione, faciant.*
300. *Ut eccleſiaſticis audientia minimè denegetur provocantibus.*
301. *Ut Epiſcopus quilibet alterius plebem Epiſcopi vel fines non uſurpet.*
302. *De Clericis ſuperbis, ut cœrceantur.*
303. *De his qui Statuta Patrum violant, ſi Laicus fuerit, communione privetur; ſi Clericus, honore.*
304. *De his qui contrà ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerint, quid agendum ſit.*
305. *De Presbytero qui ſe ab Epiſcopo ſuo diviſerit.*
306. *De Presbyteris qui abſque Epiſcopi ſui conſcientia agenda celebraverint.*
307. *Ut Epiſcopus lapſum incurrens, ſi plures congregare nequiverit, à duodecim audiatur.*
308. *Ut Epiſcopi plebes alienas non uſurpent, & ut nemo ex eis collegam ſuum in diœceſi vel aliubi ſupergrediatur.*
309. *De Epiſcopo qui ab aliquo impetitur, vel ſi ipſe quæſtionem aliquam retulerit, ut per Epiſcopos Judices cauſa terminetur.*
310. *Ut nullus Epiſcopus alium Epiſcopum conculcet aut impediat.*
311. *Ne Presbyteri vel Diaconi ſine conſcientia Epiſcoporum ſuorum aliquid agant.*
312. *De loco dando peregrino Epiſcopo in quo ſacrificet.*
313. *De non condemnando illo cujus cauſa diligenter non eſt examinata.*
314. *De his qui falſa fratribus capitalia obiciunt.*
315. *De deponendo Sacerdote vel Levita, ſi crimen aliquod de ſe confeſſi fuerint.*
316. *De his qui libellos famoſos inventi fuerint in Eccleſia poſuiſſe, ut anathematizentur.*
317. *Ut delator communionem nec in finem accipiat, ſi inventus fuerit quilibet*

per delationem ejus præſcriptus vel interfectus.

318. *Ne aliquis Epiſcopus, vel inferior gradus, dominico die quemquam judicare præſumat.*

319. *De potente, ſi pauperem expoliaverit, & non reddiderit admonente Epiſcopo, ut excommunicetur.*

320. *Ut nullus Clericus ab Epiſcopo ſuo recedere præſumat & ad alium tranſire.*

321. *Ut Clerici qui arma præſumpſerint, in monaſterium ad agendam pœnitentiam tradantur.*

322. *Ut nullus Regum hujus Canonis cenſuram in aliquo violari permittat.*

323. *Ut unuſquiſque alterius ruinis ſuccurrat, & iram Dei per ſuam compaſſionem à ſe removeat.*

324. *Quòd lex quam Rex qui prior fuit, inſtituit, ab illo qui ei ſucceſſerit pari ſententiâ roborata ſit.*

325. *Ut in metropolitana ſede ad Synodum agendam omnes Pontifices conferantur.*

326. *Ut dignitatem amittant omnes qui ad expeditionem exercitûs non pergunt, aut de exercitu fugiunt.*

327. *Ut Chriſtiani ex propinquitate ſui ſanguinis connubia non ducant.*

328. *Ut non varientur quæ propter utilitatem ſunt inſtituta.*

329. *De fide Nicæna ſervanda. Et ut privilegia Eccleſiarum integra maneant.*

330. *Quòd contrà caput non ſit agendum.*

331. *De Presbyteris qui contra Canones ad comitatum ire voluerint ſuſceptis, qui dominico decreto communione alieni decernuntur.*

332. *De Sacerdotum Domini cauſis non terminandis priuſquam ex utraque parte fideliter audiantur, & pariter ac diligenter perſcrutentur.*

333. *Quòd Dominus, qui animas hominum ſalvat, imitatores nos velit ſuæ eſſe pietatis.*

334. *De religionis periculo ab uniuſcujuſque pietatis conſcientia removendo.*

335. *Ut ſuarum rerum & omnium Eccleſiarum ſint communione contenti quorum cauſa adhuc terminanda eſt.*

336. *Ut non ſinantur incurri quorum cauſa incerta eſt.*

337. *De his qui à ſedibus ſuis fuerunt pulſi, & alii in illorum locum ſubſtituti ſunt.*

338. *De his qui non debent redire ad militiam ſecularem.*

339. *De his quos oportet majori auctoritate curare.*

340. *Ut non imponat aliquis alicui pondus quod ipſe ferre non valeat.*

341. *Ut nullus apoſtolicas ſanctiones temerare præſumat.*

342. *De amicitia & familiaritate ſervanda; quam qui non contenduntſacilè ſervant.*

343. *Ut alienæ gentis homines ad exercitium imbuantur legibus.*

344. *De ſervo non credendo, ſi ſuper aliquem crimen objecerit.*

345. *Ut teſtes teſtimonium, niſi præſentes, non dicant.*

346. *De pactis & placitis conſervandis.*

347. *Quòd hæc ſit vera caritas quâ Deus Proximuſque diligitur. Et idcircò admonendi ſunt omnes Fideles ut hanc obſervare curent.*

348. *Ut contrà extraneos parentela aut propinquitas teſtimonium minimè dicat.*

349. *Contra priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.*

350. *Non eſt danda paſſim accuſandi vel puniendi licentia.*

351. *Si de fure quis neſciens aliquid comparaverit.*

352. *Ne teſtificentur manumiſſi.*

353. *Si poſſeſſor per violentiam expellatur.*

354. *Si ad diripiendum quiſque alios invitaſſe reperiatur.*

355. *Ut ſocios ſuos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa.*

356. *De his qui diripienda indicare repertuntur.*

357. *De non ſuſcipienda criminatione adversùs Doctorem, neque accuſatorem adversùs eum audiendum.*

358. *Ne unus Epiſcopus cognitionem ſibi vindicet.*

359. *Ut hi quorum libertas neſcitur, nequaquam accuſent Sacerdotes.*

360. *Ut abſentes non judicentur.*

361. *De his qui falſa aliis inrogant.*

362. *Ne viles perſonæ ad accuſandum Sacerdotes admittantur.*

363. *Ne Judices cauſam perſonæ abſentis ſuâ ſententiâ præſumant.*

364. *Ne aliquis criminoſus Epiſcopum accuſet.*

365. *Quòd qui Epiſcopum accuſat, Dei ordinationem accuſat.*

366. *Ut litem habentes, ſive petitor, ſeu poſſeſſor, ſi Antiſtitum judicium elegerint, ad eos dirigantur.*

367. *Ut ea inlibata ſerventur quæ Patrum auctoritas catholicorum lege inſtituit.*

368. *Ut privilegia quæ propter Religionem inſtituta ſunt, nullâ interminatione novâ mutilentur.*

369. *Ut ſi Chorepiſcopi aliquam conſecrationem aut confirmationem fecerint, ab Epiſcopis canonicè reformentur.*
370. *De generali totius populi ſupplicatione apud Principem pro Sacerdotum cauſa ne in hoſtem aut pugnam pergerent, & quale eis omnibus ex hoc immineat periculum.* Ex Capitulis Domni Karoli Imperatoris Wormatiâ generaliter decretis, atque ab omnibus firmatis, & cunctis pro lege tenendis contraditis.
371. *Ne Epiſcopi ad bella pergant. Conceſſio Domni Karoli Imperatoris.*
372. *Ex quibus ſuprà. Sacerdotibus omnibus.*
373. *Ex quibus ſuprà. Generaliter omnibus.*
374. *Ex quibus ſuprà. Generaliter omnibus.*
375. *Ex quibus ſuprà. Generaliter omnibus.*
376. *Ex quibus ſuprà. Sacerdotibus omnibus.*
377. *Ex quibus ſuprà. Aliquid Sacerdotibus, aliquid populo.*
378. *Ex quibus ſuprà. Generaliter omnibus.*
379. *Ex quibus ſuprà. Aliquid Sacerdotibus, aliquid populo.*
380. *Ex quibus ſuprà. Generaliter omnibus.*
381. *Ex quibus ſuprà. Sacerdotibus omnibus.*
382. Ex Capitulis Domni Karoli Regis anno regni ejus XI. actis. *De his qui infrà regnum ſine juſſione dominica per vim aliquid rapuerint.*
383. *Ex Capitulis Domni Hludouvici Inghilenaim apoſtolicâ auctoritate & ſynodali ſanctione, omnium videlicet Clericorum ac Laicorum generaliter conſenſu atque hortatu, decretis.*
384. *De eo qui facultatem deprædationis dederit malitioſâ factione, ut vivus comburatur.*
385. *Ut contumelia temerè præſumpta ab univerſis depellatur.*
386. *Ut capitale ſupplicium excipiat qui violentiam commiſiſſe dinoſcitur.*
387. *De eo qui ſibi indebitum locum uſurpaverit.*
388. *Ut inviolata permaneant quæ diverſi Principes ſtatuerunt.*
389. *Ut ſi Eccleſiæ privilegia alicujus temeritate fuerint corrupta, piaculum quinque librarum auri pœnâ multetur.*
390. *Ut quæ diverſi Principes ſtatuerunt, vel Antiſtites ſinguli pro cauſis eccleſiaſticis obtinuerunt, inconvulſa perpetuò ſerventur.*
391. *De privilegiis Eccleſiarum, quatinùs incorrupta perſiſtant.*
392. *Quòd ſervari debeat, potiùs quàm auferri, quod ſanctæ Dei Eccleſiæ fuerit collatum.*
393. *Ut Laicis, quamvis religioſis, nulla ſit diſponendi de rebus Eccleſiæ data facultas.*
394. *Quòd prædones Eccleſiæ ſacrilegi ſint, ſicut Scripturæ teſtimonio comprobatur.*
395. *Quòd ea quæ Domino conſecrantur, ad jus eccleſiaſticum pertineant.*
396. *Ut ſi quis dignitatem præſumpſerit quam non meruit à Principe vel juſto Seniore, ſacrilegus habeatur.*
397. *Ut illi qui diverſis ſceleribus implicati ſunt, ad teſtimonium non admittantur.*
398. *Ne antè Judex jaculetur in reum ſententiam, quàm ipſe confiteatur aut ſocii ſui eum convincant.*
399. *Non eſſe judicandum adversùs abſentes.*
400. *Ne Epiſcopus quilibet alium conculcet Epiſcopum.*
401. *De Epiſcopo depoſito qui ſe ad Romanum Pontificem reclamaverit.*
402. *Ne in Prædicatores Eccleſiæ detractiones ſeu vituperationes fiant: quod canonica Scriptura damnat.*
403. *Quòd Epiſcopi inter ſe corrigere, ſi quid ortum fuerit, debent.*
404. *De ſacrilegis, quòd fures ſint, teſte Scripturâ.*
405. *Quòd quicquid offertur Domino, ſanctum Sanctorum ſit, & ad jus pertineat Sacerdotum.*
406. *De his ſacrilegis qui Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus injurias inferunt.*
407. *Quòd omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur.*
408. *Ut Chriſtiani ex propinquitate ſui ſanguinis connubia non ducant.*
409. *De eo qui ſe inceſtuoſo ordine his perſonis quibus à divinis regulis prohibitum eſt, conjunxerit.*
410. *Ex libro Legum Theodoſii* III, *capitulo* XI. *de inceſtis.*
411. *Ut nullus devotam Deo virginem vel viduam conjugem accipiat.*
412. *Quòd blaſphemiam Deo inferat qui ſe cum Deo ſacrata miſcuerit.*
413. *Ut Clericus proprio honore privetur, ſi cum femina deo ſacrata vel velata ſe commiſcuerit.*
414. *Quòd ſacrilegi & violatores, juxtà Apoſtolum, ſint qui violant ſacratarum ſeminarum corpora.*
415. *Quòd fornicatio omnibus peccatis periculoſior eſſe perhibetur.*
416. *Quales debeant ſcripturæ valere.*

417. *Ut*

417. *Ut ita valeat commutatio ſicut & emptio.*
418. *De excommunicandis Judicibus & potentibus qui non ſe emendaverint.*
419. *Ut Epiſcoporum judicio inceſta matrimonia emendentur.*
420 *In eo loco manendum unicuique ubicunque votum voverit.*
421. *Quòd maximum peccatum ſit ſpiritalis commatris conjunctio.*
422. *De eo qui paganas obſervationes fecerit.*
423. *Præceptio ut mancipia Chriſtiana Paganis vel Judæis non tradantur.*
424. *Ut omnes noverint quantum malum ſit Deo ſacratas inceſtare.*
425. *Ut quia neceſſitas bellorum cogit, pars pecuniæ quæ Eccleſiæ debetur, aliquanto tempore ſub precario retineatur.*
426. *Ut Eccleſiarum privilegia, vel facultatem, ſive quicquid ad eaſdem pertinet, nullus invadere præſumat.*
427. *Ut neque Rex neque ſecularium quiſquam per vim prædia Eccleſiarum rapiat, quæ Epiſcopi, Abbates, vel Abbatiſſæ regere videntur.*
428. *De his qui non ſolùm de rebus ſuis aliquid Eccleſiæ conferunt, ſed etiam ab aliis conlatas injuſtè poſſident.*
429. *De rebus Eccleſiæ quæ ſibi jure debentur, ne in aliud transferantur.*
430. *Quòd homicidæ ante Deum deputentur qui res Eccleſiæ vaſtant.*
431. *Ut capitali pœnâ multentur qui ſacrilegia, adulteria, prædationes, aut devaſtationes exercuerint.*
432. *De viris, quòd in caſtitate uxores ſuas diligere, eiſque, ut vaſi infirmiori, cuſtodiam & reliquam neceſſitatem debeant impendere.*
433. *De conſervanda fide inter virum & uxorem.*
434. *Ne Clerici cujuſlibet ordinis à quibuſlibet Laicis injurientur, vel apud alios quàm apud Epiſcopos accuſentur.*
435. *De his qui innocentes apud Principem vel apud alios accuſaverint.*
436. *Ut Clerici de his cauſis quas ſeculi leges non admittunt, minimè impetantur.*

SEXTUS INCIPIT LIBELLUS.

INCIPIUNT NONNULLA CAPITULA LEGIS DIVINÆ.

De effuſione ſanguinis.

Gen. c. 9. v. 6. I. QUICUNQUE effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius.

Quòd hi qui nomen Domini in vanum adſumpſerint, graviter feriantur.

Exod. c. 20. v. 7. II. Non adſumes nomen Domini Dei tui in vanum; nec habebit inſontem Dominus eum qui adſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtrà.

De honorando patre & matre.

Ibid. v. 12. III. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram.

Ut qui vendiderit filiam ſuam in famulam, non egrediatur ſicut ancilla.

Ibid. c. 21. v. 7. IV. Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueverunt. Si placuerit domino ſuo, cui vendita eſt, admittat eam liberam; & ad alium populum non licet ipſam vendere.

Ut qui hominem percuſſerit, morte moriatur.

Ibid. v. 12. V. Qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur.

De eo qui per induſtriam proximum voluerit occidere.

Ibid. v. 14. VI. Si quis de induſtria occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

De eo qui percuſſerit patrem aut matrem.

Ibid. v. 15. VII. Qui percuſſerit patrem aut matrem, morte moriatur.

Non maledicendum patri & matri.

Ibid. v. 17. VIII. Qui maledixerit patri ſuo & matri, morte moriatur.

De eo qui hominem furatus fuerit & vendiderit.

Ibid. v. 16. IX. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur.

De his qui rixati inter ſe fuerint, & percuſſerit alter alterum.

Ibid. v. 18. 19. X. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, & jacuerit in lectulo; ſi ſurrexerit & ambulaverit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit; ita tamen ut operas & impenſas ejus in medicos reſtituat.

De eo qui percuſſerit ſervum ſuum vel ancillam lapide vel virgâ, & mortui fuerint.

Exod. c. 21. 20. XI. Qui percuſſerit ſervum ſuum vel ancillam lapide vel virgâ, & mortuus fuerit in manibus ejus, reus erit. Si autem uno die ſupervixerit vel duobus, non ſubjacebit pœnæ quia pecunia ejus eſt.

Ut ſi aliqui inter ſe fuerint rixati, & percuſſerit ex eis aliquis mulierem prægnantem.

Ibid. v. 22. XII. Si rixati fuerint homines, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortivum fecerit, ſi ipſa vixerit, ſubjacebit damno quantùm expetierit maritus mulieris & arbitres judicârint.

Quòd ſi mulier mortua fuerit, reddet percuſſor animam pro anima.

Ibid. v. 23. 24. 25. XIII. Si autem mors ejus fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, livorem pro livore.

Ut quicunque ſervo vel ancillæ oculum eruerit, liberos eos dimittat.

Ibid. v. 26. 27. XIV. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſervi ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimitt t eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem verò ſi excuſſerit ſervo vel ancillæ ſuæ, ſimili ſententiæ ſubjacebit.

De bove cornupeta quæ virum vulneraverit vel mulierem, & de domino illius.

Ibid. v. 28. 29. 30. XV. Si bos cornupeta virum aut mulierem occiderit, lapidibus obruatur, & non comedetur. Dominus cujus bos eſt, innocens erit. Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & conteſtati ſunt domino illius, nec recluſit eum, occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruatur, & dominum illius occidant. Quòd ſi pretium ei fuerit impoſitum, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus.

De eo qui ciſternam aperuerit & foderit.

Ibid. v. 33. XVI. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit-que bos vel aſinus in eam, dominus ciſternæ reddet pretium jumentorum. Quod autem mortuum eſt, ipſius erit.

De bove alieno, ſi alterius bovem vulneraverit.

Ibid. v. 35. 36. XVII. Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, & ille mortuus fuerit, vendent bovem vivum, & divident pretium & cadaver. Si autem ſciebat dominus ejus quòd bos vitioſus erat, & noluit eum cuſtodire, reddat bovem pro bove, & cadaver integrum accipiat.

De eo qui bovem aut ovem furatus fuerit.

Ibid. c. 22. 1. XVIII. Qui furatus fuerit bovem aut ovem, quinque boves pro uno bove reſtituat, & quatuor oves pro una ove.

De fure qui domum ſuffodiens repertus fuerit.

Ibid. v. 2. 3. XIX. Si effregerit fur domum, ſive ſuffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis. Quòd ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipſe morietur. Si inventum fuerit apud eum quod furatus eſt vivens, ſive bos, ſive aſinus, reſtituatur.

De eo qui læſerit agrum vel vineam.

Ibid. v. 5. XX. Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit jumentum ſuum ut depaſcatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro vel vinea, pro damni æſtimatione reſtituat.

De eo qui ignem ſuccenderit in agris, ut damnum reſtituat.

Ibid. v. 6. XXI. Si egreſſus ignis invenerit ſpicas, & comprehenderit acervos frugum ſive ſtantes ſegetes in agris, reddat damnum qui ignem ſuccenderit.

De eo qui commendaverit amico pecuniam.

Ibid. v. 7. 8. 9. XXII. Si quis commendaverit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperit, furto ablatum fuerit, ſi invenitur fur, duplum reddat. Si latet, dominus domûs applicabitur ad deos, & jurabit quòd non extenderit manum in rem proximi ſui ad perpetrandam fraudem in bovem vel aſinum, & ovem ac veſtimentum. Et quicquid damnum inferre poteſt, ab eo utriuſque cauſa perveniat. Et ſi illi arbitres judicaverint, duplum reſtituat proximo ſuo.

De aſino, bove, omnique jumento ad cuſtodiendum tradito.

Ibid. v. 10. 11. 12-15. XXIII. Si quis commendaverit amico aſinum, bovem, ovem, & omne jumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque hoc viderit, jusjurandum erit in medium quòd non extenderit manum in rem proximi ſui; ſuſcipiatque dominus juramentum, & ille reddere non cogetur. Si furto ſublatum fuerit, reſtituat damnum domino ſuo. Si comeſtum à beſtia, deferat ad eum quòd occiſum eſt, & non reſtauretur. Qui à proximo ſuo quicquam horum mutuo poſtulârit, & debilitatum aut mortuum fuerit, domino non præſente, reddere compellatur. Quòd ſi in præſentiarium dominus fuerit, non reſti-

tuatur, maximè ſi conductus venerit pro mercede operis ſui.

De eo qui ſeduxerit virginem deſponſatam, vel dormierit cum ea.

Exod. c. 22. 16. XXIV. Si ſeduxerit quis virginem deſponſatam, & dormierit cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem.

De patre puellæ, ſi eam dare noluerit, ut reddat pecuniam juxtà morem dotis.

Ibid. v. 17. XXV. Si pater noluerit virginem dare, reddat pecuniam juxta morem dotis quam virgines accipere conſueverunt.

De maleficis.

Ibid. v. 18. XXVI. Maleficos non patiaris vivere.

De his qui cum jumento coïerint.

Ibid. v. 19. XXVII. Qui coïerit cum jumento, morte moriatur.

De his qui Diis immolant vel advenas affligunt.

Ibid. v. 20. XXVIII. Qui immolat Diis, occidatur. Advenam non contriſtabis, neque affliges eum.

De decimis & primitiis Domino offerendis.

Ibid. v. 29. 30. XXIX. Decimas tuas, & primitias non tardabis offerre Domino de filiis tuis primogenitis. De bobus quoquè & ovibus ſimiliter facias. Septem diebus ſit cum matre ſua: die octavo redde filium Domino.

De depoſito vel pignore dato.

Levit. 6. 2-5. XXX. Depoſitum eſt pignore datum, aut ſi aliquis ſibi commendata celaverit, aut ſi rem perditam invenerit, & juraverit non inveniſſe, convictus delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, tertiam & quintam inſuper partem domino cui fraudem intulerat.

De turpitudine proximi non revelanda.

Ibid. c. 18. v. 6. 7. XXXI. Omnis homo ad ſanguinem proximi ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus. Nec ullam diſcooperies turpitudinem mulieris, quia veſtra turpitudo eſt.

De homine qui dormierit cum muliere ancilla.

Ibid. c. 19. v. 20. XXXII. Homo ſi dormierit cum muliere coitu ſeminis quæ fuerit ancilla, etiam nubilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata, vapulabunt ambo, & non moriantur.

Non debere auguriari, nec obſervare magos & ariolos.

Ibid. v. 31. XXXIII. Non auguriemini; nec obſervetis ad magos nec ariolos, nec aliquid ſciatis per eos. Ego Deus veſter.

De honorando ſene.

Ibid. v. 32. XXXIV. Coram cano capite conſurgite, & honorate perſonam ſenis, & timete Deum.

Nihil agendum contrà æquitatem.

Ibid. v. 35. 36. XXXV. Nolite iniquum aliquid facere in judicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera juſta & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquuſque ſextarius.

De eo qui mœchatur cum uxore proximi ſui.

Ibid. v. 20. 10. XXXVI. Qui mœchatus fuerit cum uxore alterius, & adulterium fecerit cum conjuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus & adultera.

De eo qui dormierit cum noverca ſua.

Ibid. v. 11. XXXVII. Qui dormierit cum noverca ſua, & revelaverit ignominiam patris ſui, moriantur ambo. Sanguis eorum ſit ſuper eos.

De eo qui propter Deum furtum confeſſus fuerit.

Num. 5. 7. XXXVIII. Si propter Deum confeſſus fuerit homo furtum quod fecit, reddat capitalem & quintam partem deſuper ei in quem peccavit.

De eo qui ferro percuſſerit hominem.

Ibid. c. 35. 16. XXXIX. Si quis ferro percuſſerit hominem, & mortuus fuerit, qui percuſſerit, reus erit judicii, & ipſe morietur.

Ut propter unius teſtimonium nullus condemnetur.

Ibid. v. 30. XL. Ad unius teſtimonium nullus condemnetur.

De decimis ſeparandis.

Deut. c. 14. 28. 29. XLI. Separabis decimas ex omnibus quæ naſcuntur tibi eo tempore, & repones inter januas tuas. Fœnerabis ea Sacerdotibus & Levitis, advenis & peregrinis, pupillis & viduis. Et benedicet te Dominus Deus tuus cunctis diebus vitæ tuæ.

De eo qui, ambulans per viam, nidum avis invenerit.

Ibid. c. 22. 6. 7. XLII. Si ambulas per viam, & nidum avis inveneris in arbore vel in terra, & matrem pullis deſuper incubantem, non tenebis eam cum filiis; ſed abire patieris, captos tenens pullos ſuos, ut benedicat te Dominus.

Ut cùm ædificatur domus nova, fiat murus per circuitum domûs.

Ibid. v. 8. XLIII. Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur ſanguis in domum tuam, & ſis reus labente alio & in præceps ruente.

De vinea altero ſemine non ſerenda.

Ibid. v. 9. XLIV. Non ſeres vineam tuam altero ſemine; ne ea quæ ſeviſti & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur.

Ut non aretur in bove ſimul & aſina.

Deuteron. c. 22. 10. XLV. Non arabis in bove ſimul & aſina.

Non induendum veſtimentum quod ex lana & lino contexitur.

Ibid. 11. XLVI. Non indues veſtimentum quod ex lana & lino contextum eſt.

De puella virgine deſponſata.

Ibid. 23. 24. XLVII. Si quis puellam virginem deſponſaverit, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea, adducas utroſque ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur; puella, quia non clamavit, cùm eſſet in civitate; & vir, quia humiliavit eam.

De deſponſata virgine in agro reperta.

Ibid. 25. XLVIII. Si autem in agro repererit vir puellam quæ deſponſata eſt, & dormierit cum illa, ipſe morietur ſolus. Puella nihil patiatur.

Ut eunuchus attritis teſticulis Eccleſiam Dei non intret.

Ibid. c. 23. v. 1. 2. XLIX. Non intrabit eunuchus, attritis vel amputatis teſticulis & abſciſo veretro, Eccleſiam Domini; nec ingrediatur eam manzer, hoc eſt, de ſcorta natus.

De pecunia ad uſuram non fœneranda.

Ibid. 19. L. Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges nec quamlibet aliam rem

De voto non differendo.

Ibid. 21. LI. Cùm voveris votum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, donec facias quod ore proprio Domino promiſiſti.

Ut homo qui uxorem acceperit, non accedat ad bellum.

Ib. c. 24. 5. LII. Cùm acceperit homo uxorem, non accedat ad bellum, nec ei ullæ injungantur neceſſitates publicæ; ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ; & ut uno anno lætetur cum uxore ſua.

Ut non occidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus.

Ibid 16. LIII. Quòd non occidantur patres pro filiis, nec filii pro patribus; ſed unuſquiſque pro peccato ſuo morietur.

De eo qui vim à perſecutoribus patitur, ut ſuſcipiatur.

LIV. Si quis vim à perſecutoribus paſſus fuerit, ſuſcipiatur, & requiem inveniat, ad quamcunque Eccleſiam venerit.

De muliere quæ cum viro ſuo non poteſt nubere.

de infrà, c. 91. LV. Si vir & mulier conjunxerint ſe in matrimonium, & poſteà dixerit mulier de viro non poſſe illum nubere cum ea; ſi ea poterit probare quòd verum ſit, accipiat alium.

Hincmar. ep. 37. c. 5.
Rhaban. ep. ad Heribald. c. 29.
Iſaac, tit. 11. cap. 13.
Regino, lib. 2. c. 242.
Burchard. lib. 9, c. 40.
Fulbert. epiſt. 64.
Ivo, par. 8. c. 80. & 178.
Gratian. 27. q. 2. c. 29. *Quòd autem.* & 33. q. 1. c. 1. *Quòd autem.*
Vide Notas ad Lupum, pag. 417.

Ut abſque conſenſu Epiſcopi oblationes non accipiantur.

LVI. Ut præter conſcientiam Epiſcopi oblationes fructuum Eccleſiæ debitas nullus vel dare vel accipere audeat.

Ut Presbyteri civitatis ſine juſſu ſui Epiſcopi nihil jubeant.

Concil. Laodic. c. 57. Ferrand. c. 92. LVII. Ut Preſbyteri civitatis ſine juſſu ſui Epiſcopi nihil jubeant, nec in unaquaque parochia aliquid agant.

Ne Presbyteri rem Eccleſiæ abſque licentia ſui Epiſcopi vendant.

Idem, c. 95. Criſcon. c. 252. *Vide* infrà, lib. 7. cap. 224. LVIII. Ut Preſbyteri rem Eccleſiæ ſine licentia vel ſcientia ſui Epiſcopi non vendant, nec cuiquam tribuant.

Si Presbyter vel Diaconus deſeruerit Eccleſiam ſuam, deponatur.

LIX. Ut Preſbyter vel Diaconus qui deſerit Eccleſiam ſuam, & ad aliam tranſierit, deponatur.

De Presbyteris vel Diaconibus aut Subdiaconibus à propriis Epiſcopis exauctoratis.

LX. Ut Preſbyter vel Diaconus, aut Subdiaconus, ſi à proprio Epiſcopo exauctoratus ſancti miniſterii officium incipiat præripere, ſpem reſtitutionis non habeat.

Si quis Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus ad bellum proceſſerit, deponatur.

Iſaac, tit 11. c. 10. LXI. Si quis Epiſcopus, Preſbyter, aut Diaconus, vel Subdiaconus, ad bellum proceſſerit, & arma bellica indutus fuerit ad belligerandum, ab omni officio deponatur, in tantum ut nec laicam communionem habeat.

Ut Presbyteri alterius regionis non ſacrificent præſentibus Presbyteris ipſius regionis.

Codex Canon. Eccl. Afric. cap. 102. Fileſac. tom. I, pag. 324. LXII. Ut Preſbyteri alterius regionis, præſentibus ipſius regionis Preſbyteris, non ſacrificent.

De uxoribus & viris ſe dimittentibus.

LXIII. Ut hi vel hæ qui uxores aut viros dimittunt, non nubant; ſed aut continentes maneant, aut ſibimet reconcilientur.

De Epiſcopis litigantibus vel judicatis.

Concil. Sardic. c. 3. LXIV. Si litem habuerit Epiſcopus cum alio Epiſcopo, non alterius, ſed ſuæ provinciæ Judices quærat. Et ut judicato in aliqua cauſa Epiſcopo liceat iterare judicium; &, ſi neceſſe fuerit, liberè Epiſcopum adire Romanum.

A Coſta, p. 257, & Gloſſ. Pith.

Ab hæretico nullus benedictionem accipiat.

LXV. Ut ab hæretico benedictionem nullus accipiat.

De orationibus ad Patrem dirigendis.

LXVI. Ut nullus in precibus niſi ad Patrem dirigat orationem; ut priùs eas cum inſtructioribus vel eruditioribus tractet.

Concil. Carthag. 3. c. 23.
Ferrand. c. 219.
Capitulare an. 744. c. 9.

De Presbytero ab alio Epiſcopo ordinato.

Ivo, par. 6. c. 141, 143. LXVII. Ordinatus Clericus ab alio Epiſcopo, non deprecante vel conſentiente ſuo, in Clero non maneat.

De illis Presbyteris qui neſciunt juxtà præceptum Salvatoris baptizare.

Vide Notas ad p. 535. LXVIII. Illos omnes quos illi Preſbyteri baptizaverunt qui neſcierunt juxta præceptum Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti baptizare, neque ſanctæ Trinitatis myſtica verba invocare, propterea jubemus eos baptizari, quia ſine fide ſanctæ Trinitatis ſunt baptizati.

De Miſſis noſtris, qualiter cum Epiſcopis ſingularum regionum circà Eccleſias Dei ejuſque Sacerdotes agere debeant.

LXIX. Ut Miſſi noſtri unà cum Epiſcopis propriis magnam curam habeant quatinùs dirutæ Eccleſiæ pleniter reſtaurentur atque ornentur, & quæ dotatæ non ſunt, vel quæ dotem ſuam perditam vel ſubtractam habent, pleniter & canonicè dotentur; ut quod injuſtè perdiderunt, juſtè recipiant.

De his qui Eccleſias ſuas nec dotare nec dotem reſtitui volunt. Et ſi eas dotare noluerint quorum ſunt, aut ſubtracta reddere noluerint, Epiſcopus proprius ad dominium ſuæ ſedis Eccleſias revocet futuris temporibus poſſidendas. Quòd ſi aliquis liberorum his reſultaverit, ab Epiſcopo ejuſdem loci Reliquiæ ex his auferantur & in meliori loco ponantur, & ipſæ deſtruantur vel crementur.

Capitular. lib. 5. c. 99.

De eo qui ſemetipſum occidit, aut laqueo ſe ſuſpendit.

Ivo, par. 10. c. 5. LXX. De eo qui ſemetipſum occidit, aut laqueo ſe ſuſpendit, conſideratum eſt ut ſi quis compatiens velit eleemoſynam dare, tribuat; & orationem in pſalmodiis faciat. Oblationibus tamen & Miſſis ipſi careant; quia incomprehenſibilia ſunt judicia Dei, & profunditatem conſilii ejus nemo poteſt inveſtigare.

Ut inceſti & parricidæ canonicè coerceantur.

Iſaac, tit. 4. c. 5. LXXI. De inceſtuoſis & parricidis, ut canonicè coerceantur; ſicut de illo judicatum eſt qui matertera ſuæ filiam ſtupravit, ut conjugium ultrà non repetat, & militiæ cingulum derelinquat, & aut monaſterium petat, aut ſi foris remanere voluerit, tempora pœnitentiæ ſecundùm Canones pleniter exſolvat.

Ut nec à Clerico phylacteria nec ab ullo fiant Chriſtiano.

Vide lib. 7. c. 139. Burchard. lib. 19 fol. 195. col. 2 Spicileg. tom. 9. p. 66. c. 33. LXXII. Ut Clerici vel Laici phylacteria vel falſas ſcriptiones, aut ligaturas, quæ imprudentes pro febribus aut aliis peſtibus adjuvare putant, nullo modo ab illis vel à quoquam Chriſtiano fiant, quia magicæ artis inſignia ſunt; ſed pro infirmitate illud quod Apoſtoli & Canones ſanxerunt, id eſt, orationes & ſacri olei unctio, fiat.

Ut nullus Presbyter ampliùs quàm unam Eccleſiam ſibi vindicet.

Vide infrà, cap. 75. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 49. LXXIII. Placuit omni ſynodali conventui ut nullus Preſbyterorum ampliùs quàm unam Eccleſiam ſibi vindicare præſumat.

De letania majore, ut more Romano celebretur.

LXXIV. Ut letania major more Romano ab omnibus in ſeptimo Kal. Maii celebretur.

Vid. ſuprà, lib. 5. c. 150.
Concil. Aquiſgran. 2. c. 10.
Capitula Herardi, c. 94.
Ivo, par. 4. cap. 39.
Baron. ad diem 25. April. pag. 174, 175.
Tom. I. Concil. Angl. pag. 249, c. 16.

Ut nullus vitam ſine communione finiat, nec unctione benedicti olei careat.

Iſaac, tit. 1. cap. 23. LXXV. Si infirmitate depreſſus quis fuerit, vitam ſine communione non finiat, nec unctione ſacrati olei careat. Et ſi finem perſpiciat, ſacroſancto corpore Deo anima ejus à Sacerdote precibus commendetur.

Ibid. c. 24 Concil. Nannet. c. 8. Capitula Herardi, c. 49. Regino, lib. 1. c. 254. Burchard. lib. 3. c. 47. Ivo, par. 3, c. 51. Quapropter omnibus placuit ut nullus Preſbyter ampliùs quàm unam Eccleſiam ſibi vindicet; quia ſicut quiſque ſecularis non ampliùs quàm unam habere debet uxorem, ita & unuſquiſque Preſbyter non ampliùs quàm unam habere debet Eccleſiam.

De Presbyteris degradatis & poſt degradationem multis ſceleribus implicatis.

LXXVI. Preſbyteri degradati, & poſt degradationem multis ſceleribus implicati, ad pœnitentiam publicam ſecundùm Canones redigantur.

Iſaac, tit. 11. c. 11. Capitula Herardi, c. 52.

Si qui velint aquam conſecratam accipere.

LXXVII. Quòd in ſabbato ſancto Paſchæ, vel in ſabbato Pentecoſtes, ſi qui velint aquam conſecratam ad aſperſionem in domos ſuas recipere, ante chriſmatis infuſionem accipiant.

Notæ ad Innoc. III. p. 27, extremd.

De Clericis & Presbyteris, ſi Epiſcopis ſuis obedire nolint, ut excommunicentur.

LXXVIII. Clerici & populi, ſi Epiſcopis ſuis canonicè obedire noluerint, excommunicentur.

De Epiſcopo metropolitano.

S. Bonifac. ep. 105.

LXXIX. Dignum eſt ut Metropolitanus, qui eſt pallio ſublimatus, honoretur, & cæteros admoneat.

Ut unuſquiſque progeniem ſuam uſque ad ſeptimam generationem obſervet.

Add. IV. c. 75.

LXXX. Progeniem ſuam unumquemque uſque ad ſeptimam obſervare decernimus generationem, & quandiù ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedant ſocietatem.

Hincmar. ep. 55.
Burchard. lib. 7. c. 11.
Ivo, par. 9. c. 26.
Gratian. 35. q. 2. c. 16. *Progeniem.*

De Presbyteris ab ignotis Epiſcopis ordinatis.

Gregor. III. ep. 7. ad Bonifac. Capitulare anni 752, cap. 14. Ivo, par. 6, c. 117. Gratian. diſt. 68. c. 2. *Presbyteri.* *Vide* Concil. Vermer. c. 14.

LXXXI. Preſbyteros quos unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia reperit, ſi incogniti fuerint viri illi à quibus ſunt ordinati, & dubium eſt eos Epiſcopos fuiſſe, an non, qui eos ordinaverunt, ſi bonæ actionis & catholici viri ſunt ipſi Preſbyteri, & in miniſterio Chriſti omnique lege ſancta educati & apti, ab Epiſcopo ſuo benedictionem preſbyteratûs ſuſcipiant & conſecrentur, & ſic miniſterio ſacro fungantur.

Ut ſi quis homini aliquo iteranti manſionem vetaverit, ſexaginta ſolidos componat.

LXXXII. Si quis homini aliquò pergenti in itinere manſionem vetaverit, ſexaginta ſolidos componat in publico.

Ut omnibus maxima cura ſit ne ſine confirmatione Epiſcopi vitam finiat aliquis.

LXXXIII. Ut omnes maximam curam habeant ne ſine confirmatione Epiſcopi quis vitam finiat, animaque periclitetur.

De his qui fidelium oblationes auferunt vel vaſtant, aut ſine proprii Epiſcopi juſſione dant vel accipiunt.

Capitulare II. an. 814. c. 5. Iſaac, tit. 11. c. 12. Ivo, par. 16. cap. 295.

LXXXIV. Qui fidelium oblationes ab Eccleſiis vel à jure Sacerdotum auferunt, vel ablatas accipiunt, non ſolùm aliena vota diſrumpunt, ſed & ſacrilegium operantur; necnon & Eccleſiæ Dei fraudatores exiſtunt: quia Eccleſiæ aliquid fraudari vel auferre, ſacrilegium eſſe à Majoribus adprobatur.

Ut Presbyteri vel Diaconi non migrent de loco ad locum ſine Epiſcopi proprii juſſione.

LXXXV. Preſbyteri qui ſine juſſione proprii Epiſcopi de Eccleſiis ad alias Eccleſias migraverint, tamdiù à communione habeantur alieni, quandiù ad eaſdem redierint Eccleſias in quibus primitùs ſunt inſtituti.

Damaſ. I. in ep. ad Paulin. apud Theodoret. lib. 5. Hiſt. eccleſ. c. 11.
Gratian. 7. q. 1. cap. 43. *Eos Sacerdotes.*

De Epiſcopis & Clericis peregrinis, ut contenti ſint hoſpitalitatis munere.

Vide to. 2. p. 557.

LXXXVI. Ut Epiſcopi atque Clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale, abſque permiſſu Epiſcopi in cujus parochia eſſe cognoſcitur, agere. *Vide infrà, cap.* 168.

Ut nullus habeat niſi legitimum connubium.

LXXXVII. Ut nulli liceat niſi legitimum habere connubium. Nullus inceſtum faciat. Nullus conjugem propriam, niſi, ut ſanctum evangelium docet, fornicationis causâ, relinquat. Quòd ſi quiſque propriam expulerit conjugem legitimo ſibi matrimonio conjunctam, ſi Chriſtianus eſſe rectè voluerit, nulli alteri copuletur; ſed aut ita permaneat, aut propriæ reconcilietur conjugi.

De his qui Epiſcoporum vocationem vel correctionem contempſerint.

Iſaac, tit. 9. c. 4. Add. IV, cap. 38.

LXXXVIII. Si quis ſecularium, tam majoris ordinis quàm & inferioris, peccatum egerit, & vocatus ſui Epiſcopi auctoritate, ad emendationem ac pœnitentiam venire diſtulerit, tamdiù ſit ab Eccleſia extorris, & à catholicorum conſortio ſequeſtratus, quouſquè quod commiſit emendet, ac reatum ſuum uſque ad ſatisfactionem canonicè diluat, atque reconciliatione proprii Epiſcopi divinis precibus indulgentiam conſequatur & veniam, Eccleſiæque gremio, à cujus utero deviaverat, peractâ ſatisfactione, ab eodem immelioratus Epiſcopo, canonice reddatur.

Ut nullus Laicorum ex prædiis Epiſcoporum quicquam accipiat.

LXXXIX. Præcipimus ut nullus Laicorum vel Clericorum ex prædiis vel rebus quæ ad ſedes pertinent Epiſcoporum, ſive de illis Eccleſiarum rebus quæ in eorum parochiis ſitæ eſſe noſcuntur, ſine illorum juſſione, aut conſenſu Epiſcoporum, ad quorum pertinent curam, quicquam ambiant, concupiſcant, atque accipiant; ne cupidus ſanctarum rerum ignis qui in eis eſt, illos favilloſiùs exurat. Similiter omnes monemus ut à cuncta Eccleſiarum omnium vaſtatione coercere ſe ſuoſque ac compeſcere totis viribus ſtudeant. Nam devaſtantes Eccleſias quid aliud intellegimus quàm contrà illum æterni imperii Deum & majeſtatis homines movere certamen, cùm illæ ædes illi die noctuque famulentur, & illi ſint conſecratæ? Videant vaſtantes, pronuntiamus, ne ab illo, ſi ſe commoveat, vaſtentur, cujus percuſſionem montium dorſa ferre non poſſunt.

De eo qui occiderit Monachum aut Clericum, ut arma relinquat.

Spicileg. to. 9. pag. 57.

XC. Qui occiderit Monachum aut Clericum, arma relinquat, & Deo in monaſterio ſerviat cunctis diebus vitæ ſuæ, nunquam ad ſeculum reverſurus, & ſeptem annos publicam pœnitentiam gerat.

Iſaac, tit. 2. c. 8.
Concil. Troſl. c. 13.
Ivo, par. 10. c. 10.
Gratian. 17. q. 4. c. 28. *Qui occiderit.*

De viro & muliere matrimonio copulatis, & poſteà dicente eâ non poſſe eum nubere ſibi.

Ivo, par. 8. c. 80. Fulb. epiſt. 64.

XCI. Si vir & mulier conjunxerint ſe in matrimonio, & poſteà dixerit mulier de viro non poſſe nubere cum ea, ſi poterit probare quòd verum ſit, accipiat alium, eò quòd juxta Apoſtolum non potuit illi reddere vir ſuus debitum.

Vide ſuprà, cap. 55. Concil. Vermer. c. 17.

Ut puella deſponſata non detur alteri viro.

Ivo, par. 7. cap. 40. Spicileg. tom. 9. p. 61, cap. 102.

XCII. Puellam deſponſatam non licet parentibus dare alteri viro. Tamen ad monaſterium licet ire, ſi voluerit.

Ut baptizati cum Catechumenis non manducent.

XCIII. Non licet baptizatis cum catechumenis manducare, nec oſculum eis dare, vel *Ave* eis dicere. Quantò magis cum excommunicatis ab Epiſcopo, aut cum Gentilibus?

De Presbytero ordinato qui ſe deprehenderit non eſſe baptizatum.

Vide ſuprà, lib. 5. c. 6.

XCIV. Si quis Preſbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterùm, & omnes quos priùs baptizaverit.

Burchard. lib. 4. c. 74.
Ivo, par. 1. c. 268.
Gratian. 1. q. 1. c. 60. *Si Presbyter.*
Lib 3. Decretal. tit. 43. c. 1.

Si liber ancillam in matrimonium accepit.

Ivo, par. 8. cap. 53.

XCV. Si quis liber ancillam in matrimonium acceperit, non habet licentiam dimittere eam, ſi priùs conſenſu amborum conjuncti ſunt.

De raptoribus, & raptis virginibus vel viduis.

Iſaac, tit. 11. c. 14. Ivo, par. 16, c. 296.

XCVI. Si quis alterius ſponſam virginem aut viduam, necdum deſponſatam, rapuerit vel furatus fuerit, placuit ut ſive eam poſteà ſponſaverit, ſive dotaverit, ſeu non, ſive cum parentum ejus voluntate quocunque commento ipſam accipere vel tenere potuerit, nunquam illam uxorem habeat; ſed raptori aut furi auferatur, & proximis ſuis alio viro, tempore congruo, ſi ipſa hoc malum non conſenſerit, nuptura legibuſque acceptura reddatur. Raptor verò, ſive fur, omneſque eis conſentientes, publicâ pœnitentiâ juxtà canonicam auctoritatem multentur, & proximis illius quicquid injuſtè in tam nefando ſcelere egerunt, in triplo componant, & unamquamque rem ſemotim legibus in triplo reſtituant. Ipſa namque quæ rapitur, ſi aut primò aut poſtmodùm tam nefario ſceleri libens conſenſerit, nunquam poſteà nubat; ſed publicâ pœnitentiâ multetur, & ſub tali cuſtodia ponatur, ut ei nullatenùs luxuriari cum quoquam liceat. Taliter enim memorata flagitia puniantur, ut omnes cognoſcant quoniam nec ſeculi Leges tam nefandis conjunctionibus conſentiant, nec ſacri Canones conſilium ullum præbeant; ſed tales ſeculi Leges cooperatoreſque eorum capite feriri præcipiunt. Et ſacri Canones ſpiritu Dei conditi non ſolùm raptores, ſed etiam omnes eorum cooperatores, eiſque conſentientes, anathemate feriunt; ſicut in Chalcedonenſe Concilio, in quo DCXXX. Patres adfuerunt, capitulo XXVIII, cunctis legentibus patet.

Capitulat. lib. 1. c. 98.

De his qui rapinas infrà regnum faciunt.

Capitula Karoli Calvi, tit. 23. 32. 34. c. 4. Iſaac, tit. 6. cap. 6. Concil. Troſl. c. 7. Regino, lib. 2. c. 274.

XCVII. Si quis infra regnum rapinam fecerit, aut cuiquam noſtro Fideli ejuſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulerit, legibus componat; & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos nobis perſolvat. Poſtmodùm verò ante nos à Comite ad-

ducatur, ut in baſtonico retruſus, uſque dum nobis placuerit, pœnas luat; nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam, juxtà ſanctorum Canonum ſanctionem. Si verò occultè, Sacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerit, graviùs inde judicetur, quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur qui ex eis aliquid aut abſtulerit aut rapuerit. Infames quoquè tales perſonæ, uſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ quam læſerunt, ſunt habendæ.

De Sacerdotibus & Levitis, atque Monachis interfectis vel debilitatis.

Iſaac, tit. 2. c. 9. Concil. Troſl. c. 13.

XCVIII. Si quis Sacerdotem, vel Levitam, aut Monachum interfecerit vel debilitaverit, juxta ſtatuta priorum capitulorum quæ Legi Salicæ ſunt addita, componat; & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos, nobis perſolvat, & arma relinquat, atque in monaſterio diebus vitæ ſuæ ſub ardua pœnitentia Deo ſerviat, nuſquam poſtmodùm ſeculo vel ſecularibus militaturus, neque uxori copulaturus.

De his qui Epiſcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.

Iſaac, tit. 9. cap. 5. Concil. Troſl. c. 5. l. Append. Reginonis, c. 27.

XCIX. Si quis Epiſcopo aliquam injuriam aut injuſtam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia quæ habere viſus fuerit, Eccleſiæ cui præeſſe dinoſcitur integerrimè ſocientur, & nobis in triplo bannus noſter, id eſt, ſexaginta ſolidi perſolvantur; aut ipſe in ſervitio fiſco noſtro ſerviturus ſemper ſocietur, uſque ſe redimere in triplo juxta wirigildum ſuum potuerit. Sancta verò Eccleſia in Sacerdotibus conſtat. Idcircò magnâ pœnâ plectendi ſunt qui Epiſcopis vel reliquis Sacerdotibus injuriam vel contumeliam fecerint; nam detractio Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione in Eccleſia funguntur.

De religioſa muliere decepta, id eſt, veſte mutatâ, vel religionem profeſsâ.

Julian. Antecceſſ. Nov. 123. c. 64. Ivo, par. 7. c. 141. Gratian. 27. q. 1. c. 30. *Si quis rapuerit.*

C. Si quis rapuerit aut ſollicitaverit vel corruperit religioſam feminam, bona amborum Eccleſia vindicet in qua talis mulier habitavit. Ipſi tamen capitali periculo ſubiciantur. Quòd ſi hoc mulier non conſenſit, cum ſuis rebus monaſterii ditionibus tradatur. Si verò Comes ipſius pagi, unà cum conſilio ſui Epiſcopi in cujus parochia tale ſcelus commiſſum eſt, hoc vindicare neglexerit, honore careat, & cingulum amittat, atque publicâ pœnitentiâ multetur, & inſuper wirgildum ſuum fiſci viribus dare compellatur.

De blaſphemia in Deum.

Add. III. cap. 84.

CI. Si quis quolibet modo blaſphemiam in Deum jactaverit, ab Epiſcopo vel Comite pagi ipſius carceri uſque ad ſatisfactionem tradatur, & publicâ pœnitentiâ multetur, donec precibus proprii Epiſcopi publicè reconcilietur, Eccleſiæque gremio canonicè reddatur.

De his qui in domo ſua oratorium fecerint.

Vide ſuprà, lib. 5. cap. 383.

CII. Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibidem poteſt. Miſſas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat, ſine permiſſu vel dedicatione Epiſcopi loci illius. Quòd ſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Comes verò qui hoc cognovit, & non prohibuit, publicâ pœnitentiâ multetur, vel honore privetur.

L. 38. Cod. Theod. de Epiſc. & Clericis. Capitulare II. an. 814. cap. 6. Capitula Herardi, c. 63.

De privilegiis Eccleſiarum & Clericorum non corrumpendis.

CIII. Ut privilegia quæ Eccleſiis & Clericis ab anteceſſoribus noſtris vel nobis conceſſa ſunt, ſemper maneant incorrupta.

Ne Epiſcoporum vel reliquorum Clericorum vitâ turbetur.

Vide infrà cap. 357; & lib. 7, c. 156. Baron. tom. 9. p. 833. Concil. Toled. XI. c. 5. S. Gregor. l. lib. 12. ep. 32. *Vide* Not. ad Innoc. III, p. 82.

CIV. Nullis vita Præſulum turbetur exceſſibus, quia valdè indignum eſt ut qui throni Dei vocantur, aliquâ motione turbentur aut iniquè tractentur. Unde eſt illud: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et illud: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et rursùs: *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, meliùs eſt illi ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Et reliqua.

De Clericis vel Sacerdotibus qui accipiunt Eccleſias ſine licentia Epiſcopi ſui, vel de una ad aliam tranſeunt.

CV. Ut nemo accipiat Eccleſiam infrà parochiam ſine conſenſu Epiſcopi ſui, nec de una ad aliam tranſeat.

De inceſtis & criminoſis, ac de infirmis & pœnitentibus, atque de jejunio quatuor Temporum.

Capitulare anni 769. cap. 10. Iſaac, tit. 4. c. 6. Tom. 9. Spicileg. p. 64. c. 18.

CVI. Ut de inceſtis & criminoſis magnam curam habeant Sacerdotes, ne in ſuis pereant ſceleribus, & animæ eorum à diſtricto Judice Chriſto eis requirantur. Simliter de infirmis ac pœnitentibus, ut morientes ſine reconciliatione & viatico non deficiant. Et ut quatuor Temporum jejunia

jejuna à fidelibus diligenter cuſtodiantur.

Ut Epiſcopi Judices publicos moneant ut rei carceribus recluſi Nativitate Domini, Paſchæ & Pentecoſte, abſolvantur, & Miſſas illis audiant diebus, ac refecti fiant.

CVII Ut Epiſcopi Judices publicos commoneant ut in dies celeberrimos, hoc eſt, Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctam Reſurrectionem, ac Pentecoſten, quicunque miſerrimi vinculis detinentur, relaxari debeant, & propter ipſam reverentiam Domini noſtri Jeſu Chriſti ipſi debeant abſolutionem promereri. Et Judex, ſi paſtorem commonentem deſpexerit, quandiù loci illius Epiſcopo viſum fuerit ab Eccleſiæ liminibus arceatur.

De Monacho qui monaſterium ſuum dimiſerit

Vide ſuprà, lib. 5. cap. 379.

CVIII. Si Monachus monaſterium ſuum dimiſerit, omnia bona ipſius, & quæ in monaſterio introduxit, & quæ non introduxit, dominii monaſterii ſint, & ipſe officio fiſci ſervire cogatur. Si verò Monachus ad aliud monaſterium migraverit, ſubſtantiam ejus prius monaſterium poſſideat, & in alio monaſterio ipſe non recipiatur ſine Abbatis ſui & Epiſcopi proprii licentia.

De poſſeſſionibus ad religioſa loca pertinentibus.

Julian Antecеſſ. Nov. 131. c. 5.

CIX. Poſſeſſiones ad religioſa loca pertinentes nullam deſcriptionem agnoſcant, niſi ad conſtitutionem viarum vel pontium, ſi tamen intra eadem loca habuerint poſſeſſiones. In aliis verò omnibus habeant integram emunitatem.

De Monacho vel Monacha.

Julian. Antec. Nov. 123. c. 35. & ſeq.

CX. Quicunque Monachus vel Monacha in monaſterium ſunt ingreſſi, nihil de rebus ſuis habeant poteſtatem faciendi, quamvis liberos habeant; ſed omnia eorum ſint monaſterii quæ eâdem die juſtè poſſidebant quandò ingreſſi ſunt monaſterium.

De his quæ à ſingulis Principibus Eccleſiis ſunt conceſſa, & quæ ſinguli Antiſtites impetraverunt, quòd ſacrilegium ſit hæc auferentibus. Et de Clericis, ut non accuſentur ad Judices ſeculares, ſed ad Epiſcopos proprios.

L. 47. Cod. Theod. de Epiſc. & Cleric. Capitulare III anni 814. c. 8. Infr. c. 390. Hincmar. Laudun. in ep. ad Rem. pag. 611, 614. Ivo, par. 16. c. 297.

CXI. Quæcunque à ſingulis Regibus circa ſacroſanctas Eccleſias ſunt conſtituta, vel ſinguli quique Antiſtites pro cauſis eccleſiaſticis impetraverunt, ſub pœna ſacrilegii jugi ſolidata æternitate ſerventur. Clerici etiam non ſecularibus Judicibus, ſed epiſcopali audientiæ reſervantur. Fas enim non eſt ut divini muneris Miniſtri temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio.

Vide ſupra lib. 1, c. 18

De privilegiis Eccleſiarum.

Capitulare II. an. 814. c. 7. Julian. Antecеſſ. Nov. 17.

CXII. Ut privilegia quæ Eccleſiis & Clericis à ſingulis Regibus vel Epiſcopis, cæteriſque Rectoribus ſunt conceſſa, ſemper maneant incorrupta.

Ut ea quæ ad religionem pertinent, locis ſuis & à ſuæ diœceſeos Synodis audiantur.

Vide infrà, c. 381.

CXIII. Quæcunque ſunt ad religionis obſervantiam pertinentia, locis ſuis & à ſuæ diœceſeos Synodis audiantur.

Ut privilegia Eccleſiarum ſemper maneant incorrupta.

CXIV. Quæcunque circa ſacroſanctas Eccleſias à Principibus diverſis ſunt ſtatuta, manere inviolata præcipimus.

L. 29. Cod. Theod. de Epiſc. & Cleric. Capitulare III. anni 805. cap. 12.

Quòd ſacrilegium ſit Eccleſiæ aliquid auferre, aut Sacerdotibus vel Miniſtris, aut ipſi ſancto cultui locoque injuriam inferre.

Vid. infrà, c. 400. L. 31. Cod. Theod. de Epiſc. & Cleric. Capitulare II. an. 814. cap. 8. Hinc, tit. 7. c. 6. Concil. Troſl. c. 5. Concil. Duziac. p. 385. Hincmar. Laudun. in ep. ad Rem. pag. 614. Hincmar. to. 2. p. 325.

CXV. Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias earumque res inruens, Sacerdotibus & Miniſtris, vel ipſo cultui locoque, aliquid quod non oporteat injuriæ inferat, divini cultûs injuriam in convictos ſive confeſſos reos capitali ſententiâ noverit vindicandum. Nec exſpectetur ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi ſoli gloriam derelinquit. Sitque cunctis non ſolùm liberum, ſed etiam laudabile, factas atroces Sacerdotibus aut Miniſtris injurias veluti publicum crimen perſequi, ac de talibus reis ultionem mereri.

De his qui eccleſiaſtica privilegia violant vel diſſimulant

Infrà, cap. 389. L. 34. Cod. Theod. de Epiſc. & Cleric. Ivo, par. 16. c. 298. Concil. Duziac. p. 386.

CXVI. Si Eccleſiæ venerabilis privilegia cujuſquam fuerint temeritate violata vel diſſimulatione neglecta, commiſſum hoc in triplo, juxta legum ſanctionem, Eccleſiæ cui factum eſt componatur; nobiſque bannus noſter in triplo, hoc eſt, ter ſolidi ſexaginta perſolvantur.

Quòd hi qui prædia eccleſiaſtica diripiunt vel vaſtant, ſacrilegi ſint exilioque damnandi.

L. 40. Cod. Theod. de Epiſc. & Cleric. Capitular II. an. 814. c. 9. Infr. c. 387. Gratian. 17. q. 4. 13. *Anathe-dendus.*

CXVII. Ab omnibus illius uſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia ſibi cœleſtium ſecretorum dicata quibuſdam inruentibus vexentur. Quòd ſi quis præſumpſerit, poſt debitæ ultionis

acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, exilio perpetuæ deportationis damnetur.

Ut Epiſcopi & reliqui Sacerdotes ab omnibus nexibus ſint liberi.

CXVIII. Conſecratio Epiſcopos & reliquos Domini Sacerdotes, tam à ſervilibus quàm & à cæteris adſcriptis conditionibus, ſemper liberos facit. Idcircò præcipimus ut nullus ab eis alia, niſi divina, requirat ſervitia.

Ne Judæis adhæreant vel deſerviant Chriſtiani.

Concil. Tolet. 12. c. 9. Lib. 12. leg. Wiſig. tit. 3, c. 12.

CXIX. Placuit ne Judæis mancipia deſerviant vel adhæreant Chriſtiana.

De ſacrificiis per ſingulas Miſſas à ſacrificantibus ſumendis.

Vide ſuprà, lib. 1. c. 6. *Vide* Goulart. pag. 1023.

CXX. Placuit ut quotienſcunque ſacrificans corpus & ſanguinem Chriſti Jeſu Domini noſtri in altario immolat, totiens perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat.

De Chorepiſcopis, ne deinceps fiant.

Capitulare an. 799. c. 1.

CXXI. Placuit ne Chorepiſcopi à quibuſquam deinceps fiant; quoniam hactenùs à neſcientibus ſanctorum Patrum & maximè Apoſtolicorum decreta, ſuiſque quietibus ac delectationibus inhærentibus, facti ſunt. Idcircò & olim perſæpè, & noſtro à ſancta apoſtolica Sede tempore, ſunt prohibiti; & ne deinceps à quoquam, tam ordinante quàm ordinari cupiente, talis præſumptio aſſumatur, à cunctis noſtri regni Epiſcopis eſt in Synodo canonicè prohibitum.

Ne Judæi ſuper Chriſtianos magiſtri vel miniſtri ponantur.

Lib. 12. leg. Wiſig. tit. 3. c. 19. Concil. Tolet. 12. c. 9. Burchard. lib. 15. c. 31. Ivo, par. 16. cap. 32.

CXXII. Ne Judæi adminiſtratorio uſu, ſub ordine vilicorum atque actorum, Chriſtianam familiam regere audeant, nec eis hoc à quoquam fieri præcipiatur. Si quis verò contra hæc agere præſumpſerit, ſi Epiſcopus, Preſbyter, aut Diaconus fuerit, proprio ſubmoveatur gradu. Si verò Monachus aut Laicus fuerit, communione privetur. Et ſi perſeveraverint inobedientes, anathematizentur.

De Clericis falſariis.

Julian. Anteceſſ Nov. 123. c. 31.

CXXIII. Si Preſbyter vel Diaconus in cauſa pecuniaria falſum teſtimonium dixerint, per tres annos ſeparentur à ſacro miniſterio. Si in criminali cauſa falſum dixerint, deponantur, & legitimis pœnis ſubiciantur. Cæteri verò Clerici in quacunque falſitate convicti fuerint, degradentur, & legitimis ſubiciantur diſciplinis.

Ut Clerici non habeant actiones ſeculares.

Julian. Antec. ibid. c. 8. Add. III. c. 46. 47.

CXXIV. Clericus vel Monachus neque exactor publicarum, neque conductor, aut vectigalium magiſter, vel curator domûs, vel procurator ſtatis, vel fidejuſſor in talibus cauſis fiat. Si quis contra hæc ſtatuta fecerit, ſi Epiſcopus eſt, omnes iſtorum res ex quacunque cauſa vel perſona, ſive ante epiſcopatum ſive poſteà ad eum pervenerint, Eccleſiæ ſuæ eas vindicare ſancimus. Si verò alii Clerici hoc fecerint, pœnam pecuniarum, quam Epiſcopus exiſtimaverit exigere, Eccleſiæ vindicandam. Hi vero qui actiones ſuas eis commiſerunt, vel fidejuſſores eos pro ſupradictis cauſis acceperunt, nullam contra Eccleſiam vel adminiſtratores ejus, vel adversùs ipſas perſonas quos crediderunt, habeant actionem. Si verò quis eos pro publico debito vel actione crediderit, vel fidejuſſores receperit, de ſua ſubſtantia fiſci debitum compellatur exſolvere.

De Clericis qui de Eccleſia deſiſtunt.

Add. III. cap. 44.

CXXV. Clericis de Eccleſia deſiſtentibus, & aliis in loco revocatis, ſi redierint diſceſſi, nihil eis præſtetur. Hoc verò quod diſcedentes reliquerunt, non in uſu rectorum, ſed ſuccedentibus cedat.

Quales ſint Clerici.

Add. III. cap. 40.

CXXVI. Nemo fiat Clericus niſi qui bonum teſtimonium habeat, & litteratus eſt.

De multitudine Clericorum.

Burchard. lib. 1, cap. 115. Ivo, par. 5. cap. 215.

CXXVII. Ne paſſim Epiſcopus multitudinem Clericorum faciat, ſed ſecundùm meritum vel reditum Eccleſiarum numerus moderetur.

De ordinationibus ſacris.

Add. III. cap. 34.

CXXVIII. Lector, Subdiaconus, Diaconus, Preſbyter, ſi clericatûs honorem contempſerint, curiali conditioni cum ſuis facultatibus ſubiciantur.

De injuria Epiſcopi & letania ſubverſa.

Add. III. cap. 28.

CXXIX. Si quis Epiſcopo vel aliis Miniſtris intra Eccleſiam injuriam fecerit, jubemus eum tormentis ſubjectum in exilio mori. Sed & ſi ipſa ſancta oratoria vel divina miniſteria conturbaverit, vel letaniam everterit, capitali periculo ſubjaceat. Sin autem contumeliam tantùm fecerit, tormentis & exilio tradatur.

Ne fideles ex propria conſanguinitate uxores ducant; nec illi qui dudùm minimè nupſerunt, ſine benedictione Sacerdotis nubere præſumant.

Infrà, cap. 307 & 408.

CXXX. Chriſtiani ex propinquitate

Burchard. lib. 7. c. 13. Ivo, par. 9. c. 48. Gratian. 35. q. 2. c. 19. *Nulli ex.*

ſui ſanguinis uſque ad ſeptimum gradum connubia non ducant; neque ſine benedictione Sacerdotis, qui antè innupti erant, nubere audeant.

De non recipiendis alienis pœnitentibus.

Concil. Arelat. I. c. 16. Iſaac, tit. 1. cap. 24.

CXXXI. Qui pro delicto ſuo à communione ſeparantur, placuit ut in quibuſcunque locis fuerant excluſi, in eiſdem locis communionem conſequantur.

Ut non liceat Clericum vel Monachum ſine epiſtola Epiſcopi ſui proficiſci.

Infrà, lib. 7. c. 269. Notæ ad Concord. Reg. pag. 1008, 1012. 1013.

CXXXII. Clericis vel Monachis ſine commendatitiis epiſtolis Epiſcopi ſui licentia non pateat evagandi.

Concil. Venetic. c. 5.
Concil. Agath. c. 38.
Burchard. lib. 2. c. 141.
Ivo, par. 6. c. 214.
Gratian. 20. q. 4. c. 3. *Monachum.*

De dotibus & publicis nuptiis.

CXXXIII. Nullum ſine dote fiat conjugium; nec ſine publicis nuptiis quiſquam nubere præſumat.

Burchard. lib. 9. c. 6.
Ivo, par. 8. c. 144.
Gratian. 30. q. 5. c. 6. *Nullum.*

Infrà, lib. 7. c. 267, 411. Concil. Arvern. I. cap. 14. Capitulare III. an. 814. cap. 5. Burchard. lib. 11. c. 10. Ivo, par. 14. c. 94.

De rebus Eccleſiæ ablatis aut fraudatis, vel retentis.

CXXXIV. Si quis cujuſcunque munuſcula Eccleſiæ, ſanctis ſcripturarum titulis conlata, nefariâ calliditate abſtulerit, fraudaverit, invaſerit, retentaverit, atque ſubrepſerit, & non ſtatim à Sacerdote commonitus Deo conlata reddiderit, ab Eccleſiæ catholicæ communione pellatur.

Ut nemo res Eccleſiæ, niſi cui jure debentur, in quibuſlibet regionibus conjacentes competere audeat vel tenere.

Infrà, lib. 7. cap. 420. Concil. Aurelian. v. cap. 14. Capitulare III. an. 814. cap. 7.

CXXXV. Ut nullus Epiſcoporum, aut cujuſlibet ordinis Clericus, vel alia quæcunque perſona, quibuſlibet conditionibus, ſeu in uno regno ſeu in alio poſitas, alterius cujuſcunque Eccleſiæ res aut petat aut præſumat accipere. Quòd ſi fecerit, tamdiù habeatur à communione Eccleſiæ, vel ab omnium fratrum ac filiorum caritate ſuſpenſus, donec ipſe Eccleſiæ cujus directo ordine juris eſt ablata legibus, reſtituat.

De his qui facultates Eccleſiæ delegatas auferunt vel retentant.

Infrà, lib. 7. c. 419. Concil. Aurelian. v. c. 13.

CXXXVI. Ne cui liceat res vel facultates Eccleſiis, aut monaſteriis vel xenodochiis pro quacunque eleemoſyna cum juſtitia delegatas, retentare, alienare, atque ſubtrahere. Quòd ſi quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab Eccleſiæ liminibus excludatur quandiù ab ipſo ea quæ ſunt ablata aut retenta, reddantur.

Capitulare III. an. 814. cap. 8.

Ut ſocios ſuos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa.

Vide infrà, c. 155. Iſaac, tit. 6. c. 3. Ivo, par. 16. c. 225, 299.

CXXXVII. Apud quem ſcelus agnoſcitur & pars rapinæ fuerit inventa, ſtatim ſocios ſuos nominare cogatur. Quòd ſi nominare noluerit, teneatur ad vindictam.

De his qui diripienda indicare reperiuntur.

Iſaac, tit. 6. c. 4.

CXXXVIII. Quicunque ingenuus vel ſervus aliquid diripiendum indicaverit, ut cujuſcunque res evertatur, aut pecora vel jumenta diripiantur, & ex hoc certis probationibus publicè convictus inveniatur, pro eo quòd indicaverit, centum viginti flagella publicè extenſus accipiat.

Ut Abbates in ejus Epiſcopi in cujus parochia ſunt, poteſtate perſiſtant.

CXXXIX. Abbates pro humilitate religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant. Et ſi quid extra regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur. Qui ſemel in anno, in loco ubi Epiſcopus elegerit, acceptâ vocatione conveniant.

Concil. Aurelian. I. c. 19.
I. Append. Regin. c. 31.
Burchard. lib. 8. c. 67.
Ivo, par. 7. c. 85.
Gratian. 18. q. 2. c. 16. *Abbates.*

Ut nullus Monachus relinquat ſuum monaſterium & cellas conſtruat ſine Epiſcopi vel Abbatis ſui licentia.

CXL. Ut nullus Monachus, congregatione monaſterii derelictâ, ambitionis aut vanitatis impulſu, cellam conſtruere ſine Epiſcopi permiſſione vel Abbatis ſui voluntate præſumat.

De apoſtatis.

Concil. Arelat. I. c. 22.

CXLI. Quicunque poſt ſanctæ religionis profeſſionem apoſtant & ad ſeculum redeunt, & poſtmodùm pœnitentiæ remedia non requirunt, communionem penitùs non accipiant: quos etiam jubemus ad clericatûs officium non admitti.

De excommunicatis.

CXLII. Si quis à communione ſacerdotali fuerit auctoritate ſuſpenſus, hunc non ſolùm à Clericorum, ſed etiam à totius populi conloquio atque convivio placuit excludi, donec reſipiſcens ad ſanitatem redire feſtinet.

Ne Judices perfidorum exceſſus abſque propriorum Sacerdotum conſilio judicent.

L. 11. leg. Wiſigoth. tit. 3, c. 25.

CXLIII. Ne Judices quicquam de perfidorum exceſſibus, extra Sacerdotum conhibentiam, judicare præſumant.

De expoſitis infantibus ac collectione eorum.

Vide S. Auguſtin epiſt. 23, fol. 25. Formulæ Simmondic. c. 23. Cujac. lib. 16. Obſerv. cap. 36. Regin. lib. 2. c. 69. & ſeq.

CXLIV. Si expoſitus ante Eccleſiam cujuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. Et ſi is qui collectus eſt, intra decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſecurus habeat qui collegit. Sanè qui poſt prædictum tempus ejus calumniator extiterit, ut homicida eccleſiaſticâ diſtrictione damnabitur, ſicut Patrum ſanxit auctoritas

Concil. Vaſ. I. c. 9 10
Concil. Arelat. II. c. 51
Concil. Agath. c. 24.
Iſaac, tit. 11. cap. 16.
Burchard. lib. 3. c. 201.
Ivo, par. 3 cap. 252.
Gratian. di. 87. c. 9. *Si expoſitus.*

De Clericis relinquentibus officium ſuum, & ad ſeculares confugientibus.

Add. IV. cap. 65. Concil. Arelat. c. 15. Concil. Agath. c. 8.

CXLV. Placuit ut Clericus, ſi relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſecularem fortaſſe confugerit, & ſolatium ei defenſionis iſte impenderit, cum eodem ab Eccleſiæ communione pellatur.

Gratian. 21. q. 5. c. 1. *Placuit.*
Vid. Flodoardum, pag. 521.

Ut ſervo non credatur, ſi ſuper dominum ſuum vel ſuper alium liberum crimen injecerit.

Lex Salica, tit. 42 c. 6. Ivo, par. 16. c. 49. 214.

CXLVI. Servo penitùs non credatur ſi ſuper aliquem crimen objecerit, aut ſi etiam dominum ſuum in crimine impetierit; nam etiamſi in tormentis poſitus exponat quod obicit, credi tamen illi nullo modo oportebit.

Ut teſtes ea tantùm teſtificentur quæ conſpectu eorum acta eſſe noſcuntur.

Vide infrà, c. 345. Burchard. lib. 1. c. 171 Ivo, par. 5, c. 289. Gratian. 3. q. 9. c. 15. *Teſtes.*

CXLVII. Teſtes non abſentes, neque per epiſtolam, teſtimonium dicant; ſed præſentes, quam noverunt & viderunt non taceant veritatem. Nec de aliis cauſis teſtimonium dicant, niſi de his tantummodo quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur.

Quales debeant ſcripturæ valere.

Vide infrà, cap. 416. L. 2. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 1.

CXLVIII. Scripturæ quæ diem & annum habuerint evidenter expreſſum, atque ſecundùm legis ordinem conſcriptæ eſſe noſcuntur, ſeu conditoris vel teſtium fuerint ſignis aut ſubſcriptionibus roboratæ, omni habeantur ſtabiles firmitate.

De pactis & placitis conſervandis.

Vide infrà, cap. 346. Lex Bajuvar. tit. 15. cap. 13. Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 2.

CXLIX. Pacta vel placita quæ per ſcripturam legitimè ac juſtiſſimè facta ſunt, dummodò in his dies vel annus ſit evidenter expreſſus, nullatenùs immutari permittimus.

Contrà priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.

Vide infrà, cap. 349. Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 4. Ivo, par 16. c. 300.

CL. Filio vel heredi contra priorum juſtam aut legitimam definitionem venire non liceat, quia juſtè repellitur præſumptio illius qui facta Seniorum injuſtè conatur inrumpere.

Ne quiſquam accuſetur vel puniatur, niſi manifeſtis indiciis ſcelus patuerit.

Vide infrà, cap. 350.

CLI. Non paſſim damus accuſandi vel puniendi licentiam, niſi aut manifeſtis indiciis patuerit ſcelus, aut legitimè fuerit idipſum malum accuſatum atque convictum; quatinùs nullâ videantur intentione vel ordine Patrum tranſgredi præcepta Sanctorum, aut obviare ſacris regulis antiquorum.

Ut valeat commutatio ſicut emptio.

Lex Bajuvar. tit. 15. cap. 8. Ivo, par. 16. cap. 314.

CLII. Commutatio, ſi non fuerit per vim & metum extorta, talem qualem & emptio habeat firmitatem.

Si timore compulſus quiſquam ſe ſervum eſſe dicat.

Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 7. c. 7.

CLIII. Qui timore compulſus ſervum ſe eſſe extra judicium dixerit, nullum præjudicium libertatis incurrat, donec judicio præſententur, vel libertatem ſuam ſi eam probavit præſente Judice, obtineat. Aut ſi ſervus convincitur, ſtatim domino reformetur

De Presbyteris vel Diaconibus ſine Epiſcopi ſui epiſtolis ambulantibus.

Infrà, tit. 7. c. 310.

CLIV. Preſbytero vel Diacono ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulanti, communionem nullus impendat.

Concil. Agath. c. 52.
Concil. Epaon. c. 6.
Concil Wormat. c. 18.
Vide Gratian. di. 71. c. 7. *Extraneo.*

Ut unus Abba duobus monaſteriis minimè præſideat.

CLV. Unum Abbatem duobus monaſteriis interdicimus præſidere

Concil. Agath. c. 57.
Concil. Epaon. c. 9.
Burchard. lib. 8. c. 81.
Ivo, par. 3. c. 164. & par. 7. c. 99.
Gratian. 21. q. 1. c. 4. *Unum Abbatem.*

De Presbyteris vel reliquis Clericis non diſtringendis à ſecularibus Judicibus, ſed à ſuis Epiſcopis

Infrà, lib. 7. c. 139. Add. IV cap 85. Concil. Pariſ. VI c. 4.

CLVI. Ut nullus Judicum neque Preſbyteros neque Diaconos, neque reli-

Capitulare anni 769. cap. 17. Iſaac, tit. 21, c. 21. Concil. Troſl. c. 6.

quos Clericos vel juniores Eccleſiæ, ſine licentia proprii Epiſcopi diſtringat aut condemnare præſumat. Quòd ſi fecerit, tamdiù communione privetur quamdiù reatum ſuum agnoſcat, & per ſatisfactionem emendet Eccleſiæ quod commiſit

Burchard. lib. 16. c. 22.
Gratian. 11. q. 1. c. 2. *Nullus Judicum.*
A Coſta, pag. 363.

Ut Clerici Judices ſeculares non adeant.

Infrà, lib. 7. c. 210. Concil. Agath. cap. 52. Ivo, par. 6. c. 367. Gratian. 11. q. 1. c. 27. & 47. *Clericum. nullus.*

CLVII. Nullus ex ordine Clericorum, inconſulto proprio Epiſcopo, ad Judicem ſecularem pergat, neque apud eum, ſuo Epiſcopo non permittente, quemquam pulſare, aut cuiquam ante eum reſpondere, aut quicquam proponere præſumat; neque criminale negotium in judicio ſeculari proponere audeat.

De ſecularibus qui per calumniam Eccleſiam vel Clericos fatigare præſumunt.

Vide infrà, lib. 7. cap. 210.

CLVIII. Si quis ſecularium per calumniam Eccleſiam vel res ejus, aut Clericos cujuſlibet ordinis, fatigare tentaverit, & ex hoc convictus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus & catholica communione, niſi dignè pœnituerit & per ſatisfactionem Eccleſiæ emendaverit, repellatur.

Concil. Agath. ibid.
Concil. Wormat. c. 24. 61
Burchard. lib. 15. c. 5.
Ivo, par. 6, c. 367. & par. 16. c. 6.
Gratian. 5. q. 6. c. 8. *Si quis verò*

Ne teſtificentur manumiſſi.

Lib. 5 leg. Wiſigoth. tit. 7. c. 12. Capitulare an. 744. c. 15. *Vide* infrà, lib. 7. cap. 352. Ivo, par. 16, c. 58.

CLIX. Libertus vel liberta in nullis negotiis contra quemquam teſtimonium dicere admittantur; excepto in aliquibus cauſis, ubi ingenuitas deeſſe dinoſcitur, ſicut permiſſum eſt & de ſervis; quia indignum noſtra penſat clementia ut libertorum teſtimonio ingenuis damna concitentur. Qui verò de eiſdem fuerint progeniti, ad teſtimonium admittantur.

De his qui cum furibus conſcii fuerint.

Vide infrà, lib. 7. cap. 429. Lib. 7. leg. Wiſigoth. tit. 2. c. 7. Ivo, par. 16, c. 301.

CLX. Non ſolùm ille qui furtum fecerit, ſed etiam & quicunque conſcius fuerit, vel furto ablata ſciens ſuſceperit, in numero furantium habeatur, & ſimili vindictæ ſubjaceat.

Si poſſeſſor per violentiam expellatur.

Vide infrà, cap. 353. Lib. 8. leg. Wiſigoth. tit. 1. c. 2. Ivo, par. 16. c. 310.

CLXI. Quicunque violenter expulerit poſſidentem, priuſquam pro ipſo Judicis ſententia præcedat, ſi cauſam meliorem habuerit, ipſam cauſam de qua agitur, perdat; ille verò qui violentiam pertulit, univerſa in ſtatu quo fuerant recipiat, & quæ poſſedit ſecurus teneat. Si verò illud invadit quod per judicium obtinere potuit, & cauſam amittat, & aliud tantum quantum invaſit reddat expulſo.

Ut fideles fidem ſanctæ Trinitatis diſcant.

CLXII. Ut fideles fidem ſanctæ Trinitatis diſcant; in qua, inter cætera, credere oportet quòd per Spiritum Sanctum remiſſio peccatorum in baptiſmate, confirmatione, pœnitentia, & in cæteris canonicis decretis, ſicut ſcriptum eſt, conferatur, & quòd fidelibus in Eccleſia per Chriſtum ejuſdem ſancti Spiritûs dono, per miniſterium ſacerdotale & per pœnitentiam remiſſio peccatorum indubitanter adtribuatur, & quòd gentium omnium in vera carne in adventu Chriſti reſurrectio futura ſit: & cætera. Quam fidem memoriter teneant, & ſuis Sacerdotibus eam reddant, & exponant per ſingula verba. Et ipſi Sacerdotes eam fideliter & pleniter atque veraciter populum doceant, quoniam primum fundamentum Chriſtianæ religionis fides catholica eſt. Et hæc fides tunc eſt vera & fructuoſa, ſi bonis operibus exornetur, id eſt, ſpe, caritate, humilitate, caſtitate, continentiâ, ſobrietate, unanimitate, concordiâ, juſtitiâ, pietate, miſericordiâ, innocentiâ, ſimplicitate, & cæteris his ſimilibus. Quæ omnia in dilectione Dei & Proximi conſiſtunt. Sine his enim nemo poteſt Deo placere, nec ſalvus eſſe.

De contumacibus Presbyteris vel Clericis.

CLXIII. Si quis Preſbyterorum, Diaconorum, vel reliquorum Clericorum contumax aut ſuperbus vel inobediens, aut rebellis Epiſcopo ſuo, extiterit, gradum habentes, proprio gradu careant. Reliqui verò Clerici vel Monachi, aut Laici, uſque ad ſatisfactionem communione priventur.

De Judicibus Clericis calumniam vel injuriam inferentibus.

CLXIV. Si Judex cujuſlibet ordinis Clericum publicis actionibus inclinare aut diſtringere, aut calumniare, vel injuriare abſque Epiſcopi ſui permiſſu præſumpſerit, uſque ad Eccleſiæ ſatisfactionem, cum omnibus tantis ſceleribus auxiliantibus aut facientibus, communione privetur. Epiſcopus tamen non dimittat ut injuriam patientibus plenam de præfatis Clericis juſtitiam canonicè non faciat.

Ut Orationem Dominicam omnes diſcant fideles.

Concil. Rem. an. 630, c. 6.

CLXV. Ut fideles Orationem Dominicam diſcant & intelligant, & ſuis Sacer-

dotibus eam verbo ex verbo reddant, & alios fideles, qui eam neſciunt, doceant.

Ut nullus Epiſcopus alterius Epiſcopi, vel Presbyter alterius Presbyteri, parochiam invadat.

CLXVI. Ut nullus Epiſcoporum vel Preſbyterorum parochiam alterius invadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis.

Ut Monaſteriis vel reliquis Eccleſiis res non auferantur, vel ipſa à quoquam inquietentur.

CLXVII. Ut Monaſteria quæ Deo conſecrata ſunt, nulli liceat in aliquo inquietare, nec quemquam de eorum rebus violenter abſtrahere.

Ut Clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere, & nulli eorum liceat officium ſacerdotale in alterius parochia agere abſque licentia Epiſcopi in cujus parochia eſſe noſcuntur.

CLXVIII. Ut Epiſcopi atque Clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato; nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale, abſque permiſſu Epiſcopi in cujus parochia eſſe cognoſcitur, agere. *Vide ſuprà, cap.* 86.

Ut nullus Epiſcopus ſine conſenſu aliorum ſe præferat anteriori.

Capitula Herardi, c. 54. CLXIX Ut nullus Epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem ſuæ ordinationis.

Ut Populi oblationes Sacerdotibus in Eccleſia offerant. Et ut omni die dominicâ communicent.

Ibid. c. 53. CLXX. Placuit ut fideles oblationes Sacerdotibus cotidiè, ſi fieri poteſt, in Eccleſia offerant. Et ſi cotidiè non poteſt, ſaltèm dominicâ die abſque ulla excuſatione fiat. Et ut prædicationem audiant. Et ſi fieri poteſt, omni dominicâ die communicent, niſi per criminalia peccata & manifeſta impediantur; quia aliter ſalvi eſſe non poſſunt, quoniam Dominus dixit: *Qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Et qui manducat me, vivet propter me.* Et cætera exempla quæ prolixa ſunt hîc ſcribere.

Ut Sacerdotes ſigna tangant horis canonicis.

Ibid. c. 54. CLXXI. Ut Sacerdotes ſigna tangant horis canonicis, & illorum officium agant, ſive diurnale, ſive nocturnale; quia ſcriptum eſt: *Sine intermiſſione orate.* Et idcircò non dimittant horas canonicas.

De ſtolis geſtandis.

Concil. Moguntin. anni 813. cap. 78. CLXXII. Ut Sacerdotes ſtolas portent propter ſignum caſtitatis, ſicut decretum eſt.

Ut Secreta non incipiatur, niſi poſt hymnum finitum.

CLXXIII. *Te igitur* non inchoent Sacerdotes, niſi poſt angelicum hymnum finitum.

Ut adnuntietur Symbolum fidelibus à Sacerdotibus.

CLXXIV. Ut adnuntient Preſbyteri omnibus fidelibus ſibi ſubjectis Symbolum & Orationem Dominicam, ut ſancto Spiritu inluſtrante ſalventur.

Ut Presbyteri adnuntient viris & feminis, niſi memoriter Symbolum & Orationem Dominicam tenuerint, de ſacro fonte filiolos vel filiolas non ſuſcipiant.

CLXXV. Adnuntient Preſbyteri ut neque viri neque feminæ de ſacro fonte filiolos vel filiolas ſuſcipiant, niſi memoriter Symbolum & Orationem Dominicam tenuerint. Burchard. lib. 4. c. 28. Ivo, par. 1. c. 222.

Ut ſilentium in Eccleſia teneatur, & devotè verbum Dei audiatur.

CLXXVI. Placuit ut fideles ſilentium in Eccleſia teneant, & devotè verbum Dei audiant, & confeſſi veraciter de omnibus ſceleribus ſuis Sacerdotibus fiant, & mundent corpora & corda eorum, in quibus Deus condignè habitare dignetur, quomodò illis dictum eſt: *Templum Dei eſtis, in quibus habitare deſidero* Et ut eorum Sacerdoti in omnibus obediant, & inſtruantur pro quid Miſſa vel Sacerdotes conſtituti ſint; & intellegant vim & myſterium dominici corporis & ſanguinis, & Miſſæ, ſive precum quæ in ea à Sacerdote fiunt. Dicitur enim in ipſa oratione: *Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, & omnium circumſtantium quorum tibi fides cognita eſt & nota devotio, qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis pro ſe ſuiſque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, tibique reddunt vota ſua æterno Deo vivo & vero.* Et reliqua. Inſtruantur etiam ut cognoſcant poteſtatem Pontificum in ligando & ſolvendo, & cætera quæ ad illos pertinent, atque reliquorum Sacerdotum. Et ut timeant & venerentur, ſecundùm Domini præceptum, eorum Sacerdotes, & qualiter in his offendere ſolent eis adnuntietur.

Ut Epiſcopo infantuli ad confirmandum præſententur.

Burchard. lib. 4. c. 59. Ivo, par. 1. c. 253.

CLXXVII. Admuntient Preſbyteri populis ut quàm citiùs potuerint, ſuos infantulos ad confirmandum Epiſcopo præſentare faciant.

Ut Presbyteri ſine ſacro chriſmate oleoque benedicto non proficiſcantur.

Spicileg. tom. 9. p. 63.

CLXXVIII. Ut Preſbyteri ſine ſacro chriſmate oleoque benedicto, & ſalubri Chriſti euchariſtiâ, alicubi non proficiſcantur; ſed ubicunque vel fortuitu requiſiti fuerint ad officium ſuum, inveniantur parati in reddendo debito.

Ut Presbyteri oleum infirmorum ab Epiſcopo expetant.

Ibid. p. 65. cap. 29.

CLXXIX. Ut omnes Preſbyteri oleum infirmorum ab Epiſcopo expetant, ſecumque habeant, & moneant fideles infirmos illud exquirere, ut eodem oleo peruncti gratiâ Dei ſanentur, quia à Preſbyteris fuſa oratio fidei ſalvabit infirmos.

Ut nullus Presbyter parochianus aliubi præſumat chriſma accipere, niſi ab Epiſcopo ſuo in Cœna Domini.

CLXXX. Ut nullus Preſbyter parochianus aliubi præſumat chriſma accipere, niſi ab Epiſcopo ſuo in Cœna Domini.

Ut baptizari non præſumatur, niſi in vigilia Paſchæ & Pentecoſtes.

CLXXXI. Ut baptizare nullus præſumat niſi per duo tempora, id eſt, vigiliâ Paſchæ, & vigiliâ Pentecoſtes, præter mortis periculum.

Ut inſtruantur fideles qui parvulos de ſacro fonte ſuſcipere cupiunt.

Add. II; cap. 1. Add. IV. c. 1. Concil. Angl. to. 1. p. 348, c. xij 393, c. 2. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 7. & 54. *Vide* Concil. Calchut. c. 2.

CLXXXII. Placuit ut inſtruantur fideles qui parvulos de ſacro fonte ſuſcipere cupiunt, ut intellegant & vim ejuſdem ſacramenti, & quid pro aliis ſpoponderunt, vel pro quo fidejuſſores extiterunt; & ſciant ſe nullo modo antè aliorum patres efficere, quàm ſupradicta diſcant & intellegant, ſeu reddant. Et ſi fidejuſſores pro terreno lucro damnari ſolent, quantò magis pro divino jure, ne damnentur, cavere oportet. Illi tamen ab his officiis removendi ſunt, ne alios de ſacro fonte in baptiſmate ſuſcipiant, nec etiam ad percipiendum Spiritûs ſancti donum aliorum patrini exiſtant, qui & communione canonicâ privati & publicæ pœnitentiæ ſunt ſubacti, donec per pœnitentiam ſatisfactionis reconciliationem mereantur, vel etiam illi qui tale peccatum commiſſum habent pro quo publicæ pœnitentiæ plectendi & ligandi ſunt.

Ut nulla pretia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur.

Decreta Gelaſ. c. 5. Criſcon. c. 238.

CLXXXIII. Ut nulla pretia de baptizandis conſignandiſque fidelibus exigantur. Quod ſi qui perpetraverint, honoris ſui ſint periculum ſubituri.

De quorum baptiſmate abſque diſſimulatione dubitatur, ut baptizentur præceptum eſt.

Iſaac, tit. 11. c. 17. *Vide* Manuale Curatorum. Metenſ. fol. 22. Spicileg. tom. 9. pag. 58, c. 87. & p. 65. c. 28.

CLXXXIV. De quibus dubium eſt utrùm ſint baptizati, an non, omnimodis abſque ullo ſcrupulo baptizentur, his tamen verbis præmiſſis: *Non te rebaptizo; ſed ſi nondum baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.*

Ut Presbyteri in Eccleſia fidem ſanctæ Trinitatis doceant.

CLXXXV. Notum eſt omnibus impoſſibile eſſe ſine fide placere Deo. Et ideò nullus ſit Preſbyter qui in Eccleſia publicè non doceat, linguâ quam auditores intellegant, fidem omnipotentis Dei in unitate & trinitate ſimpliciter credere, & ea quæ omnibus generaliter dicenda ſunt, de malis evitandis, ſive bonis faciendis, & judicio in reſurrectione futuro. Si verò ipſe verbis manifeſtè explicare non potuerit, petat ſibi ea à doctiore tranſcribi, qualiter apertè legat, quod qui audiunt intellegant. Et qui ampliùs non potuerit, vel his verbis admoneat: *Pœnitentiam agite: adpropinquavit enim regnum cœlorum.*

Ut Presbyteri admuntient populo quatuor legitima Temporum jejunia.

Ibid. p. 65. c. 30. *Vid.* Homilia incerti Autoris in Cod. S. Galli, p. 3.

CLXXXVI. Doceant Preſbyteri populum quatuor legitima temporum jejunia obſervare, hoc eſt, menſe Martio, Julio, Septembrio, & Decembrio, quandò ſacri ordines juxtà ſtatuta Canonum diſtribuuntur.

Ut jejunia tria legitima in anno agantur.

Vide Fileſac. in lib. *de Quadrageſima*, c. 3. Spicileg. tom. 9. pag. 61, c. 109.

CLXXXVII. Iterùm admoneant Sacerdotes ut jejunia tria legitima in anno agantur, id eſt, quadraginta dies ante Nativitatem Domini, & quadraginta dies ante Paſcha, ubi decimas anni ſolvimus, & poſt Pentecoſten quadraginta dies. Quamquam enim nonnulla ex his canonicâ priventur auctoritate, nobis tamen omnibus ſimul, propter conſuetudinem plebis & parentum noſtrorum morem, hæc obſervare, ut ſuperiùs comprehenſum eſt, convenit. Et licèt omnibus diebus orare & abſtinere conveniat, his tamen temporibus ampliùs jejuniis & pœnitentiæ ſervire oportet. Præter hæc autem legitima

tempora jejuniorum, omnis ſexta feria propter paſſionem Domini jejunetur. Sed & ſabbati dies à pleriſque, propter quod in eo Chriſtus jacuit in ſepulchro, jejunio conſecratus habetur.

Ut populus, niſi duobus temporibus, infantes ſuos ad baptiſmum non offerat.

CLXXXVIII. Placuit ut populus ad baptiſmum eorum infantes non offerat niſi duobus temporibus, ſi infirmitas non occupaverit; & quomodo in hoc offendunt, inſtruantur.

Ut dies dominicus reverenter colatur.

CLXXXIX. Diem dominicum ſecundùm reverentiam colite. Opus ſervile, id eſt, agrum, pratum, vineam, vel ſi qua graviora ſunt in eo non faciatis, nec cauſas nec calumnias inter vos dicatis; ſed tantùm divinis cultibus ſerviatis, & à veſpera uſque ad veſperam dies dominicus ſervetur. Has quidem præcipuas feſtivitates adnuntient Preſbyteri ut diebus dominicis ſabbatizare; id eſt, Natale Domini dies quatuor, VIII Kalendarum Januariarum; in Circumciſione Domini, Kalendis Januarii, diem unum; in Epiphania, VIII. Idûs Januarii, diem unum; in Purificatione ſanctæ Mariæ, IV. Nonas Februarii, diem unum; in Paſcha Domini uſque in octabas Paſchæ poſt Dominicam dies tres; in Aſcenſione Domini diem unum; in Natali ſancti Johannis Baptiſtæ, VIII. Kal. Julii, diem unum; in Paſſione ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, III. Kal. Julii, diem unum; in Aſſumptione ſanctæ Mariæ, XVIII. Kal. Septembris, diem unum; in tranſitu ſancti Martini, III. Idûs Novembr. diem unum; in Paſſione ſancti Andreæ Apoſtoli, II. Kal. Decembris, diem unum.

Vide ſuprà, lib. 1. cap. 158; & lib. 2. c. 35. Spicileg. tom. IX. p. 66. extrem.

Ut adnuntient Presbyteri eodem modo ſicut ſabbatum Paſchæ cum ſuo Paſcha, ſabbatum Pentecoſtes cum ſuo die dominico obſervare.

CXC. Adnuntient Preſbyteri eodem modo ſicut veſperaſcente ſabbato ſanctum Paſcha celebratur, & ipſum diem Pentecoſtes ſimiliter celeberrimum habeant ut ſanctum Paſcha, & jejunium, & Miſſam, & baptiſmum.

Ibid. c. 34.

Ut adnuntient Presbyteri populo ſe ab inlicitis abſtinere connubiis.

CXCI. Adnuntiet unuſquiſque Preſbyterorum publicè plebi ab inlicitis connubiis abſtinere, & ſecundùm Domini mandatum legitimum conjugium nequaquam poſſe ullâ occaſione ſeparari, exceptâ cauſâ fornicationis, niſi conſenſu amborum, & hoc propter ſervitium Dei.

Ibid. c. 35.

Ut publicè Presbyteri adnuntient plebi decimas & primitias omnium frugum ad benedicendum offerre.

CXCII. Adnuntient Preſbyteri plebi publicè ut primitias omnium frugum terræ ad benedicendum afferant ad domos illorum, & ſic poſteà inde manducent, & decimas ex omnibus fructibus & pecoribus terræ annis ſingulis ad Eccleſias reddant, & de novem partibus quæ remanſerint eleemoſynas faciant, & ex ipſis peccata illorum redimant, ſicut ſcriptum eſt: *Eleemoſyna à morte liberat.* Et ipſa purgat peccata, ſicut in Sapientia legitur: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum.*

Ut fideles intellegant pactum quod cum Deo in baptiſmate fecerunt.

CXCIII. Placuit ut fideles intellegant pactum quod cum Deo in baptiſmate fecerunt. A multis ergo ex toto, & à multis ex parte tranſgreditur. Quid ſit abrenuntiare diaboli operibus, & pompis ejus & omnibus operibus ejus, inſtruantur fideles. Si verò jura humanæ pactionis firma conſervantur, quantò magis ferventiùs jura tanti pacti, quæ cum Deo facta ſunt, irrevocabiliter ſunt obſervanda!

Add. II. c. 3. & 4. Burchard. lib. 4. c. 27.

Ut Sacerdotes admoneant viros & mulieres ut luminaria ad baſilicas deportent.

CXCIV. Ut Sacerdotes admoneant viros & mulieres ut ad baſilicas luminaria & incenſum, & buccellas & primitias afferant, ſicut ſcriptum eſt: *Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus.*

Ivo, par. 6. c. 166.

Ut admoneant Presbyteri plebem ne in Eccleſia contentionibus & verboſitatibus deſerviant.

CXCV. Admoneant Preſbyteri plebem ut in Eccleſiis verboſare non præſumant, ſed cum fletu & compunctione cordis Dei implorent auxilium, tam pro ſe quàm & proximis ſuis. Et quandò Preſbyter celebrat Miſſam, corda illorum ſemper ad cœleſtia tendant. Et quando ſanctæ lectiones vel evangelia recitata fuerint, cum ſilentio & devota mente pariter audiant, ſicut Deus dixit per Moyſen: *Audi, Iſrael, & tace.* Et oblationes offerant, & communicare faciant.

Ut Presbyteri ſollicitè curent ne inhoneſta & turpia quælibet fiant in Eccleſiis.

CXCVI. Quandò populus ad Eccleſias

Capitula Herardi, c. 114.

Spicileg. tom. 5 pag. 217.

Burchard. lib. 10. cap. 34.

ſias venerit, tam per dies dominicos quàm & per ſolemnitates Sanctorum, aliud non ibi agat niſi quod ad Dei pertinet ſervitium. Illas verò balationes & ſaltationes, canticaque turpia ac luxurioſa, & illa luſa diabolica non faciat, nec in plateis nec in domibus, neque in ullo loco; quia hæc de Paganorum conſuetudine remanſerunt. Et cùm ipſa fecerit, canonicam ſententiam accipiat.

Ne in mortuorum funeribus juxtà Paganorum ritum agatur.

Suprà, lib. 1. c. 103. Capitula Herardi, c. 58.

CXCVII. Admoneantur fideles ut ad ſuos mortuos non agant ea quæ de Paganorum ritu remanſerunt. Sed unuſquiſque devotâ mente, & cum compunctione cordis, pro ejus anima Dei miſericordiam imploret. Et quandò eos ad ſepulturam portaverint, illum ululatum excelſum non faciant; ſed, ſicut ſuperiùs diximus, devotâ mente & cum compunctione cordis, in quantum ſenſum habuerint, pro ejus anima implorare Dei miſericordiam faciant. Et illi qui pſalmos non tenent, excelſâ voce, *Kyrie, eleyſon, Chriſte, eleyſon*, viris inchoantibus, mulieribuſque reſpondentibus, altâ voce canere ſtudeant pro ejus anima. Et ſuper eorum tumulos nec manducare nec bibere præſumant. Quod ſi fecerint, canonicam ſententiam accipiant.

Vide Regin. lib. 1. c. 381. Burchard. lib. 10. cap. 34. Concil. III. Tolet. can. 23.

Ut pro defunctis amicorum parentes eorum triginta dies adimplere faciant.

Capitula Herardi, c. 58.

CXCVIII. Fideles pro defunctis amicorum & parentibus eorum jejunia & oblationes triginta dies adimplere faciant, & mortuum ſuper mortuum non ponant, nec oſſa defunctorum ſuper terram dimittant. Quod ſi fecerint, canonicæ ſententiæ ſubjaceant.

Vide Mathoud in Pullum, p. 402, col. 2.

De his quos Epiſcopus aut Sacerdos excommunicaverit, ne eos fideles recipiant.

CXCIX. Placuit ut fideles eos quos Epiſcopus aut Sacerdos, propter eorum peccata, excommunicaverit, non recipiant antequam pœnitentiam accipiant & ad confeſſionem veniant.

Ut nullus Presbyter ſuam Eccleſiam ſine conſenſu Epiſcopi ſui derelinquat.

Spicileg. tom. 9. p. 63. Capitula Herardi, c. 48.

CC. Compellimur ſtatuta Canonum & in hoc ſervare, ut nullus Preſbyter creditam ſibi eccleſiam ſine conſenſu ſui Epiſcopi derelinquat, & Laicorum ſuaſione ad aliam tranſeat.

Ut ſacra myſteria nullus Presbyter, niſi in loco conſecrato, agat.

Regino, lib. 1. c. 340.

CCI. Ut nullus Preſbyter ſacra myſteria, niſi in locis ab Epiſcopo conſecratis, agere præſumat.

Spicileg. tom. 9. p. 63.

Ne aliud altare in Eccleſia conſecrata, niſi quod ab Epiſcopo conſecratum eſt, aliquis Presbyter erigat.

Ibid. Burchard. lib. 3. c. 17.

CCII. Ut nullus Preſbyter in Eccleſia conſecrata aliud altare erigat niſi quod ab Epiſcopo ſanctificatum eſt, ut ſit diſcretio inter ſacratum & non ſacratum.

Ut Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, non ſint aleatores & ebrioſi.

CCIII. Quòd Epiſcopus, Preſbyter, & Diaconus aleator & ebrius eſſe non debeat. Similiter Clerici & Laici, ſi permanſerit in alea, communione priventur.

Ut nemo Clericorum uſuras accipiat.

CCIV. Quoniam venerandi canones & divina prohibet auctoritas uſuras accipere, ideò nullus hoc Clericorum facere præſumat, &, in quantum potuerint, Laicis vetare ſtudeant.

Ut diem dominicum, in quo Dominus ſurrexit, cuncti venerabiliter colant.

Add. II. cap. 11.

CCV. Placuit ut fideles diem dominicum, in quo Dominus reſurrexit, omnes venerabiliter colant. Nam ſi Pagani ob memoriam & reverentiam Deorum ſuorum quoſdam dies colunt, & Judæi more carnali ſabbatum carnaliter obſervant, quanto magis Chriſtianis iſte dies honorificè colendus eſt, ne in illo ſancto die vanis fabulis aut locutionibus, ſive cantationibus vel ſaltationibus, ſtando in biviis & plateis, ut ſolet, inſerviant. Sed ad Sacerdotem aut ad aliquem ſapientem & bonum veniant, & eorum prædicationibus & bonis locutionibus quæ ad animam pertinent, utantur. Et illo die, ſeu ſabbato ad veſperas & ad matutinas, ſive ad Miſſam cum eorum oblationibus, ſi fieri poteſt, omnes canendo, *Kyrie eleyſon*, veniant, & eundo & redeundo, *Kyrie eleyſon* decantent. Similiter & paſtores pecorum eundo & redeundo in campum & ad domum faciant, ut omnes eos veraciter Chriſtianos & devotos eſſe cognoſcant.

Capitula Herardi, c. 114.

De reconciliandis pœnitentibus.

Capitula Herardi, c. 59. Spicileg. to. 9. pag. 66. c. 31.

CCVI. Quia verâ neceſſitate præpedimur Canonum ſtatuta de reconciliandis pœnitentibus pleniter obſervare, propterea omninò non dimittatur ut unuſquiſque Presbyter juſſione Epiſcopi de occultis tantùm, quia de manifeſtis Epiſcopos ſemper convenit judicare, ſtatim poſt acceptam confeſſionis pœnitentiam ſingulos datâ oratione reconciliari. Morientinus

verò ſine cunctamine communio & reconciliatio præbeatur.

Capitulare anni 744, cap. 3. Iſaac, tit. 11. c. 18. Gratian. diſt. 5. c. 1. *Cum enixa*; & c. 2. *Si mulier.*

Quot ſint dies purificationis mulieris.

CCVII. Cùm enixa fuerit mulier, poſt quot dies debeat Eccleſiam intrare, teſtamenti veteris præceptione didicimus, ut pro maſculo diebus XXXIII, pro femina autem LXVI. debeat abſtinere. *Quod tamen*, ut ait ſanctus Gregorius, *ſciendum eſt quia in myſterio accipitur; nam ſi horâ eâdem quâ genuerit, actura gratias, intret Eccleſiam, nullo peccati pondere gravatur. Voluptas enim carnis, non dolor, in culpa eſt. In carnis autem commixtione voluptas eſt, in prolis verò prolatione gemitus. Unde & ipſi primo matrimonio dicitur:* In doloribus paries. *Si itaque enixam mulierem prohibemus Eccleſiam intrare, ipſam ei pœnam ſuam culpam deputamus.*

S. Greg. in reſponſ. ad interrog. Auguſt. c. 10. Capitula Herardi, c. 60.

Ut Miſſarum celebrationes in locis incongruentibus non fiant.

Add. 11. cap. 12. Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 6. Capitula Herardi, c. 34.

CCVIII. Placuit ut fideles Miſſarum celebrationes in locis non conſecratis & incongruentibus facere omninò non debeant, niſi cauſâ hoſtilitatis vel longinqui itineris; & id in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri, ſi neceſſitas compellat. Sacerdotes tamen qui in locis illicitis & non conſecratis Miſſas cantat præſumunt, gradum ſe ſciant amiſſuros. Melius eſt enim Miſſam non audiri, quam eam ubi non licet, nec oportet, celebrare aut audiri. Et de uſura, ut non fiat, omnes admoneantur.

De propinquitate.

Ibid. c. 30. Spicileg. tom. 9. pag. 59. c. 76; pag. 61. *extremâ*; & p. 66, c. 35.

CCIX. In quarta propinquitate carnis, quinta, ſextaque non licet nubere, ſicut in lege ſcriptum eſt: *Omnis homo ad propinquam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus*, id eſt, uſque ſeptimum gradum. Legitimum conjugium non licet ſeparari ſine conſenſu amborum, ita tamen ut ambo Deo ſerviant innupti. Poteſt autem alter alteri licentiam dare accedere ad ſervitium Dei, ſi ipſe tamen innuptus vel innupta permanſerit. In veteri teſtamento taliter legitur de coitu cum pecoribus: *Mulier quæ ſubcubuerit cuilibet jumento, ſimul interficiatur cum eo.* In novo illa, ſicut ille, qui cum pecoribus coierit, quindecim annis, alii undecim pœniteat. Animalia coitu hominum polluta occidantur, carneſque canibus proiciantur; ſed coria eorum adſumantur. Ubi autem dubium eſt, non occidantur.

Ibid. p. 55. cap. 31.

De ſervo qui damnum cuilibet intulerit, quid agendum ſit.

Capitular. lib. 3. c. 44.

CCX. Nemini liceat ſervum ſuum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, ſed juxta qualitatem damni dominus pro ipſo reſpondeat, vel eum in compoſitionem aut ad pœnam petitori offerat. Si autem ſervus perpetrato ſcelere fugerit, ita ut à domino penitùs inveniri non poſſit, ſacramento ſe dominus excuſare ſtudeat quòd nec ſuæ voluntatis nec conſcientiæ fuiſſet quòd ſervus ejus tale facinus commiſit. Sicut petierunt, ita Domnus Imperator conſenſit.

De eo qui ad mallum legibus mannitus fuerit, & non venerit.

Ibid. c. 45.

CCXI. Si quis ad mallum legibus mannitus fuerit, & non venerit, ſi eum ſonnis non detinuerit, quindecim ſolidis culpabilis judicetur. Similiter ad ſecundam & tertiam. Si autem ad quartam venire contempſerit, poſſeſſio ejus in bannum mittatur donec veniat, & de re quâ interpellatus fuerit, juſtitiam faciat. Si infra annum non venerit, de rebus ejus quæ in bannum miſſæ ſunt Rex interrogetur, & quicquid inde judicaverit, fiat. Prima mannitio ſuper noctes VII, ſecunda ſuper XIV, tertia ſuper XXI, quarta ſuper XLII. Similiter & de beneficio hominis, ſi fortè res proprias non habuerit, mittatur in bannum uſque dum Rex interrogetur.

De eo qui filios non habuerit, & in eorum loco alium ſibi heredem facere voluerit.

Lex Ripuar. tit. 32. Capitulare IV. anni 803. c. 48. Ivo, par. 16. c. 302.

CCXII. Qui filios non habuerit, & alium quemlibet heredem ſibi facere voluerit, coram Rege vel coram Comite & Scabinis, vel Miſſis dominicis, qui ab eo ad juſtitias faciendas in provincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

De denarialibus, qualiter poſſint hereditare.

Capitulare IV. anni 803. c. 57. 64. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 34. cap. 11.

CCXIII. Homo denarialis non antèà hereditare in ſuam agnationem poterit, quàm uſque ad tertiam generationem perveniat. Homo chartularius ſimiliter faciat.

Monumenta Baſil. Ambroſ. pag. 216, 226, 228. Polypt. S. Remig. pag. 5.

Ut omne ſacramentum in Eccleſia juretur.

Capitulare IV. anni 803. c. 57. 72. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 55. c. 21. & tit. 28. c. 3.

CCXIV. Omne ſacramentum in Eccleſia & ſuper Reliquias juretur. Et quod in Eccleſia jurandum eſt, vel cum ſex electis, vel ſi duodecim eſſe debent, quales potuerit invenire. *Si illum Deus adjuvet, & illi Sancti quorum iſtæ Reliquiæ ſunt, ut veritatem dicat.* Si res intertiata furto ablata fuerit, liceat ei ſuper quem res intertiata fuerit, ſacramento ſe excuſare de furto, quòd nec ſuæ voluntatis aut con-

Vide Amerbachium ad c. 6. de leg. Ripuar.

cientiæ fuiſſet quod ablatum eſt, & aliud tantum ſine damno reſtituatur.

Ut vitia quæ remanſerunt ex ritu Gentilium Fideles caveant.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2.

CCXV. Placuit ut fideles caveant vitia quæ ex ritu Gentilium remanſerunt; id eſt, magi, arioli, ſortilegi, veneſici, divini, incantatores, ſomniatorum conjectores, quos divina lex inretractabiliter puniri jubet. Et ne eos inter ſe ſinant eſſe providendum illis eſt.

De Eccleſiis reſtaurandis.

Capitulare III. anni 803, c. 1.

CCXVI. De Eccleſiis emendandis, & ubi in uno loco plures ſunt quàm opus ſit, ut deſtruantur quæ neceſſariæ non ſunt, & aliæ conſtruantur.

Ne Presbyteri, priuſquàm examinentur, ordinentur.

Suppl. lib. 1, c. 136.

CCXVII. Ut Preſbyteri non ordinentur priuſquam examinentur. Et ut excommunicatio ſubitò & ſine cauſa non fiat.

Ut dominici Miſſi Scabinos, Advocatos, & Notarios eligant.

Capitular. lib. 3. c. 33.

CCXVIII. Ut Miſſi noſtri Scabinos, Advocatos, & Notarios per ſingula loca eligant, & eorum nomina, quandò reverſi fuerint, ſecum ſcripta deferant.

De his qui legem ſervare contemnunt.

Ibid. c. 34.

CCXIX. De his qui legem ſervare contemnunt, ut per fidejuſſores in præſentiam Regis deducantur.

Ut fideles ſe à vitiis abſtineant quæ quaſi naturaliter in uſu habentur.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2.

CCXX. Placuit ut fideles à vitiis deteſtandis, quæ habentur quaſi naturaliter in uſu, ſe abſtineant, quæ Apoſtolus apertè enumerat, id eſt, ebrietates, comeſſationes, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, detractiones, invidiæ, inimicitiæ; de quibus Apoſtolus ait: *Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et alibi: *Non ſolùm qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus.* Et de illis dici poteſt: *Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.*

De his qui heribannum ſolvere debent.

Capitular. lib. 3. c. 35. Ibid. lib. 5. cap. 283.

CCXXI. Ut illi qui heribannum ſolvere debent, conjectum faciant heribannatoribus, & nullum aliud obſequium Comitibus vel Vicariis faciant.

De fugitivis & peregrinis, ut diſtringantur.

App. II. cap. 4.

CCXXII. De fugitivis ac peregrinis, ut diſtringantur, ut ſcire poſſimus qui ſint aut unde venerint.

De armillis & bruniis negotiatoribus non dandis.

Ibid. c. 5.

CCXXIII. Ut armillæ & bruniæ non dentur negotiatoribus.

Ut menſuræ æquales fiant.

Ibid. c. 6.

CCXXIV. De menſuris, ut ſecundùm juſſionem noſtram æquales fiant.

Ut Chriſtiani ab otioſo ſermone ſe caveant, vel à cæteris vitiis.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2.

CCXXV. Placuit ut fideles de otioſo ſermone, pro quo in die judicii ſecundùm Domini ſententiam rationes omnes reddituri ſumus, & de ſcurrilitate & ſtultiloquio & maledictionibus, quoniam, juxta Apoſtolum, maledicentes regnum Dei non poſſidebunt, & de mendacio noxio, ſive de periculoſo aſſiduoque juramento, & obſcœnis turpibuſque canticis, ab his omnibus cuncti Chriſtiani ſe fortiter cavere debeant; ne his ſtudentes per neglegentiam detrimentum ſuarum patiantur animarum.

Ut ſuper veſtituram Pippini Regis teſtimonia non mittantur.

App. II. cap. 7.

CCXXVI. Ut non mittantur teſtimonia ſuper veſtituram Domni Pippini Regis.

Ut nec colonus nec fiſcalinus traditiones faciat.

Capitular. lib. 3. c. 36.

CCXXVII. Ut nec colonus nec fiſcalinus poſſit alicubi traditiones facere.

Ne præſumat aliquis hominem ſine cauſa ad judicium mittere.

Ibid. c. 37.

CCXXVIII. Ut nullus præſumat hominem ad judicium mittere ſine cauſa, niſi judicatum fiat.

Si liber homo in monaſterio regulari comam depoſuerit.

Capitular. lib. 1. cap. 137.

CCXXIX. Si liber homo in monaſterio regulari comam depoſuerit, & res ſuas ibidem delegaverit, promiſſionem factam ſecundùm regulam firmiter teneat.

De conjugio, quòd à Deo ſit conſtitutum, & quòd non cauſâ luxuriæ, ſed cauſâ potiùs filiorum appetendum ſit.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2.

CCXXX. Placuit ut fideles ſciant conjugium à Deo eſſe conſtitutum, & quòd non ſit cauſâ luxuriæ, ſed cauſâ potiùs filiorum adpetendum. Et ut virginitas uſque ad nuptias fideliter ſervetur. Et uxores habentes neque pellicem neque concubinam habere debeant. Quomodò etiam in caſtitate uxores ſuas diligere, eiſque, utpotè vaſi infirmiori, honorem debitum impendere. Et quòd commixtio carnalis cum uxoribus, gratiâ fieri debeat prolis, non voluptatis. *Vide infrà, cap. 240.*

Capitula Herardi, c. 67.

Ut omnia quæ wadiari debent, ſecundùm legem rewadientur.

App. II. cap. 8.

CCXXXI. Ut omnia quæ wadiari debent, juxta quod in lege continetur, pleniter ſecundùm ipſam legem rewadiata

fiant. Et inpoſtmodùm vel Domnus Rex, vel ille cujus cauſa eſt, juxta quod ei placet, miſericordiam faciat

Ut nullus ebrius cauſam ſuam poſſit in mallo conquirere.

Capitular. lib. 3. c. 38. CCXXXII. Ut nullus ebrius ſuam cauſam in mallo poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere. Nec placitum Comes habeat, niſi jejunus.

De nullo ad bibendum cogendo.

Capitular. lib. 1. cap. 138. CCXXXIII. Ut neminem liceat alium cogere ad bibendum.

De Miſſis dominicis diſcurrentibus

Lib. 3. leg. Longobar. tit. 4. c. 4. Iſaac, tit. 2. cap. 3. CCXXXIV. De Miſſis noſtris diſcurrentibus, vel cæteris hominibus in utilitate noſtra iter agentibus, præcipimus ut nullus manſionem contradicere præſumat, nec herbam, excepto ſuo prato. *Suprà, lib. 3. cap. 39.*

Ut à coitu prægnantium fideles ſe abſtineant.

Add. II. c. 23. Capitula Herardi, c. 124. *Vide* Corbeienſi Notas ad Herman. p. 87. col. 1. edit. Antuerpiæ. CCXXXV. Placuit ut fideles ſe abſtineant à coitu prægnantium uxorum, necnon menſtruo tempore. Et ut causâ fornicationis non ſit uxor, ſecundùm Domini ſententiam, dimittenda, ſed potiùs ſuſtinenda. Et quòd hi qui causâ fornicationis, dimiſſis uxoribus ſuis, alias ducunt, Domini ſententiâ adulteri eſſe notantur.

De canibus qui in dextro armo tonſi ſunt.

Capitulare III. an. 803. cap. 18. CCXXXVI. De canibus qui in dextro armo tonſi ſunt, ut homo qui eum habuerit, cum ipſo cane in præſentiam Regis veniat.

De Capitulis quæ in Lege noviter addita ſunt.

Ibid. c. 19. *Vide* ſuprà, pag. 391, lin. 8-11 & Binii, to. 1. p. 457, cap. 12. CCXXXVII. Ut populus interrogetur de capitulis quæ in Legem noviter addita ſunt. Et poſtquam omnes conſenſerint, ſcriptiones & manufirmationes ſuas in ipſis capitulis faciant.

Ut nullus ad placitum banniatur præter Scabinos ſeptem, & qui cauſam quærere debent.

Suprà, lib. 3. c. 40. CCXXXVIII. Ut nullus ad placitum banniatur, niſi qui cauſam quærere vult, aut ſe ab alio quæri ſcit; exceptis Scabinis ſeptem, qui ad omnia placita eſſe debent.

De falſis teſtibus non recipiendis.

Ibid. c. 41. CCXXXIX. Ut falſi teſtes minimè recipiantur.

Qualiter fidelibus Chriſtianis inceſta cavenda ſint.

Suprà c. 230. hujus libri. CCXL. Placuit ut fideles agnoſcant qualiter inceſta Chriſtianis cavenda ſint, & quòd loca Deo dicata frequentiùs devotiuſque ad Deum exorandum, ſibique propitium faciendum, ſæpius quàm hactenùs feciſſent, frequentent; & quòd in baſilicis Deo dicatis non ſit fabulis otioſis, turpibuſque & obſcœnis ſermocinationibus vacandum, & negotia ſecularia publicaque placita habenda; & quòd hi qui hæc in Eccleſiis faciunt, majora ſibi peccata accumulent. *Vide infrà, Addit. II, cap. 23.*

De non jurando per vitam Regis

Suprà, lib. 3. c. 42. Lib. 3 leg. Longobar. tit. 24. c. 1. CCXLI. Ut nullus præſumat per vitam Regis & filiorum ejus jurare.

Ut Miſſi non ſolùm de adnuntiatione, ſed etiam de opere, breves afferant.

Append. II. cap. 9. CCXLII. Ut Miſſi noſtri, qui jam breves detulerunt de adnuntiatione, adhuc adducant & de opere.

Ut nullus præſumat teloneum, rodaticum, & pulveraticum recipere.

Ivo, par. 16. c. 306. CCXLIII. Ut nullus homo præſumat teloneum per vias, nec per villas rodaticum, nec pulveraticum recipere.

Ut Fideles juſta judicia judicent.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2. CCXLIV. Placuit ut Fideles juſta judicia judicent, & munera pro hoc non accipiant, & ut falſum teſtimonium vitent, & à detractione ſe abſtineant, necnon à cæteris malis quæ longum eſt dinumerare.

Ut Eccleſiæ earum juſtitiam obtineant.

Capitulare IV. annî 806. c. 1 CCXLV. In primis omnium jubendum eſt ut habeant Eccleſiæ earum juſtitias, & in vita illorum qui habitant in ipſis Eccleſiis, & poſt, tam in pecuniis quàm & in ſubſtantiis earum.

Ut poteſtatem Epiſcopi omnes intelligant, & inſtruantur qualiter ſive ſecundùm canonicam, ſive ſecundùm monaſticam regulam, eis vivendum ſit.

Ibid. c. 2. CCXLVI. Ut omnes Epiſcopi poteſtatem intellegant, & inſtruantur ut vel ſecundùm canonicam, vel ſecundùm monaſticam regulam, regantur eorum miniſterio, tam in monaſteriis virorum quàm & in puellarum, & in forenſibus Preſbyteris, ſeu reliquo populo Dei.

Notæ ad Innoc. III. pag. 139.

De viduis & orphanis, & minùs potentibus.

Capitulare IV. annî 806. c. 3. CCXLVII. Ut viduæ, orphani, & minùs potentes, ſub Dei defenſione & noſtro mundeburde pacem habeant, & eorum juſtitias adquirant.

De non parvipendenda excommunicatione Sacerdotum.

Iſaac, tit. 9. c. 6. CCXLVIII. Placuit ut fideles non parvipendant excommunicationem Sacerdotum illorum; quoniam ſi hoc fecerint, juſtè ſegregabuntur à cœtu Chriſtianorum.

De Epiſcopis & Comitibus, ut ſibi conſenſum invicem præbeant.

Capitular. lib. 5. cap. 240. Capitulare IV. anni 806. c. 4.

CCXLIX. Ut Epiſcopi cum Comitibus ſtent, & Comites cum Epiſcopis, ut uterque pleniter ſuum miniſterium peragere poſſit.

Ut latrones vel homicidæ, ſive adulteri ſub magna correctione conſtringantur.

Capitulare IV. anni 806. c. 5. Capitulat. lib. 5. cap. 241.

CCL. Ut latrones, vel homicidæ, ſeu adulteri, vel inceſtuoſi, ſub magna diſtrictione & correctione ſint correpti ſecundùm euvam Bajuvariorum vel legem.

De rebus invaſis.

Ibid. c. 6. Capitular. lib. 5. cap. 242.

CCLI. De rebus propriſis, ut ante Miſſos & Comites & Judices noſtros veniant ii qui hoc egerunt, & ibi accipiant finitivam ſententiam, ita ut inantea nullus præſumat alterius res proprindere; ſed magis ſuam cauſam quærant ante Judices noſtros, ut diximus, & ibi recipiant quod juſtum eſt.

De ſuperbia, propter quam Diabolus corruit.

Ibid. 317.

CCLII. Placuit ut fideles de ſuperbia inſtruantur, per quam Angelus, factus Diabolus, de cœlo ejectus eſt.

De eo cui non rectè judicatur.

Capitulare IV. anni 806 c. 7. Ivo, par 16. c. 307.

CCLIII. Ut ſi aliquis voluerit dicere quòd juſtè ei non judicetur, tunc in præſentiam noſtram veniat. Aliter verò non præſumat in præſentiam noſtram venire pro alterius juſtitia dilatanda.

De invidia, per quam Diabolus hominem ejecit de paradiſo.

Capitular. lib. 5. cap. c. 317

CCLIV. Placuit ut fideles admoneantur de invidia, per quam Diabolus hominem de paradiſo ejecit.

De odio & diſcordia

Ibid

CCLV. Placuit ut fideles admoneantur de odio & diſcordia, quæ caritatem inter proximos extingunt, & dilectionem evacuant, & omnia bona pervertunt, & non ſinunt proximos in mutua dilectione conſiſtere.

Capitularium dominicum, datum anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCVI. *ad Theodonis villam, & anno imperii Domini Karoli* VI.

Capitulare I. anni 805. c. 1. & ſeq.

CCLVI. I. Ut lectiones in Eccleſia diſtinctè legantur. II. De cantu, ut ſecundùm ordinem & morem Romanæ Eccleſiæ fiat cantatus. III. De Notariis, ut unuſquiſque Epiſcopus & Abba & ſinguli Comites ſuum Notarium habeant. IV. De cæteris diſciplinis Eccleſiæ, ut ſecundùm canones vel regulam fiant. V. De medicinali arte, ut infantes hanc diſcere mittantur. VI. De Eccleſiis ſine honore manentibus abſque officiis & luminaribus; & de his qui decimas ſumunt & de Eccleſiis non curant, ut hoc omnimodis emendetur; & de altaribus, ut non ſuperflua ſint in Eccleſiis.

De Laicis qui noviter ſunt converſi.

Ibid. c. 10. Capitular. lib. 5. cap. 244.

CCLVII. De laicis noviter converſis, ne, antequam ſuam legem pleniter vivendo diſcant, ad alia negotia mittantur.

Ut Scribæ falsò non ſcribant.

Capitular. lib. 1. cap. 105.

CCLVIII. De ſcribis, ut non vitioſè ſcribant.

Ut compotum diſcatur.

Capitulare I. anni 805, cap. 3.

CCLIX. De compoto, veraciter illum diſcant omnes.

Ibid. c. 5.

De derelinquentibus ſeculum propter ſervitium Dei.

Ibid. c. 8. Capitular. lib. 5. cap. 245.

CCLX. De his qui ſeculum relinquunt propter ſervitium impediendum, & tunc neutrum faciunt, ut unum è duobus eligant, aut pleniter ſecundùm canonicam, aut ſecundùm regulæ inſtitutionem, vivant, aut ſervitium dominicum faciant.

Ut ſervi proprii non tondantur, vel ancillæ non velentur, niſi ad menſuram.

Capitular lib. 1 cap. 106.

CCLXI. De ſervis propriis vel ancillis, ut non ampliùs tondantur vel velentur niſi ſecundùm menſuram. Et ut ibi ſatisfiat; & villæ non ſint deſolatæ.

Ut ſuperfluæ Congregationes nullatenùs fiant.

Ibid. 107.

CCLXII. De congregationibus ſuperfluis, ut nullatenùs fiant; ſed tantos congreget unuſquiſque quantis conſilium dare poteſt.

De his qui ſecundùm regulam non pulſantur.

Ibid. 108.

CCLXIII. De his qui non fiunt ſecundùm regulam pulſati, ut deinceps emendetur.

Ut infantulæ non velentur.

Ibid. 109.

CCLXIV. Ut infantulæ parvæ ætatis puellæ non velentur antequam illæ eligere ſciant quid velint, ſalvâ canonicâ auctoritate.

De Laicis, ut non ſint Præpoſiti Monachorum.

Ibid. 110.

CCLXV. Ut laici non ſint præpoſiti Monachorum infra monaſterium, nec Archidiaconi ſint laici.

Ut inceſtuoſi canonicè examinentur.

Ibid. 111.

CCLXVI. De inceſtuoſis, ut canonicè examinentur, nec propter alicujus amicitiam quidam relaxentur, quidam conſtringantur.

De his qui per aliquod ſcelus rebelles fiunt.

Capitular lib. 5 c. 1.

CCLXVII. Ut paci omnes ſtu-

deant; & qui pro aliquo ſcelere ſibi rebelles ſunt, conſtringantur.

De juſtitiis Eccleſiarum Dei, orphanorum, pupillorum, ac viduarum.

Ibid. c. 2. CCLXVIII. Juſtitiæ Eccleſiarum Dei, viduarum, orphanorum, & pupillorum, & in publicis judiciis non deſpiciantur clamantes, ſed diligenter audiantur.

De juſtitiis regalibus.

Ibid. c. 3. CCLXIX. Ut juſtitiæ regales pleniter inquiſitæ fiant.

De fame vel cæteris tribulationibus.

Capitular. lib. 1. cap. 113. Ibid. lib. 5. cap. 246. CCLXX. Si venerit fames, clades, aut inæqualitas aëris, vel qualiſcunque tribulatio, non expectetur edictum dominicum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, ut unuſquiſque adjuvet prout poteſt, & nemo ſuam annonam nimis carè vendat. Et ne foris imperium noſtrum vendatur aliquod alimonium.

Ut arma infrà patriam non portentur.

Capitular. lib. 3. c. 4. Ibid lib. 5. c. 247. CCLXXI. De armis infra patriam non portandis, id eſt, ſcutis, & lanceis, vel loricis. Si faidoſus quis ſit, diſcutiatur tunc quis è duobus contrarius ſit; & ut pacati ſint, conſtringantur ad pacem, etiamſi noluerint. Et ſi aliter pacificare nolunt, adducantur in noſtram præſentiam. Et ſi aliquis poſt pacificationem alterum occiderit, componat illum, & manum quam perjuraverit abſque ulla redemptione perdat, & inſuper bannum dominicum ſolvat. Et ut ſervi lanceas non portent. Qui inventus fuerit poſt bannum, haſta frangatur in dorſo ejus.

Ut omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat.

Capitular. lib. 5. cap. 248. CCLXXII. De armatura in exercitu, ſicut anteà in alio Capitulari mandavimus, ita ſervetur. Et inſuper omnis homo de duodecim manſis bruniam habeat. Qui verò bruniam habens, eam ſecum non duxerit, omne beneficium cum brunia perdat.

De negotiatoribus qui partes Sclavorum vel aliarum gentium petierint.

Capitular. lib. 3. c. 6. CCLXXIII. De negotiatoribus qui partes Sclavorum & Avarorum pergunt, quouſquè procedere debeant, id eſt, partibus Saxoniæ uſque ad Bardenuwic, ubi prævideat Herti, & ad Ceſlic, ubi Madegaudus prævideat, & ad Magadeburc prævideat Atto, ad Herfesfur prævideat Madalgaudus, & ad Alagaſtat, ſimiliter ad Forachem & ad Brehembret; & ad Rageneſburc prævideat Otulfus, ad Lavariocam Warnarius, ut arma & brunias non ducant ad vendendum. Quòd ſi inventi fuerint portantes, omnem ſubſtantiam eorum auferant ab eis; dimidia quidem pars partibus palatii, alia verò medietas inter jamdictos Miſſos & inventores dividatur.

Ut cauſedici qui adquieſcere noluerint, recludantur.

Ibid. c. 7. Capitular. lib. 5. cap. 249. CCLXXIV. De clamatoribus vel cauſedicis qui nec judicium Scabinorum adquieſcere nec blaſphemare volunt, antiqua conſuetudo ſervetur, id eſt, ut in cuſtodiam recludantur donec unum è duobus faciant. Et ſi ad palatium pro hac re reclamaverint, & litteras detulerint, non quidem eis credatur, nec tunc tamen in carcerem mittantur, ſe cum cuſtodia & cum ipſis litteris eos ad palatium noſtrum remittant, & ibi diſcutiantur ſicut dignum eſt.

De juramento, ut nulli alteri niſi proprio Seniori juramenti fidelitas promittatur.*

* Lege *niſi Regi & proprio Seniori, &c.*

Capitular. lib. 3. c. 8. Ibid. lib. 5. cap. 250. CCLXXV. De juramento, ut nulli alteri per ſacramentum fidelitas promittatur niſi nobis, & unicuique proprio Seniori, ad utilitatem noſtram & ſui Senioris; excepto his ſacramentis quæ juſtè ſecundùm legem alteri ab altero debentur. Et infantes, qui anteà non potuerunt propter juvenilem ætatem jurare, modò fidelitatem promittant.

De his qui conſpirationem fecerint, ut tripliciter judicentur.

Capitular. lib. 3. c. 9. Ibid. lib. 5. cap. 251. CCLXXVI. Conſpirationes quicunque facere præſumpſerint, & ſacramento quocunque conſpirationem firmaverint, triplici ratione judicentur. Primò, ut ubicunque aliquod malum propter hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur; adjutores verò eorum, ſinguli alter ab altero flagellentur, & nares ſibi invicem præcidant. Ubi verò nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, & capillos ſibi invicem detundant. Si verò per dexteras aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut jurent cum idoneis juratoribus quòd hoc pro malo non feciſſent; aut ſi hoc facere non potuerint, ſecundùm legem ſuam componant. Si verò ſervi ſunt, flagellentur; ut de cætero in regno noſtro nulla hujuſcemodi conſpiratio per ſacramentum neque ſine ſacramento fiat.

De perjuriis, ut caveantur.

Capitular. lib. 3. c. 10. Ibid. lib. 5. c. 252. Hinc. tit. 8. cap. 2. Concil. Trol. c. 11.

CCLXXVII. Præcipimus ut perjuria caveantur, nec admittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non liceat accuſatores teſtes eligere, abſente ſuo cauſatore. Et omninò nullus, niſi jejunus, ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Et ille qui ad teſtimonium adducitur, ſi refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi fortè longiùs extrà comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum aut redimat.

Ut Vicedomini, Advocati, & Centenarii pravi auferantur.

Capitular. lib. 3. c. 11. Ibid. lib. 5. cap. 253.

CCLXXVIII. De Advocatis, Vicedominis, Vicariis, Centenariis pravis, ut tollantur, & tales eligantur qui & ſciant & velint juſtè cauſam diſcernere & terminare. Et quiſquis pravus inventus fuerit, nobis pro certo nuntietur.

Ut antiqua telonea & juſta exigantur à negotiatoribus, nova verò & injuſta repellantur.

Capitular. lib. 3. c. 12. Ibid. lib. 5. cap. 254.

CCLXXIX. Placet nobis ita, ut antiqua & juſta telonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus, quàm & de navigiis, ſeu mercatis. Nova verò ſive injuſta, ubi vel funes tenduntur, vel cum navibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia in quibus nullum adjutorium iterantibus præſtatur, ut non exigantur. Similiter etiam nec de his qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de una domo ſua ad aliam, aut ad palatium, aut in exercitum ducunt. Si quid verò fuerit unde dubitetur, ad placitum noſtrum, quod cum Miſſis noſtris habituri ſumus, interrogetur.

De fugitivis Clericis & Laicis illud ſervandum eſt quod in Capitulari dominico continetur.

Capitular. lib. 1. cap. 113.

CCLXXX. De fugitivis Cloricis ſive Laicis, vel etiam feminis, ſicut jam in alio Capitulari noſtro præcepimus, ita ſervetur.

De his qui ad Dei ſervitium volunt accedere, ut abſque licentia regali non id agant qui liberi exiſtunt.

Ibid. 114. Ibid. lib. 5. cap. 255.

CCLXXXI. Liberi homines qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, præcipimus ut priùs hoc non faciant quàm à nobis licentiam poſtulent; nam quia audivimus aliquos ex illis non tam cauſâ devotionis, quàm exercitum ſive aliam functionem regalem fugiendo, quoſdam verò cupiditatis cauſâ ab his qui res illorum concupiſcunt, circumventos audivimus, & hoc ideò fieri prohibemus.

Ut potentiores non opprimant pauperes.

Capitular. lib. 1. cap. 115. Ibid. lib. 5. c. 256.

CCLXXXII. De oppreſſione pauperum liberorum hominum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra juſtitiam oppreſſi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant. Ideò hæc de liberis hominibus dicimus, ne fortè parentes contrà juſtitiam fiant exheredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi heredes propter indigentiam mendici, vel latrones, ſeu malefactores efficiantur. Et ut ſæpiùs non fiant manniti ad placitum, niſi ſicut in alio Capitulari præcipimus.

Ut Eccleſiæ noviter inventæ ſine Epiſcopi probatione non venerentur.

App. I. 10. Capitular. lib. 5. cap. 257.

CCLXXXIII. De Eccleſiis ſeu Sanctis noviter ſine auctoritate inventis, niſi Epiſcopo probante minimè venerentur: ſalvâ etiam de hoc & de omnibus Eccleſiis canonicâ auctoritate.

De falſis monetis quæ contrà juſtitiam fiunt.

Capitular. lib. 3. c. 13.

CCLXXXIV. De falſis monetis, quia in multis locis contra juſtitiam & contra edictum fiunt, volumus ut in nullo alio loco moneta ſit, niſi in palatio noſtro, niſi fortè iterùm aliter à nobis fuerit ordinatum. Illi tamen denarii qui modò monedati ſunt, ſi penſantes & meri fuerint, habeantur.

Ut heribannus dominicus fideliter exigatur.

Capitular. lib. 3. c. 14. Ibid. lib. 5. c. 258.

CCLXXXV. De heribanno volumus ut Miſſi noſtri hoc fideliter exigant, abſque ullius perſonæ gratia blanditiæ ſeu terrore, ſecundùm juſſionem noſtram; id eſt, de homine habente libras ſex in auro, in argento, bruniis, æramento, pannis integris, caballis, ovibus, vaccis, vel alio peculio, ita ut uxores eorum vel infantes non fiant diſpoliati pro hac re, de veſtimentis eorum accipiant legitimum heribannum, id eſt, libras tres. Qui verò non habuerit ampliùs in ſupraſcripto pretio valente niſi libras tres, ſolidi triginta ab eo exigantur. Qui autem non habuerit ampliùs niſi duas libras, decem ſolidos exſolvat. Si verò niſi unam libram habuerit, ſolidos quinque, ita ut iterùm ſe valeat reparare ad Dei ſervitium & noſtram utilitatem. Et Miſſi noſtri caveant ut diligenter inquirant ne per aliquod malum ingenium

noſtram ſubtrahant juſtitiam, alteri tradendo aut commendando.

Ut cenſus regalis inde ſolvatur unde olim exigebatur legitimè.

Capitular. lib. 3. c. 15. CCLXXXVI. Cenſus regalis undecunque olim legitimè exigebatur, volumus ut inde ſolvatur, ſive de propria perſona hominis, ſive de rebus.

Quid de latronibus agendum ſit.

App. tit. 1. CCLXXXVII. De latronibus ſicut jam antè in alio Capitulari commendavimus, ita maneat.

Quid de illis qui uxores habent fiſcalinas, ſit agendum.

Capitular. lib 3. c. 16. Ibid. lib 5. cap. 259. CCLXXXVIII. De liberis hominibus qui uxores de fiſcis regalibus habent, & de feminis quæ liberæ ſunt, & homines ſimiliter fiſcalinos regios habent aut accipiunt, ut nec de hereditate parentum, vel de cauſa ſua quærenda, nec de teſtimonio pro hac re abiciantur; ſed talis nobis in hac cauſa honor ſervetur qualis & anteceſſoribus noſtris Regibus vel Imperatoribus ſervatus eſſe cognoſcitur.

De libris canonicis, ut veraciter habeantur.

Capitular. lib. 1. c. 20. 68. 73. Baron. to. 9. p. 340. CCLXXXIX. Volumus, & ita Miſſis noſtris mandare præcipimus, ut in Eccleſiis libri canonici veraces habeantur, ſicut jam in alio Capitulari ſæpius mandavimus.

De Laicis, ut Orationem Dominicam memoriter diſcant.

Ibid. lib. 5. cap. 260. CCXC. Ut Laici Symbolum & Orationem Dominicam pleniter diſcant. Comites quoquè & Centenarii, nobiles viri, legem ſuam pleniter diſcant, ſicut in alio loco decretum eſt. Præcipimus autem Miſſis noſtris ut ea quæ multis jam annis per Capitula noſtra in toto regno noſtro mandavimus agere, diſcere, obſervare, vel in conſuetudinem habere, ut hæc omnia nunc diligenter inquirant, & omninò ad ſervitium Dei & ad utilitatem noſtram, vel ad omnium Chriſtianorum hominum profectum, innovare ſtudeant, & quantùm Domino donante prævalent, ad perfectum uſque perducant, & nobis omninò renuntient quis inde certamen bonum hoc adimplere habuiſſet, ut à Deo & à nobis gratiam habeat. Qui autem neglegens inde fuerit, ut talem diſciplinam percipiat qualem talis ſit contemptor recipere dignus, ita ut cæteri metum habeant ampliùs.

Capitula quæ ad Legem Salicam mittenda ſunt. De occiſione Diaconorum vel aliis cauſis.

Capitular. lib. 3. c. 25. & ſeq. Ibid. lib. 5. cap. 261. CCXCI. Qui Subdiaconum occiderit, trecentos ſolidos componat; qui Diaconum, quadringentos ſolidos componat; qui Preſbyterum, ſexcentos; qui Epiſcopum, nongentos; qui Monachum, quadringentis ſolidis culpabilis judicetur. Si quis in immunitate damnum aliquod fecerit, ſexcentos ſolidos componat. Si autem homo furtum aut homicidium fecerit, aut quodlibet crimen forìs committens infrà immunitatem fugerit, mandet Comes vel Epiſcopo vel Abbati, vel Vicedomino, vel illi qui locum Epiſcopi vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione quindecim ſolidos componat. Si ad ſecundam inquiſitionem eum reddere noluerit, triginta ſolidos componat. Si nec ad tertiam conſentire voluerit, quicquid reus damni fecerit, totum ille qui eum infrà immunitatem retinet, nec reddere vult, ſolvere cogatur. Et ipſe Comes veniens licentiam habeat ipſum hominem infra immunitatem quærendi, ubicunque eum invenire potuerit. Si autem in prima inquiſitione Comiti reſponſum fuerit quòd reus infrà immunitatem quidem fuiſſet, ſed fugâ lapſus fuerit, ſtatim juret quòd ipſe ad juſtitiam cujuſlibet disfaciendam fugere eum non feciſſet, & ſit ei in hoc ſatisfactum. Si autem intranti in ipſam immunitatem Comiti collectâ manu quiſlibet reſiſtere tentaverit, Comes hoc ad Regem vel ad Principem deferat, ut ibidem judicetur. Et ſicut ille qui in immunitate damnum fecit ſexcentos ſolidos componere debet, ita qui Comiti collectâ manu reſiſtere præſumit, ſexcentis ſolidis culpabilis judicetur.

Capitula quæ Domnus Karolus Imperator conſtituit.

Capitular. lib. 3. c. 22. CCXCII. Ut nullus ad placitum arma infrà patriam portet.

De latronibus.

Ibid. c. 23. Ibid. lib. 5. c. 206. CCXCIII. Quicunque poſt illam Miſſam ſancti Johannis præteriti anni cuidam latroni manſionem dederit, ſi Francus eſt, cum duodecim ſimilibus Francis juret quòd latronem eum fuiſſe non ſciſſet, licèt pater ejus ſit aut frater, vel aliquis propinquus. Si hoc jurare non potuerit, & ab alio convictus fuerit quòd latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro ſit, quia infidelis eſt noſtri & Francorum; & qui illum

illum ſuſcepit, ſimilis eſt illi. Si autem audivit quòd latro fuiſſet, & tamen non ſcit firmiter, juret ſolus quòd nunquam eum audiſſet, nec per veritatem, nec per mendacium, latronem; aut ſit paratus, ſi ille poſteà de latrocinio convincitur, ut ſimliter damnetur.

Ne aliquis de ignoto homine equum, bovem, vel aliud animal emat.

Capitular. lib. 3. c. 34. Savaro, pag. 389.

CCXCIV. Ut nullus comparet caballum, bovem, aut jumentum, vel aliud animal, niſi illum hominem cognoſcat qui eum vendidit, & de quo pago eſt, & ubi manet, & quis eſt ejus Senior.

De illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem dijudicati fuerint, & poſteà eis fuerit vita conceſſa, quòd ſi juſtitiam ab aliis requiſierint, aut ab eis juſtitiam quis quærere voluerit, qualiter inter illos judicium terminetur.

Capitular. lib. 3. c. 47.

CCXCV. Primò omnium de illis cauſis pro quibus judicatus fuerit ad mortem, nullam poteſt facere repetitionem, quia omnes res ſuæ ſecundùm judicium Francorum in publico fuerunt revocatæ. Et ſi aliquid inpoſtmodùm, poſtquam ei vita conceſſa eſt, cum juſtitia adquirere potuerit, in ſua libertate teneat & defendat ſecundùm legem. In teſtimonium verò non ſuſcipiatur, nec inter Scabinos legem judicando locum teneat. Et ſi ad ſacramentum aliquid ei judicatum fuerit quod jurare debeat, ſi aliquis ipſum ſacramentum falſum dicere voluerit, cum armis contendat.

De homine judicio Scabinorum judicato.

Ibid. c. 48. Ibid. lib. 5. cap. 287.

CCXCVI. Si alicui poſt judicium Scabinorum fuerit vita conceſſa, & ipſe poſtmodùm aliqua mala perpetraverit, & juſtitiam reddere noluerit, dicendo quòd mortuus ſit, & ideò juſtitiam reddere non debeat, ſtatutum eſt ut ſuperius judicium ſuſtineat quod anteà ſuſtinere debuit. Et ſi aliquis adversùs eum aliquid mali fecerit, ſecundùm æquitatis ordinem licentiam habeat ſuam juſtitiam requirendi de cauſa perpetrata poſtquam ad mortem judicatus eſt. De præteritis verò maneat ſicut ſuprà judicatum fuit.

De eo qui latronem forbannitum recipit, ſive ſervus, ſive liber ſit.

Capitular. lib. 3. c. 49.

CCXCVII. De latrone forbannito, liber homo qui eum ſuſceperit, quindecim ſolidos perſolvat, ſervus centum viginti ictus accipiat.

De Comite qui latronem in forbannum miſerit, ut aliis vicinis Comitibus notum faciat.

Ibid. c. 50.

CCXCVIII. Ut Comes qui latronem in forbannum miſerit, vicinis ſuis Comitibus notum faciat eundem latronem à ſe eſſe forbannitum, ut illi eum non recipiant.

De his qui terrenis mercimoniis inſiſtunt, ut magis ob ſuperna vitæ deſiderium, quàm pro humana ambitione, faciant.

Capitulare Theodulfi, cap. 35.

CCXCIX. Placuit ut admoneantur omnes fideles qui negotiis ac mercationibus rerum invigilant, ut non plus terrena lucra quàm vitam cupiant ſempiternam; nam qui plus de rebus terrenis, quàm de animæ ſuæ ſalute, cogitat, valdè à via veritatis aberrat, & juxta quemdam ſapientem in vita ſua perdit intima ſua. Sequendus eſt enim in hac parte, ſicut & in cæteris, apoſtolicus ſermo, qui ait: *Et ne quis ſupergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem ſuum: vindex eſt enim Deus de his omnibus.* Sicut ab his qui labori agrorum & cæteris laboribus victum atque veſtitum, & neceſſaria uſibus humanis, adquirere anhiantes inſtant, decimæ & eleemoſynæ dandæ ſunt, ita his quoquè qui pro neceſſitatibus negotiis inſiſtunt, faciendum eſt. Unicuique homini Deus dedit artem quâ paſcitur, & unuſquiſque de arte ſua, de qua corporis neceſſaria vel ſubſidia habet, animæ quoquè, quod magis neceſſarium eſt, ſubſidium adminiſtrare debet.

I. Theſſal. 4.

Ut eccleſiaſticis audientia minimè denegetur provocantibus.

Vide infrà, lib. 7. cap. 111.

CCC. Placuit ut à quibuſcunque Judicibus eccleſiaſticis ad alios Judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, fuerit provocatum, non eis denegetur qui provocaverint.

Concil. Carthag. III. c. 10.
Capitula Angilramni, c. 47.
Iſaac, tit. 2. cap. 6.
Ivo, par. 6. cap. 326. 363.
Gratian. 2. q. 6. c. 9. *Placuit.*

Ut Epiſcopus quilibet alterius plebem Epiſcopi vel fines non uſurpet.

Vide infrà, cap. 400.

CCCI. Ut Epiſcopus alterius Epiſcopi plebes vel fines non uſurpet.

Concil. Carthag. III. c. 10.
Berchard. lib. 1. c. 64.
Ivo, par. 5. c. 173.
Gratian. 7. q. 1. c. 27. *Placuit ut à nullo.*

De Clericis ſuperbis, ut coerceantur.

Vide infrà, lib. 7. cap. 154. Concil. Carthag. I. c. 11.

CCCII. Ut Clerici qui ſuperbi vel contumaces ſunt, coerceantur; ut minores, qui majoribus inrogaverunt injuriam,

metum habeant; quia manifestum est illos non esse Dei qui humilitatem contemnunt, sed diaboli, qui superbiæ inventor & princeps est. Unde si quis tumidus vel contumeliosus exiterit in majorem aatu, contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi.

De his qui Statuta Patrum violant: si Laicus fuerit, communione privetur; si Clericus, honore.

Concil. Carthag. I. can. 14. Addit. IV. cap. 60.

CCCIII. Si quis statuta supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, si Laicus est, communione; si Clericus, honore privetur.

De his qui contrà suam professionem vel subscriptionem venerint, quid agendum sit.

Concil. Carthag. II. c. 13. Capitula Angilramni, c. 61.

CCCIV. Qui contra professionem vel subscriptionem suam venerit, in Concilio deponatur.

De Presbytero qui se ab Episcopo suo diviserit.

Vide infrà, lib. 7. cap. 161. Concil. Carthag. II. cap. 8. Burchard. lib. 2. cap. 194. Ivo, par. 6. c. 239. Gratian. 12. q. 3. c. 5. *Si quis Presbyter.*

CCCV. Si quis Presbyter contra Episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Quòd si superbiâ, quod absit, inflatus secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, loco amisso, anathema habeatur. Nihilominùs & de civitate & congregatione in qua fuerit, longiùs repellatur, ne vel ignorantes vel simpliciter viventes serpentinâ fraude decipiat.

De Presbyteris qui absque Episcopi sui conscientia agenda celebraverint.

CCCVI. Si quis Presbyter inconsulto Episcopo agendam in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius extitit.

Capitular. lib 7. c. 165.
Addit. IV. c. 70.
Concil. Carthag. II. c. 9.
Tom. 11. Spicileg. pag. 271, c. 94.
Vide Notas ad Librum Sacrament. pag. 261.

Ut Episcopus lapsum incurrens, si plures congregare nequiverit, à duodecim audiatur.

Concil. Carthag. II. c. 10.

CCCVII. Si quis Episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrerit, & fuerit nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine maneat, a duodecim Episcopis audiatur.

Concil. Tribur c. 10.
Burchard. lib. 1. c. 149.
Ivo, par. 5. c. 162.
Gratian. 5. q. 8. c. 2. *Saggvo*; & 15. q. 7. c. 4. *Felix.*

Ut Episcopi plebes alienas non usurpent, & ut nemo ex eis collegam suum in diœcesi vel aliubi supergrediatur.

CCCVIII. Placuit ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesi collegam suum.

Concil. Carthag. III. c. 10.
Burchard. lib. 1. cap. 64.
Ivo, par. 5. c. 173.
Gratian. 7. q. 1. c. 17. *Placuit ut à nullo.*

De Episcopo qui ab aliquo impetitur, vel si ipse quæstionem aliquam retulerit, ut per Episcopos Judices causa terminetur.

CCCIX. Si quis Episcopus à quoquam impetitur, vel ille aliquam quæstionem retulerit, per Episcopos judices causa finiatur, sive quos eis Primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

Vide infra. lib. 7. cap. 171, 178.

Ut nullus Episcopus alium Episcopum conculcet aut impediat.

CCCX. Ut nullus Episcopus alium conculcet Episcopum, vel supergrediatur, aut aliquod ei incommodum faciat.

Ibid. 224.

Concil. Arelat. I. c. 17.
Burchard lib. 2. c. 64. 128.
Ivo, par. 5, cap. 228.

Ne Presbyteri vel Diaconi sine conscientia Episcoporum suorum aliquid agant.

Can. Apost. 40. Concil. Laodic. c. 57.

CCCXI. Ut Presbyteri vel Diaconi sine conscientia Episcoporum suorum nihil agant.

De loco dando peregrino Episcopo in quo sacrificet.

Concil. Arelat. I. c. 18. Ivo, par. 5, c. 216.

CCCXII. Ut peregrino Episcopo locus sacrificandi detur, atque benignè suscipiatur.

Vide infrà, lib. 7. cap. 189.

De non condemnando illo cujus causa diligenter non est examinata.

CCCXIII. Non est justum condemnare eum cujus causa ad liquidum non est examinata.

De his qui falsa fratribus capitalia obiciunt.

CCCXIV. Eos qui falsa fratribus capitalia objecisse convicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare.

Concil Arelat. I. cap. 14.
Concil. Arelat. II. c. 14.
Regino, lib. 2. c. 337.
Burchard. lib. 16. c. 34.
Gratian. 5. q. 10. c. 2. *Eos qui.*

De deponendo Sacerdote vel Levita, si crimen aliquod de se confessi fuerint.

CCCXV. Ut Sacerdos vel Levita, si de se crimen aliquod confitetur, deponatur.

De his qui libellos famosos inventi fuerint in Ecclesia posuisse, ut anathematizentur.

CCCXVI. Si qui inventi fuerint

libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

Concil. Eliber. c. 52.
Capitula Angilramni, c. 63.
Burchard. lib. 3. c. 199.
Ivo, par. 3. c. 251; & par. 4. c. 154.
Gratian. 5. q. 1. c. 3. *Si qui inventi.*

Ut delator communionem nec in finem accipiat, si inventus fuerit quilibet per delationem ejus præscriptus vel interfectus.

Add. IV. 34. CCCXVII. Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit præscriptus vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere communionem.

Concil. Eliberit. c. 73.
Burchard. lib. 6. c. 27.
Ivo, par. 10. c. 156.
Gratian. 5. q. 6. c. 6. *Delator.*

Ne aliquis Episcopus, vel inferior gradus, dominico die quemquam judicare præsumat.

CCCXVIII. Ut nullus Episcopus vel quis infrà positus die dominico causas judicare præsumat. Cæteris verò diebus, conhibentibus personis, illa quæ justa sunt habeant licentiam judicandi, excepto criminali negotio.

Concil. Tarracon. c. 4.
Capitula Angilramni, c. 64.
Burchard. lib. 1. c. 102.
Ivo, par. 4. c. 22; & par. 5. c. 204.
Gratian. 15. q. 4. c. 1. *Nullus Episcoporum.*

De potente, si pauperem expoliaverit, & non reddiderit admonente Episcopo, ut excommunicetur.

Ibid. c. 55. CCCXIX. Si quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente Episcopo non reddiderit, excommunicetur.

Concil. Tolet. I. c. 11.
Capitula Angilramni, c. 65.
Gratian. 24. q. 3. c. 21. *Si quis de potentibus.*

Ut nullus Clericus ab Episcopo suo recedere præsumat, & ad alium transire.

Capitula Angilramni, c. 66. Spicileg. tom. 9. p. 64. c. 10. CCCXX. Ut nullus Clericus ab Episcopo suo recedat; & ad alium se transferat.

Ut Clerici qui arma præsumpserint, in monasterium ad agendam pœnitentiam tradantur.

Infrà, lib. 7. 217. Add. III. cap. 17. Capitula Herardi, c. 113. CCCXXI. Ut Clerici qui in quacunque seditione arma volentes præsumpserint, reperti, amisso ordinis sui gradu, in monasterio pœnitentiæ contradantur.

Ut nullus Regum hujus Canonis censuram in aliquo violari permittat.

Capitula Angilramni, cap. 80. CCCXXII. Hujus constitutionis forma servetur, ut exsecrandum anathema fiat, & velut prævaricator catholicæ fidei semper à Domino reus exsistat, quicunque Regum deinceps canonis hujus censuram in quocunque crediderit aut permiserit violandam.

Gratian. 25. q. 1. c. 12. *Generali.* Anselm. Luc. lib. 2. adv. Guibertum.

Ut unusquisque alterius ruinis succurrat, & iram Dei per suam compassionem à se removeat.

Concil. Tolet. 8. c. 2. Capitula Angilramni cap. 69. Gratian. di. 86. c. 3. *Facientis.* CCCXXIII. Occurrere certè miserorum ruinis debet subsidio unusquisque quo valet, & ex relevatione alienæ vindictæ à se Dei removere vindictam. Libat enim Domino prospera qui ab afflictis pellit adversa.

Quòd Lex quam Rex qui prior fuit, instituit, ab illo qui ei successerit pari sententiâ roborata sit.

Conc. Tolet. 8. c. 13. CCCXXIV. Legem quam noster edidit Princeps stabili robore firmamus, atque ut futuris temporibus observetur pari sententiâ definimus.

Ut in metropolitana sede ad Synodum agendam omnes Pontifices conferantur.

Conc. Tolet. 9. c. 15. Infrà, lib. 7. c. 223. CCCXXV. Placuit definire ut paternis institutionibus obsequentes, in metropolitana sede, tempore quo omnes provinciales elegerint Pontifices, ad Synodum faciendam devotis studiis conferamus.

Ut dignitatem amittant omnes qui ad expeditionem exercitûs non pergunt, aut de exercitu fugiunt.

Conc. Tolet. 12. in Præfat. CCCXXVI. Placuit ut omnis qui in expeditionem exercitûs absque gravi necessitate non progreditur, aut de exercitu fugit, testimonio dignitatis suæ sit inrevocabiliter carens; ita ut in quibusdam villulis vel territoriis sive vicis pestus, hujus infamationis habitatores ipsorum locorum sint degeneres, & testificandi vel accusandi nullam habeant licentiam.

Ut Christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant.

Suprà, cap. 130. CCCXXVII. Ut Christiani ex propinquitate sui sanguinis connubia non ducant, nec sine benedictione Sacerdotis nubere audeant.

Ut non varientur quæ propter utilitatem sunt instituta.

Infrà, lib. 7. c. 227. Leo I. ep. 51. Ivo, par. 16. c. 327. Gratian. 25. q. 1. c. 3. *Quæ ad perpetuam.* CCCXXVIII. Quæ ad perpetuam utilitatem sunt instituta, nullâ commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa. Et manentibus terminis quos statuerunt patres, nemo damnet alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis voluerit, in latitudine se caritatis exerceat.

De fide Nicæna ſervanda. Et ut privilegia Eccleſiarum integra maneant.

Innoc. I. epiſt. 27.

CCCXXIX. Ut fides Nicæna ſervetur, & privilegia Eccleſiarum inlibata permaneant.

Quòd contra caput non ſit agendum.

Nicol. I. epiſt. 42.

CCCXXX. Contra caput etiamſi faciendum eſt, non libenter admittimus.

De Presbyteris qui contra Canones ad Comitatum ire voluerint ſuſceptis, qui dominico decreto communione alieni decernuntur.

CCCXXXI. Ex relatione quorundam didicimus qualiter Preſbyteri qui contra canones adversùm nos ad comitatum, neſcio quâ audaci temeritate, ire voluerunt, ſuſcepti ſunt. Unde has ad vos litteras deſtinamus, in quibus decreto noſtro ſancimus memoratos perturbatores à communione eſſe alienos debere. Et illos qui effrenato huic facto conſilio aſſenſum commodare voluerunt, veſtræ caritatis eſt æſtimare qualiter habeantur. Quibus obicere debetis quòd juxta canones fortiter incurrere, & qualiter Preſbyteros non decebat, rebelles exiſtere tentaverunt. Vos autem monemus in ſpeculis eſſe debere, neque in eorum proruptam audaciam devenire quos anathematizatos ſcit ſancta & apoſtolica Eccleſia.

De Sacerdotum Domini cauſis non terminandis priuſquam ex utraque parte fideliter audiantur, & pariter ac diligenter perſcrutentur.

Vide infrà, lib. 7. cap. 233.

Leo I. ep. 8. c. 1.

CCCXXXII. Nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus eſſe jura, nihil poſſumus in incognitis rebus in cujuſquam partis judicio definire, priuſquam univerſa quæ geſta ſunt veraciter audiamus.

Quòd Dominus, qui animas hominum ſalvat, imitatores nos velit ſuæ eſſe pietatis.

Idem, ep. 13. ad Flavian. ſub fine.

CCCXXXIII. Dominus, qui venit animas hominum ſavare, non perdere, imitatores nos vult eſſe ſuæ pietatis, ut peccantes quidem juſtitia coerceat, converſos autem à miſericordia non repellat.

De religionis periculo ab uniuſcujuſque pietatis conſcientia removendo.

Idem, ep. 25. ad Theodoſ.

CCCXXXIV. Removete, quæſumus, à veſtræ pietatis conſcientia periculum religionis & fidei. Et quod in ſecularibus negotiis veſtræ æquitati conceditur, in rerum divinarum pertractatione præſtate, ut Chriſti evangelio vim non inferat humana præſumptio.

Ut ſuarum rerum & omnium Eccleſiarum ſint communione contenti quorum cauſa adhuc terminanda eſt.

Idem, ep. 42. ad Anatolium.

CCCXXXV. Illud quod ab anteceſſoribus noſtris conſtitutum eſt, & nos approbamus, ut ſuarum rerum omniumque Eccleſiarum communione ſint interim contenti quouſquè à nobis cauſa terminetur.

Ut non ſinantur incurri quorum cauſa incerta eſt.

Idem, ep. 44. ad Maximum.

CCCXXXVI. Ne cujuſquam procaci impudentique verſutiâ, quaſi incertum quid ſequendum ſit, ſinatis incurri, cùm ab evangelica apoſtolicaque doctrina nec in uno quidem verbo liceat diſcedere, aut aliter de ſcripturis divinis habere quàm beati Apoſtoli & Patres noſtri didicerunt atque docuerunt.

De his qui à ſedibus ſuis fuerunt pulſi, & alii in illorum locum ſubſtituti ſunt.

Idem, ep. 47.

CCCXXXVII. Plurimos fratres ſedibus ſuis pulſos & in exilia audivimus deportatos, atque in loco ſuperſtitum alios ſubſtitutos. His primitùs vulneribus adhibeatur medicina juſtitiæ, ne quiſquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem errorem omnes relinquant. Nemini quidem perire honor debeat. Sed illis qui pro fide laboraverunt, priùs cum omni privilegio ſuo oportet jus proprium reformari.

De his qui non debent redire ad militiam ſecularem.

Idem, ep. 92. c. 10.

CCCXXXVIII. Quòd ad militiam ſecularem poſt pœnitentiam redire nemo debeat; nec eis juſtam ſupereſſe querimoniam qui ſe ab inchoatis diſceptationibus ſponte ſubtraxerint.

De his quos oportet majori auctoritate curare.

Infrà, lib. 7. c 236. Leo, ep. 84. ad Anaſtaſ. c. 1.

CCCXXXIX. Si extiterint aliqui fratres deſides vel neglegentes, quos oporteat majori auctoritate curari, ſic tamen eſt adhibenda correctio ut ſemper ſit ſalva dilectio. Unde Apoſtolus Timotheum imbuens dicit: *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem.* Quæ moderatio ſi quibuſcunque inferioribus membris ex apoſtolica inſtitutione debetur, quantò magis fratribus & coepiſcopis noſtris reddenda eſt?

Ut non imponat aliquis alicui pondus quod ipſe ferre non valeat.

Ibid. c. 11.

CCCXL. Sicut non vult aliquis gravis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alii grave pondus imponere.

Vide Baron. tom. 9. p. 671. Hilar. in Synod. Roman. c. 1. Ivo, par. 5. cap. 37. Gratian. 25. q. 1. c. 4. Nullius.

Ut nullus apoſtolicas ſanctiones temerare præſumat.

CCCXLI. Ita unanimes divinis apoſtolicis conſtitutionibus ſerviatis, ut in nullo patiamini pia canonum decreta violari. Ut nulli fas ſit ſine ſtatûs ſui periculo, vel divinas conſtitutiones, vel apoſtolicæ ſedis decreta temerare.

Capitular. lib. 7. cap. 247. Decreta Anaſtaſii, cap. 4. 1. Cor. 4. Philipp. 2.

De amicitia & familiaritate ſervanda; quam, qui non contendunt, facilè ſervant.

CCCXLII. Omnes, ut non contendant, protegat amicitia. Nam & Apoſtolus ad Corinthios ſcribit: *Cùm ſint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam; ſed in humilitate mentis, invicem æſtimantes ſemetipſos, non ſua ſinguli reſpiciant, ſed aliorum.*

Ut alienæ gentis homines ad exercitium imbuantur legibus.

Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 1. c. 9.

CCCXLIII. Alienæ gentis homines legibus ad exercitium imbui & permittimus & optamus. Ad negotiorum verò diſcuſſionem reſultamus & prohibemus; quamvis enim eloquiis polleant, tamen difficultatibus hærent.

De ſervo non credendo, ſi ſuper aliquem crimen objecerit.

Infrà, lib. 7. cap. 177. Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 4. c. 4.

CCCXLIV. Servo penitùs non credatur ſi ſuper aliquem crimen objecerit, aut ſi etiam dominum ſuum in crimine impetierit. Nam ſi in tormentis poſitus exponat quod obicit, credi tamen illi nullo modo oportebit. *Vide ſuprà, cap. 146.*

Ut teſtes teſtimonium, niſi præſentes, non dicant.

Vide ſuprà, cap. 147.

CCCXLV. Teſtes non abſentes, neque per epiſtolam, teſtimonium dicant, ſed præſentes quam noverunt & viderunt non taceant veritatem. Nec de aliis negotiis teſtimonium dicant, niſi de his tantummodò quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Super qua re ſacra ſcriptura teſtatur, dicens: *Damus*, inquiunt Matth. 28. Phariſæi ad milites, *vobis pecuniam, & dicite quia vobis dormientibus venerunt diſcipuli Jeſu, & abſtulerunt eum.* Unde ait Auguſtinus: D. Auguſt. in pſal. 63. vers. 7. *Dormientes teſtes adhibes! Verè tu ipſe obdormiſti, qui ſcrutando talia defeciſti. Si dormiebant, quid videre potuerunt? Si nihil viderunt, quomodò teſtes ſunt? Sed defecerunt ſcrutantes ſcrutationes.*

De pactis & placitis conſervandis.

Lex Bajuvar. tit. 15. cap. 13. Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 2.

CCCXLVI. Pacta vel placita quæ per ſcripturam legitimè ac juſtiſſimè facta ſunt, dummodo in his dies vel annus ſit evidenter expreſſus, nullatenùs immutari permittimus.

Quòd hæc ſit vera caritas quâ Deus Proximuſque diligitur. Et idcircò admonendi ſunt omnes Fideles ut hanc obſervare curent.

Capitulare Theodulfi, cap. 34.

CCCXLVII. Placuit ut admoneantur omnes fideles quòd hæc ſit vera caritas, quia Deum diligit homo pluſquam ſe, & proximum tanquam ſe; & quia nihil vult alii facere niſi quod ſibi vult fieri, & plura quæ recenſeri longum eſt. Nam quicunque in potu & cibo, & dandis atque accipiendis rebus, caritatem putant, non mediocriter errant, dicente Apoſtolo: *Regnum Dei non eſt cibus & potus.* Nam & Rom. 14. ipſa, quandò cum caritate fiunt, bona ſunt, & inter virtutes computanda.

Ut contrà extraneos parentela aut propinquitas teſtimonium minimè dicat.

Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 4, c. 12. Ivo, par. 16. c. 361.

CCCXLVIII. Fratres, ſorores, uterini, patrui, avunculi, materteræ, ſive eorum filii, item nepos, neptis, conſobrini, vel amitini, ſeu etiam quidam ex propria conſanguinitate, in judicio adverſùs extraneos teſtimonium dicere non permittimus; niſi forſitan parentes ejuſdem cognationis inter ſe litem habuerint, aut in cauſa de qua agitur aliam omninò ingenuitatem deeſſe conſtiterit.

Contra priorum definitionem filio vel heredi non licere venire.

Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 4. Ivo, par. 16. c. 300.

CCCXLIX. Filio vel heredi contra priorum juſtam aut legitimam definitionem venire non liceat, quia juſtè repellitur præſumptio illius qui facta ſeniorum injuſtè conatur inrumpere.

Non eſt danda paſſim accuſandi vel puniendi licentia.

Vide ſuprà, cap. 151.

CCCL. Non paſſim damus accuſandi vel puniendi licentiam, niſi aut manifeſtis indiciis patuerit ſcelus, aut legitimè fuerit idipſum malum accuſatum atque convictum; quatinùs nullâ videantur intentione vel ordine Patrum tranſgredi præcepta ſanctorum, aut obviare ſacris regulis antiquorum.

Si de fure quis neſciens aliquid comparaverit.

Lib. 7. leg. Wiſigoth. tit. 2. c. 8.

CCCLI. Univerſam rem nulli ingenuo liceat de incognito homine comparare, niſi certè fidejuſſorem adhibeat cui credi poſſit, ut excuſatio ignorantiæ auferatur. Quòd ſi aliter fecerit qui comparaverit, à Judice diſtrictus, aut repræſentet infra tempus ſufficienter à Judice conſtitutum. Quam ſi non potuerit invenire, adprobet

te aut ſacramento aut teſtibus innocentem quod eum furem neſcierit; & quod apud eum agnoſcitur, acceptâ pretii medietate, reſtituat; atque ambo datis invicem ſacramentis promittant quòd furem fideliter quærant. Quòd ſi omninò furem invenire nequiverint, rem, quantùm empta eſt, domino rei emptor ex integritate reformet. Si verò dominus rei furem noverit, & eum publicare noluerit, rem ex toto amittat, quam emptor quietè poſſideat. Hæc & de ſervis forma ſervabitur.

Ne teſtificentur manumiſſi.

Vide ſuprà, cap. 159. Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 7. c. 12. CCCLII. Libertus vel liberta in nullis negotiis contra quemquam teſtimonium dicere admittantur, excepto in aliquibus cauſis ubi ingenuitas deeſſe dinoſcitur, ſicut præmiſſum eſt & de ſervis; quia indignum noſtra penſat clementia ut libertorum teſtimonia ingenuis damna concutiant. Qui verò de eiſdem fuerunt progeniti, ad teſtimonium in tertia generatione admittantur.

Si poſſeſſor per violentiam expellatur.

Vide ſuprà, cap. 161. CCCLIII. Quicunque violenter expulerit poſſidentem priuſquam pro ipſo Judicis ſententia procedat, ſi cauſam meliorem habuerit, ipſam cauſam de qua agitur perdat: ille verò qui violentiam pertulit, univerſa in ſtatu quo fuerant recipiat, & quæ poſſedit ſecurus teneat. Si verò illud invadit quod per judicium obtinere potuerit, & cauſam amittat, & aliud tantum quantum invaſit reddat expulſo.

Si ad diripiendum quiſque alios invitaſſe reperiatur.

Ivo, par. 16. c. 511. Lib. 8. leg. Wiſigoth. tit. 1. c. 6. CCCLIV. Si quis ad diripiendum alios invitaverit, ut cujuſcunque rem evertant, aut pecora vel animalia quæcunque diripiant, illi cujus res direpta eſt in ſeptuplum quæ ſublata ſunt, reſtituat. Hi verò qui cum ipſo fuerint, ſi ingenui ſint, quinos ſolidos componere compellantur; aut ſi non habuerint unde componant, centum quinquaginta flagella ſuſcipiant. Si verò ſervi hoc ſine domini voluntate commiſerint, centenis quinquagenis flagellis verberentur, & ab eis res omnes integro in ſtatu reddantur.

Ut ſocios ſuos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa.

Ibid. c. 10. CCCLV. Apud quem ſcelus agnoſcitur & pars rapinæ fuerit inventa, ſtatim ſocios ſuos nominare cogatur. Quòd ſi nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quòd ſi honeſtior perſona eſt, & pro ſcelere rationem reddat, & quæ ablata vel everſa fuerant, quadrupliciter reſtituat. Quòd ſi certè apud ſervum rapinæ pars reperiatur, centum quinquaginta flagella publicè extenſus accipiat, & ſocios ſuos nominare non differat.

De his qui diripienda indicare reperiuntur.

Vide ſuprà. c. 138. Lib. 8. leg. Wiſigoth. tit. 1. c. 11. CCCLVI. Quicunque ingenuus vel ſervus aliquid diripiendum indicaverit, ut cujuſcunque res evertatur, aut pecora vel jumenta diripiantur, & ex hoc certis probationibus publicè convictus inveniatur, pro eo quod indicavit, ſi ingenuus eſt, quæ everſa vel ablata ſunt legibus in duplo reſtituat, & nobis bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos componat. Si verò ſervus vel colonus fuerit, centum quinquaginta flagella publicè extenſus bene impreſſa accipiat, & inſuper ea quæ ablata ſunt ſecundùm ſuam legem reſtituat.

De non ſuſcipienda criminatione adversùs Doctorem, neque accuſatorem adversùs eum audiendum.

Vide ſupra, c. 104; & lib. 7. cap. 156. Nota ad Innoc. III. pag. 82. CCCLVII. Criminationes adversùs doctorem nemo ſuſcipiat, nemo audiat; quia indignum eſt ut hi qui throni Dei vocantur, aliquâ motione turbentur.

Ne unus Epiſcopus cognitionem ſibi vindicet.

Capitular. lib. 7. cap. 114. CCCLVIII. Placuit ut unus Epiſcopus non vindicet ſibi cognitionem.

Ut hi quorum libertas neſcitur, nequaquam accuſent Sacerdotes.

Ibid. 112. CCCLIX. Quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non poſſint accuſare Sacerdotes.

Add. III. c. 11; & Add. IV. c. 78.
Capitula Angilramni, c. 16.
Burchard. lib. 1. c. 131.

Ut abſentes non judicentur.

Capitular. lib. 6. cap. 363, 399. CCCLX. Adversùs abſentes non judicetur. Quod ſi factum fuerit, prolata ſententia non valebit.

De his qui falſa aliis inrogant.

CCCLXI. Omnis qui falſa aliis intulerit, puniatur, & pro falſitate ferat infamiam.

Capitula Angilramni, c. 41.
Gratian. 3. q. 6. c. 1. *Omnis.*

Ne viles perſonæ ad accuſandum Sacerdotes admittantur.

Capitular. lib. 1. c. 44. CCCLXII. Viles perſonæ nullatenùs admittantur ad accuſationem Sacerdotum.

Capitula Angilramni, c. 16.
Capitula Herardi, c. 103.

Ne Judices cauſam perſonæ abſentis ſuâ ſententiâ præſumant.

Capitular. lib. 7. cap. 219. CCCLXIII. Caveant Judices Eccleſiæ ne, abſente eo cujus cauſa ventila-

tur, ſententiam ferant; quia irrita erit, immò & cauſam in ſynodo pro hoc facto dabunt.

Concil. Carthag. IV. c. 30.
Capitula Angilramni, c. 53.
Burchard. lib. 16, c. 14.
Ivo, par. 6. cap. 319.
Gratian. 3. q. 9. cap. 2. *Caveant.*

Capitular. lib. 7. c. 85. Capitula Heraldi, c. 70.

Ne aliquis criminoſus Epiſcopum accuſet.

CCCLXIV. Nulli criminoſo liceat Epiſcopum accuſare.

Quòd qui Epiſcopum accuſat, Dei ordinationem accuſat.

Capitular. lib. 7. cap. 167.

CCCLXV. Dei ordinationem accuſat, in qua conſtituuntur, ſi quis Epiſcopum accuſat vel condemnat, dum minùs ſpiritalia quàm terrena ſectatur.

Capitula Angilramni, c. 1.
Ivo, par. 6. c. 314.
Gratian. 6. q. 1. c. 8. *Sacerdotes.*

Ut litem habentes, ſive petitor, ſeu poſſeſſor, ſi Antiſtitum judicium elegerint, ad eos dirigantur.

Sirmond. Conc. Galliæ, tom. 2. pag. 232. Gratian. 11. q. 1. c. 37. *Volumus.* Innoc. III. lib. 2. Decretal. tit. 1. c. 13. *Novit.* Homil. ex Cod. Legd. pag. 10. A Coſta, pag. 281, initio. Gotofred. ad Cod. Theod. to. 6, p. 304, col. 1. L. 1. Cod. Theod. de epiſcopali judic. Ivo, par. 16. c. 318. Regin. lib. 2. c. 117. Gratian. 11. q. 1. c. 35. *Qui cunque*; & c. 36. *Omnes.* *Vide* locum iſtum in calce Concilii Valentini, tom. 3. Concil. Galliæ, pag. 107. *Vide* M. Paſtor. Eccleſ. lib. 19. c. 15.

CCCLXVI. Volumus atquæ præcipimus ut omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubjecti, tam Romani, quàm Franci, Alamanni, Bajuvarii, Saxones, Turingii, Freſones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Vualſcones, Beneventani, Gothi, & Hiſpani, cæterique nobis ſubjecti omnes, licèt quocunque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc ſententiam, quam ex ſexto-decimo Theodoſii Imperatoris libro, capitulo videlicet XI, ad interrogata Ablavii Ducis, illi & omnibus reſcriptam, ſumpſimus, & inter noſtra Capitula pro Lege tenenda conſultu omnium Fidelium noſtrorum, tam Clericorum quàm & laicorum, poſuimus, lege cunctis perpetuâ tenendâ; id eſt: *Quicunque litem habens, ſive poſſeſſor ſive petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, ſive cùm jam cœperit promi ſententia, ſi judicium elegerit ſacroſanctæ legis Antiſtitis, illicò ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigatur; multa enim quæ in judicio captioſa præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inveſtigat & promit ſacroſancta religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ quæ vel prætorio jure vel civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis jure firmentur; nec liceat ulteriùs retractari judicium quod Epiſcoporum ſententiis decideris. Teſtimonium etiam ab uno licèt Epiſcopo perhibitum omnes Judices indubitanter accipiant, nec alius audiatur cùm teſtimonium Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum: illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine conſcientiæ mentis inlibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri alsquandò cenſuimus, hoc perpetuâ lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes; ut miſeri homines longis ac penè perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus vel à cupiditate perpetuâ maturo fine diſcedant. Quicquid itaque de ſententiis Epiſcoporum clementia noſtra cenſuerat, etiam & hâc ſumus lege complexi, gravitatem tuam & cæteros pro utilitate omnium in perpetuum obſervare conveniat.*

Ut ea inlibata ſerventur quæ Patrum auctoritas catholicorum lege inſtituit.

L. 3. Cod. Theod. de religione. Capitulare III. anni 814. c. 6.

CCCLXVII. Ea quæ circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roboravit, novellâ ſuperſtitione ſubmotâ, integra & inviolata cuſtodiri præcipimus.

Ut privilegia quæ propter Religionem inſtituta ſunt, nullâ interminatione novâ mutilentur.

L. 30. Cod. Theod. de Epiſcop. & Cleric. Infrà, lib. 7. cap. 285.

CCCLXVIII. Non novum aliquid præſenti ſanctione præcipimus, ſed illa quæ olim videntur indulta, firmamus. Privilegia igitur quæ olim reverentia religionis obtinuit, mutilari ſub pœnæ etiam interminatione prohibemus, ita quoquè ut qui Eccleſiæ obtemperant, Eccleſiæ beneficiis perfruantur.

Ut ſi Chorepiſcopi aliquam conſecrationem aut confirmationem fecerint, ab Epiſcopis canonicè reformentur.

Capitulare anni 799, c. 2.

CCCLXIX. Hominum confirmatio, Eccleſiarum, altarium, virginum, chriſmatum, Preſbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum conſecrationes à Chorepiſcopis factæ, ab Epiſcopis qui canonicè ordinati ſunt, reformandæ canonicèque ſunt peragendæ, quia Chorepiſcopi hæc contingere non debuerunt. Nequaquam enim talis ordinatio vel conſecratio reiteratio eſſe à prudentibus & rectè ſapientibus videtur, ſed irrita (nec agere potuerunt, non enim ea tribuere valuerunt quæ non habuerunt) indubitanter fore agnoſcitur. Si quis autem Chorepiſcoporum aliquid ex prædictis agere tentaverit, non acta, ſed imperfecta atque irrita erunt, & ipſe omni eccleſiaſtico inrevocabiliter careat gradu.

De generali totius populi ſupplicatione apud Principem pro Sacerdotum cauſa ne in hoſtem aut pugnam pergerent, & quale eis omnibus ex hoc imminеat periculum. Ex Capitulis Domni Karoli Imperatoris Wormatiâ generaliter decretis, atque ab omnibus firmatis, & cunctis pro lege tenendis contraditis.

Capitulare VIII. anni 803. Filefac. to. 2. pag. 99.

CCCLXX. Flexis omnes precamur poplitibus majeſtatem veſtram ut Epiſcopi deinceps, ſicut hactenùs, non vexentur hoſtibus. Sed quandò vos noſque in hoſtem pergimus, ipſi propriis reſideant in parochiis, Deoque fideliter famulari ſtudeant, & eorum ſacroſancta miniſteria canonicè & Deo placidè peragere ſatagant, atque pro vobis & cuncto exercitu veſtro, unà cum omnibus ſibi commiſſis, orare viriliter, Miſſaſque decantare, & letanias atque eleemoſynas agere decertent. Quoſdam enim ex eis in hoſtibus & præliis vulneratos vidimus, & quoſdam periiſſe cognovimus. Hæc verò valdè periculoſa & oppidò ſunt cavenda. Quæ idcircò ſuggerimus ne pro talibus vos & nos ſimul pereamus. Novit Dominus, quando eos in talibus videmus, terror adprehendit nos, & quidam ex noſtris timore perterriti propter hoc fugere, & inimicis terga vertere ſolent. Plures enim poteſtis habere præliatores, ſi illi propriis reſident in parochiis, quàm ſi vobiſcum pergunt; quoniam illi qui eos prævident, omnes tunc pugnabunt: quod modò nequaquam faciunt, ſed eos tantummodò cuſtodiunt. Nam ſine dubio potiùs vobis nobiſque proficere poſſunt, ſi remanſerint, quàm ſi in hoſtem vel ad pugnam perrexerint: quia tunc eorum precibus adjuvamur, & modò eorum preſſuris gravamur. Quandò verò Moyſes expanſis ad cœlum manibus orabat, vincebat Iſrael. Et quandò à precibus ceſſabat, & manus ejus gravabantur, priuſquam ſuſtentatæ fierent, & ipſe precibus inſiſteret, vincebatur & terga vertebat. Talibus ergò & multis aliis exemplis fulti, quorum prolixitate victi modò non dicimus, quia ſapienti ſemel dicta ſufficiunt prædicta, obnixè omnes precamur, & ut concedantur rogamus; quia nullatenùs volumus ut nobiſcum ad talia pergant, niſi duo aut tres bene docti, electione videlicet cæterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium reconciliationem faciendam, ne vos & nos ſimul cum pluribus pereamus, ſed eorum precibus, ut jam memoratum eſt, fulciamur. Quam formam & de Sacerdotibus tenere optamus, id eſt, ut nec illi in hoſtem niſi bene docti, & ipſi electione atque permiſſione propriorum Epiſcoporum; qui tamen tales ſint de quorum ſcientia & vita ac converſatione omnes ſecuri eſſe poſſimus. Illud tamen vobis & omnibus ſcire cupimus quòd non propterea hæc petimus ut eorum res aut aliquid ex eorum pecuniis, niſi ipſis aliquid ſponte nobis dare placuerit, aut eorum Eccleſias viduare cupiamus, ſed magis eis, ſi Dominus poſſe dederit, augere deſideramus; ut & ipſi & vos & nos ſalviores ſimus, & Deo potiùs, ipſo adminiculante, placere mereamur. Quapropter ſi quis eas ab Eccleſiis quibus à fidelibus collatæ, Deoque ſacratæ ſunt, aufert, procul dubio ſacrilegium committit. Cœcus enim eſt qui iſta non videt. Quiſquis ergò noſtrûm ſuas res Eccleſiæ tradit, Domino Deo illas offert atque dedicat, ſuiſque Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita. Facit enim ſcripturam de ipſis rebus quas Deo dare deſiderat, & ipſam ſcripturam coram altari aut ſuprà tenet in manu, dicens ejuſdem loci Sacerdotibus atque cuſtodibus: *Offero Deo atque dedico omnes res quæ hac in chartula tenentur inſertæ, pro remiſſione peccatorum meorum ac parentum & filiorum* (aut pro quocunque illas Deo liberare * voluerit) *ad ſerviendum ex his Deo in ſacrificiis Miſſarumque ſolemniis, orationibus, luminariis, pauperum ac Clericorum alimoniis, & cæteris divinis cultibus, atque illius Eccleſiæ utilitatibus. Si quis autem eas inde, quod fieri nullatenùs credo, abſtulerit, ſub pœna ſacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, diſtrictiſſimas reddat rationes.* Ponit etiam in ea alias conjurationes, quas enumerare longum eſt. Nam qui eas inde poſteà aufert, quid agit niſi ſacrilegium? Si ergò amico quippiam rapere furtum eſt, Eccleſiæ verò fraudare vel auferre indubitanter ſacrilegium eſt. Unde & in ſacris canonibus Spiritu Dei conditis habetur ita: *Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere vel dare voluerit præter Epiſcopi conſcientiam, vel ejus cui hujuſcemodi ſunt officia commiſſa, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.* Abſit enim ut rerum eccleſiaſticarum cupiditate vel ablatione ſacrilegi aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis unquam devinciamur; quoniam ſcimus anathematos homines, vel ſacrilegos, non ſolùm infames, & à conſortio fidelium, priuſquam hæc per

* *Legendum* liberare.

Vide infrà, cap. 394.

Infrà, lib. 7. c. 7.

per publicam ſatisfactionem Eccleſiæ & Epiſcoporum reconciliationem manûſque impoſitionem emendent, alienos eſſe, ſed etiam à regno Dei extorres fieri, ſi in talibus defecerint, non dubitamus. Ut ergò omnis ſuſpicio à nobis cunctis Sacerdotibus & omnibus Chriſti & ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus funditùs auferatur, profitemur omnes, ſtipulas dextris in manibus tenentes, eaſque propriis è manibus eicientes, coram Deo & Angelis ejus, ac vobis cunctiſque Sacerdotibus & populis circumſtantibus, nec talia facere, nec facere volentibus conſentire, ſed magis, Deo auxiliante, reſiſtere. Et hoc vobis omnibuſque fidelibus ſanctæ Eccleſiæ, & noſtris, notum eſſe cupimus, quòd cum his qui abſque voluntate aut conſenſu vel datione Rectoris illius Eccleſiæ cujus res juſtè eſſe debentur, & maximè proprii Epiſcopi, res Eccleſiæ à Regibus petere aut retentare, vel auferre aut invadere, vel vaſtare præſumpſerint, nec in hoſtem nec ad pugnam ire, nec cibum ſumere, nec ad Eccleſiam vel ad palatium aut in itinere pergere, nec etiam noſtros homines cum eorum hominibus, aut caballos, vel reliqua pecora cum eorum pecoribus aut ad paſtum ire, ſimul habitare vel manere, nec ullam participationem cum eis, niſi pro emendatione, ante publicam emendationem & Eccleſiæ ſatisfactionem, unquam ſcienter aut l benter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus atque flagitiis unà cum eis nos & noſtri, quod abſit, pereamus: ſcimus enim quia perit juſtus pro impio. Tales verò à nobis, ſi nos fideles habere vultis, ſegregate, & in ergaſtulum ſub publica pœnitentia redigite, & poſtulata concedite. Ut ergò hæc omnia à vobis & à nobis, ſive à ſucceſſoribus veſtris & noſtris, futuris temporibus abſque ulla diſſimulatione conſerventur, ſcriptis eccleſiaſticis inſerere jubete, & inter veſtra capitula interpolare præcipite. *Quod ita factum eſſe omnibus liquet.*

Vid. Innoc. I. epiſt. ad Epiſc. Macedon. ſub finem.

Ne Epiſcopi ad bella pergant, conceſſio Domni Karoli Imperatoris.

Capitulare VIII. anni 803.

CCCLXXI. Omnibus notum eſſe volumus quia non ſolùm ea quæ ſuper Epiſcoporum & Preſbyterorum hoſtium vexationibus, & precibus pro nobis & vobis, fieri rogitaſtis, concedere optamus, ſed quicquid pro ſanctæ Dei Eccleſiæ & Sacerdotum, ſive totius populi & veſtra utilitate, inveneritis, concedere paratiſſimi ſumus. Et modò iſta, ſicut petiſtis, concedimus. Et quandò, vitâ comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, conſultu omnium fidelium noſtrorum ſcriptis firmare, noſtris noſtrorumque atque futuris temporibus inrefragabiliter manenda firmiſſimè, Domino adminiculantè, cupimus. Modò ea quæ generalia ſunt, & omnibus conveniunt ordinibus, ſtatuere ac cunctis ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtriſque fidelibus, ob Dei omnipotentis amorem & recordationem, tradere parati ſumus, & ad proximum Synodalem noſtrum conventum ac generale placitum, ubi plures Epiſcopi & Comites convenerint, iſta ſicut poſtulaſtis firmabimus.

Ex quibus ſuprà.

SACERDOTIBUS OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 58. Ibid lib. 5. cap. 4.

CCCLXXII. Primò omnium monemus ut fides catholica à Preſbyteris & Epiſcopis diligenter legatur, & omni populo prædicetur; quia hoc primum præceptum Domini omnipotentis in Lege eſt dicentis: *Audi, Iſrael: Dominus Deus tuus Deus unus eſt.* Et ut diligatur ex toto corde & ex tota mente, & ex tota virtute.

Ex quibus ſuprà.

GENERALITER OMNIBUS.

Capitulac. lib. 1. c. 59. Ibid. lib. 5. cap. 5.

CCCLXXIII. Ut pax ſit & concordia & unanimitas cum omni populo Chriſtiano inter Epiſcopos, Abbates, Comites, Judices, & omnes ubique majores ſeu minores perſonæ pacem habeant; quia nihil Deo ſine pace placet, nec munus ſanctæ oblationis ad altare, ſicut in Evangelio ipſo Domino præcipiente legitur; quia & illud ſecundum mandatum eſt: *Diliges proximum tuum ſicut temetipſum.* Item in Evangelio: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Et iterùm: *In hoc cognoſcent omnes quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* In hoc enim præcepto diſcernuntur filii Dei & filii diaboli; quia filii diaboli ſemper diſſentiones & diſcordias movere ſatagunt: filii autem Dei ſemper paci & dilectioni ſtudent.

Ex quibus ſuprà.

GENERALITER OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 63.

CCCLXXIV. Item habemus in Lege Domini mandatum: *Non auguriemini.* Et in Deuteronomio: *Nemo ſit qui ariolos ſciſcitetur, vel ſomnia obſervet, vel auguria intendat.* Item: *Nemo ſit maleficus, nec incantator, nec Phitonis conſultor.* Ideò præcipimus ut cauculatores & incantatores, vel tempeſtarii vel obligatores, non

fiant, & ubicunque ſunt, emendentur vel damnentur. Item de arboribus vel petris, vel fontibus, ubi aliqui ſtulti luminaria vel alias obſervationes faciunt, omninò mandamus ut iſte peſſimus uſus, & Deo execrabilis, ubicunque invenitur, tollatur & deſtruatur.

Ex quibus ſuprà.

GENERALITER OMNIBUS.

Capitular. lib. 1. c. 85. CCCLXXV. Item ut homicidia infrà patriam, ſicut Lege Domini interdictum eſt, nec causâ ultionis nec avaritiæ, nec latrocinando fiant. Et ubicunque inventa fuerint, à Judicibus noſtris ſecundùm Legem ex noſtro mandato vindicentur. Et non occidatur homo, niſi Lege jubente.

Ex quibus ſuprà.

SACERDOTIBUS OMNIBUS.

Ibid. lib. 1. cap. 66. CCCLXXVI. Ut Epiſcopi diligenter diſcutiant per ſuas parochias Preſbyteros, ut eorum fidem, baptiſma, & Miſſarum celebrationes bene ſciant, & ut fidem rectam teneant, & baptiſma catholicum obſervent, & Miſſarum preces bene intelligant, & ut pſalmi dignè ſecundùm diviſiones verſuum modulentur, & Dominicam Orationem ipſi intelligant & omnibus prædicent intelligendam, ut quiſque ſciat quid petit à Deo. Et ut *Gloria Patri, ejuſque Filio & Spiritui ſancto*, cum omni honore apud omnes canatur, & ipſe Sacerdos cum cunctis Angelis & populis Dei cum una voce, *Sanctus, Sanctus* cantet. Et omnimodis dicendum eſt Preſbyteris & Diaconibus ut arma non portent, ſed magis confidant in oratione Dei quàm in armis.

Ex quibus ſuprà.

ALIQUID SACERDOTIBUS, ALIQUID POPULO.

Ibid. c. 67. CCCLXXVII. Item placuit nobis admonere reverentiam veſtram ut unuſquiſque veſtrûm prævideat per ſuam parochiam ut Eccleſia Dei ſuum habeat honorem, ſimul & altaria ſecundùm ſuam magnitudinem venerentur, & non ſit domus Dei & altaria ſacrata pervia canibus, & ut vaſa ſacrata Deo cum magna veneratione habeantur, & ut ſacrificia ſanctificata cum magna diligentia ab eis colligantur qui digni ſunt, vel cum honore ſerventur, & ut ſecularia negotia vel vana gloria in Eccleſiis non agantur; quia domus Dei domus orationis debet eſſe, non ſpelunca latronum. Et ut intentos habeant animos ad Deum, quandò veniunt ad Miſſarum ſolemnia; & non exeant ante completionem benedictionis ſacerdotalis.

Sex ſunt quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Prov. 6.

Qui ſecundùm Deum ſapiens eſt, ſecundùm Deum beatus eſt. Melius eſt videre quod cupias, quàm deſiderare quas neſcias. Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: ubi autem humilitas, ibi & ſapientia: ubi non eſt gubernator, populus corruet in malum. Melius autem eſt ubi multa conſilia: Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram. Idcircò ſint tibi pauci ſermones. Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus invenitur ſtultitia. Eccleſ. 6. Prov. 11. Eccleſ. 5.

Obſecramus omnes ut bonam & probabilem habeant converſationem, ſicut ipſe Dominus in Evangelio præcepit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt*; ut eorum bonâ converſatione multi pertrahantur ad ſervitium Dei. Et non ſolùm ſervilis conditionis infantes, ſed etiam ingenuorum filios congregent, ſibique ſocient. Et ut ſcholæ gentilium puerorum fiant. Pſalmos, notas, cantum, compotum, grammaticam per ſingula monaſteria vel epiſcopia, & libros catholicos bene habeant emendatos: quia ſæpe dum bene aliquid Deum rogare cupiunt, per mendoſos libros malè rogant. Et pueros veſtros non ſinatis vel legendo vel ſcribendo corrumpere. Et ſi opus eſt Evangelium, Pſalterium, Miſſalem ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcribant cum omni diligentia. Capitular. lib. 1. c. 68.

Ex quibus ſuprà.

GENERALITER OMNIBUS.

CCCLXXVIII. Ut æquales menſuras & rectas, & pondera juſta & æqualia, omnes habeant, ſive in civitatibus, ſive in monaſteriis, ſive ad dandum, ſive ad accipiendum, ſicut in Lege Domini præceptum habemus. Item in Salomone, Domino dicente: *Pondus & pondus, menſuram & menſuram odit anima mea.* Capitular. lib. 3. c. 90.

Et hoc nobis competens & venerabile videtur, ut hoſpites peregrinique & pauperes ſuſceptiones regulares & canonicas per loca diverſa habeant; quia ipſe Dominus dicturus erit in remuneratione magni Ibid. lib. 1. cap. 70.

diei : *Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me.* Et Apoſtolus hoſpitalitatem laudans dixit : *Perhanc quidam placuerunt Deo, Angelis hoſpitio ſuſcepto.*

Ex quibus ſuprà.

Aliquid Sacerdotibus, aliquid Populo.

App. L. 34. CCCLXXIX. Item ut iſti mangones & iſti cociones, qui ſine omni lege vagabundi vadunt per iſtam terram, non ſinantur vagare & deceptiones in hominibus agere ; qui nudi cum ferro dicunt alicubi daram ſibi pœnitentiam, vagantes diſcurrunt. Melius enim videtur ut ſi aliquid inconſuetum & capitale crimen commiſerint, in uno loco permaneant laborantes & ſervientes, & pœnitentiam agentes, ſecundùm quod ſibi canonicè impoſitum ſit.

Ex quibus ſuprà.

Generaliter omnibus.

Capitular. lib. 1. c. 75. CCCLXXX. Statuimus, ſecundùm quod in Lege Dominus præcepit, ut opera ſervilia diebus dominicis non agantur, ſicut & bonæ memoriæ genitor noſter in ſuis ſynodalibus Edictis mandavit, ut viri talia opera non exerceant, hoc eſt, nec in vinea colligendo, nec in campis arando, metendo, vel fœnum ſecando, vel ſepem ponendo, nec concides ſtirpare, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domos conſtruere, nec in horto laborent, nec ad placitum conveniant, nec venationes exerceant. Sed tria tantummodò opera, ſi neceſſitas ingruerit ſumma, agant, & non alia, id eſt, carra hoſtilia, vel victualia, vel ſi fortè neceſſe fuerit corpus cujuſlibet ducere ad ſepulchrum. Item ſimiliter opera textrilia non faciant, nec capulent, nec conſuant, nec opera pectilia faciant, nec lanam carpere, nec linum battere, nec in publico veſtimenta lavare, nec vervices tondere habeant licitum, ut omnimodis honoretur dies dominicus, requieſque ſervetur ; quatinùs ad Miſſarum ſolemnia & ad Eccleſiam undique liberè conveniant, & laudem Deo pro omnibus bonis quæ nobis in
Ibid. c. 76. illa die fecit, dicant. Legimus enim, Apoſ-
Gal. v. 19. tolo dicente : *Manifeſta autem ſunt opera carnis : quæ ſunt, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animoſitates, iræ, rixæ, diſſenſiones, hæreſes, ſectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia ; quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt.* Ideò hæc eadem quæ magnus prædicator in Eccleſia Dei ſingillatim nominavit, cum ſtudio prohibete, intellegentes quàm ſit terribile illud quod dixit : *Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et omni inſtantiâ prædicate fidem tenendam Domino. De humilitate verò & patientia, de caſtitate & continentia, de benignitate & miſericordia, de eleemoſynis & confeſſione peccatorum ſuorum, & debitoribus ſuis, ut ſecundùm Dominicam Orationem omnibus ſua debita dimittant, cunctos monere.

Ex quibus ſuprà.

Sacerdotibus omnibus.

CCCLXXXI. Studendum eſt Epiſcopis ut diſſidentes fratres magis ad pacem quàm ad judicium cohortentur.

Concil. Carthag. IV. c. 16.
Regino, lib. 2. cap. 380.
Burchard. lib. 1. c. 101.
Ivo, par. 5. cap. 103.
Gratian. diſt. 90. c. 7. *Studendum.*

Auctoritas eccleſiaſtica atque canonica docet non debere abſque ſententia Romani Pontificis Concilia celebrare. Pelag. II. ep. 1. Gratian. diſt. 17 c. 5. *Multis.*

Epiſcopi interceſſionem præſtent his qui iniquâ vi opprimuntur.

Nullus Epiſcopus niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolicâ atque canonicâ vocatione congregatâ, ſuper quibuſdam criminibus pulſatus audiatur. Capitula Angilramni, c. 3. Gratian. 5. q. 4. c. 1. *Nullus Epiſcopus.*

Nemo Epiſcopum apud Judices ſeculares accuſare præſumat, ſed apud Primates ſuos.

Accuſatores & accuſationes quas Leges ſeculi non adſciſcunt, canonica funditùs repellit auctoritas. Capitula Angilramni, c. 11. Burchard. lib. 1, cap. 144. Gratian. 3. q. 5. c. 7. *Accuſationes.*

Variis detractionibus & accuſationibus non decet labefactari Primatem, ſed magis Patrum regulis roborari. Nam & Liberius Papa pro Athanaſio duobus annis in exilio truſus eſt ; & multi alii Epiſcopi qui eum damnare voluerunt *, exilio ſunt damnati : quorum exemplum omnes convenit ſequi Sacerdotes. * *Leg.* nolit erunt.

Multùm derogatio prævalet, quandò derogator creditur fide dignus. Ideò non omnes admittendi ſunt, ſed viri probatiſſimi. Primò ſemper perſona, fides, vita, & converſatio accuſantium inquiratur. Et poſteà quæ obiciuntur, fideliter pertractentur ; quia nihil aliter fieri, debet niſi impetitorum priùs vita diſcutiatur. Capitula Angilramni, c. 15.

Non eſt auctoritas quemquam Clericorum judicare vel damnare antequam accuſatores præſentes habeat, locumque ſe defendendi accipiat ad abluenda crimina. Ibid. c. 22.

Omnis accuſatio intrà provinciam au- Ibid. c. 10.

Gratian. 3. q. 6. c. 4. & 16. Concil. Carth. IV. can. 19.

diatur, & à Comprovincialibus terminetur. Ultrà provinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur.

Epiſcopus, nec provocatus, pro rebus tranſitoriis litiget.

Non eſt juſtum judicare aut condemnare virum cujus cauſa ad liquidum non eſt examinata.

Major à minore non poteſt judicari.

Capitular. lib. 5. cap. 398.

Judicis non eſt quemlibet judicare vel condemnare abſque legitimo accuſatore; quia & Dominus Judam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, ideò non eſt ejectus.

Add. IV. cap. 3. Capitula Angilramni, c. 13. Flodoard. p. 556.

Epiſcopos ejectos, atque ſuis rebus expoliatos, in ſedes proprias recipi, & ſua omnia legaliter primò eis reddi ſancti Canones decreverunt; & poſteà ſi quis eos accuſare vellet, æquo periculo facere ſanciverunt, Judices eſſe decernentes Epiſcopos rectè ſapientes in Eccleſia convenientes, ubi teſtes eſſent ſingulorum qui oppreſſi videbantur.

Add. IV. c. 9. Burchard. lib. 1. c. 144.

Placuit ut ſi quæcunque perſona contra Epiſcopum vel actores Eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium, priùs ad eum recurrat caritatis ſtudio; ut familiari colloquio commonitus ea ſanare debeat quæ in querimoniam deducuntur: quam rem ſi differre voluerit, ſententiam ſuſcipiat excommunicationis.

Decreta Innoc. I. c. 12. Gratian. 11. q. 1. c. 26. *Si quæ cauſæ.*

Si quæ cauſæ vel contentiones inter Clericos & Laicos, tam majoris ordinis quàm etiam inferioris, fuerint exortæ, placuit ut ſecundùm Synodum Nicænam congregatis omnibus ejuſdem provinciæ Epiſcopis jurgium terminetur; nec cui liceat, (ſine præjudicio tamen Eccleſiæ Romanæ, cui in omnibus cauſis debetur reverentia cuſtodiri) relictis his Sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Eccleſias motu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum Epiſcoporum judicium expeti vel pati, niſi fuerit provocatum. Quod ſi quis præſumpſerit, & ab officio cleri depoſitus & injuriarum reus ab omnibus judicetur.

Gratian. 3. q. 6. c. 14. *Non liceat.*

Si autem majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem apoſtolicam, ut ſancta Synodus ſtatuit & beata conſuetudo exigit, per judicium epiſcopale referatur.

Decreta Innoc. I. c. 10.

Prudentiſſimè juſtiſſimèque decreta Nicæni Concilii, ſive Africani, decreverunt quæcunque negotia in ſuis locis ubi orta ſunt, finienda; maximè quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ provinciæ vel etiam univerſale provocare.

Vide infrà, lib. 7. cap. 82.

Servatâ quæ ſcripta eſt de gubernationibus regulâ, manifeſtum eſt quòd illa quæ ſunt per unamquamque provinciam, ipſius provinciæ ſynodus diſpenſat, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio.

Ibid. 104.

Si quis Epiſcopus ſuper certis accuſatur criminibus, ab omnibus audiatur vel judicetur qui ſunt in provincia Epiſcopis.

Supra, c. 113.

Quæcunque ſunt ad religionis obſervantiam pertinentia, locis ſuis & à ſuæ diœceſeos ſynodis audiantur.

Vide infrà, lib. 7. cap. 94.

Unaquæque provincia ſuo Metropolitano & ſuis comprovincialibus Epiſcopis ſit contenta.

Maledictus omnis qui transfert terminos proximi ſui. Et dicet omnis populus: *Amen.* Et reliqua.

Concil. Conſtantinopolit. I. c. 2. Gratian. 9. q. 2. c. 8. *Epiſcopi.*

Qui ſunt ſuprà diœceſim Epiſcopi, nequaquam ad Eccleſias quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos accedant, nec eas aliquâ præſumptione confundant.

Infrà, lib. 7 cap. 37.

Non oportet transferri terminos à Patribus conſtitutos, ut alter alterius parochiam invadat, atque illic celebrare divina myſteria, inconſulto Epiſcopo cui commiſſa eſt, præſumat.

Ex Capitulis Domni Karoli Regis anno regni ejus XI. actis. *De his qui infrà regnum ſine juſſione dominica per vim aliquid rapuerint.*

Capitular. lib. 5. cap. 341. Lex Bajuvar. tit. 2. cap. 5.

CCCLXXXII. Si quis in exercitu infrà regnum, ſine juſſione dominica, per vim hoſtilem aliquid prædari voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, ſive pecora majora vel minora, domuſque infrangere vel incendere, hæc ne fiant omninò prohibemus. Quòd ſi ab aliquo præſumptioſo factum fuerit, ſexaginta ſolidis, ſi liber eſt, ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat, aut cum duodecim teſtibus ſe purget. Si verò ſervus hoc fecerit, capitali ſententiæ ſubjaceat, & dominus omnia ſimilia reſtituat, quia ſervum ſuum non correxit nec cuſtodivit ut talia non perpetraret: quoniam ſi nos ipſos comedimus, citò deficiemus. Unuſquiſque tamen cuſtodiat exercitum ſuum, ne aliqua deprædatio infrà regnum fiat, qui non vult legibus emendare quæ ſibi commiſſi injuſtè fecerint. Dignum eſt enim ut magiſtri vel ſeniores pro ſibi commiſſis reddant rationes, ſi aliquid prædæ egerint aut injuſtè fecerint, eò quòd eos ita correctos non habent ut talia non audeant perpetrare.

Ex Capitulis Domni Hludovici Inghilenaim apoſtolicâ auctoritate & ſynodali ſanctione, omnium videlicet Clericorum ac Laicorum generaliter conſenſu atque hortatu, decretis.

Vide ſuprà, cap. 97.

CCCLXXXIII. Si quis infrà regnum rapinam fecerit, aut cuiquam noſtro Fideli ejuſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulit legibus componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos, nobis perſolvat. Poſtmodùm verò ante nos à Comite adducatur, ut in baſtonico retruſus, uſque dum nobis placuerit, pœnas luat: nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam juxta ſanctorum Canonum ſanctionem. Si verò occultè, Sacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam: quoniam raptores, ut ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerit, graviùs inde judicetur; quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur qui ex eis aliquid abſtulerit aut rapuerit. Extorres namque à liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ tales perſonæ uſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ quam læſerunt, ſunt habendæ, atque infamiâ ſunt notandæ.

De eo qui facultatem deprædationis dederit malitioſâ factione, ut vivus comburatur.

Iſidor. ct. 6. c. 5. Concil. Troſl. c. 7.

CCCLXXXIV. Si quis ſceleratâ factione facultatem deprædationis dederit, vel ſi quis factam diviſerit, vivus comburatur.

Ut contumacia temerè præſumpta ab univerſis depellatur.

Vide ſuprà, cap. 117.

CCCLXXXV. Ab omnibus illius uſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia ſibi cœleſtium ſacrorum dicata à quibuſdam inruentibus vexentur. Quòd ſi quis præſumpſerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ ergà ſacrilegos jure promenda eſt, exilio publicæ deportationis uretur.

Ut capitale ſupplicium excipiat qui violentiam commiſiſſe dinoſcitur.

L. 1. Cod. Theod. de vi publ. & priv. Concil. Troſl. c. 7.

CCCLXXXVI. Qui manifeſtam detegitur commiſiſſe violentiam, non jam relegatione aut deportatione inſulæ plectatur, ſed ſupplicium capitale excipiat, nec interpoſita provocationis ſententia quæ in eum fuerint dicta, ſuſpendatur: quoniam multa facinora ſub uno violentiæ nomine continentur, cùm aliis vim inferre tentantibus, aliis cum indignatione reſiſtentibus verbera cædeſque crebrò deteguntur admiſſæ. Unde placuit ut ſi fortè quis vel ex poſſidentis parte, vel ex ejus qui poſſeſſionem temerare tentaverit, interemptus ſit, in eum ſupplicium exeri qui vim facere tentaverit, & alterutri parti cauſam malorum præbuit.

De eo qui ſibi indebitum locum uſurpaverit.

CCCLXXXVII. Si quis indebitum ſibi locum uſurpaverit, nullâ ſe ignoratione defendat, ſitque plenè ſacrilegii reus qui hoc agere tentaverit.

Ut inviolata permaneant quæ diverſi Principes ſtatuerunt.

L. 29. Cod. Theod. de Epiſc. & Clericis.

CCCLXXXVIII. Quæcunque circà ſacroſanctas Eccleſias à Principibus diverſis ſunt ſtatuta, manere inviolata præcipimus.

Ut ſi Eccleſiæ privilegia alicujus temeritate fuerint corrupta, piaculum quinque librarum auri pœnâ multetur.

Suprà, c. 116.

CCCLXXXIX. Si Eccleſiæ venerabilis privilegia cujuſquam fuerint temeritate violata, vel diſſimulatione neglecta, commiſſum quinque librarum auri condemnatione plectatur.

Ut quæ diverſi Principes ſtatuerunt, vel Antiſtites ſinguli pro cauſis eccleſiaſticis obtinuerunt, inconvulſa perpetuò ſerventur.

Suprà, c. 11. L. 47. Cod. Theod. de Epiſc. & Cleric. Concil. Duziac. p. 398.

CCCXC. Quæcunque à divis Principibus conſtituta ſunt, vel ſinguli quique Antiſtites pro cauſis eccleſiaſticis impetrârunt, ſub pœna ſacrilegii jugi & ſolidâ æternitate ſerventur. Clerici, non ſecularibus Judicibus, ſed epiſcopali audientiæ reſerventur: fas enim non eſt ut divini muneris Miniſtri temporalium Poteſtatum ſubdantur arbitrio.

De privilegiis Eccleſiarum, quatinùs incorrupta perſiſtant.

CCCXCI. Præcipimus ut privilegia quæ Eccleſiis & Clericis Lege conceſſa ſunt, maneant incorrupta.

Quòd ſervari debeat, potiùs quàm auferri, quod ſanctæ Dei Eccleſiæ fuerit collatum.

Capitular. lib. 7. cap. 142. Concil. IV. Rom. ſub Symmac. c. 3.

CCCXCII. Iniquum eſt & ſacrilegii inſtar ut quæ pro ſalute vel requie animarum ſuarum unuſquiſque venerabili Eccleſiæ contulerit aut certè reliquerit, ab his quibus maximè ſervari convenerat, auferri & in aliud transferri.

Ut Laicis, quamvis religioſis, nulla ſit diſponendi de rebus Eccleſiæ data facultas.

Capitular lib. 5. cap. 403. *Vide* Theophil. Raynaud. de bonis Eccleſ. pag. 253.

CCCXCIII. Laicis, quamvis religioſis, nulla de eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi legitur unquam attributa facultas.

Quòd prædones Eccleſiæ ſacrilegi ſint, ſicut Scripturæ teſtimonio comprobatur.

Concil. Vaſ. I. c. 4. Capitulare II. an. 814. cap. 10. Iſaac, tit. 7. cap. 1. Burchard. lib. 11. cap. 28. Ivo, par. 13, c. 38. S. Gregor. lib. 8. Ind. 3. epiſt. 6. in fine.

CCCXCIV. Sacrilegi ſunt Eccleſiæ prædones. Unde & in Concilio Agathenſi ſub quarto capitulo decretum habetur ita: *Amico quippiam rapere, furtum eſt: Eccleſiæ verò fraudari vel abſtrahi, ſubripique, ſacrilegium.* Omnes enim contra leges facientes, reſque Eccleſiæ diripientes, vel Eccleſias Sacerdoteſque contrà divinas ſanctiones vexantes, ſacrilegi vocantur, atque indubitanter infames ſacrilegique habendi ſunt.

Quòd ea quæ Domino conſecrantur, ad jus eccleſiaſticum pertineant.

Capitulare II. an. 814. cap. 11. Iſaac, tit. 7. c. 2. Ivo, par. 16. c. 362.

CCCXCV. Ea quæ Domino offeruntur vel conſecrantur, ad jus pertinent Sacerdotum. Et ſacrilegi ſunt omnes qui ea auferunt vel in aliud transferunt.

Ut ſi quis dignitatem præſumpſerit quam non meruit à Principe vel juſto Seniore, ſacrilegus habeatur.

CCCXCVI. Si quis præſumpſerit quam non meruit à Principe vel Seniore dignitatem, ſacrilegus habeatur.

Interpret. L. 2. Cod. Theod. ut dignitatum ordo ſervetur.
Iſaac, tit. 7. c. 3.

Ut illi qui diverſis ſceleribus implicati ſunt, ad teſtimonium non admittantur.

CCCXCVII. Homicidæ, maleſici, fures, ſacrilegi, raptores, veneſici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magoſque cucurrerint, nullatenùs erunt ad accuſationem vel ad teſtimonium admittendi.

Lib. 2. Leg. Wiſigoth. tit. 4, cap. 2.
Capitula Angilramni, c. 67.
Iſaac, tit. 7. cap. 3.
Burchard. lib. 16. c. 4.
Ivo, par. 10. c. 37.
Gratian. 3. q. 5. c. 9. *Conſtituimus.*

Ne antè Judex jaculetur in reum ſententiam, quàm ipſe confiteatur aut ſocii ſui eum convincant.

Capitular. lib. 5. cap. 308.

CCCXCVIII. Judex criminoſum diſcutiens non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reus ipſe confiteatur, aut convictus per innocentes teſtes, vel ſocios criminis ſui, manifeſtiùs convincatur.

Non eſſe judicandum adversùs abſentes.

Suprà, c. 360, 363.

CCCXCIX. Adversùs abſentes non judicetur. Quod ſi factum fuerit, prolata ſententia non valebit.

Ne Epiſcopus quilibet alium conculcet Epiſcopum.

Ibid. 301.

CCCC. Ut nullus Epiſcopus alium conculcet Epiſcopum, nec eum ſupergrediatur, aut aliquod incommodum ei in ſua faciat parochia.

De Epiſcopo depoſito qui ſe ad Romanum Pontificem reclamaverit.

Concil. Sardic. c. 4. Burchard. lib. 1. cap. 144. Ivo, par. 5. cap. 297. Gratian. 3. q. 6. c. 5. *Accuſatus.*

CCCCI. Si quis Epiſcopus depoſitus agendum ſibi negotium in urbe Roma proclamaverit, alter Epiſcopus in ejus cathedra, poſt apellationem ejus qui videtur eſſe depoſitus, omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit judicio Romani Epiſcopi determinata.

Ne in Prædicatores Eccleſiæ detractiones ſeu vituperationes fiant: quod canonica Scriptura damnat.

Concil. Paſſ. VI. lib. 1. c. 19. Capitula Herardi, c. 306. *Vide* ſuprà, cap. 331. S. Gregor. lib. 12. ep. 32.

CCCCII. Quòd omnibus fidelibus omnibuſque ordinibus ſummoperè cavendum ſit ne clanculo aut publicè Unctum Domini detractionibus & vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quæ eo quòd Moyſi famulo Domini propter Æthiopiſſam detraxit, immunditiâ lepræ multata ſit. Et illud Pſalmiſtæ: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* Et Dominus per Moyſen ait: *Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices.* Et ſi David, Regum juſtiſſimus, in Saül, quem conſtabat jam à Domino reprobatum & abjectum eſſe, manum mittere non præſumpſit, multò magis cavendum eſt ne manum detractionis aut vituperationis, ſive indiſcretionis aut dehonorationis, quidam mittant in Unctum Domini & in Prædicatores ſanctæ Dei Eccleſiæ.

Quòd Epiſcopi inter ſe corrigere, ſi quid ortum fuerit, debent.

Sozomen. lib. 1. c. 16. ex verſione Epiphanii Scholaſtici. Capitula Angilramni. cap. 55.

CCCCIII. Conſtantinus Imperator de accuſationibus Epiſcoporum ait: *Hæ quidem accuſationes tempus habent proprium, id eſt, diem magni judicii, Judicem verò illum qui tunc futurus eſt omnes judicare. Mihi ergò homini conſtituto de hujuſmodi rebus non licet habere auditorium, Sacerdotum ſcilicet accuſantium & ſimul accuſatorum, quos minimè convenit tales debere monſtrari qui judicentur ab aliis.* Imperator quoquè Valentinianus de Epiſcoporum cauſis ſic ait: *Suprà nos*, inquit, *eſt veſtrum negotium. Et ideò vos de veſtris inter vos agite cauſis, quia ſuprà nos eſtis.* Et reliqua.

Add. IV. cap. 4.

De ſacrilegis, quòd fures ſint, teſte Scripturâ.

Iſaac, tit. 7. cap. 4. Concil. Trod. c. 4.

CCCCIV. Omnibus ſciendum eſt quòd ſacrilegi fures ſint cuncti qui res Eccleſiæ diripiunt, vaſtant, invadunt, vexantque, aut à jure Eccleſiarum qui-

bus traditæ fuerant, injuſtè alienant. Unde & beatiſſimus Auguſtinus, in homelia quadrageſima octava evangelii Johannis, ita dicit: *Ecce inter Sanctos eſt Judas: ecce fur eſt judas. Et ne contemnas, fur ſacrilegus, non qualiſcunque fur, fur loculorum, ſed dominicorum; loculorum, ſed ſacrorum. Si crimina diſcernuntur in foro, qualiſcunque furti & peculatûs, (Peculatus enim dicitur furtum de re publica, & non ſic judicatur furtum rei privatæ quomodò publicæ) quantò vehementiùs judicandus eſt ſacrilegus fur, qui auſus fuerit non undecunque tollere, ſed de Eccleſia tollere? Qui aliquid de Eccleſia aufert vel furatur, Judæ perdito comparatur.* Nota quòd aliquid de Eccleſia tollere, furtum eſſe beatus Auguſtinus aſſeveret, & patratorem tanti furti furem ſacrilegum appellet, necnon & Judæ perdito æquiparet. Et poſt pauca: *Quare*, inquit, *loculos habuit cui Angeli miniſtraverunt, niſi quia Eccleſia ipſius loculos ſuos habitura erat?* Ecce quibus tanti Doctoris documentis inſtruimur, quia quod in capite præcellit, in corpore ejus, quod eſt Eccleſia, videtur impletum. Porrò Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe non neſcimus. Et ideò quæ Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt; & quæ Eccleſiæ offeruntur, Chriſto offeruntur; & quæ ab Eccleſia ejus tolluntur, procul dubio Chriſto tolluntur. Eſto, futurum erat ut Eccleſia Chriſti nummos haberet. Si nummos, utique & prædia & mancipia, & diverſarum ſpecierum innumera ornamenta. Et quia inlicitum ſit ea quæ conferuntur Eccleſiæ, auferri, beati Hieronymi ſcribentis in expoſitione Matthæi Evangeliſtæ verba ita teſtantur. *Omnes*, inquit, *qui ſtipe templi & his quæ conferuntur in uſus Eccleſiæ, abutuntur in aliis rebus, quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribarum & Sacerdotum redimentium mendacium & ſanguinem Salvatoris.*

Auguſtin. tract. 50. in Joan.

Gratian. 23. q. 4. c. 3. *Quid ergo.*

Note ad Agob. pag. 97.

Collat. Carthag. fol. 26.

Capitula Herardi, c. 65.

Quòd quicquid offertur Domino, ſanctum ſanctorum ſit, & ad jus pertineat Sacerdotum.

CCCCV. Nulli liceat ignorare quòd omne quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, vel quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino, & ad jus pertinet Sacerdotum; propter quod inexcuſabilis erit omnis qui ea Domino & Eccleſiæ, cui competunt, aufert, vaſtat, invadit, vel diripit, uſque ad emendationem Eccleſiæque ſatisfactionem: & quòd ſit ſacrilegus, & non tantùm ſacrilegus, ſed etiam fur ſacrilegus.

Iſaac, cit. 7. cap. 5.

Burchard. lib. 11. c. 17.

Ivo, par. 14. c. 87.

Gratian. 12. q. 2. c. 3. *Nulli liceat.*

De his ſacrilegis qui Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus injurias inferunt.

CCCCVI. Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias earumque res inruens, Sacerdotibus & Miniſtris, vel ipſo cultui locoque, aliquid importet injuriæ vel inferat ad divini cultûs injuriam, in convictos ſive confeſſos reos capitali ſententiâ noverit vindicandum. Nec expectetur ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi ſoli gloriam dereliquit. Sitque cunctis non ſolùm liberum, ſed etiam laudabile, factas atroces Sacerdotibus aut Miniſtris injurias, veluti publicum crimen, perſequi ac de talibus reis ultionem mereri.

Vide ſuprà, cap. 115.

Quòd omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur.

CCCCVII. Omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio Domino conſecrantur. Et non ſolùm ſacrificia quæ à Sacerdotibus ſuper altare Domino conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quæcunque ei à fidelibus offeruntur, ſive in mancipiis, ſive in agris, vineis, ſylvis, pratis, aquis, aquarumve decurſibus, artificiis, libris, utenſilibus, petris, ædificiis, veſtimentis, pellibus, lanificiis, pecoribus, paſcuis, membranis, mobilibus & immobilibus, vel quæcunque de his rebus quæ ad laudem Dei fiunt, vel ſupplementum ſanctæ Dei Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus atque ornatum præſtare poſſunt, Domino Eccleſiæque ſive à quibuſcunque ultrò offeruntur, Domino indubitanter conſecrantur, & ad jus pertinent Sacerdotum. Et quia Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe veraciter agnoſcimus, quæcunque Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt; & quæ Eccleſiæ vel in ſupradictis vel in quibuſcunque ſpeciebus, ſive pollicitationibus ſive pignoribus, ſive ſcriptis ſive corporalibus rebus offeruntur, Chriſto offeruntur; & quæ ab Eccleſia ejus quocunque commento alienantur vel tolluntur, ſive alienando, ſive vaſtando, ſive invadendo, ſive minorando, ſive diripiendo, Chriſto tolluntur. Et ſi ab amico quippiam rapere furtum eſt, præcipuè Chriſto Domino noſtro, qui eſt Rex Regum & Dominus Dominantium, aliquid auferre vel alienare, ſubripive vel vaſtare, ſacrilegium eſt. Omnes namque Eccleſiæ prædones manifeſtiſſimè ſunt ſacrilegi; & nullus a ſacrilegiis, niſi per puram probatamque

Capitulare II. an. 814. cap. 12.

Capitula Herardi, c. 65.

Iſaac, tit. 7. c. 7.

Concil. Troſl. c. 4.

Burchard. lib. 3. cap. 129.

Vide ſupra, p. 394.

atque publicam pœnitentiam, & per Eccleſiæ ſatisfactionem, Epiſcoporumque per manûs impoſitionem, juxta canonicas ſanctiones reconciliationem, regnum Dei poſſidebit, & non ſolùm à regno Dei fit alienus, ſed etiam à liminibus ſanctæ Eccleſiæ, & præcipuè ab illius quam læſit, uſque ad prædictam ſatisfactionem extorris efficitur. Talium verò ſcelerum patratoribus, niſi poſt prædictam ſatisfactionem, nec vivis nec mortuis, communicare minimè debemus; quia qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit; qui autem pecuniam, Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit. Qui non ſolùm ſacrilegi, ſed etiam fures ſacrilegi, & lupi, atque homicidæ, pauperumque necatores, & inſuper anathematis vinculo damnati coram Deo & Sanctis ejus efficiuntur.

Vide infrà, c. 417. hujus libri.

Ut Chriſtiani ex propinquitate ſui ſanguinis connubia non ducant.

Supra cap. 130.

CCCCVIII. Ne Chriſtiani ex propinquitate ſui ſanguinis connubia ducant, nec ſine benedictione Sacerdotis cum virginibus nubere audeant; neque viduas abſque ſuorum Sacerdotum conſenſu, & conhibentia plebis, ducere præſumant.

De eo qui ſe inceſtuoſo ordine his perſonis quibus à divinis regulis prohibitum eſt, conjunxerit.

Infrà, lib. 7. cap. 435. Paulus, lib. 2. Sentent. tit. 18. Concil. Rem. an. 630. c. 8. Iſaac, tit. 4. c. 7. Concil. Troſl. c. 8.

CCCCIX. Si quis ſine gradu ſe inceſtuoſo ordine cum his perſonis quibus à divinis regulis prohibitum eſt, conjunxerit, uſquequò pœnitentiam ſequeſtratione teſtentur, utrique communione priventur, & neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum cauſarum licentiam habebunt. Nam eorum qui modo prædicto ſe inceſto conjunxerint, Epiſcopi ſeu Preſbyteri in quorum diœceſi vel pago actum fuerit, Regi vel Judicibus ſcelus perpetratum adnuntient; ut cùm ipſis denuntiatum fuerit, ſe ab eorum communione aut cohabitatione ſequeſtrent. Res autem eorum ad primos parentes uſque ad ſequeſtrationem perveniant, ſub ea conditione, ut antequam ſegregentur, per nullum ingenium neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, niſi præfatum ſcelus ſequeſtrationis ſeparatione & pœnitentiâ fateantur.

Vita S. Maiuverci, p. 50. 52.

Ex libro Legum Theodoſii 3, capitulo XI. *de inceſtis.*

Add. III. cap. 104.

CCCCX. Quòd inceſti non ſint legitimi heredes, ſed infamiâ ſint notatæ utræque perſonæ.

L. 4. Cod. Theod. de inceſt. nupt. Iſaac, tit. 4. cap. 8. Concil. Troſl. c. 8. Ivo, par. 16. c. 313.

Ut nullus devotam Deo virginem vel viduam conjugem accipiat.

Lib. 3. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 2. Iſaac, tit. 4. c. 9. Concil. Troſl. c. 8.

CCCCXI. Ut deinceps, ſicut canones eccleſiaſtici prohibent, nullus Deo devotam virginem, nullus ſub religionis habitu conſiſtentem, ſive viduitatis continentiam profeſſam, vel ſui proximam generis, aut etiam de cujus admixtione inceſtivæ notam poſſit ſubire infamiæ, inlicito connubio aut vi aut conſenſu accipiat conjugem; quia nec verum poterit eſſe conjugium quod à meliori propoſito deducitur ad deterius, & ſub falſi nominis copula inceſtiva, pollutione & fornicationis immunditiâ, perpetratur. Hoc verò nefas, ſi agere amodò cujuſlibet gentis homines ſexûs utriuſque tentaverint, inſiſtente Sacerdote vel Judice, etiamſi nullus accuſator ſit, omnimodis ſeparati, exilio perpetuo relegentur; nec aliquâ indefinitione ſuî, quouſquè vixerint, longitudine temporis excuſentur.

Quòd blaſphemiam Deo inferat qui ſe cum Deo ſacrata miſcuerit.

Iſaac, tit. 3. c. 3. Concil. Troſl. c. 8.

CCCCXII. Scire vos convenit quia blaſphemiam Deo inrogat qui cum Deo ſacrata, vel cum velata femina, ſe commaculat.

Ut Clericus proprio honore privetur, ſi cum femina Deo ſacrata vel velata ſe commiſcuerit.

Iſaac, tit. 3. cap. 4. Concil. Troſl. c. 8.

CCCCXIII. Si Clericus cum velata femina vel cum Deo ſacrata ſe maculaverit, proprio honore privetur.

Quòd ſacrilegi & violatores, juxtà Apoſtolum, ſint qui violant ſacratarum feminarum corpora.

Iſaac, tit. 3. cap. 5. Concil. Troſl. c. 8. Ivo, par. 7, c. 69.

CCCCXIV. Sciendum eſt omnibus quòd Deo ſacratarum feminarum corpora, per votum propriæ ſponſionis & verba Sacerdotis, Deo conſecrata templa eſſe Scripturarum teſtimoniis comprobantur. Et ideò violatores earum ſacrilegi ac juxta Apoſtolum filii perditionis eſſe noſcuntur.

Quòd fornicatio omnibus peccatis periculoſior eſſe perhibetur.

Iſaac, tit. 3. c. 6. S. Bonifac. Ep. 19.

CCCCXV. Quòd penè omnibus peccatis gravior & deterior ſit fornicatio, & veraciter dici poteſt laqueus mortis, & puteus inferni, ac vorago perditionis, eò quòd adulteri vel luxorioſi propter cordis inopiam

inopiam perdunt animas ſuas. Nam, ut
Proverb. cap. 6. ait ſcriptura, pretium ſcorti vix unius eſt panis; & qui ſe jungit meretrici, unum corpus efficitur. Et qui luxuriatur, mortuus eſt in corpore vivente.

Quales debeant ſcripturæ valere.

Lib. 2. leg. Wiſigoth. tit. 5. c. 1. Vide ſuprà, cap. 148. CCCCXVI. Scripturæ quæ diem & annum habuerint evidenter expreſſum, atque ſecundùm legis ordinem conſcriptæ eſſe noſcuntur, ſeu conditoris vel teſtium fuerint ſignis aut ſubſcriptionibus roboratæ, omni habeantur ſtabiles firmitate.

Ut ita valeat commutatio ſicut & emptio.

Lib. 5. leg. Wiſigoth. tit. 4. c. 1. Vide ſuprà, cap. 152. CCCCXVII. Commutatio, ſi non fuerit per vim & metum extorta, talem qualem & emptio habeat firmitatem.

De excommunicandis Judicibus & potentibus qui non ſe emendaverint.

Concil. Turon. 11. c. 16. Concil. Troſl. c. 7. CCCCXVIII. Ut Judices aut Potentes qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à Pontifice ſuo ſe non emendaverint, excommunicentur.

Ut Epiſcoporum judicio inceſta matrimonia emendentur.

CCCCXIX. Præcipimus ut juxta decreta Canonum adulteria & inceſta matrimonia, quæ non ſunt legitima, prohibeantur, & Epiſcoporum judicio emendentur.

In eo loco manendum unicuique ubicunque votum voverit.

CCCCXX. Ut unuſquiſque in loco ubi conſtitutus fuit, & ubi votum vovit, ibi maneat, & ibi reddat vota ſua.

Quòd maximum peccatum ſit ſpiritalis commatris conjunctio.

CCCCXXI. Sciendum eſt omnibus quòd conjunctio ſpiritalis commatris maximum peccatum ſit, & divortio ſeparandum, atque capitali ſententiâ multandum, vel peregrinatione perpetuâ delendum.

De eo qui paganas obſervationes fecerit.

Capitular. lib. 5. c. 3. CCCCXXII Decrevimus, ſicut & anteceſſores vel parentes noſtri olim decreverunt, ut qui paganas obſervationes in aliqua re fecerit, multetur & damnetur quindecim ſolidis.

Præceptio ut mancipia Chriſtiana Paganis vel Judæis non tradantur.

Ibid. lib. 6. cap. 119. CCCCXXIII. Præcipimus generaliter omnibus ut mancipia Chriſtiana Paganis vel Judæis non tradantur.

Ut omnes noverint quantum malum ſit Deo ſacratas inceſtare.

Iſaac, tit. 7. c. 8. CCCCXXIV. Jubemus omnes ſcire, omnibuſque Sacerdotibus prædicare, atque ſub pœna ſacrilegii denuntiare, quantum malum & quàm maximum flagitium ſit cum Deo devotis feminis viduis, vel virginibus, ſive cum velatis, ſive cum Deo devotis, maximeque cum Sanctimonialibus, & ſacratis Deo virginibus vel viduis, tam in monaſteriis quàm & extra commiſceri. Nam hoc peccatum duplex eſſe non dubium eſt. Ut verbi gratiâ dicamus, cujus vindictæ reus ſit puer ante dominum ſuum qui uxorem domini ſui adulterio violaverit, quanto magis ille qui ſponſam Chriſti creatoris cœli & terræ putredine ſuæ libidinis commaculaverit, dicente beato Paulo Apoſtolo: *An neſcitis quia corpora veſtra templa ſint Spiritûs ſancti?* Et alibi: *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et iterùm idololatriæ ſervituti adulteros & fornicatores in ſermone & numero peccatorum jungit, dicens: *An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare; quia neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt.* S. Bonifac. epiſt. 19.

Ut quia neceſſitas bellorum cogit, pars pecuniæ quæ Eccleſiæ debetur, aliquanto tempore ſub precario retineatur.

Capitular. lib. 5. c. 3. CCCCXXV. Aſſentimus cum conſilio ſervorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella & perſecutiones cæterarum gentium quæ in circuitu noſtro ſunt, ut ſub precario & cenſu aliquam partem eccleſialis pecuniæ in adjutorium exercitûs noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, eâ conditione, ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus, id eſt duodecim denarii, ad Eccleſiam vel monaſterium reddantur; eo modo ut ſi moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit; & iterùm, ſi neceſſitas cogat & Princeps jubeat, precarium renovetur & reſcribatur novum. Hoc omninò obtineatur, ut Eccleſiæ vel monaſteria penuriam & paupertatem non patiantur, quorum pecunia in precario præſtata ſit, ſed ſi paupertas cogat, Eccleſiæ & domui Dei reddatur integra poſſeſſio.

Ut Eccleſiarum privilegia, vel facultatem, ſive quicquid ad eaſdem pertinet, nullus invadere præſumat.

CCCCXXVI. Præcipimus omni-

Capitulare I. an. 803. c. 3. Capitulare II. an. 814. cap. 13.

bus ditioni noſtræ ſubjectis ut nullus privilegia Eccleſiarum vel monaſteriorum infrangere, reſque Eccleſiarum invadere, vel vaſtare, aut alienare, vel facultates earum diripere præſumat, nec ſine precaria poſſidere pertentet; quia, ſicut à ſanctis Patribus inſtructi ſumus, graviſſimum peccatum hoc eſſe dinoſcitur, teſtante ſacrâ Scripturâ, quæ ait: *Qui abſtulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non eſſe peccatum, homicidii particeps eſt.* Pater noſter ſine dubio Deus eſt, qui nos creavit: mater noſtra Eccleſia, quæ nos in baptiſmo ſpiritaliter regeneravit. Ergò qui Chriſti pecunias Eccleſiæ fraudat, vel rapit, ſive vaſtat, vel alienat, homicida ante conſpectum juſti Judicis eſſe deputabitur. De quo quidam ſapientium dicit: *Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit. Qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium facit.*

S. Bonifac. ep. 19. Prov. 28. 24. Anaclet. ep. 1. Regino, lib. 2. cap. 282. Burchard. lib. 11. c. 18. *Vide* ſuprà, lib. 2. c. 41. Ivo, par. 14. c. 88. Gratian. 12. q. 2. c. 6. *Qui abſtulerit.* 17. q. 4. c. 18. *Qui rapit.*

Ut neque Rex neque ſecularium quiſquam per vim prædia Eccleſiarum rapiat, quæ Epiſcopi, Abbates, vel Abbatiſſæ regere videntur.

Concil. Troſl. c. 4 Epiſtolæ S. Bonifac. p. 149.

CCCCXXVII. Omnibus, nos ipſos corrigentes, poſteriſque noſtris exemplum dantes, generaliter interdicimus ut nullus laicus homo, vel Imperator, vel Rex, aut aliquis Præfectorum vel Comitum, ſeculari poteſtate fultus, ſibi per violentiam rapiat, aut à nobis competere vel quocunque modo invadere præſumat monaſterium aut prædia, vel quaſcunque res, de poteſtate Epiſcopi vel Abbatis aut Abbatiſſæ, & incipiat ipſe vice Abbatis regere & habere ſub ſe Monachos, & pecuniam poſſidere quæ fuit Chriſti ſanguine comparata. Talem hominem antiqui Patres nominabant raptorem & ſacrilegum, & homicidam pauperum & lupum diaboli intrantem in ovile Chriſti, & maximè anathematis vinculo damnandum ante tribunal Chriſti. De talibus memores eſtote ſcripturæ ſancti Pauli Apoſtoli ad Timotheum dicentis: *Divitibus hujus ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deo, qui præſtat omnia.* Tales, ſi Eccleſiæ correctionem non recipiunt, ethnicis & publicanis ſunt ſimiles, quibus nec vivis nec mortuis communicat Eccleſia Dei. Talibus, qui & hic & ibi reperiuntur, cum tuba Dei clangamus, ne tacentes damnemur, & ſimul cum eis pereamus. Si autem impietas horribilis eſt Deo, ille qui impiè agit, certè ſeparatus eſt talis à Deo, & anathemati juſtè ſubicitur. Anathema enim nihil aliud ſignificat, niſi à Deo ſeparationem, ſicut in veteri & novo Teſtamento judicium de anathemate ſignificat.

Ejuſdem epiſt. 105.

De his qui non ſolùm de rebus ſuis aliquid Eccleſiæ conferunt, ſed etiam ab aliis conlatas injuſtè poſſident.

Concil. V. Collat. 5. p. 564, 610 in edit. Rom. Concil. Duziac. 11. c. 11.

CCCCXXVIII. Placuit nobis, & ab omnibus obſervari convenit, ut quia nonnulli memores ſuî per quaſlibet ſcripturas pro remedio animæ ſuæ de facultatibus ſuis Eccleſiis aliquid contuliſſe probantur, quod à diverſis Deum minùs timentibus hactenùs mortiferâ calliditate tenetur, ita ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, nec intueri corde poſſunt diem judicii Domini hoc qui cupiditatis delectantur ardore, quicunque immemor interitûs ſui res Eccleſiis, ut ſuprà diximus, delegatas injuſtè poſſederit præſumpſeritque retinere, & veritate compertâ, res Dei ſervis diſſimulaverit reformare, ab omnibus Eccleſiis ſegregatus, à ſancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium niſi cùm culpam propriam rerum emendatione purgaverit: indignè enim ad altare Domini properare permittitur qui res eccleſiaſticas aut audet rapere aut injuſtè poſſidere. Qui verò in hac iniqua defenſione perdurant, ut necatores pauperum omnes judicandi ſunt, quòd eorum taliter alimenta ſubtraxerint. Sacerdotalis tamen debet eſſe proviſio ut vindictam admonitio manifeſta præcedat, & res uſurpatas injuſtè qui abſtulit, adhibitâ æquitate reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſſitas compulerit, poſteà prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat. Neque quiſquam per regna, abſque proprii Epiſcopi auctoritate, res diſpenſare nitatur; quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari dominatione concludit. Qui verò his noſtris ſanctionibus contrairerit, & quæ neglexit, legibus emendare tardaverit, vel deinceps in prædicta nequitia perdurare voluerit, omnes honores quos habere videbatur, perdat, & à nobis ſeculariter & legaliter ſtrictim fortiterque puniatur, & à Sacerdotibus cœleſti gladio feriatur. Et ſi ſe non correxerit, non ſolùm excommunicatus, ſed etiam anathematizatus moriatur.

De rebus Eccleſiæ quæ ſibi jure debentur, ne in aliud transferantur.

CCCCXXIX. Sciendum eſt omnibus quòd ſacrilegium ſit res Eccleſiæ

Vide ſuprà, cap. 395.

quocunque modo injuſtè ab Eccleſiis quibus jure debentur, auferri & in aliud transferri.

Quòd homicidæ ante Deum deputentur qui res Eccleſiæ vaſtant.

Suprà, c. 426. Capitulare II. an. 814. cap. 14. Isaac, tit. 2. cap. 10.

CCCCXXX. Volumus omnes ſcire quòd qui Chriſti & Eccleſiæ pecunias auferunt, reſque ejus fraudant, rapiunt, vaſtant, vel diripiunt, homicidæ antè Deum eſſe deputantur; quia res pauperum, quos Eccleſia paſcere debet, diripiunt.

Ut capitali pœnâ multentur qui ſacrilegia, adulteria, prædationes, aut devaſtationes exercuerint.

Isaac, tit. 7. c. 4. Concil. Troſl. c. 4.

CCCCXXXI. Sub pœna capitali ſacrilegia, adulteria, prædationes, vaſtationeſque in regno noſtro à quibuſcunque fieri prohibemus, ita ut ſi voluntariè quis ex his unum vel aliquid fecerit, de vita componat, & omnes res ejus, tam mobiles quàm & immobiles, fiſco noſtro ſocientur, vel Eccleſiæ cujus res vaſtaverit, vel alienaverit, aut abſtulerit, tradantur. Maximum enim ſacrilegium eſt oblationes Fidelium, quæ ſunt res Eccleſiarum, auferre, vaſtare, alienare, invadere, vel ſubripi. Nam, ut ait ſacra Scriptura, neque ſacrilegi, neque adulteri, neque prædones, vel vaſtatores, qui ſunt raptores, regnum Dei poſſidebunt. Et ſi hi qui res fratrum diripiunt, à regno Dei alieni fiunt, quid ſuper his fieri putatis qui res Deo dicatas diripiunt vel auferunt? Nam quantò graviùs quis in præſenti ſeculo peccat, tantò graviùs in inferno torquebitur.

De viris, quòd in caſtitate uxores ſuas diligere, eiſque, ut vaſi infirmiori, cuſtodiam & reliquam neceſſitatem debeant impendere.

Add. II. cap. 23. Capitula Herardi, c. 67.

CCCCXXXII. Omnibus ſcire volumus quòd, jubente Domino, viri uxores ſuas in caſtitate debeant diligere, & eis, utpotè vaſi infirmiori, honorem & cuſtodiam, atque cuncta quæ neceſſaria ſunt, prout quiſque potuerit, miniſtrare fideliter debebit. Quod & nos, qui Miniſtri Domini ſumus, nec ſine cauſa Dei gladium portamus, epiſcopali in vice omnium Epiſcoporum atque regali auctoritate pro viribus cunctos agere jubemus.

De conſervanda fide inter virum & uxorem.

Isaac, tit. 11. c. 19.

CCCCXXXIII. Scire omnes volumus, ſicut & ſæpiùs à Domini Epiſcopis & reliquis Dei ſervis admoniti ſumus, quòd viri uxoribus ſuis, & uxores ſimiliter viris ſuis, veraciter fidem & dilectionem ſervare debent, & non in aliquo ab his declinare, & quòd non liceat conjugatis neque pellicem neque concubinam habere.

Ne Clerici cujuſlibet ordinis à quibuſlibet Laicis injurientur, vel apud alios quàm apud Epiſcopos accuſentur.

CCCCXXXIV. Ut neque Presbyter, neque Diaconus, neque Subdiaconus, de Eccleſiis trahantur, aut injuriam aliquam, eorum inſcio Epiſcopo, patiantur. Sed quicquid quis adversùs eos habuerit, in notitiam Epiſcopi proprii perducat; & ipſe cauſam juſtitiâ præeunte diſcutiens, animo Clericos accuſanti ſatisfaciat.

De his qui innocentes apud Principem vel apud alios accuſaverint.

Concil. Matiſcon. I. c. 18.

CCCCXXXV. De his qui innocentes ad Principes aut Judices accuſare convicti fuerint, ſi Clericus honoratior fuerit, ab officii ſui ordine degradetur. Si verò ſecularis, pœnam quam ipſi, ſi convicti eſſent, paſſuri erant, patiatur. Et inſuper ſi talis cauſa fuerit unde vivere debeant, à Sacerdotibus publicâ pœnitentiâ multentur, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini.

Ut Clerici de his cauſis quas ſeculi Leges non admittunt, minimè impetantur.

Lib. I. leg. Wiſigoth. tit. 2. c. 12.

CCCCXXXVI. Nullæ cauſæ à Judicibus eccleſiaſticis audiantur quæ Legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur.

EXPLICIT LIBER SEXTUS.

CAPITULARIUM
LIBER SEPTIMUS.
INDEX TITULORUM LIBRI SEPTIMI.

1. De primatu Ecclesiarum & Sacerdotum.
2. Ut omnis ordo Clericorum Episcopo suo subjectus maneat.
3. Ut nemo Clericorum, relicto Episcopo proprio, ad negotia secularia migret.
4. Ut Presbyter vel Diaconus, absque Episcopi proprii consensu, nihil præsumant.
5. Ut tempus pœnitentium in consideratione Episcopi consistat.
6. De pœnitentum conversatione & fide.
7. De fructuum oblationibus quæ Ministris Ecclesiæ conferuntur.
8. De his quæ in usus pauperum conferuntur.
9. Ut quicunque synodalem excommunicationem transgressus fuerit, in alia synodo spem recuperationis non habeat.
10. Ut excommunicatis, sive his qui Ecclesias deserunt, nemo communicet.
11. De conturbatoribus Ecclesiæ opprimendis.
12. Ut Monachi Episcopis suis ubique subjecti maneant.
13. Ut unusquisque Ecclesiæ cui ordinatus est, ministret.
14. De suscipiendis his qui persecutionem patiuntur.
15. De lege & consuetudine.
16. De alienis finibus non usurpandis.
17. Ut transgressores Canonum excommunicentur.
18. Ut Episcopus curam Monasteriorum gerat.
19. De monendis his qui ordinantur.
20. De satisfactione pœnitentiæ.
21. De mensura pœnitentiæ.
22. De malorum ordinatione vitanda.
23. De Episcopis qui inutiles ordinaverint.
24. De cavendis inlicitis ordinationibus.
25. De rebaptizatis non ordinandis.
26. Ut qui excommunicatis sine licentia communicaverit, damnetur.
27. De non vendendis rebus Ecclesiæ.
28. Ut absque licentia Episcopi ad virgines vel viduas Clerici non accedant.
29. De appellatione primæ sedis.
30. De arbitrio Episcopi erga pœnitentes.
31. De manumissionibus.
32. Ut nemini sit facultas, relictâ principali Cathedrâ, in Ecclesia in sua diœcesi vel in re propria diutius residere.
33. De defensoribus Ecclesiæ à Rege poscendis.
34. De occursu Clericorum ad Concilium.
35. De Lectore unius Ecclesiæ in alia Ecclesia non promovendo.
36. De remissione pœnitentium.
37. De non invadendæ alterius parochia.
38. De justo baptismate non iterando.
39. De ultione peccatorum.
40. De prohibitis non despiciendis.
41. De prævaricatoribus Canonum submovendis.
42. De dilatione temporum erga eos qui ad sacros ordines promoventur.
43. De confessione scelerum.
44. Ut Doctoribus contraria non docentur.
45. De profundioribus quæstionibus.
46. De non neglegendis præceptis Canonum, sed viriliter exercendis.
47. De non studendo novitati.
48. Ut nullus Sacerdos in alterius parochia aliquid præsumat.
49. De non ignorandis Canonibus.
50. De populo docendo.
51. Ut aliquâ conditione obligatus, absque petitione domini sui non ordinetur.
52. De malis funditùs abscidendis.
53. De non exigendis usuris.
54. De pravis persequendis.
55. De plebe adversùs sacrilegos custodienda.
56. De utilitate gregis & pastoris.
57. De tepidis Doctoribus.
58. Quomodò dubia vel obscura teneantur.
59. De uxoribus & concubinis.
60. De concubinis relinquendis.
61. De abstinendo à licitis.
62. Quòd pœnitentibus nulla lucra negotiationis exercere conveniat.
63. De reatu potentum.
64. Ut pravi non consecrentur.
65. Ut injusta populi petitio effectu careat.
66. De potestate data non abutenda.
67. Ut nemo pœnitentem alterius parochiæ absolvat.

68. *De criminoſis non promovendis.*
69. *De iis qui variis paſſionibus irretiti ſunt.*
70. *De mortuis temerè non judicandis.*
71. *De contentione vitanda.*
72. *Quòd mali, bona miniſtrando, ſibi non ceant.*
73. *Ut vivente viro, vel uxore, nemo eorum alteri conjugio copuletur.*
74. *De poteſtate Epiſcopi in parochia ſua.*
75. *Ut nemo Clericorum abſque conſenſu Epiſcopi ſui Principem adeat.*
76. *De poteſtate Epiſcopi in rebus eccleſiaſticis.*
77. *Ut Clericus extrà ſuam parochiam, abſque Pontificis ſui permiſſu, non proficiſcatur.*
78. *Qualiter Epiſcopi provehantur.*
79. *Quòd turbis electiones Epiſcoporum non concedantur.*
80. *Ut Epiſcopi terminos parochiæ ſuæ non tranſeant.*
81. *Ut Epiſcopi, niſi vocati, extrà ſuam diœceſim nullas ordinationes faciant.*
82. *Quod ea quæ in provincia agenda ſunt, ipſius provinciæ Synodus diſpenſet.*
83. *De poteſtate Primatis diœceſeos*
84. *Ut accuſatores Clericorum ſine probatione non recipiantur.*
85. *Ut criminoſus vocem accuſandi non habeat.*
86. *Ut accuſato locus unde ipſe eſt concedatur, ubi teſtes habere queat.*
87. *Ut Epiſcopus ante juſtam definitionem nullatenùs propriâ poteſtate privetur.*
88. *Ut nulli criminoſo liceat accuſare Epiſcopum.*
89. *De Primate in accuſatione Epiſcopi expetendo.*
90. *Ut accuſater culpabilis non recipiatur.*
91. *Ut nemo eccleſiaſticus teſtificari compellatur.*
92. *De Concilio univerſali.*
93. *De cauſis ſpecialibus.*
94. *Ut Metropolitanus in alterius provincia nihil præſumat.*
95. *Ut contradicentibus non ordinetur Epiſcopus.*
96. *Quòd tres Epiſcopi præcepto Archiepiſcopi ordinare poſſint Epiſcopum.*
97. *De contradictione ordinationis Epiſcopi.*
98. *Ut Chorepiſcopi modum menſuræ qui in ſacris Canonibus præfixus eſt, non excedant.*
99. *Quales perſonæ ad accuſationem non admittantur.*
100. *Ut ſi unum crimen accuſatores adprobare nequiverint, de cæteris non admittantur.*
101. *Ut teſtes infrà XIV. annos ætatis non recipiantur.*
102. *Ut Clerici ſive Epiſcopi à ſuis Metropolitanis vel comprovincialibus audiantur.*
103. *Si quis Epiſcopus depoſitus Romanum Pontificem appellaverit, cauſa ejus judicio Epiſcopi Romani determinetur.*
104. *Ut accuſatus Epiſcopus ab omnibus comprovincialibus, Coepiſcopis videlicet ſuis, audiatur vel judicetur.*
105. *Quòd legitima uxor ſit nuptialiter ducenda.*
106. *De Metropolitanis, ne comprovincialium cauſas abſque proprio Epiſcopo audiant, neque alicujus Coepiſcopi querelam vel crimen, præter cæterorum omnium comprovincialium Coepiſcoporum præſentiam, diſcutere præſumant.*
107. *De accuſatoribus Sacerdotum calumnioſis vel ſuſpectis.*
108. *De accuſatoribus & accuſationibus ſubmovendis quas leges non admittunt.*
109. *De cauſis Epiſcoporum vel reliquorum Sacerdotum à comprovincialibus infrà propriam provinciam terminandis, & non ab aliis, niſi fuerit provocatum.*
110. *De accuſatoribus in majorum natu judicio requirendis.*
111. *De accuſatoribus prævæ converſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, non recipiendis in cauſa Sacerdotum.*
112. *De accuſatoribus quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non admittendis in Sacerdotum pulſatione.*
113. *De Canonibus à Sacerdotibus non ignorandis.*
114. *De Epiſcopo ſibi ſoli præſumente cognitionem.*
115. *De Epiſcopis damnare volentibus eos à quibus ſunt conſecrati.*
116. *De Epiſcopis ejectis vel ſuis rebus expoliatis, ut antè non accuſentur quàm legibus pleniter reſtituantur.*
117. *De his quos leges ſeculi non admittunt, in Clericorum cauſis non admittendis.*
118. *De non cogendo Clericos in publicum dicere teſtimonium.*
119. *De accuſatoris perſona ſcelerum maculis aſperſa ad Sacerdotum accuſationem non admittenda.*
120. *Ne interventor Epiſcopus cathedram ubi interceſſor eſt, ſedeat.*
121. *Quotiens de minoribus Judicibus eccleſiaſticis ad majores eccleſiaſticos*

Judices fuerit provocatum, non eis denegetur qui provocaverint.
122. *De apostolicis & canonicis decretis minimè violandis.*
123. *Decretum Domni Karoli, Regis Francorum, ut servi Dei neque in hostem pergant, neque armaturam bajulent.*
124. *Non esse fundendum sanguinem Christianorum vel Paganorum à Sacerdotibus.*
125. *Ut servi Dei venationes non exerceant.*
126. *Ut ignoti Episcopi vel Presbyteri ante synodalem probationem non admittantur ad ministerium ecclesiasticum.*
127. *De Sacerdotibus qui plures uxores habuerint.*
128. *Ut unusquisque sollicitus sit, adjuvante Defensore Ecclesiæ, ne in sua parochia populus opera diabolica agat.*
129. *Ut parochiam suam unusquisque Episcopus singulis circumeat annis.*
130. *Ut Presbyteri Episcopis suis subjecti sint, & ut Quadragesimæ tempore ministerii sui ordinem reddant.*
131. *Ne aliquis accipiat Ecclesiam infrà parochiam sine consensu Episcopi sui.*
132. *Ut de incestis & infirmis, & pœnitentibus, curam gerant Sacerdotes.*
133. *Ut duabus vicibus in anno ad mallum omnes liberi veniant.*
134. *Ut nullus neglegens sit quandò pro Rege vel fidelibus suis orandum fuerit.*
135. *De jejunio quatuor Temporum & à Sacerdote plebi denuntiando, & ab omnibus observando.*
136. *Ut Sacerdos, nisi in locis consecratis, Missam non celebret.*
137. *De Sacerdotibus qui ministerium suum adimplere non valent.*
138. *De his qui pœnitentiâ acceptâ moriuntur.*
139. *Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum, aut Clericum, sine consensu Episcopi sui distringat.*
140. *Ut nullus Episcoporum vel secularium alterius Episcopi res tenere præsumat.*
141. *De hoste & pugna atque armis Sacerdotibus prohibitis.*
142. *De his qui putaverunt idcircò præceptum fuisse non ire ad pugnam Sacerdotes, ut honor eis minueretur.*
143. *De sceleribus nefandis ob quæ regna percussa sunt, ut penitùs caveantur.*
144. *De his Presbyteris qui contrà Episcopos suos seculares defensores habere noscuntur.*
145. *Ut cujuspiam gradûs Clericus, sine Pontificis sui concessu, nullum ad secular judicium attrahere præsumat.*
146. *Ut Clerici venationes non faciant cum avibus vel canibus.*
147. *Ut omni anno ministerii sui rationem Presbyteri Episcopo suo reddant.*
148. *Ut omnes Episcopi parochias suas annis singulis circumeant.*
149. *De eo qui non coactè statuta transgressus fuerit.*
150. *Ut Ecclesiarum negotia semper primò audiantur in causis.*
151. *De Episcopo non usurpando alterius fines Episcopi.*
152. *De non judicando vel testificando quemquam in sua causa.*
153. *Ut Episcopus ejectus, vel suis carens rebus, ante plenam restitutionem non accusetur; nec ille qui suis liberè & integerrimè fruens bonis, antequàm familiariter conveniatur; neque respondere compellatur, nisi canonicè venerit evocatus.*
154. *De superbis vel contumacibus Clericis vel Laicis coercendis.*
155. *Ut nullus Clericus vel Abbas ad judicia secularia, sine jussione proprii Episcopi, ire præsumat. Et ut nullus suo Episcopo contumax aut inobediens existat.*
156. *De Episcopis non accusandis nisi ad summos Primates, quia non omnes Metropolitani summi sunt Primates. Et hoc summoperè ab eis prævideatur, ne aliquâ cupiditate vel invidiâ fiat.*
157. *Quid de Advocato agendum sit qui in dolo vel fraude repertus fuerit.*
158. *De his qui contrà suam professionem vel subscriptionem venerunt.*
159. *De Clericis vel Monachis aut Laicis conspirantibus.*
160. *De pervasoribus finium aliorum.*
161. *De Presbyteris inflatis vel schisma facientibus.*
162. *Ut Presbyteri indiscretè ab Episcopis vel ab aliis, aut Laicis, non mittantur.*
163. *De criminibus definitis minimè refricandis.*
164. *De adprobanda accusatione.*
165. *De Presbyteris qui inconsultis propriis Episcopis in locis non consecratis Missas agunt.*
166. *Ut Presbyteri in Ecclesiis inconsulto Episcopo non constituantur, vel de Ecclesiis expellantur ab aliquo.*
167. *Quòd Dei ordinationem accuset qui Episcopo detrahit vel accusat.*
168. *De homicidis infantum.*
169. *De his qui rapinam fecerint, aut iter*

agentes adſallierint, aut domorum nocturni ſpoliatores fuerint, quid ſit agendum.
170. *Ut Judices priùs capitalem non proferant Sententiam, quàm aut reus ipſe confiteatur, aut per teſtes innocentes convincatur.*
171. *De Epiſcopis, ſi in reatum incurrerint, quid agendum ſit.*
172. *De his qui viduas vel virgines inconſulto Epiſcopo velare præſumunt.*
173. *De accuſato Epiſcopo, ſi comprovinciales ſuſpectos habuerit, ut Romanum appellet Pontificem.*
174. *De reis ad eccleſiam vel altaria earum confugientibus, ut non abſtrahantur.*
175. *De non uſurpandis plebibus alienis, & de non gravando Epiſcopo.*
176. *De his qui in recta fide ſuſpecti ſunt, in accuſationem Sacerdotum vel teſtimonium non ſuſcipiendis.*
177. *Quid ſint delatores, vel quid de eis faciendum ſit.*
178. *De Epiſcoporum cauſa per Epiſcopos Judices terminanda.*
179. *Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit, ducat uxorem; ſed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.*
180. *Quod excommunicati à Sacerdote, antequàm canonicè reconcilientur, non poſſint majores natu accuſare.*
181. *De homicidis, maleficis, veneficis convictis, appellare volentibus, non audiendis.*
182. *Quòd Presbyteri, Diaconi & reliqui Clerici, ſine juſſione ſui Pontificis, nihil agere debeant.*
183. *De his qui virgines opprimunt aut rapiunt. Et de aliorum ſponſis raptis.*
184. *De accuſatoribus in judicium præſentandis, & accuſatis non modicum ſpatium accipiendis ad abluenda crimina.*
185. *De Clericis nullo fiſcali aut publico ſubdendis officio.*
186. *Ut nullus Sacerdos feminam ſecum habitare permittat, aut cum eo frequentare præſumat.*
187. *De teſtibus vel accuſatoribus qui cum inimicis morantur, in Sacerdotum accuſatione non recipiendis.*
188. *De teſtibus non recipiendis qui Chriſtianæ religioni infeſti extiterint.*
189. *De peregrinis Epiſcopis piè recipiendis.*
190. *Ut inlicitus acceſſus feminarum ad altare non fiat, aut ullæ feminæ vaſa ſacra, aut corpus & ſanguinem Domini, contrectare præſumant.*
191. *De accuſatis Sacerdotibus, ut non priùs in judicium decidant, quàm accuſatores ſecundùm canonicas & regulares ſanctiones pleniter inquirantur.*
192. *De violatoribus ſepulchrorum.*
193. *Ut Sacerdotes ſuam non relinquant Eccleſiam.*
194. *De Presbyteris gradum amittentibus, quia de eo deteriorari ſolent ut filii Belial efficiantur, quid agendum ſit.*
195. *De Laicis de religione diſputandi præſumentibus.*
196. *De his qui falſa Principum reſcripta detulerint. Et de nonnullis aliis cauſis.*
197. *De his qui falſa fratribus intulerint, quid agendum ſit.*
198. *Ut nullus de alterius Presbyteri parochia populo perſuadere audeat ut, relictâ propriâ parochiâ, ad ſuam Eccleſiam conveniant, aut ſibi eorum decimas dent.*
199. *Quòd Laicis de viris Deo dicatis, vel eccleſiaſticis facultatibus, aliquid diſponendi nulla ſit attributa facultas.*
200. *De his qui in blaſphemiam alterius aliquam ſcripturam vel cantica compoſuerint vel cantaverint.*
201. *Quid de Sacerdotibus vel Levitis de ſe crimen confitentibus agendum ſit.*
202. *Ut nullus Presbyter pœnitentes inconſulto Epiſcopo reconciliare audeat. Et ut omnes publicè pœnitentes in Cœna Domini ad Epiſcopum proprium conveniant, ut ab eo canonicè abſolvantur vel dijudicentur.*
203. *De Clerico vel Laico qui ſuo Epiſcopo calumniator extiterit.*
204. *De cauſis in judicio convincendis. Et de ſententia adversùs abſentes infirmanda. Et de cauſis in judicio non revolvendis. Et ut abſentes non damnentur. Et quòd abſentes per alium, nec accuſare, nec accuſari poſſint.*
205. *Quid de delatoribus fidelibus agendum ſit.*
206. *De Sacerdotibus vel Clericis qui per pecunias aliorum Sacerdotum Eccleſias aut beneficia ſubripiunt vel ſubvertunt.*
207. *Ut ſeculares de viris Deo dicatis, Eccleſiæque facultatibus, ad ſe nihil putent pertinere prater reverentiam tantùm.*
208. *De ſervis Dominorum facinora confeſſis non audiendis.*
209. *Quid de hominibus qui pauperes ex-*

poliant, & admonente Epiſcopo non reddiderint, agendum ſit.
210. De his qui ſine juſſione Epiſcopi Judices ſeculares adeunt, aut ſine licentia & litteris Epiſcopi ſui proficiſcuntur. Et de Laicis Eccleſiis vel Clericis calumniam facientibus.
211. De Laicis vitioſis à Clericis, niſi ſponè voluerint, non recipiendis.
212. Ut hi qui ſponè hominem occidere voluerint, & non potuerint perpetrare, ut homicidæ habeantur.
213. De Clericis qui à ſuis receduni Epiſcopis.
214. Ut nulli Sacerdotes eorum decimas, aut aliquid de rebus vel facultatibus Eccleſiæ, ſine licentia proprii Epiſcopi vendere præſumant.
215. De anathematis hominibus repellendis.
216. De ſententia adversùs abſentes vel minores judicata non valendu.
217. Quid de Clericis qui in ſeditione arma portaverint, faciendum ſit.
218. De his qui inebriantur, ut à communione, niſi ſe correxerint, ſuſpendantur, aut corporali ſupplicio ſubdantur.
219. Quid de his Eccleſiæ Judicibus faciendum ſit qui abſentes judicare præſumunt.
220. De his qui apud extraneos Judices cauſam ſuam proponunt. Et de his qui priùs in proprio foro non jurgaverint. Et de Judicibus qui ſuâ neglegentiâ cauſas differunt.
221. Quòd ruinis miſerorum oppido ſuccurrendum ſit.
222. Quid de vaticinatoribus falſis agendum ſit.
223. Quod in metropolitana ſede, tempore quo omnes elegerint comprovinciales Epiſcopi, ad Synodum faciendam ſit conveniendum.
224. Quid de Epiſcopo qui alium conculcare vel calumniari aut injuriare præſumpſerit Epiſcopum, faciendum ſit.
225. Ut nullus Presbyter in Eccleſia benedictiones publicas ſuper populum fundere, aut altare conſecrare, vel reconciliare, præſumat.
226. Ut abſentibus quod ablatum eſt pleniter reſtituatur.
227. Ut ea quæ ad perpetuam utilitatem ſunt inſtituta, inconvulſa permaneant.
228. De neglegentibus officia divina, & non venientibus ad matutinalia vel veſpertinalia, ſive reliqua divina officia.
229. De his qui in captivitatem ducti ſunt, quid agendum ſit.
230. Quòd contrà caput non ſit ſurgendum.
231. Ut Presbyteri per ſingulas hebdomadas, ſicut ab Epiſcopo, vel ab illo qui conſtitutus eſt ab eo, vocantur, ad civitatem conveniant abſque ulla dilatione, diſcendi gratiâ.
232. Quid de convitiis in judicio de evidenti violentia faciendum ſit.
233. Ut Sacerdotes de incognitis rebus nihil judicare præſumant.
234. De his qui relinquunt eccleſiaſtica officia, & ad ſeculares confugiunt. Et de Clericis furtum Eccleſiæ facientibus. Sive de Clericis comam nutrientibus, vel habitum aut veſtimenta clericalia mutantibus.
235. De ſervis, inſciis vel conſciis dominis, violentiam facientibus, & qualiter hæc corrigantur.
236. Qualiter deſides vel neglegentes curandi ſint.
237. Ut Clerici contumaces vel inflati contra Epiſcopum ſuum non ſint, nec parvipendant ejus excommunicationem. Et qualiter hæc facientes ſuam recipere debeant dignitatem.
238. Quòd acculatoribus antè diſcuſſionem utriuſque partis non ſit credendum.
239. De Sacerdotibus non detrahendis.
240. Ut qui Judices ſuſpectos habuerit, vocem appellationis exhibeat.
241. Ut caveat unuſquiſque, quantùm fieri poteſt, ut alteri non faciat quod pati non vult.
242. Ut diſcordantes ad altare ſive gratiam ſanctæ communionis non accedant. Et ſi unus eorum ſe correxerit, & alter diſcordans inventus fuerit, quid de his agendum ſit.
243. Quòd pœnitentes à conviviis & ornamentis, atque alba veſte, obſtinere debeant.
244. De divinis & apoſtolicis atque Canonum decretis minimè violandis.
245. De his Sacerdotibus qui de Eccleſiis ad Eccleſias inrationabiliter tranſeunt, & de illis qui in loco eorum ſunt ordinati.
246. Quòd injuriarum actiones nonniſi præſentes accuſare poſſint.
247. Quòd amicitiam protegat omnis qui non contendit.
248. Ut quod Eccleſia tricennali jure poſſederit, nulli liceat pro hoc deinceps appellare. Et de raptoribus viduarum vel virginum. Et ut feminæ ſacris altaribus non miniſtrent.

249. De

249. *De Judicibus contrà Legem judicantibus, & Legem audire nolentibus.*
250. *De imperitis, ut peritis non præferantur.*
251. *Ut liceat litigatoribus vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare, & appellatores in nullam cuſtodiam rediganter.*
252. *Ut nullus falſum teſtimonium dicat. Et de periculo falſorum teſtium, ſeu pœnitentiâ vel abjectione eorum.*
253. *Quòd eandem pœnam paſſurus ſit accuſator, ſi convincere accuſatum non potuerit, quam reus paſſurus erat.*
254. *Quòd prolator ſemper ſcripturam affirmare debeat.*
255. *Ut omnes Fideles ſuis Epiſcopis fideliter obediant.*
256. *De homicidiis quid agendum ſit.*
257. *Quid de furibus & malefactoribus ſit agendum.*
258. *De inceſtis quid agendum ſit.*
259. *De accuſatoribus non facilè recipiendis, nec abſque certa probatione quibuſquam judicandis vel damnandis.*
260. *De Chorepiſcoporum ſuperſtitione atque damnatione.*
261. *De rebus eccleſiaſticis abſque juſſione proprii Epiſcopi non diſpenſandis.*
262. *Ut mulieres non ingrediantur ad altare. Et ut baptizati fidei ſacramento inſtruantur, & poſt baptiſmum chriſma cœleſte per Epiſcoporum manus impoſitionem percipiant.*
263. *Quòd non conveniat catechumenis vel pœnitentibus in Paſcha vel Pentecoſten, aut Nativitate Domini, baptiſmum vel ante canonicam reconciliationem ſacramentum dominici corporis dare, ſed tantùm ſal benedictum.*
264. *Ut in Synodo priùs generales cauſæ, quæ ad normam Eccleſiæ pertinent, finiantur, & poſteà ſpeciales ventilentur.*
265. *De his qui res Eccleſiæ à Principibus petunt, ut irrita habeantur quæ obtinent, & ipſi communione priventur.*
266. *Ut nullus Epiſcopus de alterius Epiſcopi diœceſi quicquam præſumat.*
267. *Ut hi qui res Eccleſiæ invadunt, vaſtant, vel diripiunt, ſi monente Epiſcopo non ſe correxerint, communione priventur.*
268. *Ut poſteriores Epiſcopi non ſe præponant prioribus.*
269. *Ut Clerici qui ſine epiſtolis Epiſcopi ſui extrà propriam parochiam profecti fuerint, communione priventur. Et ſi incorrigibiles apparuerint, verberibus arceantur.*
270. *De Clericis, ſi eòrietatem non vitaverint, ut excommunicentur aut verberentur.*
271. *De his qui per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverint.*
272. *Ut Laici non ordinentur niſi religione præmiſſâ. Et ut monaſteriis puellarum probatæ vitæ homines præfigantur.*
273. *De his qui diſtrictionem Epiſcoporum circà ſe auſteriorem putaverint, quid agendum ſit.*
274. *De conſpiratione Clericorum vel Monachorum, aut Laicorum.*
275. *De his qui res Eccleſiæ traditas invadunt vel vaſtant, aut abſque proprii Epiſcopi conſenſu accipiunt, quid agendum ſit.*
276. *De his quæ die dominico agi prohibentur vel permittuntur.*
277. *De his qui ante finitam Miſſam de Eccleſia egredi præſumunt.*
278. *De his qui in Eccleſia cum armis intrare præſumunt.*
279. *Ut Laici in Eccleſia infrà cancellos ſtare non præſumant.*
280. *De his qui Sabbato ſancto Paſcha horâ nonâ jejunium ſolvunt.*
281. *De purgatione Sacerdotum, qualiter facta fuerit Warmaciâ, ſecundâ vice.*
282. *De recto judicio ab omnibus judicando. Et de litibus & contentionibus cavendis.*
283. *Ut teſtes, priuſquàm de cauſa interrogentur, ſacramento conſtringantur.*
284. *Ut Epiſcopos vel Sacerdotes, aut Clericos, in judiciis ſecularibus nullus accuſet.*
285. *De privilegiis Eccleſiarum & Clericorum non violandis.*
286. *Ut mancipia quæ Judæi emerint aut circumciderint, ab eorum poteſtate auferantur.*
287. *De his quæ à prioribus Principibus circà Eccleſiarum utilitates ſunt ordinata, ut immota permaneant ſemper.*
288. *De integra reſtitutione.*
289. *De his quæ injuſtè ablata ſunt, ut juſtè Legibus in integrum reſtituantur.*
290. *Ut Eccleſiarum vel Clericorum ſervos à Judicibus non liceat vexari.*
291. *Ut de criminibus definitis non liceat poſtmodùm movere certamen.*
292. *Ut dotes Eccleſiarum ſimul cum ipſis Eccleſiis ſemper ad proprii Epiſcopi pertineant diſpoſitionem.*

293. *Ut Epiſcopi ſemper prævideant qualiter Judices cum omnibus ſibi commiſſis agant.*
294. *De devotis peccantibus non recipiendis, niſi peccare deſerint.*
295. *De his qui excommunicantur à Sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.*
296. *De vagis & levibus Sacerdotibus, ac Clericis, quid agendum ſit.*
297. *De tenendis ad ſolutionem qui debitum promiſerunt.*
298. *De his qui ad vendendum alterius rem acceperint, quid agendum ſit.*
299. *Ut creditor rem debitoris non vendat priuſquàm eum de ſolutione ter conveniat.*
300. *Ut cum rebaptizatis Fideles non communicent.*
301. *De his qui jubente Sacerdote de Eccleſia exire contempſerint, quid agendum ſit.*
302. *De Clericis increpationi inobedientibus verberandis.*
303. *De his qui aliis aliquid debent, & ipſis ab eis aliquid debetur, ut in ſolutionem competentur*
304. *De his qui filiofamilias aliquid commodaverint, quid agendum ſit.*
305 *De Secularibus qui ſuas uxores derelinquunt.*
306. *Ut ſtipendia Clericis juxtà meritum diſtribuantur.*
307 *De accuſatoribus & accuſationibus quas ſeculi Leges non admittunt, à Clericorum cauſis repellendis.*
308. *De Epiſcopo qui alterius parochianum præſumit retinere, vel ordinare, ſeu judicare.*
309. *De peregrinis judiciis non recipiendis.*
310. *De pœnitentibus, qualiter pœnitentiam debeant accipere.*
311. *De contumacibus Clericis & ad officium tardis.*
312. *De his qui alienam pecuniam ſibi commodatam attractare præſumunt.*
313. *De creditore qui, debitore tardante ad ſolutionem, pignus quod penès ſe retinet vendiderit, quod amplius acceptum eſt debitori reddendum.*
314. *Ut Epiſcopus ultrà ſuam provinciam ad judicium minimè devocetur, niſi fuerit provocatum; ſed ab omnibus ſuis comprovincialibus Epiſcopis infrà ſuam provinciam audiatur.*
315. *De Epiſcopis qui Romanum appellant Pontificem.*
316. *De Presbyteris qui in ſuis parochiis aliquid Paganiſmi agere permittunt, & de agris in quibus hæc acta eſſe noſcuntur, quid agendum ſit.*
317. *De pœnitentibus quæ, defunctis viris, aliis nubere præſumunt.*
318. *De his qui rem alterius vendendam acceperint, ſi eam minùs vendiderint, pretium quod eis mandatum fuerat ſolvere cogantur.*
319. *De eo qui ſervum bonâ fide comparaverit, ſi ſervus ex priori vitio fugerit, quid agendum ſit.*
320. *De his qui indiſcuſſos poteſtate tyrannicâ damnare præſumunt. Et de Epiſcopis vel Sacerdotibus, quòd non debeant ab aliis judicari, niſi à quibus & ordinati.*
321. *De his qui habent cauſas adversùs Epiſcopos proprios, vel adversùs alios, apud Synodum provinciæ audiendis; exceptis his qui adversùs ſuum Metropolitanum querelam habuerint.*
322. *De ore eorum in accuſatione vel teſtimonio obſtruendo qui divinis vocibus mortui eſſe noſcuntur.*
323. *De non neganda appellatione accuſati.*
324. *Quòd eis qui de ſe confeſſi ſunt, ſuper alios non ſit credendum.*
325. *De pervaſoribus finium priuſquàm cauſa auditio terminetur.*
326. *De his qui contrà voluntatem defuncti faciunt, ut perdant hereditatem.*
327. *De his quibus per teſtamentum aliquid delegatum eſt, quòd nihil contrà voluntatem defuncti liceat agere.*
328. *Quòd voluntas defuncti ab heredibus in omnibus ſit peragenda.*
329. *De filiis qui patrem læſerint, donationibus carendis.*
330. *De donatione in filio à patre facta, ſi ab eo læſus fuerit, revocanda.*
331. *De detractione Principum ac majorum natu ab omnibus cavenda.*
332. *Quòd omnibus qui lite pulſati fuerint non aliubi quàm in proprio foro judicandum ſit.*
333. *Ut appellantes nullâ arceantur detentione.*
334. *De his qui, contempto fidejuſſore, ad ſolutionem potiùs debitorem delegerint.*
335. *Quòd liberi homines ſtatum ſuum & deteriorare & inmeliorare poſſunt.*
336. *De concubinis non habendis.*
337. *De Monachis qui monaſteria contemnunt ab Epiſcopo revocandis.*
338. *De feminis quæ religionis veſtem in domibus propriis mutaverint, ſi poſteà concubitum elegerint, quid agendum ſit.*

339. *Quòd quatuor perſonæ in judiciis ſemper adeſſe debeant.*
340. *Quòd non ſolùm qui furtum fecerint, ſed & qui ad hoc perficiendum adjutorium aut conſilium dederint, furti actione ſunt tenendi.*
341. *Qui ſunt agnati, & qui ſunt cognati.*
342. *De his qui ſe metu aut terrore ſervos eſſe mentiti ſunt.*
343. *De his qui domos effregerint, vel villas expoliaverint aut expugnaverint, vel rapinas fecerint, quid agendum ſit.*
344. *De his qui latrones vel reliquos malefactores ſuſceperint.*
345. *De his qui incendium fecerint.*
346. *De non valendis Conſtitutionibus contrà Canones vel decreta Præſulum aut bonos mores conditis.*
347. *Ut non conſtringat Clericum ſententia non à ſuo Judice dicta.*
348. *Ut hi qui falſa aliis inrogaverint, puniantur, & falſitate infames efficiantur.*
349. *De comprovinciali Synodo retractanda per Vicarios urbis Romæ Epiſcopi.*
350. *Ut nullus Epiſcopum aut alteros Eccleſia apud alios prius accuſet, quàm eum familiariter conveniat, atque ab eo familiarem juſtitiam petat.*
351. *De infantibus vel ſacrilegis, quòd religioſos accuſare non poſſint.*
352. *Ut cauſæ quas Leges ſeculi non admittunt, à Judicibus eccleſiaſticis non audiantur.*
353. *Quòd hi qui pro injuria mediocri damna ſubire compelluntur, infames efficiantur.*
354. *De abſentibus non damnandis.*
355. *Ut hi qui res alienas violenter occupant, quicquid ibi perditum vel alienatum fuerit, eis quibus competebant pleniter reſtaurent.*
356. *De his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecorum uſque affinitatis lineam cum conſanguineis inceſtum commiſerunt, ſive cum maſculis concubuerunt.*
357. *Quòd in cauſa capitali, vel in cauſa ſtatûs, non per advocatos, ſed per ipſos ſit agendum.*
358. *Ut Metropolitani Epiſcoporum comprovincialium cauſas non præſumant audire, niſi præſentes omnes fuerint Epiſcopi comprovinciales.*
359. *Ut reprehenſio quæ Laici arguuntur, à Clericis reſpuatur.*
360. *De delatoribus quid agendum ſit, vel quid ſint delatores.*
361. *De his qui in alterius famam aut ſcripturam, aut verba contumelioſa, conſinxerint.*
362. *De his qui unam rem duobus Dominis donaverint.*
363. *De ſervis in caput Domini à quoquam non interrogandis.*
364. *De his qui irati crimen aliquod cuilibet dixerint, ſi poſtea reſipiſcentes hoc perficere noluerint, quid agendum ſit.*
365. *Ut qui crimen objecerint, ſcribant ſe probaturos. Et ut ibi cauſa agatur ubi crimen admiſſum eſſe dinoſcitur.*
366. *Ut nullus abſque inevitabili neceſſitate ſuam relinquat Eccleſiam.*
367. *De his qui ante alterius Judicem fuerint pulſati, quid agendum ſit.*
368. *De his qui famoſos libellos legere, aut cantica famoſa cantare præſumunt.*
369. *De his qui à Clericorum accuſatione ſunt repellendi.*
370. *De his qui Divinos vel Mathematicos conſulere præſumunt.*
371. *De auctoribus vel concitatoribus ſeditionum vel tumultuum.*
372. *De periculo judicantium & providentia eorum.*
373. *De accuſatione adverſus Doctorem ſubmovenda.*
374. *Quòd hi qui adverſus patres armantur, Deo exiſtunt odioſi.*
375. *Qualiter decimæ & oblationes Fidelium à Sacerdotibus ſint diſpenſandis.*
376. *Quod feminæ cum Presbyteris vel reliquis Clericis non debeant habitare, nec eis miniſtrare, nec intrà cancellos ſtare, neque ad altare accedere.*
377. *Ut inceſti à Sacerdotibus per veraces & Deum timentes homines fideliter perquirantur, & canonicè puniantur.*
378. *Ut Presbyteri & reliqui Clerici ab omnibus vitiis ſe caveant, & ſubjectos ſibi fideliter inſtruant, atque bonis operibus omnibus ducatum præbeant.*
379. *De confeſſionibus Fidelium accipiendis & diſpudicandis, & conſilium dandis qualiter modulo & quamitate peccati ſit pœnitentia.*
380. *De his qui priùs non habentes odium, ſed ſe defendentes, aliquem occiderint, qualiter corrigendi ſint temporis inſtitutio.*
381. *De muliere quæ duobus fratribus nupſerit, & de viro ejus, quid agendum ſit.*

382. *De mulieribus & viris infantes opprimentibus.*
382 (bis.) *De muliere quæ adulteravit virum ſuum, ſimiliter & de viro qui uxorem ſuam adulteravit, qualiter de ambobus agendum ſit.*
383. *Ut ad confirmationem Epiſcopi omnes devotè conveniant, eique quæ neceſſaria ſunt miniſtrare non negligant.*
384. *De parvulorum inſtructione, tàm fidei & baptiſmatis myſterio, quàm ſancti Spiritûs dono.*
385. *De frequenti peccatorum confeſſione.*
386. *De manifeſtatione aliorum peccatorum, & quòd ea celare peccatum ſit.*
387. *Quòd magis delinquant qui fidem perceperunt, quàm alii, ſi tamen in bono opere perſiſtant.*
388. *De conjugio, quòd à Deo ſit inſtitutum.*
389. *De caſtitate eorum qui conjugio ſunt copulandi.*
390. *Ut omnes à minore uſque ad majorem ſuis Sacerdotibus, ſicut ipſi Domino, obedientes exiſtant, cujus vice legatione in Eccleſia funguntur.* Ex Capitulis Domni Karoli, Theotonis villâ firmatis.
391. *De infantum baptiſmo, & Eccleſiarum vel altarium ſeu Fidelium conſignandorum dubitatione, quid agendum ſit.*
392. *De Advocatis vel Defenſoribus Eccleſiarum à Principe poſtulandis.*
393. *Ut ubi quiſque ordinatur, ibi permaneat.*
394. *De Presbyteris & Miniſtris Eccleſiæ, ut à ſuis, & non ab aliis Epiſcopis, chriſma petant vel accipiant. Et de Chorepiſcoporum caſſanda ſuperſtitione.*
395. *De his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores.*
396. *Quòd in omnibus locis Deus orandus ſit, & non in aliis quàm in Deo dicatis ab Epiſcopis locis Miſſa ſit celebranda.*
397. *De Secularibus qui Epiſcopis ſuis inobedientes exiſtunt, & ad emendationem ſui tardant venire, quid agendum ſit.*
398. *De Clericis, ut non utantur armis vel ſagis.*
399. *Ut ea quæ Epiſcopus in ſua diœceſi corrigere non valet, ad alios referat Præſules, vel, ſi neceſſe fuerit, Regi intimet.*
400. *De his qui Deo famulantur, ſi in barathrum fornicationis ceciderint, qualiter corrigendi ſunt.*
401. *De his qui à Paganis baptizati fuerint.*
402. *De his qui à Chorepiſcopo confirmati fuerint.*
403. *Ut qui ab hæreticis baptizatus fuerit in nomine Sanctæ Trinitatis, non rebaptizetur, ſed ſolâ impoſitione manûs perficiatur.*
404. *Ut baptizandi Symbolum diſcant fidei.*
405. *Ut hi de quibus dubitatur utrùm baptizati ſint, an non, vel à Presbytero Diis immolanti vel immolatitiis carnibus veſcenti ſunt baptizati, ut rebaptizentur.*
406. *Ne nullus pluſquàm duas uxores accipiat.*
407. *De orationibus & eleemoſynis ac Miſſarum celebrationibus pro Fidelibus defunctis fideliter agendis; quibus impii carere debent; quoniam nec eorum eleemoſyna à Sacerdotibus vel reliquis Fidelibus accipienda eſt.*
408. *Ut nullus Epiſcopus, ſive Presbyter, aliam cauſam in Synodo priùs ſuggerat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ pertinent, finiantur.*
409. *De his qui facultatulam Eccleſiæ petunt à Regibus, pravâ cupiditate inlecti, quid agendum ſit.*
410. *Ut nullus Epiſcopus alterius Epiſcopi res devaſtet aut plebes invadat.*
411. *De eo qui munuſcula Eccleſiæ fraudaverit vel quolibet modo invaſerit, ut ab Eccleſiæ communione arceatur.*
412. *De Epiſcopo judicato, ſi apoſtolicam Sedem appellare voluerit.*
413. *De his qui à Judicibus quos Primates dederint, appellaverint, quid agendum ſit.*
414. *De Presbyteris, ut inconſulto Epiſcopo non præſumant celebrare agenda.*
415. *Ne aliquis Presbyter civitatis ſine Epiſcopi præcepto aliquid agat.*
416. *Ne Presbyteri rem Eccleſiæ ſine ſui conſenſu Epiſcopi vendant.*
417. *De abjecto Clerico ab aliena Eccleſia non recipiendo.*
418. *Ut ſemper ad Patrem oratio dirigatur.*
419. *De rebus Eccleſiæ à nullo injuſtè retentandis vel diripiendis.*
420. *Ut ab Eccleſiæ ſocietate extorris habeatur quicunque ejus rebus damnum intulerit.*
421. *De privilegiis Eccleſiarum inlibatè ſervandis.*
422. *De Clericis à propriis Epiſcopis corrigendis.*
423. *Ut nullus Chorepiſcopus per impoſitionem manûs Spiritum ſanctum tra-*

dat, aut conſecrationem pontificalem faciat.
424. *De his qui à Chorepiſcopis ſunt ordinati Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi.*
425. *Ne Judices de exceſſibus malorum judicent aliquid extrà conhibentiam Sacerdotum.*
426. *De Presbyteris Epiſcoporum, quò ipſi ire non potuerint, ad corrigendum mittendis*
427. *De eo qui fallax in fide repertus fuerit.*
428. *Quòd non ſolùm flagitia deflenda, ſed etiam amaris pœnitentiæ fletibus ſint eradicanda.*
429. *De illo qui non ſolùm furtum fecerit, verùm & qui furi conſenſerit.*
430. *Ut in ſancto Paſchæ Sabbato, die & Paraſceve, Miſſæ non agantur.*
431. *De his qui in locis inliciis & minimè conſecratis, contrà canonicam auctoritatem, Miſſas celebrare vel audire præſumunt.*
432. *Quòd inceſtum committat qui ſe conſanguineæ ſuæ uſque affinitatis lineam conjungit.*
433. *Ut inceſti, quandiu in ſcelere manent, non fidelium Chriſtianorum, ſed tantùm aut Gentilium aut Catechumenorum, vel Energumenorum, locum teneant.*
434. *De inceſtis nullo conjugii nomine prævalendis.*
435. *De inceſtis conjunctionibus.*
436. *De canonicæ accuſationis ordine.*
437. *De ſervis & liberis, vel infamibus perſonis, non recipiendis.*
438. *De Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus, vel Clericis, ad ſeculares Judices minimè accuſandis.*
439. *De Primatum & Metropolitanorum differentia.*
440. *De familiaribus vel hominibus, tàm liberis, quàm ſervis, Dominum accuſantibus, vel ſecreta ejus prodentibus, quid agendum ſit.*
441. *Quòd Epiſcopi à Deo, cujus ſervi exiſtunt, ſint judicandi, accuſandi, vel damnandi; quia, juxtà Apoſtolum, nemo alienum ſervum debet judicare. Et quòd non ab humanis aut prævæ vitæ hominibus ſint lacerandi, ipſo Domino regulam tribuente.*
442. *De his qui ſe ipſos quocunque modo necant.*
443. *De his qui Clericum injuriaverint.*
444. *Ne Laici interſint quandò canonicè juraventilantur, vel regularia examinantur, niſi in propria accuſentur perſona.*
445. *Ut eccleſiaſtica jura ſemper inlibata permaneant.*
446. *Suggeſtio populi ad Imperatorem Karolum & Epiſcopos.*
447. *De alienis Judicibus non recipiendis, & peregrina judicia vel examina reſpuenda.*
448. *De Epiſcopo qui adversùs proprium Metropolitanum, vel contrà alios quoſque, habuerit cauſam, quid agendum ſit.*
449. *Quòd fundamentum totius bonitatis ſit Chriſtus Jeſus, & qualiter in ovile ovium per oſtium ſit intrandum.*
450. *De cauſis definitis minimè recommovendis.*
451. *De his qui contrà Præpoſitos ſuos ſe erigunt, & de accuſatoribus vel teſtibus inimicis, quid agendum ſit.*
452. *De regulis Clericorum.*
453. *De neganda accuſatorum licentia criminandi priuſquàm ſe ipſos purgaverint de his quæ eis obiciuntur.*
454. *De falſis teſtibus & perjuris, quid agendum ſit.*
455. *De qualite virginis in conjugio.*
456. *Ut Clerici vel Laici in aliena Eccleſia non communicent ſine litteris Epiſcopi ſui.*
457. *Ut Laici contemptores Canonum excommunicentur, Clerici verò honore priventur.*
458. *Ut qui Clericum alienum defendere nititur, communione privetur.*
459. *De accuſationibus in Clericorum cauſis non ſuſcipiendis quæ ſæculi Legibus prohibentur. Et de Clericis damnatis, à nemine defendendis.*
460. *Ut non alii Metropolitani Primates appellentur, niſi illi qui primas ſedes tenent; quia alii non poſſunt tres turmas facere de Epiſcopis, quàm illi qui primas ſedes tenent; qui tres turmas facere debent, ſicut in hac ſententia jubetur.*
461. *Quòd cum illis quibus Epiſcopus non loquitur, non ſit loquendum, nec excommunicatis communicandum; ut ipſi humilient ſemetipſos, ut feſtinùs reconcilientur.*
462. *De non injuriandis Epiſcopis aut lacerandis, ſed potiùs tolerandis.*
463. *De legitimo conjugio.*
464. *De his qui de ſuſpicione, vel abſque legitimo accuſatore, aliquos judicare præſumunt.*
465. *Ut Epiſcopi per ſingulos annos circumeant parochias ſuas.*

466. *Ut Presbyteri & Diaconi, quandò per parochias constituuntur, stabilitatis & obedientiæ suæ atque statuta servare promissionem suo faciant Episcopo.*
467. *Ne Judices quoslibet Clericos vel Servos Ecclesiæ in suis angariis, aut quibuslibet rebus, occupare præsumant.*
468. *De Ecclesiis & dotibus earum, ut ad Episcopi semper dispositionem pertineant.*
469. *Quòd Clerici Judices seculares adire non debeant.*
470. *De his qui viduis vim inferunt, aut feminas invitas ducunt.*
471. *De potentibus qui quoslibet expoliant.*
472. *De his qui Ecclesiam intrant, & non communicant.*
473. *De his qui acceperint Eucharistiam, & non sumpserint.*
474. *Ut hi qui à Sacerdotibus excommunicantur, à Fidelibus usque ad reconciliationem, nisi quibus permissum fuerit, semper vitentur.*
475. *De his qui pro munere aut favore alicujus justitiam opprimunt.*
476. *Qualiter hæc statuta observanda sint. Et de his qui hæc contemnunt, sive Clericis, sive Laicis, quid agendum sit.*
477. *De his quæ ab antecessoribus nostris circà cultum divinum statuta fuerunt, ut semper inlibata permaneant.*
478. *De Capitulis apostolicâ auctoritate roboratis.*

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI SEPTIMI.

INCIPIT LIBER SEPTIMUS.

Nonnulla hæc Capitula pro brevitate libri Canonum atque levitate à Domno Karolo & à sapientissimis excerpta sunt, quædam de capite Sententiæ, quædam verò de medio, quædam autem de fine. Quæ valdè necessaria habenda sunt, atque memoriter retinenda. Reliqua verò tàm ab eisdem, quàm & posteà à Domno Hludouvico ejus filio, suisque Proceribus, aucta sunt.

De primatu Ecclesiarum & Sacerdotum.

I. UT unaquæque Ecclesia, sive unusquisque Sacerdos, suum primatum teneat, sicut in antiquis Canonibus constitutum est.

Ut omnis ordo Clericorum Episcopo suo subjectus maneat.

Concil. Chalced. c. 8. Criscon. c. 197. Regin. lib. 2. c. 252. Ivo, par. 6. c. 358 & seq.

II. Clerici qui præficiuntur in ptochiis, vel qui ordinantur in monasteriis vel basilicis Martyrum, sub Episcoporum qui in unaquaque civitate sunt, secundùm sanctorum Patrum traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant. Quicunque verò audent evertere hujuscemodi formam quocunque modo, nec proprio subiciuntur Episcopo, siquidem Clerici sunt, canonum correptionibus subiciant. Si verò Laici vel Monachi fuerint, communione priventur.

Ut nemo Clericorum, relicto Episcopo proprio, ad negotia secularia migret.

III. Quòd non oporteat Sacerdotem vel Clericum habentes adversùs invicem negotia, proprium Episcopum relinquere & ad secularia negotia convolare.

Concil. Chalced. c. 9.
Burchard. lib. 2. c. 183.
Ivo, par. 6. c. 228.
Cratian. 11. q. 1. c. 46. *Si Clericus.*

Ut Presbyter vel Diaconus, absque Episcopi proprii consensu, nihil præsumant.

Capitular. lib. 5. c. 23. lib. 6. c. 311. lib. 7. cap. 182.

IV. Presbyteri & Diaconi præter Episcopum nihil agere pertentent.

Ut tempus pœnitentum in consideratione Episcopi consistat.

Isaac, ut. 1. c. 26.

V. Penès Episcopos erit potestas, modum conversationis pœnitentum probantes, vel humaniùs ergà eos agere, vel ampliùs tempus adicere. Ante omnia verò præcedens eorum vita & posterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

De pœnitentum conversatione & fide.

VI. Conversatio pœnitentum & fides tempus adbreviat. Ibid. c. 17.

De fructuum oblationibus quæ Miniſtris Eccleſiæ conferuntur.

VII. Si quis oblationes Eccleſiæ extrà Eccleſiam accipere vel dare voluerit præter Epiſcopi conſcientiam, vel ejus cui hujuſcemodi ſunt officia commiſſa, nec cum ejus voluerit agere conſilio, anathema ſit.

Concil. Gangr. c. 7.
Capitula Karoli Calvi, tit. 34. c. 4.
Concil. Tull. ap. Tuſiac. c. 1.
Regino, lib. 1. cap. 286.
I. Appendix Reginon. c. 19.
Burchard. lib. 11. c. 21.
Ivo, par. 14. c. 91.
Gratian. 16. q. 1. c. 55. *Statuimus.*

De his quæ in uſus pauperum conferuntur.

Capitular. lib. 5. c. 34.

VIII. Si quis oblata dederit vel acceperit præter Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathema ſit.

Ut quicunque ſynodalem excommunicationem tranſgreſſus fuerit, in alia ſynodo ſpem recuperationis non habeat.

Concil. Antiochen. can. 4. Martin. Bracar. c. 37. Iſidor. lib. 2. c. 7. Regin. lib. 2. c. 402. Burchard. lib. 1. c. 199. Ivo, par. 5. cap. 362. Gratian. 11. q. 3. c. 6. 7. *Si quis Epiſcopus.*

IX. Si quis Epiſcopus damnatus à Synodo, vel Preſbyter aut Diaconus à ſuo Epiſcopo, auſi fuerint de ſacro miniſterio aliquid contingere, ſive Epiſcopus juxtà præcedentem conſuetudinem, ſive Preſbyter aut Diaconus, nullo modo liceat ei nec in alio Synodo reſtitutionis ſpem aut locum habere ſatisfactionis. Sed & communicantes ei omnes abici de Eccleſia; & maximè ſi poſtquàm didicerint hoc factum eſſe, communicare tentaverint.

Ut excommunicatis, ſive his qui Eccleſias deſerunt, nemo communicet.

Capitular. lib. 5. c. 25.

X. Cum excommunicatis non licere communicare; nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt. Ab alia Eccleſia non ſuſcipiendum qui in alia minimè congregatur.

De conturbatoribus Eccleſiæ opprimendis.

Concil. Antiochen. c. 5. Gratian. 11. q. 3. c. 2.

XI. Si quis Eccleſiam Dei conturbare & ſollicitare perſiſtit, tanquam ſeditioſus per poteſtates exteras opprimatur.

Ut Monachi Epiſcopis ſuis ubique ſubjecti maneant.

Capitular. lib. 5. c. 27.

XII. Monachos per unamquamque civitatem aut regionem ſubjectos eſſe Epiſcopo, & quietem diligere, & intentos eſſe tantummodò jejunio & orationi, in locis quibus renuntiaverunt ſeculo permanentes. Nec eccleſiaſticis verò nec ſecularibus negotiis communicent, vel in aliqua ſint moleſtia propria monaſteria deſerentes; niſi fortè eis præcipiatur, propter opus neceſſarium, ab Epiſcopo civitatis.

Ut unuſquiſque Eccleſiæ cui ordinatus eſt, miniſtret.

XIII. Clericum permanere oportet in Eccleſia cui in initio ab Epiſcopo prætitulatus eſt, & ad quam confugit quaſi ad potiorem. Hoc autem refutantes * revocari debere ad ſuam Eccleſiam in qua primitùs ordinatus eſt, & ibi tantummodò miniſtrare. Si quis hanc definitionem tranſgreſſus fuerit, decrevit ſancta Synodus à proprio gradu recedere.

Ibid. c. 18.

* *Leg.* ſanximus revocari debere.

De ſuſcipiendis his qui perſecutionem patiuntur.

XIV. Statuimus per omnia ut hi qui perſecutionem patiuntur à pravis quibuſque vel infidelibus, ſuſcipiantur à juſtis & fidelibus.

Concil. Sardic. can. 21.

De lege & conſuetudine.

XV. Aliqua canone & ordine tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt.

Concil. Carth. VI. can. 1.

De alienis finibus non uſurpandis.

XVI. Inhibitum eſt ne quis alienos fines uſurpet, aut per præmium vel favorem alicujus terminos Patrum ſtatutos tranſcendat. Quamquam novellæ ſuggeſtiones, quæ vel obſcuræ ſunt, vel ſub genere latent, inſpectæ à nobis formam accipiant, & quod in Laicis reprehenditur, id multò magis debet in Clericis prædamnari. Univerſum Concilium dixit: « Nemo » contrà Prophetas, nemo contrà Evan» gelium, vel contrà Apoſtolum, facit » aliquid abſque periculo.

Codex Eccleſ. Afric. c. 5.

Ut tranſgreſſores Canonum excommunicentur.

Concil. Chalcedon. can. 4.

XVII. Tranſgredientem Canonum definitionem excommunicatum eſſe præcipimus.

Concil. Paris. VI. lib. 1. c. 28. 46.

Ut Epiſcopus curam Monaſteriorum gerat.

XVIII. Epiſcopum convenit civitatis competentem Monaſteriorum providentiam gerere.

Capitular. lib. 5. c. 29. Concil. Chalcedon. c. 4.

De monendis his qui ordinantur.

XIX. Si quis Clericus ordinatur, moneri debet conſtitutа ſervare.

De ſatisfactione pœnitentiæ.

XX. Satisfactio pœnitentiæ non eſt tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione, penſanda.

Iſidor. tit. 1. c. 28.

De menſura pœnitentiæ.

XXI. Tempora pœnitudinis, habitâ moderatione, Epiſcopi arbitrio ſunt conſtituenda, prout inſpectorum animos viderit eſſe devotos: pariter etiam habentes ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinum recipientes neceſſitates.

Capitular. lib. 5. cap. 133. Iſidor. tit. 1. cap. 29.

De malorum ordinatione vitanda.

Leo I. ep. 87. c. 1.

XXII. Qui tales ordinat Sacerdotes quales eſſe non debent, non eſt hoc conſulere populis, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen.

De Epiſcopis qui inutiles ordinaverint.

Ibid. c. 2. Ivo, par. 5, c. 107. Gratian. 1. q. 1. c. 43. & 25. q. 2. c. 24. *Si qui Epiſcopi.*

XXIII. Qui in ordinandis Sacerdotibus ſanctorum Patrum ſtatuta neglexerunt, & quos refutare debuerunt, * conſecrârunt. Undè ſi qui Epiſcopi talem ordinaverint Sacerdotem qualem eſſe non liceat, etiamſi aliquo modo damnum proprii honoris evaſerint, ordinationis tamen vim ulteriùs non habebunt, nec ei ſacramento unquam intererunt quod neglecto judicio præſtiterunt.

De cavendis inlicitis ordinationibus.

Celeſt. I. ep. 2. c. 6.

XXIV. Ab inlicitis ordinationibus eſt abſtinendum. Et ſi quæ factæ ſunt ordinationes inlicitæ, removeantur. Nec tantùm putemus petitiones valere populorum, ut cùm his parere cupimus, contrà voluntatem Domini Dei noſtri, quæ nos peccare prohibet, aliquid agamus. *Vide infrà, cap. 65.*

Hilar. in Syn. Rom. ſub finem.

De rebaptizatis non ordinandis.

Capitular. lib. 5. cap. 231.

XXV. Non eſt permittendum ut rebaptizati ad clericatûs gradum promoveantur.

Ut qui excommunicatus ſine licentia communicaverit, damnetur.

Ibid. c. 30. Ivo, par. 5. c. 314.

XXVI. Si quis excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu, & tempore excommunicationis ante audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam.

De non vendendis rebus Eccleſiæ.

Capitular. lib. 1. c. 31.

XXVII. Placuit ut Preſbyteri non vendant rem Eccleſiæ ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis.

Ut abſque licentia Epiſcopi ad virgines vel viduas Clerici non accedant.

Concil. Carth. III. can. 25. Gratian. diſt. 81. c. 32. *Clerici.*

XXVIII. Clerici vel continentes ad viduas vel virgines, niſi ex juſſu Epiſcoporum vel Preſbyterorum, non accedant. Et hoc non ſoli faciant, ſed cum Conclericis vel cum his quibus Epiſcopus aut Presbyter jufſerit. Nec ipſi Epiſcopi vel Preſbyteri ſoli habeant acceſſum ad hujuſcemodi feminas, ſed ubi Clerici præſentes ſunt, aut graves aliqui Chriſtiani.

De appellatione primæ ſedis.

XXIX. Ut primæ ſedis Epiſcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, aut aliquid hujuſcemodi, ſed tantùm primæ ſedis Epiſcopus.

Concil. Carthag. III, c. 26.
Ferrand. c. 81.
Criſcon. c. 256.
Burchard. lib. 1. c. 3.
Ivo, par. 5. c. 57.
Gratian. diſt. 99. c. 3. *Prima.*

De arbitrio Epiſcopi ergà pœnitentes.

XXX. Pœnitentibus ſecundùm differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur.

Concil. Carthag. III, c. 31.
Concil. Wormat. c. 25.
Concil. Trod. c. 13.
Haliegar. lib. 3. c. 2, 11.
Iſaac, ut. 1. c. 30.
Regino, lib. 1. c. 307.
Burchard. lib. 19. c. 40.
Ivo, par. 15. c. 3.
Gratian. 26. q. 7. c. 5. *Pœnitentibus.*

De manumiſſionibus.

Capitular. lib. 5. c. 32.

XXXI. Manumioſſines in Eccleſia celebrandæ.

Ut nemini ſit facultas, relictâ principali Cathedrâ, in Eccleſia in ſua diœceſi vel in re propria diutiùs reſidere.

Concil. Carth. V. c. 5. Ivo, par. 5. cap. 187.

XXXII. Placuit ut nemini ſit facultas, relictâ principali cathedrâ, ad aliam Eccleſiam in diœceſi conſtituram ſe conferre, vel in re propria diutiùs quàm oportet conſtitutum curam vel frequentationem agere, & propriam plebem neglegere. *Vide ſuprà, lib. 1. cap. 40.*

De Defenſoribus Eccleſiæ à Rege poſcendis.

Concil. Carth. V. can. 9. Gratian. 23, q. 3, c. 10. *Ab Imperatoribus*

XXXIII. Defenſores Eccleſiarum adversùs potentias Secularium vel divitum ab Imperatore ſunt poſcendi.

De occurſu Clericorum ad Concilium.

Concil. Carth. V. c. 10. Gratian. diſt. 18. c. 10. *Placuit.* Mar. Mercator, pag. 20, col. 1.

XXXIV. Placuit ut quotienſcunque Concilium congregandum eſt, Epiſcopi & Preſbyteri, qui neque ætate neque ægritudine, aut aliâ graviori neceſſitate, impediuntur, competenter occurrant. Quòd ſi occurrere non potuerint, excuſationes ſuas in tractoria ſubſcribant.

De Lectore unius Eccleſiæ in alia Eccleſia non promovendo.

XXXV. Placuit ut qui ſemel in Eccleſia legerit, ab alia Eccleſia ad clerum non teneatur aut promoveatur. Et ut ab electis Judicibus non ſit provocandum.

Concil. Milevit. c. 15.
Regino, lib. 1. c. 385.
Burchard. lib. 8. c. 11.
Gratian. diſt. 71. c. 3. *Placuit.*
Codex Eccl. Afric. c. 96, 122.

De remiſſione pœnitentium.

Capitular. lib. 5. cap. 132.

XXXVI. Pœnitentes quicunque ex gravioribus

Iſaac, tit. 1. c. 31.

gravioribus ſive ex levioribus culpis pœnitentiam gerunt, ſi nulla interveniat ægritudo, quintâ feriâ ante Paſcha eis eſt remittendum. Cæterùm de pondere æſtimando delictorum Sacerdotis eſt judicare.

De non invadenda alterius parochia.

Supra, lib. 6. c. 381. Decreta Innoc. I. c. 36.

XXXVII. Non oportet transferri terminos à Patribus conſtitutos, ut alterius parochiam alter invadat, atque illic celebrare divina myſteria, inconſulto eo cui commiſſa eſt, præſumat.

De juſto baptiſmate non iterando.

XXXVIII. Ritè baptizatos illo dono iterari non poſſe. Et aliter ſolâ aquâ lotos baptizare in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti neceſſe eſt provideri.

De ultione peccatorum.

XXXIX. In Eccleſia peccata populi inulta remanere non debere.

De prohibitis non deſpiciendis.

XL. Si quis interdicta diſpexerit, gradûs ſui periculo ſubjacebit.

De prævaricatoribus Canonum ſubmovendis.

XLI. Quiſquis Sacerdotum contrà interdicta Canonum fecerit, à ſuo eſt officio ſubmovendus. Et veniam ſibi deinceps noverit denegari.

De dilatione temporum erga eos qui ad ſacros ordines promoventur.

XLII. Qui ſe divinæ militiæ deſiderat mancipari, ſive inter Lectores, ſive inter Exorciſtas, quinquennio teneatur. Exinde Acolythus vel Subdiaconus quatuor annis. Et ſic ad benedictionem diaconatûs, ſi meretur, accedat. in quo ordine quinque annis, ſi inculpatè gefſerit, adhærere debebit. Et poſteà, ſi probus fuerit, Sacerdos efficiatur.

Siric. in ep. ad Himer. c. 9.
Zoſim. ep. 3. c. 1.
Rhaban. lib. 1. de inſtit. Cleric. c. 13.
Capitula Herardi, c. 98.
Gratian. diſt. 77. c. 2. *In ſingulis*; & c. 3. *Quicunque.*

De confeſſione ſcelerum.

Capitular. lib. 5. c. 37. Capitula Herardi, c. 39

XLIII. Manifeſtum eſt confiteri eum de crimine, qui indulto & delegato judicio purgandi ſe occaſionne non utitur. Nihil enim intereſt utrùm in præſenti examine omnia quæ dicta ſunt de eo comprobentur, cùm ipſa abſentia pro confeſſione conſtet.

Ut Doctoribus contraria non doceantur.

Decreta Celeſt. I. c. 2. Vincent. Lirin. pag.

XLIV. Non debere quemquam ad injuriam Doctorum vindicare doctrinam; quia timeo ne conhibere ſit hoc tacere.

Et alibi: Meritò cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori. 369. ſecundæ editionis.

De profundioribus quæſtionibus.

Decreta Celeſt. I. c. 13.

XLV. Profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſunt, nec penitùs aſſerendæ.

De non neglegendis præceptis Canonum, ſed viriliter exercendis.

Ibid. c. 12.

XLVI. Nec otioſa nobis eſſe patitur qui exercenda, non neglegenda, donavit.

De non ſtudendo novitati.

Ibid. c. 14.

XLVII. Si ſtudere incipiamus novitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus.

Ut nullus Sacerdos in alterius parochia aliquid præſumat.

Ibid. c. 17.

XLVIII. Sit unuſquiſque Sacerdos conceſſis ſibi contentus limitibus, nec in alterius parochia quicquam præſumat; ne uſurpatione locus alicujus in alterius concedatur injuriam.

De non ignorandis Canonibus.

Ibid. c. 20. Gratian. diſt. 38. c. 4. *Nulli.*

XLIX. Nulli Sacerdoti liceat Canones ignorare.

De populo docendo.

Ibid. c. 22.

L. Docendus eſt populus, non ſequendus.

Ivo, par. 16. c. 14.
Gratian. diſt. 61. c. 2. *Docendus*

Ut aliquâ conditione obligatus, abſque petitione domini ſui non ordinetur.

LI. Qui originali aut alicujus conditione obligati ſunt, non debent ab Epiſcopis ordinari, niſi fortè eorum petitio aut voluntàs acceſſerit qui aliquid ſibi in eos vindicant poteſtatis: debet enim eſſe immunis ab aliis qui divinæ militiæ fuerit adgregandus.

Decreta Leonis I. c. 1.
Burchard. lib. 2. c. 22.
Ivo, par. 6. c. 64.
Gratian. diſt. 54. c. 1. *Nullus Epiſcoporum.*

De malis funditùs abſcidendis.

LII. Ea quæ malè pullulant, radicitùs evellantur, & meſſem dominicam zizania nulla corrumpant.

De non exigendis uſuris.

Capitular. lib. 5. c. 38.

LIII Uſuram non ſolùm Clerici, ſed nec Laici chriſtiani exigere debent.

De pravis perſequendis.

LIV Aliter nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi eos qui ſunt perditores aut perditi zelo fidei dominicæ perſequamur, & ſanis mentibus, ne peſtis hæc latiùs devulgetur, ſeveritate quâ poſſumus abſcidamus.

De plebe adversùs ſacrilegos cuſtodienda.

Iſaac, tit. 7. cap. 10.

LV. Ante tribunal Domini de reatu neglegentiæ ſe non poterit excuſare, qui plebem ſuam contra ſacrilegæ perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire.

De utilitate gregis & paſtoris.

LVI. Aliter unus grex & unus paſtor non ſumus, niſi quemadmodùm Apoſtolus docet, dicens: *Simus autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſapientia.*

De tepidis Doctoribus.

Decreta Leonis I. c. 14. Concil. Troſl. c. 9. Gratian. diſt. 86. c. 1. *Inferiorum.*

LVII. Interiorum * ordinum culpæ ad nullos magis referendæ ſunt quàm ad deſides neglegentesque Doctores, qui multam ſæpe nutriunt peſtilentiam, dum neceſſariam diſſimulant adhibere medicinam.

* *Leg.* Inferiorum.

Quomodò dubia vel obſcura teneantur.

Decreta Leonis I. c. 14. Concil. Duziac. p. 415. Gratian. diſt 14. c. 2. *Sicut quædam.*

LVIII. In his quæ vel dubia vel obſcura fuerint id noverimus ſequendum quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum invenitur adverſum.

De uxoribus & concubinis.

Vide infrà, cap. 105.

LIX. Non omnis mulier viro junĉta uxor eſt viri, neque omnis filius heres eſt patris. Itaque aliud eſt uxor, aliud concubina. Sic & aliud ancilla, aliud libera. *Et alibi*: Non eſt dubium eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium.

Decreta Leon. I. c. 28.
Criſcon. c. 230.
Hincmar. Rem. ep. 37. c. 5.
Regino, lib. 2. cap. 181.
Burchard. lib. 9. c. 1.
Ivo, par. 8. c. 139.
Gratian. 32. q. 2. c. 12. *Non omnis*; & 27. q. 2. c. 17. *Cùm ſocietas.*

De concubinis relinquendis

LX. Non eſt conjugii duplicatio quando, ancillâ relictâ, uxor aſſumitur, ſed profectus eſt honeſtatis.

Decreta Leon. I. c. 19.
Criſcon. c. 231.
Gratian. 32. q. 2. c. 11. *Ancillam.*

De abſtinendo à licitis.

LXI. Oportet, qui pro inlicitis veniam poſcit, etiam à multis licitis abſtinere.

Decreta Leonis I. .. 22.
Criſcon. c. 233.
Halitgar. lib. 3. c. 5.
Concil. Troſſ. c. 9.
Regino, lib 1. cap. 318.
Burchard. lib. 19. c. 65.
Gratian. 11. q. 1. c. 34; & diſt. 1. de penit. c. 65. *Aliud quidem.*
S. Gregor. lib. 9, epiſt. 39, pag. 1003. *Qui ulcisci commiſit, à licitis debet abſtinere.*
Vide Capitula Karoli Calvi, pag. 127.

Quòd pœnitentibus nulla lucra negotiationis exercere conveniat.

LXII. Nulla lucra negotiationis pœnitentibus exercere convenit; quia difficile eſt inter vendentis ementiſque commercium non intervenire peccatum.

Decreta Leonis I. c. 23.
Halitgar. lib. 3. c. 6.
Rhaban. ep. ad Heribalb. c. 15.
Capitula Herardi, c. 100.
Iſaac, tit. 1. c. 32.
Regino, lib. 1. c. 313.
Burchard. lib. 2. c. 128. & lib. 19. c. 9.
Ivo, par. 6. c. 202; & par. 15. c. 107.
Gratian. diſt. 5. de pœnit. c. 2. *Qualiter.*

De reatu potentum.

Concil. Duziac. p. 225.

LXIII. Reatu majore delinquit qui potiore honore perfruitur; & majora facit vitia delictorum ſublimitas dignitatum.

Hilar. in Synodo Rom. c. 1.
Gratian. 25. q. 1. c. 4. *Nulli fas.*

Ut pravi non conſecrentur.

Hilar. in in Synodo Rom. c. 1. Gratian. 35. q. 9. c. 3. *Quod quis commiſit.*

LXIV. Quiſquis pravorum conſecrator extiterit Sacerdotum, factum ſuum ipſe diſſolvat; & quod commiſit inlicitè, aut à deceſſoribus ſuis invenit admiſſum, ſi proprium periculum vult vitare, damnabit.

Ut injuſta populi petitio effectu careat.

Suprà, c. 24.

LXV. Nec tantùm putemus petitiones valere populorum, ut, cùm his parere cupimus, contra voluntatem Domini Dei noſtri, qui peccare prohibet, aliquid agamus.

De poteſtate data non abutenda.

LXVI. Privilegium meretur amittere qui permiſsâ ſibi abutitur poteſtate.

Simplic. ep. 2.
Burchard. lib. 1. c. 29.
Ivo, par. 5. cap. 140.
Gratian. 11. q. 3. c. 62. *Privilegium.*

Ut nemo pœnitentem alterius parochiæ abſolvat.

Decreta Felicis III. Iſaac, tit. 8. cap. 33.

LXVII. Nullus Sacerdos in alterius civitate vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum Sacerdotis, vel qui reconciliatum ſe eſſe dixerit, ſine conſenſu & litteris Epiſcopi vel Preſbyteri, in parochia Preſbyter, aut Epiſcopus in civitate ſuſcipiat.

De criminoſis non promovendis.

Decreta Gelaſii, c. 18. Regin. lib. 1. c. 412.

LXVIII. Ad clerum criminoſi nequeant promoveri; & in clero poſiti, ſi in aliquibus criminibus inventi fuerint, à ſuis officiis arceantur.

De iis qui variis paſſionibus irretiti ſunt.

LXIX. Dæmoniis aliiſque paſſioni-

bus inretitis miniſteria ſacra tractare non licet.

Decreta Gelaſ. c. 19.
Criſcon. cap. 242.
Regino, lib. 1, cap. 413.
Burchard. lib. 2. c. 20.
Ivo, par. 2. c. 88. & 125. & par. 6. c. 40.
Gratian. diſt. 33. c. 5. *Uſque adeò.*

De mortuis temerè non judicandis.

Decreta Anaſtaſii, c. 2. LXX. Non eſt temerè judicandum de his qui ad Deum migraverunt.

De contentione vitanda.

Ibid. c. 4. LXXI. Summoperè contentio eſt vitanda.

Quòd mali, bona miniſtrando, ſibi noceant.

Ibid. c. 8. LXXII. Mali, bona miniſtrando, ſibi tantummodo nocent, nec Eccleſiæ ſacramenta commaculant.

Ut vivente viro, vel uxore, nemo eorum alteri conjugio copuletur.

Decreta Innoc. I. c. 26. LXXIII. Qui, interveniente repudio, alio ſe matrimonio copularunt, hos in utraque parte adulteros eſſe manifeſtum eſt. Qui verò vel uxore vivente, quamvis diſſociatum videatur eſſe conjugium, ad aliam copulam feſtinârunt, nec poſſunt adulteri non videri, in tantùm ut etiam hæ perſonæ, quibus conjuncti ſunt, adulteri eſſe monſtrentur.

De poteſtate Epiſcopi in parochia ſua.

*Concil. Antiochen. c. 9. LXXIV. Ut unuſquiſque Epiſcopus habeat ſuæ parochiæ poteſtatem, & regat juxta reverentiam ſingulis competentem, & providentiam gerat omnis poſſeſſionis quæ ſub ejus eſt poteſtate.

Ut nemo Clericorum abſque conſenſu Epiſcopi ſui Principem adeat.

Concil. Antioch. c. 11. LXXV. Si quis adire Principem neceſſariâ causâ depoſcit, hoc agatur cum conſilio & tractatu Metropolitani & cæterorum Epiſcoporum ipſius provinciæ.

De poteſtate Epiſcopi in rebus eccleſiaſticis.

Ibid. c. 25. LXXVI. Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem, ad diſpenſandum erga omnes qui indigent, cum ſumma reverentia & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget, ſi tamen indiget.

Concil. Wormat. c. 45.
Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 15.
Gratian. 12. q. 1. c. 23. *Epiſcopus.*

Ut Clericus extrà ſuam parochiam, abſque Pontificis ſui permiſſu, non proficiſcatur.

LXXVII. Non oportet Sacerdotem vel Clericum, ſine juſſione ſui proficiſci Pontificis.

Concil. Laodic. c. 42.
Gratian. diſt. 5. de Conſecr. c. 36. *Non oportet.*

Qualiter Epiſcopi provehantur.

LXXVIII. Epiſcopi judicio Metropolitanorum & eorum Epiſcoporum qui circùm circà ſunt, provehantur ad eccleſiaſticam poteſtatem.

Concil. Laodic. c. 12.
Burchard. lib. 1. c. 9.
Ivo, par. 5. c. 53.
Gratian. diſt. 24. c. 4. *Epiſcopi.*

Quòd turbis electiones Epiſcoporum non concedantur.

LXXIX. Non eſt permittendum turbis electiones eorum facere qui ſunt ad ſacerdotium provehendi.

Concil. Laodic. c. 13.
Martinus Bracharenſ. c. 1.
Burchard. lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 8.
Ivo, par. 5. c. 64. & par. 6. c. 28.
Gratian. diſt. 63. c. 6. *Non eſt permittendum;* & c. 8. *Non licet.*

Ut Epiſcopi terminos parochiæ ſuæ non tranſeant.

Concil. Conſtantinopolit. I. c. 2. Gratian. 9. q. 2. c. 8. *Epiſcopi.* LXXX. Qui ſunt ſupra diœceſim Epiſcopi, nequaquam ad Eccleſias quæ ſunt extra præfixos ſibi terminos accedant, nec eos aliquâ præſumptione tranſcendant.

Concil. Conſtantinopolit. I. c. 3. Gratian. 9. q. 2. c. 9. *Non invitati.*

Ut Epiſcopi, niſi vocati, extrà ſuam diœceſim nullas ordinationes faciant.

LXXXI. Non vocati Epiſcopi extra ſuam diœceſim accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias diſpenſationes eccleſiaſticas.

Quòd ea quæ in provinciis agenda ſunt, ipſius provinciæ Synodus diſpenſet.

LXXXII. Servatâ verò quæ ſcripta eſt de gubernationibus regulâ, manifeſtum eſt quòd illa quæ ſunt per unamquamque provinciam, ipſius provinciæ ſynodus diſpenſet, ſicut Nicæno conſtat decretum eſſe Concilio.

Capitular. lib. 6. c. 387.
Concil. Conſtantinopolit. I. c. 2.
Capitula Angilramni, c. 9.
Gratian. in fin. & 3. q. 6. c. 16, cum Notis correct. Romanor. 6. q. 4. c. 2. & 9. q. 3. c. 9. *Non invitati.*
Vide Epitomen Ant. Auguſt. lib. 3. tit. 35, c. 6, 9.

De poteſtate Primatis diœceſeos.

LXXXIII. Si quis à Metropolitano læditur, apud Primatem diœceſeos judicetur. *Vide infrà*, *cap.* 314.

Concil. Carthag. ſub Aurelio, c. 13.
Concil. Chalced. c. 9.
Capitula Angilramni, c. 6.
Burchard. lib. 1. c. 144.
Ivo, par. 5. c. 257.
Gratian. 2. q. 6. c. 7; & 15. *Si quis potaverit.*

Ut accuſatores Clericorum ſine probatione non recipiantur.

Concil. Chalcedon. c. 21. Gratian. 2. q. 7. c. 49. *Clericos.* LXXXIV. Clericos vel Laicos accuſantes Epiſcopos aut Clericos paſſim & ſine probatione, ad accuſationem recipi non debere, niſi priùs eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio vel ſuſpicio.

Ut criminoſus vocem accuſandi non habeat.

Concil. Carthag. II. c. 6. Capitula Angilramni, c. 17. Capitulare anſii 794, c. 34.

LXXXV. Is qui in aliquibus criminibus inretitus eſt, vocem adversùs majorem natu non habeat accuſandi. Ab universis Epiſcopis dictum eſt: Si criminoſus eſt, non admittatur. Placet.

Ut accuſato locus unde ipſe eſt concedatur, ubi teſtes habere queat.

LXXXVI. Placuit ut accuſatus vel accuſator in eo loco unde eſt ille qui accuſatur, ſi metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum ſibi eligat proximum, quò non ſit difficile teſtes ejus perducere, ubi cauſa finiatur.

Ut Epiſcopus ante juſtam definitionem nullatenùs propriâ poteſtate privetur.

LXXXVII. Adimi Epiſcopo epiſcopatum, antequam cauſæ ejus exitus appareat, nulli Chriſtiano videri jure poteſt.

Concil. Afric. c. 54.
Capitula Angilramni, c. 5.
Burchard. lib. 5, cap. 181.
Ivo, par. 5. c. 197.
Lib. 2. Decretal. tit. 1. c. 2.

Ut nulli criminoſo liceat accuſare Epiſcopum.

Capitula Angilramni, c. 43.

LXXXVIII. Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.

De Primate in accuſatione Epiſcopi expetendo.

LXXXIX. Si quis Epiſcopus accuſatur, ad Primates ipſius provinciæ cauſam ejus deferat accuſator.

Concil. Carthag. III. c. 7.
Burchard. lib. 1. c. 160.
Ivo, par. 5. cap. 270.
Gratian. 4. q. 5. c. 1. *Quiſquis Epiſcoporum.*

Ut accuſator culpabilis non recipiatur.

Vide ſuprà, lib. 5. cap. 395; & *infrà*, c. 119. *hujus libri.*

XC. Si accuſatoris perſona in judicio Epiſcoporum culpabilis apparuerit, ad arguendum non admittatur niſi de propriis cauſis.

Concil. Carthag. III. c. 7.
Capitula Angilramni, c. 5.
Burchard. lib. 1. cap. 160.
Ivo, par. 6. c. 418.
Gratian. 3. q. 10. c. 3. *Si accuſatorum*; 4. q. 6. c. 1. *Illud verò*; c. 3. *Si accuſatorum*; & c. 4. *Quòd ſi accuſatorum.*

Ut nemo eccleſiaſticus teſtificari compellatur.

Concil. Carthag. V. c. 1.

XCI. Ut nulla ad teſtimonia dicendum Eccleſiaſtici cujuſlibet pulſetur perſona.

De Concilio univerſali.

XCII. Concilium univerſale non, niſi neceſſitate, faciendum.

Concil. Afric. c. 62.
Ferrand. c. 144.
Criſcon. c. 272.

De cauſis ſpecialibus.

Cod. Eccl. Afric. c. 95.

XCIII. Cauſæ quæ communes non ſunt, in ſuis provinciis judicentur.

Ut Metropolitanus in alterius provincia nihil præſumat.

Decreta Celeſt. l. c. 17.

XCIV. Unaquæque provincia ſuo Metropolitano & ſuis comprovincialibus Epiſcopis ſit contenta, nec aliquis in limitibus alterius provinciæ quicquam præſumat.

Ut contradicentibus non ordinetur Epiſcopus.

Ibid. c. 18.

XCV. Nolentibus Clericis vel populis nemo debet Epiſcopus ordinari. Sit facultas Clericis renitendi, ſi ſe viderint prægravari. Et quos ex transverſo cognoverint, non timeant refutare.

Quòd tres Epiſcopi præcepto Archiepiſcopi ordinare poſſint Epiſcopum.

XCVI. Si neceſſitas fuerit, tres Epiſcopi, in quocunque loco ſint, Archiepiſcopi præcepto ordinare poſſunt Epiſcopum.

Burchard. lib. 1. cap. 18.
Ivo, par. 5. c. 139.
Gratian. di. 64. c. 4. *Comprovinciales.*

De contradictione ordinationis Epiſcopi.

Concil. Carth. III. c. 40. Burchard. lib. 1. c. 6. Ivo, par. 5. cap. 60. Gratian. di. 23. c. 5. *Illud ſtatuendum.*

XCVII. Si de ordinatione Epiſcopi fuerit contradictio oborta, non præſumant ad purgandum eum qui ordinatus eſt tres jam, ſed poſtuletur ad numerum unus vel duo in eadem plebe cui ordinandus eſt. Diſcutiantur ergo primo perſonæ contradicentium: poſtremò verò illa quæ obiciunt, pertractentur. Et cùm purgatus fuerit ſub conſpectu publico, ita demùm ordinetur Epiſcopus.

Ut Chorepiſcopi modum menſuræ qui in ſacris Canonibus præfixus eſt, non excedant.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 27.

XCVIII. Emerſiſſe reprehenſibilem & valdè inolitum uſum comperimus, eò quòd quidam Chorepiſcopi, ultra modum ſuum progredientes, & donum ſancti Spiritûs per impoſitionem manuum tradant, & alia quæ ſolis Pontificibus debentur contra fas peragant, præſertim cùm nullum ex ſeptuaginta diſcipulis, quorum ſpeciem in Eccleſia gerunt, legatur donum ſancti Spiritûs per manûs impoſitionem tradidiſſe. Quòd autem ſolis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus proprii ſit officii tradere Spiritum ſanctum, liber Actuum Apoſtolorum docet. In Concilio verò Cæſarienſi ita de Chorepiſcopis habetur ſcriptum: *Chorepiſcopi quoquè ad exemplum quidem & formam ſeptuaginta videntur eſſe. Ut comminiſtri autem, propter*

Concil. Neocæſar. c. 13.

ſtudium quod erga pauperes exhibent, honorentur. Item in Concilio Antiocheno, capitulo decimo: *Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamvis manûs impoſitionem Epiſcoporum perceperint, & ut Epiſcopi conſecrati ſint, tamen ſanctæ Synodo placuit ut modum proprium recognoſcant, & gubernent ſubjectas ſibi Eccleſias, earumque moderamine curâque contenti ſint.*

Quales perſonæ ad accuſationem non admittantur.

Concil. Afric. c. 96. Capitula Angilramni, c. 21. Gratian. 6. q. 1. c. 2. Omnesverò. Ferrand. 197.

XCIX. Placuit ut omnes ſervi vel liberti, omneſque infames perſonæ, ad accuſationem non admittantur, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt.

Ut ſi unum crimen accuſatores adprobare nequiverint, de cæteris non admittantur.

C. Placuit ut quotienſcunque Clericis ab accuſatoribus multa crimina obiciuntur, & unum ex ipſis, de quo priùs egerint, adprobare non valuerint, ad cætera non admittantur.

Concil. Afric. c. 97.
Burchard. lib. 2, c. 198.
Ivo, par. 6. cap. 271.
Gratian 3. q. 10. cap. 1. *Placuit.*

Ut teſtes infrà XIV. *annos ætatis non recipiantur.*

CI. Teſtes ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem infra XIV. ætatis ſuæ annos nullus admittatur.

Concil. Afric. c. 98.
Burchard. lib. 16. cap. 20.
Ivo, par. 6, cap. 364.
Gratian. 4. q. 2. c. 1. *Teſtes.*

Ut Clerici ſive Epiſcopi à ſuis Metropolitanis vel Comprovincialibus audiantur.

Concil. Afric. ep. ad Celeſtin. Papam. Capitula Angilramni, c. 12.

CII. Canones Africanæ provinciæ, vel etiam decreta Nicæna, inferioris gradûs Clericos ſive ipſos Epiſcopos, ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. Prudentiſſimè enim juſtiſſimèque definierunt quæcunque negotia in ſuis locis ubi orta ſunt, finienda; maximè quia unicuique conceſſum eſt, ſi judicio offenſus fuerit cognitorum, ad Concilia ſuæ provinciæ vel etiam univerſale provocare.

Si quis Epiſcopus depoſitus Romanum Pontificem appellaverit, cauſa ejus judicio Epiſcopi Romani determinetur.

Concil. Sardic. c. 4.

CIII. Si quis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum judicio qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in urbe Roma, alter Epiſcopus in ejus cathedra, poſt appellationem ejus qui videtur eſſe depoſitus, omninò non ordinetur, niſi cauſa fuerit judicio Epiſcopi Romani determinata.

Ut accuſatus Epiſcopus ab omnibus Comprovincialibus, Coepiſcopis videlicet ſuis, audiatur vel judicetur.

CIV. Si quis Epiſcopus ſuper certis criminibus accuſatus fuerit, ab omnibus audiatur qui ſunt in provincia Epiſcopis.

Fœlian. ep. 3. c. 2.
Capitula Angilramni, c. 22.
Burchard. lib. 1. c. 147.
Ivo, par. 5. c. 260.
Gratian. 3. q. 6. c. 2. *Si quis Epiſcoporum.*

Quòd legitima uxor ſit nuptialiter ducenda.

CV. Dubium non eſt eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium. Igitur quicunque filiam ſuam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum eſt quaſi eam conjugato dederit, niſi fortè illa mulier & ingenua facta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis honeſtata videatur. Paterno arbitrio viris junctæ carent culpâ, ſi mulieres quæ à viris habebantur in matrimonio non fuerunt, quia aliud eſt nupta, aliud concubina.

Decreta Leonis I. c. 18. Hincmar. to. 2. pag. 657. *Vide ſuprà, c. 59.*

De Metropolitanis, ne Comprovincialium cauſas abſque proprio Epiſcopo audiant, neque alicujus Coepiſcopi querelam vel crimen, præter cæterorum omnium comprovincialium Coepiſcoporum præſentiam, diſcutere præſumant.

CVI. Ut nullus Metropolitanus abſque cæterorum omnium comprovincialium coepiſcoporum inſtantia aliquorum audiat cauſas eorum, clamante canonum tubâ: *Metropolitanus præter omnium conſcientiam non faciat aliquid*, (ſubauditur, comprovincialium Coepiſcoporum) *niſi quantùm ad propriam pertinet parochiam.*

Addit. IV. c. 20.
Capitula Angilramni, c. 14.
Burchard. lib. 1. c. 65.
Ivo, par. 5. cap. 174.
Gratian. 9 q. 3. c. 4. *Salvo.*
Concil Antioch. c. 9.
Concil. Angl. tom. 1. pag. 331, c. 21.
Spicileg. tom. 11. pag. 196.

De accuſatoribus Sacerdotum calumnioſis vel ſuſpectis.

CVII. Accuſatores calumnioſos vel ſuſpectos nemo ſuſcipiat, nemo audiat.

Jul. I. ep. 2. c. 33.
Capitula Herardi, c. 101.

De accuſatoribus & accuſationibus ſubmovendis quas Leges non admittunt.

CVIII. Accuſatores & accuſationes

quas ſeculi Leges non admittunt, & nos ſubmovemus.

Stephan. I. ep. 2. c. 3.
Capitula Herardi, c. 102.
Burchard. lib. 1. c. 144.
Ivo, par. 5, c. 257. & par. 6. c. 315. 327.
Gratian. 3. q. 5. c. 8. *Accuſatores.*

De cauſis Epiſcoporum vel reliquorum Sacerdotum à Comprovincialibus infrà propriam provinciam terminandis, & non ab aliis, niſi fuerit provocatum.

Decreta Innoc. I. c. 10. Gratian. 11, q. 1. c. 26. *Si quæ cauſæ*; & 2. q. 6. c. 14. *Non liceat.*

CIX. Si quæ cauſæ vel contentiones inter Clericos & Laicos, vel inter Clericos tam majoris ordinis quàm etiam inferioris, fuerint exortæ, placuit ut ſecundùm ſynodum Nicænam, congregatis omnibus ejuſdem provinciæ Epiſcopis, jurgium terminetur. Ne cui liceat, (ſine præjudicio tamen Romanæ Eccleſiæ, cui in omnibus cauſis debet reverentia cuſtodire) relictis his Sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Eccleſias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliorum comprovincialium Epiſcoporum judicium expeti vel pati, niſi ſuſpecti fuerint. Quod ſi quis præſumpſerit, & ab officio cleri depoſitus, & injuriarum reus ab omnibus judicetur.

Vide ſupra, lib. 6. cap. 381.

De accuſatoribus in majorum natu judicio requirendis.

CX. Quærendum eſt in judicio cujus ſit converſationis & fidei is qui accuſat & is qui accuſatur.

Concil. Carthag. IV. c. 96.
Burchard lib. 1. c. 171.
Ivo, par. 5. c. 289.
Gratian. 2. q. 7. cap. 18. *Quærendum.*
Spicileg. tom. 9. pag. 10.

De accuſatoribus prævæ converſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, non recipiendis in cauſa Sacerdotum.

Capitular. lib. 1. c. 35.

CXI. Ut hi qui non ſunt bonæ converſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, non permittantur majores natu accuſare.

De accuſatoribus quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non admittendis in Sacerdotum pulſatione.

Ibid. lib. 6. cap. 359.

CXII. Quorum fides, vita, & libertas neſcitur, non poſſunt Sacerdotes accuſare

Capitula Angilramni, c. 16.
Capitula Herardi, c. 103.
Burchard. lib. 1. c. 171.

De Canonibus à Sacerdotibus non ignorandis.

Ibid. lib. 5. c. 34. Ivo, par. 6. c. 251.

CXIII. Placuit ut nulli Sacerdoti liceat Canones ignorare

De Epiſcopo ſibi ſoli præſumente cognitionem.

Concil. Afric. cap. 74.

CXIV. Placuit ut unus Epiſcopus non vindicet ſibi cognitionem.

De Epiſcopis damnare volentibus eos à quibus ſunt conſecrati.

Marcellin. l. ep. 2. Capitula Angilramn. cap. 75.

CXV. Epiſcopi Pontifici à quo conſecrati probantur, præjudicium inferre nullum poſſunt. Quod ſi præſumptum fuiſſe cognoſcitur, viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica ullo modo ſtatuta cenſeri.

De Epiſcopis ejectis vel ſuis rebus expoliatis, ut antè non accuſentur quàm legibus pleniter reſtituantur.

Ibid. c. 5.

CXVI. Si quis Epiſcopus ſuis fuerit rebus expoliatus, & accuſatione pulſatus, ordinatione Pontificum oportet primâ fronte cedere, ut omnia quæ ſuper ſuggeſtiones inimicorum amiſerat, legaliter poteſtati ejus ab honorabili Concilio redintegrentur, & Præſul priùs ſtatui priſtino reddatur; ipſeque demùm poteſtativè, non ſubitò, ſed diù diſpoſitis ordinatiſque ſuis, tunc ad tempus veniat ad cauſam; & ſi juſtè videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat.

De his quos Leges ſeculi non admittunt, in Clericorum cauſis non admittendis.

Ibid. c. 11. *Vide ſupra*, cap. 108.

CXVII. Quos Leges ſeculi non admittunt, his dicendi in cognitionem vel adſequendi aliquid deneganda eſt licentia.

De non cogendo Clericos in publicum dicere teſtimonium.

CXVIII. Clerici de judicii ſui cognitione non cogantur in publicum dicere teſtimonium.

De accuſatoris perſona ſcelerum maculis aſperſa ad Sacerdotum accuſationem non admittenda.

Capitular. lib. 5. cap. 395. Ibid. lib. 7. cap. 90.

CXIX. Si accuſatoris perſona in judicio Epiſcoporum culpabilis, id eſt, ſceleribus inretita, apparuerit, ad arguendum non admittatur niſi de propriis cauſis.

Ne interventor Epiſcopus in cathedram ubi interceſſor eſt, ſedeat

Concil. Carthag. V. c. 8. Gratian. 7. q. 1. c. 22. *Conſtitutum.*

CXX. Item conſtitutum eſt ut nulli interventorum licitum ſit cathedram cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus retinere.

Quotiens de minoribus Judicibus eccleſiaſticis ad majores eccleſiaſticos Judices fuerit provocatum, non eis denegetur qui provocaverint.

Suprà, lib. 6. c. 300. Add. IV. cap. 16.

CXXI. Placuit ut a quibuſcunque Judicibus eccleſiaſticis ad alios Judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, fuc-

rit provocatum, non eis denegetur qui provocaverint.

De apoſtolicis & canonicis decretis minimè violandis.

Capitula Angilramni, c. 77.

CXXII. Providendum eſt in omnibus ne in aliquo apoſtolica vel canonica decreta violentur.

Decretum Domni Karoli, Regis Francorum, ut ſervi Dei neque in hoſtem pergant, neque armaturam bajulent.

Capitulare an. 769. c. 1. Burchard. lib. 1. cap. 218. Ivo, par. 5. c. 332.

CXXIII. Karolus, gratiâ Dei Rex, regnique Francorum Rector, & devotus ſanctæ Eccleſiæ defenſor atque adjutor in omnibus. Apoſtolicæ Sedis hortatu, omniumque Fidelium noſtrorum, & maximè Epiſcoporum ac reliquorum Sacerdotum conſultu, ſervis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere omninò prohibemus, niſi illi tantummodò qui, propter divinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt; id eſt, unum vel duos Epiſcopos cum capellanis Preſbyteris Princeps ſecum habeat, & unuſquiſque Præfectus unum Preſbyterum, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam poſſit. *Vide ſuprà, lib. 5. cap. 2.*

Non eſſe fundendum ſanguinem Chriſtianorum vel Paganorum à Sacerdotibus.

Capitulare an. 769. c. 2. Ivo, par. 10. c. 45.

CXXIV. Ut Sacerdotes neque Chriſtianorum neque Paganorum ſanguinem fundant.

Ut ſervi Dei venationes non exerceant.

CXXV. Omnibus ſervis Dei venationes & ſylvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones non habeant, interdicimus.

Capitulare anni 769, c. 3.
Burchard. lib. 2. c. 214.
Ivo, par. 6. c. 289.
Gratian. d. 34. c. 3. *Omnibus.*

Ut ignoti Epiſcopi vel Preſbyteri ante ſynodalem probationem non admittantur ad miniſterium eccleſiaſticum.

CXXVI. Statuimus ut ſecundùm canonicam cautelam omnes undecunquè ſupervenientes ignotos Epiſcopos vel Preſbyteros, ante probationem ſynodalem, in eccleſiaſticum miniſterium non admitteremus.

Capitulare I. Karlomanni, c. 4.
Capitulare Sueſſionenſe an. 744. c. 5.
Capitulare anni 769. cap. 4.
Burchard. lib. 1. c. 122. Ivo, par. 5. c. 222.

De Sacerdotibus qui plures uxores habuerint.

Capitulare anni 769. cap. 5.

CXXVII. Si Sacerdotes plures uxores habuerint, vel ſanguinem Chriſtianorum vel Paganorum fuderint, aut canonibus obviaverint, ſacerdotio priventur, quia deteriores ſunt Secularibus.

Ut unuſquiſque ſollicitus ſit, adjuvante Defenſore Eccleſiæ, ne in ſua parochia populus opera diabolica agat.

CXXVIII. Decrevimus ut ſecundùm Canones unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudinem adhibeat, adjuvante Grafione qui Defenſor Eccleſiæ eſt, ut populus Dei Paganias non faciat; ſed ut omnes ſpurcitias Gentilitatis abiciat & reſpuat, ſive profana ſacrificia mortuorum, ſive ſortilegos vel divinos, ſive phylacteria & auguria, ſive incantationes, ſive hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines juxta Eccleſias ritu pagano faciunt ſub nomine ſanctorum Martyrum vel Confeſſorum Domini; qui potiùs quam ad miſericordiam Sanctos ſuos ad iracundiam provocant. Ibid. c. 6. Concil. Angl. to. 1. pag. 246, c. 3.

Ut parochiam ſuam unuſquiſque Epiſcopus ſingulis circumeat annis.

CXXIX. Statuimus ut ſingulis annis unuſquiſque Epiſcopus parochiam ſuam ſollicitè circumeat, & populum confirmare & plebes docere & inveſtigare, & prohibere paganas obſervationes, divinoſque vel ſortilegos, aut auguria, phylacteria, incantationes, vel omnes ſpurcitias Gentilium ſtudeat. Capitulare anni 769 cap. 7. S. Bonifac. ep. 105.

Ut Preſbyteri Epiſcopis ſuis ſubjecti ſint, & ut Quadrageſimæ tempore miniſterii ſui ordinem reddant.

CXXX. Decrevimus juxta Sanctorum Canones ut unuſquiſque Preſbyter in parochia habitans Epiſcopo ſubjectus ſit illi in cujus parochia habitat, & ſemper in Quadrageſima rationem & ordinem miniſterii ſui, ſive de baptiſmo, ſive de fide catholica, ſive de precibus & ordine Miſſarum, Epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocunquè jure canonico Epiſcopus circumeat parochiam ad populos confirmandos, Preſbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum, cum collectione & adjutorio populi qui ibi confirmari debet. Et in Cœna Domini ſemper novum chriſma ab Epiſcopo ſuo quærat. Et de vetere nullus baptizare præſumat, ſed ardere in luminaribus Eccleſiæ vetus non tardet. Ibid. c. 8.

Ne aliquis accipiat Eccleſiam infra parochiam ſine conſenſu Epiſcopi ſui.

CXXXI. Ut nemo accipiat Eccleſiam infra parochiam ſine conſenſu Epiſcopi ſui, nec de una ad aliam tranſeat. Ibid. c. 9.

Ut de inceſtis & infirmis, & pœnitentibus, curam gerant Sacerdotes.

Ibid. c. 10. Iſaac, tit. 4. c. 6.

CXXXII. Ut de inceſtis & criminoſis curam gerant Sacerdotes magnam. Similiter de infirmis & pœnitentibus, ut morientes ſine ſacrati olei unctione & reconciliatione atque viatico non tranſeant. Et de jejunio quatuor Temporum.

Ut duabus vicibus in anno ad mallum omnes liberi veniant.

Capitulare an. 769. c. 12.

CXXXIII. Ut ad mallum venire nemo tardet, unum circa æſtatem, & alterum circa autumnum. Ad alia vero, ſi neceſſitas fuerit, vel denuntiatio Regis urgeat, vocatus venire nemo tardet.

Ut nullus neglegens ſit quandò pro Rege vel fidelibus ſuis orandum fuerit.

Ibid. c. 13.

CXXXIV. Ut quandò denuntiatum fuerit pro Rege vel pro fidelibus ſuis quàlibet causâ orationes facere, nemo ex hoc neglegens appareat.

De jejunio quatuor Temporum & à Sacerdote plebi denuntiando, & ab omnibus obſervando.

Ibid. c. 11.

CXXXV. Ut jejunium quatuor Temporum & ipſe Sacerdos obſervet, & plebi denuntiet obſervandum.

Ut Sacerdos, niſi in locis conſecratis, Miſſam non celebret.

Ibid. c. 14. Epilogus Synodi Roman. ſub Sylveſtro. Gratian. diſt. 1. de Conſecr. c. 15. *Nullus Presbyter.*

CXXXVI. Nullus Sacerdos, niſi in locis Deo dicatis, vel in itinere in tabernaculis & menſis lapideis ab Epiſcopis conſecratis, Miſſas celebrare præſumat. Quod qui præſumpſerit, gradûs ſui periculo ſubjacebit.

De Sacerdotibus qui miniſterium ſuum adimplere non valent.

Capitulare anni 769. cap. 15. Iſaac, tit. 11. c. 20. Burchard. lib. 2. cap. 225. Ivo, par. 6. cap. 300. Tom. 9. Spicileg. p. 52. c. 5.

CXXXVII. Sacerdotes qui ritè non ſapiunt adimplere miniſterium ſuum, nec diſcere juxta præcepta ſuorum Epiſcoporum pro viribus ſatagunt, vel contemptores canonum exiſtunt, ab officio proprio ſunt ſubmovendi, quouſquè hoc pleniter emendatum habeant.

De his qui pœnitentiâ acceptâ moriuntur.

Concil. Ataruſ. I. c. 3. Iſaac, tit. 1. cap. 33. Burchard. lib. 18. c. 17. Ivo, par. 15. c. 39. Gratian. 26. q. 6. c. 7. *Qui recedunt.*

CXXXVIII. De his qui recedunt de corpore, pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manûs impoſitione eis communicare: quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundùm definitiones Patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter viaticum nominârunt. Quòd ſi ſupervixerint, ſtent in ordine pœnitentum; ut oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manûs impoſitione recipiant.

Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum, aut Clericum, ſine conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.

Supra, lib. 6. c. 156.

CXXXIX. Ut nullus Judex neque Preſbyterum, neque Diaconum, aut Clericum, aut juniorem Eccleſiæ ſine ſcientia Pontificis per ſe diſtringat aut condemnare præſumat. Quòd ſi fecerit, ab Eccleſia cui injuriam inrogare dinoſcitur, tamdiù ſit ſequeſtratus quandiù reatum ſuum cognoſcat & emendet.

Ut nullus Epiſcoporum vel Secularium alterius Epiſcopi res tenere præſumat.

Concil. Aurelian. V. c. 14. Capitulare an. 769. c. 18.

CXL. Ut nullus Epiſcoporum vel Secularium cujuſcunque alterius Epiſcopi, ſive Eccleſiæ ſeu privati res, aut regnorum diviſione aut provinciarum ſequeſtratione, competere aut retinere præſumat. Quòd ſi quis hoc facere tentaverit, tamdiù ſit ab omnium caritate ſuſpenſus, & à communionis gratia ſequeſtratus, quoadusquè res ablatas cum fructuum ſatisfactione reſtituat.

De hoſte & pugna atque armis Sacerdotibus prohibitis.

Capitulare VIII. anni 803. pag. 409. Burchard. lib. 1. cap. 219. Ivo, par. 5. c. 333. *Vide* Catalog. Sanctor. Italiæ, p. 149; & tom. 1. Ital. Sac. *Vide* ep. 85. Frotar. Tull.

CXLI. Secundâ vice, propter ampliorem obſervantiam, apoſtolicâ auctoritate & multâ ſanctorum Epiſcoporum admonitione inſtructi, ſanctorumque Canonum regulis edocti, conſultu videlicet omnium Nobilium noſtrorum, noſmetipſos corrigentes, poſteriſque noſtris exemplum dantes, volumus ut nullus Sacerdos in hoſtem pergat, niſi duo vel tres tantùm Epiſcopi, electione cæterorum, propter benedictionem & prædicationem populique reconciliationem, & cum illis electi Sacerdotes, qui bene ſciant populis pœnitentias dare, Miſſas celebrare, de infirmis curam habere, ſacratique olei cum ſacris precibus unctionem impendere, & hoc maximè prævidere ne ſine viatico quis de ſeculo recedat. Hi verò nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, nec effuſores ſanguinum vel agitatores fiant; ſed tantùm Sanctorum pignora & ſacra miniſteria ferant, & orationibus pro viribus inſiſtant; ut populus qui pugnare debet, auxiliante Domino victor exiſtat, & non ſit Sacerdos ſicut populus. Reliqui verò qui ad Eccleſias ſuas remanent, ſuos homines bene armatos nobiſcum, aut cum quibus juſſerimus, dirigant; & ipſi pro nobis & cuncto exercitu noſtro Miſſas, letanias, oblationes, eleemoſynas faciant, orantes Deum cœli ut proficiamus in itinere quo pergimus, victoreſque Deo adminiculante exiſtamus.

Vid. Conc. Hiſp. pag. 334. c. 5; p. 387. c. 2. Annal. Met. ad an. 839.

tamus. Gentes enim & Reges earum quæ Sacerdotes ſecum pugnare permiſerunt, nec prævalebant in bello, nec victores extiterunt; quia non erat differentia inter Laicos & Sacerdotes, quibus pugnare non eſt licitum. Hæc verò Galliarum, Hiſpaniarum, Longobardorum, nonnullaſque alias gentes & Reges earum feciſſe cognovimus; quæ propter prædictum nefandiſſimum ſcelus nec victores fuerunt, nec patrias retinuerunt. Quam foveam caventes malumus cum paucis & licitis, Domino opem ferente, victores exiſtere, quàm cum multis & inlicitis terga, quod abſit, vertere, & cum prædictis gentibus perire. Qualis enim victoria datur ubi Sacerdotes unâ horâ dominica pertractant myſteria, & Chriſtianis dominicum porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione, & poſt Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut Paganos, quibus Chriſtum prædicare, propriis ſacrilegiſque manibus necant; præcipuè dicente eis Domino: *Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal evanuerit, in quo condietur? Ad nihilum valet ultrà niſi ut mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus?* Et dùm hæc ita ſe habeant, elegimus potiùs, Domino adminiculante, nobiſque illis & cunctis eorum Eccleſiis opem ferente, nec quicquam eis pro hoc de honoribus vel Eccleſiarum rebus minuente, ut gradus eorum & ſanctorum Canonum decreta cuſtodiant, quam illi aut nobis imperantibus aut conſentientibus contra hæc faciant, aut gradibus careant, aut pereant, & nos ſimul, quod abſit, cum eis & victoriâ careamus vel pereamus. Quoniam, peccatis exigentibus, timemus, ſi talia & tam inlicita eis aut imperemus aut agere conſentiamus, ut unà cum eis pereamus; quia non ſolùm qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, æquo piaculo rei ſunt in conſpectu Dei & Sanctorum ejus. Si verò iſta veraciter ex utraque parte fuerint cuſtodita, credimus quia corruent ante nos omnes Paganæ gentes, & erimus victores; inſuper & bene agentes, Domino auxiliante, vitam poſſidebimus ſempiternam.

Concol. Hiſpan. p. 443.

De his qui putaverunt idcircò præceptum fuiſſe non ire ad pugnam Sacerdotes, ut honor eis minueretur.

Capitulare VIII. anni 803. 125. 410.

CXLII. Quia inſtigante antiquo hoſte audivimus quoſdam nos ſuſpectos habere, propterea quòd conceſſimus Epiſcopis & Sacerdotibus, ac reliquis Dei ſervis, ut in hoſtes, niſi duo aut tres à cæteris electi, & Sacerdotes ſimiliter perpauci ab eis electi, non irent, ſicut in prioribus noſtris continetur Capitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma terrent, nec homines tam Chriſtianos quàm Paganos necarunt, nec agitatores ſanguinem herent, vel quicquam contra Canones facerent, quòd honores Sacerdotum & res Eccleſiarum auferre vel minuere eis voluiſſemus, quod nullatenùs facere, vel facere volentibus conſentire, omnes ſcire cupimus, ſed quantò quis eorum ampliùs ſuam normam ſervaverit & Deo ſervierit, tantò eum plus honorare & cariorem habere volumus. Et ut hæc certiùs credantur, & per futura tempora conſerventur, præcipimus ut nullus res Eccleſiæ, niſi præcariò, poſſideat. Et poſtquam ipſæ precariæ finitæ fuerint, faciant poteſtativè ſpeculatores Eccleſiæ utrùm elegerint, aut ut ipſas res recipiant, aut poſteris eorum ſub precario & cenſu habere permittant: ita tamen ut ipſi proprias & utiles res eiſdem Eccleſiis, de quarum jure eſſe videntur, legaliter tradant, & ſic à Rectoribus earundem Eccleſiarum precariæ, ſi renovandæ ſunt, canonicè renoventur. Novimus ergò multa regna & Reges eorum propterea cecidiſſe, quia Eccleſias expoliaverunt, reſque earum vaſtaverunt, abſtulerunt, alienaverunt, vel diripuerunt, Epiſcopiſque & Sacerdotibus, atque, quod majus eſt, Eccleſiis eorum abſtulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter nec fortes in bello nec in fide ſtabiles fuerunt, nec victores extiterunt; ſed terga multi vulnerati & plures interfecti verterunt, regnaque & regiones, &, quod pejus eſt, regna cœleſtia perdiderunt, atque propriis hereditatibus caruerunt & hactenùs carent. Quæ omnia vitantes, nec talia facere nec conſentire, nec infantibus aut ſucceſſoribus noſtris exemplum dare volumus; ſed, quantùm valemus & poſſumus, adjuncto Leonis Papæ & omnium Epiſcoporum, quorum conſilio uſi hoc egimus, ſpiritu noſtro ſpiritui eorum, per Deum & omnium Sanctorum merita prohibemus conteſtamurque ne talia faciant, vel facere volentibus conſentiant; ſed adjutores & defenſores atque ſublimatores Eccleſiarum, & cunctorum ſervorum Dei, pro viribus exiſtant; ne in foveam in quam prædicti Reges & regna ceciderunt, cadant, aut in profundum, quod abſit, inferni demergantur. Et ut hæc devotiùs per futura tempora conſerventur, præcipientes jubemus ut nullus, tam noſtris

Capitulare III. an. 812. cap. 1.

Gregor. Turon. lib. 8, c. 30.

quàm futuris temporibus, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris ullo unquam tempore, abſque conſenſu & voluntate Epiſcoporum in quorum parochiis eſſe noſcuntur, res Eccleſiarum petere aut invadere, vel vaſtare, aut quocunque ingenio alienare præſumat. Quod ſi quis fecerit, tam noſtris quàm & ſucceſſorum noſtrorum temporibus, pœnis ſacrilegii ſubjaceat, & à nobis atque ſucceſſoribus noſtris, noſtriſque Judicibus vel Comitibus, ſicut ſacrilegus & homicida vel fur ſacrilegus legaliter puniatur, & ab Epiſcopis noſtris anathematizetur, ita ut mortuus etiam ſepulturâ & cunctis Dei Eccleſiæ precibus & oblationibus careat, nec eleemoſynam ſuam quiſquam recipiat. Quòd autem maximum ſacrilegium ſit res Eccleſiæ auferre, invadere, alienare, vaſtare, vel ſubripi, maximè omnes Scripturæ divinæ teſtantur. Et beatus Symmachus Papa ſynodali ſententiâ cunctos feriendo, dicit. *Iniquum eſt*, inquit, *& ſacrilegii inſtar, ut quæ vel pro ſalute vel pro requie animarum ſuarum unuſquiſque venerabili Eccleſiæ, pauperum cauſâ, contulerit aut certè reliquerit, ab his quibus maximè ſervari convenerat, auferri aut in aliud transferri.* Et multa ſanctorum Canonum decreta & ſanctorum Patrum edicta hæc eadem teſtantur : quæ ſcrutari & ſcire cupientibus perfacilè patent.

Suprà, lib. 6. c. 392. Concil Rom. IV. ſub Symm. c. 3.

De ſceleribus nefandis ob quæ regna percuſſa ſunt, ut penitùs caveantur.

Capitulare VIII. anni 803. pag. 412. Capitulare III. an. 814. c. 2.

CXLIII. Prohibemus omninò, ſub pœna ſacrilegii, generaliter omnibus cunctarum Eccleſiarum rerum invaſiones, vaſtationes, alienationes, Sacerdotumque & reliquorum ſervorum Dei oppreſſiones, vexationes, atque cunctorum generum injurias, necnon & cunctis utriuſque ſexûs hominibus adulteria, fornicationes, ſodomiticaſque luxurias, atque inceſta vel cuncta inlicita conjugia, homicidia injuſta, perjuria, falſa teſtimonia, & omnia inlicita, pro quibus non ſolùm regna & Reges, ſed etiam homines in eis commanentes, perire cognovimus. Sed quia, Deo auxiliante, per merita & interceſſionem Sanctorum ſervorumque Dei, quos ſublimare & honorare curavimus atque curamus, hactenùs nos & ſucceſſores noſtri regna & regiones adquiſivimus, & victorias multas habuimus, deinceps ſummoperè omnibus nobis providendum eſt ne pro dictis inlicitis & ſpurciſſimis luxuriis, his, quod abſit, careamus. Nam multæ regiones, quæ rerum Eccleſiarum invaſiones, vaſtationes, alienationes, vexationeſque, & Sacerdotum reliquorumque ſervorum Dei oppreſſiones vel quaſcunque injurias, quæ jam dicta inlicita & adulteria, vel ſodomiticam luxuriam vel commixtionem meretricum, ſectatæ fuerunt, nec in bello ſeculari fortes, nec in fide ſtabiles perſtiterunt. Et qualiter Dominus talium criminum patratoribus ultrices pœnas per Sarracenos & alios populos venire & ſervire permiſit, cunctis earum geſta legentibus liquet. Et niſi nos ab his caveamus, ſimilia nobis ſupervenire non dubitamus, quia vindex eſt Deus de his omnibus. Quapropter ſciat unuſquiſque nobis ſubjectus quia qui in uno ex his repertus atque convictus fuerit, & honores, ſi habet, omnes perdere, & in carcerem ſe uſque ad juſtam emendationem, atque per publicæ pœnitentiæ ſatisfactionem, retrudi, & ab omni fidelium conſortio fieri alienum. Valdè enim cavenda eſt illa fovea in quam alios cecidiſſe cognovimus.

S. Bonifac. ep. 19. Gratian. diſt. 56. c. 10. *Si gens Anglorum.* *Vid.* infrà, Addit. IV, cap. 160, pag. 1227.

De his Presbyteris qui contrà Epiſcopos ſuos ſeculares defenſores habere noſcuntur.

Concil. Antiochen. c. 5. Zacharias, ep. 7. c. 8.

CXLIV. Quòd illi Preſbyteri qui ſine Epiſcopo proprio arbitrio viventes, ſeculares defenſores habent contrà Epiſcopos, & ſeorsùm populos congregant, eorumque erroneum miniſterium, non in Eccleſia, ſed per agreſtia loca & manſiunculas agunt, & Eccleſias conturbant, tales Sacerdotes vitandi & honore proprio ſunt privandi, carceribuſque vel monaſticæ vitæ ſub pœnitentia diebus vitæ ſuæ tradendi, mala quæ egerunt luituri.

Ut cujuſpiam gradûs Clericus, ſine Pontificis ſui conceſſu, nullum ad ſeculare judicium attrahere præſumat.

Concil. Aurelian. III. c. 32. Gratian. 11. q. 1. c. 3. *Clericum.*

CXLV. Clericus cujuſlibet gradûs, ſine Pontificis ſui permiſſu, nullum ad ſeculare judicium præſumat adtrahere, nec Laico quemlibet Clericum in ſeculari judicio liceat accuſare, cùm privatorum Chriſtianorum cauſas magis Apoſtolus ad Eccleſias deferri atque ibidem terminari præcipiat.

Ut Clerici venationes non faciant cum avibus vel canibus.

Capitular. lib. 5. c. 2. Ivo, par. 13. c. 29.

CXLVI. Ut Clerici venationes non agant, nec acceptores vel falcones habeant.

Ut omni anno miniſterii ſui rationem Presbyteri Epiſcopo ſuo reddant.

Capitular. lib. 5. c. 2. Burchard. lib. 2. cap. 155.

CXLVII. Ut unuſquiſque Preſbyter per ſingulos annos Epiſcopo ſuo rationem miniſterii ſui reddat, tam de fide catholi-

Ivo, par. 6. c. 246.

ca, quàm de baptiſmo, atque de omni ordine miniſterii.

Ut omnes Epiſcopi parochias ſuas annis ſingulis circumeant.

Concil. Brocar. II. c. 1. Burchard. lib. 1. c. 83. Ivo, par. 5. c. 189.

CXLVIII. Ut ſingulis annis unuſquiſque Epiſcopus parochiam ſuam circumeat, populumque confirmet ac doceat, & ea quæ vitanda ſunt prohibeat, & quæ agenda ſunt utiliter agere ſuadeat.

De eo qui non coactè ſtatuta tranſgreſſus fuerit.

Suprà, lib. 6, c. 303.

CXLIX. Si quis ſtatuta ſupergreſſus corruperit, vel pro nihilo habenda putaverit, ſi Laicus eſt, communione, ſi Clericus, honore privetur.

Ut Eccleſiarum negotia ſemper primò audiantur in cauſis.

Capitulare an. 755. c. 23.

CL. De Eccleſiarum negotiis, ut abſque dilatione ulla continuo audiantur à Judice.

De Epiſcopo non uſurpando alterius fines Epiſcopi.

CLI. Ne Epiſcopus alterius Epiſcopi plebes vel fines uſurpet. *Vide infrà, c. 175.*

De non judicando vel teſtificando quemquam in ſua cauſa.

CLII. Ut nullus in ſua cauſa judicet aut teſtimonium dicat.

Ut Epiſcopus ejectus, vel ſuis carens rebus, ante plenam reſtitutionem non accuſetur; nec ille qui ſuis liberè & integerrimè fruens eſt bonis, antequàm familiariter conveniatur; neque reſpondere compellatur, niſi canonicè venerit evocatus.

Felix II. ep. 1. c. 4. Burchard. lib. 1. cap. 241. & ſeq.

CLIII. Canonicâ teſtante tubâ didicimus quòd Epiſcopus ejectus, vel ſuis rebus expoliatus, nequaquam debet accuſari vel judicari antequam legaliter & pleniter reſtituatur. Si quis verò liberè ſuis Eccleſiæque ſibi commiſſæ & integerrimè fruens rebus ac honoribus, ſuper certis accuſatus fuerit crimmibus, proſequi antè non licet quàm ab accuſatoribus familiariter, ut ea emendare debeat ſuper quibus res agitur, admonitus fuerit. Si inter ſe ſe minimè antè pacaverint, canonicè ad ſynodum convocentur, ut ab omnibus qui hæc prætermiſerint ex utraque parte publicè arguantur, & corrigantur qui familiariter ſe & ſecretè corrigi noluerunt. Quòd ſi ſponte, aut aliquâ neceſſitate compulſus, aut in fratrum conventu aut in quolibet loco canonicè vocatus, nec olim familiariter commonitus venerit, à nullo compellatur, antequam hæc fiant, ut reſpondeat; ſed priùs, ut prælibatum eſt, familiariter conventus, ut de ſe & de ſuis ea ſanet unde querimonia agitur. Deinde tempore in Nicænis canonibus præfixo, ut canonicè reſpondeat, ad ſynodalem convocetur conventum. Et ut Epiſcopum apud Judices publicos nemo audeat accuſare, ſed aut apud Primates diœceſearum aut apud Sedem apoſtolicam; nec aliorum, niſi ſuorum aut certè electorum Judicum, ſententiâ impetatur vel teneatur. Sanè ſi circa hæc ſecùs actum fuerit, viribus carere in omnibus haud dubium eſt.

Burchard. lib. 1. cap. 167. Infrà, cap. 314.

De ſuperbis vel contumacibus Clericis vel Laicis coercendis.

Supra, lib. 6. c. 302.

CLIV. Ut Clerici qui ſuperbi vel contumaces ſunt, coerceantur; ut minores, qui majoribus inrogaverunt injurias, metum habeant; quia manifeſtum eſt illum non eſſe Dei qui humilitatem contemnit, ſed diaboli, qui ſuperbiæ inventor & princeps eſt. Unde ſi quis tumidus vel contumelioſus extiterit in majorem natu, contemptus debet contumaciâ & ſuperbiâ in omnibus frangi.

Ut nullus Clericus vel Abbas ad judicia ſecularia, ſine juſſione proprii Epiſcopi, ire præſumat. Et ut nullus ſuo Epiſcopo contumax aut inobediens exiſtat.

Capitulare anni 755, cap. 18. Ivo, par. 6. c. 362. Gratian. 11. q. 1. c. 43. *Placuit ut quiſquis.*

CLV. Statutum eſt in ſynodis à ſanctis Patribus ut nullus Clericus ad judicia Laicorum publica conveniat, niſi per juſſionem Epiſcopi ſui vel Abbatis, juxta Canonum Cathaginenſium capitulum nonum, ubi ſcriptum eſt: *Qui, relicto eccleſiaſtico judicio, publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro illo fuerit prolata ſententia, locum ſuum amittat. Hoc in criminali judicio. In civili verò perdat quod evincit, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cùm enim ad eligendos Judices undique Eccleſiæ patet auctoritas, quia ſe indignum fraterno conſortio judicat qui de univerſa Eccleſia malè ſentiendo quidem, de ſeculari judicio poſcit auxilium, cùm privatorum Chriſtianorum cauſas Apoſtolus magis ad Eccleſiam deferri atque ibidem terminari præcipiat.* Simul & hoc ſtatutum eſt, ut nullus Preſbyter, aut Diaconus, vel Subdiaconus, aut fidelis laicus, vel quicunque regulæ mancipatur, ſuo Epiſcopo, inflatus, aut ſchiſma faciens, aut contumax vel inobediens appareat, quoniam in Canonibus ſcriptum eſt: *Presbyteri & Diaconi præter Epiſcopum nil agere pertentent.* Et per inobedientiam primus homo cecidit. Quicunque verò audent evertere hujuſmodi formam quocunque modo, nec proprio ſubiciuntur Epiſcopo, ſi quidem Clerici ſunt, cano-

Capitulare I. an. 789. cap. 36.

Can. 40. Apoſtolor.

num correptionibus ſubjacebunt; ſi verò Laici vel Monachi fuerint, communione priventur.

De Epiſcopis non accuſandis niſi ad ſummos Primates, quia non omnes Metropolitani ſummi ſunt Primates. Et hoc ſummoperè ab eis prævideatur ne aliquâ cupiditate vel invidiâ fiat.

Vide ſuprà, cap. 89. CLVI. Si quis Epiſcoporum accuſatur, ad ſummos Primates cauſam deferat accuſator; qui adtentiùs diſcutiant ſi cauſâ pietatis hoc fiat, necne. Quòd ſi alicujus invidiâ, aut inimicitiâ, vel pravâ cupiditate, aut malâ voluntate actum fuerit, nullo modo tale recipiatur negotium; *Vide ſuprà, lib. 6. cap. 104. et Concil. Tolet. XI. c. 5.* quoniam inconveniens eſt ut hi qui throni Dei vocantur, & immobiles eſſe debent, pravorum accuſationibus moveantur vel perturbentur. Nam ſi cauſa pietatis agi inventum fuerit, patienter audiatur; minus ne, reiciantur, & canonicè corrigantur.

Quid de Advocato agendum ſit qui in dolo vel fraude repertus fuerit.

Ivo, par. 16. c. 355. CLVII. Si Advocatus in cauſa ſuſcepta iniquâ cupiditate fuerit repertus, à conventu honeſtorum & a judiciorum communione ſeparetur, & videat ne Judicis & Aſſertoris perſonam accipiat.

De his qui contrà ſuam profeſſionem vel ſubſcriptionem venerunt.

Vide ſuprà, lib. 6. cap. 304. CLVIII. Qui contrà profeſſionem vel ſubſcriptionem ſuam venerit, in Concilio deponatur.

De Clericis vel Monachis aut Laicis conſpirantibus.

Capitular. lib. 1. c. 29. CLIX Ut nec Clerici nec Monachi nec Laici conſpirationem vel inſidias contrà Paſtorem ſuum faciant. Quod ſi fecerint, canonicis ſubjaceant increpationibus.

De pervaſoribus finium aliorum.

CLX. Si quis pervaſor adprobatus fuerit, tantùm ſpatii reſtituat quantùm præſumpſit invadere, horum fructibus duplis

De Presbyteris inflatis vel ſchiſma facientibus.

Ibid. lib. 6. c. 305. CLXI. Si quis Preſbyter contrà Epiſcopum ſuum inflatus ſchiſma fecerit, anathema ſit. Quòd ſi ſuperbiâ, quod abſit, inflatus, ſecernendum ſe ab Epiſcopi ſui communione duxerit, ac ſeparatim cum aliquibus ſchiſma faciens ſacrificium Deo obtulerit, loco amiſſo, anathema habeatur. Nihilominùs & de civitate & congregatione in qua fuerit, longiùs repellatur, ne vel ignorantes vel ſimpliciter viventes ſempiternâ fraude decipiat.

Ut Presbyteri indiſcretè ab Epiſcopis vel ab aliis, aut Laicis, non mittantur.

Concil. Pariſ. VI. lib 3. c. 4. Burchard. lib. 2. c. 99. Ivo, par. 6. c. 176. CLXII. Statutum eſt ut Preſbyteri, ſicut hactenùs factum eſt, indiſcretè per diverſa non mittantur loca, nec ab Epiſcopis, nec ab aliis Prælatis, nec etiam à Laicis; ne fortè, propter eorum abſentiam, & animarum pericula & Eccleſiarum in quibus conſtituti ſunt, neglegantur officia. *Vide infrà, Addit. IV. cap. 7.*

De criminibus definitis minimè refricandis.

CLXIII. De his criminibus de quibus abſolutus eſt accuſatus, refricari accuſatio non poteſt. *Vide infrà, cap. 291.*

Paulus, lib. 1. Sentent. tit. 7.
Burchard. lib. 16. c. 9.
Ivo, par. 16. c. 319.

De adprobanda accuſatione.

Interpret. lib. 3. Cod. Theod. ad L. Jul. de vi publ. & priv. CLXIV. Si quis adverſarium ſuum ita apud Judicem crediderit accuſandum, ut ſe aſſerat violentiam pertuliſſe, ad probationem rei eum convenit adtineri.

De Presbyteris qui inconſultis propriis Epiſcopis in locis non conſecratis Miſſas agunt.

Suprà, lib. 6, c. 306. CLXV. Si quis Preſbyter, inconſulto Epiſcopo, agendam in quolibet loco voluerit celebrare, ipſe honori ſuo contrarius extitit.

Ut Presbyteri in Eccleſiis inconſulto Epiſcopo non conſtituantur, vel de Eccleſiis expellantur ab aliquo.

Capitular. lib. 1. c. 843 lib. 5. c. 87. 213; lib. 6. cap. 166. Iſaac, tit. 11. c. 22. Concil. Trull. c. 6. CLXVI. Sancitum eſt ut ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum Preſbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur nec expellantur. Et ſi quis deinceps hoc facere tentaverit, ſynodali ſententiâ diſtrictè feriatur.

Quòd Dei ordinationem occuſet qui Epiſcopo detrahit vel accuſat.

Suprà, lib. 6. c. 365. CLXVII. Dei ordinationem accuſat, in qua conſtituuntur, qui Epiſcopos accuſat aut condemnat. Non eſt itaque arguendus à plebe, vel à malæ converſationis aut pravæ vitæ accuſandus hominibus Epiſcopus, ſed Rectores Eccleſiæ à Deo ſunt judicandi.

De homicidis infantum.

Iſaac, tit. 2. c. 11. CLXVIII. Si quis infantem necaverit, ut homicida teneatur.

De his qui rapinam fecerint, aut iter agentes adſalierint, aut domorum nocturni ſpoliatores fuerint, quid ſit agendum.

CLXXIX. Si quis ad faciendam rapinam adgreditur, aut iter agentem in præ-

diis adſallierit, aut domum alterius nocturnus ſpoliator intraverit, & occiſus fuerit, mors latronis ipſius à nemine requiratur.

Ut Judices priùs capitalem non proferant ſententiam, quàm aut reus ipſe confiteatur, aut per teſtes innocentes convincatur.

Capitular. lib. 5. cap. 308. Ibid. lib. 6. cap. 398.

CLXX. Judex criminoſum diſcutiens non antè ſententiam proferat capitalem, quàm aut reus ipſe confiteatur, aut per innocentes teſtes convincatur. Si in majoribus perſonis crimen objectum fuerit, Principis eſt expectanda ſententia.

De Epiſcopis, ſi in reatum incurrerint, quid agendum ſit.

CLXXI. Si quis Epiſcopus à quoquam impetitur, vel ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos Judices cauſa finiatur, ſive quos eis Primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint. *Vide infrà, cap.* 178.

Codex Can. Eccl. Afric. c. 120.
Concil. Troſl. in Pratiat.
Burchard lib. 1. c. 145.
Ivo, par. 5, c. 258; & par. 16. c. 309.

De his qui viduas vel virgines inconſulto Epiſcopo velare præſumunt.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 40 & 41. Burchard. lib. 8. c. 33. Ivo, par. 7, c. 52.

CLXXII. Statutum eſt viduas, inconſultis Epiſcopis, velari non debere. Simul & hoc conſtitutum eſt, ut ſi quiſpiam Preſbyterorum deinceps hujus conſtitutionis normam contumaciter tranſgreſſor extiterit, ſcilicet ut aliquas viduas inconſulto Epiſcopo velare præſumpſerit, gradûs ſui periculum incurrat. Similiter & de puellis virginibus à Preſbyteris non velandis, ſtatutum eſt ut ſi quis hoc facere tentaverit, tanquam tranſgreſſor Canonum damnetur.

De accuſato Epiſcopo, ſi Comprovinciales ſuſpectos habuerit, ut Romanum appellet Pontificem.

Gratian. 2. q. 6. cap. 16. *Quotiès Epiſcopi.*

CLXXIII. Placuit ut quandocunquè Epiſcopus accuſatur, ſi Comprovinciales aut vicinos ſuſpectos habuerit, ſanctæ & univerſalis Romanæ Eccleſiæ appellet Pontificem, ut ab eo quicquid juſtum & Deo placitum fuerit, terminetur.

De reis ad Eccleſias vel altaria earum confugientibus, ut non abſtrahantur.

CLXXIV. Ut eos timoris neceſſitas non conſtringat circà altare manere, & loca veneratione digna polluere, depoſitis armis qui fugerint. Quòd ſi non depoſuerint, ſciant ſe armatorum viribus extrahendos. Et quicunque eos de porticibus & de atriis, & de hortulis, de balneis vel de adjacentiis Eccleſiarum abſtrahere præſumpſerit, capite puniatur.

De non uſurpandis plebibus alienis, & de non gravando Epiſcopo.

Concil. Carth. III. c. 10. Decreta Celeſt. I. c. 17.

CLXXV. Ut nullus Epiſcopus alterius Epiſcopi plebes uſurpet, aut alium conculcet Epiſcopum vel ſupergrediatur, aut aliquod ei incommodum in ſua parochia vel alicubi faciat.

De his qui in recta fide ſuſpecti ſunt, in accuſationem Sacerdotum vel teſtimonium non ſuſcipiendis.

Fabian. ep. 1. Burchard. lib. 1. cap. 171.

CLXXVI. Ut omnes qui in fide Chriſti catholica ſuſpecti ſunt, in accuſatione Sacerdotum vel teſtimonio humano dubii habeantur, nec recipiantur.

Quid ſint delatores, vel quid de eis faciendum ſit.

Interpret. lib. 2. & 13. C. Theod. de petitionib. *Vide* Jureti Miſcellanea ad Symmac. p. 302.

CLXXVII. Delatores dicuntur qui aut facultates prodiderint alienas, aut caput impetunt alienum. Qui ſi convicti fuerint, continuò ſtrangulentur. Servus ſi ſuper dominum fuerit delator, etiamſi objecta probaverit, puniatur.

De Epiſcoporum cauſa per Epiſcopos Judices terminanda.

Vide ſuperà, cap. 171.

CLXXVIII. Si quis Epiſcopus à quoquam impetatur, vel ille aliquam quæſtionem retulerit, per Epiſcopos Judices cauſa finiatur, ſive quos eis Primates dederint, ſive quos ipſi vicinos ex conſenſu delegerint.

Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit, ducat uxorem; ſed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.

Iſaac, ut. 5. c. 6. Concil. Troſl. c. 8. Fileſac. tom. 2. p. 179.

CLXXIX. Sancitum eſt ut publicæ nuptiæ ab his qui nubere cupiunt, fiant: quia ſæpè in nuptiis clam factis gravia peccata, tam in ſponſis aliorum, quàm & in propinquis ſive adulterinis conjugiis, &, quod pejus eſt dicere, conſanguineis adcreſcunt vel adcumulantur. Ex his autem procreari ſolent cœci, claudi, gibbi, & lippi, ſive alii turpibus maculis aſperſi. Et hoc ne deinceps fiat, omnibus cavendum eſt. Sed priùs conveniendus eſt Sacerdos in cujus parochia nuptiæ fieri debent, in Eccleſia coram populo. Et ibi inquirere unà cum populo ipſe Sacerdos debet ſi ejus propinqua ſit, an non, aut alterius uxor, vel ſponſa, vel adultera. Et ſi licita & honeſta omnia pariter invenerit, tunc per conſilium & benedictionem Sacerdotis, & conſultu aliorum bonorum hominum, eam ſponſare & legitimè dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus

Burchard. lib. 9. c. 2. Ivo, par. 8. c. 140. Gratian. 30. q. 5. c. 4. Qualis.

Auguſtinus ita: *Talis eſſe debet quæ uxor habenda eſt, ut ſecundùm Legem ſit caſta in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita ſponſo, & à paranymphis accipienda. Et ita ſecundùm Legem & Evangelium publicis nuptiis honeſtata, in conjugio licitè ſumenda; & omnibus diebus vitæ ſuæ, niſi ex conſenſu & causâ vacandi Deum, nunquam propter hominem ſeparanda. Et ſi fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, dimittenda; ſed, illâ vivente, altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non poſſidebunt; & pœnitentia illi accipienda. Nolite vos, viri, habere uxores quarum priores mariti vivant: adulterina enim ſunt iſta conjugia.* Et hoc, ut diximus, omninò providendum eſt ne ejus ſit propinqua; quia ſcriptum eſt: Levit. 18. *Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Similiter ſcriptum eſt: Ibid 20. *Cum uxore proximi tui non coibis, nec ſeminis ejus commixtione maculaberis.* Et in Decretalibus Papæ Gregorii Legitur: Gregor. II. in Synodo Rom. 1. Halitgar. lib. 4. c. 22. Regino, lib. 2. cap. 186. *Si quis Diaconam, aut Monacham, aut commatrem ſpiritalem, aut fratris uxorem, aut neptam, aut novercam, aut nurum ſuam, aut conſobrinam, aut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò Anathema ſit. Item. Si quis viduam rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel conſentientes ei, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Anathema ſit. Si quis virginem, niſi deſponſaverit eam, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel conſentientes ei, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Anathema ſit.* Et alibi in Canonibus præceptum eſt ut nemo uſque ad-Burchard. lib. 7. c. 22, 23. Ivo, par. 9. c. 58. & ſeq. Gratian. 36. q. 2. c. 5. Si quis virginem. Monaſticon Anglic. to. 3. p. 307. col. 2. finitatis lineam ex propinquitate ſui ſanguinis connubia ducat, neque virginibus ſine benedictione Sacerdotis quis nubere præſumat: oppidò enim iſta omnia cavenda ſunt ne fiant. Sed poſtquam iſta omnia probata fuerint, & nihil impedierit, tunc ſi virgo fuerit, cum benedictione Sacerdotis, ſicut in Sacramentario continetur, & cum conſilio multorum bonorum hominum, publicè & non occultè ducenda eſt uxor; ut boni ex eis filii, Domino miſerante, procreentur, & non tales ſicut ſuperiùs dictum eſt.

Quod excommunicati à Sacerdote, antequàm canonicè reconcilientur, non poſſint majores natu accuſare.

Iſaac, tit. 9. c. 8.

CLXXX. Ut excommunicatus à Sacerdote, quandiù in ipſa eſt excommunicatione, majores natu vel Epiſcopos accuſare non præſumat. Quòd ſi præſumpſerit, non recipiatur; ſed aut majori excommunicationi ſubjaceat, aut ab Eccleſia pellatur.

De homicidis, maleficis, veneficis, convictis, appellare volentibus, non audiendis.

Interpret. lib. 1. Cod. Theodoſ. quor. appellat. non recipiantur. Ivo, par. 16. c. 226. 315.

CLXXXI. In civilibus cauſis, vel levioribus criminibus, legibus dilatio præſtanda eſt. Homicidæ, adulteri, maleſici, venefici, convicti, ſi appellare voluerint, non audiantur.

Quòd Presbyteri, Diaconi & reliqui Clerici, ſine juſſione ſui Pontificis, nihil agere debeant.

Can. 40. Apoſtol.

CLXXXII. Ut Preſbyteri vel Diaconi ſine conſcientia Epiſcoporum ſuorum nihil agant.

De his qui virgines opprimunt aut rapiunt. Et de aliorum ſponſis raptis.

Concil. Wormat. c. 77. Concil. Triboſ. c. 8. Halitgar. lib. 4. c. 17.

CLXXXIII. Statutum eſt ne oppreſſio virginum aut viduarum, vel raptus ab ullis hominibus de puellis aut viduis fiat. Scriptum eſt namque in Canonibus, in Concilio Chalcedonenſi: *Eos qui rapiunt puellas ſub nomine ſimul habitandi, cooperantes & conhibentes raptoribus decrevit ſancta Synodus, ſi quidem Clerici ſunt, decidant à gradu proprio; ſi verò Laici, anathematizentur.* Quibus verbis apertè datur intellegi qualiter hujus mali auctores damnandi ſint, quandò participes & conhibentes tanto anathemate feriuntur, & quòd juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vindicare nullatenùs poſſunt. De deſponſatis quoquè puellis, & poſteà ab aliis raptis, in Canonibus Ancyrani Concilii legitur ita: *Deſponſatas puellas, & poſteà ab aliis raptas, placuit erui & eis reddi quibus anteà fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis inlata conſtiterit.* Proindè ſtatutum eſt à ſacro Conventu ut raptor publicâ pœnitentiâ multetur. Rapta verò, ſi eam ſponſus recipere noluerit, & ipſa eidem crimini conſentiens minimè fuit, licentia nubendi alii non negetur. Quòd ſi illa conſenſit, ſimili ſententiæ ſubjaceat. Quòd ſi poſt hæc ſe jungere præſumpſerint, utrique anathematizentur.

Vide ſuprà, lib. 1. c. 98. & ſeq.

De accuſatoribus in judicium præſentandis, & accuſatis non modicum ſpatium accipiendis ad abluenda crimina.

Capitula Angilramni, c. 22.

CLXXXIV. Nemo debet judicari aut damnari priuſquam accuſator præſens habeatur, & ſpatium non modicum defendendi accipiat accuſatus ad abluenda crimina.

De Clericis nullo fiſcali aut publico ſubdendis officio.

CLXXXV. Ut Clerici nullo fiſcali aut publico ſubdantur officio; ſed liberi ab omni humano ſervitio, Eccleſiæ deſerviant.

Ut nullus Sacerdos feminas ſecum habitare permittat, aut cum eis frequentare præſumat.

Capitular. lib. 5. c. 92.

CLXXXVI. Sancitum eſt de Preſbyteris qui feminas ſecum indiſcretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opinionis ſuſpicione denotantur, ut ſi deinceps admoniti non ſe correxerint, velut contemptores ſacrorum Canonum canonicâ invectione feriantur.

De teſtibus vel accuſatoribus qui cum inimicis morantur, in Sacerdotum accuſatione non recipiendis.

Concil. Rom. V. ſub Symmac. Gratian. 3. q. 5. c. 3. *Accuſatoribus.*

CLXXXVII. Non ſunt illi teſtes ſuſcipiendi, neque accuſatores, qui cum inimicis morantur, vel quos ipſi de domo produxerint, quia corrumpunt mores bonos conloquia mala. *Vide ſuprà, cap.* 101.

De teſtibus non recipiendis qui Chriſtianæ Religioni infeſti extiterint.

CLXXXVIII. Ut teſtandi licentia denegetur eis qui Chriſtianæ Religionis & nominis dignitatem neglexerint.

De peregrinis Epiſcopis piè recipiendis.

CLXXXIX. Ut peregrino Epiſcopo locus ſacrificandi detur.

Concil. Arelat. I. c. 19.
Burchard. lib. 1. c. 116.
Ivo, par. 5. c. 216.

Ut inlicitus acceſſus feminarum ad altare non fiat, aut ullæ feminæ vaſa ſacra, aut corpus & ſanguinem Domini, contractare præſumant.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 45. Iſaac, tit. 21, c. 23.

CXC. Statutum eſt ut inlicitus feminarum acceſſus ad altare non fiat; quia contrà omnem auctoritatem divinam & canonicam inſtitutionem eſt feminas ſanctis altaribus ſe ultrò ingerere, aut ſacrata vaſa impudenter contingere, ſive indumenta ſacerdotalia Preſbyteris miniſtrare, aut corpus & ſanguinem Domini contingere populiſque porrigere: quod omni ratione & auctoritate caret, & ne ulteriùs fiat omnimodis prohibitum eſt. Et quæcunque feminæ deinceps hoc facere præſumpſerint, judicio canonico uſque ad ſatisfactionem ſubdantur. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, in Concilio Chalcedonenſi & in Decretis Gelaſii Papæ copioſiſſimè invenitur. *Vide ſuprà, lib.* 1. *cap.* 17.

Concil. Laodic. c. 44. Decreta Gelaſ. c. 26.

De accuſatis Sacerdotibus, ut non priùs in judicium decidant, quàm accuſatores ſecundùm canonicas & regulares ſanctiones pleniter inquirantur.

CXCI. Si quis criminatur, non antè judicio decidat quàm accuſator pertententur, atque ſecundùm legem & canonicam ſententiam exquiratur. Quòd ſi indigna ad accuſandum perſona inveniatur, ad accuſationem non admittatur, quia indignum eſt ut vita innocentis ullâ maculetur pernicie.

Concil. Tolet. VI. can. 11. Concil. Tull. anni 859. tit. 3. Burchard. lib. 16. c. 5. Gratian. 3. q. 9. c. 9. *Dignum.*

De violatoribus ſepulchrorum.

CXCII. Qui ſepulchra violaverint, puniantur, tam ingenui quàm ſervi. Si major perſona in hoc ſcelere fuerit deprehenſa, amiſſâ medietate bonorum ſuorum, perpetuâ notetur infamiâ. Si Clericus, depoſitus omni honore clericali, perenni exilio deputetur. Si Judex hoc perſequi aut impſere diſtulerit, facultatibus & honore privetur. Et quicunque hoc ſcelus accuſare voluerint, licentia tribuatur.

Iſaac, tit. 11. cap. 24.

Ut Sacerdotes ſuam non relinquant Eccleſiam.

CXCIII. Ut ne quis quâlibet neceſſitate ſuam relinquat Eccleſiam.

De Preſbyteris gradum amittentibus, quia de eo deteriorari ſolent ut filii Belial efficiantur, quid agendum ſit.

CXCIV. Sancitum eſt de Preſbyteris gradum amittentibus ut unuſquiſque Epiſcoporum, tam per ſe quam & per miniſtros ſuos, vitam & converſationem morumque emendationem eorum cognoſcat, eoſque canonicæ pœnitentiæ ſubdere non neglegat, juxtà quod in Concilio Cæſarienſi, titulo primo, ſcribitur: *Presbyter, ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, ampliùs pelli debet & ad pœnitentiam redigi.* Nonnulli enim, amiſſo gradu, adeò filii Belial efficiuntur, ut nec publicis, quia fas non eſt, nec canonicis, propter incuriam & neglegentiam Rectorum, legibus conſtringantur.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 35. Concil. Neocæſar. c. 1.

De Laicis de religione diſputandi præſumentibus.

CXCV. Nulli egreſſo ad publicum diſceptandi de religione, vel tractandi, vel conſilii aliquid deferendi, vel majores natu accuſandi pateſcat occaſionis aditus. Si quis poſthac contra hæc veniendum crediderit, vel inſiſtere motu peſtiferæ perſuaſionis tentaverit, competenti pœnâ & digno ſupplicio coerceatur.

L. 2. Cod. Theod. de his qui ſuper Relig. contend.

De his qui falſa Principum reſcripta detulerint. Et de nonnullis aliis cauſis.

Paulus, lib. 1. Sentent. tit. 13. Ivo, par. 5. c. 255.

CXCVI. Qui falſa Principum reſcripta detulerint, ut falſarii puniantur. Qui falſum neſciens allegavit, falſi pœnâ non teneatur. In caput domini patronive nec ſervus nec libertus interrogari poteſt. Ut prægnantem nemo torqueat. Qui de ſe confeſſus eſt, ſuper alium credi non poteſt.

De his qui falſa fratribus intulerint, quid agendum ſit.

Suprà, lib. 6. c. 314.

CXCVII. Eos qui falſa fratribus capitalia objeciſſe convicti fuerint, placuit eos uſque ad exitum non communicare, & infames ſemper exiſtere.

Concil. Arelat. I. c. 14. & Arelat. II. c. 24. Regino, lib. 1. c. 357. Burchard. lib. 16. c. 34. Gratian. 2. q. 10. c. 2. *Eos qui.*

Ut nullus de alterius Presbyteri parochia populo perſuadere audeat ut, relictâ propriâ parochiâ, ad ſuam Eccleſiam conveniant, aut ſibi eorum decimas dent

Capitulare Theodulfi, c. 14.

CXCVIII. Statutum eſt ut nullus Preſbyter fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ de alterius Preſbyteri parochia perſuadeat ut ad ſuam Eccleſiam, relictâ propriâ Eccleſiâ, conveniant, & ſuas decimas ſibi dent. Sed unuſquiſque ſuâ Eccleſiâ & populo ſit contentus; & quod ſibi non vult fieri, alteri nequaquam faciat, juxta illud

Matth. 7. Evangelii: *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, hæc eadem facite illis.* Quiſquis autem contra hæc conſtituta venerit, aut hæc infrangere tentaverit, tanquam contemptor, gradûs ſui periculo ſubjacebit.

Quòd Laicis de viris Deo dicatis, vel eccleſiaſticis facultatibus, aliquid diſponendi nulla ſit attributa facultas

Ivo, par. 7. c. 90. Capitula Herardi, c. 64.

CXCIX. De viris Deo dicatis, vel eccleſiaſticis facultatibus, aliquid diſponendi nulla legitur Laicis, quamvis religioſis, umquam adtributa facultas. *Vide ſuprà, lib. 5. cap. 403; & infrà, cap. 393. hujus libri.*

De his qui in blaſphemiam alterius aliquam ſcripturam vel cantica compoſuerint vel cantaverint.

Capitulare an. 744, cap. 13. Ivo, par. 4, c. 156. Concil. Eliberit. c. 52.

CC. Hi qui in blaſphemiam alterius cantica compoſuerint, vel qui cantaverit ea, extra ordinem vindicetur; nam lex exiliari jubet eos qui libellos famoſos excogitant aut proponunt. Notatur infamiâ quicunque, dum appellat Judicem, convitium dixerit. Non tantùm is qui maledictum aut convitium dixerit, famoſus efficitur, ſed & is cujus conſilio factum eſſe patuerit.

Quid de Sacerdotibus vel Levitis de ſe crimen confitentibus agendum ſit.

CCI. Ut Sacerdos vel Levita qui de ſe crimen aliquod confitetur, deponatur.

Ut nullus Presbyter publicè pœnitentes, inconſulto Epiſcopo, reconciliare audeat. Et ut omnes publicè pœnitentes in Cœna Domini ad Epiſcopum proprium conveniant, ut ab eo canonicè abſolvantur vel dijudicentur.

Iſaac, tit. 1. cap. 55.

CCII. Statutum eſt & in ſanctis Canonibus prohibitum ut nullus Preſbyter pœnitentem publicè, inconſulto Epiſcopo, reconciliare præſumat, niſi morte fortè periclitantem, ſed omnes publicè pœnitentes quintâ feriâ ante Paſcha, quæ eſt Cœna Domini, ad civitatem in cinere & cilicio in præſentiam Epiſcopi proſtrato vultu conveniant, & ibi ab Epiſcopo canonicè & ordinabiliter, ſicut in Sacramentario & in Romano Ordine continetur, reconcilientur atque dijudicentur, conſolenturque, & prædicentur quid deinceps agere, quidve vitare debeant, inſtruantur, atque inſuper divinis precibus per manûs impoſitionem Epiſcopi ſanentur. Nullo namque tempore Preſbytero in publica Miſſa pœnitentem reconciliare ſine licentia Epiſcopi conceſſum eſt. Si quis hoc facere præſumpſerit, canonicâ correctione multetur.

De Clericis vel Laicis qui ſuo Epiſcopo calumniatores extiterint.

CCIII. Si quis Clericus vel Laicus exprobrator vel calumniator ſuo Epiſcopo extiterit, ut homicida habeatur.

De cauſis in judicio convincendis. Et de ſententia adversùs abſentes infirmanda. Et de cauſis in judicio non revolvendis. Et ut abſentes non damnentur. Et quòd abſentes per alium, nec accuſare, nec accuſari poſſint.

Ivo, par. 16. c. 306.

CCIV. Convinci nemo poteſt judicio ſine teſtibus aut ſcriptura. Sententia abſente parte aliâ à Judice data, nullam obtinet firmitatem. Cauſa inter præſentes judicata poſt decennium revolvi non poteſt, nec inter abſentes poſt vicennium. In cauſa capitali abſens nemo damnetur. Neque abſens per alium accuſatorem accuſari poteſt.

Paulus, lib. 5. Sentent. tit. 35.

Quid de delatoribus fidelibus agendum ſit.

CCV. Delator ſi quis exiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit præſcriptus vel interfectus, placuit eum nec

nec in finem accipere communionem.

Concil. Illiberit. c. 73.
Gregorii III. Judicia, c. 12.
Burchard. lib. 6. cap. 27.
Ivo, par. 10, cap. 156.
Gratian. 5. q. 6. c. 6. *Delator.*

De Sacerdotibus vel Clericis qui per pecunias aliorum Sacerdotum Eccleſias aut beneficia ſubripiunt vel ſubvertunt.

Regin. lib. 2. c. 240. Burchard. lib. 3. cap. 114. Ivo, par. 3. c. 90. Gratian. 7. q. 1. c. 33. *Sancitum.*

CCVI. Sancitum eſt atque omnibus prohibitum ut ſi quis Preſbyter præventus fuerit alicui Clerico aut Laico munera dare, aut aliquam pecuniam tribuere, ut alterius Preſbyteri Eccleſiam ſubripiat, pro hac cupiditate ſeu rapina, turpis lucri gratiâ, deiciatur à clero & alienus exiſtat à regula. Nam ſi pro miſericordia Epiſcopo placuerit longo tempore eum pœnitendo quæ geſſit in carceris ærumna recludere, & uſque ad ſatisfactionem ibi retinere, liceat. Et poſteà ſi ſe correxerit, & alia deinceps minimè ſe facere promiſerit, humaniùs ergà eum agere poterit, ſi voluerit, & ipſe dignus inventus fuerit.

Ut Seculares de viris Deo dicatis, Eccleſiæque facultatibus, ad ſe nihil putent pertinere præter reverentiam tantùm.

Hincmar. Landun. in epiſt. ad Hincmar. Rem. pag. 614. Burchard. lib. 8. c. 71. Ivo, par. 1. c. 89.

CCVII. Synodali decreto ſancitum eſt ne laici vel ſeculares de viris Deo dicatis, Eccleſiæque facultatibus, aliquid ad ſe putent vel præſumant præter reverentiam pertinere, quorum quarumque Sacerdotibus diſponendi indiſcuſsè à Deo cura commiſſa docetur. Si quis contrà hæc venire præſumpſerit, anathemate feriatur.

De ſervis Dominorum facinora confeſſis non audiendis.

Ivo, par. 16, c. 59.

CCVIII. Si ſervi facinora dominorum confeſſi ſunt, nullo modo audiantur, niſi fortè eos reos deferant majeſtatis.

Quid de hominibus qui pauperes expoliant, & admonente Epiſcopo non reddiderint, agendum ſit.

Suprà, lib. 6, c. 319. Add. IV. cap. 55.

CCIX. Si quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur.

De his qui ſine juſſione Epiſcopi Judices ſeculares adeunt, aut ſine licentia & litteris Epiſcopi ſui proficiſcuntur. Et de Laicis Eccleſiis vel Clericis calumniam facientibus.

Suprà, lib. 6. c. 155, 158.

CCX. Sancitum eſt ut Preſbyter vel Diaconus, ſive quilibet Clericus regulæ ſubjectus, inconſulto Epiſcopo ad Judicem ſecularem non pergat. Necnon & hoc ſancitum eſt, ut ſine epiſtola Epiſcopi ſui non liceat Clericum vel Monachum proficiſci. Et alibi in Canonibus legitur ita: *Presbyter aut Diaconus vel Clericus ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulans, communionem ei nullus impendat.* Simulque ſtatutum eſt ut ſi quis Secularium per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverit, & convictus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus & catholica communione, niſi dignè pœnituerit, coerceatur.

De Laicis vitioſis à Clericis, niſi ſponte voluerint, non recipiendis.

Fabian. ep. 2. c. 2. Burchard. lib. 2. cap. 103. Ivo, par. 6. cap. 277.

CCXI. Omnes Epiſcopi in tertia ſeſſione adclamaverunt: « Sanè dignum eſt ut ſicut » Sacerdotes vel Clericos ſua in accuſa- » tione vel ſecularibus judiciis Laici non » recipiunt, ita ipſi Sacerdotum vel Cleri- » corum accuſationibus ſeu eccleſiaſticis » negotiis, niſi ſpontè, non recipiantur; » quoniam inconveniens eſt ut hi qui hos » reſpuunt, ab his recipiantur.

Ut hi qui ſponte hominem occidere voluerint, & non potuerint perpetrare, ut homicidæ habeantur.

Ivo, par. 10. c. 46.

CCXII. Qui hominem voluntariè occidere voluerit, & perpetrare non potuerit, ut homicida punietur.

De Clericis qui à ſuis recedunt Epiſcopis.

Capitula Angilramni, c. 66.

CCXIII. Ut nullus Clericus ab Epiſcopo ſuo recedat & ad alium ſe transferat.

Ut nulli Sacerdotes eorum decimas, aut aliquid de rebus vel facultatibus Eccleſiæ, ſine licentia proprii Epiſcopi vendere præſumant.

Capitular. lib. 5. c. 371; lib. 6. c. 58; lib. 7. c. 27

CCXIV. Statutum eſt ut nullus Preſbyter vel Diaconus eorum decimas, vel aliquid de rebus Eccleſiæ, ſine conſilio proprii Epiſcopi inreverenter vendere præſumat; quia in Canonibus decretum eſt ita: *Placuit ut Presbyteri vel Diaconi non vendant rem Eccleſiæ ubi ſunt conſtituti, neſcientibus Epiſcopis ſuis.* Et ne deinceps fiat cavendum eſt, ſicut a quibuſdam in aliquibus locis impudenter factum audivimus, eò quòd quidam Sacerdotes, antequam meſſes maturæ vel collectæ eſſent, eorum decimas vendere causâ ebrietatis tentaverunt: quod ne deinceps fiat pariter omnes inhibemus, ſed ut priùs cum gratiarum actione à Sacerdotibus recipiantur. Et ſi neceſſitas fuerit pro reſtauratione Eccleſiarum, vel pro redemptione captivorum, eas vendere, cum conſilio proprii Epiſcopi & aliorum bonorum Sacerdotum hoc faciant; ne quâlibet occaſione occultè & ſine teſtimonio fraudentur oblationes fidelium; & unde pauperes recreari debent, vel Eccleſiæ reſtaurari, ſeu Clerici

vivere, ſive Epiſcopi recipi, hoſpites & peregrini paſci ac venerari, Preſbyteri vel Diaconi aut quilibet fidelium in ſuis nimiis potationibus vel comeſſationibus ſeu carnalibus deſideriis, quæ multis modis aguntur, inflectere non præſumant, ſed in prædictis rebus eas fideliter ſubminiſtrent; & ſciant ſe non ſuarum, ſed dominicarum rerum eſſe diſpenſatores. Propterea quaſi dominicas res fideliter eas conſervare, & utiliter diſpenſare, Domini Sacerdotes oportet. Et ſi, quod abſit, aliter fecerint, canonicâ invectione diſtrictè feriantur.

De anathematis hominibus repellendis.

Stephan. I. ep. 2. Ivo, par. 16. c. 357. *Vide* Gratian. 3. q. 4.

CCXV. Omnium anathematum vox in accuſatione vel teſtimonio aut humano judicio penitùs non audiatur, nec hi accuſare quemquam permittantur. Sed ſi quis anathematis pœnam parvi duxerit, aut in inſulam relegetur, aut exilio deputetur, ne poſſit Eccleſiam Dei ejuſque famulos perturbare.

De ſententia adversùs abſentes vel minores judicata non valenda.

CCXVI. Adversùs abſentes vel minores ſententia judicata non valebit.

Quid de Clericis qui in ſeditione arma portaverint, faciendum ſit.

CCXVII. Clerici qui in quacunque ſeditione arma volentes ſumpſiſſe reperti fuerint, amiſſo ordinis ſui gradu in Monaſterio pœnitentiæ contradantur.

Concil. Tolet. IV. c. 45.
Concil. Duziac. p. 313.
Regino, lib 1, cap. 167.
Gratian. 23. q. 8. c. 5. *Clerici.*

De his qui inebriantur, ut à communione, niſi ſe correxerint, ſuſpendantur, aut corporali ſupplicio ſubdantur.

Capitulare II. an. 803. cap. 3.

CCXVIII. Sancitum eſt ut à Preſbyteris vel Diaconibus, ſeu à reliquis Clericis, omni modo vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Itaque eum quem ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, aut quadraginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio. *Vide infrà, cap.* 270.

Quid de his Eccleſiæ Judicibus faciendum ſit qui abſentes judicare præſumunt.

CCXIX. Caveant Judices Eccleſiæ ne, abſente eo cujus cauſa ventilatur, ſententiam proferant; quia irrita erit: immò & cauſa in ſynodo profectò dabitur. *Vide ſuprà, lib. 6. cap.* 363.

Concil. Carthag. IV. c. 30.
Capitula Angilramni, c. 53.
Burchard. lib. 16. c. 14.
Ivo, par. 6. c 319.
Gratian. 3. q. 9. c. 2. *Caveant.*

De his qui apud extraneos Judices cauſam ſuam proponunt. Et de his qui priùs in proprio foro non jurgaverint. Et de Judicibus qui ſuâ negligentiâ cauſas differunt.

Lib. 4. & 6. Cod. Theodoſ. de Judiciis.

CCXX. Si quis alium crediderit accuſandum, apud provinciæ illius Judicem negotium ſuum proponat; & omnem jacturam litis incurrat qui non antè in proprio foro jurgaverit. Quòd ſi per negligentiam Judicis cauſa definita non fuerit, tantùm eum fiſco noſtro jubemus exſolvere, quantùm res ipſa de qua agitur valuiſſe cognoſcitur. Et qui conſiliis ſuis adhærent, exilio deputentur.

Quòd ruinis miſerorum oppidò ſuccurrendum ſit.

Concil. Tolet. VIII. c. 2. Capitula Angilramni, c. 69.

CCXXI. Occurrere certè miſerorum ruinis debet ſubſidio unuſquiſque, quò valeat ex relevatione alienæ vindictæ à ſe Dei removere vindictam. Libat enim Domino proſpera qui ab afflictis pellit adverſa.

Quid de vaticinatoribus falſis agendum ſit.

Ivo, par. 11, c. 24. 49.

CCXXII. Ut vaticinatores, qui ſe futura ſcire dicunt, cæſi de civitate jactentur.

Quòd in metropolitana ſede, tempore quo omnes elegerint comprovinciales Epiſcopi, ad Synodum faciendam ſit conveniendum.

Suprà, lib. 6. c. 325.

CCXXIII. Placuit definiri ut paternis inſtitutionibus obſequentes in metropolitanam ſedem, tempore quo omnes comprovincialiter elegerint Pontifices, ad ſynodum faciendam devotis ſtudiis conferantur.

Quid de Epiſcopo qui alium conculcare vel calumniare aut injuriare præſumpſerit Epiſcopum, faciendum ſit.

Ibid. 310 400.

CCXXIV. Ut nullus Epiſcopus alium Epiſcopum conculcet, eumque calumniare vel injuriare præſumat. Quòd ſi fecerit, gradûs ſui periculo ſubjacebit.

Ut nullus Presbyter in Eccleſia benedictiones publicas ſuper populum fundere, aut altare conſecrare, vel reconciliare, præſumat.

Concil. Aga h. c. 44. Concil. Bracar. I. c. 19. Capitula Herardi, c. 105. Gratian. 26. q. 6. c. 3. *Miniſtrare.*

CCXXV. Statutum eſt ut Preſbyteri benedictionem in Eccleſia ſuper plebem fundere, aut altare conſecrare aut reconciliare, aut ſubmovere vel collocare, ullo modo non præſumant. Simul & hoc ſtatutum eſt, ut altare erigere, vel de loco in locum tranſmutare, ut à quibuſdam factum audivimus, ſine Epiſcopi ſui licentia vel conſilio, cujus eſt & ipſum altare conſecrare & poſt motionem vel violationem reconciliare, Preſbyteri non perten-

rent. Quòd ſi aliter fecerint, gradûs ſui periculo ſubjacebunt.

Ut abſentibus quod ablatum eſt pleniter reſtituatur.

Interpret. L. 4. Cod. Theod. unde vi.

CCXXVI. Propter abſentes Legem volumus iterare, ut quicquid fuerit eis à qualibet perſona ablatum, totum amicis eorumque proximis vel ſervis, cùm Judicem interpellaverint, ſine dilatione reddatur; ut res quas diſcedens dominus in ſua proprietate dimiſit, integrè ab actoribus domini, quocunquè ſedeat, vindicentur. Quæcunque autem in militia conſtitutis vel abſentibus pervaſa fuerint, ſine aliqua jubemus dilatione reſtitui.

Ut ea quæ ad perpetuam utilitatem ſunt inſtituta, inconvulſa permaneant.

Vide ſuprà, lib. 6. cap. 328.

CCXXVII. Quæ ad perpetuam utilitatem ſunt inſtituta, nullâ commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum quæ ad bonum ſunt commune præfixa. Et manentibus terminis quos ſtatuerunt patres, nemo damnet alienum; ſed intrà fines proprios atque legitimos, prout quis voluerit, in latitudine ſe caritatis exerceat.

De neglegentibus officia divina, & non venientibus ad matutinalia vel veſpertinalia, ſive reliqua divina officia.

Concil. Tolet. 1. c. 5. Martin. Bracar. c. 63. Burchard. lib. 2. cap. 152. Ivo, par. 6. c. 243. Gratian. diſt. 92. c. 9. *Si quis Presbyter.*

CCXXVIII. Sancitum eſt ut ſi quis Preſbyter vel Diaconus, aut quilibet Clericus Eccleſiæ deputatus, ſi intrà civitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo Eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi ſacrificium matutinis vel veſpertinis horis ad Eccleſiam non convenerit, deponatur à clero; ſi tamen caſtigatus veniam ab Epiſcopo per ſatisfactionem noluerit promereri.

De his qui in captivitatem ducti ſunt, quid agendum ſit.

Interpret. lib. 1. Cod. Theod. de poſtliminio.

CCXXIX. Quicunque neceſſitate captivitatis ducti ſunt, & non ſuâ voluntate, ſed hoſtili deprædatione ad adverſarios tranſierunt, quæcunque in agris vel in mancipiis antè tenuerunt, ſive à fiſco poſſideantur, ſive aliquid ex his per Principem cuicunque datum eſt, ſine ullius contradictione perſonæ tempore quo redierint, vindicent ac præſumant; ſi tamen cum adverſariis non ſuâ voluntate fuerint, ſed captivitate ſe detentos eſſe probaverint.

Quòd contrà caput non ſit ſurgendum.

CCXXX. Contrà caput, etiamſi faciendum ſit, non libenter admittimus.

Ut Presbyteri per ſingulas hebdomadas, ſicut ab Epiſcopo, vel ab illo qui conſtitutus eſt ab eo, vocantur, ad civitatem conveniant abſque ulla dilatione, diſcendi gratiâ.

CCXXXI. Statutum eſt ut omnes Preſbyteri parochiæ ad civitatem per turmas, & per hebdomadas ab Epiſcopo ſibi conſtitutas, conveniant diſcendi gratiâ, ut aliqua pars in parochiis Preſbyterorum remaneat, ne populi & Eccleſiæ Dei abſque officio ſint, & aliqua utilia in civitate diſcant, ut meliores ad parochias demùm & ſapientiores, atque populi utiliores, abſoluti revertantur. Et ibi ab Epiſcopo, id eſt, in civitate, ſivè à ſuis bene doctis Miniſtris bono animo inſtruantur de ſacris lectionibus & divinis cultibus, & ſanctis canonibus, ſive de baptiſmatis ſacramentis, atque Miſſarum ſolemniis & precibus, & de reliquis officiis omnibus ſibi neceſſariis pleniter & diſtinctè ac ſingillatim imbuantur. Et omnia quæ illi per parochias docere, prædicare, ac facere debent, eos Epiſcopus & ſui bene docti Miniſtri veraciter & diſcretè doceant, ut quid facere vel quid vitare debent, ſciant; quatinùs eorum vitam benè & condignè atque inreprehenſibiliter ducant, & aliis benè vivendo bonum exemplum abſque ulla offenſione præbeant, & eorum miniſteria ſapienter & rationabiliter adimpleant, ut in nullam, quod abſit, offenſionem incidant, ſed Dei gratiam promereri valeant.

Quid de convictis in judicio de evidenti violentia faciendum ſit.

Interpret. lib. 1. Cod. Theod. ad L. Jul. de vi publ. & priv.

CCXXXII. Convictus in judicio de evidenti violentiæ crimine, reus caput * puniatur.

* *Lege* capite puniatur.

Ut Sacerdotes de incognitis rebus nihil judicare præſumant.

Suprà, lib. 6. c. 332.

CCXXXIII. Nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus eſſe judicia, nihil poſſumus de incognitis rebus in cujuſquam partis præjudicium definire, priuſquam univerſa quæ geſta ſunt veraciter audiamus.

De his qui relinquunt eccleſiaſtica officia, & ad Seculares confugiunt. Et de Clericis furtum Eccleſiæ facientibus. Sive de Clericis comam nutrientibus, vel habitum aut veſtimenta clericalia mutantibus.

Ibid. 145.

CCXXXIV. Sancitum eſt ut quiſquis Clericus, relicto officio ſuo, propter diſtrictionem ad Secularem quemlibet confugerit, & is ad quem recurrit ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem Eccleſiæ de communione pellatur.

Simulque ſancitum eſt ut ſi quis Clericus furtum Eccleſiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Concil. Agath. c. 5.
Regino, lib. 2. c. 270. & ſeq.
Burchard. lib. 11. c. 64.
Gratian. 13. q. 2. c. 11. *Clerici vel Seculares.*

Concil. Agath. c. 20. Simili modo decretum eſt ut Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiamſi noluerint, inviti detondantur. Veſtimenta verò vel calciamenta eis, niſi quæ religionem deceant, uti aut habere non liceat.

Capitulare anni 744. c. 4.

Gratian. diſt. 23. c. 22. *Clerici.*

De ſervis, inſciis vel conſciis dominis, violentiam facientibus, & qualiter hæc corrigantur.

Interpret. lib. 4. Cod. Theod. ad L. Jul. de vi publ. & priv.

CCXXXV. Servi ſi inſcio domino confeſſi vel victi fuerint violentiam commiſiſſe, addicti tormentis gravibus puniantur. Si verò jubentibus dominis violentiæ crimen admiſerint, domini qui inlicita præceperunt, notantur infamia, & nobilitatis vel honoris ſui dignitatem tenere non poſſunt. Servi autem qui talibus dominorum juſſionibus paruerunt, in metallo detrudantur. Cæterùm non liceat Judicibus diſcuſſionem violentiæ differre vel dimittere, vel donare. Si autem probaverint violentiam, & non ſtatim vindicaverint, noverint ſe periculum ſubituros. Viles autem perſonæ quæ frequenter admiſiſſe violentiam comprobantur, conſtitutâ legibus pœnâ ſuprafcriptâ omnimodis feriantur.

Qualiter deſides vel neglegentes curandi ſint.

Vide ſuprà, lib. 6. cap. 339.

CCXXXVI. Si extiterint aliqui fratres deſides vel neglegentes, quos oporteat majori auctoritate curari, ſic tamen eſt adhibenda correctio ut ſemper ſit ſalva dilectio.

Ut Clerici contumaces vel inflati contrà Epiſcopum ſuum non ſint, nec parvipendant ejus excommunicationem. Et qualiter hæc facientes ſuam recipere debeant dignitatem.

Concil. Agath. c. 2. Ivo, par. 6. c. 366. Gratian. diſt. 50. c. 21. *Contumaces.*

CCXXXVII. Statutum eſt ut contumaces Clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur. Et ſi qui prioris gradûs elati ſuperbiâ, communionem fortaſsè contempſerint, aut Eccleſiam frequentare vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita ut cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula, gradum ſuum dignitatemque recipiant.

Quòd accuſatoribus antè diſcuſſionem utriuſque partis non ſit credendum.

CCXXXVIII. Quotiens quilibet accuſator aliquid de adverſario ſuo, eo abſente, ſuggeſſerit, ei ante diſcuſſionem utriuſque partis penitùs non credatur.

De Sacerdotibus non detrahendis.

CCXXXIX. Præcipimus ut nullo vel falſo inſimulatus crimine detrahatur Sacerdos.

Ut qui Judices ſuſpectos habuerit, vocem appellationis exhibeat.

Capitula Angilramn. cap. 34.

CCXL. Si quis Judicem pro quibuſcunque cauſis adverſum ſibi ſenſerit aut habuerit fortè ſuſpectum, vocem appellationis exhibeat; ut, cùm ei conceſſum fuerit, integro negotio apud alium Judicem amotis dilationibus poſſit audiri.

Ut caveat unuſquiſque, quantùm fieri poteſt, ut alteri non faciat quod pati non vult.

CCXLI. Sicut non vult aliquis gravis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alii grave pondus imponere.

Ut diſcordantes ad altare ſive gratiam ſanctæ communionis non accedant. Et ſi unus eorum ſe correxerit, & alter diſcordans inventus fuerit, quid de his agendum ſit.

Homil. ex Cod. Lugdun. p. 7.

CCXLII. Sancitum eſt ut perſonarum diſcordantium nemo, antequam reconcilietur, ad altare Domini accedere audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipere; ſed geminato tempore per pœnitentiam compenſabitur quo diſcordiæ ſervierunt. Sed ſi unus eorum, alio contemnente, ad ſatisfactionem caritatis occurrerit, ex eo tempore ut pacificus in Eccleſiam recipiatur ex quo ad concordiam feſtinaſſe convincitur.

Quòd pœnitentes à conviviis & ornamentis, atque alba veſte, abſtinere debeant.

Paulus, lib. 1. Sentent. tit. 23. Iſaac, tit. 1. cap. 36.

CCXLIII. Qui luget, abſtinere debet à conviviis ac ornamentis, & albâ veſte.

De divinis & apoſtolicis atque Canonum decretis minimè violandis.

Hilar. in Syn. Rom. c. 1.

CCXLIV. Jubemus ut ita omnes divinis & apoſtolicis conſtitutionibus ſerviatis, ut in nullo patiamini pia Canonum decreta violari. Præcipimus etiam ut nulli fas ſit ſine ſtatûs ſui periculo, vel divinas conſtitutiones, vel apoſtolicæ ſedis decreta temerare.

De his Sacerdotibus qui de Eccleſiis ad Eccleſias inrationabiliter tranſeunt, & de illis qui in loco eorum ſunt ordinati.

Capitulare anni 744. cap. 5. Capitula Herardi, c. 48.

CCXLV. Sancitum eſt ut illi Sacerdotes qui de Eccleſiis ad Eccleſias migrant vel migraverunt, & ſuos titulos abſque licentia & conſenſu Epiſcopi dimittunt vel dimiſerunt, tamdiù à communione habeantur alieni, quandiù ad eas redierint

Eccleſias in quibus primò ſunt conſtituti. Quòd ſi alius, alio tranſmigrante, in locum viventis ordinatus eſt, tamdiu vacet ſacerdotii dignitate qui ſuam deſeruit Eccleſiam, quandiù ſucceſſor ejus quieſcat in Domino.

Quòd injuriarum actiones nonniſi præſentes accuſare poſſint.

Paulus, lib. 5. Sentent. tit. 4. CCXLVI. Injuriarum actiones nonniſi præſentes accuſare poſſunt. Crimen enim quod vindictæ aut calumniæ judicium expectat, per alios intendi non poteſt.

Quòd amicitiam protegat omnis qui non contendit.

Suprà, lib. 6, c. 342. CCXLVII. Omnis qui non contendit, protegit amicitiam. Nam & Apoſtolus ad I. Cor. 3. Corinthios ſcribit: *Cùm ſint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?* Philipp. 2. *Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate mentis invicem æſtimantes ſemetipſos, non ſua ſinguli reſpicientes, ſed aliorum.*

Ut quod Eccleſia tricennali jure poſſederit, nulli liceat pro hoc deinceps appellare. Et de raptoribus viduarum vel virginum. Et ut feminæ ſacris altaribus non miniſtrent.

Gelaſ. I. ep. 10. c. 1. Capitula Herardi, c. 79. Iſaac, tit. 5. c. 7. Concil. Troſl. c. 8. Regin. lib. 2. c. 18. Burchard. lib. 3, cap. 143. Capitular. lib. 1, c. 98. Ibid. c. 17. CCXLVIII. Statutum eſt ut facultates Eccleſiæ, necnon & diœceſes quæ ab aliquibus poſſidentur Sacerdotibus, jure ſibi vindicent quod tricennalia lex concluſit, & ultra triginta annos nulli liceat pro id appellare quod legum tempus excluſit. Simulque ſancitum eſt ut raptores viduarum vel virginum ab Eccleſiæ communione pellantur. Et ut feminæ ſacris altaribus non miniſtrent, vel aliquid ex his quæ virorum ſunt officiis depurata præſumant.

De Judicibus contrà Legem judicantibus, & Legem audire nolentibus.

Ivo, par. 16. c. 318. CCXLIX. Quicunque Judex oblatas ſibi in judicio leges vel juris ſpecies audire noluerit, & contra eas judicaverit, ex hac re convictus, in carcerem deputetur.

De imperitis, ut peritis non præferantur.

CCL. Valdè iniquum eſt ut imperiti magiſtris, novi antiquis, vel rudes præferantur emeritis.

Ut liceat litigatoribus vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare, & appellatores in nullam cuſtodiam rediganter.

Inſt. c. 333. CCLI. Judices obſervare debent ut liceat litigatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare, & appellatores nec in carcerem rediganter, nec à militibus faciant cuſtodire, ſed agendum negotium ſuum liberi obſervent. Nec etiam in ſupplicium deſtinatis appellandi vox denegetur.

Ut nullus falſum teſtimonium dicat. Et de periculo falſorum teſtium, ſeu pœnitentiâ vel abjectione eorum.

Capitulare Theodulfi, cap. 27. CCLII. Volumus atque præcipimus ut omnes à falſo teſtimonio ſe abſtineant, ſcientes & hoc graviſſimum ſcelus eſſe, & ab ipſo Domino in monte Sinaï prohibitum, dicente eo: *Non falſum teſtimonium dixeris.* Exod. 23. Sive: *Falſus teſtis non erit impunitus.* Proverb 19. Sciat etiam ſe, quiſquis hoc perpetraverit, tali pœnitentiâ purgandum ſicut de perjurio, aut tali damnatione & excommunicatione feriendum ſicut de homicidio vel perjurio. Summa enim ſtultitia & nequitia eſt ut aliquis homo qui Chriſtiano nomine cenſetur, pro cupiditate argenti & auri, aut veſtimentorum ſive agrorum vel cujuſlibet rei, ſicut ſæpè contingere ſolet, propter ebrietatem aut ventrisingluviem, in tam grande ſcelus corruat ut aut ſeptem annis in arcta ærumna ſit, aut ab Eccleſia ſit repulſus, dicente Domino: *Quid prodeſt homini ſi lucretur univerſum* Matth. 16. *mundum, animæ verò ſuæ detrimentum* Marc. 8. *faciat?*

Quòd eandem pœnam paſſurus ſit accuſator, ſi convincere accuſatum non potuerit, quam reus paſſurus erat.

CCLIII. Pœnam quam reus paſſurus erat, accuſator excipiat ſi convincere eum non potuerit. Nemo poteſt debitorem plus agnoſcere, quàm ille qui injuriæ ſuſtinuit nequitiam. *Vide infrà, cap.* 365.

Capitula Angilramni, c. 52.
Capitula Herardi, c. 80.
Burchard. lib. 16. cap. 3.
Ivo, par. 6. c. 324.
Gratian. 2. q. 3. c. 3. *Qui non probaverit*; & q. 6. c. 18. *Qui crimen.*

Quòd prolator ſemper ſcripturam adfirmare debeat.

CCLIV. Statutum eſt ut ſcripturam prolator adfirmet. Nam ſi is qui ſcripturam protulit, ejus non adſtruxerit veritatem, ut falſitatis reum eſſe declinendum.

Ut omnes Fideles ſuis Epiſcopis fideliter obediant.

CCLV. Qui Epiſcopum ſuum noluerit audire, & excommunicatus fuerit, & renuerit, perennem condemnationem Epiſcoporum apud Deum ſuſtineat, & inſuper à palatio noſtro ſit omninò extraneus,

& omnes facultates ejus ad legitimos parentes perveniant.

De homicidis quid agendum ſit.

Decretio Childeberti, c. 5. Iſaac, tit. 6 c. 18. Concil. Trull. c. 13.

CCLVI. De homicidis ita juſſimus obſervare, ut quicunque auſu temerario alium ſine cauſa occiderit, vitæ periculo feriatur, & pretio nullo ſe redimere unquam valeat. Et ſi convenerit ut ad compoſitionem quiſque deſcendat, nullus de parentibus aut amicis eum quicquam adjuvet. Quòd ſi fecerit, ſuum wirgildum omninò componat.

Quid de furibus & malefactoribus ſit agendum.

Decretio Childeberti, c. 7. Ivo, par. 13. c. 6; & par. 16. c. 358.

CCLVII. De furibus & malefactoribus decrevimus obſervari, ut ſi quinque aut ſeptem bonæ fidei homines, abſque inimicitia propoſita criminoſum cum ſacramenti interpoſitione eſſe dixerint, quomodò contra legem furtum perpetravit, ſic ſecundùm legem moriatur. Et ſi Judex comprehenſum latronem laxaverit, vitam ſuam amittat, & ut cæteri diſciplinam omnibus obſervent.

De inceſtis quid agendum ſit.

Iſaac, tit. 4. cap. 10.

CCLVIII. Ut inceſtum nullus ſibi umquam ſociet conjugium. Quod ſi contigerit, ab Epiſcopo loci illius ſeparentur, & publicam ſeptem annorum juxtà canonicos gradus ambo agant pœnitentiam. Qui autem hoc agere noluerit, ab omnibus ut anathema habeatur.

De accuſatoribus non facilè recipiendis, nec abſque certa probatione quibuſquam judicandis vel damnandis.

CCLIX. Omnia primò diligenter cunctos oportet inquirere, ut cum juſtitia definiantur. Nullus quemquam ante juſtum judicium damnet, nullum ſuſpicionis arbitrio judicet. Priùs quidem probet, & ſic judicet; non enim qui accuſatur, ſed qui convincitur, reus eſt: peſſimum namque & periculoſum eſt quemquam de ſuſpicione judicare. In ambiguis Dei judicio reſervetur ſententia: quod certè agnoſcunt, ſuo; quod neſciunt, divino reſervent judicio. Quoniam non poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo judicio reſervavit. Incerta namque non debemus judicare quoadusque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & inluminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quamvis enim vera ſint; non tamen credenda ſunt niſi quæ certis indiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur.

De Chorepiſcoporum ſuperſtitione atque damnatione.

Capitulare I. an. 803. cap. 4.

CCLX. Omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris notum eſſe volumus, quia non parva quæſtio de Chorepiſcoporum ſuperſtitione ad nos non ſemel aut bis aut ter venerat, ſed ſæpiſſimè noſtris auribus moleſtiam intulerat. Ipſa enim quæſtio non ſolùm inter Clericos, ſed etiam inter Laicos crebriùs ventilabatur. Dicebant ergò Preſbyteri, Diaconi, & Subdiaconi à regularibus Epiſcopis ordinati, non eſſe eos Preſbyteros vel Diaconos, aut Subdiaconos, qui à Chorepiſcopis videbantur quaſi ſacrati, nec ſacerdotale eos debere peragere officium, niſi forent à canonicè ordinatis Epiſcopis conſummati. Sumentes quoquè de canonica auctoritate ſanctionem, affirmabant à Chorepiſcopis ordinatos vulneratum potiùs quàm epiſcopaliter ſanctificatum per illam manûs impoſitionem habere caput. Ubi autem vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, quâ poſſit recipere ſanitatem. Similiter & Laici dicebant, quòd talium Miniſtrorum vel Sacerdotum, id eſt, qui à Chorepiſcopis erant quaſi ordinati, officia audire nollent, nec eorum infantes majores vel minores aut familiam eorum per manûs impoſitionem conſignari vel confirmari uſquam vellent, ne magis vulnus quàm benedictionem acciperent. Quod jurgium cùm enucleatiùs diſcutere voluiſſemus, placuit nobis ex hoc apoſtolicam Sedem conſulere, jubente canonicâ auctoritate atque dicente: *Si majores cauſæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem apoſtolicam, ut ſancta Synodus ſtatuit & beata conſuetudo exigit, incunctanter referatur.* Quapropter Arnonem Archiepiſcopum ad Leonem Apoſtolicum miſimus, ut inter cætera quæ ferebat, etiam eum ex hoc interrogaret; ut quicquid ſuper his definiendum eſſet, apoſtolicâ auctoritate à noſtris Epiſcopis regulariter ſopiretur. Qui nobis verbis & ſcriptis ab eo renuntians hæc non eſſe neceſſe iterare vel definire, quia ſæpiſſimè à ſuis prædeceſſoribus & à multis ſanctis Epiſcopis atque ſynodalibus ſanctionibus eos eſſe prohibitos atque damnatos; & ideò non eſſe neceſſe ventilare, ſed definita tenere. Dixit enim nullum fore Preſbyterum vel Diaconum aut Subdiaconum ab eis ordinatum, nec Eccleſiam ab eis dedicatam, nec virginem

Decreta Innoc. I. c. 13.

Ibid. c. 10.

Concil. Hiſp. pag. 298, c. 7.

conſecratam, nec quemquam confirmatum, nequè quicquam quod de epiſcopali miniſterio præſumpſêre eſſe peractum, ſed quicquid ex his ab eis inlicitè erat præſumptum, omnia à canonicè ordinatis Epiſcopis debere ritè peragere & in melioremſtatum reformare; quia quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit ut videatur iteratum. Prædictos autem Chorepiſcopos omnes præcepit damnare, & in exſilio detrudi. Iſta verò omnes, maximè regni nobis à Deo commiſſi Epiſcopi cum eodem Arnone, permittente præfato Apoſtolico, mitiùs tractantes, jamdictos villanos Epiſcopos inter Preſbyteros ſtatuerunt, ita ut amplius nihil de epiſcopali miniſterio præſumerent, nec ipſi deinceps à quoquam fierent qui gradûs ſui periculum vitare vellet. Decretum namque eſt in illa Synodo quam Reginiſburc pro eadem, vel pro aliis cauſis, apoſtolicâ auctoritate præfato prætexto habuimus, nihil ex prædictis à quoquam eorum agere nec facere volentibus conſentire, ſed quicquid ab his epiſcopaliter præſumptum eſt, à canonicè ordinatis Epiſcopis peragi debere, nec ullum uſquam de epiſcopali miniſterio à Chorepiſcopis aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat quod aliquis horum accipere potuiſſet; quoniam quod non habuit quis eorum, dare non potuit. Nam Epiſcopi non erant, quia nec ad quandam civitatis epiſcopalem ſedem titulati erant, nec canonicè à tribus Epiſcopis ordinati. Ideò de epiſcopali miniſterio nihil agere potuerunt. Et idcircò non oſtenditur geſtum quod præfixi agere putaverunt; quia quod non habuerunt, nullatenùs dare potuerunt. Ideò namque nulla cauſa permittit ut videatur iteratum quod de cauſis memoratis à canonicè ordinatis Epiſcopis cognoſcitur regulariter peractum. Undè & cùm ſæpè quæſtio de malè accepto honore naſcatur, quis ambigat nequaquam eſſe tribuendum quod non decet fuiſſe conlatum. Scimus enim, ſicut & in antiquis Patrum legimus decretis, poſſe verâ ac juſtâ legitimi Epiſcopi benedictione auferre omne vitium quod à vitioſo fuerat injectum.

Leo I. ep. 92. c. 15. Capitula Herardi, c. 33.

Baron. to. 9. p. 671. Præfatio noſtra ad Rhaban. de Chorepiſc.

Decreta Innoc. I. c. 53.

Leo I. ep. 92. c. 1.

De rebus eccleſiaſticis abſque juſſione proprii Epiſcopi non diſpenſandis.

CCLXI. Placuit ut Epiſcopi rerum eccleſiaſticarum in omnibus, juxta ſanctorum canonum ſanctiones, plenam ſemper habeant poteſtatem. Nullus eas dare vel accipere abſque proprii Epiſcopi audeat juſſione; nullus eas invadere vel vaſtare, aut quoquo modo deteriorare, præſumat. Nam devaſtantibus Eccleſias earumque res nihil aliud intelligimus quàm contrà illum æterni imperii Deum ejuſque majeſtatis homines movere certamen, cùm illæ ædes illi die noctuque famulentur, & illi ſint conſecratæ. Videant ergò vaſtantes, eaſque invadentes, prænuntiamus, ne ab illo, ſi ſe commoveat, vaſtentur & diſperdantur cujus percuſſionem montium dorſa ferre non poſſunt. Nos verò iſta nec agere volumus, nec facere volentibus conſentire; ne nos ipſos, quod abſit, perdamus, aut ſe perdere volentibus conſentiamus. Quapropter præcipimus ut ſi quis ex jure eccleſiaſtico hactenùs noſtrâ largitate aliquid poſſedit, ſi illa deinceps habere voluerit, ut ad proprios Epiſcopos veniat, & ab eis & à Præpoſitis Eccleſiarum undè eſſe videntur, quocunque modo juſtè potuerit, hæc impetrare ſatagat, & nihil ex eis aliter ambiat aut concupiſcat, vel accipiat, ne cupidos ſanctarum rerum ignis qui in eis eſt favilloſiùs exuat. Undè & in ſacris canonibus Spiritu Dei conditis decretum habetur ita: *Si quis oblata dederit vel acceperit præter Epiſcopum, vel eum qui conſtitutus eſt ab eo ad diſpenſandum miſericordiam pauperibus, & qui dat & qui accipit, anathema ſit.* Scimus enim anathematos homines, & in præſenti ſeculo infames eſſe ac perditos, & à conſortio fidelium in omnibus abſque pane & aqua fieri alienos, atque ſi abſque Eccleſiæ ſatisfactione de hac vita receſſerint, a regno Dei fore extorres. Quam foveam cavere diſſimulans vel recuſans, noſtrâ ſe ſciat per omnia carere ſocietate; quia non ſolùm qui faciunt, ſed qui facientibus prava conſentiunt, rei ſunt. Satiùs enim nobis eſt regnum non habere terrenum, quàm æternum perdere: plus verò me credo poſſe Deum per ſuorum Sanctorum merita adjuvare, quàm omnem militiam ſecularem. Quapropter omnes ſcire cupimus, ſi ſuper his quibus fruimur bonis univerſum mundum lucrari potuiſſemus, noſtram veſtraſque animas perdere noluiſſemus, nec ſe pro prædictis cupiditatibus perdere volentibus aſſentire. Teſtante namque evangelicâ tubâ didicimus nihil prodeſſe homini univerſum mundum lucrari, ſi animæ ſuæ detrimentum patiatur. Et iterùm: *Quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Et iterùm: *Ibunt*

Fleodoard. pag. 320.

Capitulat. lib. 5. c. 24.

Rom. 1.

Supra, c. 252.

Matth. 16. & 25.

Capitulare III. anni 814. c. 3. Capitula Herardi, c. 81.

hi in ſupplicium ſempiternum, juſti autem in vitam æternam.

Ut mulieres non ingrediantur ad altare. Et ut baptizandi fidei ſacramento inſtruantur, & poſt baptiſmum chriſma cœleſte per Epiſcoporum manûs impoſitionem percipiant.

Capitular. lib. 1. c. 17. Concil. Laodic. c. 46. & ſeq. Martin. Bracar. c. 49. Concil. Paris. VI. lib. 1. c. 6. Burchard. lib. 4. c. 9. Ivo, par. 1, c. 204. Gratian. diſt. 4. c. 58. de Conſecr. *Baptizandos.*

CCLXII. Non oportet mulieres ingredi ad altare.

Baptizandos verò oportet fidei Symbolum diſcere, & quintâ feriâ ſeptimanæ majoris Epiſcopo vel Preſbyteris reddere. Et qui in ægritudine conſtituti baptiſmum percepérint, ſanati fidei Symbolo doceantur, ut noverint quantâ natione digni ſunt habiti. Oportet etiam baptizatos poſt baptiſmum chriſma cœleſte percipere, & regni Chriſti participes fieri. *Vide infrà, cap.* 404.

Quòd non conveniat catechumenis vel pœnitentibus in Paſcha vel Penteceſten, aut Nativitate Domini, baptiſmum vel ante canonicam reconciliationem Sacramentum dominici corporis dare, ſed tantùm ſal benedictum.

Concil. Carth. III. c. 5. Ferrand. c. 116. Burchard. lib. 4. c. 17. Ivo, par. 1. c. 112. Albaſpin. lib. 2. Obſerv. c. 35. 36.

CCLXIII. Ut per ſolemniſſimos paſchales dies ſacramentum catechumenis non detur, nec eis qui à liminibus Eccleſiæ ſunt excluſi, neque eis, ante canonicam reconciliationem, qui publicam gerunt pœnitentiam, ſed tantùm benedictum ſal à Sacerdotibus pro communione tribuatur. Et quia apud fideles per illos dies ſacramenta non mutantur, nec apud catechumenos vel publicè pœnitentes oportet mutare. *Vide infrà, Addit. IV. cap.* 63. & 76.

Ut in Synodo priùs generales cauſæ, quæ ad normam Eccleſiæ pertinent, finiantur, & poſteà ſpeciales ventilentur.

Concil. Arvern. I. c. 1. Burchard. lib. 1. c. 58. Ivo, par. 1. cap. 168.

CCLXIV. Placuit ut quotiens ſecundum ſtatuta Patrum ſynodus congregata fuerit, nullus Epiſcoporum vel Preſbyterorum aliquam priùs cauſam ſuggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ & ad ſeveritatem regulæ animæque remedia pertinent, finiantur.

De his qui res Eccleſiæ à Principibus petunt, ut irrita habeantur quæ obtinent, & ipſi communione priventur.

CCLXV. Qui reculam Eccleſiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione Eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur. *Vide infrà, cap.* 409.

Concil. Arvern. I. c. 5.
Capitulare anni 744. c. 8.
Capitulare III. anni 814. c. 4.
Burchard lib. 15. c. 36.
Ivo, par. 16. c. 37.
Lib. 3. Decretal. tit. 13. c. 2.
Vide Sirmond. ad tit. 6. Capitul. Karoli Calvi. Notas ad Concord. Regular. pag. 231.
Notas mſſ. ad Concil. Lateran. Callixti II.

Ut nullus Epiſcopus de alterius Epiſcopi diœceſi quicquam præſumat.

Concil. Arvern. I. c. 10.

CCLXVI. Ne parochias cujuſlibet Epiſcopi alterius civitatis Epiſcopus canonum temerator invadat, & veſanæ cupiditatis facibus inflammatus, ſuiſque admodùm non contentus, rapiat aliena. *Vide infrà, cap.* 410.

Ut hi qui res Eccleſiæ invadunt, vaſtant, vel diripiunt, ſi monente Epiſcopo non ſe correxerint, communione priventur.

Capitular. lib. 6. cap. 134.

CCLXVII. Si quis cujuſcunque munuſcula Eccleſiæ, ſanctis ſcripturarum titulis conlata, nefariâ calliditate abſtulerit, fraudaverit, invaſerit, retentaverit, atque ſuppreſſerit, & non ſtatim à Sacerdote commonitus Deo auxiliante reddiderit, ab Eccleſiæ catholicæ communione pellatur. *Vide infrà, cap.* 411.

Ut poſteriores Epiſcopi non ſe præponant prioribus.

CCLXVIII. Ut nullus Epiſcopus prioribus ſuis ſe audeat anteponere.

Concil. Afric. c. 53.
Ferrand. c. 78.
Capitula Herardi, c. 54.
Burchard. lib. 1. c. 56.

Ut Clerici qui ſine epiſtolis Epiſcopi ſui extrà propriam parochiam profecti fuerint, communione priventur. Et ſi incorrigibiles appa[illegible]erint, verberibus arceantur.

CCLXIX. Clericis ſine commendatitiis epiſtolis Epiſcopi ſui licentia non pateat evagandi, & in omni loco ad quem ſine epiſtolis Epiſcopi ſui, ut dictum eſt, venerint, à communione habeantur alieni. In Monachis quoquè par forma ſervetur; quos ſi verborum increpatio non emendaverunt etiam à verberibus ſtatuimus coerceri. *Vid. infrà, Add. IV. c.* 157.

Concil. Venetic. c. 5. 6; & Agath. c. 38.
Regino, lib. 1. c. 429.
Burchard. lib. 2. cap. 142.
Ivo, par. 6. c. 215.
Gratian. 21. q. 4. c. 3. *Monachum.*

De Clericis, ſi ebrietatem non vitaverint, ut excommunicentur aut verberentur.

Conc. Venetic. c. 13. Concil. Agat. c. 41. Iſaac, tit. 11. cap. 25. Gratian. diſt. 35. c. 9. *Hæc omnia.*

CCLXX. Ante omnia Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Nec quis poteſt liberum corporis ſui ac mentis habere judicium, qui, caprus vino, à ſenſu probatur alienus; & procliviùs ad judicium mens labefacta ducitur,

citur, ut plerumque poſſit peccatum aut crimen, dùm neſcit, incurrere. Ignorantia verò talis non poteſt effugere pœnam, quam ex voluntaria amentia manaſſe conſtiterit. Itaque quemcunque ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, aut quadraginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum eſſe ſupplicio. *Vide ſuprà, cap.* 218.

Regin. lib. 1. c. 134. Burchard. lib. 14. cap. 11. Ivo, par. 13. c. 79.

De his qui per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverint.

CCLXXI. Si quis per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverit, & convictus fuerit, Eccleſiæ liminibus & Catholicorum communione, niſi dignè pœnituerit, arceatur.

Concil. Agath. c. 32. Capitula Herardi, c. 138. Burchard. lib. 15, c. 5. Ivo, par. 6. c. 367; & par. 16. c. 6. Gratian. 5. q. 6. c. 8. *Si quis verò.*

Ut Laici non ordinentur niſi religione præmiſſâ. Et ut monaſteriis puellarum probatæ vitæ homines præſigantur.

CCLXXII. Præcipimus ne Laicus, niſi religione præmiſsâ, Clericus fiat. In monaſterium verò puellarum nonniſi probatæ vitæ & ætatis provectæ ad quaſcunque earum neceſſitates vel miniſtrationes permittantur intrare. Ad faciendas verò Miſſas Clerici qui ingreſſi fuerint, ſtatim peracto miniſterio regredi feſtinent. Aliter autem nec Clericus nec Monachus juvenis ullum ad puellarum congregationem habeat acceſſum, niſi hoc paterna aut germana neceſſitudo probetur admittere.

Concil. Epaon. c. 37. & ſeq. Conc. Mogunt. anno 813. c. 26. Capitulare L. an. 813. c. 5. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 46. Spicileg. tom. 9. p. 64. c. 14.

De his qui diſtrictionem Epiſcoporum circà ſe auſteriorem putaverint, quid agendum ſit.

CCLXXIII. Si quis Clericorum circa ſe aut diſtrictionem aut retractationem Epiſcopi ſui putat injuſtam, juxtà antiquas Conſtitutiones recurrat ad ſynodum.

Concil. Carthag. IV, c. 30. Concil. Aurelian. III. c. 20. Gratian. 11 q. 3. c. 30. *Clericus.*

De conſpiratione Clericorum vel Monachorum, aut Laicorum.

CCLXXIV. Si quis Clericorum, ut in multis locis, Diabolo inſtigante, actum fuiſſe perpatuit, rebelli auctoritate ſe in unum conjuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta inter ſe data aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationibus hæc præſumptio prævellatur; ſed res detecta, cùm in ſynodum ventum fuerit, in præſumptoribus juxta perſonarum & ordinum qualitatem à Pontificibus qui tunc in unum collecti fuerint, vindicetur; quia ſicut caritas ex præceptis dominicis, corde, non chartulæ conſcriptione vel conjuratione, eſt exhibenda, ita quod ſuprà ſacras admittitur ſcripturas, auctoritate & diſtrictione pontificali eſt reprimendum.

Concil. Aurelian. III. c. 21. Gratian. 11. q. 1. c. 25. *Si qui Clericorum.*

De his qui res Eccleſiæ traditas invadunt vel vaſtant, aut abſque proprii Epiſcopi conſenſu accipiunt, quid agendum ſit.

CCLXXV. Si quis res Eccleſiæ debitas vel proprias Sacerdotis horrendæ cupiditatis inſtinctu occupaverit, retinuerit, aut à poteſtate ex competitione perceperit, ſi eas non reſtituat, nullis ſe rebus excuſet. Quòd ſi agnito jure eccleſiaſtico non ſtatim Eccleſiæ vel Sacerdoti reformaverit, aut ut ipſum jus agnoſcere poſſit, in judicium electorum venire diſtulerit, tamdiù à communione eccleſiaſtica ſuſpendatur, quandiù, reſtitutis rebus, tam Eccleſiam quàm Sacerdotem reddat indemnem. Similis etiam his qui oblationes defunctorum Eccleſiis vel Sacerdotibus legaliter dimiſſas quolibet ordine adſignare tardaverint, vel retinere præſumpſerint, diſtrictionis eccleſiaſticæ juxtà priores canones forma ſervetur. Cui etiam ſententiæ ſubjacebit quiſquis ſibi quolibet ordine quod pro devotione ſua Eccleſiis dedit, revocare præſumpſerit. Abbatibus, Preſbyteris, cæteriſque Miniſtris de rebus eccleſiaſticis vel ſacro miniſterio traditis nil alienare vel obligare, abſque permiſſione & ſubſcriptione Epiſcopi ſui, liceat. Quod ſi præſumpſerint, degradentur, communione conceſsâ; & quod temerè præſumptum aut alienarum eſt, ordinatione Epiſcopi revocetur.

Concil. Aurel. III c. 22. 23. Iſaac, tit. 6. c. 7. & ſeq. Gratian. 12. q. 2. c. 41. *Abbatiſſæ.*

De his quæ die dominico agi prohibentur vel permittuntur.

CCLXXVI. Audivimus perſuaſum eſſe populis die dominico agi cum caballis aut bubus vel vehiculis itinera non debere, neque ullam rem ad victum reparare, vel ea quæ ad nitorem domûs vel hominis pertinent, nullatenùs exercere; quæ res ad Judaïcam ſuperſtitionem magis quàm ad Chriſtianam obſervantiam pertinere probatur. Quapropter ſtatuimus ut die dominico quod antè fieri licuit, liceat. A rurali tamen opere, id eſt, opere aratri vel vineæ, vel ſectione meſſis, excuſſione exarto, vel ſepe cenſuimus abſtinendum, quò faciliùs ad Eccleſiam venientes orationis gratiâ vacent. Quòd ſi inventus fuerit aliquis in operibus ſupraſcriptis, aut quæ in-

Concil. Aurel. III can. 28. Capitulare an. 755. c. 14. Concil. Autiſſiod. c. 16; Metenſ. II. c. 1; Narbon. c. 4. Filefac. to. 1. p. 325. *Vide* to. 2. Sirmond. p. 292. c. 353; 547. c. 5; 551. c. 191; 594. c. 18.

terdicta ſunt exercere præſumpſerit, qualiter hæc emendare debeat, non in Laicorum diſtrictione, ſed in Sacerdotis caſtigatione conſiſtat.

De his qui ante finitam Miſſam de Eccleſia egredi præſumunt.

Notæ ad Gratian. p. 501.

CCLXXVII. De Miſſis nullus Laicorum antè diſcedat, quàm Dominica dicatur Oratio. Et ſi Epiſcopus præſens fuerit, ejus benedictio expectetur. Neque ante Miſſam expletam quis egredi præſumat.

Concil. Aurelian. I. c. 26.
Concil. Aurelian. III. c. 29.
Regino, lib. 1. c. 196.
Burchard. lib. 3. c. 29.
Gratian. diſt. 1 de Conſecr. c. 65. *Cùm ad celebrandas.*

De his qui in Eccleſia cum armis intrare præſumunt.

Concil. Aurelian. III. c. 29.

CCLXXVIII. Sacrificia matutina Miſſarum, ſive veſpertina, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum uſum expectet. Quod qui fecerit, in Sacerdotis poteſtate conſiſtat quali eum diſtrictione debeat caſtigare.

Ut Laici in Eccleſia infrà cancellos ſtare non præſumant.

CCLXXIX. Ut Laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrantur, inter Clericos, tam ad Vigilias quàm ad Miſſas, ſtare penitùs non præſumant. Sed pars illa quæ à cancellis versùs altare dividitur, choris tantùm pſallentium pateat Clericorum. Ad orandum verò & communicandum laicis & feminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorum.

Concil. Turon. II. c. 4.
Capitulare anni 744, cap. 6.
Burchard. lib. 3. c. 102.
Ivo, par. 2. c. 137.
Decretal. lib. 3. tit. 1. c. 1.

De his qui Sabbato ſancto Paſchæ horâ nonâ jejunium ſolvunt.

Capitula Herardi, c. 8. *Vide* Homil. ex Cod. Legd. p. 10.

CCLXXX. Quidam ſabbato ſancto ab hora nona jejunium ſolvunt, conviviis utuntur; & dum ſol ipſe eâdem die tenebris palliatus lumina ſubduxerit, ipſaque elementa turbata mœſtitiam totius mundi oſtenderint, illi jejunium tamen diei polluunt, epuliſque inſerviunt. Et quia totum eundem diem univerſalis Eccleſia propter paſſionem Domini in mœrore & abſtinentia peragit, quicunque in eo jejunium, præter parvulos, ſenes, & languidos, ante peractas indulgentiæ preces perſolverit, à paſchali gaudio depellatur; nec in eo ſacramentum corporis & ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſſionis ejus per abſtinentiam non honorat. *Vide infrà, cap.* 430.

Homil. ex Codic. S. Galli, p. 3.

Ivo, par. 4. c. 42.

De purgatione Sacerdotum, qualiter facta fuerit Warmatiâ, ſecundâ vice.

CCLXXXI. Omnibus vobis, tam præſentibus quàm & futuris, ſcire cupimus quia ideò conſultu Sedis apoſtolicæ, & omnium noſtrorum Epiſcoporum ac reliquorum Sacerdotum, atque maximè cunctorum fidelium noſtrorum, de purgatione criminarorum Sacerdotum tanta tractavimus, eamque cum teſtibus, ſicut in anteriori Capitulari noſtro continetur, fieri decrevimus, quoniam neſciebamus eandem cauſam à beato Gregorio Papa eſſe definitam. Nam cùm Warmatiâ generalem conventum habuiſſemus, adlata eſt nobis à Riculfo Mogontiacenſi Metropolitano epiſtola beati Gregorii Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: *De Presbytero verò vel quolibet Sacerdote à populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes qui crimini inlato non adprobent veritatem, jus jurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate cui nuda & aperta ſunt omnia; ſicque maneat in proprio gradu.* Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, in judicio Epiſcoporum juxtà canonicam ſanctionem definienda relinquimus; ut hæc, quandò orta fuerint, ita definire ſatagant, ut nec ſecundùm ſeculum juſtam reprehenſionem, nec penès Deum, quod abſit, damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

Supra, pag. 385.

Gregor. II. ep. 9. c. 3. Burchard. lib. 2. cap. 186.

De recto judicio ab omnibus judicando. Et de litibus & contentionibus cavendis.

CCLXXXII. Omnes monemus ut lites vel contentiones non rectè judicatas ad patientiæ culmen perducere ſtudeant, ſicut Dominus noſter Jeſus Chriſtus in mandatis ſuis nos admonet, dicens: *Juſtè judicate, filii hominum.* Et: *In quocunque judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Et iterùm: *Munera excæcant oculos ſapientium, & tollunt verba juſtorum.* Qui conſentit, non rectè judicat. Sic docet præceptum Domini: *Quod tibi non vis fieri, ne facias.* Væ vobis, Judices & Principes, qui ab impio accipitis munera, & juſtitiam juſti aufertis ab eo. Et rememoramini quod dicitur: *Reddet Deus unicuique ſecundùm opera ſua, vel ſecundùm juſtitiam ſuam.*

Deuteron. 1. 16. Matth. 7. 2. Deuteron. 16. 19. Exod. 23. 8.

Ut teſtes, priuſquàm de cauſa interrogentur, ſacramento conſtringantur.

CCLXXXIII. Teſtes, priuſquam de cauſa interrogentur, ſacramento debere conſtringi, ut jurent ſe nihil contra veri-

Interpret. lib. 3. Cod. Theod. de fide teſt. & inſtrum.

Iſaac, tit 01. c. 2. Ivo, par. 16. c. 204.

tatem dicturos. Hæc etiam jubemus, ut honeſtioribus magis quàm vilioribus teſtibus fides potiùs admittatur. Unius autem teſtimonium, quamlibet ſplendida & idonea videatur eſſe perſona, nullatenùs audiendum.

Ut Epiſcopos vel Sacerdotes, aut Clericos, in judiciis ſecularibus nullus accuſet.

L. 12. Cod. Theod. de Epiſc. & Clericis.

CCLXXXIV. Manſuetudinis noſtræ lege prohibemus in judiciis Epiſcopos accuſari; ne dum adfutura ipſorum beneficio impunitas æſtimatur, libera ſit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid eſt igitur querelarum quod quiſpiam defert, apud alios potiſſimùm Epiſcopos convenit explanari, ut opportuna atque commoda cunctorum quæſtionibus audientia commodetur.

De privilegiis Eccleſiarum & Clericorum non violandis.

Suprà, lib. 6. c. 368.

CCLXXXV. Privilegia quæ olim reverentia religionis obtinuit, mutilari ſub pœnæ etiam interminatione prohibemus; ita ut hi quoquè qui Eccleſiæ obtemperant, his quibus Eccleſia beneficiis perfruantur.

Ut mancipia quæ Judæi emerint aut circumciderint, ab eorum poteſtate auferantur.

CCLXXXVI. Si quis Judæorum Chriſtianum ſervum vel cujuſlibet alterius ſectæ emerit & circumciderit, à Judæi ipſius poteſtate ſublatus in libertate permaneat.

L. 1. Cod. Theod. *ne Chriſt. mancip. Judæus habeat.*
Iſaac, tit. 11. c. 27.
Burchard. lib. 4. c. 90.
Ivo, par. 1. c. 284.

De his quæ à prioribus Principibus circà Eccleſiarum utilitates ſunt ordinata, ut immota permaneant ſemper

Ibid. 367.

CCLXXXVII. Ea quæ circà catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas, vel parentum noſtrorum auctoritas religioſa conſtituit, vel noſtra ſerenitas roboravit, novellà ſuperſtitione ſubmotâ, integra & inviolata cuſtodiri præcipimus.

De integra reſtitutione.

Interpret. tit. 8. lib. 1. Sentent. Pauli.

CCLXXXVIII. Integra reſtitutio dicitur, ſi quandò res quælibet aut cauſa quæ perierat, in priorem ſtatum reparatur, vel id quod alicui ſublatum eſt, reformatur; ita ut eorum cauſæ vel res in integrum revocentur qui aut per timorem poteſtatis alicujus compulſi ſunt, aut fraude vel errore decepti ſunt, aut per captivitatem, vel quamcunque injuſtam neceſſitatem, ſubſtantiam ſuam aut ſtatum ingenuitatis perdidiſſe noſcuntur; aut ii qui pro neceſſitate longæ peregrinationis abſentant, vel reſtauranda ea quæ in damnis minorum geſta eſſe probantur.

De his quæ injuſtè ablata ſunt, ut juſtè Legibus in integrum reſtituantur.

Ibid.

CCLXXXIX. Quotiens de revocanda re vel cauſa integræ reſtitutionis beneficium petitur, aut in rem aut in perſonam agendum eſt, ut res ipſa quæ ſublata eſt, recipiatur. Et cùm in perſona actio cœperit intendi, is qui rem indebitè abſtuliſſe convincitur, id quod ſublatum eſt intrà annum, in quadruplum reformet; poſt annum vero, in duplum reddendum eſt.

Ut Eccleſiarum vel Clericorum ſervos à Judicibus non liceat vexari.

Concil. Tolet. III. c. 11. Capitulare anni 744, c. 7. Ivo, par. 3. c. 138. Gratian. 12. q. 2. c. 29. *Eccleſiarum.*

CCXC. Eccleſiarum ſervos & Epiſcoporum vel omnium Clericorum à Judicibus vel Actoribus publicis in diversis angariis non fatigari divinâ præcipimus auctoritate. Undè omne Concilium à pietate glorioſiſſimi Domini noſtri popoſcit ut tales deinceps auſus inhibeat, ſed ſervi ſuprascriptorum officiorum in eorum uſibus vel Eccleſiæ laborent. Si quis verò Judicum aut Actorum Clericum aut ſervum Clerici vel Eccleſiæ in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, à communione eccleſiaſtica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

Ut de criminibus definitis non liceat poſtmodùm movere certamen.

Vide ſuprà, cap. 163.

CCXCI. De his criminibus de quibus quis abſolutus eſt, ab eo qui accuſavit refricari accuſatio non poteſt.

Ut dotes Eccleſiarum ſimul cum ipſis Eccleſiis ſemper ad proprii Epiſcopi pertineant diſpoſitionem.

Conc. Tolet. III. c. 19. Concil. Wormat. c. 6. & 55. Concil. Moguntin. 888. c. 4. Concil. Troſl. c. 6 Regin. lib. 1. c. 32. Burchard. lib. 3. c. 20 Ivo, par. 3. c. 23. Gratian. 10. q. 1. c. 2. *Sic quidam.*

CCXCII. Multi, contrà Canonum conſtituta, Eccleſias quas ædificaverint poſtulant conſecrari, ita ut dotem quam eidem Eccleſiæ contulerint, non cenſeant ad Epiſcopi ordinationem pertinere. Quod factum & in præterito diſplicet, & in futuro prohibetur. Sed omnia, ſecundùm conſtitutionem antiquam, ad Epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant. *Vide infrà, cap.* 468; *& Addit. IV, cap.* 56.

Ut Epiſcopi ſemper prævideant qualiter Judices cum omnibus ſibi commiſſis agant.

CCXCIII. Oportet ut ſint Epiſcopi

Concil. Tolet. III. c. 18. Ivo, par. 4. cap. 244.

ſemper perſpectores, ſecundùm Regis admonitionem, qualiter Judices cum populis agant, & aut ipſos prænonitos corrigant, aut inſolentias eorum auribus Principum innoteſcant. Quòd ſi correptos emendare nequiverint, & ab Eccleſia & à communione eos ſuſpendant.

De devotis peccantibus non recipiendis, niſi peccare deſierint.

Concil. Tolet. I. c. 16. Martin. Bracat. c. 31. Gratian. 27. q. 1. c. 27. *Devotam.*

CCXCIV. Devotam peccantem non recipiendam in Eccleſia, niſi peccare deſierit. Et ſi deſinens egerit aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Priùs autem quàm in Eccleſia admittatur ad orationem, ad nullius convivium chriſtianæ mulieris accedat. Quòd ſi admiſſa fuerit, etiam hæc quæ eam receperit, habeatur abſens. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc vivente ipſo marito caſtè vivere cœperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit.

De his qui excommunicantur à Sacerdotibus, ut nullus ad eos accedat.

Concil. Tolet. I. c. 15. Ivo, par. 14. c. 30. Gratian. 11. q. 3. c. 26. *Si quis Laicus.*

CCXCV. Si quis Laicus per excommunicationem abſtinet, ad domum ejus Clericorum vel religioſorum nullus accedat. Similiter & Clericus ſi abſtinet, à Clericis devitetur. Si quis cum illo conloqui aut convivari fuerit deprehenſus, etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc pertineat ad eos Clericos qui ejus ſunt Epiſcopi, & ad omnes qui commoniti fuerint de eo qui abſtinet, ſive Laico quolibet, ſive Clerico.

De vagis & levibus Sacerdotibus ac Clericis, quid agendum ſit.

Concil. Valentin. c. 5. Iſaac, tit. 11. c. 28.

CCXCVI. Hoc etiam placuit, ut vagus atque inſtabilis Clericus, ſive etiam in diaconali miniſterio vel preſbyterali officio conſtitutus, ſi Epiſcopi à quò ordinatus eſt præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi Eccleſia officium dependat aſſiduum, quouſquè in vitio permanſerit, & communione & honore privetur.

De tenendis ad ſolutionem qui debitum promittunt.

Interpret. tit. 4. lib. 2. Sententi. Pauli. Ivo, par. 16. c. 227. 321.

CCXCVII. Si quis pro alterius debito ſe pecuniam promiſerit redditurum, ad ſolutionem ſtatutæ promiſſionis eſt retinendus.

De his qui ad vendendum alterius rem acceperint, quid agendum ſit.

Interpret. tit. 4. lib. 2. Sententi. Pauli.

CCXCVIII. Si facto pretio rem vendendam aliquis cuicunque tradiderit, & dum ab eo vendenda profertur, quâcunque occaſione perierit, ei perit qui eam dederat diſtrahendam. Cæterùm ſi rem acceptam, non rogante domino, ſed promittente eo qui accepit, dum vellet venundare, perdiderit, ſibi rei perditæ ingerit detrimentum.

Ut creditor rem debitoris non vendat priuſquàm eum de ſolutione ter conveniat.

Ibid. tit. 5. Ivo, par. 16. c. 228.

CCXCIX. Creditor ſi ſine conditione pignus ſibi depoſitum tenens, ter debitorem convenerit ut, ſoluto debito, pignora ſua recipiat, & debitor noluerit poſt tres admonitiones, ſoluto debito, pignora ſua recipere, creditor diſtrahendi pignoris habebit liberam poteſtatem.

Ut cum rebaptizatis fideles non communicent.

Concil. Ilerd. c. 14. Ivo, par. 1. c. 249.

CCC. Cum rebaptizatis fideles religioſi nec in cibo participent.

De his qui jubente Sacerdote de Eccleſia exire contempſerint, quid agendum ſit.

Concil. Ilerd. c. 10. Gratian. 11. q. 3. c. 39. *Qui jubente.*

CCCI. Qui jubente Sacerdote pro quacunque culpa ab Eccleſia exire contempſerint, pro noxa contumaciæ tardiùs recipiantur ad veniam.

De Clericis increpationi inobedientibus verberandis.

CCCII. Clerici, quos increpatio non emendaverit, verberibus coerceantur.

De his qui aliis aliquid debent, & ipſis ab eis aliquid debetur, ut in ſolutionem computentur.

Interpret. tit. 5. lib. 2. Sententi. Pauli. Ivo, par. 16. c. 229. 322.

CCCIII. Si quis debeat alicui ſolidos decem, & ille qui debet de quacunque ratione debeantur illi à creditore ſuo ſolidi quinque, & veniens creditor totos decem ſolidos à debitore petat, ſi probaverit ille debitor ſibi ab eo quinque ſolidos deberi, quare illum in ſolidum pro totis decem ſolidis convenit, cauſam perdat qui noluit debitum compenſare. Similis ratio eſt de frumento vel de aliis ſpeciebus.

De his qui filiofamilias aliquid commodaverint, quid agendum ſit.

Paul. ibid. tit. 10. in interpret. Ivo, par. 16. c. 230, 323.

CCCIV. Qui filiofamilias contrà interdicta legum inſcio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit poſtulare.

De Secularibus qui ſuas uxores derelinquunt.

Concil. Agath. c. 25. Iſaac, tit. 3. c. 7. Regin. lib. 2. c. 111. Ivo, par. 8. c. 231. & 328. Gratian. 33. q. 2. c. 1. *Seculares.*

CCCV. Hi verò Seculares qui conjugale conſortium abſque culpa graviore dimittunt vel etiam dimiſerunt, & nullas cauſas diſſidii probabiliter proponentes, propterea ſua matrimonia dimittunt ut aut inlicita aut aliena præſumant, ſi antequam apud Epiſcopos comprovinciales diſſidii cauſas dixerint, & priuſquam uxores judi-

cio damnentur, abjecerint, à communione Eccleſiæ & ſancti populi cœtu, pro eo quòd fidem & conjugium maculant, excludantur.

Ut ſtipendia Clericis juxtà meritum diſtribuantur.

Concil. Agath. c. 36. Gratian. 1. q. 1. c. 10. *Clerici omnes.*

CCCVI. Clerici etiam omnes, qui Eccleſiæ fideliter vigilanterque ſerviunt; ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundùm ſervitii ſui meritum vel ordinem teneantur.

De accuſatoribus & accuſationibus quas ſeculi Leges non admittunt, à Clericorum cauſis repellendis.

Capitula Angilramni, c. 11. Capitula Herardi, c. 102. Gratian. 3. q. 5. c. 7. *Accuſationes.*

CCCVII. Accuſationes & accuſatores, atque earum negotia, quæ ſeculares non adſciſcunt Leges, divinâ ac ſynodicâ funditùs à Clericis repellere auctoritate cenſemus; quia indignum eſt ſuperioribus pati ab inferioribus quæ inferiores ab eis uti deſpiciunt.

De Epiſcopo qui alterius parochianum præſumit retinere, vel ordinare, ſeu judicare.

Add. IV. cap. 23. Capitula Angilramni, c. 18. Concil. Mogunt. an. 888. c. 14. Burchard. lib. 2. c. 39. Ivo, par. 6. cap. 140.

CCCVIII. Nullus Epiſcopus alienum parochianum præſumat retinere aut ordinare, vel judicare, abſque proprii Epiſcopi voluntate; quia ſicut irrita erit ejus ordinatio, ita & judicatio; quoniam cenſemus nullum alterius Judicis niſi ſui ſententiâ teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare nullatenùs poterit.

De peregrinis judiciis non recipiendis.

CCCIX. Peregrina judicia generali ſanctione prohibemus; quia indignum eſt ut ab externis judicetur qui provinciales & à ſe electos debet habere Judices. *Vide infrà, Addit. IV. cap.* 19.

Capitula Angilramni, c. 19.
Burchard. lib. 1. c. 147.
Ivo, par. 5. c. 260; & par. 6. c. 331.
Gratian. 3. q. 6 c. 12. *Peregrina.*

De pœnitentibus, qualiter pœnitentiam debeant accipere.

Suprà, lib. 5. c. 122. Iſaac, tit. 1. c. 7. & 37.

CCCX. Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manûs & cilicium à Sacerdote conſequantur. Et ſi aut comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutaverint, abiciantur. Et niſi dignè pœnituerint, non recipiantur. Juvenibus etiam non facilè committenda eſt, propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte poſitis non negandum.

De contumacibus Clericis & ad officium tardis.

Concil. Agath. c. 2. Ivo, par. 6. c. 366.

CCCXI. Contumaces verò Clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur. Et ſi qui prioris gradûs elati ſuperbiâ communionem fortaſsè contempſerint, aut Eccleſiam frequentare vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ita ut cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula, gradum ſuum dignitatemque recipiant. Gratian. dist. 50. c. 21. *Contumaces.*

De his qui alienam pecuniam ſibi commodatam attrectare præſumunt.

Paulus, lib. 2. Sentent. tit. 12.

CCCXII. Si quis ſacculum vel argentum ſignatum depoſuerit, & is penès quem depoſitum fuit, illud invito eo contrectaverit, & depoſiti & furti actio in eum competit.

De creditore qui, debitore tardante ad ſolutionem, pignus quod penès ſe retinet vendiderit, quod ampliùs acceptum eſt debitori reddendum.

Interpret. tit. 13. lib. 2. Sentent. Pauli. Ivo, par. 16. c. 231.

CCCXIII. Si quis creditor, debitore in ſolutionem tardante, rem ſibi pro debito poſitam diſtraxerit, ſi quid ampliùs acceptum fuerit quàm debebatur, quod ampliùs acceptum eſt reſtituatur debitori.

Ut Epiſcopus ultrà ſuam provinciam ad judicium minimè devocetur, niſi fuerit provocatum; ſed ab omnibus ſuis comprovincialibus Epiſcopis infrà ſuam provinciam audiatur.

Capitula Angilramni, c. 20. Burchard. lib. 1. cap. 170. Ivo, par. 5. c. 280.

CCCXIV. Nullus Epiſcopus extrà ſuam provinciam ad judicium devocetur. Sed vocato eo canonicè in loco omnibus congruo, tempore ſynodali, ab omnibus comprovincialibus Epiſcopis audiatur, qui concordem ſuper eum canonicamque proferre debent ſententiam. Quia ſi hoc minoribus, tam Clericis quàm Laicis, conceſſum eſt, quantò magis de Epiſcopis ſervari convenit? Nam ſi ipſe Metropolitanum aut Judices ſuſpectos habuerit, aut infeſtos ſenſerit, apud Primatem diœceſeos aut apud Romanæ Sedis Pontificem judicetur.

De Epiſcopis qui Romanum appellant Pontificem.

Add. IV. cap. 27. Capitula Angilramni, c. 23. Ivo, par. 5. cap. 257.

CCCXV. Placuit ut ſi Epiſcopus accuſatus appellaverit Romanum Pontificem, id ſtatuendum quod ipſe cenſuerit.

De Presbyteris qui in ſuis parochiis aliquid Paganiſmi agere permittunt, & de agris in quibus hæc acta eſſe noſcuntur, quid agendum ſit.

Concil. Arelat. II. c. 23.

CCCXVI. Si in alicujus Preſbyteri parochia infideles aut faculas accenderint, aut arbores aut fontes aut ſaxa venerentur, ſi hoc eruere neglexerit, ſacrilegii reum ſe eſſe cognoſcat. Dominus aut ordinator rei ipſius, ſi admonitus hoc

emendare noluerit, communione privetur.

De pœnitentibus quæ, defunctis viris, aliis nubere præsumunt.

Ibid. c. 21. Isaac, tit. 1. c. 38. Ivo, par. 15. c. 72.

CCCXVII. Pœnitens quæ, defuncto viro, alio nubere præsumpserit, & quæ vel suspectâ vel interdictâ familiaritate cum extraneo convixerit, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceatur. Hæc etiam & de viro in pœnitentia posito placuit observari.

De his qui rem alterius vendendam acceperint, si eam minùs vendiderint, pretium quod eis mandatum fuerat solvere cogantur.

Interpret. tit. 15. lib. 2. Sentent. Pauli. Ivo, par. 16. c. 232.

CCCXVIII. Si quis cuilibet mandet ut rem suam decem solidos vendat, & ille eam octo vendiderit, pretium quod ei mandatum est, quicquid minùs ab emptore percepit, mandatori complere compellatur. Venditio tamen rescindi non potest.

De eo qui servum bonâ fide comparaverit, si servus ex priori vitio fugerit, quid agendum sit.

Paulus, lib. 2. Sententiar. tit. 17.

CCCXIX. Servus bonâ fide comparatus si ex veteri vitio fugerit, non tantùm pretium dominus, sed & ea quæ per fugam abstulit, reddere cogetur.

De his qui indiscussos potestate tyrannicâ damnare præsumunt. Et de Episcopis vel Sacerdotibus, quòd non debeant ab aliis judicari, nisi à quibus & ordinari.

Concil. Hispal. II. c. 6. Capitula Angilramn. cap. 27. Gratian. 15. q. 7. c. 1. *Sexta actione.*

CCCXX. Sunt nonnulli qui indiscussos potestate tyrannicâ, non canonicâ auctoritate, damnant; & sicut nonnullos gratiâ favoris sublimant, ita quosdam, odio invidiâque permoti, humiliant; & levi opinionis aurâ condemnant quorum crimina non adprobant. Ideòque communi decreto censemus ut quandocunquè aliquis Episcoporum criminatur, congregatis omnibus ejusdem provinciæ Episcopis causa ejus audiatur, ut non occultè judicetur vel damnetur; quia ab aliis judicari priùs non potest, nisi ab his a quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

De his qui habent causas adversùs Episcopos proprios, vel adversùs alios, apud Synodum provinciæ audiendis; exceptis his qui adversùs suum Metropolitanum querelam habuerint.

Concil. Chalcedon. c. 9. Burchard. lib 1. c. 183. Ivo, par. 6. c. 228, 360.

CCCXXI. Si Clericus vel Laicus habuerit causam adversùs Episcopum proprium, vel adversùs alterum, aut Episcopus adversùs quemquam, apud synodum provinciæ judicetur. Quòd si adversùs ejusdem provinciæ Metropolitanum Episcopus vel Clericus habuerit querelam, petat Primatem diœceseos; & apud ipsum judicetur, aut apud Sedem apostolicam.

Gratian. 11, q. 1, c. 46. *Si Clericus.* Add. IV. cap. 25.

De ore eorum in accusatione vel testimonio obstruendo qui divinis vocibus mortui esse nosciuntur.

CCCXXII. Placuit eorum accusandi Sacerdotes & testificandi in eos vocem obstruere quos non humanis, sed divinis vocibus mortuos esse scimus; quia vocem funestam potiùs intercidi quàm audiri oportet. *Vide infrà, cap.* 440.

Capitula Angilramni, c. 31.
Ivo, par. 16. c. 322.
Gratian. 2. q. 7. c. 43. *Placuit eorum.*
L. 3. Cod. Theod. *Ne prater crimen majestatis.*

De non neganda appellatione accusati.

Capitula Angilramni, c. 32.

CCCXXIII. Placuit ut accusato, si Judices suspectos habuerit, liceat appellare; quia non oportet negare audientiam roganti. *Vide Addit. IV. cap.* 11.

Quòd eis qui de se confessi sunt, super alios non sit credendum.

Concil. Duziac. p. 179.

CCCXXIV. Non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicantur, nisi se priùs probaverint innocentes, quia periculosa est & admitti non debet rei adversùs quemcumque professio.

Interpret. lib. 12. Cod. Theod. *de accusat. & inscript.*
Capitula Angilramni, c. 33.
Burchard. lib. 1. c. 164.
Ivo, par. 1. c. 174.
Gratian. 3. q. 11. c. 1. *Neganda*; & c. 3. *Non est credendum.*

De pervasoribus finium priusquàm causæ auditio terminetur.

Ivo, par. 16. c. 324.

CCCXXV. Si quis pervasor finium fuerit adprobatus, eo quòd priusquam aliquid judicio terminetur, id quod alter tenuerat invasisset, non solùm illud quod malè præsumpserit, amittat, sed, ut non unusquisque rem alienam occupet, cùm fuerit in causa devictus pervasor juris alieni, tantùm spatii restituat quantùm præsumpserit invadere.

De his qui contrà voluntatem defuncti faciunt, ut perdant hereditatem.

Ibid. 233.

CCCXXVI. Omnibus qui contrà voluntatem defuncti faciunt, ut indignis, auferatur hereditas.

De his quibus per testamentum aliquid delegatum est, quòd nihil contrà voluntatem defuncti liceat agere.

Interpret. lib. 7. Cod. Theod. de

CCCXXVII. Qui per testamentum sibi aliquid derelictum acceperit & vin-

in offic. teſtam. Ivo, par. 16, c. 234.

dicaverit, & voluerit contrà voluntatem defuncti agere, licentiam penitùs non habebit.

Quòd voluntas defuncti ab heredibus in omnibus ſit peragenda.

L. 2. Cod. Theod. de famil. erciſc.

CCCXXVIII. Nulli quidem de bonis uſurpandis virorum, nec dividendi contrà bonos mores, conceſſa licentia eſt; ſed, præcipiente patre, diviſionem ab eo factam durare, ſi modò uſque ad extremum ejus vivendi ſpatium voluntas eadem perſeveraſſe doceatur.

De filiis qui patrem læſerint, donationibus carendis.

Interpret. lib. 2. & 4. C. Theod. de revocandis donationibus.

CCCXXIX. Si quis filius donatione patris aliquid fuerit conſecutus, & eum poſtmodùm læſerit, poſt probatas in judicio læſionis cauſas, ad donationem pater, ſi voluerit, in integrum revocetur.

De donatione in filio à patre facta, ſi ab eo læſus fuerit, revocanda.

Ibid.

CCCXXX. Donatio in filio à patre facta, ſi læſum ſe pater eſſe probaverit, revocetur.

De detractione Principum ac majorum natu ab omnibus cavenda.

Vide ſuprà, lib. 6. cap. 402.

CCCXXXI. Quòd omnibus fidelibus omnibuſque ordinibus ſummoperè cavendum ſit ne clanculò aut publicè unctum Domini detractionibus & vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quæ pro eo quòd Moyſi famulo Domini propter Æthiopiſſam detraxit, immunditiâ lepræ multata ſit. Et illud Pſalmiſtæ: *Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.*

Concil. Pariſ. VI. lib 1. c. 19. Capitula Herardi, c. 106. Suprà, lib. 6. c. 402. S. Gregor. lib. 11. ep. 31. p. 1114. I. Paral. 16. & pſal. 104.

Quòd omnibus qui lite pulſati fuerint non aliubi quàm in proprio foro jurgandum ſit.

CCCXXXII. Clericus vel Laicus, ſi crimine aut lite pulſatus fuerit, non aliubi quàm in foro ſuo vocatus audiatur.

Capitula Angilramni, c. 35.
Gratian. 11. q. 1. c. 48. *Clericus.*

Ut appellantes nullâ arceantur detentione.

CCCXXXIII. Appellantem non debet afflictio ulla, aut carceris aut detentionis injuriare cuſtodia. Et liceat appellatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare.

Capitula Angilramni, c. 36.
Burchard. lib 1, cap. 148.
Ivo, par. 5. cap. 261.
Gratian. 2. q. 6. c. 1. *Liceat*; & c. 2. *Appellantem.*

De his qui, contempto fidejuſſore, ad ſolutionem potiùs debitorem delegerint.

Interpret. tit. 17. lib.

CCCXXXIV. Si quis, contempto fidejuſſore, debitorem ſuum tenere maluerit, fidejuſſor vel heres ejus à fidejuſſionis vinculo liberatur. Si verò procurator litis victus fuerit, mandator ejus ad ſolutionem tenetur.

2. Sentent. Pauli. Capitulare anni 744, c. 17. Ivo, par. 16. c. 359.

Quòd liberi homines ſtatum ſuum & deteriorare & inmeliorare poſſunt.

Add. III. cap. 14.

CCCXXXV. Homo liber, qui ſtatum ſuum in poteſtate habet, & pejorare eum & meliorem facere poteſt; atque ideò operas ſuas diurnas nocturnaſque locat.

De concubinis non habendis.

Interpret. tit. 20. lib. 2. Sentent. Pauli.

CCCXXXVI. Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere non poteſt, ne ab uxore eum dilectio ſeparet concubinæ.

De Monachis qui monaſteria contemnunt ab Epiſcopo revocandis.

Concil. Part. V. c. 12.

CCCXXXVII. Illud etiam unanimi conſenſu convenit obſervari, ut ſi qui Monachorum aut Monacharum in congregatione poſiti religioſam converſationem elegerint, & poſteà aut ad parentes aut quamcumque proprietatem ſe de congregatione ipſa ſubtraxerint, & ab Epiſcopo ſuo per epiſtolam admoniti ad ſepta monaſterii ſui redire diſtulerint, ſint uſque ad exitum vitæ à communione ſuſpenſi, nec priùs ad euchariſtiæ gratiam admittantur, quàm ad ovile ſuum, de quo ſe vagationis inſolentiâ viſi ſunt ſubtraxiſſe, cum humillima ſupplicatione debeant ſatisfactione reverti.

De feminis quæ religionis veſtem in domibus propriis mutaverint, ſi poſteà concubitum elegerint, quid agendum ſit.

Ibid. c. 13. I. App. Regin. c. 61. II. App. Reg. c. 44. Burchard. lib. 8. c. 48. Ivo, par. 7, c. 66. Gratian. 27. q. 1. c. 7. *De viduis.* Fileſac. to. 1. p. 158.

CCCXXXVIII. De viduis & puellis quæ ſibi in habitu religionis in domibus propriis, tam à parentibus quàm per ſe, veſtem mutaverint, & ſe poſteà contrà inſtituta Patrum vel præcepta Canonum conjugia crediderint copulanda, tamdiù utrique habeantur à communione ſuſpenſi, quouſquè quod inlicitè perpetraverunt, emendent. Quòd ſi emendare neglexerint, à communione vel omnium Chriſtianorum convivio in perpetuo ſint ſequeſtratæ.

Quòd quatuor perſonæ in judiciis ſemper adeſſe debeant.

Capitulare anni 744. cap. 18. Gratian. 4. q. 4. c. 1. *Nullas umquam.*

CCCXXXIX. Quot perſonæ ſolent in judiciis eſſe? Quatuor, accuſator cauſæ, defenſor cauſæ, teſtes, judex. Quo quiſque utitur officio? Judex æquitate, teſtes veritate, accuſator intentione ad amplificandam cauſam, defenſor extenuatione

ad minuendam cauſam. Sæpè enim fit causâ ratiocinationis, aut metu, aut gloriâ, aut pecuniâ, id eſt, aut commodi aliquid appetendi, vel incommodi aliquid vitandi.

Quòd non ſolùm qui furtum fecerint, ſed & qui ad hoc perficiendum adjutorium aut conſilium dederint, furti actione ſunt tenendi.

CCCXL. Non tantùm qui furtum fecerit, ſed etiam is cujus opere aut conſilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur.

Paulus, lib. 2. Sententt. tit. 32.
Ivo, par. 16. c. 325.
Cujac. lib. 27. Obſerv. c. 6.

Qui ſunt agnati, & qui ſunt cognati.

Interpret. tit. 8. lib. 4. Sententt. Pauli. Capitulare anni 744. cap. 19. Ivo, par. 16. c. 326.

CCCXLI. Agnati ſunt qui per virilem ſexum deſcendunt, cognati autem qui per femineum. Et ideò patrui vel patruorum filii & agnati ſunt & cognati. Avunculi verò & avunculorum filii cognati ſunt, non agnati.

De his qui ſe metu aut terrore ſervos eſſe mentiti ſunt.

Paulus, lib. 5. Sententt. tit. 1. Ivo, par. 16. c. 100.

CCCXLII. Qui metu & impreſſione alicujus terroris apud acta Prætidis ſervum ſe eſſe mentitus eſt, poſteà ſtatum ſuum defendendi non præjudicat.

De his qui domos effregerint, vel villas expoliaverint aut expugnaverint, vel rapinas fecerint, quid agendum ſit.

Paulus, ibid. Ivo, ibid. cap. 327.

CCCXLIII. Hi qui ædes aliquas villaſve expoliaverint, effregerint, expugnaverint, ſiquidem id turbâ cum telis coactâ fecerint, capite puniantur. Telorum autem appellatione omnia ex quibus ſaluti hominis noceri poſſit, accipiuntur.

De his qui latrones vel reliquos malefactores ſuſceperint.

Paulus, ibid. Ivo, ibid. cap. 328.

CCCXLIV. Receptores adgreſſorum, itemque latronum, eâdem pœnâ afficiuntur quâ ipſi latrones: ſublatis enim ſuſceptoribus, craſſantium cupido conquieſcit.

De his qui incendium fecerint.

Interpret. tit. 1. lib. 5. Sententt. Pauli. Ivo, ibid. cap. 329.

CCCXLV. Si aliquis malitiæ ſtudio incendium miſerit, de hoc crimine convictus, pœnis graviſſimis jubetur interfici. Quòd ſi per neglegentiam factum incendium comprobatur, damnum quod cuncunque inlatum fuerit, res quæ incendio perierit, dupli ſatisfactione ſarciatur.

De non valendis Conſtitutionibus contrà Canones vel Decreta Præſulum aut bonos mores conditis.

CCCXLVI. Conſtitutiones contrà Canones & decreta Præſulum Romanorum ſeu reliquorum Pontificum, vel bonos mores, nullius ſunt momenti.

Capitula Angilramni, c. 39.
Burchard. lib. 15. c. 9.
Ivo, par. 5. c. 38; & par. 16. c. 10.
Gratian. diſt. 10. c. 4. *Conſtitutiones.*

Ut non conſtringat Clericum ſententia non à ſuo Judice dicta.

CCCXLVII. In Clericorum cauſa hujuſmodi forma ſervetur, ut nec quemquam eorum ſententia non a ſuo Judice dicta conſtringat.

Capitula Angilramni, c. 40.
Burchard. lib. 2. c. 200.
Ivo, par. 6. cap. 273.
Gratian. 11. q. 1. c. 49. *In Clericorum.*

Ut hi qui falſa aliis inrogaverint, puniantur, & falſitate infames efficiantur.

CCCXLVIII. Omnis qui falſa aliis intulerit, puniatur, & pro falſitate ferat infamiam.

Capitula Angilramni, c. 41.
Gratian. 5. q. 6. c. 1. *Omnis.*

De comprovinciali Synodo retractanda per Vicarios urbis Romæ Epiſcopi.

CCCXLIX. Ut comprovincialis ſynodus retractetur per vicarios urbis Romæ Epiſcopi, ſi ipſe decreverit. *Vide infrà, Addit. IV, cap. 12.* Capitula Angilramni, c. 42

Ut nullus Epiſcopum aut Actores Eccleſiæ apud alios priùs accuſet, quàm eum familiariter conveniat, atque ab eo familiarem juſtitiam petat.

Alexandri epiſt. 1. Burchard. lib. 1. cap. 132. Ivo, par. 5. c. 142. Gratian. 2. q. 7. c. 26. *Si quis ergo.*

CCCL. Si quis adversùs Epiſcopum cauſam habuerit, non priùs alios Epiſcopos vel alios Judices adeat ut eum accuſet, quàm familiariter ei ſuam indicet querelam, & ab eo aut juſtam emendationem aut rationabilem percipiat excuſationem, ipſâ nos inſtruente Veritate: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te non audierit, adhibe duos vel tres tecum. Et ſi vos non audierit, dic Eccleſiæ;* id eſt, accuſa eum publicè tunc, & non priùs. Et reliqua.

De infantibus vel ſacrilegis, quòd religioſos accuſare non poſſunt.

CCCLI. Nulli infami atque ſacrilego de quocunque negotio liceat quandoquè adversùs religioſum Chriſtianum impetere.

Eutychian. ep. 2.
Burchard. lib. 16. c. 11.
Ivo, par. 6. cap. 333.
Gratian. 3. q. 4. c. 11. *Nulli unquam.*

Ut

Ut cauſa quas Leges ſeculi non admittunt, à Judicibus eccleſiaſticis non audiantur.

Lib. 1. leg. Wiſigoth. tit. 2. c. 12.

CCCLII. Nullæ cauſæ à Judicibus eccleſiaſticis audiantur quæ Legibus non continentur, vel quas prohibitæ eſſe noſcuntur.

Quòd hi qui pro injuria mediocri damna ſubire compelluntur, infames efficiantur.

Interpret. tit. 4. lib. 5. Sentent. Pauli. Ivo, par. 16. c. 330.

CCCLIII. Qui pro injuria mediocri eſtimatæ injuriæ damna ſubire compellitur, quamvis civiliter videatur addictus, tamen infamis efficitur.

De abſentibus non damnandis.

Paulus, lib. 5. Sentent. tit. 5.

CCCLIV. In cauſa capitali abſens nemo damnetur. Neque abſens per alium accuſare aut accuſari poteſt. *Vide infrà, Addis. III. c. 102.*

Ut hi qui res alienas violenter occupant, quicquid ibi perditum vel alienatum fuerit, eis quibus competebant plenitur reſtaurent.

Interpret. tit. 6. lib. 5. Sentent. Pauli. Ivo, par. 16. c. 331.

CCCLV. Si ex rebus quas violenter aliquis occupat, quælibet ſub quacunque occaſione perierint, aut arſerint, vel ſervi violenter occupati mortui fuerint, quamlibet fraude illius qui occupavit id quod perit, factum non videatur, tamen ab ipſo quæcunque perierint reddenda ſunt qui rem juris alieni violenter viſus eſt occupaſſe.

De his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecorum uſque affinitatis lineam cum conſanguineis inceſtum commiſerunt, ſive cum maſculis concubuerunt.

Concil. Ancyr. c. 15. Halitgar. lib. 4. c. 7. 8. Iſaac, tit. 4. cap. 11. Notæ ad Concord. Regular. pag. 535.

CCCLVI. In hoc titulo Græca verba poſita ſunt, id eſt, περὶ τῶν ἀλογευομένων, ἢ ἀλογευομένων. Quod nos Latinè poſſumus dicere: *De his qui irrationabiliter verſati ſunt ſive verſantur.* In qua ſententia ſenſus triplex eſt; id eſt, de his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecorum cum conſanguineis uſque adfinitatis lineam inceſtum commiſerunt, aut cum maſculis concubuerunt. Quiſquis autem ex his unum egerit, aut capite puniatur; aut, ſi ei vita conceſſa fuerit, juxtà Ancyrani Concilii ſententiam, quæ in capitulo decimo ſexto continetur, pœnitentiam veraciter agat.

☞ Idem caput in antiqua collectione Canonum Lugdunenſi mſ. aliter habetur; ideòque iſtam alteram lectionem hìc referendam judicamus. Verba ſunt hæc:

Collatum cum tom. 1. Binii, pag. 279, col. 3.

In hoc titulo græca verba hæc ſunt: περὶ τῶν ἀλογευομένων, ἢ ἢ ἀλογευομένων, quæ nos latinè poſſumus dicere: *De his qui irrationabiliter verſati ſunt, ſive verſantur.* Senſus autem in hac ſententia duplex eſſe poteſt, qui ex ſubjectis conjicitur, aut de his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecorum inceſta cum propinquis ſanguine commiſerunt. Quotquot igitur antè viceſimum ætatis ſuæ annum tale crimen commiſerint, quindecim annis in pœnitentia exactis, orationi tantùm incipiant communicare; & quinquennio altero in communione orationis ſolius perdurantes, poſt viceſimum cum oblatione ad communionem ſuſcipiantur. Diſcutiatur autem & vita eorum quæ fuerit tempore pœnitentiæ, & ità hanc humanitatem conſequantur. Quòd ſi qui perſeverantiùs abuſi ſunt hoc crimine, prolixiori tempore, id eſt, viginti annorum pœnitentiam ſolam ſuſcipiant. Quòd verò exactâ viginti annorum ætate, uxores habentes, in hoc crimine inciderint, viginti & quinque annis pœnitentiam actam ad communionem orationum admittantur, in qua communione orationum altero quinquennio perdurantes, plenam communionem cum oblatione recipiant. Quòd ſi aliqui & uxores habentes, & excedentes quinquageſimum ætatis ſuæ annum, in hoc ſcelere prolapſi ſunt, ad exitum vitæ tantùm communionem mereantur.

Quòd in cauſa capitali, vel in cauſa ſtatûs, non per Advocatos, ſed per ipſos ſit agendum.

CCCLVII. Si quandò in cauſa capitali vel in cauſa ſtatûs interpellatum fuerit, non per procuratores, ſed per ipſos eſt agendum.

Interpret. tit. 35. lib. 5. Sentent. Pauli.
Capitula Angilramni, c. 44.
Gratian. 2. q. 6. c. 40. *Si quandò.*

Add. IV. cap. 16. Can. 35. Apoſtolor. Calixt. ep. 2. Concil. Antiochen. c. 9. Martin. Bracar. c. 4. Capitula Angilramni, c. 46. Ivo, ep. 83. Regin. lib. 1. c. 251. Burchard. lib. 1. c. 66. Gratian. 9. q. 3. c. 8. 2. 17. Matth. 20. Ibid. 23.

Ut Metropolitani Epiſcoporum comprovincialium cauſas non præſumant audire, niſi præſentes omnes fuerint Epiſcopi comprovinciales.

CCCLVIII. Si quis Metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolum modò propriam pertinet parochiam, ſine conſilio & voluntate omnium comprovincialium Epiſcoporum extrà aliquid agere tentaverit, gradûs ſui periculo ſubjacebit; & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de provincialium Coepiſcoporum cauſis ſuarumque Eccleſiarum & Clericorum atque Secularium neceſſitatibus, agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omnium conſenſu comprovincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis faſtu, ſed humillimâ & concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* Et alibi: *Qui major eſt veſtrûm, erit miniſter veſter;* & reliqua. Similiter & ipſi comprovinciales Epiſcopi cum ejus conſilio, niſi quantùm ad proprias pertinet parochias, agant juxtà ſanctorum conſtituta Patrum; ut uno animo, uno ore, concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula.

Ut reprehenſio quæ Laici arguuntur, à Clericis reſpuatur.

Concil. Carthag. I. c. 13. Capitula Angilramni, c. 47.

CCCLIX. Notum ſit omnibus quia quod in Laicis reprehenditur, id multò magis debet in Clericis prædamnari.

De delatoribus quid agendum ſit, vel qui ſint delatores.

CCCLX. Delatori aut lingua caputetur, aut convicto caput amputetur. Delatores autem ſunt qui invidiâ produnt alios.

Concil. Duziac. p. 270, 279.
L. 2. Cod. Theod. de petitionib.
Capitula Angilramni, c. 47.
Gratian. 5. q. 6. c. 5. *Delatori.*

Ibid. c. 50. Ivo, par. 4. cap. 156; & par. 16. c. 235. Gratian. 5. q. 1. c. 1. *Qui in alterius.*

De his qui in alterius famam aut ſcripturam aut verba contumelioſa conſinxerint.

CCCLXI. Qui in alterius famam in publico ſcripturam aut verba contumelioſa conſinxerit, & repertus ſcripta non probaverit, flagelletur. Et qui ea priùs invenerit, rumpat, ſi non vult auctoris facti cauſam incurrere.

De his qui unam rem duobus dominis donaverint.

Interpret. tit. 11. lib. 5. Sentent. Pauli.

CCCLXII. Si aliquis unam rem duobus per legitimas ſcripturas donaverit, uni priùs, & alteri poſteà, non quærendus eſt in his donationibus qui primus, qui poſterior ſit; ſed qui rem tradente donatore poſſiderit, is eam cui eſt

tradita poſſidebit. Nec intereſt utrùm in parentes an in extraneos talis ſit facta donatio.

De ſervis in caput Domini à quoquam non interrogandis.

Paulus, lib. 5. Sentent. tit. 16.

CCCLXIII. Servi in caput domini neque à Præſide, neque à Procuratore, neque tam in parvis quàm in capitalibus cauſis, interrogari poſſunt.

De his qui irati crimen aliquod cuilibet dixerint, ſi poſteà reſipiſcentes hoc perficere noluerint, quid agendum ſit.

CCCLXIV. Si quis iratus crimen aliquod cuilibet temerè objecerit, convitium non eſt pro accuſatione habendum. Sed permiſſo tractandi ſpatio, id quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur; ut ſi fortaſsè reſipiſcens poſt iracundiam, iterare ac ſcribere noluerit, non ut reus criminis teneatur.

Interpret. l. 5. Cod. Theod. de accuſat. & inſcript.
Capitula Angilramni, c. 15.
Ivo, par. 6. c. 314.
Gratian. 2. q. 3. c. 5; & diſt. 1. de pœn. c. 22. *Si quis iratus.*

Ut qui crimen objecerint, ſcribant ſe probaturos. Et ut ibi cauſa agatur ubi crimen admiſſum eſſe dinoſcitur.

CCCLXV. Qui crimen obicit, ſcribat ſe probaturum. Reverà, ut ibi cauſa agatur ubi crimen admittitur; ut qui non probaverit quod objecit, pœnam quam intulerit ipſe patiatur. *Vide ſuprà*, c. 253.

L. 11. Cod. Theod. de accuſat. & inſcript.
Capitula Angilramni, c. 52.
Gratian. 2. q. 3. c. 3. *Qui non probaverit*; q. 6. c. 1. *Ibi ſemper*; & c. 18. *Qui crimen*; q. 8. c. 4. *Qui crimen.*

Ut nullus abſque inevitabili neceſſitate ſuam relinquat Eccleſiam.

Capitula Angilramn. cap. 59.

CCCLXVI. Ut ne quis, dùm in ea durare potuerit, quâlibet neceſſitate ſuam relinquat Eccleſiam.

De his qui antè alterius Judicem fuerint pulſati, quid agendum ſit.

CCCLXVII. Pulſatus antè ſuum Judicem, cauſam dicat. Et non antè ſuum Judicem pulſatus, ſi noluerit, taceat. Et ut pulſato, quotiens appellaverit, induciæ dentur.

Capitula Angilramni, c. 60.
Burchard. lib. 16. c. 10.
Ivo, par. 6. c. 313.
Gratian. 3. q. 6. c. 3. *Pulſatus.*

De his qui famoſos libellos legere, aut cantica famoſa cantare præſumunt.

Burchard. lib. 3, cap. 199.

CCCLXVIII. Hi qui inventi fuerint libros famoſos legere vel cantare, excommunicentur.

De his qui à Clericorum accuſatione ſunt repellendi.

Supra, lib. 6, c. 397.

CCCLXIX. Homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magoſque concurrerint, nullatenùs ad accuſationem vel ad teſtimonium erunt admittendi.

De his qui Divinos vel Mathematicos conſulere præſumunt.

Paulus, lib. 5. Sentent. tit. 21.

CCCLXX. Qui de ſalute Principis vel ſumma reipublicæ mathematicos, ariolos, aruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo qui reſponderit, capite puniatur.

De auctoribus vel concitatoribus ſeditionum vel tumultuum.

Ibid. tit. 22.

CCCLXXI. Auctores ſeditionis & tumultûs, vel concitatores populi, pro qualitate dignitatis aut in crucem tolluntur, aut beſtiis obiciantur, aut in inſulam deportentur.

De periculo judicantium & providentia eorum.

Capitula Angilramni, c. 70.

CCCLXXII. Majus periculum eſt judicantis, quàm ejus qui judicatur. Undè unicuique providendum eſt ne aliquem injuſtè judicet aut puniat.

De accuſatione adversùs Doctorem ſubmovenda.

Ibid. c. 71. Burchard. lib. 1. cap. 166. Ivo, par. 5. c. 276.

CCCLXXIII. Accuſationes adversùs Doctorem nemo ſuſcipiat, quia non poteſt humano condemnari examine quem Deus ſuo reſervavit judicio.

Quòd hi qui adversùs patres armantur, Deo exiſtunt odioſi.

Capitula Angilramni, c. 79. Pelag. II, epiſt. 8.

CCCLXXIV. Sic odit Deus eos qui adversùs patres armantur ut patrum invaſores, qui in omni mundo infamiâ notantur.

Qualiter decimæ & oblationes fidelium à Sacerdotibus ſint diſpenſandæ.

Concil. Nannet. c. 10. Regin lib. 1. c. 341. Burch. lib. 3. c. 158. Ivo, par. 3. c. 204.

CCCLXXV. Inſtruendi ſunt Preſbyteri pariterque admonendi quatinùs noverint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hoſpitum & peregrinorum eſſe ſtipendia, his non quaſi ſuis, ſed quaſi commendatis uti debere; de quibus omnibus ſciant ſe rationem reddituros in conſpectu divinæ majeſtatis, & niſi eas fideliter pauperibus & his quibus præmiſſum eſt adminiſtraverint, condemnationem patiendos. Qualiter verò diſpenſari debeant, canones ſacri inſtituunt: ſcilicet ut quatuor partes ex omnibus

ſiant, una ad fabricam Eccleſiæ relevandam, altera pauperibus diſtribuenda, tertia Preſbytero cum ſuis Clericis habenda, quarta Epiſcopo reſervanda. Et quicquid exindè Pontifex juſſerit, prudenti conſilio eſt faciendum.

Quòd feminæ cum Presbyteris vel reliquis Clericis non debeant habitare, nec eis miniſtrare, nec intrà cancellos ſtare, neque ad altare accedere.

Concil. Neoc. c. 3. Conc. Moguntin. anni 813. c. 49. Conc. Moguntin. anni 888. c. 10. Regin. lib. 2. c. 104. Burchard. lib. 2. c. 116. Ivo, par. 6. c. 192. Lib. 3. Decretal. tit. 2. c. 1. Spicileg. tom. 9. p. 64. c. 17. Filieſac. tom. 1. p. 168. c. 17. Capitula Herardi, c. 23. 24.

CCCLXXVI. Inhibendum & modis omnibus tenendum eſt ut nullus Sacerdos eas perſonas feminarum, ſicut in Canonibus inſertum continetur, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, in domo ſua habeat, & non ſolùm illas, ſed neque illas quas antiqui Canones concedunt; quia, inſtigante Diabolo, etiam in illis ſcelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in poſtſequis earum. Nam ſi qua de his habuerit talem neceſſitatem cui ſit neceſſaria ſuſtentatio Preſbyteri, habeat in villa aut in vico domum, longè à Preſbyteri converſatione, & ibi ei ſubminiſtret quæ neceſſaria ſunt. Sed & hoc ſecundùm auctoritatem Canonum modis omnibus prohibendum, ut nulla femina ad altare præſumat accedere, aut Preſbytero miniſtrare, vel infrà cancellum ſtare aut ſedere.

Ut inceſti à Sacerdotibus per veraces & Deum timentes homines fideliter perquirantur, & canonicè puniantur.

Iſaac, tit. 4. cap. 12. Capitula Herardi, c. 14.

CCLXXVII. De inceſtis omni ſtudio perquirendum eſt Sacerdotibus per homines veraces, & timorem Dei antè oculos habentes. Et ſi reperti fuerint, ſtatim aut per ſe emendare ſtudeant, aut cum adjutorio Archidiaconi ſui vel Epiſcopi hoc ipſum extirpare ſatagant; ne tanto flagitio & ſcelere & illi polluantur & pereant, & alii in eorum vicinitate omnipotentis Dei iram incurrant.

Ut Presbyteri & reliqui Clerici ab omnibus vitiis ſe caveant, & ſubjectos ſibi fideliter inſtruant, atque bonis operibus omnibus ducatum præbeant.

CCCLXXVIII. Admonendi ſunt Clerici & inſtruendi ut primùm ipſi ab omni fornicatione & immunditia & luxuria, & ab omni pollutione carnis, ſint alieni, & tunc plebem ſibi ſubjectam & verbis prædicent, & exempla oſtendant, ut ab omni fornicatione, & ab omni irrationabili vel inutili pecudum luxuria & pollutione abſtineant, & mundo ſe corpore & mente Deo præparent.

De confeſſionibus fidelium accipiendis & dijudicandis, & conſilium dandi qualiter pro modulo & quantitate peccati ſit pœnitentia.

CCCLXXIX. Quærendum namque eſt Sacerdoti, cùm accipit cujuſlibet fidelis confeſſionem peccatorum, qualiter primò peccatum perpetratum, aut ſi poſtea iteratum, aut frequenter actum ſit; ſi ſponte, ſi coactè, ſi per ebrietatem aut per quodlibet ingenium factum ſit. Et cùm viderit undè radix illius peccati proceſſit, tunc congruam adhibeat medicinam. Qualis verò peccati adhibenda ſit medicina, ſecundùm canonum authenticorum ſanctorum Patrum eſſe debet, & non ſecundùm placitum hominis, ſed ſecundùm Dei voluntatem. Nec in hac parte voluntas aut gratia hominis ſectanda eſt, ſed voluntas Dei in omnibus exquirenda; quatinùs dignis precibus & pœnitudine dignâ placari poſſit omnipotentis Dei vindicta, quam ſuo vitio provocavit. Iſaac, tit. 1. c. 38.

De his qui priùs non habentes odium, ſed ſe defendentes, aliquem occiderint, qualiter corrigenda ſit temporis inſtitutio.

CCCLXXX. Si quis quietè gradiens per viam, aut ſi etiam in domo ſua fuerit, aut in platea civitatis, aut in villa, ſubitò aut ab alio ſuperventus, aut litis commotione, volens ſe defendere, non habens contrà illum antèà odium, interfecerit hominem, ſeptem annis ſecundùm canonicam inſtitutionem pœniteat, tres verò communione privetur; quatuor autem in communione orationum & oblationum ſuſceptus, in Sacerdotis pendeat arbitrio utrùm dignus ſit corpus Chriſti accipere, aut uſque ad plenitudinem pœnitentiæ ab eo ſeparari. Abſtinentia ciborum in providentia Sacerdotis erit ſecundùm poſſibilitatem pœnitentis, & devotionis & affectum lacrymarum. Iſaac, tit. 2. c. 13. Concil. Nannet. c. 18. Ivo, par. 10. c. 145.

De muliere quæ duobus fratribus nupſerit, & de viro ejus, quid agendum ſit.

CCCLXXXI. Mulier quæ duobus fratribus nupſerit, abici debet uſque ad diem mortis. Sed, propter humanitatem, in extremis ſuis ſacramentis reconciliari oportet; ita tamen ut priùs ſolvatur conjugium, & maneat innupta, & vir ejus abſque uxore ſimili pœnitentiæ ſit ſubditus. Quòd ſi duo fratres cum una femina fornicati fuerint, neſcientes alter alterius fornicationem, ſtatim ut cognoverint adulterium, qui eam habet uxorem, dimittat. Et ille quidem, poſt actam pœnitentiam, Concil. Neocæſar. c. 2. Ferrand. c. 156. Halitgar. lib. 4. c. 14. Iſaac, tit. 3. cap. 8. Regin. lib. 2. c. 193. Burchard. lib. 17. c. 1. Ivo, par. 9. c. 67.

ſi uxor defuncta fuerit, poteſt alteri ſociari; illâ vivente, nequaquam. Illa verò nunquam ulteriùs poterit in conjugium aſſumi; & jugi pœnitentiæ ſubmiſſa, ad exitum vitæ communionis gratiam percipiat.

De mulieribus & viris infantes opprimentibus.

Iſaac, tit. 2. CCCLXXXII. Mulier quæ dormiens filium ſuum oppreſſerit, & mortuus fuerit, ſex annis pœniteat. Vir ejus, ſi in domo illius fuit, quatuor. Si verò in uno lecto, ſimili modo pœniteat, duos in pane & aqua, reliquos quatuor ſecundùm quod Sacerdos illos viderit poſſe, abſtinentiam imponat ciborum.

De muliere quæ adulteravit virum ſuum, ſimiliter & de viro qui uxorem ſuam adulteravit, qualiter de ambobus agendum ſit.

Iſaac, tit. 3. cap. 9. CCCLXXXII *bis.* Mulier habens virum, ſi adulterium perpetraverit, & occulte ad confeſſionem venerit, ſeptem annos pœniteat, tres in pane & aqua; cæteros quatuor in providentia erit Sacerdotis qualiter eam viderit poſſe; & ita ei ciborum abſtinentia imponatur. Similiter & vir habens uxorem, ſi adulterium perpetraverit, faciat, id eſt, per triennium non communicet. Si cujus uxor adulterium perpetraverit, & hoc à viro deprehenſum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem. Illa verò, ſecundùm quod ſuperiùs inſertum eſt, publicè agat pœnitentiam. Vir verò ejus, illâ vivente, nullatenùs habebit licentiam aliam ducere uxorem. Quòd ſi voluerit adulteram ſibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat, & exactâ pœnitentiâ, ad communionis gratiam, ſicut ſuperiùs continetur inſertum, utrique accedant. Similis forma & in muliere ſervabitur. Si eam vir ejus adulteraverit, habet poteſtatem dimittendi virum propter fornicationem. Maneat tamen innupta quamdiù vir ejus vixerit; quia nec ille habet poteſtatem aliam accipere primâ vivente, nec illa primo. Habent tamen poteſtatem ſemetipſos reconciliari.

Concil. Nannet. c. 12.

Capitular. lib. 1. c. 42.

Ut ad confirmationem Epiſcopi omnes devotè conveniant, eique quæ neceſſaria ſunt miniſtrare non negligant.

Burchard lib. 4. c. 64. Ivo, par. 1. c. 2. 8. CCCLXXXIII. Præcipimus ut ad accipiendum, per manûs Pontificis impoſitionem, Spiritûs ſancti domum ſollicitè & devotè omnes concurrant, & Epiſcopo ſua ea quæ neceſſaria ſunt fideliter miniſtrent, eique ab omnibus & per omnia obediatur.

De parvulorum inſtructione, tàm fidei & baptiſmatis myſterio, quàm ſancti Spiritûs dono.

Burchard. lib. 3. cap. 138. CCCLXXXIV. Sciendum eſt omnibus quòd parvuli inſtruendi ſunt, cùm ad intelligibilem ætatem venerint, & de fidei ſacramento & baptiſmatis myſterio, & ſeptiformis gratiæ ſancti Spiritûs dono.

De frequenti peccatorum confeſſione.

CCCLXXXV. Notum eſſe omnibus volumus quòd confeſſio peccatorum, excepto ea quæ Sacerdotibus ad conſilium accipiendum Deumque placandum fit, Deo frequenter in oratione ſit facienda.

De manifeſtatione aliorum peccatorum, & quòd ea celare peccatum ſit.

Ivo, par. 16. c. 360. Gratian. dist 83. c. 4 *Quid enim;* & dist. 86. c. 3. *Facientis.* *Vide* infrà, Add. IV. c. 8. CCCLXXXVI. Omnibus fidelibus notum fore deſideramus quòd quorundam peccatorum alienorum conſcii, niſi ea emendationis & ſalutis cauſâ prodiderint, delinquant. Undè ſcriptum eſt: *Nihil prodeſt illi ſuo errore non pollui qui conſenſum præſtat erranti.* Et alibi: *Non ſolùm qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, rei ſunt.*

*Quòd magis delinquant qui fidem perceperunt, quàm alii, ſi tamen * in bono opere perſiſtant.*

* Leg. *ſi tamen iſti in*, &c. CCCLXXXVII. Sciendum eſt omnibus, & ſine oblivione retinendum, quòd graviùs puniantur qui fidem Chriſti perceperunt, & in malis vitam finierunt, quàm illi qui ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera; quoniam melius eſt fidem non percipere, quàm poſt ejus perceptionem retrorsùm abire.

De conjugio, quòd à Deo ſit inſtitutum.

Concil. Paric. VI. lib. 3. c. 20. CCCLXXXVIII. Notum ſit omnibus quòd conjugium à Deo ſit conſtitutum, & non ſit appetendum cauſâ luxuriæ, ſed procreatione filiorum, & quòd bonorum conjugatorum vita per Job ſit deſignata.

De caſtitate eorum qui conjugio ſunt copulandi.

Iſaac, tit. 11. c. 29. CCCLXXXIX. Sciendum eſt omnibus & firmiter retinendum quòd hi qui uxores ducere voluerint, ſicut eas caſtas & incorruptas cupiunt invenire, ſic ad eas caſti & incorrupti debent accedere, eaſque cum benedictione Sacerdotis, ſicut in Sacramentario continetur, accipere. Sed priùs eas dotali titulo debent conligare.

Ut omnes à minore uſque ad majorem ſuis Sacerdotibus, ſicut ipſi Domino, obedientes exiſtant, cujus vice legatione in Eccleſia funguntur. Ex Capitulis Domni Karoli, Theotonis villâ firmatis.

Vide ſuprà, p. 437.

CCCXC. Volumus atque præcipimus ut omnes ſuis Sacerdotibus, tam majoris ordinis quàm & inferioris, à minimo uſque ad maximum, ut ſummo Deo, cujus vice in Eccleſia legatione funguntur, obedientes exiſtant. Nam nullo pacto agnoſcere poſſumus qualiter nobis fideles exiſtere poſſunt, qui Deo infideles & ſuis Sacerdotibus inobedientes apparuerint; aut qualiter nobis obedientes noſtriſque miniſtris ac legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei cauſis & Eccleſiarum utilitatibus non obtemperant. Potiùs namque, juxtà Veritatis vocem, ille metuendus eſt qui poteſt animam & corpus perdere in gehenam, quàm ille qui corpus torquere & honores temporales poteſt auferre. De illis dictum eſt: *Qui vos audit, me audit. Et qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et alibi: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et rursùs: *Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, melius eſt illi ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus. & demergatur in profundo maris.* Et iterùm: *Qui vos recipit, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui me miſit.* Et multa alia horumque ſimilia His ergò fulti oraculis jubemus ut omnes eis pro viribus ad eorum peragenda miniſteria, & ad malos & peccatores atque neglegentes homines diſtringendos, ſummoperè obedientes exiſtant. Qui autem in his, quod abſit, aut neglegentes eiſque inobedientes fuerint inventi, ſciant ſe nec in noſtro Imperio honores retinere, licèt etiam filii noſtri fuerint, nec in palatio locum, neque nobiſcum aut cum noſtris ſocietatem aut communionem ullam habere, ſed magis ſub magna diſtrictione & ariditate pœnas luere. In his namque omnium noſtrorum fidelium volumus agnoſcere fidem ac benevolentiam; quoniam ſi hæc fideliter & utiliter impleverint, tunc Deo & nobis fideles erunt. Si autem, quod abſit, ſecùs egerint; tunc non ſolùm infideles, ſed infames atque reprobi manifeſtè apparentes notabuntur, eorumque domus publicabuntur, & ipſi exiliabuntur.

De infantum baptiſmo, & Eccleſiarum vel altarium ſeu fidelium conſignandorum dubitatione, quid agendum ſit.

Concil. Carth. V. c. 6.

CCCXCI. Placuit ut infantes, quandò non inveniuntur certiſſimi teſtes qui eos ſine dubitatione baptizatos eſſe teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem idonei de traditis ſibi ſacramentis reſpondere, abſque ullo ſcrupulo tempore legitimo baptizari. Similiter & de Eccleſiis vel altaribus, atque conſignandis fidelibus, quotiens ſuper his dubitatur, agendum eſt; id eſt, ut ſine ulla trepidatione conſecrentur, & fideles confirmentur; quoniam quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſinit ut videatur iteratum.

Concil. Angl. to. 1. p. 203, c. 41. Concil. Wormat. can. 70. Capitula Hornæi, c. 23. Regin. lib. 1. c. 266. Burchard. lib. 4. c. 43. Ivo, par. 1. c. 147. & 239. Gratian. diſt. 4. de Conſecr. c. 111. *Placuit.*

De Advocatis vel Defenſoribus Eccleſiarum à Principe poſtulandis.

CCCXCII. Pro Eccleſiarum cauſis ac neceſſitatibus earum, atque ſervorum Dei, Advocati, ſeu Defenſores, quotiens neceſſitas ingruerit, à Principe poſtulentur, & ab eo fideliter atque libenter juxtà canonicas ſanctiones fideliſſimi dentur.

Ut ubi quiſque ordinatur, ibi permaneat.

CCCXCIII. Clerici cujuſlibet gradûs in quibuſcunque locis ordinati fuerint Miniſtri, ad eadem loca pertineant, atque in ipſis locis perſeverent.

De Presbyteris & Miniſtris Eccleſiæ, ut à ſuis, & non ab aliis Epiſcopis, chriſma petant vel accipiant. Et de Chorepiſcoporum caſſanda ſuperſtitione.

Capitular. lib. 1. c. 93. Capitulare an. 799. c. 3. 4. Concil. Wormat. c. 60. Concil. Carth. IV. c. 36. Regin. lib. 1. c. 77. Burchard. lib. 4. c. 76. 78. Ivo, par. 1. c. 270. 272. Gratian. diſt. 95. c. 4. *Presbyteri*; & diſt. 4. de Conſecr. c. 123. *Presbyteri.*

CCCXCIV. In ſingulis Epiſcoporum parochiis Preſbyteri eorumque Miniſtri, non à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuis propriis, chriſma petant vel accipiant. Nec alio unquam tempore, juxtà ſanctos Canones, vel ſecundùm morem Romanum, niſi in Cœna Domini, ſanctum chriſma conficiatur. Quibus etiam diebus Preſbyteris vel eorum Miniſtris canonicè diſpenſandum eſt, ſed non aliis tradendum niſi ſolummodò Preſbyteris vel Diaconibus, aut Subdiaconibus benè fidelibus. Indignum enim eſt ut alii illud ſuſcipiant, niſi illi qui hoc in tradendo uſuri ſunt. Similiter & hoc ſtatutum eſt, ut à Chorepiſcopis, qui, juxtà Sanctorum decreta, locum ſeptuaginta Diſcipulorum, id eſt Preſbyterorum, tenent, vel ab ipſis Preſbyteris, nec virginum conſecratio, nec ſancti Spiritûs traditio, nec Eccleſiarum vel altarium conſecratio, vel illa quæ ſolis Epiſcopis debentur, fiat. Nam ſi à duobus Epiſcopis Epiſcopus non poteſt conſecrari, quomodò ille Epiſcopus erit, aut aliquid de epiſcopali miniſterio, niſi quantùm Preſbyter, cujus locum in Eccleſia tenet, agere poterit? Omnia ergò quæ iſti præſumptioſi de epiſcopali miniſterio egerunt, irrita eſſe

Flodoard. p. 308.

comprobantur & effectu carere, atque per omnia, tam ab apoſtolica Sede quàm & omnium Epiſcoporum decreto, irrita eſſe, & potiùs nocumenta quàm aliqua adjumenta ſunt judicata, ac ſæpius interdicta. Ideoque ne fiant ſub anathematis vinculo interdicimus, atque qui ab eis ſunt polluti potiùs quàm ſanctificati, in meliorem ſtatum canonicè, id eſt, à tribus ordinatis Epiſcopis, ut reformentur jubemus; quia reformatio non eſt iteratio, ſed eccleſiaſtica & canonica perfectio.

De his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores.

CCCXCV. Placuit ut hi qui rapiunt feminas, vel furantur, aut ſeducunt, ut eas nullatenùs habeant uxores, quamvis eis poſtmodùm conveniat, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum ſuorum acceperint. Si quis autem uxorem habere voluerit, canonicè & legaliter eam accipiat, & non rapiat. Qui verò eam rapuerit, vel furatus fuerit, aut ſeduxerit, nunquam eam uxorem habeat; ſed propinquis ſuis eam legalibus reddat, & in triplo plenum bannum dominicum componat, & inſuper canonicè publicam pœnitentiam gerat. Ad quod omnes unâ voce clamaverunt, dicentes: « Iſta omnes » firmiter tenere volumus, & in perpetuum » ab omnibus conſervari optamus.

1 Concil. Meld. c. 65. Capitula Herardi, c. 110. Iſaac, tit. 5. cap. 8. Concil. Troſl. c. 8. Burchard. lib. 9. c. 33. Ivo, par. 8. c. 171. Gratian. 36. q. 2. c. 11. *Placuit ut hi.*

Quòd in omnibus locis Deus orandus ſit, & non in aliis quàm in Deo dicatis ab Epiſcopis locis Miſſa ſit celebranda.

CCCXCVI. Sciendum eſt omnibus quòd & in aliis competentibus locis, ſi locus baſilicæ procul fuerit, oratio ad Deum & confeſſio peccatorum fieri debeat & poſſit; Miſſarum verò celebratio nonniſi in locis ab Epiſcopis Deo dicatis, excepto tempore hoſtilitatis, & hoc nonniſi in altaribus & tabernaculis ab Epiſcopis Deo dicatis ullatenùs ritè fieri poſſit aut debeat. *Vide infrà, cap.* 431.

Capitulare Theodonis, cap. 11. Capitula Herardi, c. 34. Conc. Moguntin. anni 888. c. 9. Regin. lib. 1. c. 132.

De Secularibus qui Epiſcopis ſuis inobedientes exiſtunt, & ad emendationem ſui tardant venire, quid agendum ſit.

CCCXCVII. Si quis ſecularium, tam majoris ordinis quàm & inferioris, peccatum egerit, & vocatus ſui Epiſcopi auctoritate ad emendationem ac pœnitentiam venire diſtulerit, tamdiu ſit ab Eccleſia extorris & à catholicorum conſortio ſequeſtratus, quouſquè quod illicitè commiſit, emendet, ac reatum ſuum uſque ad ſatisfactionem canonicè diluat, atque reconciliatione proprii Epiſcopi divinis precibus indulgentiam conſequatur & veniam, Eccleſiæque gremio, à cujus utero deviaverat, peractâ ſatisfactione, ab eodem emendatus Epiſcopo canonicè reddatur.

Iſaac, tit. 9. c. 4.

De Clericis, ut non utantur armis vel ſagis.

CCCXCVIII. Ut Clerici pompis aut ſagis vel armis non utantur.

Concil. Manſicon. t. 5. Capitula Herardi, c. 113.

Ut ea quæ Epiſcopus in ſua diœceſi corrigere non valet, ad alios referat Præſules, vel, ſi neceſſe fuerit, Regi intimet.

CCCXCIX. Ut ea quæ in ſua diœceſi Epiſcopus per ſe ſuoſque corrigere vel emendare nequiverit, coram reliquis Epiſcopis ad corrigendum inſinuet, vel Regi indicare non tardet; ut qui eccleſiaſticis regulis inobediens apparuerit, per Poteſtates exteras corrigatur.

De his qui Deo famulantur, ſi in barathrum fornicationis ceciderint, qualiter corrigendi ſunt.

CCCC. Statuimus ut ſi quis ſervorum Dei vel ancillarum Chriſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, quòd in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus Preſbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, ut antè flagellatus & ſcorticatus videatur; & poſt Epiſcopus adaugeat. Si autem Clericus vel Monachus in hoc peccatum inciderit, poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vertente anno ibi pœnitentiam agat. Similiter & Nonnanes velatæ eâdem pœnitentiâ teneantur, & radantur omnes capilli capitis ejus.

Capitulare anni 742. cap. 6.

De his qui à Paganis baptizati fuerint.

CCCCI. Præcipimus ut qui à Paganis baptizati ſunt, denuò à Chriſti Sacerdotibus in nomine ſanctæ Trinitatis baptizentur, & poſteà ab Epiſcopis chriſmentur, quia aliter Chriſtiani nec dici nec eſſe poſſunt.

Gregor. III. ep. 1. cap 1. Gratian. diſt. 4. de Conſecr. c. 52. *Quos à Paganis.* Zachar. ep. 11. ad Bonifac.

De his qui à Chorepiſcopo confirmati fuerint.

CCCCII. Si quis ab Epiſcopo, & non à Chorepiſcopo, qui non Epiſcopus, ſed vicarius Epiſcopi, priuſquam prohibiti eſſent, & erant & dicebantur, fuerit confirmatus, reiterari talis confirmatio non debet. Nam Chorepiſcopi, antè apoſtolicam atque ſynodalem prohibitionem, non ex numero Apoſtolorum, ſed ex ſeptuaginta Diſcipulorum, ut ſacri Canones teſtantur, ordine erant, quos nunquam Spiritum paraclitum tradidiſſe novimus. Sed quia olim, ut dictum eſt, jam dicti

Iſaac, tit. 11. c. 30. Capitulare Interrogat. an. 799. ſuprà, p. 330. cap. 5.

Chorepiſcopi prohibiti ſint, ideò modò nihil ſint, nec ſanctum Paracletum ullo unquam tempore tradere potuerunt, nec modò poſſunt. Quapropter non apparet iteratum quod olim canonicè non agnoſcitur patratum.

Ut qui ab hæreticis baptizatus fuerit in nomine Sanctæ Trinitatis, non rebaptizetur, ſed ſolâ impoſitione manûs perficiatur.

Burchard. lib. 4. c. 40. Ivo, par. 1. c. 234.

CCCCIII. Quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris & Filii, & Spiritûs ſancti, nullo modo rebaptizari debetur, ſed per manûs ſolam impoſitionem purgandus eſt.

Ut baptizandi Symbolum diſcant fidei.

Supra, c. 262.

CCCCIV. Baptizandos oportet fidei Symbolum diſcere, & quintâ feriâ ultimæ ſeptimanæ Epiſcopo vel Preſbyteris reddere. Et qui in ægritudine conſtituti baptiſmum perceperint, ſani facti fidei Symbolo doceantur, ut noverint quantâ natione digni ſunt habiti. Oportet etiam baptizatos poſt baptiſmum chriſma cœleſte percipere, & regni Chriſti participes fieri.

Ut hi de quibus dubitatur utrùm baptizati ſint, an non, vel à Presbytero Diis immolanti vel immolatitiis carnibus veſcenti ſunt baptizati, ut rebaptizentur.

Gregor. III. ep. 1. cap. 5.

CCCCV. Quod hi qui dubitant utrùm ſint baptizati, an non, vel à Preſbytero Diis mactanti vel immolatitiis carnibus veſcenti, fuerint baptizati, ut baptizentur præceptum eſt.

Ne nullus pluſquàm duas uxores accipiat.

Ibid. c. 6. Capitula Herardi, c. 23. Burchard. lib. 9. c. 23. Ivo, par. 8. c. 161.

CCCCVI. Ne quiſquam ampliùs quàm duas accipiat uxores, quia jam tertia ſuperflua eſt.

De orationibus & eleemoſynis ac Miſſarum celebrationibus pro fidelibus defunctis fideliter agendis; quibus impii carere debent, quoniam nec eorum eleemoſyna à Sacerdotibus vel reliquis fidelibus accipienda eſt.

Spicileg. tom. 9. p. 59. c. 56. Gregor. III. ep. 1. cap. 3. Gratian. 13. q. 2. c. 21. *Pro defunctis.*

CCCCVII. Quòd pro catholicis defunctis ſint memoriæ faciendæ, & oblationes & orationes Deo offerendæ. Non tamen pro impiis, quamvis ſint Chriſtiani, ex his aliquid agere licebit.

Ut nullus Epiſcopus, ſive Presbyter, aliam cauſam in Synodo priùs ſuggerat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ pertinent, finiantur.

Supra, c. 264.

CCCCVIII. Nullus Epiſcoporum vel Preſbyterorum aliquam priùs cauſam ſuggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ & ad ſeveritatem regulæ, atque ad animæ remedia pertinent, finiantur.

De his qui facultatulam Eccleſiæ petunt à Regibus, prævâ cupiditate inlecti, quid agendum ſit.

Ibid. 265.

CCCCIX. Qui reculam Eccleſiæ petunt à Regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione Eccleſiæ, cujus facultatem auferre cupiunt, excludantur.

Ut nullus Epiſcopus alterius Epiſcopi res devaſtet aut plebes invadat.

Ibid. 266.

CCCCX. Ne parochias cujuſlibet Epiſcopi alterius civitatis Epiſcopus, canonum temerator, invadat, & veſanæ cupiditatis facibus inflammatus, ſuiſque admodùm non contentus, rapiat aliena.

De eo qui munuſcula Eccleſiæ fraudaverit vel quolibet modo invaſerit, ut ab Eccleſiæ communione arceatur.

Supra, lib. 6. c. 134.

CCCCXI. Si quis cujuſque munuſcula Eccleſiæ ſanctis ſcripturarum titulis conlata nefariâ calliditate abſtulerit, fraudaverit, invaſerit, retentaverit, atque ſuppreſſerit, & non ſtatim à Sacerdote commonitus Deo conlata reddiderit, ab Eccleſiæ catholicæ communione pellatur.

De Epiſcopo judicato, ſi apoſtolicam Sedem appellare voluerit.

Ferrand. c. 59. 60.

CCCCXII. Ut judicatus Epiſcopus ad apoſtolicam Sedem, ſi voluerit, appellet. *Ex Concilio Sardicenſe, cap.* v. Quòd ſi appellaverit, in cathedra ipſius alter non ordinetur.

De his qui à Judicibus quos Primates dederint, appellaverint, quid agendum ſit.

Ibid. c. 61.

CCCCXIII. Ut ſi à Judicibus quos Primas dederit quis appellaverit, alii Judices amplioris numeri decernantur. Quòd ſi & ab ipſis appellaverit, ad ſententiam Concilii cauſa deferatur.

De Presbyteris, ut inconſulto Epiſcopo non præſumant celebrare agenda.

Ibid. c. 91.

CCCCXIV. Ut Preſbyteri, inconſulto Epiſcopo, in quolibet loco agenda non audeant celebrare.

Ne aliquis Presbyter civitatis ſine Epiſcopi præcepto aliquid agat.

CCCCXV. Ut Preſbyter civitatis ſine juſſione ſui Epiſcopi nihil jubeat, nec in unaquaque parochia aliquid agat.

Ne Presbyteri rem Eccleſiæ ſine ſui conſenſu Epiſcopi vendant.

Ibid. c. 95. Criſcon. c. 152.

CCCCXVI. Ut Preſbyteri rem Eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi ſui non vendant.

De abjecto Clerico ab aliena Eccleſia non recipiendo.

Ferrand. cap. 138. CCCCXVII. Ut abjectum Clericum aliena Eccleſia non admittat.

Ut ſemper ad Patrem oratio dirigatur.

Vide ſuprà, lib. 6. c. 66. CCCCXVIII. Ut nullus in precibus niſi ad Patrem dirigat orationem. Et ut priùs eas cum inſtructioribus tractet.

De rebus Eccleſiæ à nullo injuſtè retentandis vel diripiendis.

Ibid. 136. Concil. Mogunt. anni 888. c. 6. CCCCXIX. Ne cui liceat res vel facultates Eccleſiis aut Monaſteriis, vel xenodochiis, pro quacunque eleemoſyna cum juſtitia delegatas, retentare, alienare, atque ſubtrahere. Quòd ſi quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum ſententiis conſtrictus, ab Eccleſiæ liminibus excludatur donec ea quæ ſublata ſunt aut retenta reddantur.

Ut ab Eccleſiæ ſocietate extorris habeatur quicunque ejus rebus damnum intulerit.

Vide ſuprà, lib. 6. cap. 235. CCCCXX. Ut nullus Epiſcoporum aut cujuſlibet ordinis Clericus, vel alia quæcunque perſona, quibuſlibet conditionibus, ſeu in uno regno ſeu in alio poſitas alterius cujuſcunque Eccleſiæ res aut petat aut præſumat accipere. Quòd ſi fecerit, tamdiù habeatur à communione altaris, vel ab omnium fratrum ac filiorum caritate ſuſpenſus, donec ipſe Eccleſiæ cujus directo ordine juris eſt, ablata reſtituat.

De privilegiis Eccleſiarum inlibatè ſervandis.

Ibid. 390. & ſeq. *Vide* to. 3. Ital. Sac. pag. 714. CCCCXXI. Privilegia atque præcepta Eccleſiarum manere ſemper incorrupta præcipimus. Et quicquid ab anteceſſoribus vel parentibus noſtris circà ſacroſanctarum Eccleſiarum utilitates conſtitutum eſt, vel quæ ſinguli quique Antiſtites pro cauſis eccleſiaſticis impetrârunt, ſub pœna ſacrilegii jugi ſolidata æternitate ſerventur.

De Clericis à propriis Epiſcopis corrigendis.

Vide Cod. Theod. p. 321. l. 21. 22. *Vide ſuprà, lib. 6. cap. 111. 390.* CCCCXXII. Placuit ut Clerici non diſtringantur vel dijudicentur niſi à propriis Epiſcopis. Fas enim non eſt ut divini muneris Miniſtri temporalium Poteſtatum ſubdantur arbitrio. Nam ſi propriorum Epiſcoporum juſſionibus inobedientes extiterint, tunc, juxtà canonicas ſanctiones, per Poteſtates exteras adducantur, id eſt, per Judices ſeculares.

Ut nullus Chorepiſcopus per impoſitionem manûs Spiritum ſanctum tradat, aut conſecrationem pontificalem faciat.

Capitulare I. anni 803. cap. 5. Iſaac, tit. 12, c. 31. CCCCXXIII. Placuit, ſicut Leonis Papæ & omnium Epiſcoporum noſtrorum atque reliquorum fidelium generali & ſynodali conſultu decrevimus, ut nullus Chorepiſcopus per manûs impoſitionem Spiritum ſanctum tradere, aut Sacerdotes vel Levitas aut Subdiaconos ſacrare, vel virgines velare, aut ſanctum chriſma conficere, vel Eccleſias aut altaria ſacrare, aut benedictionem in publica Miſſa populis tribuere præſumat: quæ omnia ſummis Pontificibus, id eſt, cathedralibus Epiſcopis, debentur, & non Chorepiſcopis vel Preſbyteris, quorum formam, juxtà ſanctorum Canonum decreta, Chorepiſcopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quæ ab eis gerentur, & ipſi omni eccleſiaſtico honore funditùs priventur.

De his qui à Chorepiſcopis ſunt ordinati Preſbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi.

Capitulare I. an. 803. cap. 6. CCCCXXIV. Ut hi qui à Chorepiſcopis Preſbyteri vel Diaconi, aut Subdiaconi ſunt ordinati, nullatenùs in preſbyteratûs vel diaconatûs, aut ſubdiaconatûs officio miniſtrare præſumant. Similiter homines qui ab imperitis ab eis videntur eſſe confirmati, vel virgines ſeu Eccleſiæ ſacratæ, aut chriſma confectum, ſive altaria dedicata, pro confirmatis vel ſacratis aut dedicatis minimè habeantur; quia quæ illi non habuerunt, dare non potuerunt, quoniam ex his eis quicquam agere non licet: quæ omnia ſummis Pontificibus debentur, & non Chorepiſcopis, qui nec ſummi Pontifices vel Epiſcopi fuerunt, nec deinceps unquam fieri poſſunt. Nullum enim ex ſeptuaginta ex his aliquid unquam feciſſe legimus vel ſcimus; ad quorum exemplum & formam Preſbyteros vel Chorepiſcopos, antequam ipſi Chorepiſcopi prohibiti eſſent, fuiſſe agnovimus. Hæc verò omnia à cathedralibus Epiſcopis, qui à comprovincialibus Epiſcopis aut præſentiâ aut judicio Metropolitani conſecrati eſſe noſcuntur, agenda ſunt, & non à Preſbyteris vel Chorepiſcopis, qui ambo unius formæ eſſe videntur. Quæ ſi ab eis aut propter imperitiam aut propter præſumptionem acta, ut prædictum eſt, ab imperitis eſſe putantur, à cathedralibus tamen Epiſcopis reformanda vel peragenda ſunt; quia quæ illi in his agere cogitârunt, imperfecta remanſerunt; &, ut jam prælibatum eſt, quod illi non habuerunt, dare non potuerunt. Epiſcopi namque non fuerunt, quia nec à tribus Epiſcopis nec ad aliquam epiſcopalem cathedram ordinati fuerunt. Et ideò ex his nihil agere potuerunt. Et ne alicui talis ordina-

tio

tio vel confirmatio, aut conſecratio reiteratio eſſe videatur, adrendat illud quod ſcriptum eſt: *Quod non oſtenditur geſtum, ratio non finit ut videatur iteratum.* Et reliqua talia, eorumque ſimilia.

Leo I. ep. 92. c. 15. *Vide* Innoc. III. in Collect. p. 427.

Ne Judices de exceſſibus malorum judicent aliquid extrà conhibentiam Sacerdotum.

CCCCXXV. Ne Judices quicquam de perfidorum exceſſibus, extrà Sacerdotum conhibentiam, judicare præſumant.

Supra lib. 6, c. 143.

De Presbyteris Epiſcoporum, quò ipſi ire non potuerint, ad corrigendum mittendis.

CCCCXXVI. Ut Epiſcopi tunc immunes habeantur à damnis, cùm eorum Preſbyteros ad ea quæ ipſi non correxerint, miſerint corrigenda.

Lib. 12. leg. Wiſig. tit. 3. c. 16. Concil. Tolet. XII. c. 9.

De eo qui fallax in fide repertus fuerit.

CCCCXXVII. Si coram hominibus repertum mendacium & infamem facit & damnis affligit, quantò magis in divina fallax fide præventus non erit penitùs ad accuſationem vel ad teſtimonium admittendus. Meritò ergò accuſare & teſtificare prohibentur qui in recta fide ſuſpecti ſunt.

L. 1. Cod. Theod. de Apoſtatis. Felix II. ep. 1.

Quòd non ſolùm flagitia deflenda, ſed etiam amaris pœnitentiæ fletibus ſint eradicanda.

Add. III. cap. 12.

CCCCXXVIII. Sicut deflendum Chriſtianis eſt eorum ſcelus qui in Chriſto prævaricatores exiſtunt, ita modis omnibus decernendum ut abſque ſatisfactione Eccleſiæ nullus omninò veniam mereatur qui à meliore propoſito ad deterius declinaſſe convincitur, quia crudelis & ſtupenda præſumptio crudeliori debet extirpari ſupplicio.

Lib. 12. leg. Wiſigoth. tit. 2, c. 17.

De illo qui non ſolùm furtum fecerit, verùm & qui furi conſenſerit.

CCCCXXIX. Non ſolùm ille qui furtum fecerit, ſed etiam & quicunque conſcius fueric, vel furto ablata ſciens ſuſceperit, in numero furantium habeatur, & ſimili vindictæ ſubjaceat.

Vide ſupra, lib. 6. cap. 160. Lib. 7. leg. Wiſigoth. tit. 2. c. 7.

Ut in ſancto Paſchæ Sabbato, die & Paraſceve, Miſſæ non agantur.

CCCCXXX. Ut Sabbato ſancto, hoc eſt, in vigilia Paſchæ, jejunium antè noctis initium, niſi à parvulis aut infirmis, non ſolvatur. Nec Miſſa in Paraſceve, aut in eodem Sabbato ſancto, vel divina myſteria his duobus diebus celebrentur. Canonibus quippè jubentibus biduò iſta ſacramenta penitùs non debent celebrari.

Supra, c. 280.

De his qui in locis inlicitis & minimè conſecratis, contrà canonicam auctoritatem, Miſſas celebrare vel audire præſumunt.

CCCCXXXI. Statutum ſæpiſſimè & inhibitum eſt ut Miſſarum celebrationes in locis incongruentibus fieri omninò non debeant. Simul & hôc decretum eſt, ut ſi quis Preſbyterorum, excepto quandò in itinere pergitur, & locus baſilicæ procul eſt, & id in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, ne populus Dei ſine Miſſarum celebratione & corporis & ſanguinis dominici perceptione maneat, Miſſarum celebrationes in hujuſcemodi inlicitis locis poſt tot tantaſque prohibitiones facere tentaverit, gradûs ſui periculum incurrat. Et hoc populis denuntiandum eſt, ne Miſſas in prædictis inlicitis locis Sacerdotibus cantare ſuadeant, vel hæc inlicita facere Preſbyteros deprecentur; quoniam ſcriptum eſt: *Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris, ſed in loco quem elegerit Dominus ut ponat nomen ſuum ibi.* Satius igitur eſt Miſſam non audire, quàm eam ubi non licet, nec oportet, celebrare nec audire. Et in Canonibus legitur ut nullus Sacerdotum in domibus vel in aliis locis, niſi in Eccleſiis dedicatis, celebrare Miſſas audeat. Si quis contrà hæc decreta egerit, canonicâ correctione feriatur. Simul & hoc ſtatutum eſt, ut nullus Sacerdos in aliis quàm in Deo dicatis vaſis, & ab Epiſcopis conſecratis, miniſtrare ſeu Miſſas celebrare præſumat: quia ſicut non eſt conceſſum ut alii Miſſas cantent & ſacrificia conſecrent, quàm illi qui ab Epiſcopis ſunt conſecrati, ita non eſt licitum ut in aliis domibus vel altaribus, aut vaſis, Miſſas Sacerdotes celebrare præſumant, quàm ab Epiſcopis conſecratis. Sunt etiam ab Epiſcopis conſecranda & benedicenda corporales pallæ ac alia veſtimenta ſacerdotalia, necnon & omnia quæ in uſus baſilicæ vel altaris, ſive in miniſterio Sacerdotum, ad divina myſteria explenda complectuntur, quatinùs cum his ſacris Deo ſacratiùs ſive placabiliùs miniſtrare valeant. Undè & in aliis ſanctorum Patrum decretis legitur: *Quamquam Deum verè fide ubique orare liceat, ſacrificia verò offerre aut corpus Domini confici nullo modo legimus aut veraciter ſcimus in aliis locis juſtè fieri, niſi in locis Deo ab Epiſcopo dicatis, niſi cauſâ hoſtilitatis aut ſummæ neceſſitatis: & hoc non in manſionibus aut in domibus non ſacratis, ſed in ta-*

Felix IV. ep. 1. Capitulare Epiſcopor. anni 801. cap. 9. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 47. & lib. 3. c. 6. Felix IV. ep. 1. Burchard. lib. 4. c. 58. Fulbert. ep. 36. Ivo, par. 1, c. 76; & par. 3. c. 61. Gratian. diſt. 1. de Conſecr. c. 11. & ſeq.

Deuter. 12.

Supra, c. 396.

bernaculis dedicatis ab Epiſcopis, & altaribus à Pontificibus ſacrâ unctione unctis & divinis precibus conſecratis, & hoc ſumma ex neceſſitate, & in itinere, procul ab Eccleſia poſitis, ne populus ſine Miſſarum ſolemnia & ſacramenti corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti perceptione remaneat. Ab antiquis autem Patribus & prædeceſſoribus noſtris, nulla alia ex occaſione, aut pigritia, ſeu præſumptione, ſed propter dictam neceſſitatem, hoc conceſſum eſſe legimus. Aliter quoquè, niſi ut præfixum eſt, in locis non conſecratis Miſſarum ſolemnia agere non licet. Et hoc nonniſi ex ſummis & pro prædictis neceſſitatibus fieri ullo modo licet; quoniam Lex divina admodùm præcipiens ait: *Caveat quiſque ne offerat holocauſta ſua in omni loco, ſed in loco quem Dominus elegit.* Et alibi: *Rectè offert qui ad Eccleſiam neceſſitate præoccupante aut infirmitate venire non poteſt, & aliubi Deum orat.* Sed non rectè dividit qui in locis inlicitis & altaribus minimè conſecratis Miſſarum celebrationes peragit. Multò enim meliùs eſt Miſſas non cantare aut audire, quàm in locis inlicitis Miſſas cantare aut audire: quoniam qui inlicita agit & prohibita facit, non modicùm errat, & nimis peccat; & niſi pœnitentiam canonicè & juſtè in hoc ſeculo ex hoc egerit, maximam condemnationem in futuro judicio propter hoc indubitanter percipiet. Multa verò & innumerabilia exempla ex his in ſupradictis legalibus, & in aliis canonicis & divinis libris, inveniuntur, quæ hìc pro prolixitate inſerre diſtulimus, & pro faſtidio ac labore ſcriptorum ſive lectorum hìc non inſeruimus. Nam ſi quis ex his potiora & plura exempla invenire deſiderat, in præfixis libris ſufficienter legendo & diligenter quærendo invenire poterit. Si quis ergò poſt tot prohibitiones hæc decreta apoſtolicâ & ſynodali atque imperiali auctoritate renovata, & maximè omnium imperii noſtri Populorum ac Procerum noſtrorum conſenſu & hortatu conſcripta atque firmata, temerare præſumpſerit, ſi Clericus fuerit, gradûs ſui periculo ſubjacebit. Si verò Monachus aut Laicus fuerit, à limin bus Eccleſiæ uſquè ad Eccleſiæ ſatisfactionem extorris fiat. Si autem, quod abſit, ſuo Epiſcopo vel reliquis Sacerdotibus inobediens vel contumax extiterit, à Comitibus vel Miſſis noſtris comprehenſus, in carcerem uſquè ad noſtram & proprii Epiſcopi atque Eccleſiæ ſatisfactionem ſub magna ærumna retruſus maneat.

Fulbert. ep. 56.

Quòd inceſtum committat qui ſe conſanguineæ ſuæ uſquè affinitatis lineam conjungit.

CCCCXXXII. Nullus fidelium uſquè adfinitatis lineam, id eſt, uſquè in ſeptimam progeniem, conſanguineam ſuam ducat uxorem, vel eam quoquo modo inceſti maculâ polluat. Si quis verò hoc ſcienter temerare præſumpſerit, ſi liber eſt, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos, fiſco noſtro perſolvat, & inſuper canonicè ut inceſtus luat, ac publicè juxtà canonicos gradus pœniteat. Si autem ſervus vel eccleſiaſticus fuerit, publicè flagelletur ac decalvetur, & juxtà proprii Epiſcopi juſſionem pœnitentiam publicè & canonicè gerat. Quòd ſi aliquis, tam liber quàm ſervus, aut eccleſiaſticus vel fiſcalinus, Epiſcopo proprio vel ſuo Sacerdoti aut ſuo Archidiacono inobediens vel contumax, ſive de hoc ſive de alio quolibet ſcelere, extiterit, omnes res ejus à Comite & à Miſſo Epiſcopi ei contendantur uſque dum Epiſcopo ſuo obediat, ut canonicè pœniteat. Quòd ſi nec ſe ita correxerit, & ad Epiſcopum & canonicam pœnitentiam venire diſtulerit, à Comite comprehendatur, & in carcerem ſub magna ærumna retruſus teneatur, nec rerum ſuarum poteſtatem habeat quouſquè Epiſcopus juſſerit. Quòd ſi Comes vel ejus Miniſtri hæc adimplere diſtulerint, canonicè ab Epiſcopo vel à ſuo Miniſtro excommunicetur, & uſquè dùm hæc pleniter adimpleat, ſemper communione catholicorum careat, uſque dùm ipſi Epiſcopo humaniùs ergà eum aliquid agere placuerit. Si verò, quod non optamus, ipſe Comes aut de prædictis cauſis aut de ipſa excommunicatione inobediens aut neglegens apparuerit, honore Comitatûs pariter & communione careat uſquè dùm ambo in noſtram præſentiam veniant, ut nos illum epiſcopali auctoritate atque imperiali metu ita corrigamus, ut & cæteri timorem habeant, nec deinceps talia committere ullatenùs audeant.

Add. III, cap. 123. Gregor. III. ep. 1. cap. 5. Burchard. lib. 7. c. 11. Ivo, par. 9. c. 26. Gratian. 35. q. 2. c. 16. Pœnitentiale.

Ut inceſti, quandiu in ſcelere manent, non fidelium Chriſtianorum, ſed tantùm aut Gentilium aut Catechumenorum, vel Energumenorum, locum teneant.

CCCCXXXIII. Inceſti, dùm in ipſo deteſtando atque infando ſcelere manent, non inter fideles Chriſtianos, ſed inter Gentiles aut Catechumenos vel Energu-

Concil. Ilerd. c. 4. Iſaac, tit. 4. c. 14. Burchard. lib. 7. c. 5.

Ivo, pa. 2. 9. c. 25. & 41. Gratian. 35. q. 8. c. 3. *Inceſtuoſi.* Add. III. cap. 124.

menos, habeantur; id eſt, cum Chriſtianis non cibum ſumant, non potum, non in eodem vaſculo edant aut bibant; ſed ſoli hoc faciant. Non oſculentur aut ſalutentur ab eis. Sed ſi ſuis Sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefandiſſimo ſe ſcelere ſegregare atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur qui ſpiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos de quibus

Matth. 18. ipſa Veritas ait: *Si te non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Nam cum fidelibus non debent orare, nec in Eccleſiam intrare, ſed ad januam Eccleſiæ excubare, & intrantibus in eam atque exeuntibus ex ea vultu in terra proſtrato veniam poſtulare, & ut pro ſe orare non dedignentur flagitare, & lacrymis perfuſi, vultu contrito, atque humiliato ſpiritu, ſemper omnibus apparere, uſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ & proprii Epiſcopi canonicam reconciliationem manere, & ad priſtinum inceſtum numquam redire, nec ſecularia negotia exercere, nec placitis aut accuſationibus vel teſtimoniis intereſſe, ſed crebris Sacerdotum precibus, manûſque Pontificis proprii impoſitionibus, & eleemoſynarum largitionibus, atque cæterorum bonorum * hominum exhibitionibus eos purgari ſanarique oportet.

* operum.

De inceſtis nullo conjugii nomine prævalendis.

Concil. Agat. c. 61. Isaac, tit. 4. cap. 15. Ivo, par. 3. c. 25.

CCCCXXXIV. Inceſtos nullo conjugii nomine prævalendos eſſe cenſemus.

De inceſtis conjunctionibus.

Vide ſuprà, lib. 6. cap. 309.

CCCCXXXV. Si quis eo gradu ſe inceſtuoſo ordine cum his perſonis quibus à divinis regulis prohibitum eſt, conjunxerit, uſquequò pœnitentiam ſequeſtratione teſtentur, utrique communione priventur, & neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum cauſarum licentiam habebunt. Nam quoquo modo prædicto ſe inceſto conjunxerint, Epiſcopi ſeu Preſbyteri in quorum diœceſi vel pago actum fuerit, Regi vel Judicibus ſcelus perperratum adnuntient; ut cùm ipſis denuntiatum fuerit, ſe ab eorum communione aut cohabitatione ſequeſtrent. Res autem eorum ad primos parentes uſquè ad ſequeſtrationem perveniant, ſub ea conditione, ut antequam ſegregentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, niſi præfatum ſcelus ſequeſtrationis ſeparatione & pœnitentiâ fateantur.

De canonicæ accuſationis ordine.

Lib. 19. Cod. Theodoſ. de Accuſat. & Inſcript. Capitula Angilramni, cap. 7. Capitula Herardi, c. 104. Ivo, par. 6. cap. 332.

CCCCXXXVI. Accuſationis ordinem canonicis dudum regulis inſtitutum ſervare jubemus, ut ſi quis Clericus in criminali vel in leviori cauſa pulſatur, vel in diſcrimine capitis arceſſitur, non ſtatim reus æſtimetur quia accuſari potuit, ne ſubjectam innocentiam faciamus; ſed quiſquis ille eſt qui crimen intendit, in judicium epiſcopale veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat, cuſtodiat ſimilitudinem, habitâ tamen dignitatis æſtimatione patiatur. Nec ſibi fore noverit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii.

De ſervis & libertis, vel infamibus perſonis, non recipiendis.

Vide ſuprà, lib. 7. c. 76. Capitula Angilramni, c. 21. Gratian. 6. q. 1. c. 2. *Omnes.*

CCCCXXXVII. Omnes ſervi vel liberti omneſque infames perſonæ non permittantur majores natu accuſare, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Infames ſunt cuncti quos decreta canonica & eccleſiaſtica, atque leges ſeculares, adſcribunt infames eſſe.

De Epiſcopis & reliquis Sacerdotibus, vel Clericis, ad ſeculares Judices minimè accuſandis.

L. 41. Cod. Theod. de Epiſcop. & Cleric. Capitula Angilramni, c. 24. Gratian. 2. q. 7. c. 50. *Si quis Epiſcopus.*

CCCCXXXVIII. Si quis Epiſcopus, Preſbyter, aut Diaconus, vel quilibet Clerici apud Epiſcopos, quia alibi non oportet, à qualibet perſona fuerint accuſati, quicunque fuerit ſive ille ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus inlaudabilis intentionis arripuit, noverit docenda probationibus, monſtranda documentis ſe debere inferre. Si quis ergò circà hujuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate hujus ſanctionis intelligat ſe jacturam famæ propriæ ſuſtinere; ut damno pudoris, exiſtimationis diſpendio, diſcat ſibi alienæ verecundiæ impunè inſidiari ſaltèm de cætero non licere. Nam ſicut Epiſcopos, Preſbyteros, Diaconos, cæteroſque, ſi his objecta potuerint comprobare, ab eccleſiaſticis gradibus æquum eſt removeri, ita ſimilis videri debet juſtitiæ modus quòd appetitæ innocentiæ moderatam deferri juſſimus ultionem. Ideò hujuſcemodi duntaxat cauſas Epiſcopi ſub teſtificatione multorum actis audire debebunt.

De Primatum & Metropolitanorum differentia.

Capitula Angilramni, c. 25.

CCCCXXXIX. Nulli alii Metropolitani appellentur Primates, niſi illi qui

Ivo, par. 5. c. 54.

primas ſedes tenent, & quos ſancti Patres ſynodali & apoſtolicâ auctoritate Primates eſſe decreverunt. Reliqui verò qui alias metropolitanas ſedes ſunt adepti, non Primates, ſed Metropolitani vocentur.

De familiaribus vel hominibus, tàm liberis, quàm ſervis, Dominum accuſantibus, vel ſecreta ejus prodentibus, quid agendum ſit.

L. 3. Cod. Theod. *Ne præter crim. majeſt.* Ivo, par. 16. c. 61, 332.

CCCCXL. Si quis ex familiaribus vel ex ſervis cujuſlibet domûs cujuſcunque criminis delator atque accuſator emerſerit, ejus exiſtimatione caput atque fortunas petiturus cujus familiaritati vel dominio inhæſerit, antè exhibitionem teſtium, antè examinatum judicium, in ipſa expoſitione criminum atque accuſationis exordio, ultore gladio feriatur. Vocem enim funeſtam potiùs intercidi, quàm audiri oportet. Eorum verò accuſandi Sacerdotes vel teſtificandi in eos os obſtruimus quos non humanis, ſed divinis vocibus, mortuos eſſe ſcimus.

Vide ſuprà, cap. 322.

Quòd Epiſcopi à Deo, cujus ſervi exiſtunt, ſint judicandi, accuſandi, vel damnandi; quia, juxtà Apoſtolum, nemo alienum ſervum debet judicare. Et quòd non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus ſint lacerandi, ipſo Domino regulam tribuente.

Anaclet. ep. 2.

CCCCXLI. Epiſcopi à Deo judicandi ſunt, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus ſunt lacerandi, ipſo Domino exemplum dante quandò per ipſum, & non per alios, vendentes & ementes ejecit de templo, & menſas nummulariorum proprio evertit flagello, & ejecit de templo. Et ſicut alibi ait: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos diſcernit.*

Pſal. 81.

De his qui ſe ipſos quocunque modo necant.

Concil. Autiſſiodor. c. 17. Iſaac, tit. 11. c. 32. Burchard. lib. 19. c. 131. Ivo, par. 10. c. 6.

CCCCXLII. Quicunque ſe propriâ voluntate aut in aquam jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut cuilibet voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipietur.

De his qui Clericum injuriaverint.

Vide ſuprà, lib. 5. cap. 192.

CCCCXLIII. Quicunque Judex aut Secularis Preſbytero aut Diacono, aut cuilibet de clero, aut de junioribus matris Eccleſiæ, abſque audientia Epiſcopi vel Archidiaconi, vel Archipreſbyteri, injuriam inferre præſumpſerit, anathema ab omnium Chriſtianorum conſortio habeatur.

Ne Laici interſint quandò canonica jura ventilantur, vel regularia examinantur, niſi in propria accuſentur perſona.

CCCCXLIV. Quandò ea quæ canonica ſunt ventilantur, vel quædam regularia examinantur, nec Judices ſeculares neque aliquos Laicos intereſſe oportet, niſi eos tantummodò qui in propria accuſantur perſona.

Ut eccleſiaſtica jura ſemper inlibata permaneant.

Capitulare III. anni 814. c. 10. *Vide* Cod. Theod. p. 321, L. 2122.

CCCCXLV. Monemus ut jura Eccleſiarum, ſicut à Patribus divinitùs inſpiratis ſunt ordinata, inviolata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiſcat, nec per alterius imitationem ſuum aliquis quærat augmentum.

Suggeſtio populi ad Imperatorem Karolum & Epiſcopos.

CCCCXLVI. Deus ad hoc veſtram religioſitatem ordinavit ut & injuſtitias removeatis, & præſumptiones abſcidatis, & Sacerdotibus laborantibus fucurratis, & multis opprobriis locum non præbeatis, ſed poſt agnitionem, ei qui calumniam patitur adjutorium feratis; illum verò qui calumniam facit, ſi verè eſt calumniator, abſcidatis.

De alienis Judicibus non recipiendis, & peregrina judicia vel examina reſpuenda.

CCCCXLVII. Epiſcopis ſingulorum locorum, omnium qui ſub eorum degunt moderamine curæ ſit cauſas utilitateſque diſponere. Valdè enim eſt incongruum ut, omiſſis ſuis, alii quilibet illorum ſe cauſis admiſceant; ſed illi eorum vitam competenti regularique debeant moderatione diſponere qui eos ordinare canonicè poſſunt, vel à quibus ordinati ſunt, & qui pro commiſſis eorumque animabus compelluntur reddere rationem.

De Epiſcopo qui adversùs proprium Metropolitanum, vel contrà alios quoſque, habuerit cauſam, quid agendum ſit.

CCCCXLVIII. Si fortè, quod non optamus, aliquem Epiſcopum contrà proprium Metropolitanum vel contrà alios quoſque contingat aliquid habere cauſæ, decrevimus ut ob hoc Sedis apoſtolicæ judicium hi qui petere feſtinant, licentiam habeant: quod ſcitis canonum etiam antiquorum Patrum inſtitutione permiſſum.

Quòd fundamentum totius bonitatis ſit Chriſtus Jeſus, & qualiter in ovile ovium per oſtium ſit intrandum.

I. Cor. 3.

CCCCXLIX. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, qui eſt Chriſtus Jeſus. Quiſquis ergò cum dilectione Dei & Proximi, fidei quæ in Chriſto eſt firmitatem tenet, eundem Jeſum Chriſtum Dei & hominis filium

apud ſe poſuit fundamentum. Sperandum ergò eſt quia ubi Chriſtus fundamentum eſt, bonorum quoquè operum ſequatur officium. Ipſa quoquè per ſe Veritas dicit:

Joan. 10. *Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ovium.* Et paulò poſt ſubjecit, dicens: *Ego ſum oſtium.* Ille ergò in ovile ovium intrat per oſtium, qui intrat per Chriſtum. Ipſe autem per Chriſtum ingreditur, qui de eodem Creatore ac Redemptore humani generis vera ſentit & prædicat, & prædicata cuſtodit; culmen regiminis ad officium portandi oneris ſuſcepit, non ad appetitum gloriæ tranſitorii honoris; curæ quoquè ſuſcepti ovilis ſolerter invigilat, ne oves Dei aut perverſi homines prava loquentes dilanient, aut maligni ſpiritus oblectamenta vitiorum ſuadentes devaſtent.

S. Gregor. lib. 7. Ind. 2. epiſt. 129. Ivo, par. 16. c. 233.

De cauſis definitis minimè recommovendis.

CCCCL. Flagitari judicium non debet de cauſa quæ diffinita vel judicata eſt.

De his qui contrà Præpoſitos ſuos ſe eriguntſ, & de accuſatoribus vel teſtibus inimicis, quid agendum ſit.

S. Gregor. lib. 2. Ind. 10, ep. 24.

CCCCLI. Qui ſe contrà Præpoſitos ſuos erigunt, profectò oſtenditur quia eſſe ſervi Dei contemnunt. Filius Dei in

Joan. 8. ſancto ait Evangelio: *Ego non accuſo nec judico quemquam.* Nihil enim ſine Patre facit Filius, quia communis eorum operatio

S. Ambr. lib. 5. epiſt. 20. eſt & unita voluntas. Hoc vero in loco quaſi Judex loquitur, dicens qualis judex, quales teſtes Deo eſſe debeant, ut cognoſcant homines in judicando quòd non ex voluntate & poteſtate ſua, ſed ex æquitate debeant formare ſententiam. Juſtitia in judicando eſt manifeſtanda, non potentia.

De regulis Clericorum.

Conc. Mogunt. anni 813. c. 10. Iſidor. lib. 2. de Offic. c. 2.

CCCCLII. Clerici lege Patrum monentur ut à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant; non ſpectaculis, non pompis interſint, convivia publica fugiant, privata, non tantùm pudica, ſed ſobria colant, uſuris nequaquam incumbant, qui nec turpium occupationes lucrorum fraudeſque cujuſquam ſtudiosè appetant, amorem pecuniæ quaſi materiam cunctorum criminum fugiant, ſecularia officia negotiaque abiciant, honorum gradus per ambitiones non appetant, pro beneficiis medicinæ Dei munera non accipiant, dolos & conjurationes caveant; odium, æmulationem, detractionem, & invidiam fugiant; non vanis oculis, non infrenatâ linguâ, aut petulanti tumidoque geſtu incedant; ſed pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu & inceſſu oſtendant. Obſcœnitatem etiam verborum, ſicut & operum, penitùs execrentur. Viduarum ac virginum viſitationes frequentationeſque fugiant, & contubernia extranearum feminarum nullatenùs appetant. Caſtimoniam quoquè inviolati corporis perpetuò conſervare ſtudeant, aut certè unius matrimonii vinculo fœderentur. Senioribus quoquè debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant. Poſtremò in doctrina, in lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis ſpiritalibus, exercitio jugi divinis cultibus ſeſe mancipandos ſtudeant; ſcilicet ut dùm ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

De neganda accuſatorum licentia criminandi priuſquam ſe ipſos purgaverint de his quæ eis obiciuntur.

CCCCLIII. Neganda eſt accuſatis licentia criminandi priuſquam ſe crimine quo premuntur exuerint.

Lib. 12. Cod. Theod. de Accuſat. & Inſcript.
Concil. Duziac. pag. 250.
Burchard. lib. 1. c. 164.
Ivo, par. 5. cap. 274.
Gratian. 3. q. 11. c. 1. *Neganda.*

De falſis teſtibus & perjuris quid agendum ſit.

CCCCLIV. Si quis convictus fuerit aliquos ad falſum teſtimonium vel perjurium adtraxiſſe, aut per quamcunque corruptionem ſollicitaſſe, ipſe quidem uſquè ad exitum non communicet.

Concil. Matiſcon. I. c. 17. Burchard. lib. 16. cap. 8.

De qualitate virginis in conjugio.

CCCCLV. Sciſcitandum eſt ſi vult pater virginis, quia caput mulieris vir. Requirenda eſt à patre voluntas virginum, dùm Deus relinquat hominem in manibus conſilii ſui.

Ut Clerici vel Laici in aliena Eccleſia non communicent ſine litteris Epiſcopi ſui.

CCCCLVI. Statutum eſt ut unuſquiſque Clericus vel Laicus non communicet in aliena plebe ſine litteris Epiſcopi ſui. *Vide Addit. IV. cap. 37.*

Concil. Carthag. I. c. 7. Regin. lib. 1. c. 55.

Ut Laici contemptores Canonum excommunicentur, Clerici verò honore priventur.

CCCCLVII. Si quis ſtatuta ſupergreſſus corruperit vel pro nihilo habenda putaverit, ſi Laicus eſt, communione, ſi Clericus, honore privetur.

Suprà, lib. 6. c. 303. Add. IV. cap. 60.

Ut qui Clericum alienum defendere nititur, communione privetur.

Concil. Hiſpal. II. c. 3. Concil. Arelat. VI. c. 24.

CCCCLVIII. Si fortè aliquis Clericorum regulam diſciplinæ eccleſiaſticæ ſubterfugiens fuerit evagatus, quicunque eum ſuſceperit, & illum Pontifici ſuo non reconciliaverit, ſed magis defenſare præſumpſerit, Eccleſiæ communione privetur.

De accuſationibus in Clericorum cauſis non ſuſcipiendis quæ ſeculi Legibus prohibentur. Et de Clericis damnatis, à nemine defendendis.

Ennod. in Apolog. p. 339. edit. Sirmond. Concil. Carthag. V. c. 2. Gratian. 22. q. 5. c. 3. *Si quis rejectibus.*

CCCCLIX. Statutum eſt ut nullæ accuſationes à Judicibus audiantur eccleſiaſticis quæ legibus ſeculi prohibentur. Et ut ſi quis cujuſlibet honoris Clericus judicio Epiſcoporum quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, ſive ab Eccleſiis quibus præfuit, ſive à quolibet homine defenſari; interpoſitâ pœnâ damni pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem nec ſexum excuſandum eſſe præcipimus.

Ut non alii Metropolitani Primates appellentur, niſi illi qui primas ſedes tenent; quia alii non poſſunt tres turmas facere de Epiſcopis, quàm illi qui primas ſedes tenent; qui tres turmas facere debent, ſicut in hac ſententia jubetur.

Supra, c. 34.

CCCCLX. Placuit ut quotieſcunque Concilium congregandum eſt, Epiſcopi qui neque ætate neque ægritudine, neque aliâ graviore neceſſitate impediuntur, competenter occurrant. Primatibuſque ſuarum provinciarum intimetur ut de univerſis Epiſcopis vel duæ vel tres turmæ fiant, ac de ſingulis turmis viciſſim quotquot electi fuerint, ad diem Concilii inſtantiſſimè occurrant.

Quòd cum illis quibus Epiſcopus non loquitur, non ſit loquendum, nec excommunicatis communicandum; ut ipſi humilient ſemetipſos, ut feſtiniùs reconcilientur.

Concil. Vaſ. I. c. 6. S. Clemens ep. 1. Ivo, par. 14, c. 22. Gratian. dift. 93. c. 1. *Si inimicas.*

CCCCLXI. Ex Epiſtola ſancti Clementis utilia, quæ præſenti tempore Eccleſiis neceſſaria ſunt, honorificè proferenda, & cum reverentia ab omnibus fidelibus, ac præcipuè Clericis, recipienda; ex quibus quod ſpecialiter placuit propter venerandam antiquitatem, ſtatutis præſentibus roboremus quod ſuprafcriptus beatus Martyr de beatiſſimi Petri Apoſtoli conſtitutione commemorat, dicens: *Quidam autem etiam ex vobis ipſis intellegere debetis ſi qua ſunt quæ ipſe propter inſidias hominum malorum non poteſt evidentiùs & manifeſtiùs proloqui. Verbi gratiâ, inimicus eſt alicui pro aliis ſuis. Vos nolite expectare ut ipſe vobis dicat, cum illo nolite amici eſſe. Sed prudenter obſervare debetis, & voluntati ejus, videlicet qui Eccleſiæ curam gerit, abſque commotione obſecundare, & averti ab eo cui ipſum ſentitis adverſum, ſed nec loqui his quibus ipſe non loquitur; ut unuſquiſque qui in culpa eſt, dùm cupit omnium vel veſtram ſibi gratiam reparare, feſtinet citiùs reconciliari ei qui omnibus præeſt; ut per hoc redeat ad ſalutem cùm obedire ceperit monitis præſidentis.* Et cætera quæ in conſequentibus denotantur amicis eorum qui veritati inimici ſunt. Sciat itaque deinceps clerus ad reatum, ſed & fidelium populus ad culpam ſibi aſcribendum, ſi quis in hoc vitium malorum computatur, & diſciplinæ ſubverſor fore agnoſcitur.

De non injuriandis Epiſcopis aut lacerandis, ſed potiùs tolerandis.

Evariſt. ep. 2. Burchard. lib. 9. c. 59. Gratian. 7. q. 1. c. 11. *Sicut vir.*

CCCCLXII. Epiſcopum verò oportet oportunè & importunè, atque ſine intermiſſione, Eccleſiam ſuam docere, eamque prudenter regere, & admonere ut à vitiis ſe abſtineat, & ſalutem conſequi poſſit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet ſuſcipere, eumque amare & diligere ut legatum Dei & præconem veritatis; qui, teſtante Veritate, quodcunque ligaverit ſuper terram, erit ligatum & in cœlo; & quodcunque ſolverit ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo. Nimis timenda eſt hæc ſententia, & providendum vobis ne offendatis eos qui tantam à Domino habent poteſtatem. Et ideò potiùs obediendi & ſummoperè ſunt venerandi, non detrahendi, vel lacerandi, aut eiciendi, ſed portandi & amandi, ipſo dicente Domino: *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Ideò hæc vobis & omnibus fidelibus præcipimus ut ab his vos caveatis, & poſteris veſtris non malum, ſed bonum exemplum relinquatis, quoniam injuria Epiſcoporum ad Chriſtum pertinet, cujus vice funguntur. Undè & vos, qui veri Dei eſtis diſcipuli, abicite à cordibus antè omnia diſcordias & animorum diſſenſiones, ex quibus omne opus malum procedit, & benignitatem ac ſimplicitatem totâ mente ſervate. Veruntamen ſcitote cuncti quòd ſuprà omnes vos laboret Epiſcopus, quia unuſquiſque veſtrûm ſuum proprium ferr laborem, ille verò & ſuum & ſingulorum. Et ideò ſicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes pro eo ſummoperè laborare debetis, in tantum ut ſi etiam neceſſe fue- Luc. 10.

rit, animas veſtras pro eo ponatis; ſicut & ipſe animam ſuam pro vobis, ſi neceſſe fuerit, ponere debet, ipſo dicente Salvatore: *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.* Vos verò obedite eis, & vigilate pro eis; quia ipſi vigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

Joan. 10.

De legitimo conjugio.

CCCCLXIII. Decretum eſt ut uxor legitimè viro conjungatur. Aliter enim legitimum, ut à Patribus accepimus & à ſanctis Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus traditum invenimus, non fit conjugium, niſi ab his qui ſuper ipſam feminam dominationem habere videntur; & à quibus cuſtoditur, uxor peratur, & à parentibus propinquioribus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter, ut mos eſt, cum precibus & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à paranymphis, ut conſuetudo docet, cuſtodita, & ſociata à proximis, quæ tempore congruo petita legibus detur & ſolemniter accipiatur. Et biduò vel triduò orationibus vacent, & caſtitatem cuſtodiant; ut boni ſoboles generentur, & Domino ſuis in actibus placeant. Taliter enim & Domino placebunt, & filios, non ſpurios, ſed legitimos atque hereditabiles generabunt.

Burchard. lib. 9. c. 1. Ivo, par. 8, c. 140. Gratian. 30. q. 5. c. 4. *Quelis-*

De his qui de ſuſpicione, vel abſque legitimo arcuſatore, aliquos judicare præſumunt.

CCCCLXIV. Placuit ut nullus quemquam Clericorum vel Laicorum de ſuſpicione aliqua judicare præſumat; ſimiliter, ne ſine accuſatore legitimo quiſpiam condemnetur, quia peſſimum & periculoſum eſt quempiam de ſuſpicione judicare, aut ſine legitimo accuſatore quemquam damnare. *Vide ſuprà, lib. 5. cap.* 398; *& lib. 6. cap.* 381.

Ut Epiſcopi per ſingulos annos circumeant parochias ſuas.

CCCCLXV. Placuit ut unuſquiſque Epiſcopus per ſingulos annos cunctas diœceſes parochiaſque ſuas circuire non neglegat; ſed docendo, confirmando, ſingula quæque quæ neceſſaria ſunt reſtaurando, & corrigendo, prout meliùs valuerit, reformare ſatagat.

Ut Presbyteri & Diaconi, quandò per parochias conſtituuntur, ſtabilitatis & obedientiæ ſuæ atque ſtatuta ſervare promiſſionem ſuo faciant Epiſcopo.

CCCCLXVI. Quandò Preſbyteri aut Diaconi per parochias conſtituuntur, oportet eos profeſſionem Epiſcopo ſuo facere.

Capitulare anni 744. c. 10.
Burchard. lib. 2. c. 157.
Ivo, par. 3. c. 130; & par. 6. c. 248.

Ne Judices quoſlibet Clericos vel Servos Eccleſiæ in ſuis angariis, aut quibuſlibet rebus, occupare præſumant.

CCCCLXVII. Ut non liceat Judicibus Clericos vel ſervos Eccleſiæ in ſuis angariis occupare.

De Eccleſiis & dotibus earum, ut ad Epiſcopi ſemper diſpoſitionem pertineant.

CCCCLXVIII. Placuit ut omnes Eccleſiæ cum dotibus & omnibus rebus ſuis in Epiſcopi proprii poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem vel diſpoſitionem ſuam ſemper pertineant. *Vide ſuprà, cap.* 292.

Capitulare III. an. 814. cap. 11.

Quòd Clerici Judices ſeculares adire non debeant.

CCCCLXIX. Ut Clerici qui ſeculares Judices appetunt, excommunicentur.

De his qui viduis vim inferunt, aut feminas invitas ducunt.

CCCCLXX. Placuit ut viduis pro caſtitate violentiam nullus inferat, & ut mulier invita virum non ducat. Quòd ſi quis fecerit, in triplo nobis bannum noſtrum perſolvat, & ab Epiſcopo, atque, ſi neceſſe fuerit, diſtringente Comite, publicam per gradus canonicos pœnitentiam agere cogatur. Et ſi inobediens extiterit, nobis per firmiſſimos fidejuſſores * præſentetur, ut aut in carcerem retrudatur, aut in exilium deportetur; ut & cæteri timorem habeant, ne unquam talia agere præſumant.

* *Id eſt*, ſub idoneâ profeſſione, *ut legitur in Reſcripto Conſtantini* in epiſt. S. Auguſtini, p. 124, col. 1.

De potentibus qui quoſlibet expoliant.

CCCCLXXI. Placuit ut ſi quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente Epiſcopo non reddiderit, excommunicetur.

Suprà, lib. 6. c. 319.

De his qui Eccleſiam intrant, & non communicant.

CCCCLXXII. Placuit ut omnes qui in Eccleſiam intrant, niſi à ſuo fuerint excommunicati Sacerdote, communicent. Si qui autem hoc facere noluerint, tamdiù à communione & à Chriſtianorum conſortio habeantur alieni, quandiù per ſatisfactionem Eccleſiæ à proprio mereantur per manûs impoſitionem reconciliari Epiſcopo, & ſanctæ reſtitui communioni.

Spicileg. tom. 9. p. 60. c. 95. Concil. Toletan. I. c. 13. Gratian. diſt. 2. de Conſecr. c. 20. *Hi qui intrant.* *Vide infrà*, Add. I V. cap. 51.

De his qui acceperint Euchariſtiam, & non ſumpſerint.

CCCCLXXIII. Placuit omnes qui

Conc. Toletan. I. c. 14

ſacram acceperint Euchariſtiam, & non ſumpſerint, ut ſacrilegi repellantur.

Ut hi qui à Sacerdotibus excommunicantur, à Fidelibus uſque ad reconciliationem, niſi quibus permiſſum fuerit, ſemper vitentur.

Concil. Tolet. I. c. 15. Ivo, par. 14. c. 30. Gratian. 11. q. 3. c. 26. *Si quis Laicus.*

CCCCLXXIV. Placuit ut his qui à ſuis excommunicantur Sacerdotibus nullus fidelium communicet, niſi quibus permiſſum ab eis fuerit, nec priuſquam canonicè reconcilientur ad eos accedat. Quòd ſi quis facere tentaverit, ſimili ſententiæ ſubjaceat.

De his qui pro munere aut favore alicujus juſtitiam opprimunt.

Add IV. c. 1. Lib. 12. leg. Wiſig. tit. 3. c. 10.

CCCCLXXV. Quàm ſit extraneus à Chriſtianæ fidei regula qui ſe defenſorem veritatis inſimulat, & veritatem ipſam munerum acceptione commaculat, audiat contrà ſe Prophetam dicentem:

Amos, 2. *Pro eo quòd vendidiſtis argento juſtum & pauperem pro calciamentis, ecce ſtridebo ego ſuper vos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno; & peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus corde inter fortes nudus effugiet.*

Qualiter hæc ſtatuta obſervanda ſint. Et de his qui hæc contemnunt, ſive Clericis, ſive Laicis, quid agendum ſit.

Capitulare III. an. 814. cap. 13. Iſaac. tit. 11. cap. 25. Concil. Tolet. III. p. 226.

CCCCLXXVI. Has omnes conſtitutiones eccleſiaſticas, quas ſummatim breviterque perſtrinximus, ſicut pleniùs in Canone continentur, manere perenni ſtabilitate ſancimus. Si quis ergò Clericus aut Laicus harum ſanctionum obediens eſſe noluerit, ſi Clericus fuerit, excommunicationi ſubjaceat. Si verò Laicus fuerit & honeſtioris loci perſona, medietatem facultatum ſuarum amittat, fiſci viribus profuturam. Si verò minoris loci perſona eſt, amiſſione rerum ſuarum multatus, in exilio deputetur.

De his quæ ab anteceſſoribus noſtris circà cultum divinum ſtatuta fuerunt, ut ſemper inlibata permaneant.

L. 19. Cod. Theod. de Epiſc. & Clericis. Capitulare III. anni 814. c. 12. Gratian. 25. q. 2. c. 20. Quæcunque.

CCCCLXXVII. Quæcunque à parentibus noſtris diverſis ſunt ſtatuta temporibus, manere inviolata atque incorrupta circà ſacroſanctas Eccleſias præcipimus. Nihil igitur à privilegiis immutetur. Omnibus qui Eccleſiis ſerviunt tuitio deferatur, quia temporibus noſtris addi potiùs reverentiæ cupimus, quàm his quæ olim præſtita ſunt immutari.

De Capitulis apoſtolicâ auctoritate roboratis.

Iſaac in Præfat.

CCCCLXXVIII. Maximè trium ultimorum capitula iſtorum librorum apoſtolica ſunt cuncta auctoritate roborata, quia his cudendis maximè apoſtolica interfuit legatio. Nam eorum nomina, præter trium, id eſt, Leonis, Sergii, & Georgii, hìc non inſeruimus, licèt ea per ſingulos conventus inſerta inveniſſemus, vitantes legentium atque ſcribentium faſtidia. Si quis autem pleniùs ea noſſe voluerit, iſtorum legat authentica, quibus illa inferta reperiet. Interdùm hæc dictando & amando, atque operibus complendo, non neglegat; quia, ut Dominus novit, pro amore & utilitate ſanctæ Dei Eccleſiæ, ut horum in proœmio prælibatum eſt, ſunt collecta iſticque inſerta. Legentibus pax, cuſtodientibus gloria, operibuſque hæc complentibus vita attribuatur æterna oramus.

CAPITULARIUM ADDITIONES QUATUOR.

ADDITIO PRIMA.

Consultò heic omittimus hanc primam Additionem, quia suprà loco suo edita est, pag. 579.

ADDITIO SECUNDA.

Capitula quæ deinceps sequuntur, non tunc quandò præscripta, velut in subsequentibus habentur, inventa, collecta, ordinata, hucque inserta esse noscuntur, sed postmodùm à Fidelibus reperta, hac in schedula, sicut acta erant, sunt inserta, ut faciliùs à Fidelibus, quotiens necesse fuerit, reperiantur.

ORDO CAPITULORUM.

1. *UT fidei sacramento baptizandi imbuantur, & ut parvuli de sacris fontibus ab his non suscipiantur, vel homines ad confirmationem teneantur, qui in publica pœnitentia adhuc canonicè inreconciliati manserint.*
2. *Quo tempore baptisma celebrari oporteat.*
3. *Ut pactum in baptismate factum cum Deo à baptizatis observetur.*
4. *Quid sit abrenuntiatio in baptismo, & quomodò observanda sit.*
5. *De scholis per singulas urbes habendis.*
6. *Quòd ab Episcopis jejunis impositionem manuum fieri oportet.*
7. *De Presbyteris indiscretè per diversa non mittendis.*
8. *Ut Presbyteri qui gradum amiserint, canonicæ pœnitentiæ subdantur.*
9. *Ut nullus Presbyterorum Missam solus celebrare præsumat.*
10. *Ut in unaquaque Ecclesia proprius Presbyter habeatur.*
11. *Ut in die dominico rurale opus non fiat.*
12. *De Missarum celebrationibus in locis incongruentibus minimè agendis.*
13. *Quòd Presbyteri inconsultis Episcopis viduas velare non debeant.*
14. *De puellis virginibus à Presbyteris non velandis.*
15. *Quòd quædam feminæ sibi velum absque assensu Sacerdotum imponunt.*
16. *De Abbatissis & Sanctimonialibus quæ contrà Canones viduis & puellis velum imponunt.*
17. *De feminis nobilibus quæ post mortem virorum suorum capita velant statim.*
18. *De inlicito accessu feminarum ad altare.*
19. *Ut nullus Canonicorum vel Monachorum, nisi prædicationis aut alicujus certè necessitatis causâ, & hoc licentiâ Episcopi, vel ejus qui ab eo sud vice fungitur, Monasterium Monachorum aut Canonicorum adire præsumat.*
20. *Quòd pecunia à paupere non sit exigenda cum usura.*
21. *De diversis malorum flagitiis.*

22. *De aliis vitiis quæ in uſu quaſi per naturam habentur.*
23. *Quòd Laici uxores ſolâ cauſâ filiorum habere debeant, & quòd conjugium à Deo eſt inſtitutum.*
24. *De Regis vocabulo, & qualis ipſe eſſe debeat.*
25. *De miniſterio regali, quale ſit.*
26. *Quòd in eligendis & conſtituendis Eccleſiæ Rectoribus, Regem magnam vigilantiam adhibere oporteat.*
27. *De Abbatis conſtituendis.*
28. *De adjutoribus reipublicæ & miniſtris eligendis.*

Incipiunt Capitula quæ ſunt generaliter per Parochias populis denuntianda.

Ut fidei ſacramento baptizandi imbuantur. Et ut parvuli de ſacris fontibus ab his non ſuſcipiantur, vel homines ad confirmationem teneantur, qui in publica pœnitentia adhuc canonicè inreconciliati manſerunt.

Capitular. lib. 6. cap. 181. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 54.

I. Hoc admonendum vel denuntiandum fidelibus neceſſariò prævidimus, ut hi qui fidem Chriſti expetunt, & provectæ ætatis ſunt, priuſquam ad baptiſmum accedant, inſtruantur & fidei & baptiſmatis ſacramento. Similiter & illi inſtruendi ſunt qui parvulos de ſacro fonte ſuſcipere voluerint, ut intellegant & vim ejuſdem ſacramenti, & quid pro aliis ſpoponderint, vel pro quo fidejuſſores extiterint. Illos tamen ſpecialiter ab his officiis removendos judicamus, ne alios de ſacroſancto fonte baptiſmatis ſuſcipiant, nec etiam ad percipiendum ſancti Spiritûs donum aliorum patroni exiſtant, qui & communione canonicâ privati & pœnitentiæ publicæ ſunt ſubacti, donec per pœnitentiæ ſatisfactionem reconciliationem mereantur. Quos enim lex divina & canonica auctoritas ab Eccleſiarum liminibus & à caſtris militaribus, ne ruina ſint populi, ſequeſtrat, multò magis ab his ſacris officiis uſquè ad tempus pœnitentiæ, ut jam dictum eſt, peractum, ſunt ſequeſtrandi.

Quo tempore baptiſma celebrari oporteat.

Ibid. c. 7. 8. Burchard. lib. 4. c. 6.

II. Ut extrà ſtatuta tempora Canonum baptiſmata non celebrentur: quia ſacri Canones hoc modis omnibus, niſi aliquod periculum inſtiterit, fieri prohibent; in tantum ut etiam eos qui alio tempore baptizantur, à gradibus eccleſiaſticis arceant.

Ut pactum in baptiſmate factum cum Deo à baptizatis obſervetur.

Capitular. lib. 6. cap. 193. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 9.

III. De eo etiam inſtruendos fideles neceſſariò providimus, ut intellegant pactum quod cum Deo in baptiſmate fecerunt. Pactum quod cum Deo in baptiſmate fit, à multis ex toto, à multis ex parte tranſgreditur. Ex toto quippè tranſgreditur, quandò quis poſt acceptam baptiſmatis gratiam aut ad infidelitatem, aut hæreſim aut certè ad ſchiſma, prolabitur. Ex parte verò, quandò quis aut ad ſuperbiam, aut ad invidiam aut ad cætera vitia ſpiritalia, quæ ex radice ſuperbiæ prodeunt, labitur. Ivo, par. 1. cap. 201.

Quid ſit abrenuntiatio in baptiſmo, & quomodò obſervanda ſit.

Capitular. lib. 6. cap. 193. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 10.

IV. Quid ſit abrenuntiare Diabolo, operibus & pompis ejus, valdè omnes fideles intelligere oportet. Quapropter neceſſe eſt ut prædicatores in admonendo, & auditores in diſcendo & opere complendo, abhinc, ut ſuum cavere poſſint periculum, magnum adhibeant ſtudium. Abrenuntiare igitur Diabolo eſt penitùs eum reſpuere, ſpernere, reicere, eique contradicere, ſeque unumquemque ab eo alienare, ſive aliud quid quod hoc verbo in hoc ſenſu exprimi poteſt. Opera ejus ſunt, quæ utiquè operibus Salvatoris contraria exiſtunt. Primùm ſuperbia, cujus ille auctor eſt, & quæ eum ex Angelo Dæmonem fecit, quæ eſt etiam initium omnis peccati, & cætera vitia, quæ ex radice procedunt ſuperbiæ. Pompa Diaboli hæc eſt quæ & pompa mundi, id eſt, ambitio, arrogantia, vana gloria, omniſque cujuſlibet rei ſuperfluitas in humanis uſibus: undè creſcit elatio, quæ multoties honeſtati ſolet adſcribi, & cætera hujuſmodi quæ de fonte ſuperbiæ procedere noſcuntur. Hæc & his ſimilia ſunt quæ unuſquiſque fidelis tempore baptiſmatis à ſe rejecit, Chriſtoque ſe mancipavit, pactumque cum Deo fecit ne penitùs ad ea quibus abrenuntiavit, rediret. Verùm ſi jura humanæ pactionis firmiter conſervantur, fixiùs tamen atque ferventiùs jura tanti pacti, quæ cum Deo facta ſunt, inviolabiter ſunt obſervanda.

Des Scholis per ſingulas urbes habendis.

Ibid. c. 30. V. Inter nos pari conſenſu decrevimus ut unuſquiſque Epiſcoporum in ſcholis habendis, & ad utilitatem Eccleſiæ militibus Chriſti præparandis & educandis, abhinc majus ſtudium adhiberet. Et in hoc uniuſcujuſque ſtudium volumus probare, ut quandò ad provinciale Epiſcoporum Concilium ventum fuerit, unuſquiſque Rectorum Scholaſticos ſuos eidem Concilio adeſſe faciat; quatenùs & cæteris Eccleſiis noti ſint, & ejus ſolers ſtudium circà divinum cultum omnibus manifeſtum fiat.

Quòd ab Epiſcopis jejunis impoſitionem manuum fieri oporteat.

Ibid. c. 33. Burchard. lib. 4. c. 67. Ivo, par. 1. c. 261. & 303. in codice Victorino. Gratian. diſt. 5. de Conſecr. c. 7. *Ut Epiſcopi.* VI. Ut Epiſcopi, nonniſi jejuni, per impoſitionem manuum Spiritum ſanctum tradant, excepeis infirmis & morte periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, Paſchâ videlicet & Pentecoſten, baptiſmum, ita etiam traditionem ſancti Spiritûs à jejunis Pontificibus convenit celebrari.

De Presbyteris indiſcretè per diverſa non mittendis.

Capitular. lib. 7. cap. 162. VII. Ut Preſbyteri, ſicut hactenùs factum eſt, indiſcretè per diverſa non mittantur, nec ab Epiſcopis, nec ab aliis Prælatis, nec etiam à Laicis; ne fortè, propter eorum abſentiam, & animarum pericula & Eccleſiarum in quibus conſtituti ſunt neglegantur officia.

Ut Presbyteri qui gradum amiſerint, canonicæ pœnitentiæ ſubdantur.

Ibid. 194. VIII. De Preſbyteris gradum amittentibus, viſum eſt nobis ut unuſquiſque Epiſcoporum vitam & converſationem, morumque emendationem eorum qui gradum amittunt, tam ipſe quàm per Miniſtros ſuos noverit, eoſque pœnitentiæ canonicæ ſubdere non neglegat, juxtà quod in Concilio Cæſarienſi, titulo primo, ſcribitur: *Presbyter, ſi uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, ampliùs pelli debet & ſub pœnitentia redigi.* Nonnulli enim, amiſſo gradu, adeò filii Belial efficiuntur, ut nec publicis, quia fas non eſt, nec canonicis, propter quorundam Epiſcoporum incuriam, legibus conſtringantur.

Ut nullus Presbyterorum Miſſam ſolus celebrare præſumat.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 48. IX. Viſum etiam nobis fuit illum inhibendum, ut nullus Preſbyterorum ſolus Miſſam celebrare præſumat; quia ita nec verba Domini ſalvatoris, quibus myſteria corporis & ſanguinis ſui Diſcipulis ſuis celebranda contradidit, nec Apoſtoli Pauli documenta declarant, nec etiam in ipſis Actis Apoſtolorum, ſi enucleatim legantur, ita fieri debere ullo modo invenitur. Undè conveniendus, immò interrogandus nobis videtur hujuſmodi corporis & ſanguinis Domini ſolitarius conſecrator, quibus dicit, *Dominus vobiſcum*, & à quo illi reſpondetur, *& cum ſpiritu tuo*, vel pro quibus ſupplicando Domino inter cætera, *Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, & omnium circumſtantium*, cùm nullus circumſtet, dicit. Quæ conſuetudo, quia apoſtolicæ & eccleſiaſticæ auctoritati refregatur, & tanto myſterio quandam dehonorationem inrogare videtur, omnibus nobis in commune viſum eſt ut deinceps hujuſcemodi uſus inhibeatur.

Ivo, par. 3 c. 48. & ſeq. Regia. lib. 1. c. 133. 191.

Vide ſuprà, lib. 5. cap. 159.

Ut in unaquaque Eccleſia proprius Presbyter habeatur.

Capitular. lib. 1. c. 86, lib. 6. c. 73. 75. X. Sæpè namque in aliis Conciliis, & nunc in noſtris conventibus, conſtitutum eſt ut unaquæque Eccleſia, ſi facultas ſuppetit, proprium habeat Preſbyterum, & unuſquiſque Preſbyter unâ tantùm ſit contentus Eccleſiâ.

Ut in die dominico rurale opus non fiat.

Ibid. lib. 6. c. 205. Concil. Pariſ. VI lib. 1. c. 50. XI. Inter cætera verò admonitionis noſtræ officia ſatis illud neceſſarium viſum eſt, ut populis fidelibus terribiliter denuntietur ut diem dominicum, in quo auctor vitæ reſurrexit à mortuis, honorabiliter & venerabiliter colant. Nam ſi Pagani ob memoriam & reverentiam Deorum ſuorum dies colere, & Judæi more carnali ſabbatum carnaliter obſervare ſatagunt, quantò magis Chriſtianæ religionis devotio, ob memoriam dominicæ reſurrectionis, eundem diem venerabiliter atque honorabiliter colere debet! Multi namque noſtrorum viſu, multi etiam quorundam relatu didicimus quoſdam in hoc die opera ruralia exercentes fulmine interemptos, quoſdam artuum contractione multatos, quoſdam etiam viſibili igne abſumptos, ſubitò in cinerem reſolutos pœnaliter occubuiſſe. Proindè neceſſe eſt ut primùm Sacerdotes, Reges, & Principes, cunctique fideles huic diei debitam obſervationem atque reverentiam devotiſſimè exhibeant.

De Miſſarum celebrationibus in locis incongruentibus minimè agendis.

Capitular. lib. 6. cap. 208; lib. 7. c. 396. XII. Illud etiam, quamquam ſæpè ad-

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 47. monitum ſit, iterùm inculcandum populiſque denuntiandum ſummoperè viſum fuit, ut Miſſarum celebrationes in locis incongruentibus fieri omninò non debeant; & neceſſe eſt ut unuſquiſque Epiſcoporum hujuſcemodi temerariam conſuetudinem à parochia ſua penitùs amoveat. Et ſi quis Preſbyterorum abhinc (excepto quandò in itinere pergitur, & locus baſilicæ procul eſt, & id in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, ne populus Dei ſine Miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis dominici perceptione, maneat) Miſſarum celebrationes in hujuſmodi inlicitis locis poſt tot tantaſque prohibitiones facere attentaverit, dignum eſt ut gradûs ſui periculum incurrat. Satius igitur eſt Miſſam non audire, quam eam ubi non licet, nec oportet, celebrare aut audire.

Quòd Presbyteri inconſultis Epiſcopis viduas velare non debeant.

Ibid. c. 40. XIII. Quia ergò quod ſæpè in noſtris Conciliis prohibitum eſt, viduas inconſultis Epiſcopis velari non debere, & eandem conſtitutionem à quibuſdam prævaricari nunc cognovimus, prorsùs ne deinceps fieret interdiximus; ut ſi quiſpiam Preſbyterorum deinceps hujus conſtitutionis contumaciter tranſgreſſor extiterit, ſcilicet ut aliquam viduam inconſulto Epiſcopo velare præſumat, gradûs ſui periculum incurrat.

De puellis virginibus à Presbyteris non velandis.

Ibid. c. 41. XIV. Similiter & de puellis virginibus à Preſbyteris non velandis inhibuimus, in qua re hactenùs multos Preſbyterorum, partim ignorantiâ, partim temeritate deliquiſſe deprehendimus.

Quòd quædam feminæ ſibi velum abſque aſſenſu Sacerdotum imponunt.

Ibid. c. 42. XV. Deprehendimus & aliam negligentiam, eò quòd quædam feminæ ſine conſenſu Sacerdotum velum ſibi incautè imponant: quod ſimiliter ne ulteriùs fieret inhibuimus.

De Abbatiſſis & Sanctimonialibus quæ contrà Canones viduis & puellis velum imponunt.

Capitular. lib. 1. c. 71. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 43. Burchard. lib. 8. c. 17. Ivo, par. 7. c. 38. XVI. Nihilominùs etiam in quibuſdam locis inolitum invenimus uſum ſtultitiæ plenum, & eccleſiaſticæ auctoritati contrarium, eò quòd videlicet nonnullæ Abbatiſſæ & aliquæ ex Sanctimonialibus viduis & puellis virginibus contrà fas velum imponere præſumant, & ideò nonnullæ taliter velatæ putant ſe lil eriùs ſuis carnalibus deſideriis poſſe vacare, & ſuas voluntates explere. Quapropter ſtatuimus ut ſi aut Abbatiſſa aut quælibet Sanctimonialis, poſt hanc diffinitionem, in tantam audaciam proruperit ut aut viduam, aut puellam virginem, velare præſumat, judicio canonico uſquè ad ſatisfactionem ſubdatur.

De feminis nobilibus quæ poſt mortem virorum ſuorum capita velant ſtatim.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 44, & lib. 3. c. 7. Burchard. lib. 8. c. 37. Ivo, par. 7. c. 56. XVII. De nobilibus feminis quæ amiſſis viris repentè velantur, & in propriis domibus diverſas neceſſitates opponentes reſidere delectantur, de quibus in aliis conventibus coram ſerenitate veſtra jamdudùm ventilatum & definitum eſt, majori ſolertique ſtudio admonendas eſſe & inſtruendas ab Epiſcopis ſtatuimus quatenùs ſuæ ſaluti conſulant, nec ſic indiſcretè vivendo, & propriâ noxiâque libertate utendo, & per diverſa vagando, periculum animarum ſuarum incurrant, ſemper illud apoſtolicum antè oculos habentes, quo dicitur: *Vidua quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt.* 1. Tim. 5.

De inlicito acceſſu feminarum ad altare.

Capitular. lib. 7. cap. 190. XVIII. Ut inlicitus acceſſus feminarum ad altare non fiat, modis omnibus inhibuimus. Quia quorundam relatu didicimus in quibuſdam provinciis, contrà Legem divinam canonicamque inſtitutionem, feminas ſanctis altaribus ſe ultrò ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia Preſbyteris adminiſtrare; &, quod his magis indecentius ineptiuſque eſt, corpus & ſanguinem Domini populis porrigere, & alia quæque quæ ipſo dictu turpia ſunt, exercere, inhibemus ne ulteriùs fieri præſumatur. Quòd autem mulieres ingredi ad altare non debeant, in Concilio Chalcedonenſi & in decretis Gelaſii Papæ copiosè invenitur.

Ut nullus Canonicorum vel Monachorum, niſi prædicationis aut alicujus certæ neceſſitatis causâ, & hoc cum licentia Epiſcopi, vel ejus qui ab eo ſuâ vice fungitur, Monaſterium Monacharum aut Canonicarum adire præſumat.

Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 46. XIX. Quia etiam comperimus quoſdam Canonicos & Monachos, poſtpoſito religionis ſuæ pudore, monaſteria Sanctimonialium, tam Monacharum, quàm Canonicarum, inconſulto Epiſcopo ſuo impudenter atque inreverenter adire; qui obtendere ſolent ſe non ob aliud illuc accedere, niſi aut propinquitatis aut familia-

ritatis, aut certè neſcio cujus conlocutionis gratiâ; quod factum, quia nec canonico nec monaſtico congruit propoſito, prorsùs interdicimus, niſi fortè causâ prædicationis aut certè inevitabilis neceſſitas id facere cōegerit: & hoc nullatenùs ſine licentia Epiſcopi, aut illius qui vice illius fungitur, fieri præſumatur. Quòd ſi ſermo prædicationis faciendus eſt, congruo in loco coram omnibus fiat. Si verò conloquendum cum aliqua Sanctimonalium ratio expoſtulat, id non alibi niſi in conſtituto loco, id eſt, in auditorio, ſub teſtimonio virorum religioſorum & religioſarum feminarum, fiat. Quandò verò Sacerdotibus in Monaſteriis puellaribus Miſſarum celebrationes faciendæ ſunt, cum miniſtris ſibi deputatis illuc ingrediantur. Quibus ritè peractis, non ad ſecretas conlocutiones Sanctimonialium ſe ullo modo divertant, ſed cum miniſtris ſuis illicò egrediantur. Porrò ſi Sacerdotibus Sanctimoniales peccata ſua confiteri voluerint, id non niſi in Eccleſia coram ſancto altari, adſtantibus haud procul teſtibus, faciant. Si autem infirmitas præpedierit ut in Eccleſia eadem confeſſio fieri nequeat, in quacunque libet domo facienda eſt, ſed non niſi teſtibus ſimiliter haud procul adſtantibus fiat. Nullo modo quippè videtur nobis convenire ut Monachus, relicto monaſterio ſuo, idcircò Sanctimonialium monaſteria adeat ut confitentibus peccata ſua modum pœnitentiæ imponat.

Supra, pag. 1085, cap. 272. Vide Vinam S. Liobæ, to. 5. Surii, p. 397.

Quòd pecunia à paupere non ſit exigenda cum uſura.

Concil. Pariſ. VI lib. 1. c. 53.

XX. Quia ergò in multimodis uſurarum adinventionibus quoſdam Clericos & Laicos oblitos præceptionis dominicæ, quâ

Levit. 25. dicitur: *Pecuniam tuam non dabis ad uſuram, & frugum ſuperabundantiam non exiges; ego Dominus Deus veſter*, in tantam turpiſſimi lucri rabiem exarſiſſe cognovimus, ut in multiplicibus atque innumeris uſurarum generibus ſuâ adinventione & cupiditate repertis, pauperes affligant, opprimant, & exhauriant, adeò ut multi fame confecti pereant, multi etiam, propriis derelictis, alienas terras expetant, in quibuſcunque locis hoc fieri didicimus, ne ulteriùs fieret, cum ingenti proteſtatione modis omnibus inhibuimus, attendentes illud quod in libro Exodi Dominus per Legiſlatorem dicit: *Si pecuniam tuam dederis*

Exod. 22. *populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgueas eum quaſi exactor, nec uſuris opprimas.*

Levit. 25. In libro quoquè Levitici: *Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi advenam & peregrinum, & vixerit tecum, non accipias ab eo uſuram, nec ampliùs quàm dediſti. Time Dominum Deum tuum, ut vivere poſſit frater tuus apud te.* Et in libro Deuteronomii: *Si unus,* Deuter. 15. inquit, *de fratribus tuis qui morantur intrà portas civitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus daturus eſt tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo indigere eum perſpexeris.* Item in eodem: *Cave ne fortè ſubrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat ſeptimus annus remiſſionis, & avertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei mutuum quod poſtulat commodare, ne clamet contrà te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum; ſed dabis ei, nec ages quippiam callidè in ejus neceſſitatibus ſublevandis, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore in cunctis ad quæ manum miſeris.* Amos Pro- Amos 8. pheta ait: *Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: Quandò tranſibit meſſis, & venundabimus merces, & ſabbatum, & aperiemus frumentum, ut imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, ut poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis, & quiſquilias frumenti vendamus?* Hieronymus in expoſitione Ezechielis Prophetæ: *Putant quidam uſuram tantùm eſſe in pecunia. Quod* Hieronym. lib. 6. in Ezechiel. *prævidens ſcriptura, omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut plus non recipias quàm dediſti. Solent in agris frumenti & milii, vini & olei, cæterarumque ſpecierum uſuræ exigi, ſive, ut appellat ſermo divinus, ſuperabundantiæ: verbi gratiâ, ut hyemis tempore demus decem modios, & in meſſe recipiamus quindecim; hoc eſt, ampliùs parte mediâ: qui juſtiſſimum ſe putaverit, quartam, lus accipiet portionem. Et ſolent augumentari ac dicere: Dedi unum modium, qui ſatus fecit decem modios. Nonne juſtum eſt ut medium modium de meo plus accipiam, cùm ille meâ liberalitate novem & ſemis de meo habeat?* Nolite errare, *inquit Apoſ-* Galat. 6. *tolus*, Deus non irridetur. *Reſpondeat enim nobis breviter fœnerator miſericors, utrùm habenti dederit, an non habenti. Habenti utiquè dare non debuerat; ſed dedit quaſi non habenti. Ergò quarè plus exigit quaſi ab habente? Alii pecuniâ fœneratâ ſolent munuſcula accipere diverſi generis, & non intelleguntur uſuram appellari & ſuperabundantiam quicquid illud eſt, ſi ab eo quod dederint plus acceperint.* De menſurarum namque in- Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 3. æqualitate, & modiis injuſtis & ſextariis, quæ

Domini Lege haberi prohibentur, qualiter res ad certam correctionem perduci poſſit, non ſatis perſpicuè nobis patet, eò quòd in diverſis provinciis diverſæ ab omnibus penè habeantur. Hoc tamen modis omnibus optamus & admonemus, ut ſaltèm nullus duplices menſuras in ſua dominatione aut habeat aut haberi permittat, quoniam hâc occaſione multos pauperes affligi in pleriſque locis cognovimus.

De diverſis malorum flagitiis.

Add. IV. cap. 160. Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2. Viſio Wetini, pag. 4. initio; & p. 10. initio.

XXI. Sunt ſanè diverſorum malorum patratores, quos & Lex divina improbat & condemnat, pro quorum etiam diverſis ſceleribus & flagitiis populus fame & peſtilentiâ flagellatur, & Eccleſiæ ſtatus infirmatur, & regnum periclitatur. Contrà quos nos eorum malitiam exagerantes, quanquam in ſacris eloquiis ſatis ſint exſecrata, neceſſarium prævidimus iterùm noſtrâ admonitione & exhortatione præcaveri omninò oportere; ſicut ſunt diverſarum pollutionum patratores, quas cum maſculis & pecoribus nonnulli diverſiſſimis modis admittunt, quæ incomparabilem dulcedinem piiſſimi Creatoris ad amaritudinem provocantes, tantò graviùs delinquunt, quantò contrà naturam peccant: pro quo etiam ſcelere igne cœleſti conflagratæ infernique hiatu abſorptæ ſunt civitates, necnon & quadraginta & eo ampliùs millia ſtirpis Benjamineæ mucrone fraterno confoſſa ſunt. Hæc porrò indicia & evidentes vindictæ declarant quàm deteſtabile & exſecrabile apud divinam majeſtatem hoc vitium extet. Extant & alia pernicioſiſſima mala, quæ ex ritu Gentilium remanſiſſe non dubium eſt; ut ſunt magi, arioli, ſortilegi, venefici, divini, incantatores, ſomniatorum conjectores, quos divina Lex inretractabiliter puniri jubet. De quibus in Lege dicitur: *Anima quæ declinaverit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contrà eam, & interficiam illam de medio populi ſui. Sanctificamini & eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Cuſtodite præcepta mea, & facite ea, quia ego Dominus qui ſanctifico vos.* Et alibi: *Magos & ariolos & maleficos terræ vivere ne patiamini.* Dubium etenim non eſt, ſicut multis eſt notum, quòd quibuſdam præſtigiis atque diabolicis illuſionibus ita mentes quorundam inficiunt poculis amatoriis, cibis, vel phylacteriis, ut in inſaniam verſi à pleriſque judicentur, dùm proprias non ſentiunt contumelias. Terunt enim ſuis maleficiis aera poſſe conturbare, & grandines immittere, futura prædicere, fructus & lac auferre, aliiſque dare, & innumera à talibus fieri dicuntur. Qui ut fuerint hujuſmodi reperti viri ſeu feminæ, in tantum diſciplinâ & vigore Principis acriùs corrigendi ſunt, in quantum manifeſtiùs auſu nefando ac temerario ſervire Diabolo non metuunt. De his quoquè in Concilio Ancyrano, titulo XXIII, ita ſcriptum eſt: *Qui divinationes expetunt, & morem Gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas hujuſcemodi homines introducunt, inquirendi aliquid arte maleficâ, aut expiandi causâ, ſub regula quinquennii jaceant ſecundùm gradus pœnitentiæ definitos.* Oportet enim hæc in omnibus, & maximè in his locis ubi licitè & impunè multi ſe poſſe aut perpetrare hoc confidunt, ut ſtudioſiùs & diligentiùs admoneantur & ſeveriùs corrigantur.

Ibid. p. 8. & p. 10, initio

Geneſ. 19.

Iudic. 20.

Levit. 20.

Exod. 22.

De aliis vitiis quæ in uſu quaſi per naturam habentur.

XXII. Sunt & alia deteſtanda vitia, quæ ita habentur quaſi naturaliter in uſu, ut ea perpetrantes quanti ſint diſcriminis non advertant; ſicut ſunt ea quæ Apoſtolus apertè enumerat, id eſt, ebrietates, comeſſationes, contentiones, iræ, rixæ, diſſenſiones, detractiones, invidiæ, inimicitiæ, quæ homines, juxtà eundem Apoſtolum, à regno Dei excludunt, ita inquietem: *Qui enim talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* In tantum enim ea impudenter & fidenter quidam committunt, ut meritò de illis dici poſſit: *Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Undè oportet ut omnes Chriſtiani hæc & ſubtiliter intellegant & ſtudioſiſſimè caveant, ne fortè ea perpetrantes, & alia bona quæ agunt, perdant, & propter hæc à regno Dei ſe alienos faciant. Similiter etiam de otioſo ſermone, juxtà Domini vocem, omnes reddituri ſumus in die judicii rationem: de ſcurrilitate & ſtultiloquio & maledictionibus, *quoniam*, juxtà Apoſtolum, *maledicentes regnum Dei non poſſidebunt*: de mendacio, de periculoſo, noxio, aſſiduoque juramento, & obſcœnis turpibuſque canticis, omnibus Chriſtianis intellegendum & obſervandum eſt ut ſummoperè ab his ſe caveant, ne his ſtudentes per neglegentiam detrimentum ſuarum patiantur animarum. Hæc igitur quæ breviter præmiſſa ſunt, ptimùm adjuvante divinâ gratiâ à nobiſmetipſis abdicando, formam & exemplum aliis præbere volumus, & fidelibus veſtris humiliter

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2.

Galat. 5.

Supra, lib. 6. c. 225.

I. Cor. 6.

innoteſcere, & fideliter denuntiare neceſſario judicavimus. Sed & per parochias noſtras omnes admonendo inſtruere cupimus, ne, quod abſit, per ſuam ignorantiam & noſtram neglegentiam hujuſcemodi mortiferis ſubjaceant vitiis.

Quòd Laici uxores ſolâ causâ filiorum habere debeant, & quòd conjugium à Deo eſt inſtitutum.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2. XXIII. Congeſſimus etiam in opere conventûs noſtri nonnulla alia capitula ad Laicorum fidelium obſervationem & ſalutem pertinentia, quorum hic omiſsâ prolixitate mentionem tantùm facimus; ſcilicet quòd noſſe eos oporteat conjugium à Deo eſſe conſtitutum, & quòd non ſit causâ luxuriæ, ſed causâ potiùs filiorum appetendum, & ut virginitas, ſicut Doctores noſtri tradunt, uſquè ad nuptias ſit cuſtodienda, & ut uxores habentes neque pellicem neque concubinam habere debeant; quomodò etiam in caſtitate uxores ſuas diligere, eiſque, utpotè vaſi infirmiori, honorem debitum debeant impendere; & quòd commixtio carnalis cum uxoribus gratiâ fieri debeat prolis, non voluptatis; & qualiter à coitu prægnantium uxorum viris abſtinendum ſit, (necnon & qualiter menſtruo tempore viris ab uxoribus ſuis abſtinendum ſit*,) & quòd niſi causâ fornicationis, ut Dominus ait, non ſit uxor dimittenda, ſed potiùs ſuſtinenda; & quòd hi qui causâ fornicationis dimiſſis uxoribus ſuis alias ducunt, Domini ſententiâ adulteri eſſe notentur; ſive etiam qualiter inceſta Chriſtianis cavenda ſint, & quòd loca Deo dicata frequentiùs devotiùſque à fidelibus, ad Deum exorandum ſibique propitium faciendum, ſint adeunda; & quòd in baſilicis Deo dicatis non ſit fabulis otioſis, turpibuſque & obſcœnis ſermocinationibus, vacandum, & negotia ſecularia publicaque placita habenda; & quòd qui hæc in Eccleſiis Dei faciunt, majora ſibi peccata accumulent. De juſto judicio judicando, & munerum acceptione cavenda. De falſo teſtimonio vitando, & de detractione vitanda, necnon & de cæteris quæ longum eſt dinumerare. Sunt etiam alia plura flagitia perneceſſariò corrigenda, quæ nos ideò hìc inſerere non neceſſarium duximus, quoniam ſatis evidenter in veſtris Capitulis ea comprehenſa eſſe ſcimus, quæ vos veſtrâ auctoritate & Fidelium conſultu per ſtrenuos Miſſos veſtros corrigenda eſſe cenſuiſtis. Hæc nos fideles & devotiſſimi famuli & oratores veſtri, juxtà parvitatem ſenſûs noſtri, prout brevitas temporis permiſit, ſecundùm ſanctam ordinationem veſtram, de his quæ ad noſtram & Conſacerdotum ſubjectorumque noſtrorum correctionem & emendationem pertinere perſpeximus, necnon & de his quæ populis neceſſario annuntianda & admonenda prævidimus, illud etiam quod veſtræ pietati depoſcendum modò judicavimus, pauca de multis quæ in noſtris conventibus geſta ſunt excerpentes, in unum redigendo ſuccinctè & ordinatim adnotavimus. Sed quamquam ordine præpoſtero de his quæ præmiſſa ſunt, veſtro ardentiſſimo deſiderio priùs ſatisfacere elegerimus, illud tamen quod in capite priùs ponendum fuerat, & ad veſtram ſpecialiter perſonam miniſteriumque pertinere cognovimus, nullatenùs oblivioni tradidimus; ſed potiùs veſtræ ſaluti proſpicientes, nonnulla capitula neceſſaria fideliter collegimus, & vobis familiariter admonitionis gratiâ porrigenda devovimus; ut apertè atque diſtinctè inſpiciendo, legendo & audiendo, veſtra cognoſcere poſſit ſolertia de quibus & pro quibus in memoratis conventibus noſtris, ſecundùm virium poſſibilitatem noſtrarum, fideliter egerimus.

Concil. Pariſ. VI. in præfat. lib. 3.

Supra, lib. 6. c. 230. 235. 240. 244.

*Hæc non extant in Concilio.

De Regis vocabulo, & qualis eſſe debeat ipſe.

XXIV. Ut quid Rex dictus ſit, Iſidorus in libro Sententiarum ſcribit. Rex enim, inquit, à rectè agendo vocatur. Si enim piè & juſtè & miſericorditer agit, meritò Rex appellatur. Si his caruerit, non Rex, ſed tyrannus eſt. Antiqui autem, ut idem Iſidorus in libro Etymologiarum ſcribit, omnes Reges Tyrannos vocabant. Sed poſteà piè & juſtè & miſericorditer regentes, Regis ſunt nomen adepti; impiè verò, injuſtè, crudeliterque principantibus, non Regis, ſed tyrannicum aptatum eſt nomen. Undè & beatus Gregorius ait in Moralibus: *Viros namque ſanctos proindè Reges vocari in ſacris eloquiis didicimus, eò quòd rectè agant, ſenſuſque proprios benè regant, & motus reſiſtentes ſibi rationabili diſcretione componam. Rectè igitur illi Reges vocantur, qui tam ſemetipſos quàm ſubjectos benè regendo pacificare noverunt.* Ad quid etiam conſtitutus ſit Imperator, Fulgentius in Libro de veritate prædeſtinationis & gratiæ ſcribit: *Clementiſſimus quoquè Imperator non ideò eſt vas miſericordiæ præparatum in gloria, quia apicem terreni principatûs accepit, ſed*

Ibid. lib. 3. c. 1. Concil. Aquiſgr. II. tit. 3. c. 1. Conc. Mogunt. anno 888. c. 2. Iſidor. lib. 3. Sentent. cap. 48.

Gregor. M. lib. 11. Moral. c. 8 & in 4. pſal. pœnit.

ſi in imperiali culmine rectâ fide vivat, & verâ cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis ſanctæ religioni ſubjiciat: ſi magis in timore ſervire Deo, quàm in tumore dominari populo delectetur; ſi in eo lenitas iracundiam mitigat, ornat benignitas poteſtatem; ſi ſe magis diligendum, quàm metuendum cunctis exhibeat; ſi ſubjectis ſalubriter conſulat; ſi juſtitiam ſic teneat, ut miſericordiam non relinquat; ſi præ omnibus ita ſe ſanctæ matris Eccleſiæ catholicæ meminerit filium, ut ejus paci atque tranquillitati per univerſum mundum proſſe ſuum faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur ac propagatur imperium dum eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur, quàm cùm in parte quacunque terrarum pro temporali ſecuritate pugnatur. Undè & Iſidorus ſcribit: *Principes namque ſeculi nonnunquam intrà Eccleſiam poteſtatis adepta culmina tenent, ut per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cæterùm intrà Eccleſiam Poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi ut quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, Poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpè per regnum terrenum cœleſte regnum proficit; ut qui intrà Eccleſiam poſiti contrà fidem & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipſamque diſciplinam, quam Eccleſiæ utilitas exercere non prævalet, cervicibus ſuperborum Poteſtas principalis imponat.* Salomon in Proverbiis: *Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roborabitur clementiâ thronus ejus.*

Iſidor. lib. 3. Sentent. c. 51. Concil. Pariſ. VI. lib. 2. c. 2. Concil. Aquiſgr. II. tit. 3. c. 2. Burchard. lib. 15. c. 43. Ivo, par. 16. c. 44. Gratian. 23. q. 5. c. 20. *Principes.*

Prov. 20. 28.

De miniſterio regali, quale ſit.

XXV. Regale namque miniſterium ſpecialiter eſt populum Dei gubernare, & regere cum æquitate & juſtitia, & ut pacem & concordiam habeant ſtudere. Ipſe enim debet primò defenſor eſſe Eccleſiarum & ſervorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum, necnon & omnium indigentium. Ipſius enim terror & ſtudium hujuſmodi, in quantum poſſibile eſt, eſſe debet; primò, ut nulla injuſtitia fiat; deindè, ſi evenerit, ut nullo modo eam ſubſiſtere permittat, nec ſpem deliteſcendi ſive audaciam malè agendi cuiquam relinquat; ſed ſciant omnes quoniam ſi ad ipſius notitiam pervenerit quippiam mali quod admiſerint, nequaquam incorrectum aut inultum remanebit, ſed juxtà facti qualitatem erit & modus juſtæ correctionis. Undè oportet ut ipſe qui Judex eſt Judicum, cauſam pauperum ad ſe ingredi faciat, & diligenter inquirat, ne fortè illi qui ab eo conſtituti ſunt, & vicem ejus agere debent in populo, injuſtè aut negligenter pauperes oppreſſiones pati permittant. Scire autem & unumquemque, cujuſlibet ſit ordinis, oportet, quia ſi de otioſo ſermone Deo rationem redditurus eſt, multò magis de miniſterio ſibi divinitùs commiſſo. De miniſterio autem Regis ita Job loquitur: *Cùmque ſederem quaſi Rex circumſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator; auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adjutor. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Juſtitiâ indutus ſum, & veſtivit me ſicut veſtimento & diademate judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſimè inveſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.* SALOMON ait: *Rex qui ſedet in ſolio judicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo.* Item idem in libro Sapientiæ: *Diligite juſtitiam, qui judicatis terram: ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum.* Item ibi: *Audite ergò, Reges, & intelligite; diſcite, Judices finium terræ, præbete aures, vos qui continetis multitudines & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur; quoniam cùm eſſetis miniſtri ejus, non rectè judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè & citò apparebit vobis Dominus, quoniam judicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Dominus, nec reverebitur cujuſquam magnitudinem, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter pro omnibus cura eſt illi.* Extant & alia innumera ſanctarum Scripturarum teſtimonia regio nomini & officio convenientia; ſuper quibus colligendis veſtra ſancta devotio idcircò magnum nobis ademit laborem, eò quòd divina gratia adeò tot virtutum prærogativis veſtrum repleverit animum, & exornaverit dignitatem, ut non ſit neceſſe Sacerdotibus Domini copioſioribus exemplis quâlibet exageratione veſtrum animum onerare. Quarè Deo omnipotenti gratias uberrimas ac multiplices referimus,

Job. 29. 12. 15.

Prov. 20. 28.

Sap. 1.

Ibid. c. 6. 2. & ſeq.

Concil. Aquiſgran. II. tit. 3. c. 4. 5.

mus, qui ita vos piâ religione, ſanctâ devotione, benignâ humilitate, amore juſtitiæ, operibus miſericordiæ, cæterarumque ſanctarum virtutum perfectione ſuâ gratuitâ pietate ditavit, ut meritò ab omnibus amandi & imitandi ſitis. Verùm
Ibid. c. 25. quòd ſi hæc vobis cœlitùs adtributa non fuiſſent, cum temporali periculo propter auctoritatem miniſterii noſtri vos ad ea peragenda admonere, immò admonendo exigere à vobis quoquo modo debueramus, vos è contrà, propter divinum amorem & honorem, & admonendo nos ad potiora provocatis, & pium opportunumque adjutorium nobis ferre devotiſſimè curatis. Proindè humillimis precibus ſpecialiter pietati veſtræ ſuggerimus ut bonum quod cœpiſtis, Deo opitulante indeſinenter perficere non gravemini, & in adimplendis operibus juſtitiæ & pietatis ac miſericordiæ nullatenùs deficiatis; quoniam non inchoantibus, ſed perficientibus, præmium æternæ vitæ datur. Et juxtà
Matth. 10. Veritatis vocem: *Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Quòd in eligendis & conſtituendis Eccleſiæ Rectoribus, Regem magnam vigilantiam adhibere oporteat.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 22. Concil. Aquiſgran. II. tit. 3. c. 9. Conc. Moguntin. anni 888. c. 3.

XXVI. Iterùm monendo magnitudini veſtræ ſuppliciter ſuggerimus, ut deinceps in bonis Paſtoribus Rectoribuſque in Eccleſiis Dei conſtituendis magnum ſtudium atque ſolertiſſimam adhibeatis curam: quia ſi aliter factum fuerit, & ordo eccleſiaſticus ſuam non habebit dignitatem, & religio Chriſtiana in multis labefactando damna detrimenti ſui patietur, & animæ veſtræ, quod non optamus, periculum generabitur.

De Abbatiſſis conſtituendis.

Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 23. Concil. Aquiſg. ibid. c. 10.

XXVII. Similiter depoſcimus ut in Abbatiſſis conſtituendis veſtrum ſpecialiter caveatis periculum, ſicut vobis ſæpè eſt admonitum, & per divinam auctoritatem crebriùs manifeſtatum.

De adjutoribus reipublicæ & miniſtris eligendis.

Conc. Pariſ. ibid. c. 23. & ſeq. Conc. Aquiſgr. ibid. c. 11. & ſeq.

XXVIII. Sed & hoc obſecramus, ut in eligendis adjutoribus veſtris & reipublicæ miniſtris, qui vice veſtrâ populum Dei regere & gubernare atque judicare debent, ſolertiſſimam providentiam habeatis, ſemper illud attendentes quod in libro
Exod. 18. Exodi ad Moyſem dicitur: *Provide*, inquit, *de omni populo viros prudentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & conſtitue ex eis Tribunos & Centuriones & Quinquagenarios, qui judicent populum omni tempore. Quicquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodò judicent, leviuſque tibi ſit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini, & præcepta ejus poteris ſuſtentare.* Unde & in libro Deuteronomii: Deut. 1.
Judices, inquit, *& magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas Tribus tuas, ut judicent populum juſto judicio, nec in aliquam partem declinent.* Item il i: *Dixique vobis in illo tempore: Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, quoniam Dominus Deus veſter multiplicavit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cœli plurimæ. Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa millia, & faciat vobis ſicut locutus eſt. Non valeo ſolus veſtra negotia ſuſtinere, & pondus & jurgia. Date è vobis viros ſapientes & gnaros, & quorum converſatio ſit probata in Tribubus veſtris.* Sed & in libro Paralipomenon II. Paral. 19.
ita legitur: *Conſtituitque Rex Joſaphat Judices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per ſingula loca. Et præcipiens Judicibus, Videte, ait, quid faciitis: non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini; & quodcunque judicaveritis, in vos redundabit. Sit timor Domini, vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite; non enim eſt apud Dominum Deum veſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* Rogamus etiam veſtram pietatem propter divinam miſericordiam veſtramque ſalutem, ac totius populi utilitatem, necnon & regni honorem atque ſtabilitatem, ut veſtra pietas ſolertiſſimam vigilantiam adhibeat quatenùs Conſiliarii & dignitatis veſtræ Miniſtri, cuſtodeſque animæ veſtræ & corporis, qui debent eſſe intrà regnum aliis decus & bonitatis exemplum, & in exteris nationibus bonæ opinionis condimentum, caritatem, pacem, atque concordiam, omni ſimulatione & calliditate poſtpoſitâ, ad invicem habeant; ut ſecundùm Dei voluntatem & veſtram honeſtatem, atque totius regni profectum, communiter decertent, & veri vobis adjutores in omnibus concorditer exiſtant. Tunc etenim veri conſiliarii verique adjutores veſtri & totius regni ſalubriter eſſe poterunt, ſi unanimes extiterint & in invicem dilectionem habuerint. Decet quippè ut ſacra domus veſtra cunctis ſpectabilis appareat & imitabilis exiſtat, & famâ ſuæ bonæ opinionis, ſive alios imperii veſtri ſubjectos, ſive exteras nationes, abundan-

tiſſimè perfundat. Ubi igitur omnes diſſenſiones & diſcordiæ dirimendæ, & omnis malitia imperiali auctoritate eſt comprimenda, neceſſe eſt ut quod in aliis corrigere decernit, in ea minimè reperiatur. Nam & hoc humiliter obſecrando admonemus, ut liberos veſtros, quos vobis divina pietas largiri voluit, in timore Dei jugiter diligenterque erudiatis, ſicuti & facitis, & ut in mutuæ dilectionis caritate, & fraternitatis amore atque unanimitatis concordia, viciſſim conſiſtant, ſedulâ paternâque admonitione inſiſtatis; & ne inlicitis actibus Creatoris ſui offenſam incurrant, providâ ſolertique circumſpectione nihilominùs invigiletis; attendentes beatum Job, cujus ſtudium, ut beatus Gregorius in Moralibus Libris ſcripſit, circà filios erudiendos tale extitit, ut non ſolùm eos exteriùs perfectos opere & ſermone efficeret, verùm etiam eorum corda ſacrificii oblatione mundaret. Attendite etiam & David inſtruentem Salomonem filium ſuum, de quo in primo libro Malachim

III. Reg. 1. legitur: *Ego*, inquit, *ingredior viam univerſæ terræ. Confortare, & eſto vir fortis, & obſerva cuſtodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, & cuſtodias ceremonias ejus & judicia ejus, & præcepta & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi.*

I. Paral. 28. Et in libro Paralipomenon: *Tu autem, Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſervi ei corde perfecto & animo voluntario.* Attendite etiam Tobi, de quo legitur quòd cùm factus eſſet vir, accepit uxorem Annam ex tribu ſua, & genuit ex ea filium, nomen ſuum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. Item idem alloquens eundem filium ſuum: *Omnibus*,

Tob. 4. inquit, *diebus vitæ tuæ habeto Deum in mente, & cave ne aliquandò peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei noſtri. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet ut nec à te avertatur facies Domini. Quomodò potueris, ita eſto miſericors.* Et cætera. Item paulò poſt: *Attende tibi, fili, ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nequaquam patiaris crimen ſcire. Superbiam nunquam in tuo ſenſu aut in corde dominari permittas: ex ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.* Et idem, non poſt multa: *Conſilium ſemper à ſapiente perquire, omni tempore benedic Deo, & pete ab eo ut vias tuas dirigat, & omnia conſilia*

Ibid. c. 14. *tua in ipſo permaneant.* Item idem: *Audite ergò, filii mei, patrem veſtrum; ſervite Domino in veritate, & inquirite ut faciatis quæ ſunt placita illi; & filiis veſtris mandate ut faciant juſtitias & eleemoſynas, & ut ſint memores Dei, & benedicant eum * in omni tempore in veritate & in tota virtute ſua.* His omnibus prælibatis, noteſcimus vobis quòd ea quæ in Capitulis veſtris nobis tractanda commiſiſtis, ſcilicet quid à Principibus & reliquo populo, vel ita ut divina auctoritas doceat aut aliter teneatur, vel quid indè ex parte aut ex toto dimiſſum ſit ut non teneatur, fatemur quia in his Capitulis quæ ſuperiùs continentur, necnon & in his quæ præſenti anno conſcribi, & per Miſſos veſtros ob vitia comprimenda per Imperium veſtrum direxiſtis, multa demonſtrata ſunt quæ à Paſtoribus Eccleſiarum, & à Principibus & à reliquo populo, hactenùs neglecta extiterunt, & aliter quàm divina auctoritas ſe habeat, in his eos egiſſe & agere novimus. Sed ſi hæc noſtra ſacerdotalis admonitio effectum, Deo operante, per veſtrum bonum ſtudium abhinc obtinuerit, credimus quòd multa quæ à multis aliter quàm divina auctoritas ſe habeat, dimiſſa ſunt, quæ non tenebant, corrigentur. Nam & illud quod in eiſdem Capitulis continetur, ut manifeſtum fieret quæ cauſæ id effecerint ut Sacerdotes & Principes à recto tramite deviaſſent, exceptis præmiſſis Capitulis in quibus, ſicut diximus, multa negligebantur, ſpecialiter tamen unum obſtaculum ex multo tempore jam inoleviſſe cognovimus; id eſt, quia & principalis poteſtas, diverſis occaſionibus intervenientibus, ſecùs quàm auctoritas divina ſe habeat, in cauſas eccleſiaſticas proſilierit, & Sacerdotes partim negligentiâ, partim ignorantiâ, in cupiditate, in ſecularibus negotiis & ſollicitudinibus ultrà quàm debuerant ſe occupaverint, & hâc occaſione aliter quàm divina auctoritas doceat, in utraque parte actum extitiſſe dubium non eſt. Sed quia, Deo miſerante, à progenitoribus & genitore veſtro & à vobis multa correcta gratulamur, ſi ea quæ admonemus proſperum ſucceſſum habuerint, credimus quòd ad perfectionis ſtatum veſtra intentio noſtraque devotio, Deo cooperante, pervenire poſſit. Veruntamen quia novimus ſtatum hujus regni ſub tali conditione & tenore creviſſe atque dilatatum eſſe, & à prudentiſſimis ſanctiſque prædeceſſoribus veſtris, ſive ſcilicet ab Epiſcopis, ſive à Principibus, hanc cauſam ex toto correctam non fuiſſe propter hæc quæ ſuo tempore dici

* *Deum*, in Cod. Bellov.

Vide Notas ad Lupum, pag. 473.

poſſunt, & pondus tantæ conſiderationis parvitatis noſtræ vires exceſſit, quoniam nec otium nec ſpatium temporis, nec plenitudinem Conſacerdotum noſtrorum, ſicut ipſa neceſſitas expoſcebat, habuimus, ideò hæc congruentiori & aptiori tempori, vitâ comite, ſi Deus ita annuerit, tractanda ac conſideranda diſtulimus, quoniam tantæ conſiderationis perfectio indiget aſſenſu & adjutorio Principum, & multitudine atque devotione necnon & ſtudio Sacerdotum, & obedientiâ vel concordiâ populi, & congruentiâ loci temporiſque ſpatio. Porrò de epiſcopali libertate, quam Deo annuente veſtroque adminiculo ſuffragante adipiſci ad Dei ſervitium peragendum cupimus, ſuo in tempore vobis dicenda atque vobiſcum conferenda reſervavimus, quatenùs ita ſit ut & noſmetipſos ſalvare, populoque nobis ſubjecto utiliter prodeſſe, atque pro vobis & ſtabilitate imperii veſtri liberiùs valeamus exòrare, & de veſtris obſequiis & regni adjutorio ſolatium debitum minimè ſubtrahatur, ſed, ſi poſſibile fuerit, potiùs augeatur.

ADDITIO TERTIA.

Hæc Capitula propriè ſunt ad Epiſcopos vel ad Ordines quoſque eccleſiaſticos pertinentia; quæ non ſolùm obſervare, ſed etiam ſibi ſubjectis vel commiſſis facienda perdocere debent.

ORDO CAPITULORUM.

1. *De rebus Eccleſiæ.*
2. *Ut Epiſcopi per electionem cleri & populi vitæ merito & ſapientiæ eligantur.*
3. *De canonica profeſſione à multis deturpata.*
4. *Quòd Epiſcopi in Longobardia poſiti ab eis quos ordinabant, ſacramenta & munera exigere ſolerent.*
5. *De capitulis quæ de inceſtis nuptiis & aliis cauſis agenda eſſent.*
6. *De cauſa Monachorum, quibus eligendi ſibi Abbates licentia data ſit ex ſe ipſis.*
7. *De his qui à proprio Epiſcopo non accipiunt chriſma.*
8. *Ut nullus niſi juſto judicio expolietur.*
9. *De eo qui poſt veritatem repertam aliquid deinceps diſcutit.*
10. *De cauſis quæ in lege non continentur, à Judicibus eccleſiaſticis minimè judicandis.*
11. *De converſatione accuſati vel accuſatoris.*
12. *De his qui Chriſtiani nominis honorem neglexerunt.*
13. *Ut oblationes in domibus ab Epiſcopis vel Presbyteris non fiant.*
14. *Quòd poſteriore pacto omne pactum diſſolvatur.*
15. *De accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus.*
16. *De fratrum proviſione, ne irrationabiliter fiat.*
17. *De Clericis qui in ſeditione arma volentes ſumpſerunt.*
18. *Quòd lex Imperatorum non ſit ſupra legem Dei.*
19. *De confeſſione peccatorum in oratione Deo cotidie agenda.*
20. *Quòd ſpiritalis examinet omnia, & ipſe à nullo examinetur.*
21. *Ut tempore menſtruo ab uxoribus abſtineatur.*
22. *De his qui ergà Epiſcopos vel ergà Actores Eccleſiæ aliquam querelam juſtam habuerint.*
23. *De poteſtate ligandi atque ſolvendi conceſſa Sacerdotibus à Chriſto.*
24. *Ut Presbyteri qui ſine præcepto Epiſcoporum ad externas Eccleſias tranſierint, à communione ſuſpendantur.*
25. *De eo qui ſibi Judicem contrarium ſenſerit.*
26. *De pace & concordia & unanimitate.*
27. *De poteſtate Epiſcoporum pro rebus eccleſiaſticis, ac de convenientia Epiſcoporum cum Laicis.*
28. *De injuria Epiſcopi & letania ſubverſa.*
29. *De decimis.*
30. *Ut Eccleſiæ pacem habeant.*
31. *De inteſtato Epiſcopo.*
32. *Iterùm de pace Eccleſiarum.*
33. *De beneficiis Eccleſiaſticis.*
34. *De ordinibus ſacris.*
35. *De oblatione & pace in Eccleſia facienda.*
36. *Ut malum ebrietatis omninò vitetur.*
37. *De multitudine Clericorum.*

38. *De ſpiritualibus filiolis.*
39. *Ut canticum luxurioſum circà Eccleſias deſeratur.*
40. *Quales ſint Clerici.*
41. *De Epiſcopis & Abbatibus, ut antè ſe joca turpia fieri non permittant*
42. *De juſtis judiciis ab Epiſcopis agendis.*
43. *De Clericis qui de Eccleſia deſiſtunt.*
44. *De Monachorum & Canonicorum militia cum conſilio utiliter implenda.*
45. *Viduas in deliciis non oportere vivere.*
46. *Ut Clerici non habeant actiones ſeculares.*
47. *De eo qui contrà canonica ſtatuta egerit.*
48. *De eo qui res Eccleſiæ per falſam precariam vel fraudem adipiſcitur.*
49. *Quòd antiquus mos pœnitendi, qui juxta canonicam auctoritatem agendus eſt, jam ab uſu receſſerit.*
50. *De Clerico ad tutelam vocato.*
51. *De Eccleſiis in rebus propriis conſtitutis & inter heredes diviſis.*
52. *De his qui bis aut ter ab Epiſcopis confirmantur, ignorantibus tamen eiſdem Epiſcopis.*
53. *De Clericis ad tabulas ludentibus.*
54. *De his qui ſervorum matrimonia dirimunt*
55. *De his qui pleniter peccata non confitentur.*
56. *De ſanctis Eccleſiis.*
57. *De his qui ſolummodò confiteri Deo peccata debere dicunt.*
58. *Quòd perſonarum acceptio in omnibus cavenda ſit judiciis.*
59. *De Monachis & Sanctimonialibus.*
60. *Quòd multi in pœnitentia deliciis indulgeant.*
61. *De his qui ex induſtria peccant.*
62. *De Monacho qui monaſterium ſuum dimiſerit.*
63. *Quòd pœnitentia ſecundùm Canonum ſtatuta agi debeat.*
64. *Quòd quidam Presbyteris abſque conſenſu Epiſcoporum Eccleſias dent vel auferant.*
65. *De Scottis, qui ſe Epiſcopos eſſe dicunt, & quoſdam abſque licentia dominorum ſuorum ordinant.*
66. *De Monachis laicis.*
67. *De his qui in Cœna Domini Euchariſtiam neglegunt.*
68. *Quòd infirmi & ægroti oleo benedicto perunguendi ſint.*
69. *De ſponſo vel ſponſa in monaſterio ingreſſa.*
70. *De locis in quibus Miſſæ celebrandæ ſunt.*
71. *De his quæ ad aurium & oculorum pertinent oblectamentum, quæque Sacerdotes vitare debent.*
72. *De Eccleſia ædificanda.*
73. *Ut Sacerdotes à ludis ſecularibus ſe caveant.*
74. *De Presbyteris & Diaconibus, ut Epiſcoporum ſuorum in bonis operibus veſtigia ſectentur.*
75. *De eo qui in domo ſua oratorium fecerit.*
76. *Quantam curam Epiſcopi circa indigas habeant.*
77. *De erogatione Epiſcopi in pauperibus & familia Eccleſiæ.*
78. *De Diaconiſſa.*
79. *De Presbytero non ordinando antè legitimum tempus.*
80. *De Epiſcopis, qualiter parochias ſuas diligenter perſcrutentur.*
81. *De religioſa muliere decepta.*
82. *Ut decimæ ſemper conſulto Epiſcoporum diſpenſentur.*
83. *Ne quilibet Presbyter de titulo minore ad majorem tranſeat.*
84. *De blaſphemia in Deum.*
85. *De viduis juvenibus, ne citò velentur.*
86. *Ut Comites & Judices Epiſcopis ſuis conſentiant, ipſique eos honorificè recipiant.*
87. *De herede, ſi quippiam diſpoſitione non implet.*
88. *Ut Comites & Judices viles perſonas non admittant ad teſtimonium.*
89. *Ut nullus Chriſtianus munera exigat pro quolibet placito.*
90. *De rebus quæ Paganis non conceduntur.*
91. *De placitis ſecularibus, ne in Eccleſia fiant.*
92. *De inceſtuoſis, parricidis, atque homicidis.*
93. *De magicis artibus & incantationibus.*
94. *Ne nomen Dei in vanum jurando aſſumatur.*
95. *De Laicis, ne munera à Presbyteris exigant.*
96. *De pace & concordia.*
97. *De Comitibus & Judicibus, ut obedientes ſint ſuo Epiſcopo.*
98. *Ut Epiſcopi ſemel in anno parochias ſuas circumeant.*
99. *De chriſmate à Presbyteris cuſtodiendo ſub ſigillo.*
100. *De his qui beneficium habent de rebus Eccleſiæ.*
101. *De eo qui infamis furto efficitur.*

102. *De eo qui abſens fuerit minimè damnando.*
103. *De omnibus poſſeſſionibus à præceptore poſſeſſori reddendis.*
104. *De inceſtis, quòd non ſint legitimi heredes.*
105. *Ut liceat litigatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare.*
106. *De oratione obedientis.*
107. *Ut unaquæque provincia à Judicibus propriis judicetur.*
108. *Quòd unumquemque juſtè & piè vivere oporteat.*
109. *De gráfiæ prolatore, ut eam adfirmet.*
110. *Quòd Sacerdos in habitu religionis perſiſtere debeat.*
111. *De eo qui cauſam habuerit, ut à propriis Judicibus judicetur.*
112. *De Canonicis Clericis qui in civitatibus vel in monaſteriis degunt.*
113. *De communicatione Eccleſiæ cum nihil habentibus.*
114. *De his qui ſua poſſident, & ſibi aliquid dari volunt.*
115. *De damnatis nuptiis.*
116. *Ne proprius filius de baptiſmo ſuſcipiatur.*
117. *De ſubintroductis mulieribus.*
118. *Iterùm de pace Eccleſiarum.*
119. *De fugitivis Clericis.*
120. *Quid ſint letaniæ.*
121. *De Clericis injuſtè tonſoratis..*
122. *De eo quid ſit relinquere mundum.*
123. *Quòd inceſtum committit qui ſe conſanguineæ ſuæ uſque affinitatis lineam conjungit.*
124. *Ut inceſti, quandiù in ſcelere manent, non fidelium Chriſtianorum, ſed tantùm aut Gentilium aut Catechumenorum vel Energumenorum locum teneant.*

INCIPIUNT SUPRASCRIPTA CAPITULA ET EORUM TEXTUS.

De rebus Eccleſiæ.

Capitular. lib. 1. c. 77. I. QUIA juxtà ſanctorum Patrum traditionem novimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cui non ſolùm habita conſervare, verùm etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus; ramen ut ab eccleſiaſticis de non dividendis rebus ullius Eccleſiæ ſuſpicionem dudum conceptam penitùs amoveremus, ſtatuimus ut neque noſtris, neque filiorum & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram vel progenitorum noſtrorum voluntatem vel exemplum imitari voluerint, nullam penitùs diviſionem aut jacturam patiantur.

Ut Epiſcopi per electionem cleri & populi vitæ merito & ſapientiæ eligantur.

Ibid. c. 78. II. Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberiùs potiretur honore, adſenſum ordini eccleſiaſtico præbuimus ut ſcilicet Epiſcopi, per electionem cleri & populi ſecundùm ſtatuta canonum de propria diœceſi, remotâ perſonarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & ſapientiæ donum, eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis uſquequaquè prodeſſe valeant.

De Canonica profeſſione à multis deturpata.

Ibid. c. 79. III. Quia verò Canonica profeſſio à multis, partim ignorantiâ, partim deſidiâ, dehoneſtabatur, operæ pretium duximus, Deo annuente, apud ſacrum Conventum ut ex dictis ſanctorum Patrum, velut ex diverſis pratis, quoſdam vernantes floſculos carpendo, tractando in unam regulam Canonicorum & Canonicarum congererę, & Canonicis vel Sanctimonialibus ſervandam contradere, ut per eam Canonicus ordo abſque ambiguitate poſſit ſervari. Et quoniam illam ſacer Conventus ita etiam laudibus extulit, ut uſque ad unum iota obſervandam percenſeret, ſtatuimus ut ab omnibus in eadem profeſſione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus ſive à Canonicis ſive à Sanctimonialibus canonicè degentibus deinceps obſervetur. Sed & de Eccleſiarum honore, quomodò, Deo adjuvante, quantùm in nobis eſt, vigeat, ſimiliter in ſubter adnotatis capitulis inſertum eſſe dinoſcitur.

Quòd Epiſcopi in Longobardia poſiti ab eis quos ordinabant, ſacramenta & munera exigere ſolerent.

IV. De Epiſcopis verò in Longobardia conſtitutis, qui ab his quos ordinabant ſacramenta & munera, contrà divinam & canonicam auctoritatem, accipere vel exigere ſoliti erant, modis omnibus inhibitum eſt ne ulteriùs fiat; quia, juxtà ſacros Canones, uterque à gradu proprio talia facientes deici debent. Ibid. c. 91.

De capitulis quæ de inceſtis nuptiis & aliis cauſis agenda eſſent.

V. Nonnùlla vero capitula, ſicut de inceſtis nuptiis, necnon & de Eccleſiis quæ inter coheredes dividuntur, & tali occaſione proprio honore carent, ſive de his Eccleſiis quæ nimiùm rebus propriis ſunt adtenuatæ, vel certe de his rebus quæ Ibid. 104.

nuper neceſſitate compellente à nonnullis Eccleſiis ſunt ablatæ, & ſi qua ſunt alia, ſive in eccleſiaſticis ſive in publicis rebus, emendatione digna, quæ temporis brevitate efficere nequimus, in tantum diffo-rendum illud dignum judicavimus donec, Domino favente, conſulto fidelium facultas nobis id efficiendi ab eo tribuatur. Inventa verò, ut Deo opitulante effectum obtineant per tempora, hic inſerenda cenſuimus.

De cauſa Monachorum, quibus eligendi ſibi Abbates licentia data ſit ex ſe ipſis.

Capitular. lib. 1. c. 81. VI. Monachorum ſiquidem cauſam qualiter, Deo opitulante, ex parte diſpoſuerimus, & quomodò conſtitutum fuerit, ex ſe ipſis ſibi eligendi Abbatis licentiam dederimus, & qualiter Deo opitulante quieti vivere, propoſitumque ſuum indefeſsè cuſtodire valeant, ordinaverimus, in alia ſchedula diligenter adnotari fecimus, & ut apud ſucceſſores noſtros ratum foret & inviolabiliter conſervaretur, confirmavimus.

De his qui à proprio Epiſcopo non accipiunt chriſma.

Burchard. lib. 4. c. 72. Ivo, par. 1. c. 266. Gratian. dist. 4. de Conſecr. c. 122. *Si quis de alio.* VII. Si quis de alio chriſmate quàm de illo novo quod proprii Epiſcopi largitione vel conceſſione accipit, baptizare, niſi præoccupante morte, tentaverit, pro temeritatis auſu ipſe in ſe ſuæ damnationis protuliſſe ſententiam manifeſtatur.

Ut nullus niſi juſto judicio expolietur.

VIII. Non eſt privilegium quo ſpoliari poſſit jam nudatus. Ideò, niſi juſto judicio decernente, nullus expolietur.

Jul. I. in ep. 2. ad Oriental. c. 8.
Concil. Rom. V. ſub Symmacho.
Burchard. lib. 1. c. 144.
Ivo, par. 5. c. 257.
Gratian. 2. q. 2. c. 5. *Nullus.*
Innoc. IV. in lib. 6. Decretal. lib. 2. tit. 5. c. 1. *Frequens.*

De eo qui poſt veritatem repertam aliquid deinceps diſcutit.

Ivo, par. 16. c. 334. Marciani Imper. Lex de prohibitis diſputationibus. IX. Quiſquis enim poſt veritatem repertam aliquid ulteriùs diſcutit, mendacium quærit. Idcircò ab omnibus cautè agendum eſt.

De cauſis quæ Lege non continentur à Judicibus eccleſiaſticis minimè judicandis.

Eutychian. ep. 2. c. 4. X. Ut nullæ cauſæ à Judicibus eccleſiaſticis audiantur quæ Legibus non continentur, vel quæ prohibitæ eſſe noſcuntur.

De converſatione accuſati vel accuſatoris.

Suprà, lib. 7. c. 110. XI. Quærendum eſt in judicio cujus ſit converſationis & fidei is qui accuſat & is qui accuſatur.

De his qui Chriſtiani nominis honorem neglexerunt.

Ibid. 417. XII. Ut accuſandi vel teſtificandi licentia denegetur iis qui Chriſtianæ religionis & nominis dignitatem neglexerint.

Ut oblationes in domibus ab Epiſcopis vel Presbyteris non fiant.

XIII. Quòd non oporteat in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis vel à Preſbyteris.

Concil. Laodic. c. 58.
Regino, lib. 1. c. 131.
Burchard. lib. 3. c. 60. 82
Ivo, par. 3. c. 63.
Gratian. dist. 1. de Conſecr. c. 1. *Tabernacula.*

Quòd poſteriore pacto omne pactum diſſolvatur.

Paulus, lib. 1. Sententiar. tit. 1; & lib. 2. tit. 18. XIV. Omne pactum poſteriori diſſolvitur pacto. Homo verò liber ſtatum ſuum & pejorare & immeliorare poteſt. *Vide ſuprà, lib. 7. cap. 335.*

De accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus.

XV. Accuſatoribus de inimici domo prodeuntibus non eſt credendum.

Symmach. in Synodo Rom. V.
Gratian. 3. q. 5. c. 3. *Accuſatoribus.*

De fratrum proviſione, ne irrationabiliter fiat.

XVI. Ita conſulendum eſt fratribus, ut non videamur deſtruere quod ædificatum eſt: ſi enim quod ædificavi deſtruo, prævaricatorem me ipſe conſtituo.

De Clericis qui in ſeditione arma volentes ſumpſerunt.

Suprà, lib. 6. c. 321; lib. 7. cap. 217. Capitula Herardi, c. 113. XVII. Clerici qui in quacunque ſeditione arma volentes ſumpſerint, reperti, amiſſo ordinis ſui gradu, in Monaſterium pœnitentiæ contradantur.

Quòd Lex Imperatorum non ſit ſuprà Legem Dei.

XVIII. Lex Imperatorum non eſt ſupra Legem Dei, ſed ſubtùs.

Nicol. I. ep. ad Epiſcopos Concil. Silvanect.
Burchard. lib. 15. c. 10.
Ivo, par. 4. c. 86; & par. 16. c. 11.
Gratian. dist. 10. c. 1. *Lege.*

De confeſſione peccatorum in oratione Deo cotidie agenda.

Vide ſuprà, lib. 7. cap. 385. XIX. Quòd confeſſio peccatorum, exceptâ eâ quæ Sacerdotibus ad conſilium accipiendum Deumque placandum fit, Deo frequenter in oratione ſit facienda.

Quòd Spiritalis examinet omnia, & ipſe à nullo examinetur.

Capitular. lib. 6. cap. 235. XX. Spiritalis judicat omnia; ipſe autem à nemine judicatur.

Ut tempore menſtruo ab uxoribus abſtineantur.

XXI. Quòd tempore menſtruo omninò ab uxoribus ſit abſtinendum.

De his qui ergà Epiſcopos vel ergà Actores Eccleſiæ aliquam querelam juſtam habuerint.

Ibid. lib. 7. cap. 350. XXII. Si qui ergà Epiſcopum vel Actores Eccleſiæ quamlibet querelam habere juſtam ſe crediderint, non Primates aut alios adeant Judices priuſquàm ipſos conveniant familiariter, non ſemel, ſed ſæpiſſimè, ut ab eis aut ſuam juſtitiam aut juſtam recipiant excuſationem. Si autem ſecùs egerint, ab ipſis & ab aliis communione priventur, tanquam Apoſtolorum Patrumque aliorum contemptores, de quibus ait Propheta: *Erunt quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt vobis.*

De poteſtate ligandi atque ſolvendi conceſſa Sacerdotibus à Chriſto.

XXIII. Quòd noſſe oporteat Laicos Sacerdotibus ligandi atque ſolvendi poteſtatem à Domino eſſe collatam, & quòd eorum monitis parere, atque excommunicationi humiliter ſubcumbere debeant.

Ut Presbyteri qui ſine præcepto Epiſcoporum ad externas Eccleſias tranſierint, à communione ſuſpendantur.

Ibid. lib. 6. cap. 85. XXIV. Preſbyteri qui ſine juſſione proprii Epiſcopi de Eccleſiis ad alias Eccleſias migraverint, tamdiu à communione habeantur alieni, quandiu ad eaſdem redierint Eccleſias in quibus primitùs ſunt inſtituti.

De eo qui ſibi Judicem contrarium ſenſerit.

Ibid. lib. 7. cap. 240. Ivo, par. 6. c. 331. XXV. Si quis Judicem pro quibuſcunque cauſis adverſum ſibi ſenſerit, aut habuerit fortè ſuſpectum, vocem appellationis exhibeat. *Vide infrà, Addit. IV. cap.* 18. *& ſeq.*

De pace & concordia & unanimitate.

Septd, lib. 6. c. 373. Conc. Mogunt. anni 813. c. 5. XXVI. Ut pax & concordia ſit atque unanimitas in populo Chriſtiano. Quia unum Deum patrem habemus in cœlis, & unam matrem Eccleſiam, unam fidem, unum baptiſmum, ideò in una pace & in unanimitate concorditer vivere debemus, ſi ad unam veram hereditatem regni cœleſtis cupimus pervenire; quia non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, ut

Matth. 5. ipſe ait: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.*

De poteſtate Epiſcoporum pro rebus eccleſiaſticis, ac de convenientia Epiſcoporum cum Laicis.

Capitular. lib. 5. cap. 182. XXVII. Ut Epiſcopi poteſtatem habeant res eccleſiaſticas prævidere, regere, & gubernare, atque diſpenſare ſecundùm Canonum auctoritatem. Volumus ut & Laici in eorum miniſterio obediant Epiſcopis ad regendas Eccleſias Dei, viduas & orphanos defenſandos, & ut obedientes ſint eis ad eorum Chriſtianitatem ſervandam. Et Epiſcopi conſentientes ſint Comitibus & Judicibus ad juſtitias faciendas. Et ut nullatenùs per aliquorum mendacium, vel falſum teſtimonium, neque per perjurium, aut per præmium, lex juſta in aliquo depravetur.

De injuria Epiſcopi & letania ſubverſa.

Ibid. lib. 6. cap. 129. Juliau. Antecеſſ. nov. 123. c. 49. XXVIII. Si quis Epiſcopo vel aliis Miniſtris intrà Eccleſiam injuriam fecerit, jubemus eum tormentis ſubjectum in exilio mori. Sed & ſi ipſa ſancta oratoria vel divina miniſteria conturbaverit, vel letaniam everterit, capitali periculo ſubjaceat. Sin autem contumeliam tantùm fecerit, tormentis & exilio tradatur.

De decimis.

Capitular. lib. 5. cap. 154. Conc Mogunt. anni 888. c. 17. XXIX. Admonemus atque præcipimus ut decima Deo omninò dari non negligatur, quam Deus ipſe ſibi dari conſtituit, quia timendum eſt ut quiſquis Deo ſuum debitum abſtrahit, ne fortè Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua.

Ut Eccleſiæ pacem habeant.

Capitular. lib. 5. cap. 155. Capitula Herardi, c. 129. XXX. Reum confugientem ad Eccleſiam nemo extrahere audeat, neque indè donare ad pœnam vel ad mortem, ut honor Dei & Sanctorum ejus conſervetur. Sed Rectores Eccleſiarum pacem & vitam ac membra ei obtinere ſtudeant. Tamen legitimè componant quod iniquè fecerit.

De inteſtato Epiſcopo.

XXXI. Si quicunque ex gradu eccleſiaſtico ſine teſtamento & ſine cognitione diſceſſerit, hereditas ejus ad Eccleſiam ubi ſervivit devolvatur. Similiter de Sanctimonialibus

Iterùm de pace Eccleſiarum.

Capitular. lib. 5. cap. 156. XXXII. Præcipimus ut in Eccleſiis aut in domibus Eccleſiarum, vel atriis, placita ſecularia minimè fiant.

Capitula Heradi, c. 109.
Concil. Mogunt. an. 858. c. 11.

De beneficiis eccleſiaſticis.

Ibid. c. 158. XXXIII. Quicunque beneficium

Conc. Moguntin. ann. 813. c. 42. ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda vel ipsas Ecclesias emendandas omninò adjuvent, & nonam & decimam reddant *Vide infrà, cap.* 100.

De ordinibus sacris.

Vide suprà, lib. 6. cap. 108. XXXIV. Lector, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, si clericatûs honorem contempserint, curiali conditioni cum suis facultatibus subiciantur.

De oblatione & pace in Ecclesia facienda.

Capitular. lib. 5. cap. 360. XXXV. Oblationem quoquè & pacem in Ecclesia facere jugiter admoneatur populus Christianus; quia ipsa oblatio sibi & suis magnum est remedium animarum, & in ipsa pace vera unanimitas & concordia demonstratur.

Ut malum ebrietatis omninò vitetur.

Ibid. c. 162. XXXVI. Magnum malum ebrietatis, undè omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decrevimus usque ad emendationem congruam.

De multitudine Clericorum.

Ibid. lib. 6. c. 187. XXXVII. Ne passim Episcopus multitudinem Clericorum faciat, sed secundùm meritum vel reditum Ecclesiarum numerus moderetur.

De spiritalibus filiolis.

Ibid. lib. 5. cap. 163. XXXVIII. Præcipimus ut unusquisque compater vel proximi spiritales filiolos suos catholicè instruant.

Ut canticum luxuriosum circà Ecclesias deferatur.

Ibid. c. 164. XXXIX. Canticum turpe atque luxuriosum circà Ecclesias agere omninò contradicimus: quod ubique vitandum est.

Quales sint Clerici.

Ibid. lib. 6. cap. 126. XL. Nemo fiat Clericus nisi qui bonum testimonium habet, & litteratus est.

Concil. Rem. II. c. 17. Capitula Herardi, c. 108. Burchard. lib. 8, c. 92. Ivo, par. 7. c. 110. *De Episcopis & Abbatibus, ut antè se joca turpia fieri non permittant.*

XLI. Ut Episcopi & Abbates antè se joca turpia facere non permittant; sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio divina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude Dei, secundùm Apostolum: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia in laudem Dei facite.* I. Cor. 10.

De justis judiciis ab Episcopis agendis.

Concil. Rem. II. c. 19. Burchard. lib. 1. c. 60. XLII. Ut Episcopi Judices judicia justa discernant; quia sunt quædam modò judicanda, quædam Dei judicio reservanda. Scriptum est enim: *Nolite judicare antè tempus, quoadusquè veniat Dominus, qui & inluminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique à Deo.* Et illud memores sint: *In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* I. Cor. 4. Matth. 7.

De Clericis qui de Ecclesia desistunt.

Suprà, lib. 6. c. 125. XLIII. Clericis de Ecclesia desistentibus, & aliis in loco revocatis, si redierint discessi, nil eis præstetur. Hoc verò quod discedentes reliquerunt, non in usu Rectorum, sed succedentibus cedat.

De Monachorum & Canonicorum militia cum consilio utiliter implenda.

Concil. Rem. II. c. 25. XLIV. Ut Monachi & Canonici pleniter consilium habeant qualiter Deo militare, animasque eorum meliùs valeant custodire; nec propter aliquam necessitatem occasionem quærant vagandi, & inter ipsos propter hoc locus tentandi detur Diabolo.

Viduas in deliciis non oportere vivere.

XLV. Ut viduæ non sint in deliciis, sed secundùm Apostolum sub potestate Episcopi vivant, sicuti decet.

Concil. Rem. II. cap. 34
Burchard. lib. 8. c. 40.
Ivo, par. 7. c. 59.

Ut Clerici non habeant actiones seculares.

Vide suprà, lib. 6. cap. 124. Julian. Anteceſſ. nov. 123. c. 8. XLVI. Clericus vel Monachus, neque exactor publicarum rerum, neque conductor, aut vectigalium vel curationis domûs, vel procurator litis, vel fidejussor in talibus causis fiat.

De eo qui contrà canonica statuta egerit.

Suprà, lib. 6. c. 124. Julian. ubi suprà. XLVII. Si quis contrà hæc statuta fecerit, si Episcopus est, omnes res ejus ex quacunque causa vel persona, sive antè episcopatum, sive posteà ad eum pervenerint, Ecclesiæ suæ eas vindicare sancimus. Si verò Clerici ibi hoc fecerint, pœnam pecuniarum, quam Episcopus existimaverit exigere, Ecclesiæ vindicandam. Hi verò qui actiones suas eis commiserunt, vel fidejussores eos pro supradictis causis acceperunt, nullam contrà Ecclesiam vel administratores ejus, vel adversùs ipsas personas quos crediderunt, habeant actionem. Si verò quis eos pro publico debito vel exactione crediderit, vel fidejussores receperit, de substantia fisci debitum compellatur exsolvere.

De eo qui res Ecclesiæ per falsam precariam vel fraudem adipiscitur.

Concil. Rem. II. c. 37. XLVIII. Ut si quislibet hominum res Ecclesiæ per mendacia vel mala ingenia in precariam sibi adquirere & habere voluerit, & post factas precarias eadem mendacia ad aures ejusdem Rectoris Ecclesiæ

ſiæ delata fuerint, ipſa Eccleſia res ſuas, quæ ei mendaciter abſtractæ fuerunt, pleniter abſque ullius contradictione omnimodis recipiat. Ille verò qui res ſuas per eadem mendacia, propter cupiditatem ipſius præcariæ, eidem Eccleſiæ tradidit, ſimili modo in ſuam recipiat dominationem.

Quòd antiquus mos pœnitendi, qui juxtà canonicam auctoritatem agendus eſt, jam ab uſu receſſerit.

Concil. Cabilon. II. c. 25. XLIX. Modus pœnitentiam agere juxtà antiquam Canonum inſtitutionem in pleriſque locis ab uſu receſſit, & neque excommunicandi neque reconciliandi antiqui mo ordo ſervatur; ut à Domino Imperatore impetretur adjutorium qualiter, ſi quis publicè peccat, publicâ multetur pœnitentiâ, ut ſecundùm ordinem Canonum pro merito ſuo quis excommunicetur & reconcilietur.

De Clerico ad tutelam vocato.

L. Si Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus, Subdiaconus ad tutelam vel curationem vocentur, tantum munus adminiſtrationis in hoc conceditur ſuſcipere; ſi tamen intrà quatuor menſes per competentem Judicem in ſcriptis manifeſtaverit quòd hujuſmodi munus ſuâ ſponte recepit. Et tunc circà aliam tutelam præjudicium non patiatur.

De Eccleſiis in rebus propriis conſtitutis & inter heredes diviſis.

Concil. Cabilon. II. c. 26. Burchard. lib. 3. c. 42. Ivo par. 3. c. 46. LI. Perlatum ad nos eſt quòd inter heredes Eccleſiæ in rebus propriis conſtitutæ dividantur, & tanta per eandem divi-ſionem ſimultas oriatur, ut unius altaris quatuor partes fiant, & ſingulæ partes ſingulos habeant Preſbyteros: quod ſine diſcordia & ſimultate nullo modo geri poteſt. Undè nobis viſum eſt quòd hujuſcemodi Eccleſiæ inter heredes dividi non debeant. Et ſi in contentionem venerint, & ſimultates inter eos ſurrexerint, per quas Sacerdos ſuo ibi officio fungi non poſſit, præcipiatur ab Epiſcopo civitatis ut nullo modo ibi Miſſarum ſolemnia celebrentur donec illi ad concordiam redeant, & pari voto atque conſilio Eccleſia illa Sacerdotem canonicè habeat, qui liberè ſuum miniſterium ibi peragere poſſit.

De his qui bis aut ter ab Epiſcopis confirmantur, ignorantibus tamen eiſdem Epiſcopis.

Concil. Cabilon. II. c. 27. Burchard. lib. 4. c. 50. LII. Dictum nobis eſt quòd quidam de plebe bis aut ter ab Epiſcopis, ignorantibus tamen eiſdem Epiſcopis, confirmentur. Undè nobis viſum eſt eandem confirmationem, ſicut nec baptiſmum, iterari minimè debere; quia hos qui bis vel ampliùs baptizantur aut confirmantur, non ſeculo, ſed ſoli Domino ſub habitu regulari vel clericali religioſiſſimè famulari decretum eſt. Ivo, par. 1. c. 144. Gratian. diſt. 5. d. Conſecr. c. 8. *Dictum eſt.*

De Clericis ad tabulas ludentibus.

LIII. Si quis Clericus ad tabulas ludat, vel ſpectaculis adtendat, per tres annos à ſacro miniſterio prohibeatur. Et ſi dignam pœnitentiam fecerit, reconcilietur. Julian. Antec. nov. 123. c. 13.

De his qui ſervorum matrimonia dirimunt.

Concil. Cabilon. II. c. 30. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 22. c. 10. Burchard. lib. 9. c. 29. Ivo, par. 8. c. 54. 167. & par. 16. cap. 335. Gratian. 29. q. 2. c. 8. *Dictum eſt.* *Vide* Einhard. p. 53 LIV. Dictum eſt nobis quòd quidam legitima ſervorum matrimonia poteſtativâ quâdam præſumptione dirimant, non adtendentes illud evangelicum: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Undè nobis viſum eſt ut conjugia ſervorum non dirimantur, etiamſi diverſos dominos habeant; ſed in uno conjugio permanentes, dominis ſuis ſerviant. Et hoc in illis obſervandum eſt ubi legalis conjunctio fuit & per voluntatem dominorum.

De his qui pleniter peccata non confitentur.

Concil. Cabilon. II. c. 32. Burchard. lib. 19. cap. 34. Ivo, par. 15. c. 52. LV. Sed & hoc emendatione indigere perſpeximus quòd quidam, dùm confitentur peccata ſua Sacerdotibus, non plenè id faciunt. Quia ergò conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantiis, animâ videlicet & corpore, & interdùm animi motu, interdùm carnis fragilitate peccatur, ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, ut ex utriſque plena fiat confeſſio; ſcilicet ut ea confiteantur quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur. Inſtruendus eſt itaque peccatorum ſuorum confeſſor ut de octo principalibus vitiis, ſine quibus in hac vita difficilè vivitur, confeſſionem faciat; quia aut cogitatione, aut, quod eſt gravius, opere, eorum inſtinctu peccavit. Odium etenim, invidia, ſuperbia, vel certè hujuſcemodi animæ peſtes tanto periculoſiùs lædunt, quanto ſubtiliùs ſerpunt.

De ſanctis Eccleſiis.

Capitular. lib. 2. c. 29. * *Leg.* nulli. * *Leg.* Rectoribus. LVI. Nullus * ſub Romana ditione conſtitutæ Eccleſiæ, vel ſynodochiæ, vel monaſteriorum Rectores *, eatum rem immobilem nequaquam liceat alienare, id eſt, agrum, domum, mancipium, panes civiles, neque creditori obligare: (alienatio enim eſt venditio, donatio, permutatio, emphyteuſeos perpetuus contractus:) omnes omnino convenit ut ſe ab hujuſcemodi alien...ione abſtineant. Tabellio vero qui

talia inſtrumenta conſcripſerit, perpetuo exilio tradatur. Magiſtratus vero judices, qui talia inſtrumenta conſenſerint, & dignitatem & facultates amittant.

De his qui ſolummodò confiteri Deo peccata debere dicunt.

Concil. Cabilon. II. c. 33. Capitulare Theodulfi, cap. 30. Burchard. lib. 19. c. 145. Ivo, par. 15 c. 155. Gratian. diſt. 1. de Pœnit. c. 90. *Quidam Deo*

LVII. Quidam Deo ſolummodò confiteri debere dicunt peccata, quidam verò Sacerdotibus confitenda eſſe percenſent. Quod utrumque non ſine magno fructu intrà ſanctam fit Eccleſiam, ita duntaxat ut & Deo, à quo remiſſio eſt peccatorum, confiteamur peccata noſtra, & cum David dicamus: *Delictum meum cognitum tibi feci, & injuſtitiam meam non abſcondi. Dixi: Confitebor adversùs me injuſtitias meas Domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Et ſecundùm Apoſtoli inſtitutionem confiteamur alterutrum peccata noſtra, & oremus pro invicem ut ſalvemur. Confeſſio itaque quæ Deo fit, purgat peccata. Ea vero quæ Sacerdoti fit, docet qualiter ipſa purgantur peccata: Deus namque ſalutis & ſanitatis auctor & largitor plerunque hanc præbet ſuæ potentiæ inviſibili adminiſtratione, plerunque medicorum operatione.

Quòd perſonarum acceptio in omnibus cavenda ſit judiciis.

Concil. Cabilon. II. c. 34. Burchard. lib. 19. cap. 59. Ivo, par. 15. c. 73.

LVIII. Quia igitur, Apoſtolo teſtante, non eſt perſonarum acceptio apud Deum, & in omnibus judiciis cavenda eſt, multò magis in hoc pœnitentiæ judicio præcaveri debet ut nullus Sacerdotum umquam aut gratiâ, aut odio alicujus perſonæ, ſecùs judicet quàm quod in Canonibus ſacris invenerit, aut quod illi ſecundùm ſanctarum Scripturarum auctoritatem & eccleſiaſticam conſuetudinem rectius viſum fuerit. Si ergò medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter perſonæ cujuſlibet acceptionem his quos ſanare cupiunt, cauterio aut ferro aut duris aliis quibuſlibet rebus parcunt, multò magis his obſervandum eſt qui, non corporum, ſed animarum medici exiſtunt. Neque penſanda eſt pœnitentia quantitate temporis, ſed ardore mentis & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non ſpernit.

De Monachis & Sanctimonialibus.

Capitular. lib. 5. cap. 378.

LIX. Nemo audeat Monachum vel Sanctimoniales feminas ad civile judicium accuſare, ſed ad Epiſcopum. Et ipſe ex lege vel canonibus conſentaneam ſententiam proferat. Hæc omnes Epiſcopi cuſtodiant, & omnes Præfecti Romani, & Prætores populi, & provinciarum Præſides, ut curent citiùs Monachorum & Sanctimonialium lites dirimere. Si quis hanc Conſtitutionem violaverit in magiſtratu poſitus, decem librarum auri pœnâ multabitur. Si exſecutor eſt, in catenis Eccleſiarum recludatur, pœnas luiturus, & officium perdat.

Quòd multi in pœnitentia deliciis indulgeant.

Concil. Cabilon II. c. 31. Burchard. lib. 19. cap. 146. Ivo, par. 15. c. 156.

LX. Multi, quod non ſine dolore dicendum eſt, in pœnitentia non tam peccati remiſſionem, quàm temporis conſtituti expectant expletionem. Et ſi carnium & vini uſus eis interdictus eſt, mutatâ, non voluntate, ſed ejuſdem cibi aut potûs perceptione, in tantum deliciis ſuis indulgent, ut delitioſiùs, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu vivere cognoſcantur. Spiritalis autem abſtinentia, quæ in pœnitentibus potiſſimùm vigere debet, & quorundam ciborum ac potionum perceptiones & deſiderium fugere debet. Ille, inquam, ille magis parcimoniæ ſervire cenſendus eſt qui ſibi non ſolùm quarundam rerum perceptiones, ſed delectationes corporis penitùs interdicit.

De his qui ex induſtria peccant.

Fulgent. de Trinit. pag. 163, *Nam qui ſibi.* Concil. Cabilon. II. c. 36. Burchard. lib. 19. cap. 56. Ivo, par. 15. c. 70; & par. 16. cap. 336.

LXI. Sed nec hoc prætereundum putamus, quòd quidam ex induſtria peccantes, propter eleemoſynarum largitionem quandam ſibi promittunt impunitatem. Eleemoſyna enim extinguit peccata, juxtà illud: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna extinguit peccata*, ſed ea quæ aut neceſſitate, aut quæ caſu, aut qualibet fiunt fragilitate. Ea verò quæ ex induſtria ad cujuſlibet libidinem explendam idcircò fiunt ut eleemoſynis redimantur, nequaquam eis redimi poſſunt; quia qui hoc perpetrant, videntur Deum mercede conducere, ut eis impunè peccare liceat. Non ergò idcircò quis peccare debet ut eleemoſynam faciat, ſed ideò eleemoſynam facere debet quia peccavit: mentem enim & corpus quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

Homil. incerti Autor. in Cod. S. Galli.

De Monacho qui monaſterium ſuum dimiſerit.

Capitular. lib. 5. cap. 379. Julian. Antec. nov. 123. c. 61.

LXII. Si Monachus monaſterium ſuum dimiſerit, omnia bona ipſius, & quæ in monaſterio introduxit, & quæ non introduxit, dominio monaſterii ſint, & ipſe officio Præſidis ſervire cogatur. Si verò Monachus ad alium monaſterium migraverit, ſubſtantiam ejus prius monaſterium poſſideat, & in alio monaſterio ipſe non recipiatur.

Quòd pœnitentia ſecundùm Canonum ſtatuta agi debeat.

Concil. Cabilon. II. c. 38. Conc. Moguntin. anni 847. c. 31. Regin. lib. 2. c. 292. Burchard. lib. 19. cap. 28. Ivo, par. 3. c. 88; & par. 15. c. 46. Fileſac. de Sacr. Epiſcopor. autorit. fol. 63. *Vide* Conc. Pariſ. VI. lib. 1. c. 32. 34.

LXIII. Modus autem pœnitentiæ peccata ſua confitentibus, aut per antiquorum Canonum inſtitutionem, aut per ſanctarum Scripturarum auctoritatem, aut per eccleſiaſticam conſuetudinem, ſicut ſuperiùs dictum eſt, imponi debet, repudiatis ac penitùs eliminatis libellis quos *pœnitentiales* vocant, quorum ſunt certi errores, incerti auctores; de quibus ritè dici poteſt: *Mortificabant animas quæ non moriebantur, & vivificabant animas quæ non vivebant.* Qui dùm peccatis gravibus leves quoſdam & inuſitatos imponunt pœnitentiæ modos, conſuunt pulvillos, ſecundùm propheticum ſermonem, ſub omni cubito manûs, & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas.

Quòd quidam Presbyteris abſque conſenſu Epiſcoporum Eccleſias dent vel auferant.

Concil. Cabilon. II. can. 42. Burchard. lib. 3. c. 112. Ivo, par. 3. cap. 88. Gratian. 16. q. 7. c. 38. *Inventum.*

LXIV. Inventum eſt quòd multi arbitrii ſui temeritate, &, quod eſt gravius, ducti cupiditate, Preſbyteris quibuſlibet abſque conſenſu Epiſcoporum Eccleſias dant vel auferunt. Undè oportet ut, canonicâ regulâ ſervatâ, nullus abſque conſenſu Epiſcopi cuilibet Preſbytero Eccleſiam det. Quam ſi injuſtè adeptus fuerit, hanc non ſine culpa ſua coram Epiſcopo canonicâ ſeveritate amittat.

De Scotis, qui ſe Epiſcopos eſſe dicunt, & quoſdam abſque licentiâ dominorum ſuorum ordinant.

Concil. Augſt. to. 1. pag. 339, c. 5. Concil. Cabilon. II. c. 43. Burchard. lib. 1. cap. 120. Ivo, par. 5. c. 220.

LXV. Sunt in quibuſdam locis Scotti, qui ſe dicunt Epiſcopos eſſe, & multos neglegentes, abſque licentia dominorum ſuorum ſive magiſtrorum, Preſbyteros & Diaconos ordinant. Quorum ordinationem, quia plerunque in ſimoniacam incidit hæreſem, & multis erroribus ſubjacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes uno conſenſu decrevimus.

De Monachis Laicis.

Capitular. lib. 5. cap. 381. Julian. Anteceſſ. nov. 123. c. 63.

LXVI. Si Monachus Laicus factus fuerit, honore & cingulo expolietur, & res ejus monaſterio adiciantur. Quòd ſi monaſticam vitam reliquerit, Præſes provinciæ eum teneat, & taxeotas vel curiæ ſuæ connumeret.

De his qui in Cœna Domini Euchariſtiam neglegunt.

Concil. Cabilon. II. can. 47. Burchard. lib. 5. c. 20.

LXVII. In cœna Domini à quibuſdam perceptio Euchariſtiæ neglegitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro gravibus criminibus inhibitum eſt, percipienda ſit, eccleſiaſticus uſus demonſtrat; cùm etiam pœnitentes eâdem die ad percipienda corporis & ſanguinis dominici ſacramenta reconciliat. Ivo, par. 2. c. 30. Gratian. diſt. 2. de Conſecr. c. 17. *In cœnâ.*

Quòd infirmi & ægroti oleo benedicto perunguendi ſint.

Concil. Cabilon. II. c. 48.

LXVIII. Secundùm beati Jacobi Apoſtoli documentum, cui etiam decreta Patrum conſonant, infirmi oleo, quod ab Epiſcopis benedicitur, à Preſbyteris ungi debent. Sic enim ait: *Infirmatur aliquis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſalvabit infirmum, & allevabit eum Dominus. Et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei.* Non eſt itaque parvipendenda hujuſmodi medicina, quæ animæ corporiſque medetur languoribus. Jac. 5.

De ſponſo vel ſponſa in monaſterio ingreſſa.

Julian. Anteceſſ. nov. 123. c. 57.

LXIX. Si ſponſus vel ſponſa intraverit in monaſterium, idquod arrharum nomine datum eſt, in ſimplum tantùm reddatur.

De locis in quibus Miſſæ celebrandæ ſunt.

Concil. Cabilon. II. c. 49.

LXX. In quibus locis & quo apparatu Miſſarum ſolemnitates, excepris baſilicis, celebrari debeant, & utrùm celebrari debeant, in Concilio Laodicenſi ita ſcribitur: *Quòd non oporteat in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis vel Presbyteris.* *Vide* ſuprà, cap. 13.

De his quæ ad aurium & oculorum pertinent oblectamentum, quæque Sacerdotes vitare debent.

Concil. Turon. III. can. 7. Concil. Cabilon. II. c. 9. Burchard. lib. 1. cap. 226. Ivo, par. 5. c. 339.

LXXI. Quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent inlecebras, undè vigor animi emolliri poſſe credatur, ut de aliquibus generibus muſicorum aliiſque nonnullis rebus ſentiri poteſt, ab omnibus Dei Sacerdotes ſe abſtinere debent; quia [illegible] oculorumque inlecebras vitio- [illegible] animum ingredi ſolet. Hiſ- [illegible]què turpium & obſcœnorum [illegible]orum, & ipſi animo effugere, [illegible] Sacerdotibus effugienda prædicare debent.

De Eccleſia ædificanda.

Capitular. lib. 5. cap. 382. Capitula Herardi, c. 46.

LXXII. Nemo Eccleſiam ædificet antequam civitatis Epiſcopus veniat, & ibidem crucem figat publicè. Et antè præfiniat qui ædificare vult, quid ad luminaria & ad cuſtodiam & ſtipendia cuſtodum ſufficiat. Et factâ donatione, ſic domum ædificet.

Ut Sacerdotes à ludis ſecularibus ſe caveant.

Concil. Turon. III. c. 8.

LXXIII. Sacerdotibus non expedit ſecularibus & turpibus quibuſlibet inter-

eſſe jocis. Venationes quoquè ferarum vel avium minimè ſectentur.

De Presbyteris & Diaconibus, ut Epiſcoporum ſuorum in bonis operibus veſtigia ſectentur.

Concil. Turon. III. c. 8. LXXIV. Preſbyteri quoquè & Diaconi in omnibus bonorum operum exhibitionibus ſui Epiſcopi veſtigia ſectentur, & in bonorum morum probitate, quæ Epiſcopo obſervanda ſunt, eadem & ſibi obſervanda eſſe cognoſcant.

De eo qui in domo ſua oratorium fecerit.

Capitular. lib. 5. cap. 383. LXXV. Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibi poteſt. Tamen non audeat in eo ſacras facere Miſſas ſine permiſſu Epiſcopi loci illius. Quòd ſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Præfectus Prætorii qui hoc cognovit, & non prohibuit, librarum auri ſolutione multabitur.

Quantam curam Epiſcopi circà indigas habeant.

Concil. Turon. III. c. 10. Concil. Pariſ. VI. lib. 1. c. 15. Concil. Aquiſgr. II. tit. 1. c. 7. LXXVI. Epiſcopi quidem maximam curam & ſollicitudinem circà pauperes habeant, & res eccleſiaſticas Eccleſiis collatas cautâ circumſpectione diſpenſent, quaſi Dei miniſtri, non quaſi turpis lucri gratiâ ſectatores. Illis itaque utantur, non ut propriis, ſed ut ſibi ad diſpenſandum commiſſis.

De erogatione Epiſcopi in pauperibus & familia Eccleſiæ.

Concil. Turon. III. c. 11. LXXVII. Quòd liceat Epiſcopis, præſentibus Preſbyteris & Diaconibus, de theſauro Eccleſiæ familiæ & pauperibus ejuſdem Eccleſiæ ſecundùm canonicam inſtitutionem, juxtà quod indiguerint, erogare.

De Diaconiſſa.

Julian. Antec. nov. 6. c. 6. LXXVIII. Si Diaconiſſa nupſerit, gladio ultoris ſternatur, & facultas ejus Eccleſiæ ubi ſervivit, addicatur. Corruptores earum ſimiliter puniantur: bona verò eorum fiſci viribus vindicentur.

De Presbytero non ordinando antè legitimum tempus.

Concil. Turon. III. c. 12. LXXIX. Preſbyterum ordinari non debere antè legitimum tempus, hoc eſt, trigeſimum ætatis annum. Sed priuſquam ad conſecrationem preſbyteratûs accedat, maneat in epiſcopio, diſcendi gratiâ officium ſuum tamdiu, donec poſſint & mores & actus ejus animadverti. Et tunc, ſi dignus fuerit, ad ſacerdotium promoveatur.

De Epiſcopis, qualiter parochias ſuas diligenter perſcrutentur.

Ibid. c. 13. LXXX. Ut unuſquiſque Epiſcoporum parochiam ſuam diligenter perſcrutari nitatur; nec aliquis Preſbyter ab alterius parochia in ſuam commigrans, officium celebrare præſumat ſine litteris commendatitiis, ſicut olim multis in locis actum eſſe repertum eſt.

De religioſa muliere decepta.

Capitular. lib. 5. cap. 385. LXXXI. Si quis rapuerit vel ſollicitaverit vel corruperit religioſam feminam, bona amborum Eccleſia vindicet in qua talis mulier habitavit: ipſi tamen periculo capitali ſubiciantur. Quòd ſi hæc mulier non conſenſit, cum ſuis rebus monaſterii cautioni tradatur. Si verò liberos habet, pars legitima eis reſervetur. Quòd ſi intrà annum poſt cognitum tale ſcelus à religioſis Laicis non vindicetur, Comes privatarum hoc noſtro fiſco addicat. Si verò Præſes provinciæ vindictam tali crimini imponere neglexerit, cingulo careat, & quinque libras auri fiſci viribus dare compellatur.

Ut decimæ ſemper conſulto Epiſcoporum diſpenſentur.

Concil. Turon. III. c. 16. LXXXII. Ut decimæ quæ ſingulis dabuntur Eccleſiis, per conſulta Epiſcoporum à Preſbyteris ad uſum Eccleſiæ & pauperum ſummâ diligentiâ diſpenſentur.

Ne quilibet Presbyter de titulo minore ad majorem tranſeat.

Ibid. c. 14. Concil. Rem. II. c. 20. LXXXII. De titulo minori ad majorem migrare nulli Preſbytero licitum ſit, ſed in eo permaneat ad quem ordinatus eſt. Quòd ſi inventus fuerit contrà ſtatuta id facere, eâdem feriatur ſententiâ quâ & Epiſcopus qui de minori ad majorem tranſmigraverit ſedem.

De blaſphemia in Deum.

Capitular. lib. 6. cap. 101. Julian. Antec. nov. 77. LXXXIV. Si quis quolibet modo blaſphemiam in Deum jactaverit, à Præfecto urbis ultimo ſupplicio ſubiciatur. Qui verò talem cognoſcens non manifeſtaverit, ſimiliter coerceatur. Si Præfectus urbis hæc punire neglexerit, poſt Dei judicium noſtram indignationem incurrat.

De viduis juvenibus, ne citò velentur.

Concil. Turon. III. c. 25. LXXXV. Ut juvenes viduæ citò nequaquam velentur, uſquè dùm probetur illarum religio, & bona ab eis nota ſit converſatio; ne fortè de eiſdem dici poſſit ab Apoſtolo: *Quæ autem in deliciis ſunt, viventes mortuæ ſunt.* 1. Tim. 5.

Ut Comites & Judices Epiſcopis ſuis conſentiant, ipſique eos honorificè recipiant.

Concil. Turon. III. c. 33. LXXXVI. Comitibus, Judicibus, reliquoque populo expedit ut ſuis ſint Epiſcopis conſentientes & obedientes

propter Dei amorem ſuique gradûs honorem, & ſemper ab eis utile quærant conſilium, illorumque ſalubria non ſpernant monita, ſed intentâ cordis aure audiant. Similiter verò & Epiſcopi prædictas perſonas humiliter ſuſcipiant, honorificeque ergà eas in omnibus agant, & ſic ſe mutuis ſublevare ſtudeant conſolationibus.

De herede, ſi quippiam diſpoſitione non implet.

Burchard. lib. 15. cap. 14. Ivo, par. 16. c. 35.

LXXXVII. Si heredès juſſa teſtatoris non impleverint, ab Epiſcopo loci illius omnis res quæ his relicta eſt auferatur, cum fructibus & cæteris emolumentis, ut vota defuncti impleantur.

Ut Comites & Judices viles perſonas non admittant ad teſtimonium.

Conc. Turon. III. cap. 34. Ivo, par. 16. c. 337.

LXXXVIII. Summopere admonendi ſunt Comites & Judices ne viles & indignas perſonas coram ſe permittant ad teſtimonium accedere; quoniam multi ſunt qui perjurare pro nihilo ducunt, in tantum ut pro unius diei ſatietate, aut pro quolibet parvo pretio, ad juramentum conduci poſſint, animaſque ſuas perjurio perdere minimè formident. Quam ob rem tales nequaquam ad quodlibet teſtimonium admittendi ſunt. Et hoc notandum, quòd non ſolùm illi qui perjurant, ſed etiam qui perjuris conſentiunt, ſimili plectendi ſunt damnatione.

Ut nullus Chriſtianus munera exigat pro quolibet placito.

Concil. Turon. III. c. 35.

LXXXIX. Nullus Chriſtianus pro quolibet placito vel judicio à qualibet perſona munera exigere aut accipere debet, quoniam id divina Scriptura multis in locis magnâ interdicit auctoritate, teſtante Scripturâ, quæ ait: *Munera excæcant oculos ſapientium, & ſubvertunt verba juſtorum.* Exod. 23.

De rebus quæ Paganis non conceduntur.

XC. Non liceat Chriſtianis Judæorum neque Paganorum vel Hæreticorum res emphyteoſcos vel conductionis titulo habere, neque ſuorum ſimiliter eis accommodare.

De placitis ſecularibus, ne in Eccleſia fiant.

Conc. Turon. III. c. 39.

XCI. Placita quidem ſecularia in Eccleſiis, vel in atriis Eccleſiarum à Comitibus Vicariiſque uſquè modò multis in locis habita, ne ultrà fiant interdicendum eſt cum auctoritate dominicâ, qui expulſis de templo negotiatoribus adſerit debere domum Dei domum eſſe orationis. Matth. 21.

De inceſtuoſis, parricidis, atque homicidis.

Capitular. lib. 2. c. 43. Ivo, par. 16. c. 345.

XCII. Inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi apud nos, heu proh dolor! reperiuntur. Sed aliqui ex illis Sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis durare criminibus; quos oportet per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam prava conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera Sacerdotum monita noluerint revocari: quorum aliquos jam excommunicavimus. Sed illi hoc parvipendentes, in eiſdem perdurârunt criminibus. Quam ob rem veſtra decernat manſuetudo quid de talibus deinceps agendum ſit.

De magicis artibus & incantationibus.

Concil. Turon. III. c. 42. Burchard. lib. 10. cap. 40. Ivo, par. 11. c. 65. Gratian. 26, q. 7. c. 15. *Admoneant.*

XCIII. Admoneant Sacerdotes fideles populos ut noverint magicas artes incantationeſque quibuſlibet infirmitatibus hominum nihil poſſe remedii conferre, non animalibus languentibus, claudicantibuſve, vel etiam moribundis quicquam mederi; non ligaturas oſſuum vel herbarum cuiquam adhibitas prodeſſe, ſed hæc eſſe laqueos & inſidias antiqui hoſtis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

Ne nomen Dei in vanum jurando aſſumatur.

Concil. Turon. III. c. 43.

XCIV. Omnes homines admonemus ne per ſingula verba, quaſi ad confirmationem ſuæ aſſertionis, nomen Domini in vanum aſſumant; quod ipſe Dominus interdicit faciendum, ubi ait: *Ne aſſumas nomen Dei tui in vanum.* Exod. 20. In vanum etenim nomen Dei aſſumitur, quandò aliquis ad ſingula verba quibus vult ut ſibi ab alio credatur, Deum omnipotentem teſtem rei de qua ait, invocat, eumque ſibi ita eſſe adjutorem ſicut ea vera ſunt quæ loquitur. Nam & ipſe Dominus in evangelio hoc modo prohibens omne genus juramenti, *Nolite*, inquit, *omninò jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque per caput tuum*; & cætera. Matth. 5.

De Laicis ne munera à Presbyteris exigant.

Capitular. lib. 5. cap. 148.

XCV. Ut Laici omninò à Preſbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Eccleſiæ; quia propter cupiditatem plerunque à Laicis talibus Preſbyteris Eccleſiæ dantur qui ad peragendum ſacerdotale officium indigni ſunt.

De pace & concordia.

Concil. Arelat. VI. c. 12.

XCVI. De pacis bono atque concordia, ut ab omnibus omninò indiſrupta teneatur inter Epiſcopos & Comites, inter Clericos & Monachos, & omnem populum Chriſtianum, ut beatus Apoſtolus Paulus docuit, dicens: *Sectamini caritatem* Hebr. 12.

& ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Et idcirco quidquid illud eſt quod nos ad veræ pacis ſtudium & caritatis perfectionem provocat, totis viribus noſtris ſectandum eſt; quicquid nos verò ab illa disjungit, ut venenum mortiferum à nobis cavendum eſt.

De Comitibus & Judicibus, ut obedientes ſint ſuo Epiſcopo.

Concil. Arelat. VI. c. 13. XCVII. Ut Comites & Judices reliquiſque populus obedientes ſint Epiſcopo, & invicem conſentiant ad faciendas juſtitias, & munera pro judicio non accipiant, nec falſos teſtes, ne per hoc pervertant judicia juſtorum, quia ſcriptum Prov. 14. eſt: *Juſtitia elevat gentem, injuſtitia verò* Pſal. 105. *miſeros facit populos.* Et Pſalmiſta: *Beati qui cuſtodiunt judicium & faciunt juſtitias in omni tempore.*

Ut Epiſcopi ſemel in anno parochias ſuas circumeant.

Concil. Arelat. VI. c. 17. * Capitul. lotar. XCVIII. Unuſquiſque Epiſcopus ſemel in anno circumeat parochiam ſuam. Noverint ſibi curam * populorum & pauperum in protegendis ac defendendis impoſitam. Ideòque dùm conſpiciunt Judices ac Potentes pauperum oppreſſores exiſtere, priùs eos ſacerdotali admonitione redarguant. Et ſi contempſerint emendari, eorum inſolentia Regis auribus intimetur; ut quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad juſtitiam, regalis poteſtas ab improbitate coerceat.

De chriſmate à Presbyteris cuſtodiendo ſub ſigillo.

Capitulat. lib. 5. cap. 145. Capitulare I. an. 813. cap. 17. Spicileg. tom. 9. p. 63. XCIX. Ut Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ vel ſub cujuſlibet rei donare præſumant: genus enim ſacramenti eſt, & non ab aliis niſi à Sacerdotibus contingi debet. Quod ſi fecerint, honore priventur.

De his qui beneficium habent de rebus Eccleſiæ.

Vide ſuprà, cap. 33. Iſaac, tit. 11. c. 15. C. Ut quiſquis beneficium de rebus Eccleſiæ habet, ad tecta ejuſdem Eccleſiæ reſtauranda vel ad ipſas Eccleſias ædificandas omnino adjuvet.

De eo qui infamis furto efficitur.

CI. Furti quocunque genere condemnatus infamis efficitur.

De eo qui abſens fuerit minimè damnando.

Capitular. lib. 7. cap. 304, 354. CII. Jubemus in cauſa capitali ut abſens nemo damnetur, quia neque abſens per alium accuſare aut accuſari poteſt.

De omnibus poſſeſſionibus à præceptore poſſeſſori reddendis.

Concil. Rom. V. ſub Symmacho. CIII. Omnes poſſeſſiones, & omnia ſibi ſublata, atque fructus cunctos antè litem conteſtatam præceptor poſſeſſori reſtituat.

☞ In iſto loco deſunt quædam Capitula.

De inceſtis, quòd non ſint legitimi heredes.

Capitular lib. 6. cap. 410. CIV. Omnes noſſe volumus quòd inceſti non ſint legitimi heredes, ſed infamiâ ſint notatæ utræque perſonæ. Ideoquè proximorum copula vel ſtupra, quaſi quædam turpiſſima peſtis, cavenda eſt; quoniam inceſti uſquè ad canonicam ſeparationem Eccleſiæque per publicam pœnitentiæ ſatisfactionem, magis inter energumenos vel audientes, quàm inter Chriſtianos catholicos utrique cum omnibus ſuis ſunt habendi.

Ut liceat litigatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare.

Ibid. lib. 7. cap. 251. CV. Judices obſervare debent ut liceat litigatori vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare, & appellatores nec in carcerem redigant, nec à militibus faciant cuſtodiri. Sed agendum negotium ſuum liberi obſervent; nec etiam in ſupplicium deſtinatis appellandi vox denegetur.

De oratione obedientis.

CVI. Sciendum ſanè eſt omnibus quia citiùs exauditur una obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris.

Ut unaquæque provincia à Judicibus propriis judicetur.

CVII. Præcipimus ut non degradetur unaquæque provincia, ſed apud ſemetipſam habeat Judices Epiſcopos. Et quicunque cauſam habuerit, à ſuis Judicibus judicetur, & non ab alienis, id eſt, à ſuæ juſtis Judicibus provinciæ, & non ab externis, niſi fuerit appellatum.

Quòd unumquemque juſtè & piè vivere oporteat.

CVIII. Notum eſſe omnibus volumus quàm juſtè, ſobriè, quàm etiam piè vivere debeant. Juſtè enim vivere oportet ſecundùm ſermonem dominicum præcipientem: *Luceat*, inquit, *lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Hoc eſt: Sic juſtè vivite, ut filii lucis nominari valeatis. Quòd verò ſobriè vivere debeat quiſque, monet Evangelium, dicens: *Videte ne graventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ.* Piè etiam vivere vel patienter monet Paulus

exhortando, dicens: *In omni patientia & doctrina.* Et cum pietate regere domum monet. Et ne ipſa pietas indiſcreta videatur, præmittit ſententiam, dicens: *Argue cum omni imperio.*

De grafiæ prolatore, ut eam adfirmet.

Capitular. lib. 7. cap. 154. CIX. Statutum eſt ut ſcripturam prolator adfirmet. Nam ſi is qui ſcripturam protulit, ejus non adſtruxerit veritatem, ut falſitatis reum eſſe retinendum.

Quòd Sacerdos in habitu religionis perſiſtere debeat.

CX. Studendum ſanè omnibus eſt ut in habitu religionis quiſque Sacerdos permaneat, & ore prophetico ſibimet præcipi conſtat dicente: *Clama, ne ceſſes; quaſi tuba exalta vocem tuam.* Quando dixit, *Clama, ne ceſſes*, omne tempus excluſit: quod nemo poteſt excuſare. Etenim de libris officialibus, ut novimus, patet ratio; quia nequaquam corporeo uſu hæc requirenda ab illis erant qui ſpiritaliter vivebant, dicente Graphopſalmo: *In me ſunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi.* Nos tamen, qui in medio poſiti ſumus, ſcilicet inter ſpiritalem & corporalem intellectum, in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, ut non vituperetur miniſterium noſtrum, & propheticum ſermonem impleamus dicentem: *Juſtitiam diſcite, qui habitatis terram.* Et, quod avertat Deus à nobis, idem Propheta dicit: *Zelus adprehendit populum ineruditum.* Et iterùm alius Propheta: *Sacerdotes ignoraverunt intelligentiam.* Et idem Propheta: *Sacerdotes non dixerunt, ubi eſt Dominus? & tenentes leges meas, neſcierunt me.* Quâ ergò fronte, quâ conſcientiâ Sacerdotem nominari ſe fatetur, quem Dominus per Prophetam neſcire ſe dicit?

De eo qui cauſam habuerit, ut à propriis Judicibus judicetur.

CXI. Quicunque cauſam habuerit, à propriis Judicibus judicetur; & non ad alienos causâ vagandi & proterviæ, dimittens ſuam patriam, tranſeat; ſed apud Metropolitanum & reliquos Epiſcopos ſuæ provinciæ judicetur.

De Canonicis Clericis qui in civitatibus vel in monaſteriis degunt.

CXII. Volumus atque præcipimus, ſicut ſynodali atque Canonicâ auctoritate à Paſtoribus ſanctæ Eccleſiæ ſæpiſſimè admoniti ſumus, ut Canonici Clerici qui in civitatibus vel in monaſteriis degunt, qui beneficia habent undè victum & veſtitutum habere poſſunt, ut hoc juxtà Apoſtolum contenti ſint, & ſtipendia fratrum, undè pauperiores & hi qui aſſiduè in prædictis locis Domino famulantes excubant, atque ibi aſſiduum divinum explent officium, nequaquam aſſumant aut in ſuis uſibus convertant: ſcimus enim quia abſque periculo atque diſpendio animarum ſuarum hoc nullatenùs facere poſſunt. Si quis hæc ſtatuta contempſerit, utriſque careat, id eſt, & beneficio & præbenda; atque ſi gradibus fruitur eccleſiaſticis, ipſis privetur.

De communicatione Eccleſiæ cum nihil habentibus.

Proſper. lib. 2. *de Vita contemp.* c. 9. extr. Jul. Pomer. lib. 2. *de Vita contemp.* cap. 10. CXIII. Quod habet Eccleſia, cum omnibus nihil habentibus habet commune; nec aliquid indè eis qui ſibi de ſuo ſufficiunt convenit erogare, quandò nihil aliud ſit habentibus dare quàm perdere.

De his qui ſua poſſident, & ſibi aliquid dari volunt.

Proſper. lib. 2. *de Vita contemp.* c. 12. Jul. Pomer. cap. 9. CXIV. Nec illi qui, ſua poſſidentes, dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo undè pauper victurus erat, accipiunt.

De damnatis nuptiis.

Capitular. lib 6. cap. 168. CXV. Si quis viduam uxorem duxerit, & poſteà cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit, aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio, tales copulationes anathematizari, nec unquam ampliùs conjugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri.

Ne proprius filius de baptiſmo ſuſcipiatur.

Ibid. lib. 5. c. 167. CXVI. Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptiſmatis ſuſcipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illam cujus filium aut filiam ad confirmationem tenuerit. Ubi autem factum fuerit, ſeparentur.

De ſubintroductis mulieribus.

CXVII. Omnibus igitur Clericis feminam ſecum in domibus ſuis habere ultrà licentiam Canonum firmiter ſit contradictum.

Iterùm de pace Eccleſiarum.

Vide ſuprà, cap. 32. CXVIII. Præcipimus ut in Eccleſiis, aut in domibus Eccleſiarum vel atriis, placita ſecularia minime fiant. *Vide ſuprà*, *lib.* 4. *cap.* 28.

De fugitivis Clericis.

Capitular. lib. 5. cap. 149. CXIX. Unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia diligenter Preſbyteros vel Clericos inquirat undè ſint. Et ſi aliquem fugitivum invenerit, ad ſuum Epiſcopum redire faciat.

Quid ſint letaniæ.

Concil. Mogunt. an 813. c. 32.

CXX. Letaniæ autem Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicuntur Rogationes. Inter letanias autem & exomologeſim hoc differt, quod exomologeſis pro ſola peccatorum confeſſione aguntur; letaniæ vero, quæ indicantur propter rogandum Deum & impetrandam in aliquo miſericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum ſub una deſignatione habetur.

De Clericis injuſtè tonſoratis.

Ibid. c. 23. Burchard. lib. 8 c. 91. Ivo, par. 7. c. 129. Lib. 3. Decretal. tit. 31. c. 1.

CXXI. De Clericis verò hoc ſtatuimus, ut hi qui hactenùs inventi ſunt, ſive in canonico ſive in monachico ordine, tonſorati ſine eorum voluntate, ſi liberi ſunt, ut ita permaneant. Et deinceps cavendum eſt ut nullus tondatur niſi legitimâ ætate ſponteaque voluntate, vel cum licentia domini ſui.

De eo quid ſit relinquere mundum.

Capitulare I. an. 811. Conc. Meguntin. anni 813. c. 15.

1. Cor. 6.

CXXII. Seculum autem relinquere, eſt, ſicut Gregorius dixit, ſeculi voluptatibus contraire. Hinc Paulus admonet, dicens: *Qui emunt, tanquam non poſſidentes; & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.* Et Gregorius in libro Paſtorum: *Sic vobis ea quæ ſuppetunt exteriùs ſerviant, quatenùs à ſupernæ dilectionis ſtudio animum non flectant.*

Quòd inceſtum committit qui ſe conſanguineæ ſuæ uſquè affinitatis lineam conjungit.

Capitular. lib. 7. cap. 432.

CXXIII. Nullus fidelium uſquè affinitatis lineam, id eſt, uſque in ſeptimam progeniem, conſanguineam ſuam ducat uxorem, vel eam quoquo modo inceſti maculâ polluat. Si quis vero hoc ſcienter temerare præſumpſerit, ſi liber fuerit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos fiſco noſtro perſolvat, & inſuper canonicè ut inceſtus luat, ac publicè juxtà canonicos gradus pœniteat. Si autem ſervus vel eccleſiaſticus fuerit, publicè flagelletur ac decalvetur, & juxtà Epiſcopi proprii juſſionem pœnitentiam publicè & canonicè gerat. Quod ſi aliquis, tam liber quàm ſervus, aut eccleſiaſticus vel fiſcalinus, Epiſcopo proprio vel ſuo Sacerdoti, aut Archidiacono, inobediens vel contumax ſive de hoc ſive de alio quolibet ſcelere extiterit, omnes res ejus à Comite & à Miſſo dominico ei contendantur uſquè dùm Epiſcopo ſuo obediat, ut canonicè pœniteat. Quòd ſi nec ſe ita correxerit, & ad Epiſcopum & canonicam pœnitentiam venire diſtulerit, à Comite comprehendatur, & in carcerem ſub magna ærumna retruſus teneatur, nec rerum ſuarum poteſtatem habeat, quouſquè Epiſcopus juſſerit. Quòd ſi Comes vel ejus miniſter hoc adimplere diſtulerint, canonicè ab Epiſcopo ſuo vel à ſuo miniſtro excommunicetur; & uſquè dùm hæc pleniter adimpleat, ſemper communione catholicorum careat, uſquè dùm ipſi Epiſcopo humaniùs ergà eum aliquid agere placuerit. Si verò, quod non optamus, ipſe Comes aut de prædictis cauſis aut de ipſa excommunicatione inobediens aut negligens apparuerit, honore comitatûs pariter & communione careat, uſquè dùm ambo in noſtram præſentiam veniant, ut nos illum epiſcopali auctoritate atque imperiali metu ita corrigamus, ut cæteri timorem habeant, ne deinceps talia committere ullatenùs audeant.

Ut inceſti, quandiù in ſcelere manent, non fidelium Chriſtianorum, ſed tantùm aut Gentilium, aut Catechumenorum, vel Energumenorum locum teneant.

Ibid. 433.

CXXIV. Inceſti, dùm in ipſo deteſtando atque nefando ſcelere manent, non inter fideles Chriſtianos, ſed inter Gentiles aut Catechumenos vel Energumenos habeantur, id eſt, cum Chriſtianis non cibum ſumant, non potum, non in eodem vaſculo edant aut bibant, ſed ſolt hæc faciant. Non oſculentur aut ſalutentur ab eis. Sed ſi ſuis Sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefandiſſimo ſcelere ſe ſegregare atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur qui ſpiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos de quibus ipſa per ſe Veritas ait: *Si te non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Nam cum fidelibus non debent orare, nec in Eccleſiam intrare, ſed antè januam Eccleſiæ excubare, & intrantibus in eam atque exeuntibus ex ea, vultu in terra proſtrato, veniam poſtulare, & ut pro ſe orare non dedignentur, flagitare; & lacrymis perfuſi, vultu contrito, atque humiliato ſpiritu ſemper omnibus apparere uſquè ad ſatisfactionem Eccleſiæ, & proprii Epiſcopi canonicam reconciliationem, & ad priſtinum inceſtum nunquam redire, nec ſecularia negotia exercere, nec placitis aut accuſationibus vel teſtimoniis intereſſe, ſed crebris Sacerdotum precibus manûſque Pontificis proprii impoſitionibus, & eleemoſynarum largitionibus, atque cæterorum bonorum operum exhibitionibus eos purgari ſanarique oportet.

ADDITIO

ADDITIO QUARTA.

Sequentia quædam Capitula ex ſanctorum Patrum Decretis & Imperatorum Edictis colligere curavimus, atque inter noſtra Capitula lege firmiſſimâ tenenda generali conſultu Erchembaldo, Cancellario noſtro, inſerere juſſimus.

ORDO CAPITULORUM.

1. *EX ſacrarum inſtitutione legum, libro* XII, *capitulo* X.
2. *Ex eodem libro, titulationis tertiæ capitulo* XV.
3. *In libro* VII, *tripertitæ hiſtoriæ capitulo* XII.
4. *Ex epiſtola Leonis Papæ, Chalcedonenſi Concilio directa.*
5. *Ex epiſtola Stephani Papæ, ſcripta generaliter omnibus Epiſcopis.*
6. *Auguſtinus ad Bonifacium, de lapſorum reſtitutione.*
7. *Ex epiſtola Leonis Papæ, Aquileienſi Epiſcopo directa.*
8. *Ut nullus derogetur aut temerè accuſetur Epiſcopus, nec à Primatibus facilè eorum ſuſcipiatur accuſatio; quia injuria Epiſcoporum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione funguntur. Ex decretis Anaſtaſii Papæ, Papæ capitulo* IV.
9. *Ut quicunque habens querelam in Epiſcopum vel in Actores Eccleſiæ, non priùs adeat Judices eorum, quàm ipſos quibus aliquid opponit familiariter conveniat, ut ab eis caritativè aut emendationem aut rationabilem recipiat excuſationem.*
10. *Ut non accuſetur Epiſcopus ad Judicem ſecularem.*
11. *Ut ſi quis ſe gravari putaverit, vocem appellationis exhibeat.*
12. *De retractanda comprovinciali ſynodo per Apoſtolici Legatos.*
13. *Ut nullus criminoſus accuſet Epiſcopum.*
14. *Ut criminalia negotia non per procuratores, ſed per ipſos agantur.*
15. *De majore Judicum appellatione.*
16. *Ut nullus Metropolitanus ſine cæterorum omnium provincialium Epiſcoporum præſentia aut conſilio, niſi quantùm ad ſuam propriam pertinet parochiam, quicquam agere præſumat. Similiter & reliqui Epiſcopi agant circà eum. Ex ſynodo Romana quinta.*
17. *Qualiter Epiſcopus ad ſynodum convocetur, & qualiter in ea de illo agatur.*
18. *Ut accuſatio Clericorum intrà provinciam fiat, niſi fortè accuſatus majorem appellaverit auctoritatem.*
19. *Ut peregrina judicia non fiant.*
20. *Ut nullus Metropolitanorum aliquorum Pontificum, ſuorumque Clericorum, aut Eccleſiarum, cauſas audiat abſque omnium comprovincialium Epiſcoporum præſentia. Ex ſynodo Romana tertia, capitulo* VI.
21. *De rimanda accuſatoris perſona. Ex decretis Sixti Papæ, capitulo* VIII.
22. *De perſonis & accuſationum querelis non recipiendis. Ex ſexta ſynodo Romana, capitulo* XI; *cum qua Nicæna ſynodus, & decreta Julii & Symmachi Papæ & alia ſynodica concordant.*
23. *Ut nullus Epiſcopus alterius parochianum retinere, ordinare, aut judicare præſumat. Ex decima ſynodo Romana, capitulo* VII; *cum qua concordat Antiochenum Concilium, capitulo* XXII.
24. *De primatu Sedis apoſtolicæ, cui Epiſcoporum finitiva judicia & congregendarum ſynodorum privilegia ſunt reſervata. Et de canonica Epiſcopi vocatione. Ex ſynodis Romanis, capitulo* XLIX, *& ex decretis Julii Papæ.*
25. *Ut ſi quis Metropolitanum ſuſpectum habuerit, apud Primatem audiatur. Ex Concilio Chalcedonenſe, capitulo* XVII.
26. *De accuſationis ordine, & ut non facilè quiſquam accuſetur. Ex ſexta ſynodo Romanâ, capitulo* IX; *cum qua & aliæ ſanctiones Imperatorum & ſynodalium Epiſcoporum concordant.*
27. *Ut accuſato Epiſcopo liceat appellare apoſtolicam Sedem, ſi voluerit. Ex edictis ſynodalibus ſub Theodoſio Imperatore decretis, ejuſque auctoritate roboratis: quæ ſi quis quæſierit, in ſuis inveniet Epiſtolarum libris.*

28. *De accusato vel judicato Episcopo, si bonam putaverit habere causam, & voluerit à Romano audiri Pontifice, à nullo prohibeatur, sed liberè hoc ei & absque ullo impedimento concedatur. Ex quibus suprà, cum quibus & Sardicense Concilium, & alia decreta canonum & sanctorum Patrum concordant.*
29. *Ut dùm accusatus vel judicatus Episcopus Romanum appellaverit Pontificem, nulla ei læsio fiat, neque aliquis ejus arripiat sedem, aut in ejus loco ordinetur Episcopus, antequàm ejus causa Romani Papæ sit terminata judicio. Ex quibus suprà, cum quibus & multa sanctorum Patrum & canonum decreta consentiunt.*
30. *De Episcoporum appellatione ad Romanam Ecclesiam, quoties necessitas exposcerit, cui Episcoporum & summa negotia singulari privilegio à Patribus reservata sunt. Ex quibus suprà, cum quibus maximè cuncta canonum & sanctorum Patrum decreta concinunt.*
31. *De causa Lupicini Episcopi. Ex epistola Leonis Papæ, Africanis Episcopis directa.*
32. *De Laicis præsumentibus disputare de religione. Ex Synodalibus statutis & Imperatorum editis, ex libro* XVI. *Theodosii Imperatoris, de his qui super religione contendunt.*
33. *Nullus Monachus, præter Domini Sacerdotes, audeat prædicare. De epistola Leonis Papæ ad Theodoritum Cyri Episcopum directa.*
34. *De Delatoribus. Ex Concilio Heliberitano.*
35. *Clerici accusatores fratrum ad communionem recipiantur, non ad Clerum. Ex Concilio Carthaginis.*
36. *De Præsidibus vel cæteris rem publicam agere volentibus, ne sine litteris Episcopi sui communicent. Et cùm contrà disciplinam egerint, excommunicentur. Ex Concilio Arelatense.*
37. *Ut Clerici vel Laici in aliena Ecclesia non communicent sine litteris Episcopi sui. Ex Concilio Carthaginis.*
38. *Item ex Capitulis Domni Karoli Imperatoris.*
39. *De honore & pace sanctæ Ecclesiæ.*
40. *De Dei Sacerdotibus & Ministris altaris.*
41. *De concordia Episcoporum & Comitum.*
42. *De incendio & rapina.*
43. *De pace custodienda.*
44. *De puella virgine vel vidua.*
45. *De banno persolvendo.*
46. *De negotio seculari.*
47. *De imitatione apostolica.*
48. *De Canonicis Clericis, ut canonicè vivant.*
49. *De his qui servos suos extrà Judicem necant.*
50. *De his qui ad pacem non revertuntur.*
51. *De his qui intrant in Ecclesiam, & propter nimiam luxuriam suam à sacramento se abstinent.*
52. *De Clericis vel Laicis.*
53. *De Clericis adversùs invicem negotia propria habentibus.*
54. *De eo qui excommunicatus antè audientiam communicare præsumpserit.*
55. *De potente qui aliquem expoliaverit.*
56. *Quòd Ecclesiarum omnium dotes ad Episcopi ordinationem debeant pertinere.*
57. *De his quæ à fidelibus in parochitanis basilicis offeruntur.*
58. *De quatuor portionibus ecclesiasticis. Ex epistola Gelasii Papæ.*
59. *De eo qui anathematis pœnam parvi duxerit.*
60. *De his Laicis qui contemptores Canonum extiterint.*
61. *Ut populus antè completam Missam & benedictionem acceptam egredi non præsumat.*
62. *De his qui ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvunt.*
63. *Ut sacramentum Catechumenis non præbeatur.*
64. *De his qui rebaptizati vel reconfirmati sunt, quid sit agendum.*
65. *De Clericis qui ad Secularium defensionem confugiunt propter districtionem Episcopi.*
66. *De turpiloquiis.*
67. *De Clericis qui in convivio cantare præsumpserint.*
68. *Ne Clericus per creaturas juret.*
69. *Ne antè horam diei tertiam quis ad convivium pergat, nec antè benedictionem manducet.*
70. *Ut Presbyter, si inconsulto Episcopo agendam celebraverit, honore privetur. Ex Concilio Carthaginis.*
71. *Ne Presbyter benedictionem vel pœnitentiam in Ecclesia dare præsumat.*
72. *Judicio multitudinis ordinationes fieri non debere.*
73. *Si qui Clerici ab Episcopis suis pro-*

moti contempſerint, nec illic maneant undè recedere nequierint. Ex Concilio Carthaginis.

74. *Ex Decretis Papæ Gregorii junioris. De inceſtis.*

75. *Item de inceſtis. Ex epiſtolis Gregorii Papæ Bonifacio Mogontiæ Archiepiſcopo miſſis.*

76. *De ſacramento catechumenis non dando in diebus ſolemnibus Paſchæ.*

77. *De his qui ſolo convivio Gentilium vel eſcis immolatitiis uſi ſunt Aut quòd hi qui homicidia vel alia capitalia perpetrant flagitia, non niſi per publicam pœnitentiam ſanari poſſunt.*

78. *De familiaritate extranearum mulierum.*

79. *Ne mulieres monaſterium Monachorum ingrediantur.*

80. *Ut omnibus veſpertinis & matutinis horis Oratio Dominica dicatur.*

81. *De his qui ſibi quàcunque negligentiâ mortem inferunt, ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Similiter & de his qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.*

82. *De verbo otioſo.*

83. *De eo qui hominem peremerit.*

84. *De ſartatectis Eccleſiarum quæ ex donis ſunt eiſdem conlatis, ut in poteſtate Epiſcopi revocentur quæcunque conlapſa fuerint.*

85. *Ne Presbyterum, Diaconum, aut Clericum aliquem ullus Judex ſecularis abſque conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.*

86. *De liberis, ut à Sacerdotibus defendantur.*

87. *Ne aliquis Clericus pro quacunque occaſione extraneam mulierem in domo ſuo habeat.*

88. *De viduis. Ex epiſtola beati Gregorii Papæ Bonifacio Archiepiſcopo miſſa.*

89. *De decimis quæ Eccleſiis dantur, ne eas Presbyteri vendere præſumant.*

90. *De pauperibus à Presbyteris colligendis.*

91. *De prædiis quæ Presbyteri poſt ordinationem ſuam emerint.*

92. *Ut Presbyteri ad tractanda eorum miniſteria ad civitatem veniant.*

93. *De his qui communicaverint, ut tribus horis ſuſpendantur, propter cibi commixtionem.*

94. *De ſatisfactione cotidiana Sacerdotum.*

95. *De eo qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyterum de Eccleſia ejecerit vel conſtituerit.*

96. *De Eccleſiis inter heredes diviſis.*

97. *De deſtructione Eccleſiarum.*

98. *Ne de manſo Eccleſiæ dato contrà ſanctiones ſervitium exigatur.*

99. *De nonis & decimis quas quidam dare neglegunt.*

100. *De eo qui decimam dare neglexerit Eccleſiæ cujus eſſe debet, alterique Eccleſiæ eam dederit.*

101. *De decimis à populo dandis.*

102. *De his qui Eccleſias reſtaurare neglegunt de rebus earum quas in beneficium habent.*

103. *De his qui agros dominicatos excolere neglegunt ne nonas ex eis perſolvant.*

104. *De beneficiis deſtructis.*

105. *De malis Scabinis eiciendis.*

106. *De melioribus & veracibus eligendis.*

107. *De Scabinis qui propter munera aut amicitiam injuſtè judicaverint.*

108. *De legitimis & rationabilibus commutationibus Eccleſiarum Dei.*

109. *De eo qui comprobatus fuerit teſtes in perjurium ſcienter induxiſſe.*

110. *Ut nummos bonos nullus reſpuat.*

111. *De collectis malis omnimodis inhibendis.*

112. *Ut pontes publici qui deſtructi fuerint, iterùm extruantur.*

113. *De examine aquæ frigidæ.*

114. *De reverſione Comitis & pagenſium de hoſtili expeditione, ut ex eo die ſuper quadragintà dies ſit bannus reſiſus.*

115. *De audientia Regis. Et ut Comites & Miſſi dominici maximam curam habeant pauperum.*

116. *De inferenda à Vicariis vel aliis Miſſis Comitum exigenda.*

117. *De eo qui propter cupiditatem rerum quemcunque propinquorum ſuorum interfecerit.*

118. *De cujuſlibet propria uxore dimiſſa, vel ſine culpa interfecta.*

119. *De eo qui res alienas cuilibet homini vendiderit.*

120. *De Metropolitanis.*

121. *De Epiſcopis ordinandis.*

122. *De monaſteriis ſub regula conſtitutis.*

123. *De poteſtate Epiſcoporum ſuper Presbyteros & Clericos.*

124. *De inceſtuoſis hominibus.*

125. *De alterius Clerico Epiſcopi non recipiendo nec ordinando.*

126. *De homicidis qui ſecundùm legem mori debent.*

127. *De decimis dandis.*

128. *De latronibus ad placitum Comitis exhibendis.*
129. *Ut perjuria quis faciens manum perdat.*
130. *De vindicta & judicio latronum.*
131. *Ut regia ſancita inviolatè cuſtodiantur.*
132. *De rebus Eccleſiarum de quibus cenſus exeunt, decimæ & nonæ ſolvantur.*
133. *Ut de cerariis ita fiat ſicut conſtitutum eſt.*
134. *Ne aliquis pro gildoma ſacramentum facere audeat.*
135. *Ut palatium pergentes nemo adſallire audeat.*
136. *De teloneis, ſicut à longo decretum eſt, ſervetur.*
137. *De mancipiis non vendendis niſi in præſentia Rectorum.*
138. *De loricis extrà regnum non vendendis.*
139. *De Comite juſtitias non faciente.*
140. *De eo qui pro faida pretium recipere noluerit.*
141. *De eo qui pro faida pretium ſolvere noluerit.*
142. *Quid agendum ſit de latronibus.*
143. *Qualiter pro Rege & exercitu ejus in hac inſtanti tribulatione à fidelibus in orationibus & eleemoſynis Deo ſupplicandum ſit.*
144. *Ne Presbyter vel reliqui Clerici aut ullus fidelium præſumat decimas vendere, vel donare, aut pignorare, Eccleſiæque quoquo modo alienare.*
145. *De providentia Epiſcopi circà Archidiaconos.*
146. *De non eiciendis de ſepulchris oſſibus mortuorum.*
147. *De non jurando.*
148. *De prædiis à Presbyteris emptis, Eccleſiis propriis confirmandis.*
149. *De ſatisfactione cotidianorum delictorum.*
150. *De communicantium ſuſpenſione.*
151. *De conventu Presbyterorum ad civitatem, cauſâ diſcendi.*
152. *De pauperum collectione à Presbyteris.*
153. *De non vendendis Eccleſiarum decimis.*
154. *De formatis faciendis. Et ut ſine Formata nullus proficiſcatur Clericus. Ex Concilio Africano vel Milevitano, capitulo* XX. *Ut ſine Formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, vel qualiter fiant Formatæ.*
155. *De Clericis neglegentibus. Ex Concilio Agathenſi, capitulo* II. *De contumacibus Clericis & ad officium tardis.*
156. *De non pergendum Clericis ſine permiſſu Epiſcopi ad Judices ſeculares. Ex Concilio Agathenſi, capitulo* XXXII. *Ut Clericus inconſulto Epiſcopo ad Judicem ſecularem non pergat.*
157. *Ne Clericus vel Monachus ſine licentia Epiſcopi ſui proficiſcatur. Ex Concilio Agathenſi, capitulo* XXXVIII. *Ut ſine epiſtola Epiſcopi ſui non liceat Clerico vel Monacho proficiſci.*
158. *Ne Clericus ſine permiſſu Epiſcopi ſui proficiſcatur. Ex Concilio Agathenſi, capitulo* LII. *De Clericis qui ſine epiſtola Pontificis ſui proficiſcuntur.*
159. *De his qui in propriis provinciis non communicant. Ex Concilio Africano, capitulo* XVIII.
160. *De patratoribus diverſorum malorum.*
161. *De eo qui, propriâ uxore derelictâ, vel ſine culpa interfectâ, aliam ducit.*
162. *De eo qui res alienas malo ingenio emptas filio ſuo, aut cuilibet perſonæ legitimos annos non habenti, tradiderit.*
163. *Ut de uno manſo ad Eccleſiam dato nullum humanum exigatur ſervitium. Quod qui fecerit, cum ſua lege emendet.*
164. *De his qui nonas & decimas, vel reſtaurationes aut cenſus, dare neglegunt, ut hoc legibus emendent, & inſuper bannum noſtrum perſolvant.*
165. *Ut qui Eccleſiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Eccleſiæ cujus res ſunt, donent. Et de nonis & decimis non redimendis, niſi Epiſcopo placuerit.*
166. *De his qui decima Eccleſiæ injuſtè non ſecundùm diſpoſitionem Epiſcopi cui debetur auferunt, & aliubi aut propter amicitiam aut propter munera dare præſumunt.*
167. *De his qui decimas, niſi à ſe quoquo modo redimantur, dare neglegunt, ut firmiter diſtringantur, qualiter vel inviti hoc emendent.*
168. *De his qui reſtaurationes Eccleſiarum earumque domorum facere, vel decimas & nonas dare, neglegunt, ſi ſe non correxerint, ut beneficia perdant.*
169. *Ut hi qui terras dominicatas propterea excolere noluni ut nonas & decimas indè ſolvant, pleniter conſtringantur ut hæc de tribus annis legibus perſolvant.*
170. *De teloneis, ubi non exigantur.*
171. *De rebus Eccleſiæ quæ abſque ulla repetitione ab eadem Eccleſia per triginta annos poſſeſſæ ſunt, ut nulla teſtimonia ſuper hanc deinceps poſſeſſionem recipiantur.*

Hîc deſunt quædam Capitula quæ in aliis Libris inveniuntur: quæ ideò prætermiſimus, quia in fine ſeptimi Libri ſuperiùs habentur inſerta. Ex Codice Bellovac.

Ex ſacrarum inſtitutione legum, libro XII, *capitulo* X.

Capitular. lib. 7. cap. 475. Lib. 12. leg. Wiſigoth. tit. 3. c. 10.

I. QUAM ſit extraneus à Chriſtianæ fidei regula qui ſe defenſorem veritatis inſimulat, & veritatem ipſam munerum acceptione commaculat, audiat contrà ſe Prophetam dicentem: *Pro eo* Amos, 2. *quòd vendidiſtis argento juſtum, & pauperem pro calciamentis, ecce ego ſtridebo ſuper vos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno; & peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſalvabit animam ſuam, & robuſtus corde inter fortes nudus effugiet.*

Ex eodem libro, titulationis tertiæ capitulo XV.

Lib 12. leg. Wiſigoth. tit. 3. c. 8.

II. Nulli Chriſtianorum vel Judæorum in utroque ſexu permittimus ex propinquitate ſanguinis ſui, vel uxoris ſuæ, atque etiam virorum, juxtà legem quæ in Chriſtianis eſt lata, uſquè ad ſeptimi generis gradum connubia ducere, vel inceſti maculam operari. Hujus igitur permixtionis inlecebra tali multabitur pœnâ, ut ſeparati ab invicem, & centena publicè decalvati flagella ſuſcipiant, & exilio religati ſub publica pœnitentia maneant, eorumque bona ad filios quos de præcedenti conjugio habuerint, redeant; ſi tamen & ipſos aut in nullo Judaïcæ prævaricationis maculaverit noxa, aut nulla inceſtivæ nationis ſordidaverit macula. Quòd ſi aut nullos habuerint filios, aut habitos, ut dictum eſt, vel Judaïcus involverit error, vel inceſti fœdaverit natio, tunc facultas prædictorum omnimoda in Principis poteſtate conſiſtat, qualiter principali diſcretione res ipſa aut in Chriſtianis eorumve heredibus conceſſa permaneat. Quòd ſi heredes hujuſmodi dignitatis defuerint, fiſco noſtro ſociata deſerviat. Illud tamen modis omnibus obſervandum fore præcipimus, ut ſi quis Chriſtianus vel Chriſtiana, aut Judæus vel Judæa, noviter nuptiale feſtum celebrare voluerint, non aliter quàm cum præmiſſo dotis titulo, quo in Chriſtianis ſalubri inſtitutione præceptum eſt, vel ſacerdotali benedictione intrà ſinum ſanctæ Dei Eccleſiæ perceptâ, conjugium cuiquam ex his adire permittimus. Quòd ſi abſque benedictione Sacerdotis quiſquam Chriſtianorum vel Hebræorum noviter conjugium duxerit, vel ſolemnitatem legis pro dotali titulo in quocunque tranſcenderit, aut centum Principi ſolidos coactus exſolvat, aut centum publicè verberatus flagella ſuſcipiat. Hæc ſcilicet damna vel verbera ſingillatim unuſquiſque percipiat, videlicet tam ille qui nupſit, quàm ea quæ nupta eſt, vel etiam conſentanei parentes eorum, unuſquiſque pro ſe jacturam legis hujus ſuſcipiat.

In libro VII, *tripertitæ hiſtoriæ capitulo* XII.

III. Igitur Valentinianus, cùm ita ſaperet ſicut Nicæni Patres, ſimilia profitentibus proderat, aliter verò ſapientibus non erat importunus. Qui dùm initio regni de urbe Conſtantinopolitana per Thracias properaret ad Romam, tunc Epiſcopi rectè ſapientes legatum miſerunt Hicpaucianum Epiſcopum, quatinùs dignaretur ad emendationem dogmatis intereſſe. Is cùm adiſſet Imperatorem, & Epiſcoporum legationem intimaſſet, reſpondens Imperator ait: « Mihi quidem, cùm (unus*) » de populo ſim, fas non eſt talia perſcruta- » ri. Verùm Sacerdotes, quibus hæc cura » eſt, apud ſemetipſos congregentur ubi » voluerint ». Cùm hæc itaquè reſpondiſſet Princeps, in Lampſacum convenerunt Epiſcopi. Cùmque per duos menſes tractaſſent, inter cætera, juxta priores canones, * Epiſcopos ejectos atque ſuis rebus expoliatos, ſedes proprias accipere, & primò ſua omnia eis reddi decreverunt. Et ſi quis poſt hæc eos accuſare vellet, eos periculo facere ſanciverunt, Judices eſſe decernentes Epiſcopos rectè ſapientes in Eccleſiam convenientes, ubi teſtes eſſent ſingulorum qui dicebantur oppreſſi. Et reliqua.

* minimus *legitur in Cod. Colb.*

* Suprà, lib. 6. cap. 381. pag. 995. Flodoard. pag. 556. Gratian. 2. q. 2. c. 6. *Præceptum.*

Ex epiſtola Leonis Papæ Chalcedonenſi Concilio directa.

IV. Plurimos fratres ſedibus ſuis pulſos & in exilia audivimus deportatos, atque in locum ſuperſtitum alios ſubſtitutos. His primitùs vulneribus adhibeatur medicina juſtitiæ, ne quiſquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem errorem ita omnes relinquant Sacerdotes, ut nemini quidem perire honor debeat; ſed illis qui pro fide laboraverunt, priùs cum omni pri-

Capitular. lib. 6. cap. 337.

vigelio ſuo oportet jus proprium reformari. Et reliqua.

Ex epiſtola Stephani Papæ, ſcripta generaliter omnibus Epiſcopis.

Stephan. I. ep. 2. Concil. Rom. V. ſub Symmacho. Burchard. lib. 1. cap. 142. Ivo, par. 5. cap. 255. Gratian. 2. q. 2. cap. 3. *Nullus Epiſcoporum.*

V. Quicquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis injuſtè agitur, pro ſacrilegio deputabitur; quia ſacra ſunt, & violari à quoquam non debent. Nullus enim Epiſcoporum, dùm ſuis fuerit rebus expoliatus, aut à ſede propria quâlibet occaſione pulſus, debet accuſari, aut à quoquam ei poteſt crimen obici, priuſquam integerrimè reſtauretur, & omnia quæ ei ablata quocunque ſunt ingenio, legibus redintegrentur, & ipſe propriæ ſedi & priſtino ſtatui regulariter reddatur, ita ut omnes poſſeſſiones & cuncta ſibi injuſtè ſublata, atque fructus omnes, antè cœptam accuſationem per Primates & ſynodi Epiſcopos funditùs reſtituantur; quia hoc non ſolùm eccleſiaſticæ, ſed etiam ſeculi leges fieri docent.

Auguſtinus ad Bonifacium de lapſorum reſtitutione.

Auguſtin. ep. 50. Ivo, in præfat. & par. 6. c. 386. Gratian. dist. 50. c. 25. *De conſtituerentur.*

VI. Ut enim conſtitueretur in Eccleſia ne quiſquam poſt alicujus criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ: alioquin contrà claves datas Eccleſiæ diſputabitur, de quibus dictum eſt: *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt & in cælo.* Sed ne forſitan etiam de cæteris criminibus ſpe honoris eccleſiaſtici animus intumeſcens ſuperbè ageret pœnitentiam, ſeveriſſimè placuit ut poſt actam de crimine damnabili pœnitentiam nemo ſit Clericus; ut deſperatione temporalis altitudinis medicina major & verior eſſet humilitas. Nam & ſanctus David de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore ſuperſtitit. Et beatum Petrum, quandò amariſſimas lacrymas fudit, utique Deum negaſſe pœnituit, & tamen Apoſtolus manſit. Sed non ideò ſupervacua putanda eſt poſterorum diligentia; quia ubi ſaluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quò ſalus tutiùs muniretur, experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas multorum experimenta morborum.

Matth. 16.

Ex epiſtola Leonis Papæ Aquileienſi Epiſcopo directa.

Leo I. ep. 86. c. 6.

VII. Illam partem eccleſiaſticæ diſciplinæ, quâ olim à ſanctis Patribus & à nobis ſæpè decretum eſt ut nec in preſbyteratûs gradu, nec in diaconatûs nec in ſubſequenti ordine Clericorum ad aliam Eccleſiam tranſire cuiquam ſit liberum, ut in integrum revoces admonemus; ut unuſquiſque, non ambitione inlectus, non cupiditate ſeductus, non perſuaſione hominum depravatus, ubi ordinatus eſt perſeveret; ita ut ſi quis, ſua quærens, non quæ Jeſu Chriſti, ad plebem & ad Eccleſiam ſuam redire neglexerit, & ab honoris privilegio & à communionis vinculo habeatur extraneus.

Ut nullus derogetur aut temerè accuſetur Epiſcopus, nec à Primatibus facilè eorum ſuſcipiatur accuſatio; quia injuria Epiſcoporum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione funguntur. Ex decretis Anaſtaſii Papæ, capitulo VI.

Anaclet. ep. 2.

VIII. Placuit ut nullus temerè accuſet Epiſcopum, neque à Primatibus paſſim aut indifferenter ſuper quibuſlibet impetitionibus audiatur, dicente Domino: *Non ſuſcipias vocem mendacii.* Et ipſa Veritas ait: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* Et reliqua. Et alibi ſcriptum eſt: *Quid prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? Procul dubio contrà mandata dimittit qui habet peccatum proprium, & qui ſequitur alienum.* Et reliqua. Sed ſi quis in Epiſcopum cauſam habuerit, primitùs eum caritativè conveniat, & ei aut ſuam inculcet injuriam, aut ejus correptionem, dicente Domino: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si autem te non audierit, adhibe denuò duos aut tres tecum.* Et reliqua. Priùs ergò quàm hæc fiant, nemo præſumat Epiſcopum manifeſtè accuſare, quia nemo contrà evangelium vel contrà Apoſtolum, aut decreta Patrum, facit abſque periculo. Paulus quoquè Apoſtolus præcipit, dicens: *Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem.* Et alibi ſcriptum eſt: *Si quis fidelis eſt, videat ne falſa aut nociva loquatur, aut cuiquam inſidias ponat* Et alibi: *Sapiens non eſt qui nocet.* Et Dominus in Lege; *Non facias calumniam proximo tuo.* Et idem: *Non eris criminator aut ſuſurro in populis. Non ſtabis contrà ſanguinem proximi tui. Leges meas cuſtodite: Ego Dominus.* Si hæc de omnibus hominibus dicta ſunt, quantò magis ſuper Epiſcopos ſunt cuſtodienda, de quibus Salvator ait: *Qui vos contriſtavit, me contriſtavit. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Et cætera. Item:

Exod. 23. Tob. 4. Capitular. lib. 7. cap. 386. Hormiſd. ep. 25. c. 2. Conc. Aurelian. V. can. 17. Matth. 18. I. Tim. 5. Levit. 19. Zach. 2. 8.

Coloſſ. 3. 25. *Qui facit injuriam eis, recipiet id quod iniquè geſſit.* Et in Daniele legitur: *Confundantur omnes qui oſtendunt ſervis tuis mala. Confundantur in omnipotentia, & robur eorum conteratur, ut ſciant quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem terrarum.* Et juxtà antiquæ inſtitutionis edictum * plus ergà corrigendos agere debet benevolentia, quàm ſeveritas; plus cohortatio, quàm commotio; plus caritas, quàm poteſtas. Et Dominus per Prophetam monet, dicens: *Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte quoquè à malo, & fac bonum.* Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult. Si quis hæc non obſervaverit, hoſtis eſt animæ ſuæ. Si quidem Clerici fuerint, gradu proprio decidant. Si verò Laici vel Monachi fuerint, ampliùs pelli debent, vel extorres fiant.

Deut. 3.

Pſal. 33.

* Leo I. epiſt. 84. c. 1.
Gregor. IV. epiſt. 1.
Regino, lib. 2. c. 56.
Ivo, par. 5. c. 368.
Gratian. diſt. 45. c. 4. & 6. *Licèt.*
Concil. Trident. ſeſſ. 13. de reform. c. 1.
Concil. Aquileienſe an. 1596. c. 13.

Ut quicunque habens querelam in Epiſcopum vel in Actores Eccleſiæ, non priùs adeat Judices eorum, quàm ipſos quibus aliquid opponit, familiariter conveniat, ut ab eis caritativè aut emendationem aut rationabilem recipiat excuſationem.

Capitular. lib. 6. cap. 381. Concil. Aurel. V. can. 17.

IX. Placuit ut ſi quæcunque perſona contrà Epiſcopum vel Actores Eccleſiæ ſe proprium crediderit habere negotium, priùs ad eum recurrat caritatis ſtudio, ut familiari colloquio commonitus ea ſanare debeat quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem ſi differre voluerit, ſententiam ſuſcipiat excommunicationis.

Ut non accuſetur Epiſcopus apud Judicem ſecularem.

Capitular. lib. 6. cap. 381. Burchard. lib. 1. cap. 167. Ivo, par. 5. cap. 177.

X. Ut nullus Epiſcopum apud Judices ſeculares accuſare præſumat, ſed apud ſummos Primates.

Ut ſi quis ſe gravari putaverit, vocem appellationis exhibeat.

Capitular. lib. 7. cap. 323.

XI. Placuit ut accuſato, ſi Judicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare, quia non oportet negari audientiam roganti.

De retractanda comprovinciali Synodo per Apoſtolici Legatos.

Ibid. 349.

XII. Ut provincialis ſynodus retractetur per Vicarios urbis Romæ Epiſcopi, ſi ipſe decreverit.

Ut nullus criminoſus accuſet Epiſcopum.

Ibid. lib. 5. cap. 187.

XIII. De his qui in accuſationem majoris natu veniunt, placuit ut Epiſcopum nulli criminoſo liceat accuſare.

Ut criminalia negotia non per Procuratores, ſed per ipſos agantur.

Ibid lib. 7. cap. 357. Capitula Herardi, c. 84.

XIV. Si quandò in cauſa capitali vel in cauſa ſtatûs interpellatum fuerit, non per procuratores, ſed per ipſos eſt agenda.

De majore Judicum appellatione.

Concil. Carth. III. c. 10. Ivo, par. 5. c. 326. Gratian. 2. q. 6. c. 9. *Placuit*; & c. 37. *Hoc etiam.*

XV. Placuit ut à quibuſcunque Judicibus eccleſiaſticis ad alios Judices eccleſiaſticos, ubi eſt major auctoritas, fuerit provocatum, audientia non negetur. *Vide ſuprà, lib. 7. cap. 121.*

Ut nullus Metropolitanus ſine cæterorum omnium provincialium Epiſcoporum præſentia aut conſilio, niſi quantùm ad ſuam propriam pertinet parochiam, quicquam agere præſumat. Similiter & reliqui Epiſcopi agant circà eum. Ex Synodo Romana quinta.

Capitular. lib. 7. cap. 358.

XVI. Si quis metropolitanus Epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodò propriam pertinet parochiam, ſine conſilio & voluntate omnium comprovincialium Epiſcoporum extrà aliquid agere tentaverit, gradûs ſui periculo ſubjacebit, & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de comprovincialium Coepiſcoporum cauſis, ſuarumque Eccleſiarum & Clericorum atque Secularium neceſſitatibus, agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omnium conſenſu comprovincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis faſtu, ſed humillimâ & concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.* Et alibi: *Qui major eſt veſtrûm, erit miniſter.* Et reliqua. Similiter & ipſi comprovinciales Epiſcopi cum ejus conſilio, niſi quantùm ad proprias pertinet parochias, agant juxtà ſanctorum conſtituta Patrum, ut uno animo, uno ore, concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſecula.

Matth. 20. Ibid. 23.

Qualiter Epiſcopus ad Synodum convocetur, & qualiter in ea de illo agatur.

Capitula Angilramni, c. 5.

XVII. Sancta Synodus Romana dixit. Hæc ſunt quæ deinceps propter malorum hominum inſidias, qui in Eccleſiam & in Eccleſiaſticos indifferenter ſæviunt viros, conſervari firmiſſimè volumus in ſecula. Si quis Epiſcopus ab illis accuſatoribus qui recipiendi ſunt fuerit accuſatus, poſtquam ipſe ab eis caritativè conventus fuerit ut ipſam cauſam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, ſed tunc ad

ſummos Primates cauſa ejus canonicè deferatur; quia in congruo loco infrà ipſam provinciam, tempore in canonibus præfixo Nicænis, Concilium canonicè convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejuſdem provinciæ Epiſcopis in ea audiatur: in quam & ipſe canonicè convocatus, ſi eum aut infirmitas aut alia gravis neceſſitas non detinuerit, adeſſe debebit; quia ultrà provinciæ terminos accuſandi ante licentia non eſt, quàm audientia rogetur. Nam ſi ſuis fuerit rebus expoliatus, quod abſit, aut, quod alienum ab omnibus eſſe debet fidelibus, à ſede propria ejectus, aut in detentione aliqua à ſuis ovibus fuerit ſequeſtratus, tunc canonicè, antequàm in priſtinum reſtituatur honorem, & ſua omnia, quæ ab inſidiis inimicorum ſuorum ei ablata fuerint, redintegrentur, nec convocari nec judicari poterit, niſi ipſe pro ſua neceſſitate, minimè tamen judicandi, advenire ſpontè elegerit. Nec omninò à quoquam reſpondere rogetur antequàm integerrimè omnia quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati ejus ab honorabili Concilio redintegrentur, & Prætul priùs ſtatui priſtino reddatur. Et ipſe, diſpoſitis ordinatiſque liberè ac ſecurè ſuis, tunc canonicè convocatus ad tempus, ſynodo in legitima & canonica veniat ad cauſam. Et ſi ita juſtè videtur, accuſantium propoſitionibus reſpondeat; nam hoc ſummoperè providendum eſt ne, antequàm omnia hæc fiant, coactus reſpondeat, quia contentio ſemper vitanda eſt. Adimi namque Epiſcopo epiſcopatum, antequàm cauſæ ejus exitus appareat, nulli Chriſtiano videri jure poteſt. Quòd ſi ægrotans fuerit Epiſcopus, aut aliqua eum gravis neceſſitas detinuerit, pro ſe legatum ad ſynodum mittat. Nec à communione ſuſpendatur cui crimen intenditur, niſi ad cauſam ſuam dicendam electorum Judicum die ſtatutâ litteris evocatus minimè occurrerit; hoc eſt, niſi alia præoccupaverit neceſſitas, infrà ſpatium duorum vel trium menſium, & eo ampliùs, prout cauſa dictaverit. Quòd ſi ex utraque parte ad cauſam dicendam venerint, quia unus abſque altero audiri non debet, * quærendum eſt in judicio cujus ſint converſationis & fidei atque ſuſpicionis accuſatores, aut quâ intentione hoc faciant; quia ad hoc admitti non debent niſi bonæ converſationis & rectæ fidei viri, & qui omni ſuſpicione careant, & bonâ vitâ clareant, neque infames exiſtant. Quòd ſi accuſatorum perſonæ in judicio Epiſcoporum culpabilis apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas, non tamen criminales vel eccleſiaſticas, objecerint. Infamis enim perſona nec procurator poteſt eſſe, nec cognitor. Abſente verò adverſario, non audiatur accuſator; nec ſententia, abſente parte aliâ, à Judice dicta ullam obtinebit firmitatem; neque abſens per alium accuſare aut accuſari poteſt, nec affinis teſtis admitti. Neminem ergò exhiberi de provincia ad provinciam vel ad comitatum oportet, niſi ad relationem Judicis ad quem fuerit appellatum, id eſt, ut actor ſemper rei forum ſequatur. Si quis autem Judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Et reliqua.

Capitular. lib. 6. cap. 381.

Ibid. lib. 7. cap. 87.

Gratian. 3. q. 3. c. 1. *Si ægrotans.*

Concil. Carth. III. c. 7.

Burchard lib. 1. c. 160.

Ivo, par. 5, c. 270.

Gratian. 4. q. 5. c. 1. *Quiſquis Epiſcoporum.*

* Capitul. lib. 7. cap. 110.

Capitular. lib. 5. cap. 395.

Suprà, c. 23.

Ut accuſatio Clericorum intrà provinciam fiat, niſi fortè accuſatus majorem appellaverit auctoritatem.

XVIII. Si quis Clericus ſuper quibuſlibet criminibus pulſatus fuerit, in provincia quâ conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerat actiones; nec æſtimet eum accuſator ſuus alibi aut longiùs pertrahendum ad judicium. Illi verò qui pulſatus fuerit, ſi Judicem ſuſpectum habuerit, liceat appellare.

Capitula Angilramni, c. 8.

Gratian 3. q. 6. c. 17. *Si quis Clericus.*

Ut peregrina judicia non fiant.

XIX. Peregrina judicia generali ſanctione inhibemus; quia indignum eſt ut ab externis judicetur qui provinciales à ſe electos debet habere Judices.

Capitular. lib. 7. cap. 309.

Ut nullus Metropolitanus aliquorum Pontificum, ſuorumque Clericorum aut Eccleſiarum, cauſas audiat abſque omnium comprovincialium Epiſcoporum præſentia. Ex Synodo Romana tertia, cap. VI.

XX. Nullus metropolitanus Epiſcopus, abſque cæterorum omnium comprovincialium Epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas Epiſcoporum, quia irritæ erunt. Immò nec ſuorum Sacerdotum cauſas audiat abſque præſentia Clericorum ſuorum, quia irrita erit ſententia Epiſcopi, niſi præſentiâ Clericorum confirmetur.

Ibid. 106. Concil. Carth. IV. c. 23.

Ivo, par. 5. c. 214.

Gratian. 15. q. 7. c. 6. *Epiſcopus nullius.*

De rimanda accuſatoris perſona. Ex decretis Sixti Papæ, capitulo VIII.

XXI. Placuit ut ſemper primò in accuſatione Clericorum perſona, fides, converſatio, & vita blaſphemantium perſcrutetur: nam fides omnes actus hominis debet præcedere, quia dubius in fide, infidelis eſt: nec eis omninò eſſe credendum qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ converſationis

Capitula Angilramni, c. 4.

Burchard. lib. 1. c. 144.

Ivo, par. 5. c. 257.

converſationis vitam dueunt ; quoniam tales facilè & indifferenter lacerant quoſque , & criminantur rectè & piè viventes. Ideò ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primò , & corrigenda.

De perſonis & accuſationum querelis non recipiendis. Ex ſexta Synodo Romana, capitulo XI ; *cum qua Nicæna Synodus , & decreta Julii & Symmachi Papæ & alia ſynodica concordant.*

Capitular. lib. 6. cap. 381 ; lib. 7. c. 108.

XXII. Accuſatores & accuſationes quas leges ſeculi non adſciſcunt , & nos ſubmovemus.

Ut nullus Epiſcopus alterius parochianum retinere , ordinare , aut judicare præſumat. Ex decima Synodo Romana , capitulo VII ; *cum qua concordat Antiochenum Concilium , capitulo* XXII.

Ibid. lib. 7. c. 308.

XXIII. Nullus Epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere aut ordinare abſque ejus voluntate, vel judicare ; quia ſicut irrita erit ejus ordinatio , ita & dijudicatio ; quoniam cenſemus nullum alterius Judicis , niſi ſui, ſententiâ teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenùs poterit.

De primatu Sedis apoſtolicæ , cui Epiſcoporum finitiva judicia & congregandarum Synodorum privilegia ſunt reſervata. Et de canonica Epiſcopi vocatione. Ex Synodis Romanis , capitulo XLIX , *& ex decretis Julii Papæ.*

Ibid. lib. 6. cap. 381. Capitula Angilram. c. 3. Gratian. 5. q. 4. c. 1. Nullus.

XXIV. Nullus Epiſcopus , niſi canonicè vocatus, & in legitima ſynodo ſuo tempore apoſtolica auctoritate convocata , cui juſſione Domini & meritis beati Petri Apoſtoli ſingularis congregandorum Conciliorum auctoritas, & ſanctorum Canonum ac venerandorum Patrum decretis, multipliciter privata tradita eſt poteſtas, ſuper quibuſlibet criminibus pulſetur , id eſt , judicetur , audiatur , vel imperatur. Sin aliter præſumptum à quibuſlibet fuerit, in vanum deducatur quod egerunt; nec inter eccleſiaſtica ullo modo reputabitur , nec ullas habebit vires quicquid ei obviaverit : quoniam eadem Sedes , teſtante Veritatis voce , primum primatum obtinuit. Nec prima diceretur , ſi aliam ſuper ſe haberet : quæ etiam caput eſt omnium Eccleſiarum , à qua omnes ſumpsêre originem : primatum enim non ſynodalibus aut aliquibus commentis meruit inſtitutis , ſed Domino largiente, qui ait : *Tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et reliqua talia , & his ſimilia. Quibus ſi aliquis ſuperbo ſpiritu obviaverit præceptionibus, non exeat impunitus, ſed gradûs ſui periculo ſubjacebit.

Matth. 16.

Ut ſi quis Metropolitanum ſuſpectum habuerit , apud Primatem audiatur. Ex Concilio Chalcedonenſe , capitulo XVII.

XXV. Si quis putaverit ſe à proprio Metropolitano gravari, apud Primatem diœceſeos , aut apud Conſtantinopolitanæ civitatis ſedem , agat judicium. Et reliqua.

Capitular. lib. 7. cap. 83. 321.

De accuſationis ordine, & ut non facilè quiſquam accuſetur. Ex ſexta Synodo Romana , capitulo IX ; *cum qua & aliæ ſanctiones Imperatorum & ſynodalium Epiſcoporum concordant.*

XXVI. Accuſationis ordinem dudùm canonicis inſtitutum decretis ſervare jubemus ; ut ſi fortè aliquis Clericorum in civili aut criminali cauſa pulſatur , vel in crimine capitis arceſſitur , non ſtatim reus æſtimetur qui accuſari potuit, ne ſubjectam innocentiam faciamus. Sed quiſquis ille eſt qui crimen intendit, in judicium veniat , nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat , cuſtodiat ſimilitudinem , habitâ tamen dignitatis æſtimatione patiatur. Nec ſibi fore noverit licentiam mentiendi , cùm calumniantes ad vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii.

Ibid. 436.

Ut accuſato Epiſcopo liceat appellare apoſtolicam Sedem, ſi voluerit. Ex edictis ſynodalibus ſub Theodoſio Imperatore decretis , ejuſque auctoritate roboratis : quæ ſi quis quæſierit, in ſuis inveniet Epiſtolarum libris.

XXVII. Placuit ut ſi Epiſcopus accuſatus appellaverit Romanum Pontificem , id ſtatuendum quod ipſe cenſuerit.

Ibid. 319.

De accuſato vel judicato Epiſcopo , ſi bonam putaverit habere cauſam , & voluerit à Romano audiri Pontifice , à nullo prohibeatur , ſed liberè hoc ei & abſque ullo impedimento concedatur. Ex quibus ſuprà , cum quibus & Sardicenſe Concilium , & alia decreta Canonum & ſanctorum Patrum concordant.

XXVIII. Ut accuſato vel judicato in aliqua cauſa Epiſcopo liceat iterare judicium ; &, ſi neceſſe fuerit, aut ipſe voluerit , abſque ulla detentione aut impeditione Romanum adire Pontificem. Et dùm iterato judicio Pontifex cauſam ſuam agit, ſuâ non privetur ſede aut dignitate ; quoniam dudùm à ſanctis Patribus ſtatutum eſt ut accuſati nullus uſurpet ſedem Epiſcopi. *Et alibi* * : Adimi Epiſcopo epiſcopatum antequàm cauſæ ejus exitus ap-

Ibid. 323. Siricius ll. ep. 1. Burchard. lib. 1. cap. 144 & 170. Ivo , par. 5. c. 4. & 217. Gratian. 5. q. 6. c. 5. *Accuſatus.* * Capitular. lib. 7. c. 87.

pareat, nulli Chriſtiano videri jure poteſt. Et reliqua.

Ut dùm accuſatus vel judicatus Epiſcopus Romanum appellaverit Pontificem, nulla ei læſio fiat, neque aliquis ejus arripiat ſedem, aut in ejus loco ordinetur Epiſcopus, antequàm ejus cauſa Romani Papæ ſit terminata judicio. Ex quibus ſuprà, cum quibus & multa ſanctorum Patrum & Canonum decreta conſentiunt.

Vide ſuprà, cap. 28.

XXIX. Placuit ut accuſatus vel judicatus à Comprovincalibus in aliqua cauſa Epiſcopus licenter appellet, & adeat apoſtolicæ ſedis Pontificem, qui aut per ſe aut per Vicarios ſuos ejus retractari negotium procuret Et dùm iterato judicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur Epiſcopus; quoniam quamquam comprovincialibus Epiſcopis accuſari cauſam Pontificis ſcrutari lioeat, non tamen definire inconſulto Romano Pontifice permiſſum eſt, cùm beato Petro Apoſtolo non ab alio

Matth. 16.

quàm ab ipſo Domino dictum eſt: *Quæcunque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.*

De Epiſcoporum appellatione ad Romanam Eccleſiam, quoties neceſſitas expoſcerit, cui Epiſcoporum & ſumma negotia ſingulari privilegio à Patribus reſervata ſunt. Ex quibus ſuprà, cum quibus maximè cuncta Canonum & ſanctorum Patrum decreta concinunt.

Sixtus II. ep. 1. Burchard. lib. 1. cap. 144. Ivo, par 5. c. 357. Gratian. 2. q. 6. c. 5. *Omnes Epiſcopi.*

XXX. Ut omnes Epiſcopi qui in quibuſdam gravioribus pulſantur vel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit, liberè apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant, ut ab ea, ſicut ſemper fuit, piè fulciantur, defendantur, & liberentur, cujus diſpoſitioni omnes majores eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum judicia, antiqua Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum atque canonum auctoritas reſervavit. Quoniam culpantur Epiſcopi qui aliter ergà fratres egerint quàm ejuſdem ſedis Papæ fieri placuerit; Canonibus quippè jubentibus in talibus abſque Romano nihil decerni Pontifice, nec ad ſynodum Epiſcopum convocari debere, & quicquid ex his eo inconſulto præſumptum fuerit; viribus carere.

De cauſa Lupicini Epiſcopi. Ex epiſtola Leonis Papæ, Africanis Epiſcopis directa.

Leo I. ep. 87. c. 2. 5.

XXXI. Cauſam Lupicini Epiſcopi, quia ſic nobis placuit, illic jubemus audiri; cui multùm & ſæpiùs poſtulanti communionem hâc ratione reddidimus, quoniam cùm ad noſtrum judicium provocaſſet, immeritò eum pendente negotio à communione videbamus fuiſſe ſuſpenſum. Adjectum etiam illud eſt, quòd huic temerè ſuperordinatus eſſe cognoſcitur, qui non debuit ordinari antequàm Lupicinus in præſenti poſitus, aut confutatus aut certè confeſſus, juſtæ poſſit ſubjacere ſententiæ; ut vacantem locum, quemadmodùm diſciplina eccleſiaſtica exigit, is qui conſecrabatur, acciperet. Si quæ verò aliæ emerſerint cauſæ quæ ad ſtatum Eccleſiarum & ad concordiam pertineant Sacerdotum, illic ob timorem Domini volumus ut modò ventilentur, & de componendis atque compoſitis omnibus ad nos relatio plena mittatur; ut ea quæ juxta eccleſiaſticum morem juſtè & rationabiliter fuerint definita, noſtrâ quoque ſententiâ roborentur. (Ex his enim poſſumus cognoſcere qualiter de cæteris agatur, qualiter nos nil contrà ſtatuta Majorum egiſſe pœniteat. Datâ IV. Idûs Auguſti.)

Vide to. 2. S. Leonis, p. 775, etc.

* Hæc non extant in ep. S. Leonis.

De Laicis præſumentibus diſputare de religione. Ex ſynodalibus Statutis & Imperatorum Edictis, ex libro XVI. Theodoſii Imperatoris, de his qui ſuper religione contendunt.

Capitular. lib. 7. cap. 295.

XXXII. Imperatores Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius AAA., unà cum decreto Epiſcoporum, Tatiano Præfecto prætorii. Nulli egreſſo ad publicum diſceptandi de religione, vel tractandi vel conſilii aliquid deferendi, pateſcat occaſio. Et ſi quis poſthàc auſu gravi atque damnabili contrà hujuſmodi Legem veniendum eſſe crediderit, vel inſiſtere motu peſtiferæ perſeverationis audebit, competenti pœnâ & digno ſupplicio coerceatur. Datâ XVI. Kal. Julii, Theodoſio Auguſto bis & Quinegio Conſſ.

Nullus Monachus, præter Domini Sacerdotes, audeat prædicare. De epiſtola Leonis Papæ ad Theodoritum Cyri Epiſcopum directa.

Leo I. ep. 63. c. 6. Burchard. lib. 2. cap. 158. Gratian. 16. q. 1. c. 19. *Adſciimus.*

XXXIII. Illud quod nobis propter improbitatem quorundam Monachorum verbo mandaſti, ſpecialiter prædictorum Patrum ſtatuta firmantes, ſtatuimus ut præter Domini Sacerdotes, ab Epiſcopo ejuſdem videlicet loci electos, nullus audeat prædicare, ſive ſit Monachus, ſive Laicus, qui cujuſlibet ſcientiæ nomine glorietur.

De Delatoribus. Ex Concilio Heliberritano.

Capitular. lib. 6. cap. 317 lib. 7. cap. 105.

XXXIV. Delator ſi quis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit præſcriptus vel interfectus, placuit eum nec in finem accipere communionem. Si levior quoquè cauſa fuerit, intrà quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, per quinquennii tempora admittatur ad baptiſmum.

Clerici accuſatores fratrum ad communionem recipiantur, non ad Clerum. Ex Concilio Carthaginis.

XXXV. Ut Epiſcopi accuſatores fratrum excommunicent. Et ſi emendaverint vitium, recipiant eos ad communionem, non ad Clerum.

Concil. Carthagin. IV. c. 55.
Regino, lib. 2. c. 340.
Burchard. lib. 16. c. 33.
Gratian. dift. 46. c. 4. *Accuſatores.*

De Præſidibus vel cæteris rem publicam agere volentibus, ne ſine litteris Epiſcopi ſui communicent. Et cùm contrà diſciplinam egerint, excommunicentur. Ex Concilio Arelatenſe.

Spicileg. to. 11. pag. 198. Concil. Arelat. I. 7.

XXXVI. De præſidibus qui fideles ad præſidatum proſiliunt ita placuit, ut cùm promoti fuerint, litteras accipiant eccleſiaſticas, id eſt, communicatorias; ita tamen ut in quibuſcunque locis geſſerint, ab Epiſcopo ejuſdem loci cura illis agatur; ut cùm cœperint contrà diſciplinam publicam agere, tum demùm à communione excludantur. Similiter & de his qui rempublicam agere volunt.

Ut Clerici vel Laici in aliena Eccleſia non communicent ſine litteris Epiſcopi ſui. Ex Concilio Carthaginis.

Capitular. lib. 7. cap. 456. Spicileg. to. 11. pag. 198.

XXXVII. Caſſius Velenenſis Epiſcopus dixit: » Statuat gravitas veſtra ut » unuſquiſque Clericus vel Laicus non » communicent in alia plebe ſine litteris » Epiſcopi ſui. «

Item ex Capitulis Domni Karoli Imperatoris.

Capitular. lib. 6. c. 88; lib. 7. cap. 397.

XXXVIII. Si quis Secularium, tam majoris ordinis quàm & inferioris peccatum egerit, & vocatus ſui Epiſcopi auctoritate ad emendationem ac pœnitentiam venire diſtulerit, tamdiù ſit ab Eccleſia extorris & à catholicorum conſortio ſequeſtratus, quouſquè quod inliciè commiſit emendet, ac reatum ſuum uſquè ad ſatisfactionem canonicè diluat, atque reconciliatione proprii Epiſcopi divinis precibus indulgentiam conſequatur & veniam, Eccleſiæque gremio, à cujus utero deviaverat, peractâ ſatisfactione, ab eodem per ſatisfactionem emendatus Epiſcopo canonicè reddatur.

De honore & pace ſanctæ Eccleſiæ.

Ibid. lib. 1. cap. 90.

XXXIX. Ut honor & pax atque juſtitia ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſervorum ejus, inlæſus ab omnibus conſervetur.

De Dei Sacerdotibus & Miniſtris altaris.

XL. Ut Dei Sacerdotibus & Miniſtris altaris contrà canonicam auctoritatem nulla læſio à quoquam fiat.

De concordia Epiſcoporum & Comitum.

Ibid. lib. 2. c. 6. 10. Conc. Moguntin. anni 888. c. 14.

XLI. Ut Epiſcopi & Comites concordes ſint. Et Comites eorumque Miniſtri Epiſcopis atque eorum Miniſtris in omnibus adjutores exiſtant.

De incendio & rapina.

XLII. Ut incendium vel rapinam in regno noſtro nullus faciat. Et fures vel raptores fortiter conſtringantur, ut non ulli ſua auferre audeant, niſi gratis tribuantur, aut juſto cenſu exigantur.

De pace cuſtodienda.

XLIII. Ut pax in regno noſtro ſecundùm morem parentum noſtrorum omnibus conſervetur.

De puella virgine vel vidua.

XLIV. Ut puellam virginem vel viduam nullus rapiat, nec facere volentibus conſentiat.

De banno perſolvendo.

XLV. Ut ex his ſingulis bannus noſter perſolvatur ſi à quoquam fruſtrata hæc fuerint; & fidejuſſores uſquè ad noſtram præſentiam fidiſſimos Comitibus vel Miſſis noſtris horum corruptores ſinguli tribuant, ut juxtà Romanam Legem hæc corrigantur.

De negotio ſeculari.

Conc. Moguntin. anni 813. c. 14. Burchard. lib. 8. c. 90. Ivo, par. 7. c. 108. Lib. 3. Decretal. tit. 50. c. 1.

XLVI. Miniſtri autem altaris Domini vel Monachi nobis placuit ut à negotiis ſecularibus omninò abſtineant. Multa ſunt ergò negotia ſecularia: de his tamen pauca perſtrinximus. Ad quæ pertinet omnis libido, non ſolùm in immunditia carnis, ſed etiam in omni carnali concupiſcentia. Quicquid plus juſto appetit homo, turpe lucrum dicitur. Munera injuſta accipere vel etiam dare, pro aliquo ſeculari conqueſtu pretio aliquem conducere, contentiones & lites vel rixas amare, in placitis ſecularibus diſputare, exceptâ defenſione orphanorum aut viduarum, conductores aut procuratores eſſe ſecularium rerum, turpis verbi vel facti joculatorem eſſe, vel jocum ſecularem diligere, aleas amare, ornamentum inconveniens pro-

posito suo quærere, in deliciis vivere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera injusta vel mensuras habere, negotium injustum exercere, (non tamen justum negotium est contradicendum, propter necessitates diversas; quia legimus sanctos Apostolos negotiasse; & in Regula sancti Benedicti præcipitur prævidere per quorum manus negotium monasterii transeat:) canes & aves sequi ad venandum, in omnibus quibuslibet sit causis superfluum esse. Ecce talia & his similia Ministris altaris Domini, necnon & Monachis omninò contradicimus; de quibus dicit Apostolus: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.*

Regula S. Benedict. c. 57.

II. Tim. 2.

De imitatione apostolica.

XLVII. Apostolus ait: *Imitatores mei estote, & observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Non observetis eos qui sunt inimici crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conversatio in cœlis est.* Sicut Hieronymus in epistola ad Galatas ait: *Æmulantur*, ait, *bene quicunque videant vel audiant esse in aliquibus gratias, dona, virtutesque, ipsi tales esse desiderant, & fidem, vitam, atque industriam eorum, per quæ illa meruerunt, nituntur imitari, ut possint ea quoquè bona æmulatione digna consequi*, magis quærentes spiritalia quàm carnalia, ut perseveranti gradu ad finem boni operis pervenire possint. Augustinus, in libro primo de agone Christianorum, hanc sententiam interpretans, ait: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Quare intelligendum est etiam ipsum Apostolum in semetipso triumphasse de Potestatibus hujus mundi, sicut de Domino dixerat, cujus se imitatorem esse profitetur. Imitemur ergò & nos illum, sicut hortatur, & castigemus corpus nostrum, & in servitutem redigamus, si mundum volumus vincere. Aliquandò quidem suo exemplo Christi nos fieri imitatores jubet, dicendo: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Aliquandò quidem de se respiscens ad Deum, ad ipsius nos imitationem hortatur, dicens: *Estote imitatores Dei, sicut filii carissimi.* Jam verò demonstrans quia nihil ita hanc imitationem pariat, quàm si ita vivat aliquis ut bonum ejus in commune proficiat, atque universis utiliora prævideat, adjunxit: *Ambulate in caritate.* Ideò cùm dixisset, *Imitatores mei estote*, continuò de caritate differuit, quia hæc præcipuè virtus homines Deo proximos facit.

Philipp. 3. Conc. Moguntin. ann. 813. c. 15.

Hieron. in c. 4. ep. ad Galat.

I. Cor. 11.

Ephes. 5.

De Canonicis Clericis, ut canonicè vivant.

XLVIII. In omnibus igitur, quantùm humana permittit fragilitas, decrevimus ut Canonici Clerici canonicè vivant, observantes divinæ Scripturæ doctrinam & documenta sanctorum Patrum, & nihil sine licentia Episcopi sui vel Magistri eorum compositè agere præsumant.

Capitular. lib. 5. cap. 185.

De his qui servos suos extrà Judicem necant.

XLIX. Si quis servum proprium sine conscientia Judicis occidérit, excommunicatione vel pœnitentiâ biennii reatum sanguinis emundabit.

Concil. Agath. c. 62.
Concil. Epaon. c. 34.
Concil. Wormat. c. 38.
Halitgar. lib. 4. c. 4.
Rhaban. ep. ad Heribald. c. 3.
Regino, lib. 2. c. 26.
Burchard. lib. 6. c. 18.
Ivo, par. 16. c. 80.

De his qui ad pacem non revertuntur.

L. Placuit ut, sicut plerunque fit, quicunque odio aut longinquâ inter se lite discesserint, & ad pacem revocari diuturnâ intentione nequiverint, à civitatis primitùs Sacerdotibus arguantur. Qui si inimicitias deponere pernicioså intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu justissimâ excommunicatione pellantur.

Concil. Agath. c. 31.
Concil. Wormat. c. 41.
Concil. Trost. c. 12.
Halitgar. lib. 4. c. 32.
Regino, lib. 2. c. 376.
Burchard. lib. 10. c. 61.
Ivo, par. 13. c. 62.
Gratian. dist. 90. c. 9. *Placuit.*

De his qui intrant in Ecclesiam, & propter nimiam luxuriam suam à sacramento se abstinent.

LI. Si quis intrat in Ecclesiam Dei, & sacras Scripturas nonaudit, & pro luxuria sua avertit se à communione sacramenti, & in observandis mysteriis declinat constitutam regulam disciplinæ, istum talem proiciendum de Ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat & ostendat fructum pœnitentiæ suæ, ut possit, communione perceptâ, indulgentiam promereri.

Conc. Antioch. c. 2. Martin. Bracar. c. 83. Gratian. dist. 2. de Consecr. c. 18. *Si quis intrat.*

De Clericis vel Laicis.

LII. De Clericis vel Laicis à communione summotis, ab aliis non recipiendis Episcopis.

Conc. Antioch. c. 6.

De Clericis adversùs invicem negotia propria habentibus.

LIII. Non oportet Clericos haben-

Capitular. lib. 1. c. 28; lib. 5. c. 22.

tes adversùs invicem negotia, proprium Episcopum relinquere, & ad seculania judicia convolare.

De eo qui excommunicatus antè audientiam communicare præsumpserit.

Capitular. lib. 5. c. 30; lib. 7. c. 26. Concil. tom. 5. p. 554.

LIV. Si quis excommunicatus antè audientiam communicare præsumpserit, ipse in se damnationem protulit.

De potente qui aliquem expoliaverit.

Capitula Herardi, c. 127.

LV. Si quis potentum quemlibet expoliaverit, & admonente Episcopo non reddiderit, excommunicetur. *Vide suprà lib. 5. cap. 319; & lib. 7. cap. 209.*

Quòd Ecclesiarum omnium dotes ad Episcopi ordinationem debeant pertinere.

Capitular. lib. 7. cap. 291.

LVI. Multi contrà canonum constituta sic Ecclesias quas ædificaverint postulant consecrari, ut dotem quam ejus Ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præterito displicet, & in futuro prohibetur; sed omnia secundùm constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

De his quæ à fidelibus in parochitanis basilicis offeruntur.

Ibid. lib. 6. cap. 407.

LVII. De his quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis, atque peculiis quæcunque fideles obtulerint, antiquorum Canonum instituta serventur, & omnia in Episcopi potestate consistant. De his tamen quæ in altario accesserint, tertia pars fideliter Episcopis deferatur.

Concil. Aurelian. I. c. 15.
Burchard. lib. 3. c. 136.
Ivo, par. 3. c. 202.
Gratian. 10. q. 1. c. 7. *De his quæ.*

De quatuor portionibus ecclesiasticis.

LVIII. Quòd in unaquaque Ecclesiâ cui Episcopus præest, quatuor, tam de reditibus quàm de oblationibus Fidelium, fieri debeant portiones; ut una sit Episcopi, alia Clericorum, tertia pauperum, & quarta fabricis ecclesiasticis adplicetur.

Decreta Gelas. c. 27.
Concil. Paris. VI. lib. 1. c. 15.
Regino, lib. 1. c. 33.
Burchardi lib. 3. c. 137.
Ivo, par. 3. c. 203.
Gratian. 12. q. 2. c. 27. *Quatuor.*

De eo qui anathematis pœnam parvi duxerit. Ex epistola Gelasii Papæ.

LIX. Ut si quis anathematis pœnam parvi duxerit, etiam documento quo se putat prædium possidere, frustretur; liceatque cuilibet ecclesiasticæ personæ vocem contradictionis afferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alienata reposcere.

De his Laicis qui contemptores Canonum extiterint.

LX. Ut Laici contemptores Canonum excommunicentur, Clerici honore priventur. Ibid. lib. 7. cap. 417.

Capitula Angilramni, c. 48.
Burchard. lib. 15. c. 6.
Ivo, par. 16. c. 7.

Ut populus antè completam Missam & benedictionem acceptam egredi non præsumat.

LXI. Cùm ad celebrandas Missas in Dei nomine convenitur, populus non antè discedat quàm Missæ solemnitas compleatur. Et ubi Episcopus fuerit, benedictionem accipiant Sacerdotis. Sacerdote autem verbum in Ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur. Ibid. 277.

Concil. Carthag. IV. c. 24.
Regino, lib. 1. c. 197.
Burchard. lib. 2. c. 66.
Ivo, par. 3. c. 34; & par. 6. c. 162.
Gratian. dist. 1. de Consecr. c. 63. *Sacerdote.*

De his qui ecclesiastica jejunia absque necessitate dissolvunt.

LXII. Si quis eorum qui continentiæ student, absque necessitate corporea tradita in commune jejunia & ab Ecclesia custodita superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

Concil. Gangr. c. 19.
Regino, lib. 1. c. 280.
Burchard. lib. 13. c. 5.
Ivo, par. 4. c. 38.
Gratian. dist. 30. c. 8. *Si quis eorum.*

Ut sacramentum Catechumenis non præbeatur.

LXIII. Item placuit ut etiam per solemnissimos paschales dies sacramentum corporis & sanguinis Domini catechumenis non detur, nisi solitum salis; quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenos oportet mutare. Quæ forma etiam à publicè pœnitentibus omninò sequenda est. Ibid. 263.

De his qui rebaptizati vel reconfirmati sunt, quid sit agendum.

LXIV. De his qui rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento lapsi sunt, placuit ut circà eos illa Nicænæ Synòdi statuta serventur quæ de prævaricatoribus constituta esse noscuntur; id est, ut septem annis inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos; & postea, Concil. Ilerd. c. 9. Concil. Nic. c. 10. *Vide* Judicia Gregorii III. c. 19.

moderatione & clementiâ Epiſcopi, fidelibus in oblatione & euchariſtia communicent. Quam formam ſequantur & reconfirmati.

De Clericis qui ad Secularium defenſionem confugunt propter diſtrictionem Epiſcopi.

Capitular. lib. 6. cap. 145. LXV. Placuit ut Clericus, ſi relicto officio ſuo propter diſtrictionem ad ſecularem fortaſsè confugerit, & is ad quem recurrit ſolatium ei defenſionis impenderit, cum eodem de Eccleſiæ communione pellatur.

De turpiloquiis.

LXVI. Clericos ſcurriles & verbis turpibus joculares ab officio detrahendos.

Concil. Carthag. IV. c. 60.
Concil. Agath. c. 70.
Regino, lib. 1. c. 152.
Burchard. lib. 2. c. 172.
Ivo, par. 6. c. 262, 263; & par. 11. c. 79.
Gratian. dist. 46. c. 6. *Clericum.*

De Clericis qui in convivio cantare præſumpſerint.

LXVII. Clerici inter epulas cantantes ſupradictæ ſententiæ ſeveritate coerceantur.

Concil. Carthag. IV. c. 62.
Concil. Antiſſiodor. c. 40.
Regino, lib. 1. c. 150.
Burchard. lib. 2. c. 170.
Ivo, par. 6. cap 261.
Gratian. 22. q. 1. c. 9. *Clericum.*

Ne Clericus per creaturas juret.

LXVIII. Clericum per creaturas jurantem acerrimè objurgandum. Si perſtiterit in vitio, excommunicandum.

Concil. Carthagin. IV. c. 61.
Regino, lib. 1. c. 155.
Burchard. lib. 2 c. 175.
Ivo, par. 6. c. 266.
Gratian. 22. q. 1. c. 9. *Clericum.*

Ne antè horam diei tertiam quis ad convivium pergat, nec antè benedictionem manducet.

LXIX. Non oportet Clericos vel Laicos religioſos antè ſacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquandò Clericos, niſi hymno dicto, edere panem, & poſt cibos gratias auctori Deo referre.

Martin. Bracar. c. 65.
Regino, lib. 1. c. 287.
Burchard. lib. 2. c. 165.
Ivo, par. 6. c. 256.
Gratian. dist. 44. c. 12. *Non liceat.*

Ut Presbyter, ſi inconſulto Epiſcopo agendam celebraverit, honore privetur. Ex Concilio Carthaginis.

Ibid. 306. LXX. Numidius, Epiſcopus Maſſilitanus, dixit: « In quibuſdam locis ſunt » Presbyteri qui aut ignorantes ſimpliciter, » aut diſſimulantes audacter, præſente & » inconſulto Epiſcopo, cum pluribus in » domiciliis agunt agendam. Quod diſci- » plinæ incongruum eſſe cognoſcit ſanctitas veſtra ». Genilius Epiſcopus dixit: « Fratres & Coepiſcopi noſtri dignæ ſuggeſtioni tuæ reſpondere propter ignorantiam non morantur » Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt: « Quiſquis Presbyter, inconſul o Epiſcopo, agendam in » quolibet loco voluerit celebrare, ipſe » honori ſuo contrarius exiſtit. »

Ne Presbyter benedictionem vel pœnitentiam in Eccleſia dare præſumat.

Concil. Agat. c. 44. LXXI. Benedictionem ſuper plebem in Eccleſia fundere, aut pœnitentem in Eccleſia benedicere, Presbytero penitùs non licebit.

Judicio multitudinis ordinationes fieri non debere.

Capitular. lib. 7. c. 79. LXXII. Quòd non ſit permittendum turbis electiones eorum facere qui ſunt ad Sacerdotium provehendi.

Si qui Clerici ab Epiſcopis ſuis promoti contempſerint, nec illic maneant undè recedere noluerint. Ex Concilio Carthaginis.

Concil. Carthag. c. 31. Burchard. lib. 2, cap. 178. Ivo, par. 6. cap. 42. Gratian. dist. 74. c. 4. *Placuit.* LXXIII. Placuit ut quicunque Clerici vel Diaconi, pro neceſſitatibus Eccleſiarum non obtemperaverint Epiſcopis ſuis, volentibus eos ad honorem ampliorem in ſua Eccleſia promovere, nec illic miniſtrent in gradu ſuo undè recedere noluerint.

Ex Decretis Papæ Gregorii junioris. De inceſtis.

Decret. Gregor. II. c. 8. & ſeq. LXXIV. Si quis conſobrinam duxerit in conjugium, anathema ſit. *Et paulò poſt infert.* Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema ſit. Et Dominus in lege divina ait: *Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Et paulò poſt: *Nec accedat ad uxorem ejus qui ſibi affinitate conjungitur.* Item undè ſuprà. *Nullus certi gradûs conſanguineam in conjugium accipiat, aut ſibi ſceleratis nuptiis deſideret copulari.* Item ex dictis Epiſcoporum & Imperatorum Theodoſii & aliorum: *In ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, ultrà quos nec adfinitas invenitur nec ſucceſſio poteſt ampliùs prorogari.*

Levit. 18. Interpret. tit. 11. lib. 4. Sentent. Paull.

Item de inceſtis. Ex epiſtolis Gregorii Papæ Bonifacio Mogontiæ Archiepiſcopo miſſis.

Capitular. lib. 6. c. 80. LXXV. Progeniem ſuam unum-

Gregor. III. ep. 1. c. 5. Burchard. lib 7. c. 11. Concil. Agath. c. 62. Concil. Epaon. c. 30. Concil. Arelat. VI. c. 11. Regino, lib. 2. c. 285. Burchard. lib. 7. c. 40. Ivo, par. 9. c. 40.

quemque uſquè ad ſeptimam obſervare decernimus generationem, & quandiù ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere ſocietatem. Et in ſanctis Canonibus ſpiritu Dei conditis de inceſtis habetur inſertum : *Inceſtis conjunctionibus nihil prorsùs venia reſervamus, niſi cùm adulterium ſeparatione ſanaverint.* Inceſtos verò nullo conjugii nomine appellandos ſancimus. Sed quibus inlicita conjunctio interdicitur, niſi hi ſunt quos ſanctorum Patrum decreta conjugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris conjugii libertatem.

De ſacramento catechumenis non dando in diebus ſolemnibus Paſchæ.

Suprà, c. 63.

LXXVI. Ut per ſolemniſſimos paſchales dies ſacramentum catechumenis non detur, nec eis qui à liminibus Eccleſiæ ſunt excluſi, neque eis, antè canonicam reconciliationem, qui publicam gerunt pœnitentiam, niſi benedictione ſalis.

De his qui ſolo convivio Gentilium vel eſcis immolatitiis uſi ſunt. Aut quòd hi qui homicidia vel alia capitalia perpetrant flagitia, non niſi per publicam pœnitentiam ſanari poſſunt.

Capitular. lib. 5. cap. 126. 133.

LXXVII. Qui convivio ſolo Gentilium & eſcis immolatitiis uſi ſunt, poſſunt jejuniis & manûs impoſitione purgari, ita ut deinceps ab idolothytis abſtinentes, ſacramentorum Chriſti poſſint eſſe participes. Si autem aut Idola adoraverunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati ſunt, ad communionem eos niſi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.

De familiaritate extranearum mulierum.

Canones S Landegarii, c. 10.

LXXVIII Ut nullus familiaritatem extranearum mulierum præſumat habere. Et qui inventus fuerit, ſeveriùs corrigatur.

Ne mulieres monaſterium Monachorum ingrediantur.

Ibid.

LXXIX. Ut mulieres monaſterium Monachorum nullatenùs ingrediantur.

Ut omnibus veſpertinis & matutinis horis Oratio Dominica dicatur.

Concil. Gerund. c. 10. Gratian. dift. 5. de Conſecr. c. 14. *Id ſemper placuit.*

LXXX. Placuit ut omnibus diebus poſt Matutinas & Veſperas Oratio Dominica à Sacerdote proferatur.

De his qui ſibi quâcunque negligentiâ mortem inferunt, ut eorum commemoratio in oblatione non fiat. Similiter & de his qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

LXXXI. Placuit ut hi qui ſibi ipſis aut ferro aut veneno, aut præcipitio aut ſuſpendio, vel quolibet modo violenter inferunt mortem, nulla de illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam eorum cadavera deducantur : multi enim ſibi per ignorantiam uſurpârunt. Similiter & de his placuit qui pro ſuis ſceleribus puniuntur.

Concil. Brucar. I. c. 16.
Gregorii III. Judicia, c. 32.
Halitgar. lib. 4. c. 6.
Regino, lib. 2. c. 92.
Burchard. lib. 19. c. 130.
Ivo, par. 10. c. 188; & par. 15. c. 140.
Gratian. 23. q. 5. c. 12. *Placuit.*

De verbo otioſo.

Matth. 12. Concil. Pariſ. VI. lib. 3. c. 2.

LXXXII. Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, ſi reddent Deo rationem in die judicii, multò magis damnantur noxia verba loquentes. Otioſum quippè verbum eſt quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione juſtæ neceſſitatis caret : attamen in die judicii de eo ratio reddetur.

De eo qui hominem peremerit.

Concil. Pariſ. V. lib. 5. c. 6.

LXXXIII. Qui occiderit hominem, juxtà canonicam pœniteat ſanctionem, & ab Eccleſia priùs proiciatur ; ubi proſtratus in terram, in cinere & cilicio, in introitum & exitum populi ſemper jaceat, humiliter poſtulans ut pro ſe orare non dedignentur. Et hoc uſquè ad ſatisfactionem Eccleſiæ & Sacerdotum agat, pane tantùm & aquâ fruens, niſi humaniùs ergà eum Epiſcopo agere placuerit cujus ditioni ſubſiſtit.

De ſartatectis Eccleſiarum quæ ex donis ſiunt eiſdem conlatis, ut in poteſtate Epiſcopi revocentur quæcunque conligata fuerint.

LXXXIV. Quæcunque pro ſartatectis Eccleſiis fuerint conligata, in poteſtate Pontificis aut Presbyteri, vel ſervientium ſanctorum locorum, ſecundùm vòluntatem conferentis, ad ſe debeant revocare. Quòd ſi aliquis hæc indè abſtraxerit, rapuerit, furatuſve fuerit, vel ea fraudaverit, aut vaſtaverit, ſeu quocunque commento alienaverit, ſciat ſe eſſe canonicè excommunicatum quouſquè ea quæ abſtulerit, ſtudeat reformare.

Ne Presbyterum, Diaconum, aut Clericum aliquem ullus Judex ſecularis abſque conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.

Capitular. lib. 6. cap. 156.

LXXXV. Ut nullus Judex neque Preſbyterum neque Diaconum, aut Clericum aut juniorem Eccleſiæ, ſine ſcientia Pontificis per ſe diſtringat aut condemnare præſumat.

De libertis, ut à Sacerdotibus defenſentur.

Concil. Pariſ. V. c. 5. LXXXVI. Liberti quorumcunque ingenuorum à Sacerdotibus defenſentur, nec ad publicum ullatenùs revocentur.

Ne aliquis Clericus pro quacunque occaſione extraneam mulierem in domo ſuo habeat.

Concil. Turon. II. c. 10. LXXXVII. Nullus ergò deinceps Clericorum, pro occaſione neceſſitatis veſtes faciendi, aut causâ ordinandi domûs, extraneam mulierem in domo ſua habere præſumat.

De viduis. Ex epiſtola beati Gregorii Papæ Bonifacio Archiepiſcopo miſſa.

Hiſpan. lib. c. 20. I. Append. Regin. c. 56. II. Append. Regin. c. 45. & ſeq. Burchard. lib. 8. c. 45. Ivo, par. 7. c. 63. Gratian. 27. q. 1 c. 2. *Viduas*; & c. 9. *Hæ verò.* LXXXVIII. Viduas à propoſito diſcedentes viduitatis, ſuper quibus nos conſulere voluit dilectio tua, frater cariſſime, credo te noſſe à ſancto Apoſtolo Paulo & à multis ſanctis Patribus, niſi convertantur, olim eſſe damnatas; quas & nos apoſtolicâ auctoritate damnandas & à communione fidelium atque à liminibus Eccleſiæ arcendas fore cenſemus, uſquequò obediant Epiſcopis ſuis, & ad bonum quod cœperunt, invitæ aut voluntariæ revertantur. De virginibus autem non velatis, ſi deviaverint, à ſanctæ memoriæ prædeceſſore noſtro Papa Innocentio taliter decretum habemus. *Hæ verò quæ necdùm ſacro velamine tectæ, tamen in propoſito virginali ſemper ſe ſimulaverunt permanere, licèt velatæ non fuerint, ſi nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt; quia ſponſio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines ſolet bonæ fidei contractus nullâ ratione diſſolvi, quantò magis iſta pollicitatio quam cum Deo pepigit, ſolvi ſine vindicta non poterit?* Et cætera. Nam ſi virgines nondùm velatæ taliter pœnitentiâ publicâ puniuntur, & à cœtu fidelium uſquè ad ſatisfactionem excluduntur, quantò potiùs viduæ, quæ perfectioris ætatis & maturioris ſapientiæ atque conſilii exiſtunt, virorumque conſortio multotiens uſæ ſunt, & velari ſe permiſerunt, habitumque religionis aſſumpſerunt, & demùm apoſtataverunt, atque ad priorem vomitum ſunt reverſæ, à nobis & ab omnibus fidelibus à limnibus Eccleſiæ & à cœtu fidelium uſquè ad ſatisfactionem ſunt eliminandæ, & carceribus tradendæ; qualiter, juxtà beatum Apoſtolum Paulum, tradentes hujuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini. De talibus enim & Dominus per Moyſen loquitur, dicens: *Auferte malum de medio veſtri.* De quibus & per Prophetam ait: *Lætabitur juſtus cùm viderit vindictam; manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.* De talibus namque eorumque ſimilibus, atque eiſdem conſentientibus, (quia non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui facientibus conſentiunt, rei ſunt) Dominus per eundem Prophetam David loquitur, dicens: *Videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Et multa talia, eorumque ſimilia. Tales verò perſonæ indubitanter adulteræ eſſe manifeſtantur; quoniam, relicto immortali ſponſo, ad anteriorem ut canes ad proprium reverſæ ſunt vomitum, & apoſtatæ factæ, inlicitâ ac ſacrilegâ ſe contagione polluentes, viris mortalibus ſe conglutinaverunt: quæ etiam, juxtà eundem Apoſtolum Paulum, eò quòd viduitatis propoſitum dimiſerunt, & fidem quam cum Deo pepigerunt, frangere præſumpſerunt, atque primam fidem prævaricaverunt, ſunt damnandæ, à nobiſque & à vobis, atque à reliquis noſtri ordinis viris, à ſingulis videlicet ſua in diœceſi, à liminibus Eccleſiæ & à cœtu fidelium uſquè ad ſatisfactionem, ut prædictum eſt, ſunt eliminandæ. A talium autem conſortio & ſocietate omnes fideles in omnibus abſtinere mandamus. Super quibus etiam placuit, quouſquè in ipſo deteſtando & inlicito atque ſacrilego carnis contubernio perſeverant, ut nullus Chriſtianorum, niſi quibus proprius ſtudio corrigendi juſſerit Epiſcopus, cum eis in quoquam communicet, aut ad domum in qua ſunt accedat; cum quibus etiam, ut jamdictus ſanctus præcipit Apoſtolus, nulli fidelium cibum ſumere licet. Quòd ſi quis ex his quicquam tentare aut temerare præſumpſerit, pari cum eis excommunicationis ſententiâ feriatur. Et cætera.

I. Cor. 5.

Deuter. 13.

Pſal. 57.

Rom. 1.

Pſal. 49.

I. Tim. 5.

De decimis quæ Eccleſiis dantur, ne eas Presbyteri vendere præſumant.

LXXXIX. Ut non præſumant Preſbyteri decimas vendere quæ in pauperum & in Eccleſiarum uſibus dantur, ſicut hactenùs, mirabile dictu, in horreis veteratæ, ad theſaurorum cumulum. In cujus rei teſtimonio multi pauperum de manibus Sacerdotum requirendi moriuntur. Sed ubi Deo largiente abundaverint, ad ſuſtentationem pauperum parentur tali in tempore.

De pauperibus à Presbyteris colligendis.

XC. Ut Preſbyteri quotidie duos vel tres pauperes colligant ad lavandos pedes.

De

De prædiis quæ Presbyteri poſt ordinationem ſuam emerint.

Capitulare anni. 744. cap. 11.

XCI. Ut Preſbyteri poſt ordinationem ſuæ paupertatis prædia comparantes, teſtamenta Eccleſiis confirment. Sin aliter, ut fraudatores removeantur.

Ut Presbyteri ad tractanda eorum miniſteria ad civitatem veniant.

XCII. Ut Preſbyteri ſingillatim ſub diſpoſitione Epiſcopi in civitatibus veniant ad tractanda miniſteria.

De his qui communicaverint, ut tribus horis ſuſpendantur, propter cibi commixtionem.

XCIII. Ut doceantur communicantes duabus vel tribus ſuſpendere horis, propter admixtionem cibi. *Vide infrà, cap.* 150.

De ſatisfactione cotidiana Sacerdotum.

Ivo, par. 6. c. 166.

XCIV. Ut ſicut ſine culpa nemo cotidiè exiſtit, ità ſine cotidiana ſatisfactione nullus eſſe debet, etiam Sacerdotum vel Chriſtianorum.

De eo qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyterum de Eccleſia ejecerit vel conſtituerit.

Capitular. lib. 3. c. 98.

XCV. De his qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis ſuis conſtituunt, vel de Eccleſiis eiciunt, & ab Epiſcopo vel à quolibet Miſſo dominico admoniti obedire noluerint, ut bannum noſtrum rewadiare cogantur, & per fidejuſſores ad placitum noſtrum venire jubeantur. Et tunc nos decernamus utrùm nobis placeat ut aut illum bannum perſolvant, aut aliam harmiſcaram ſuſtineant.

De Eccleſiis inter heredes diviſis.

Ibid. c. 99.

XCVI. De Eccleſiis quæ inter coheredes diviſæ ſunt, conſideratum eſt quatinùs ſi ſecundùm providentiam & admonitionem Epiſcopi ipſi coheredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint, ut in Epiſcopi poteſtate maneat utrùm eas ità conſiſtere permittat, aut reliquias exindè auferat. Et ubi ad noſtrum beneficium Eccleſiæ pertinentes ità diviſæ inventæ fuerint, ut deſcribatur, & nobis renuntietur.

De deſtructione Eccleſiarum.

Ibid. c. 175.

XCVII. De Eccleſiis deſtructis, ut Epiſcopi & Miſſi inquiſitionem faciant utrùm per neglegentiam aut impoſſibilitatem deſtructæ ſint. Et ubi neglegentia inventa fuerit, epiſcopali auctoritate emendare cogantur qui eas reſtaurare debuerant. Si verò per impoſſibilitatem contigit, ut aut pluriores ſint quàm neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis quàm ut ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, Epiſcopus modum inveniat qualiter congruè emendari & conſiſtere poſſint.

Ne de manſo Eccleſiæ dato contrà ſancita ſervitium exigatur.

Ibid. 100.

XCVIII. De uno manſo ad Eccleſiam dato, de quo aliqui homines contrà ſtatuta ſibi ſervitium exigunt, quicunque pro hac cauſa accuſatus fuerit, Comes vel Miſſi hoc quod indè ſubtractum eſt Preſbyteris, cum ſua lege reſtitui faciant. *Vide infrà, cap.* 163.

De nonis & decimis quas quidam dare neglegunt.

Ibid. 176. *Vide infrà, cap.* 164.

XCIX. De illis qui nonas & decimas jàm per multos annos aut ex parte aut ex toto dare neglexerunt, volumus ut per Miſſos noſtros conſtringantur, ut ſecundùm Capitularem priorem ſolvant unius anni nonam & decimam cum ſua lege, & inſuper bannum noſtrum. Et hoc eis denuntietur, quòd quicunque hanc neglegentiam iteraverit, beneficium undè hæc nona & decima perſolvi debuit, amiſſurum ſe ſciat. Ità enim continetur in Capitulare bonæ memoriæ genitoris noſtri in libro primo, capitulo CLVII: *Ut qui Eccleſiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Eccleſiæ cujus res ſunt, donent. Et qui tale beneficium habent, & ad medietatem laborant, ut de eorum portione proprio Preſbytero decimas donent.* Item in Capitulari noſtro, in libro II, cap. XXI. de eadem re: *De nonis quidem & decimis, undè & genitor noſter & nos frequenter & in diverſis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſta qualiter hæc obſervenţur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni conlaborato, & de vino & fœno, fideliter & pleniter ab omnibus nona & decima perſolvatur. De nutrimine verò pro decima, ſicut hactenùs conſuetudo fuit, ab omnibus obſervetur. Si quis tamen Epiſcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in ſua maneat poteſtate, juxtà quod ei & illi qui hoc perſolvere debet, convenerit.*

De eo qui decimam dare neglexerit Eccleſiæ cujus eſſe debet, alterique Eccleſiæ eam dederit.

Capitular. lib. 5. cap. 176. Capitulare anni 819, tit. 1. c. 6. Capitula Karoli Calvi, tit. 46. cap. 1. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 7. Regin. lib. 1. c. 48. Ivo, par. 16. c. 338.

C. Quicunque decimam abſtrahit de Eccleſia ad quam per juſtitiam dari debet, & eam præſumptiosè vel propter munera aut amicitiam, vel aliam quamlibet occaſionem, ad alteram Eccleſiam dederit, à Comite vel à Miſſo noſtro diſtringatur ut ejuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat. *Vide infrà, cap.* 166.

De decimis à populo dandis.

Capitular. lib. 5. cap. 101. CI. De Decimis quæ populus dare non vult, niſi quolibet modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt ne fiat. Et ſi quis contemptor inventus fuerit, ut nec Epiſcopum nec Comitem audire velit, ſi noſter homo fuerit, ad præſentiam noſtram venire compellatur; cæteri verò diſtringantur ut inviti Eccleſiæ reſtituant qui voluntariè dare neglexerunt. *Vide infrà, cap.* 167.

De his qui Eccleſias reſtaurare negligunt de rebus earum quas in beneficium habent.

Ibid. 177. CII. Quicunque de rebus Eccleſiarum quas in beneficium habent, reſtaurationes eorum facere neglexerint, juxtà Capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis & decimis conſtitutum eſt, ſic de illis adimplearur, id eſt, in libro quarto, capitulo XXXVIIII. *De opere namque & reſtauratione Eccleſiarum conſideratum eſt ut de frugibus terræ & animalium nutrimine unà cum aliis rebus omnibus pleniter perſolvantur, ut fiat ſecundùm præceptum evangelicum, ubi ait:* Decimas omnium do quæ poſſideo. *Et reliqua. De opere verò vel reſtauratione Eccleſiarum Comes & Epiſcopus, ſive Abbas unà cum Miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc elegerint, conſiderationem faciant ut unuſquiſque eorum tantùm indè accipiat ad operandum & reſtaurandum, quantùm ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter & Vaſſi noſtri aut in commune tantùm operis accipiant, quantùm rerum Eccleſiarum habent, vel unuſquiſque per ſe juxtà quantitatem quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxtà æſtimationem operis in argento perſolvant: cum quo pretio Rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operarios conducere & materiam emere poſſit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum lege ſua reſtituat, inſuper & bannum noſtrum ſolvat; ut ità caſtigatus caveat ne, ſæpiùs iterando, beneficium amittat.*

Luc. 18.

De his qui agros dominicatos excolere negligunt ne nonas ex eis perſolvant.

Capitular. lib. 5. cap. 278. CIII. De illo qui agros dominicatos propterea neglexit excolere ut nonas & decimas exindè non perſolvat, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipit, volumus ut de tribus annis ipſam nonam cum ſua lege perſolvat. Et ſi quis contemptor aut Comitum aut Miſſorum noſtrorum propter hoc exiterit, per fidejuſſores ad palatium venire compellatur. *Vide infrà, cap.* 169.

De beneficiis deſtructis.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 1. CIV. De beneficiis deſtructis hoc obſervetur quod in Capitulare priori continetur, id eſt, in libro IV, capitulo XXXVI, de eo qui beneficium deſertum fecerit. *Quicunque beneficium ſuum occaſione proprii deſertum habuerit, & intrà annum poſtquàm ei à Comite vel Miſſo noſtro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.*

Capitular. lib. 4. c. 38.

De malis Scabinis eiciendis.

CV. Ut Miſſi noſtri, ubicunque malos Scabinos inveniunt, eiciant, & totius populi conſenſu in locum eorum bonos eligant. Et cùm electi fuerint, jurare faciant ut ſcienter injuſtè judicare non debeant.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 2.
Capitula Karoli Calvi, tit. 45, c. 9.
Lib. 2. leg. Longobar. tit. 41. c. 3.
Ivo, par. 16. cap. 339.

De melioribus & veracibus eligendis.

CVI. Ut in omni comitatu hi qui meliores & veraciores inveniri poſſunt, eligantur à Miſſis noſtris ad inquiſitiones faciendas & rei veritatem dicendam; & adjutores Comitum ſint ad juſtitias faciendas.

Capitulare an. 819. tit. 2. c. 3.
Capitula Karoli Calvi, tit. 45. c. 11.
Lib. 2. leg. Longobar. tit. 41. c. 4.
Ivo, par. 16. c. 340.

De Scabinis qui propter munera aut amicitiam injuſtè judicaverint.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 4. Capitula Karoli Calvi, tit. 45. cap. 10. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 41. c. 5. Ivo, par. 16. c. 341.

CVII. Volumus ut quicunque de Scabinis deprehenſus fuerit propter munera, aut propter amicitiam vel inimicitiam, injuſtè judicaſſe, ut per fidejuſſores miſſus ad præſentiam noſtram veniat. De cætero, omnibus Scabinis denuntietur ne quis deinceps etiam juſtum judicium vendere præſumat.

De legitimis & rationabilibus commutationibus Eccleſiarum Dei.

Capitular. lib. 5. cap. 110. CVIII. Ubi commutationes, tàm tempore noſtro quàmque genitoris noſtri, legitimæ & rationabiles atque utiles Eccleſiis factæ ſunt, permaneant. Ubicunque verò inutiles & incommodæ atque irrationabiles factæ ſunt, diſſolvantur; & reciplat unuſquiſque quod dedit. Ubi verò mortua manus interjacet, aut alia quælibet cauſa, quæ rationabilis eſſe videatur, inventa fuerit, diligenter deſcribatur, & ad noſtram nótitiam perferatur.

De eo qui comprobatus fuerit teſtes in perjurium ſcienter induxiſſe.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 6. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 52. c. 14. Regin. lib. 2. c. 329.

CIX. Quicunque comprobatus fuerit de eo quòd ſcienter teſtes in perjurium induxiſſet, ſub fidejuſſione ad palatium noſtrum venire compellatur, ut ubi cum Fidelibus noſtris conſideremus quid de tali homine faciendum ſit.

Ut nummos bonos nullus reſpuat.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 7.

CX. De bonis denariis, quos populus recipere non vult, volumus ut hoc obſervetur & teneatur quod in priori Capitulare noſtro conſcriptum eſt, id eſt, in libro quarto, capitulo xxx. *Quicunque liber homo vel in emptione vel in debiti ſolutione denarium merum & bene penſantem recipere noluerit, bannum noſtrum, id eſt ſexaginta ſolidos, componat. Si verò ſervi eccleſiaſtici aut fiſcalini noſtri, aut Comitum aut Vaſſallorum noſtrorum, hoc facere præſumpſerint, ſexaginta ictibus vapulent. Et ſi actores noſtri aut aliorum vel Advocati eos Miſſis noſtris vel Comitibus juſſi præſentare noluerint, prædictum bannum, id eſt, ſexaginta ſolidos, componant.* Et ad hanc conſtitutionem noſtram adimplendam Epiſcopi & Abbates, ſive reliqui qui beneficia noſtra habent, adjuvent Comites in ſuis hominibus diſtringendis. Et ſi Comites hanc noſtram Conſtitutionem neglexerint, hoc per Miſſos noſtros ad noſtram notitiam perferatur.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 6. Lib. 4. c. 32.

De collectis malis omnimodis inhibendis.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 10. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 17. cap. 10.

CXI. Collectæ ad malè faciendum fieri omnimodis prohibeantur. Et ubicunque hujuſmodi præſumptiones factæ fuerint, dignâ emendatione corrigantur. Et ſi per negligentiam Comitis vel factæ ſunt vel inemendatæ remanſerunt, hoc ad noſtram notitiam perferatur. Auctor verò facti, ſi fuerit Præpoſitus vel Advocatus, ſive Centenarius, vel quâlibet aliâ dignitate prædita libera perſona, poſt legalem emendationem in loco factam, ſub fidejuſſoribus ad noſtram præſentiam veniat. Multitudo verò, ſive de ſervis ſive de liberis ſit, legitimâ emendatione multetur.

Ut pontes publici qui deſtructi fuerint, iterùm extruantur.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 11.

CXII. De pontibus publicis deſtructis placuit nobis ut hi qui juſſionem noſtram in reparandis pontibus contempſerunt, volumus ac jubemus ut omnes homines noſtri in noſtram veniant præſentiam rationes reddere cur noſtram juſſionem auſi ſunt contemnere. Comites autem reddant rationem de eorum pagenſibus, cur eos aut non conſtrinxerunt ut hoc facerent, aut nobis nunciare neglexerunt. Similiter & de injuſtis teloneis, ubicunque accipiuntur, ſciant ſe exindè nobis rationem reddituros.

De examine aquæ frigidæ.

CXIII. Ut examen aquæ frigidæ, quod hactenùs faciebant, à Miſſis noſtris omnibus interdicatur ne ulteriùs fiat.

Capitulare an. 819. tit. 2. c. 12.
Lib. 2. Leg. Longobar. tit. 55. c. 31.
Hincmar. ep. 39. & in libro de divortio Lothar. p. 611.

De reverſione Comitis & pagenſium de hoſtili expeditione, ut ex eo die ſuper quadraginta dies ſit bannus reſiſus.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 13. Capitula Karoli Calvi, tit. 35 c. 33. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 14. cap. 17.

CXIV. Poſtquàm Comes & pagenſes de qualicunque expeditione hoſtili reverſi fuerint, ex eo die ſuper quadraginta noctes ſit bannus reſiſus, quod linguâ Theodiſcâ *ſcaiſlegi*, id eſt, armorum depoſitio, vocatur.

De audientia Regis. Et ut Comites & Miſſi dominici maximam curam habeant pauperum.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 14. Pontanus, pag. 503. Geſta Aldrici, p. 24.

CXV. Hoc Miſſi noſtri notum faciant Comitibus & populo quòd nos in omni hebdomada unum diem ad cauſas audiendas & judicandas ſedere volumus. Comites autem & Miſſi noſtri magnum ſtudium habeant ne fortè propter eorum negligentiam pauperes crucientur, & nos tædium propter eorum clamores patiamur, ſi noſtram gratiam habere velint. Populo autem dicatur ut caveat de aliis cauſis ſe ad nos reclamare, niſi de quibus aut Miſſi noſtri aut Comites eis juſtitias facere noluerint.

De Inferenda à Vicariis vel aliis Miſſis Comitum exigenda.

Capitulare anni 819. tit. 2. c. 15. Geſta Deogoberti l. c. 31, 37. Acta Sanctorum Ord. S. Bened. to. 4. pag. 623. De Roye, de Miſſis, p 80, extrem.

CXVI. Quicunque Vicarii vel alii Miniſtri Comitum tributum quod *Inferenda* vocatur, majoris pretii à populo exigere præſumpſerit quàm à Miſſis bonæ memoriæ genitoris noſtri conſtitutum fuit, hoc eſt, duos ſolid. pro una vacca, hoc quod injuſtè ſuperpoſuit atque abſtulit ſibique retinuit, his quibus hoc tulit cum ſua lege reſtituat, & inſuper fredum noſtrum componat, & miniſterium amittat.

De eo qui propter cupiditatem rerum quemcunque propinquorum ſuorum interfecerit.

Capitulare anni 819. tit. 3. c. 2. Lib. 1. leg Longobar. tit. 10. c. 4. Regin. lib. 2. c. 79.

CXVII. Quicunque propter cupiditatem rerum patrem, aut matrem, aut fratrem aut ſororem, vel nepotem, vel alium propinquum ſuum interfecerit, hereditas interfecti ad alios ſuos legitimos

heredes perveniat: interfectoris verò hereditas in fiscum redigatur. Ipse verò, ordinante Episcopo, publicæ pœnitentiæ subdatur.

De cujuslibet propria uxore dimissa, vel sine culpa interfectâ.

Capitular. lib. 5. cap. 300. Isaac, tit. 2. c. 6. Ivo, par. 10. c. 166.

CXVIII. Quicunque propriâ uxore derelictâ, vel sine culpa interfectâ, aliam duxerit, armis depositis, publicam agat pœnitentiam. Et si contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in custodiam mittatur, donec ad nostram notitiam deducatur. *Vide infrà, cap.* 161.

De eo qui res alienas cuilibet homini vendiderit.

Capitulare ann. 819. tit. 34. c. 4. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 25. c. 4. Ivo, par. 16. c. 342.

CXIX. Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, & ipse homo easdem res alicui alteri dederit sive vendiderit, & ipse qui tunc easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio aut alteri cuilibet necdùm legitimos annos habenti justitiæ tollendæ causâ tradiderit, volumus atque firmiter præcipimus ut si pater ejusdem parvuli vixerit, ipse intret in causam rationem reddendi pro filio suo. Si autem pater mortuus est, tunc legitimus ejus propinquus, qui justè ei tutor aut defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere compellatur. Similiter de aliis omnibus justitiis ad eum pertinentibus; exceptâ suâ legitimâ hereditate, quæ ei per successionem parentum suorum legitimè evenire debuit. Quòd si quis hanc nostram jussionem contempserit vel neglexerit, sicut de cæteris contemptoribus, ita de eo agatur. Is verò qui easdem res primus invaserit & injustè vendidit, necnon & emptores, exceptâ solâ personâ parvuli, hoc quod fraudulenter admiserunt, intrà patriam emendare cogantur. Et posteà, sicut contemptores jussionis nostræ, sub fidejussoribus ad nostram præsentiam venire compellantur. *Vide infrà, cap.* 162.

Vide supra, pag. 195.

Anno feliciter XI. *regni Domini nostri Karoli, glorioſissimi Regis, in mense Martio, qualiter congregatis in unum synodali Concilio Episcopis, Abbatibus, virisque inlustribus, unà cum Comitibus, secundùm Dei voluntatem, pro causis opportunis censentur utiliter esse decreta.*

De Metropolitanis.

Capitulare an. 779. c. 1.

CXX. De Metropolitanis, ut Episcopi suffraganei eis adjutores sint, & ea quæ ergà ministerium illorum emendanda cognoscunt, libenti animo emendent atque corrigant. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 1.

De Episcopis ordinandis.

Ibid. c. 2. Lib. 3 leg. Longobar. tit. 1. c. 2.

CXXI. De Episcopis. Ubi in præsens Episcopi ordinati non sunt, sine tarditate ordinentur.

De monasteriis sub regula constitutis.

Capitulare anni 779. cap. 3. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 3. Spicileg. tom. 9. p. 64. c. 12.

CXXII. Ut Monasteria quæ sub regula fuerint, sub regula vivant. Similiter & monasteria puellarum ordinem sanctum cùstodiant. Et unaquæque Abbatissa in suo Monasterio sine intermissione resideat.

De potestate Episcoporum super Presbyteros & Clericos.

Capitulare anni 779. cap. 4. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 1. c. 4.

CXXIII. Ut Episcopi de Presbyteris & Clericis infrà illorum parochiam potestatem habeant secundùm canones.

De incestuosis hominibus.

Capitulare an. 779. c. 5.

CXXIV. Ut Episcopi incestuosos homines emendent, & magnam diligentiam habeant ex eis. Sed & de viduis infrà suam parochiam potestatem habeant ad corrigendum.

De alterius Clerico Episcopi non recipiendo nec ordinando.

Ibid. c. 6.

CXXV. Ut non liceat alterius Clericum recipere, nec ordinare ad aliquem gradum.

De homicidis qui secundùm legem mori debent.

Ibid. c. 8. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 40. c. 2.

CXXVI. Ut homicidæ vel cæteri rei qui legibus mori debent, si ad Ecclesiam confugerint, non excusentur. Et si se emendare noluerint, nullus eis victus detur.

De decimis dandis.

Capitulare an. 779. c. 7. Lib. 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 1.

CXXVII. De decimis. Ut unusquisque suam decimam donet, atque per jussionem Episcopi dispensetur.

De latronibus ad placitum Comitis exhibendis.

Capitulare an. 779. c. 9. Lib. 2. leg. Longobar. tit. 40. c. 3.

CXXVIII. Ut latrones de infrà emunitatem illi Judices in Comitis placitum præsentent. Et qui hoc non fecerit, beneficium & honorem perdat. Similiter Vassi nostri, si hæc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant. Et qui beneficium non habent, bannum solvant.

Ut perjuria quis faciens manum perdat.

Capitular. lib. 5. cap. 196. Capitulare an. 779. c. 10.

CXXIX. De eo qui perjurium fecerit, ut nullam redemptionem solvat, sed manum perdat. Quòd si accusator contendere voluerit de ipso perjurio, stent ad crucem. Et si jurator vicerit, lege suâ accusator emendet. Hoc verò de minoribus

cauſis obſervandum. De majoribus verò rebus, aut de ſtatu ingenuitatis, ſecundùm legem cuſtodiant.

De vindicta & judicio latronum.

, Capitular. lib 5. cap. 197. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 25. cap. 66.

CXXX. De vindicta & judicio in latrones facto, teſtimonio Epiſcoporum, abſque peccato Comitis eſſe dicunt, ita tamen ut abſque invidia aut occaſione mala nihil aliud ibi interponatur niſi vera juſtitia ad perficiendum. Quòd ipſe qui per odium vel malum ingenium, niſi pro juſtitia facienda, hominem punierit, honorem ſuum perdat, & legibus contrà quem injuſtè fecit, ſecundùm pœnam quam intulit, emendet.

Ut regia ſancita inviolatè cuſtodiantur.

Capitulan. lib. 5. cap. 305.

CXXXI. Ea verò quæ bonæ memoriæ genitor noſter in ſuis placitis & ſynodis conſtituit, conſervare volumus.

De rebus Eccleſiarum de quibus cenſus exeunt, decimæ & nonæ ſolvantur.

Ibid. 198.

CXXXII. De rebus vero Eccleſiarum, undè nunc cenſa exeunt, decimæ & nonæ cum ipſo cenſo ſolvantur. Et undè anteà non exierunt, ſimiliter nonæ & decimæ dentur. De caſatis verò ſexaginta ſolidi quinque, de triginta ſolidi duo & dimidius, de quindecim tranſmiſſi quatuor. Et precariæ modò renoventur. Et ubi non ſunt ſcriptæ, fiat deſcriptio inter conventores de verbo noſtro. Et qui prædicta facere noluerint, & ſpontaneâ voluntate hæc tria perſolvere & precarias accipere citiſſimè diſtulerint, perdant beneficia quæ habebant; quæ tamen Eccleſia undè erant, abſque ullius contradictione vel impedimento, in perpetuum ſibi vindicet.

Ut de cerariis ita fiat ſicut conſtitutum eſt.

Capitular. lib. 5. cap. 199.

CXXXIII. De cerariis & tabulariis ac chartelariis ita fiat ſicut tempore longo decretum eſt.

Ne aliquis pro gildoma ſacramentum facere audeat.

Ibid. 200.

CXXXIV. De ſacramentis pro gildoma invicem conjurantibus, ut nemo facere præſumat. Alio verò modo de illorum eleemoſynis, aut de incendiis, aut de naufragiis, quamvis conhibentiam faciant, nemo in hoc jurare præſumat.

Ut palatium pergentes nemo adſallire audeat.

Ibid. 201.

CXXXV. De iterantibus qui ad palatium aut aliubi pergunt, ut eos per collectam nemo ſit auſus adſallire. Et nemo herbam alterius, defenſionis tempore, præſumat tollere, niſi in hoſtem pergat, aut Miſſus noſter ſit.

De teloneis, ſicut à longo decretum eſt, ſervetur.

CXXXVI. De teloneis, qualiter anteà forbanniti fuerunt, obſervetur ut nemo tollat niſi quod ab antiquo tempore ſtatutum erat. Ibid. 202.

De mancipiis non vendendis niſi in præſentia Rectorum.

CXXXVII. De mancipiis, ut non vendantur niſi aut in præſentia Epiſcopi vel Comitis, aut in præſentia Archidiaconi, aut Centenarii, aut Vicedomini, aut Judicis Comitis, aut antè bene nota teſtimonia. Et ut foris marcam nemo mancipia vendat. Et qui hoc fecerit, tantas vices bannum ſolvat, quanta mancipia vendidit. Et ſi non habet pretium, in guadium pro ſervo ſemetipſum Comiti donet uſquè dum ipſe bannum ſolvat. Ibid. 203.

De loricis extrà regnum non vendendis.

CXXXVIII. De bruniis, ut nullus foràs veſtro * regno vendere præſumat. * *Legend.* noſtro *&c.*

Capitulare anni 779, cap. 20. Lib. 3. Leg. Longobar. tit. 17. c. 1.

De Comite juſtitias non faciente.

CXXXIX. Si Comes in ſuo miniſterio juſtitias non fecerit, Miſſis noſtris de ſuis exſeniis ſerviat uſquè dùm juſtitiæ ibi factæ fuerint. Et ſi Vaſſus noſter juſtitias non fecerit, tunc & Comes & Miſſus noſter ad ipſius caſam ſedeant, & de ſuo vivant uſquè juſtitias faciat. Ibid. 204.

De eo qui pro faida pretium recipere noluerit.

CXL. Si quis pro faida pretium recipere non vult, tunc ad nos tranſmittatur, ut nos ipſum dirigamus ubi damnum nemini facere poſſit. Ibid. 205.

De eo qui pro faida pretium ſolvere noluerit.

CXLI. Simili modo qui pro faida pretium ſolvere non vult, & juſtitiam exindè facere, in talem locum illum mittere volumus ut pro eodem majus damnum non creſcat. Capitulare an. 779. c. 22. Lib. 1. leg. Longobar. tit. 37. c. 1.

Quid agendum ſit de latronibus.

CXLII. De latronibus ita præcipimus obſervandum, ut pro prima culpa non moriatur, ſed unum oculum perdat; de alia vero culpa, naſus ipſius latronis truncetur; de tertia culpa, ſi ſe non emendaverit, moriatur. Capitular. lib. 5. cap. 206.

Qualiter pro Rege & exercitu ejus in hac inſtanti tribulatione à fidelibus in orationibus & eleemoſynis Deo ſupplicandum ſit.

Capitular. lib. 5. cap. 207.

CXLIII. Capitulare qualiter inſtitutum eſt in hoc Epiſcoporum conſenſu; id eſt, ut unuſquiſque Epiſcopus tres Miſſas & tria pſalteria, unum pro Domno Rege, & aliud pro exercitu Francorum, tertium pro præſenti tribulatione. Preſbyter unuſquiſque Miſſas tres *. Monachi & Monachæ & Canonici, unuſquiſque pſalteria tria. Et biduanas omnes faciant, tam Epiſcopi quamque Monachi & Monachæ & Canonici. Sed & eorum infra caſatum homines, vel qui potentes ſunt. Et unuſquiſque Epiſcopus, Abbas, & Abbatiſſa, qui hoc facere poteſt, libram donet de argento aut valente in eleemoſyna; mediocres verò mediam libram; minores verò ſolidos quinque. Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ pauperes famelicos quatuor pro iſta ſtriccitate nutrire debeant uſque ad tempora meſſium. Et qui tantum non poſſunt, juxtà quod poſſibilitas eſt, ut tres, vel duos, aut unum. Comites fortiores libram de argento aut valente donent in eleemoſyna, mediocres verò dimidiam libram, de caſatis centum ſolidos quinque, de quinquaginta unciam unam. Et faciant biduanas, & eorum homines, atque eorum caſatus, vel qui hoc facere poſſunt. Et qui redimere ipſam biduanam voluerit, fortiores Comites uncias tres, minores * denarios triginta, minores ſolidum unum. Et de pauperibus famelicis, ſicut ſcriptum eſt, ipſi faciant. Hæc omnia, ſi Domino placuerit, pro Domino Rege & exercitu Francorum & pro præſente tribulatione Miſſa ſancti Johannis ſint completa.

* *Legend.* Miſſas tres faciat.

* *Leg.* mediocres.

Ne Presbyter vel reliqui Clerici aut ullus fidelium præſumat decimas vendere, vel donare, aut pignorare, Eccleſiæque quoquo modo alienare.

CXLIV. Nullus Preſbyter aut Diaconus, vel quilibet Clericus aut Laicus, decimas vendere, aut dare, vel pignorare, aut indebitare præſumat antequam eas cum omni integritate fideliter collectas habeat, & infrà ſepta Eccleſiæ cui jure debeat, & poſteà juxtà præceptum proprii Epiſcopi, ſecundùm canonicas ſanctiones atque decreta beati Gelaſii Papæ, eas diſpenſet. Si quis autem hæc parvipenderit vel infringere tentaverit, ſi quidem Clericus fuerit, gradûs ſui periculo ſubjacebit. Si verò Monachus vel Laicus fuerit, communione privetur. *Vide ſuprà, lib. 7. cap. 214.*

De providentia Epiſcopi circà Archidiaconos.

Capitulare anni 744. cap. 12. Concil. Pariſ. V I. lib. 1. c. 15.

CXLV. Ut prævideant Epiſcopi ne; cupiditas Archidiaconorum culpas nutriat Sacerdotum, quia multis modis mentitur iniquitas ſibi.

De non eiciendis de ſepulchris oſſibus mortuorum.

Capitular. lib. 6. cap. 198.

CXLVI. Ut nullus oſſa mortuorum de ſepulchris audacter eiciat.

De non jurando.

Ibid. 374.

CXLVII. Ut unuſquiſque caveat jurare, quia perjuri regnum Dei non poſſidebunt, ſicut nec adulteri.

De prædiis à Presbyteris emptis, Eccleſiis propriis confirmandis.

CXLVIII. Ut Preſbyteri pauperes ordinati, prædia comparantes, Eccleſiis confirment. *Vide ſuprà, lib. 5, cap. 52.*

Codex Canon. Eccleſ. Afric. c. 32.
Hincmari Capitula, tit. 2. c. 18.
Regino, lib. 1. c. 219.
Burchard. lib. 3. c. 118.

De ſatisfactione cotidianorum delictorum.

CXLIX. Ut ſicut ſine culpa nemo cotidie, ita ſine cotidiana ſatisfactione nullus eſſe debet, etiam Sacerdotum.

De communicantium ſuſpenſione.

CL. Ut doceantur communicantes duabus vel tribus ſe ſuſpendere horis, propter admixtionem cibi. *Vide ſuprà, cap. 93.*

De conventu Presbyterorum ad civitatem, cauſâ diſcendi.

Capitular. lib. 5. c. 25 lib. 7. cap. 130, 147.

CLI. Ut Preſbyteri ſingillatim ſub diſpoſitione Epiſcopi in civitates veniant ſua ad tractanda miniſteria.

De pauperum collectione à Presbyteris.

CLII. Ut Preſbyteri cotidie duos vel tres pauperes colligant ad lavandos pedes.

De non vendendis Eccleſiarum decimis.

CLIII. Ut ulteriùs non præſumant Preſbyteri decimas vendere, quæ in pauperum & Eccleſiarum uſibus dantur, ſicut hactenùs, mirabile dictu, horreis veteratæ ſunt, ad theſaurorum cumulum: in cujus rei teſtimonio multi pauperum de manibus Sacerdotum requirendi moriuntur. Sed ubi Deo largiente abundaverint, ad ſuſtentationem pauperum parentur famis tempore.

De Formatis faciendis. Et ut ſine Formata nullus proficiſcatur Clericus. Ex Concilio Africano vel Milevitano, capitulo XX. *Ut ſine Formatis nemo ad comitatum proficiſcatur, vel qualiter fiant Formatæ.*

Concil. Milevit. II. c. 20.

CLIV. Placuit ut quicunque Clericus propter neceſſitatem ſuam alicubi ad comitatum ire voluerit, Formatam ab Epiſcopo ſuo accipiat. Quòd ſi ſine Formata voluerit pergere, à communione removeatur. Quòd ſi alicubi ei repentina neceſſitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud Epiſcopum loci ejus ipſam neceſſitatem, & de hoc ſcripta ejuſdem Epiſcopi deferat. Formatæ autem quæ à Primatibus vel à quibuſcunque Epiſcopis Clericis propriis dantur, habeant diem Paſchæ. Quòd ſi adhuc ejuſdem anni Paſchæ dies incertus eſt, ille præcedens adjungatur, quomodò ſolet *Poſt Conſulatum* in publicis geſtis adſcribi.

De Clericis neglegentibus. Ex Concilio Agathenſi, capitulo II. *De contumacibus Clericis & ad officium tardis.*

Capitular. lib. 7. cap. 237, 311.

CLV. Contumaces verò Clerici, prout dignitatis ordo permiſerit, ab Epiſcopis corrigantur. Et ſi qui prioris gradûs elati ſuperbiâ communionem fortaſſè contempſerint, aut Eccleſiam frequentare vel officium ſuum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur; ità ut cùm eos pœnitentia correxerit, reſcripti in matricula, gradum ſuum dignitatemque recipiant.

De non pergendum Clericis ſine permiſſu Epiſcopi ad Judices ſeculares. Ex Concilio Agathenſi, capitulo XXXII. *Ut Clericus inconſulto Epiſcopo ad Judicem ſecularem non pergat.*

Ibid. lib. 6. c. 157. & ſeq.

CLVI. Clericus nequaquam præſumat apud ſecularem Judicem, Epiſcopo non permittente, pulſare; ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat: nec audeat criminale negotium in judicio ſeculari proponere. Si quis verò Secularium per calumniam Eccleſiam aut Clericum fatigare tentaverit, & victus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus & à catholica communione, niſi dignè pœnituerit, coerceatur.

Ne Clericus vel Monachus ſine licentia Epiſcopi ſui proficiſcatur. Ex Concilio Agathenſi, capitulo XXXVIII. *Ut ſine epiſtola Epiſcopi ſui non liceat Clerico vel Monacho proficiſci.*

Ibid. lib. 7. cap. 269.

CLVII. Clericis ſine commendatiis epiſtolis Epiſcopi ſui licentia non pateat evagandi. In Monachis quoquè præſentis ſententiæ forma ſervetur. Quod ſi verborum increpatione non emendaverit, etiam verberibus ſtatuimus eum coerceri.

Ne Clericus ſine permiſſu Epiſcopi ſui proficiſcatur. Ex Concilio Agathenſi, capitulo LII. *De Clericis qui ſine epiſtola Pontificis ſui proficiſcuntur.*

Ibid. lib. 6. cap. 154.

CLVIII. Preſbyter aut Diaconus vel Clericus ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulans, communionem ei nullus impendat.

De his qui in propriis provinciis non communicant. Ex Concilio Africano, capitulo XVIII.

Concil. Afric. c. 72.

CLIX. Placuit ut quicunque non communicans in propria provincia, in aliis provinciis vel tranſmarinis partibus ad communicandum obrepſerit, jacturam communionis vel clericatûs excipiat.

De patratoribus diverſorum malorum.

Concil. Paris. VI. lib. 3. c. 2. Add. II. cap. 21.

CLX. Sunt ſanè diverſorum malorum patratores, quos & lex divina improbat & condemnat; pro quorum etiam diverſis ſceleribus & flagitiis populus fame & peſtilentiâ flagellatur, & Eccleſiæ ſtatus infirmatur, & regnum periclitatur. Et quamquàm hæc in ſacris eloquiis ſatis ſint exſecrata, nos neceſſarium prævidimus iterûm noſtrâ admonitione & exhortatione atque prohibitione præcaveri omninò oportere; ſicut ſunt diverſarum pollutionum patratores, quas cum maſculis & pecoribus nonnulli diverſiſſimis modis admittunt, quæ incomparabilem dulcedinem piiſſimi Creatoris ad amaritudinem provocantes, tantò graviùs delinquunt quantò contrà naturam peccant. Pro quo etiam ſcelere igne cœleſti conflagratæ, infernique hiatu quinque abſorptæ ſunt civitates, necnon & quadraginta & eo ampliùs millia ſtirpis Benjaminææ mucrone fraterno confoſſa ſunt. Hæc porrò indicia & evidentes vindictæ declarant quàm deteſtabile & exſecrabile apud divinam majeſtatem hoc vitium extet. * Scimus enim quoniam talium criminum patratores Lex Romana, quæ eſt omnium humanarum mater Legum, igne cremari jubet. Vobis ergò omnibus terribiliter denuntiamus, veſtriſque cunctis, ac vobis famulantibus atque ſubditis, unà vobiſcum ſub Dei diſtricto judicio atque fidelitate noſtra præcipimus ab his caveri, & hæc facientibus nec verbis nec factis ullo modo conſentire; quoniam qui talia agunt, Apoſtolo pollicente, regnum Dei non conſequentur. Tempus namque eſt ut multitudini pe-

Gen. 19.

Judic. 20.

* Quæ ſequuntur non extant in Concil. Pariſienſ. & ſunt Ludovici Pii.

L. 6. Cod. Theod. de adulteris. Regin. lib. 2. c. 261.

Gal. 5.

S. Bonifac. ep. 19.

reuntis populi parcatis, quæ ſequendo exempla peccantis Principis cadebat in puteum mortis: quia quantoſcunque vel per bona exempla ad vitam cœleſtis patriæ contrahimus, vel per mala exempla ad perditionem ſequentes præimus, de tantis procul dubio ab æterno Judice vel pœnas vel præmia accepturi ſumus. Si enim gens noſtra, ſicut per iſtas provincias divulgatum eſt, & nobis in Francia & in Italia improperatur, & ab ipſis Paganis improperium eſt, ſpretis legalibus connubiis, adulterando & luxuriando ad inſtar Sodomitanæ gentis fœdam vitam duxerit, de tali commixtione meretricum æſtimandum eſt degeneres populos & ignobiles, & furentes libidine, fore procreandos, & ad extremum univerſam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem, & noviſſimè nec in bello ſeculari fortem, nec in fide ſtabilem, & nec honorabilem hominibus nec Deo amabilem eſſe venturam: ſicut aliis gentibus Hiſpaniæ & Provinciæ & Burgundionum populis contigit, quæ ſic à Deo recedentes fornicatæ ſunt, donec Judex omnipotens talium criminum ultrices pœnas per ignorantiam legis Dei, & per Sarracenos venire & ſervire permiſit. Et notandum quod in illo ſcelere aliud immane flagitium ſubterlatet, id eſt homicidium. Quia dùm illæ meretrices, ſive monaſteriales, ſive ſeculares, malè conceptas ſoboles in peccatis genuerunt, ſæpè maxima ex parte occidunt; non implentes Chriſti Eccleſias filiis adoptivis, ſed tumulos corporibus, & inferos miſeris animalibus ſatiant. Abſit enim ut pro talibus * pereatis, & nos ſimul cum regno cadamus, gloriaque totius regni pereat; quoniam ex præcedentibus agnovimus quæ ſecuturis, niſi præviſa fuerint, poſſunt evenire. Satius eſt quoquè nobis talibus carere, quàm cum his ruere, regnumque ab ethnicis atque ejus popularibus futuro tempore adnullari vel poſſideri. Scire enim vos cupimus quia quicunque ſuper his aut faciens aut libenter conſentiens inventus fuerit, nos eum juxtà prædictam Romanam Legem velle punire.

S. Bonif. ep. 19. Gratian. diſt. 56. c. 10. *Si gens Anglorum.* *Vide* ſuprà, lib. 7. cap. 143. pag. 1056.

Vide Vitam S. Liobæ.

* peccatis.

De eo qui, propriâ uxore derelictâ, vel ſine culpa interfectâ, aliam ducit.

CLXI. Quicunque propriâ uxore derelictâ, vel ſine culpa interfectâ, aliam duxerit, armis depoſitis, publicam agat pœnitentiam. Et ſi contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in cuſtodia mittatur, donec res ad noſtram notitiam deducatur.

Suprà, c. 118.

De eo qui res alienas malo ingenio emptas filio ſuo, aut cuilibet perſonæ legitimos annos non habenti, tradiderit.

CLXII. Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, & ipſe homo qui eaſdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio, aut alteri cuilibet necdùm legitimos annos habenti, juſtitiæ tollendæ causâ tradiderit, volumus atque firmiter præcipimus ut ſi pater ejuſdem parvuli vixerit, ipſe intret in cauſam rationem reddendi pro filio ſuo. Si autem ipſe pater mortuus eſt, tunc legitimus ejus propinquus, qui juſtè ei tutor aut defenſor eſſe videtur, pro ipſo rationem reddere compellatur: ſimiliter de aliis omnibus juſtitiis ad eum pertinentibus; exceptâ ſuâ legitimâ hereditate, quæ ei per ſucceſſionem parentum ſuorum legitimè evenire debuit. Quòd ſi quis hanc noſtram juſſionem contempſerit vel neglexerit, ſicut de cæteris contemptoribus, ità de eo agatur. Is verò qui eaſdem res primus invaſit & injuſtè vendidit, necnon & emptores, exceptâ ſolâ perſonâ parvuli, hoc quod fraudulenter admiſerunt, intrà patriam emendare cogantur, & poſteà, ſicut contemptores juſſionis noſtræ, ſub fidejuſſoribus ad noſtram præſentiam venire compellantur.

Suprà, c. 119.

Ut de uno manſo ad Eccleſiam dato nullum humanum exigatur ſervitium. Quod qui fecerit, cum ſua lege emendet.

CLXIII. De uno manſo ad Eccleſiam dato, de quo aliqui homines contrà ſtatuta ſibi ſervitium exigunt, quicunque pro hac cauſa accuſatus fuerit, Comes vel Miſſi hoc quod indè ſubtractum eſt, Preſbyteris cum ſua lege reſtitui faciant. Et quicunque de uno manſo ad Eccleſiam dato præter eccleſiaſticum exegerit ſervitium, Epiſcopo vel Comite diſtringente, hoc legibus emendet.

Capitular. lib. 5. cap. 100.

Ibid. 214.

De his qui nonas & decimas, vel reſtaurationes aut cenſus, dare neglegunt, ut hoc legibus emendent, & inſuper bannum noſtrum perſolvant.

CLXIV. De his qui nonas & decimas jàm per multos annos, aut ex parte aut ex toto, dare neglexerunt, volumus ut per Miſſos noſtros conſtringantur ut ſecundùm Capitularem priorem ſolvant unius anni nonam & decimam cum ſua lege, & inſuper bannum noſtrum. Et hoc eis denuntietur, quòd quicunque hanc neglegentiam

Ibid. 216.

gentiam iteraverit, beneficium undè hæc nona & decima peſolvi debuit, amiſſurum ſe ſciat. Ita enim continetur in Capitulare bonæ memoriæ genitoris noſtri in libro I, capitulo CLVII, ut nonæ & decimæ legibus rewadientur, & inſuper bannus dominicus à neglegente perſolvatur.

Ut qui Eccleſiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Eccleſiæ cujus res ſunt, donent. Et de nonis & decimis non redimendis, niſi Epiſcopo placuerit.

Capitular. lib. 1. cap. 137. CLXV. Qui tale beneficium habent, & ad medietatem laborant, ut de eorum portione proprio Preſbytero decimas donent. Item in Capitulari noſtro in libro II, capitulo XXI, de eadem re. *De nonis quidem & decimis, undè & genitor noſter & nos frequenter & in diverſis placitis admonitionem fecimus, & per Capitularia noſtra qualiter hæc obſervantur ordinavimus, volumus atque jubemus ut de omni conlaborato, de vino & de ſano, pleniter & fideliter ab omnibus nona & decima perſolvatur. De nutrimine verò quod in decima dandum eſt, ſicut hactenùs conſuetudo fuit, ab omnibus obſervetur. Si quis tamen Epiſcoporum fuerit qui argentum pro hoc accipere velit, in ſua maneat poteſtate, & juxtà quod ei & illi qui hoc perſolvere debet, convenerit.*

De his qui decimam Eccleſiæ injuſtè, non ſecundùm diſpoſitionem Epiſcopi cui debetur, auferunt, & aliubi aut propter amicitiam aut propter munera dare præſumunt.

Ibid. lib. 5. cap. 176. CLXVI. Quicunque decimam abſtrahit de Eccleſia ad quam per juſtitiam dari debet, & eam præſumptiosè vel propter munera aut amicitiam, aut aliam quamlibet occaſionem, ad alteram Eccleſiam dederit, à Comite vel à Miſſo noſtro diſtringatur ut ejuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat.

De his qui decimas, niſi à ſe quoquo modo redimantur, dare negleguni, ut firmiter diſtringantur, qualiter vel inviti hoc emendent.

Ibid. 101. CLXVII. Decimas quæ populus dare non vult, niſi quo vult modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt ne fiat. Et ſi quis contemptor inventus fuerit, ut nec Epiſcopum nec Comitem audire velit, ſi noſter homo fuerit, ad noſtram præſentiam venire compellatur. Cæteri verò diſtringantur, ut inviti Eccleſiæ reſtituant qui voluntariè dare neglexerunt.

De his qui reſtaurationes Eccleſiarum earumque domorum facere, vel decimas & nonas dare, neglegunt, ſi ſe non correxerint, ut beneficia perdant.

Ibid. 177. Capitulare anni 849, tit. 1. c. 9. Lib 3. leg. Longobar. tit. 3. c. 5. CLXVIII. Quicunque de rebus Eccleſiarum quas in beneficium habent, reſtaurationes earum facere neglexerint, juxtà Capitularem anteriorem, in quo de operibus ac nonis & decimis conſtitutum eſt, ſic de illis adimpleatur, id eſt, in libro quarto, capitulo XXXVIII. *De opere verò vel reſtauratione Eccleſiarum Comes & Epiſcopus, ſive Abba, unà cum Miſſo noſtro quem ipſi ſibi ad hoc elegerint, conſideratione faciant, ut unuſquiſque eorum tantùm indè accipiat ad operandum & reſtaurandum, quantùm ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter & Vaſſi noſtri aut in commune tantùm operis accipiant, quantùm rerum eccleſiaſticarum habent, aut unuſquiſque per ſe juxtà quantitatem quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit ut pro opere faciendo argentum donent, juxtà æſtimationem operis in argento perſolvant: cum quo pretio Rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operarios conducere & materiam emere poſſit. Et qui nonas & decimas dare neglexerit, primùm quidem illas cum lege ſua reſtituat, inſuper & bannum noſtrum ſolvat; ut ita caſtigatus caveat ne, ſæpiùs iterando, beneficium amittat.*

Ut hi qui terras dominicatas propterea excolere noluni ut nonas & decimas indè non ſolvant, pleniter conſtringantur ut hæc de tribus annis legibus perſolvant.

Capitular. lib. 5. cap. 178. CLXIX. De illis qui agros dominicatos propterea neglegunt excolere ut nonas & decimas exindè non perſolvant, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus ut de tribus annis ipſam nonam & decimam cum ſua lege perſolvant. Et ſi quis contemptor aut Comitis aut Miſſorum noſtrorum propter hoc extiterit, per fidejuſſores ad palatium venire compellatur. *Vide ſuprà, cap.* 103.

De teloneis, ubi non exigantur.

Ibid. lib. 4. cap. 31. CLXX. Statutum eſt ut ubi tempore avi noſtri Domini Pippini conſuetudo fuit teloneum dare, ibi & in futurum detur: nam ubi noviter incoeptum eſt, ulteriùs non agatur. Et ubi neceſſe non eſt fluvium aliquem ponte tranſmeare, vel ubi navis per mediam aquam & ſub ponte ie-

rit, & ad ripam non adpropinquaverit, nec ibi aliquid emptum vel venundatum fuerit, ulteriùs teloneum non detur. Et nemo cogat alium ad pontem ire ubi juxtà pontem aquam transmeare potest. Et qui ulteriùs in talibus locis, vel de his qui ad palatium seu in hostem pergunt, teloneum exactaverit, cum sua lege ipsum teloneum reddat, & bannum nostrum, id est, sexaginta solidos, componat.

De rebus Ecclesiæ quæ absque ulla repetitione ab eadem Ecclesia per triginta annos possessæ sunt, ut nulla testimonia super hanc deinceps possessionem recipiantur.

CLXXI. Ut de rebus Ecclesiarum quæ ab eis per triginta annorum spatia sine ulla interpellatione possessæ sunt, testimonia non recipiantur; sed eo modo contineantur sicut res ad fiscum nostrum pertinentes contineri solent.

Capitulare anni 819, tit. 1. c. 8. Regin lib. 1. c. 19. Burchard. lib. 3. cap. 150. Cap. 1. de Præscriptionib in prima Collect. Decretal.

ISAAC,

EPISCOPI LINGONENSIS CANONES,

SIVE

SELECTA CAPITULA EX TRIBUS POSTREMIS CAPITULARIUM LIBRIS.

Sirmond. Conc. Gallic. to. 3. p. 644-677.

Incipit Præfatio Operis ſequentis.

Cum opportunitas eccleſiaſtica exigit ut contrà delinquentes & errantes paſtoralis ſententia proferatur, frequenter evenit ut remedia quæ ſummo caritatis & pietatis ardore à Patribus anxiis præparantur, à filiis ægrotantibus ad ſuam perniciem reſpuantur. Et quia nec affectum medentium, nec ſuum, ut expediret periculum damnationis, perpendunt, oblata quæque faſtidiunt, & velut inefficacia, quia ſunt domeſtica, medicamenta contemnunt. Idcircò ego Isaac, indignus Lingonenſis Epiſcopus, propter quorundam minùs adquieſcentium deſidiam, & querulam contrà paſtoralem ſollicitudinem improborum inſolentiam, qui omnia quæ ad emendationem vel ad ſuam cautelam dicuntur, à nobis ficta & excogitata garriunt & inventa, utile duximus quædam ſaluberrimarum Capitula ſanctionum, quæ ſanctæ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ Legatus venerabilis Bonefacius, Magonciacenſis Archiepiſcopus, vice Zachariæ Papæ, unà cum orthodoxo Karlomanno, Francorum Principe, in duobus Epiſcoporum Conciliis ad honorem & profectum Eccleſiæ Dei conſcripſit, quæque etiam idem Papa Zacharias ſub anno Incarnationis Dominicæ DCCXLII. auctoritate apoſtolicâ confirmavit, & omnibus Eccleſiæ Dei Fidelibus inrefragabiliter obſervanda conſtituit, revolvere, & ad meam meorumque utilitatem quædam ex his quæ in quæſtionem ſæpiſſimè veniunt, colligere & in unum corpuſculum adgregare; quatinùs ſi noſtra calumniaverint, vel ſiniſtrâ interpretatione labefactare tentaverint, apoſtolicâ pariter & regali auctoritate compreſſi, de cætero conticeſcant, & ſalutiferis curationibus vel inviti, cùm cauſa exegerit, adquieſcant.

☞ [Sirmondus hîc inſeruit, poſt Præfationem, tres Canones quos Baluzius omittendos duxit. Horum primus eſt cap. VIII. Capitularis Karoli Calvi, anni 853, infrà Tom. II. pag. 55, & etiam Caput VIII. Capitularis anni 868, infrà Tom. II. pag. 206; ſecundus eſt Caput XIV. Capitularis Ludovici II, anni 867, infrà Tom. II. pag. 366; tertius denique Canon eſt Capitularium Lib. I. cap. 85, Lib. V. cap. 214, & Caput X. Capitularis anni 816, ſuprà pag. 565. Sat eſt illos Canones hîc indicaſſe: ab his referendis & nos abſtinebimus.]

INDEX TITULORUM.

I. De Pœnitentibus.
II. De Homicidiis.
III. De Adulteriis.
IV. De Incestis.
V. De Raptoribus.
VI. De Rapacibus.
VII. De Sacrilegis.
VIII. De Juramentis.
IX. De Excommunicatis.
X. De Stabilitate Sacerdotum in titulis.
XI. Capitula ecclesiasticis utilitatibus satis congrua.

TITULUS PRIMUS.

DE PŒNITENTIBUS.

1. *De pœnitentibus non cogendis vinum bibere.*
2. *De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.*
3. *De pœnitente cujus crimen pervulgatum est.*
4. *De pœnitentibus qui Eucharistiam acceperint in infirmitate positi.*
5. *De pœnitentum absolutione, ut per manûs impositionem Episcoporum, vel Sacerdotum precibus fiat.*
6. *Ut pœnitens, ostensis pœnitentiæ fructibus, communionem recipiat.*
7. *Ut pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, super caput cilicium à Sacerdote consequantur.*
8. *Ut omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdote imponatur.*
9. *Ut lapsi per manûs impositionem Episcopi absolvantur.*
10. *Ut pœnitentes communicent qui antè reconciliationem moriuntur.*
11. *Ut criminalia peccata multis jejuniis & crebris manûs impositionibus à Sacerdote purgentur.*
12. *Ut pœnitentibus juxtà canonicam auctoritatem pœnitentia detur, & antè suspensos à communione excubare faciant ad Ecclesiæ officium.*
13. *De his qui separati à communione fuerint pœnitentibus.*
14. *Ne in confinio mortis pœnitens à reconciliatione diutinè suspendatur.*
15. *De pœnitentibus qui ex gravioribus levioribusque commissis pœnitentiam gerunt.*
16. *Ut pœnitentes qui ex gravioribus peccatis pœnitentiam gerunt, tribus annis sint inter audientes, si veram pœnitentiam gesserint.*
17. *Ut qui pœnitentiam publicè gerunt, uno anno cum cilicio sint inter audientes.*
18. *De pœnitentibus transgressoribus.*
19. *De neglegentioribus pœnitentibus.*
20. *De eo qui pœnitentiam in infirmitate petit.*
21. *Ut pœnitentes non se credant absolutos sine manûs impositione.*
22. *De pœnitentibus qui antequàm leges pœnitentiæ exequantur, si casu in itinere aut in mari mortui fuerint.*
23. *Ut nullus vitam sine communione finiat, nec unctione benedicti olei careat.*
24. *Ut nullus Presbyter ampliùs quàm unam Ecclesiam sibi vindicet.*
25. *De non recipiendis alienis pœnitentibus.*
26. *Ut tempus pœnitentium in consideratione Episcopi consistat.*
27. *De pœnitentum conversatione & fide.*
28. *De satisfactione pœnitentiæ.*
29. *De mensura pœnitentiæ.*
30. *De arbitrio Episcopi ergà pœnitentes.*
31. *De remissione pœnitentum.*
32. *Quòd pœnitentibus nulla lucra negotiationis exercere conveniat.*
33. *Ut nemo pœnitentem alterius parochiæ absolvat.*
34. *De his qui pœnitentiâ acceptâ moriuntur.*
35. *Ut nullus Presbyter pœnitentes inconsulto Episcopo reconciliare audeat.*
36. *Qui luget, abstinere debet à conviviis.*
37. *De pœnitentibus, qualiter pœnitentiam debeant accipere.*
38. *De pœnitentibus quæ, defunctis viris, aliis nubere præsumunt.*
39. *De confessionibus fidelium accipiendis, qualiter pro modulo & qualitate peccati sit pœnitentiæ temporis institutio.*

Titulus II. De Homicidiis.

1. *De Presbyteris occisis.*
2. *De homicidiis in Ecclesiis vel in atriis*

earum perpetratis.
3. *De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.*
4. *De homicidiis prohibendis.*
5. *De occiſione Clericorum & Sacerdotum atque Monachorum.*
6. *De eo qui propriam reliquit uxorem, vel ſine culpa interfecit, & aliam ducit.*
7. *Ut non ſit ſanguinis Chriſtianorum temeraria effuſio.*
8. *De eo qui occiderit Clericum aut Monachum, ut arma relinquat.*
9. *De Sacerdotibus & Levitis atque Monachis interfectis vel debilitatis.*
10. *Quòd homicidæ antè Deum deputentur qui res Eccleſiæ vaſtant.*
11. *De homicidiis infantium.*
12. *De homicidis quid agendum ſit.*
13. *De his qui priùs non habentes odium, ſed ſe defendentes, aliquem occiderint, qualiter corrigendi ſint.*
14. *De mulieribus & viris infantes opprimentibus.*

TITULUS III. De Adulteriis.

1. *De eo qui habet mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea.*
2. *De his qui virginibus Deo dicatis ſe ſociant.*
3. *Quòd blaſphemiam Deo inferat qui ſe cum Deo ſacrata miſcuerit.*
4. *Si Clericus cum Deo ſacrata ſe commiſcuerit.*
5. *Quòd ſacrilegi & violatores, juxtà Apoſtolum, ſunt qui violant ſacratarum feminarum corpora.*
6. *Quòd fornicatio omnibus peccatis periculoſior eſſe perhibetur.*
7. *De Secularibus qui ſuas uxores derelinquunt.*
8. *De muliere quæ duobus fratribus nupſerit, & de viro ejus.*
9. *De muliere quæ adulteraverit virum ſuum. Similiter & de viro qui uxorem ſuam adulteraverit.*

TITULUS IV. De Inceſtis.

1. *De inceſtis.*
2. *De inceſtuoſis.*
3. *Item de inceſtuoſis.*
4. *Ut Epiſcopi inceſtuoſos emendent & corrigant.*
5. *Ut inceſti & parricidæ canonicè coerceantur.*
6. *De inceſtis criminoſis, ac de infirmis & pœnitentibus, atque de jejunio quatuor Temporum.*
7. *De eo qui ſe inceſtuoſo ordine his perſonis quibus regulis prohibitum eſt, conjunxerit.*
8. *De inceſtis. Ex libro Legum Theodoſii tertio, cap.* XII, *de inceſtis.*
9. *Ut devotam Deo virginem vel viduam nullus conjugem accipiat.*
10. *De inceſtis quid agendum ſit.*
11. *De his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecudum uſquè ad affinitatis lineam cum conſanguineis inceſtum commiſerunt, ſive cum maſculis concubuerunt.*
12. *Ut inceſti à Sacerdotibus & Deum timentibus hominibus fideliter perquirantur, & canonicè puniantur.*
13. *Quòd inceſtum committit qui ſe conſanguineæ ſuæ uſquè ad affinitatis lineam conjungit.*
14. *Ut inceſti, quandiù in ſcelere manent, non fidelium Chriſtianorum, ſed tantùm aut Gentilium, aut catechumenorum, vel energumenorum locum teneant.*
15. *Item de inceſtis.*

TITULUS V. De Raptoribus.

1. *De raptu viduarum.*
2. *De raptis & de earum raptoribus.*
3. *De puellis raptis necdùm deſponſatis.*
4. *De deſponſatis, & ab aliis raptis.*
5. *De raptu alienarum ſponſarum.*
6. *Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit, ducat uxorem; ſed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.*
7. *De raptoribus viduarum vel virginum; & ut fœminæ ſacris altaribus non miniſtrent.*
8. *De his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores, & qualiter de raptis agendum ſit.*

TITULUS VI. De Rapacibus.

1. *De his qui infrà regnum per vim aliquid rapuerint.*
2. *De his qui infrà regnum rapinas faciunt.*
3. *Ut ſocios ſuos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa.*
4. *De his qui diripienda indicare reperiuntur.*
5. *De eo qui facultatem deprædationis dederit.*
6. *Ut qui res Eccleſiæ vaſtant, invadunt, vel diripiunt, ſi monente Epiſcopo non ſe correxerint, communione priventur.*
7. *De his qui res Eccleſiæ traditas invadunt vel vaſtant, aut abſque proprii Epiſcopi conſenſu accipiunt.*

8. *De his qui oblationes defunctorum retinent*
9. *De Abbatibus, Presbyteris, vel reliquis Miniſtris, rebus eccleſiaſticis non alienandis.*

TITULUS VII. De Sacrilegis.

1. *Quòd prædones Eccleſiæ ſacrilegi ſint, ſicut ſcripturæ teſtimonio comprobatur.*
2. *Quòd ea quæ Domino conſecrantur, ad jus eccleſiaſticum pertineant.*
3. *Ut ſi quis dignitatem præſumpſerit quam non meruit à Principe vel Seniore juſto, ſacrilegus habeatur.*
4. *De ſacrilegis, quòd fures ſint, teſte ſcripturâ.*
5. *Quòd quicquid offertur Domino, ſanctum ſanctorum ſit, & ad jus pertineat Sacerdotum.*
6. *De his ſacrilegis qui Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus injurias inferunt.*
7. *Quòd omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur.*
8. *Ut omnes agnoſcant quantum malum ſit Deo ſacratas vel reliquas inceſtare.*
9. *Ut capitali ſententiâ multentur qui ſacrilegia, adulteria, prædationes, aut devaſtationes exercuerint.*
10. *De plebe adversùs ſacrilegos cuſtodienda.*

TITULUS VIII. De Juramentis.

1. *De ſacramentis leviter non jurandis.*
2. *De perjuriis cavendis.*

TITULUS IX. De Excommunicatis.

1. *Cum excommunicatis non licere communicare.*
2. *De eo qui excommunicatus pro ſuo negligeſſo fuerit.*
3. *De his qui cum excommunicato communicaverint.*
4. *De his qui Epiſcoporum vocationem vel correptionem contempſerint.*
5. *De his qui Epiſcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.*
6. *De non parvipendenda excommunicatione Sacerdotum.*
7. *Ut quicunque ſynodalem excommunicationem tranſgreſſus fuerit, in ſynodo ſpem recuperationis non habeat.*
8. *Quòd excommunicati à Sacerdote, antequàm canonicè reconcilientur, non poſſint majores natu accuſare.*
9. *De modis excommunicationis tam de Clericis quàm de Laicis.*
10. *Item de eadem re.*

TITULUS X. De ſtabilitate Sacerdotum in titulis propriis.

1. *Ut Clericus in Eccleſia in qua prætitulatus eſt, permaneat.*
2. *Ut in titulis in quibus Presbyteri conſecrantur, antè ſuam promotionem ſtabilitatem promittant.* EXPLICIT.

TITULUS X. Incipiunt alia Capitula eccleſiaſticis utilitatibus ſatis congrua.

1. *De eo qui filiaſtrum aut filiaſtram antè Epiſcopum tenuerit.*
2. *De eo qui filiaſtram ſuam contrà voluntatem ipſius dederit ingenuo vel ſervo.*
3. *De Presbytero ſuſpicioſo.*
4. *Ut Presbyteri chriſma diligenter cuſtodiant.*
5. *Item undè ſuprà.*
6. *Ut malum ebrietatis omninò vitetur.*
7. *De Eccleſia ædificanda.*
8. *De non judicando quemquam abſque legitimo accuſatore.*
9. *Quòd Laicis non ſit de religione præſumendum.*
10. *Si quis Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, ad bellum proceſſerit, deponatur.*
11. *De his qui volunt aquam conſecratam in Sabbato ſancto accipere.*
12. *De confirmatione Epiſcoporum à plebe ſollicitè quærenda.*
13. *De viro & muliere in matrimonio copulatis, & poſteà dicente eâ non poſſe eum nubere cum ea.*
14. *De raptoribus & raptis virginibus vel viduis.*
15. *De his qui in domo ſua oratorium fecerint.*
16. *De expoſitis infantibus ac collectione eorum.*
17. *De quorum baptiſmate abſque diſſimulatione dubitatur, ut rebaptizentur præceptum eſt.*
18. *Qui ſint dies purificationis mulieris.*
19. *De conſervanda fide inter virum & uxorem.*
20. *De Sacerdotibus qui miniſterium ſuum adimplere non valent.*
21. *Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum aut Clericum ſine conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.*
22. *Ut Presbyteri in Eccleſiis inconſulto Epiſcopo nec conſtituantur, vel de Eccleſiis expellantur.*
23. *Ut inlicitus acceſſus feminarum ad altare non fiat, nec ullæ feminæ vaſa ſacra, aut corpus & ſanguinem Domini, contrectare præſumant.*
24. *De violatoribus ſepulchrorum.*
25. *De Clericis, ſi ebrietatem non vitave-*

rint, ut excommunicentur aut verberentur.
26. *Ut teſtes, priuſquam de cauſa interrogentur, ſacramento conſtringantur.*
27. *Ut mancipia quæ Judæi emerint aut circumciderint, ab eorum poteſtate auferantur.*
28. *De vagis & levibus Sacerdotibus ac Clericis.*
29. *De caſtitate eorum qui conjugio ſunt copulandi.*
30. *De his qui à Chorepiſcopo confirmati ſunt.*
31. *Item de Chorepiſcopis.*
32. *De his qui ſeipſos quocunque modo necant.*
33. *Qualiter hæc Statuta ſervanda ſint; & de his qui hæc contempſerint, ſive Clericis, ſive Laicis, quid agendum ſit.*

TITULUS PRIMUS.

DE PŒNITENTIBUS.

De pœnitentibus non cogendis vinum bibere.

Ex lib. v. Capitularis, cap. LV.

Capitular. lib. 5. c. 51; lib. 1. cap. 151.

I. UT nullus Preſbyter aut Laicus pœnitentem cogat vinum bibere aut carnem manducare, niſi ad præſens pro ipſo unum vel duos denarios juxtà qualitatem pœnitentiæ dederit.

De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.

Ex eodem libro, cap. CVII.

Capitular. lib. 5. cap. 107; lib. 4. cap. 18; & Capitulare I. an. 819, cap. 5.

II. Qui hominem pœnitentiam publicam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & wirgildum proximis ejus perſolvat.

De pœnitente cujus crimen pervulgatum eſt.

Ex eodem libro, cap. CXVII.

Capitular. lib. 5. cap. 117.

III. In Concilio Carthaginenſi de hac re præcipitur, ut ſi cujuſquam pœnitentis publicum & vulgatiſſimum crimen eſt, quod univerſam commoverit Eccleſiam, antè abſidam manus ei imponatur. Et alibi in canonibus vel in decretalibus Leonis Papæ præcipitur de eadem re, ut abſolutio pœnitentium per manûs impoſitionem Epiſcoporum ſupplicationibus fiat. Et reliqua multa talia, & horum ſimilia.

De pœnitentibus qui Euchariſtiam acceperint in infirmitate poſiti.

Ex eodem libro, cap. CXVIII.

Ibid. 118. Infrà, c. 21.

IV. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manûs impoſitione, ſi ſupervixerint.

De pœnitentum abſolutione, ut per manûs impoſitionem Epiſcoporum, vel Sacerdotum precibus fiat.

Ex eodem libro, cap. CXX.

Capitular. lib. 5. cap. 120.

V. Si quis in periculo vel pace aut in infirmitate pœnitentiam acceperit, ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. *Vide* ibid. cap. 140. Infrà, c. 20.

Ut pœnitens, oſtenſis pœnitentiæ fructibus, communionem recipiat.

Ex eodem libro, cap. CXXI.

Capitular. lib. 5. cap. 121.

VI. Ut pœnitentes, oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manûs impoſitione percipiat.

Ut pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, ſuper caput cilicium à Sacerdote conſequantur.

Ex eodem libro, cap. CXXII.

Ibid. 122; lib. 7. cap. 310.

VII. Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manuum & cilicium ſuper capita à Sacerdote, ſicut ubique conſtitutum eſt, conſequantur.

Ut omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdote imponatur.

Ex eodem libro, cap. CXXIII.

Ibid. lib. 5. cap. 123.

VIII. Omni tempore jejunii manus pœnitentibus à Sacerdote imponantur.

Ut lapſi per manûs impoſitionem Epiſcopi abſolvantur.

Ex eodem libro, cap. CXXIV.

Ibid. 124.

IX. Nec abſolutos lapſos in fide credamus, niſi per impoſitionem manûs Epiſcopi.

Ut pœnitentes communicent qui antè reconciliationem moriuntur.

Ex eodem libro, cap. CXXV.

Ibid. 125.

X. Placuit his qui acceptâ pœnitentiâ antè reconciliationem migrant ad Dominum, communicare, pro eo quòd honoraverunt pœnitentiam. Qui ſi ſupervixerint, ſtent in ordine pœnitentum, ut legitimam communionem ſtatuto tempore, reconciliatione & manûs impoſitione Epiſcopi, vel ejus juſſu Preſbyteri, recipiant.

Ut criminalia peccata multis jejuniis & crebris manûs impoſitionibus à Sacerdote purgentur.

Ex eodem libro, cap. CXXVII.

Capitular. lib. 5. cap. 117.

XI. Criminalia peccata multis jejuniis & crebris manûs Sacerdotum impoſitionibus, eorumque ſupplicationibus, juxtà canonum ſtatuta placuit purgari, ita ut nemo ſine manûs impoſitione Epiſcopi, aut ejus juſſu alicujus Preſbyteri, ſe credat eſſe à ſuis facinoribus abſolutum. Non eſt mirandum ſi abſolutio peccatorum per manûs impoſitionem precibus fit Sacerdotum, cùm Dominus in veteri Lege ſuper caput hoſtiæ manum Sacerdotis præceperit imponi. Etenim ſicut tunc per illam hoſtiam, ita nunc invocatione ſancti Spiritûs, qui eſt remiſſio peccatorum, per manûs Epiſcoporum, vel eorum auctoritate, reliquorumque Sacerdotum impoſitione, vel ſupplicationibus eorum, remittuntur peccata. Nam quandò Dominus Joan. 11. Lazarum ſuſcitavit, ait ſuis Diſcipulis: *Tollite lapidem*; ſubauditur, ut mortuus ſurgat: dans exemplum ut ſicut ipſi manibus tollunt lapidem ut mortuus ſurgat, ita & ipſi & ſucceſſores eorum manus pœnitentibus imponant, ut per impoſitionem manuum ſuis precibus mortuum de ſepulchro, id eſt, peccatorem de vitiis ſurgere & relevare faciant; & ſicut illi Lazarum inſtitis, id eſt, funibus, colligatum jubente Domino ſolvunt, qui ait: *Solvite illum, & ſinite abire*, ita iſti eorum ſupplicationibus, auxiliante Domino & comitante Spiritu ſancto, qui in his ſemper operatur, per manûs impoſitionem peccatorum ſolvant vincula, eoſque tempore à ſanctis Patribus conſtituto ſacrâ Euchariſtiâ communicent, & abſolutos ire permittant.

Ut pœnitentibus juxtà canonicam auctoritatem pœnitentia detur, & antè ſuſpenſos à communione excubare faciant ad Eccleſiæ officium.

Ex eodem libro, cap. CXXVIII.

Capitular. lib. 5. cap. 118.

XII. Ut ſecundùm formam canonum pœnitentibus detur pœnitentia, & priùs eos à communione ſuſpenſos ad officium Eccleſiarum excubare faciant, & inter reliquos pœnitentes ad manûs impoſitionem crebrò recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore, ſacerdotali prece per manûs impoſitionem, juxtà ordinem ſacramentorum & canonum, reconcilient pœnitentes, & ſacrâ communione confirment.

De his qui ſeparati à communione fuerint pœnitentibus.

Ex eodem libro, cap. CXXIX.

XIII. Qui à communione ſeparantur, in locis quibus ſecluſi fuerant, per manûs impoſitionem recipiant communionem. Nec ſe quiſquam à peccatis abſolutum ſine reconciliatoria manûs impoſitione credat; ſed per manûs impoſitionem precibus Sacerdotum reconcilietur, ſicut auctoritas habet eccleſiaſtica. Ibid. 119.

Ne in confinio mortis pœnitens à reconciliatione diutinè ſuſpendatur.

Ex eodem libro, cap. CXXX.

XIV. Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutinè à reconciliationis gratia differendus eſt. Sed ſi procerto mortis urget periculum, pœnitentiâ per manûs impoſitionem acceptâ, ſtatim reconciliatio adhibenda eſt, ne priùs ab humanis rebus æger abſcedat, quàm donum reconciliationis accipiat; ſicque ſuperſtitibus quodam modo doloris videtur * eſſe perpetuum, ſi præciſum ab Eccleſiæ membris eum qui utiquè reconciliationis non meruit gratiam, raptim à præſenti vita mortis natura ſubduxerit. Undè juxtà Papæ Leonis edictum, his qui in tempore neceſſitatis & in periculi urgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ & mox reconciliationis remedium implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio eſt deneganda; quia miſericordiæ Dei nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire. De his autem qui poſt acceptam pœnitentiam, antequàm reconcilientur, ab hac vita receſſerint, quamquam diverſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen nobis ſententia placuit qui multiplici numero de hujuſmodi humaniùs decreverunt, & ut memoria talium in Eccleſiis commendetur, & oblatio pro eorum dedicata ſpiritibus accipiatur. Ibid. 130.

* *Simond. legit* ſicque ſuperſtitibus quodam modo doloris videtur eſſe perpetui, &c.

S. Leo, ep. 91. Capitular. lib. 5. cap. 119.

De pœnitentibus qui ex gravioribus levioribuſque commiſſis pœnitentiam gerunt.

Ex eodem libro, cap. CXXXII.

XV. De pœnitentibus qui ſive ex gravioribus commiſſis ſive ex levioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla intervenit ægritudo, quintâ feriâ antè Paſcha eis remittendum Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat. Cæterùm de pondere æſtimando delictorum Sacerdotis eſt judicare, ut adtendat ad confeſſionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tùm liberè dimitti cùm viderit congruam ſatisfactionem. Sanè ſi quis ægritudinem inciderit, Ibid. 131.

inciderit, atque uſquè ad deſperationem devenerit, ei eſt antè tempus Paſchæ relaxandum, ne de ſeculo abſque communione diſcedat.

Ut pœnitentes qui ex gravioribus peccatis pœnitentiam gerunt, tribus annis ſint inter audientes, ſi veram pœnitentiam geſſerint.

Ex eodem, cap. CXXXIV.

Capitular. lib. 5. cap. 134. Can. 2j.

XVI. Pœnitentes qui ex gravioribus commiſſis pœnitentiam gerunt, ſi ex corde pœniteant, ſicut Nicæna Synodus de lapſis conſtituit, tribus annis ſint inter audientes, quinque verò vel ſeptem annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum; duobus etiam oblationes non ſinantur offerre, ſed tantummodò populis in oratione ſocientur; nec confundantur Deo colla ſubmittere, qui eum non timuerunt abnegare. Quòd ſi, ut potè mortales, intrà metas præſcripti temporis cœperit vitæ finis urgere, ſubveniendum eſt implorantibus, ſeu ab Epiſcopo qui pœnitentiam dedit, ſeu ab alio, qui tamen datam eſſe probaverit, aut ſimiliter à Preſbytero, juſſu aut permiſſu tamen proprii Epiſcopi, per manûs impoſitionem, abſolutione precum ſacerdotalium, Viaticum abeuntibus de ſeculo non negetur. Pueris autem, quibus à puritate vocabulum eſt, ſeu Clericis, ſeu Laicis, aut etiam ſimilibus puellis, quibus ignorantia ſuffragatur ætatis, aliquandiù ſub manûs impoſitione detentis reddenda communio eſt. Quòd ſi antè præfinitum pœnitentiæ tempus, deſpecti à Medicis, aut evidentibus mortis preſſi indiciis, receptâ quiquam communionis gratiâ convaluerint, ſervemus in eis quod Nicæni Canones ordinârunt, ut habeantur inter illos qui in oratione ſola communicant, donec impleatur ſpatium temporis eiſdem præſtitum.

Ut qui pœnitentiam publicè gerunt, uno anno cum cilicio ſint inter audientes.

Ex eodem, cap. CXXXVI.

Capitular. lib. 5. cap. 136.

XVII. Qui pœnitentiam publicam gerunt, debent unum annum eſſe cum cilicio inter audientes vel uſquè ad magnum diem; & à populo, quandò intrat in Eccleſiam, perfuſi lacrymis debent veniam poſtulare, precarique eum humiliter ut pro eis dignetur orare. Tribus verò annis ſubjaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum in loco retrò oſtio Eccleſiæ pœnitentibus conſtituto, & ſeorsùm infrà ipſam Eccleſiam populo ſecluſo, tamen jam non in terram proſtrati, vel vultu & capite humiliato, humiliter & ex corde, ut ſuprà dictum eſt, veniam poſtulent, & pro ſe orare expoſcant. Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non ſinantur offerre, ſed populis tantummodò in oratione ſocientur, ut perfectionem ſeptimo in Cœna Domini conſequantur anno, id eſt, per Epiſcopi, vel ejus juſſu, ſi ipſe abeſt, aliorum Sacerdotum manûs impoſitionem, abſolutione ſacerdotalium precum communionis catholicæ gratiam recepturi. *Qualiter ſeptem annorum pœnitentia agatur.* In his verò ſeptem annis multipliciter jejuniis, orationibus, fletibus, & eleemoſynarum, prout meliùs potuerint, exhibitionibus & lacrymis perſiſtant & ne ulteriùs eis talia contingant admodùm caveant, ut mereantur illam Domini vocem audire inquientem.: *Vade, & noli ampliùs peccare.* Joan. 8.

De pœnitentibus tranſgreſſoribus.

Ex eodem, cap. CXXXVII.

Capitular. lib. 5. cap. 137.

XVIII. Ut hi qui frequenti prævaricatione peccata vel pœnitentiam iterant, frequenti ſententiâ, niſi per ſatisfactionem quæ prævaricati ſunt emendare nitantur, coerceantur vel condemnentur, ut hæc quæ voluntariè non diluerunt, inviti emendent. Quòd ſi aliquis renuerit, & præceptis ſui Sacerdotis inobediens apparuerit, ſecundùm modum culpæ excommunicetur. Si quis autem antè reconciliationem & eorum ſatisfactionem abſque proprii Epiſcopi licentia communicare præſumpſerit, ſimili excommunicationi ſubjaceat. Sacerdotes autem ad quos pertinere noſcuntur, ſi eos quolibet munere aut favore vel negligentiâ, admonere noluerint, aut per ſatisfactionem revertentes non ſuſceperint, aut contemnentes de Eccleſia non rejecerint, ſimili ſententiâ plectantur quouſquè vel emendationis vel eorum damnationis ſententia promulgetur.

De neglegentioribus pœnitentibus.

Ex eodem, cap. CXXXIX.

XIX. Ut negligentiores pœnitentes tardiùs recipiantur. Ibid. 139.

De eo qui pœnitentiam in infirmitate petit.

Ex eodem, cap. CXL.

XX. Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dùm ad eum Sacerdos invitatus venit, oppreſſus in infirmitate obmutuit, vel in phreneſim verſus fuerit, dent teſtimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manûs Ibid. 140.

impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia. Si ſupervixerit, commoneatur à ſupradictis teſtibus petitionis ſuæ (ſatisfactio*), & ſubdatur ſtatuto pœnitentiæ tempori, quandiù Sacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit.

*Sirmond. satisfactum.

Ut pœnitentes non ſe credant abſolutos ſine manûs impoſitione.

Ex eodem, cap. CXLI.

Ibid. 141. *Vide ſuprà, cap. 4.*

XXI. Pœnitentes qui in infirmitate viaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manûs impoſitione, ſi ſupervixerint.

De pœnitentibus qui antequàm leges pœnitentiæ exequantur, caſu in itinere aut in mari mortui fuerint.

Ex eodem, cap. CXLII.

Capitular. lib. 5. cap. 142.

XXII. Pœnitentes qui antequàm leges pœnitentiæ exſequantur, ſi caſu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis Sacerdos ſubvenire non potuerit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

Ut nullus vitam ſine communione finiat, nec unctione benedicti olei careat.

Ex libro VI. cap. LXXV.

Ibid. lib. 6. cap. 75.

XXIII. Si in infirmitate deprehenſus quis fuerit, vitam ſine communione non finiat, nec unctione ſacrati olei careat. Et ſi finem perſpiciat, ſacroſancto corpore Deo anima ejus à Sacerdote precibus commendetur.

Ut nullus Presbyter ampliùs quàm unam Eccleſiam ſibi vindicet.

Ex eodem libro, cap. CXXVI.

Ibid. c. 75.

XXIV. Quapropter omnibus placuit ut nullus Preſbyter ampliùs quam unam Eccleſiam ſibi vindicet: quia ſicut unuſquiſque Secularis non ampliùs quàm unam habere debet uxorem, ità unuſquiſque Preſbyter non ampliùs quàm unam habere debet Eccleſiam.

De non recipiendis alienis pœnitentibus.

Ex eodem libro, cap. CXXXI.

Ibid. 131.

XXV. Qui pro delicto ſuo à communione ſeparantur, placuit ut in quibuſcunque locis fuerant excluſi, eiſdem locis communionem conſequantur.

Ut tempus pœnitentium in conſideratione Epiſcopi conſiſtat.

Ex libro VII. cap. V.

Ibid lib. 7. cap. 5.

XXVI. Penès Epiſcopos erit poteſtas, modum converſationis pœnitentum probantes, humaniùs contra eos agere vel amplius tempus adicere. Antè omnia verò præcedens eorum vita & poſterior inquiratur, & ità eis impertiatur humanitas.

De pœnitentum converſatione & fide.

Ex eodem libro, cap. VI.

Ibid. c. 6.

XXVII. Converſatio pœnitentum & fides tempus adbreviat.

De ſatisfactione pœnitentiæ.

Ex eodem, cap. XX.

Ibid. c. 10.

XXVIII. Satisfactio pœnitentiæ non eſt tam temporis longitudine, quàm cordis compunctione penſanda.

De menſura pœnitentiæ.

Ex eodem, cap. XXI.

Ibid. c. 11.

XXIX. Tempora pœnitudinis habita moderatione Epiſcopi & arbitrio ſunt conſtituenda, prout in conſpectorum* animos viderit eſſe devotos: pariter etiam habentes ætatis ſenilis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinum reſpicientes neceſſitates.

*Sirmond. prout converſorum animos Sacerdotes viderint &c.

De arbitrio Epiſcopi ergà pœnitentes.

Ex eodem libro, cap. XXX.

Ibid. c. 30.

XXX. Pœnitentibus ſecundùm differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

De remiſſione pœnitentum.

Ex eodem, cap. XXXVI.

Ibid. c. 36.

XXXI. Pœnitentes quicunque ex gravioribus ſive levioribus culpis pœnitentiam gerunt, ſi nulla intervenit ægritudo, quintâ feriâ antè Paſcha eis eſt remittendum. Cæterùm de pondere æſtimando delictorum, Sacerdotis eſt judicare.

Quòd pœnitentibus nulla lucra negotiationis exercere conveniat.

Ex eodem, cap. LXII.

Ibid. c. 62.

XXXII. Nulla lucra negotiationis pœnitentibus exercere convenit; quia difficile eſt inter vendentis ementiſque commercium non intervenire peccatum.

Ut nemo pœnitentem alterius parochiæ abſolvat.

Ex eodem, cap. LXVII.

Ibid. c. 67.

XXXIII. Nullus Sacerdos in alterius civitate vel diœceſi pœnitentem, vel ſub manu poſitum Sacerdotis, vel qui reconciliatum ſe eſſe dixerit, ſine conſenſu & literis Epiſcopi vel Preſbyteri, in parochia Preſbyter, aut Epiſcopus in civitate ſuſcipiat.

De his qui pœnitentiâ acceptâ moriuntur.

Ex eodem, cap. CXXXVIII.

Ibid. 138.

XXXIV. De his qui recedunt de corpore, pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manûs impoſitione eis communicare: quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundùm definitiones Patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter *Viaticum* nominârunt. Quòd ſi ſuper-

vixerint, ſtent in ordine pœnitentum, ut oſtenſis neceſſariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manûs impoſitione recipiant.

Ut nullus Presbyter pœnitentes inconſulto Epiſcopo reconciliare audeat.

Ex eodem libro, cap. CCII.

Ibid. 202. XXXV. Statutum eſt & in ſanctis Canonibus prohibitum, ut nullus Preſbyter pœnitentem publicè inconſulto Epiſcopo reconciliare præſumat, niſi morte fortè periclitantem; ſed omnes publicè pœnitentes quintâ feriâ antè Paſcha, quæ eſt Cœna Domini, ad civitatem in cinere & cilicio in præſentiam Epiſcopi, proſtrato vultu, conveniant, & ibi ab Epiſcopo canonicè & ordinabiliter, ſicut in Sacramentario & in Romano Ordine continetur, reconcilientur atque dijudicentur, conſolenturque & prædicentur, quid deinceps agere quidve vitare debeant inſtruantur, atque inſuper divinis precibus per manûs impoſitionem ab Epiſcopo ſanentur: nullo namque tempore Preſbytero in publica Miſſa pœnitentem reconciliare ſine licentia Epiſcopi conceſſum eſt. Si quis hoc facere præſumpſerit, canonicâ correctione multetur.

Qui luget, abſtinere debet à conviviis.

Item ex eodem, cap. CCXLIII.

Ibid. 243. XXXVI. Qui luget, abſtinere debet à conviviis ac ornamentis, & albâ veſte.

De pœnitentibus, qualiter pœnitentiam debeant accipere.

Item ex eodem, cap. CCCX.

Ibid. 310. XXXVII. Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impoſitionem manûs & cilicium à Sacerdote conſequantur. Et ſi aut comas non depoſuerint, aut veſtimenta non mutaverint, abiciantur. Juvenibus etiam non facilè committenda eſt propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte poſitis non negandum.

De pœnitentibus quæ, defunctis viris, aliis nubere præſumunt.

Ex eodem, cap. CCCXVII.

XXXVIII. Pœnitens quæ, defuncto viro, alio nubere præſumpſerit, vel ſuſpectâ vel interdictâ familiaritate cum extraneo ſe conjunxerit, cum eodem à liminibus Eccleſiæ arceatur. Hæc etiam & de viro in pœnitentia poſito placuit obſervari. Ibid. lib. 7. cap. 317.

De confeſſionibus fidelium accipiendis, qualiter pro modulo & qualitate peccati ſit pœnitentiæ temporis inſtitutio.

Ex eodem, cap. CCCLXXIX.

XXXIX. Quærendum nam que eſtcùm accipit (quiſlibet *) fidelis confeſſionem peccatorum, qualiter primò peccatum perpetratum, aut ſi poſteà iteratum aut frequenter actum ſit; ſi ſponte, ſi coactè; ſi per ebrietatem. aut per quodlibet ingenium factum ſit. Et cùm invenerit undè radix illius peccati proceſſit, tunc congruam adhibeat medicina. Qualis verò peccati adhibenda ſit medecina, ſecundùm Canonum authenticorum & ſanctorum Patrum eſſe debet inſtitutionem, & non ſecundùm placitum hominis, ſed ſecundùm Dei voluntatem; nec in hac parte voluntas aut gratia hominis ſectanda eſt, ſed voluntas Dei in omnibus exquirenda; quatinùs dignis precibus & pœnitudine dignâ placare poſſit omnipotentis Dei vindictam, quam ſuo vitio provocavit. Ibid. 379. * *Sirmond.* cujuſlibet.

EXPLICIT DE PŒNITENTIBUS.

TITULUS II.

DE HOMICIDIIS.

De Presbyteris occiſis.

Ex libro quinto, cap. CLXXXVI.

Ibid. lib. 5. cap. 186. I. PRESBYTERI interfecti Epiſcopo ad cujus parochiam pertinent, ſolvantur ſecundùm Capitulare glorioſi Karoli genitoris noſtri, ita videlicet ut medietatem wirgildi ejus Epiſcopus utilitatibus Eccleſiæ cui præfuit, tribuat; & alteram medietatem in eleemoſyna illius juſtè diſpenſet; quia nullus nobis ejus heres proximior videtur, quàm ille qui ipſum Domino ſociavit.

De homicidiis in Eccleſiis vel in atriis earum perpetratis.

Ex eodem, cap. CCXXX.

II. Si quis aut ex levi cauſa aut ſine cauſa hominem interfecerit in Eccleſia, de vita componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus alterum in Eccleſia fugerit, Ibid. lib. 5. cap. 230.

& ibi ſe defendendo eum interfecerit, ſi hujus facti teſtes non habuerit, cum duodecim conjuratoribus legitimis jurare cogatur. Is verò qui interfectus eſt, abſque compoſitione jaceat, ac deindè interfector ſecundùm judicium canonicum congruam facinoris quod admiſit, pœnitentiam accipiat. Si ſervus hoc admiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur utrùm hoc ſponte an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus ejus exuſta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, dominus illius juxtà quod wirgildus illius eſt ad Eccleſiam perſolvat, aut eum, ſi voluerit, eidem Eccleſiæ tradat. De eccleſiaſtico & fiſcalino & beneficiario ſervo volumus ut prò una vice wirgildus ejus pro eo componatur, alterâ vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius pervenit. Si in alicujus porta *, quæ Reliquiis Sanctorum conſecrata eſt, hujuſcemodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur vel componatur. Si vero porta Eccleſiæ non eſt conſecrata, eodem modo componatur quod in atrio committitur, ſicut componi debet quod in emunitate violata committitur.

* *Simond.* ſi in atrio Eccleſiæ, cujus porta reliquiis &c.

De homine publicam pœnitentiam agente interfecto.

Ex eodem, cap. CCXXXIV.

Ibid. 234. III. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum in triplo componat, & wirgildum proximis ejus perſolvat.

De homicidiis prohibendis.

Ex eodem, cap. CCXXXVI.

Ibid. 236. IV. Quicunque hominem aut ex levi cauſa aut ſine cauſa interfecerit, wirgildum ejus his ad quos ille pertinet, componat. Ipſe verò propter talem præſumptionem in exilio mittatur ad quantum nobis tempus placuerit : res tamen ſuas non amittat.

De occiſione Clericorum & Sacerdotum atque Monachorum.

Ex eodem libro, cap. CCLXI.

Ibid. 261. V. Qui Subdiaconum occiderit, trecentos ſolidos componat. Qui Diaconum, quadringentos ſolidos. Qui Preſbyterum, ſexcentos ſolidos. Qui Epiſcopum, nongentos. Qui Monachum, quadringentis ſolidis culpabilis judicetur.

De eo qui propriam reliquit uxorem, vel ſine culpa interfecit, & aliam ducit.

Ex eodem, cap. CCC.

Ibid. 300. Capitulare an. 819. tit. 3. cap. 3. VI. Quicumque propriâ uxore derelictâ, vel ſine culpa interfectâ, aliam duxerit, armis depoſitis publicam agat pœnitentiam. Et ſi contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in cuſtodiam mittatur, donec res ad noſtram notitiam deducatur.

Ut non ſit ſanguinis Chriſtianorum temeraria effuſio.

Ex eodem, cap. CCCXXXII.

Capitular. lib. 5. cap. 332. VII. Volumus atque præcipimus noſtrâ auctoritate denuntiari omnibus, immò & à Sacerdotibus prædicari, ne tàm temeraria Chriſtianorum ſanguinis effuſio in regno noſtro fieri ſinatur, ſemper illud attendentes quod Dominus poſt diluvium dixit famulo ſuo Noë : *De manu hominis & de manu viri & fratris ejus requiram animam ejus. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius : ad imaginem quippè Dei factus eſt homo.* Et in Lege : *Qui occiderit hominem, morte moriatur.* Et Apoſtolus : *Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illâ : Dei enim miniſter eſt tibi in bono. Si autem malè feceris, time : non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit* De illo enim ſpecialiter divina auctoritas dicit ; *Gladium Dei portat ad vindictam malorum*, non de quolibet alio. E contrà verò neſcimus quâ inventione à nonnullis uſurpatum eſt ut qui nullo miniſterio publico fulciuntur, propter ſua odia & diverſiſſimas voluntates peſſimas indebitum ſibi uſurpârint in vindicandis proximis & in interficiendis hominibus vindictæ miniſterium ; & quod Rex ſaltèm in uno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipſi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium, & putant ſibi licere ob inimicitiarum vindictas quod nolunt ut Rex faciat propter Dei vindictam.

De eo qui occiderit Clericum aut Monachum, ut arma relinquat.

Ex libro VI. cap. XC.

Ibid. lib. 6. cap. 90. VIII. Qui occiderit Monachum aut Clericum, arma relinquat, & Deo in Monaſterio ſerviat cunctis diebus vitæ ſuæ, nunquam ad ſeculum reverſurus, & ſeptem annos publicam pœnitentiam gerat.

De Sacerdotibus & Levitis atque Monachis interfectis vel debilitatis.

Ex eodem, cap. XCVIII.

Ibid. c. 58. IX. Si quis Sacerdotem vel Levitam aut Monachum interfecerit vel debilitaverit, juxtà ſtatuta priorum Capitulorum quæ Legi Salicæ ſunt addita, componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos nobis perſolvat, & arma relinquat, atque in Monaſterio diebus vitæ ſuæ ſub ardua pœnitentia Deo ſerviat, nunquam poſtmodùm ſeculo vel ſecularibus militaturus, neque uxori copulaturus.

Quòd homicidæ antè Deum deputentur qui res Eccleſiæ vaſtant.

Ex eodem, cap. CCCCXXI.

Ibid. 416. 430. & Capitulare II. an. 814. c. 14. X. Volumus omnes ſcire quòd qui Chriſti & Eccleſiæ pecunias auferunt, reſque ejus fraudant, rapiunt, vaſtant, vel diripiunt, homicidæ apud Deum eſſe deputantur, quia res pauperum, quos Eccleſia paſcere debet, diripiunt.

De homicidiis infantium.

Ex libro VII. cap. CLXVI.

Capitular. lib. 7. cap. 168. XI. Si quis infantem necaverit, ut homicida teneatur.

De homicidis quid agendum ſit.

Ex eodem libro, cap. CCLV.

Ibid. 256. *Vide* Decretionem Childebert. cap. 5. XII. De homicidis ità juſſimus obſervare, ut quicunque auſu temerario alium ſine cauſa occiderit, vitæ periculo feriatur, & pretio ſe redimere nunquam audeat. Et ſi convenerit ut ad compoſitionem quiſque deſcendat, nullus de parentibus aut amicis eum quicquam adjuvet. Quod ſi fecerit, ſuum wirgildum omninò componar.

De his qui priùs non habentes odium, ſed ſe defendentes, aliquem occiderint, qualiter corrigendi ſint.

Ex eodem, cap. CCCLXXX.

Ibid. lib. 7. c. 380. XIII. Si quis egrediens per viam, aut ſi etiam in domo ſua fuerit, aut in platea civitatis, aut in villa, ſubitò ab alio ſuperventus, aut litis commotione, volens ſe defendere, non habens contrà illum antè odium, interfecerit hominem, ſeptem annis ſecundùm canonicam inſtitutionem pœniteat, tres verò à communione privetur, quatuor autem in communione orationum & oblationum ſuſceptus in Sacerdotis pendeat arbitrio utrùm dignus ſit corpus Chriſti accipere, aut uſquè ad plenitudinem pœnitentiæ ab eo ſeparari. Abſtinentia ciborum in providentia Sacerdotis erit, ſecundùm poſſibilitatem pœnitentis & devotionem & affectum lacrymarum.

De mulieribus & viris infantes opprimentibus.

Juxtà prætitulatum capitulum.

Ibid. 382. XIV. Mulier quæ dormiens filium ſuum oppreſſerit, & mortuus fuerit, ſex annis pœniteat. Vir ejus, ſi in domo illius fuit, quatuor. Si verò in uno lecto, ſimili modo pœniteat, duos in pane & aqua; reliquos quatuor, ſecundùm quod Sacerdos viderit illos poſſe, abſtinentiam imponat ciborum.

EXPLICIT DE HOMICIDIIS.

TITULUS III.

DE ADULTERIIS.

De eo qui habet mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea.

Ex libro V. cap. XXI.

Capitular. lib. 5. c. 21. Capitulare anni 757. cap. 8. I. SI quis homo habens mulierem legitimam, ſi frater ejus adulteraverit cum ea, ille frater vel illa femina qui adulterium perpetraverunt, interim quòd vivunt nunquam habeant ampliùs conjugium. Ille verò cujus uxor fuit, ſi vult, poteſtatem habet uxorem accipere aliam.

De his qui virginibus Deo dicatis ſe ſociant.

Capitular. lib 1. cap. 100; lib. 5. cap. 226.

Ex eodem libro, cap. CCXXVI.

II. De his qui ſacris virginibus ſe ſociant ita in Decretis Papæ Gelaſii, capitulo vigeſimo, continetur. *Virginibus ſacris temerè ſe quoſdam ſociare cognovimus, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera ſacrilegaque miſcere: quos protinùs æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi publicam probatamque egerint pœnitentiam, omninò non recipi. Aut his certè Viaticum de ſeculo tranſeuntibus non negetur.* Si verò de copulatione ſacrarum virginum tam ſeverè feriuntur, quantò ſeverius feriendi ſunt qui eas rapiunt! Ideò, ſicut præmiſſum eſt, neceſſe eſt ab omnibus in Chriſtiana religione conſiſtentibus rigore auctoritatis

divinæ vel humanæ hoc malum radicitùs amputari.

Quòd blaſphemiam Deo inferat qui ſe cum Deo ſacrata miſcuerit.

Ex libro ſexto, cap. ccccm.

Capitular. lib. 6. cap. 412. III. Scire vos convenit quia blaſphemiam Deo irrogat qui cum Deo ſacrata vel cum velata femina ſe commaculat.

— *Si Clericus cum Deo ſacrata ſe commiſcuerit.*

Ex eodem libro, cap. ccccIV.

Ibid. 413. IV. Si Clericus cum velata femina vel cum Deo ſacrata ſe maculaverit, proprio honore privetur.

Quòd ſacrilegi & violatores, juxtà Apoſtolum, ſunt qui violant ſacratarum feminarum corpora.

Ex eodem, cap. ccccv.

Ibid. 414. V. Sciendum eſt omnibus quòd Deo ſacrararum feminarum corpora, per votum propriæ ſponſionis & verba Sacerdotis Deo conſecrata templa eſſe, ſcripturarum teſtimoniis comprobantur. Et ideò violatores earum ſacrilegi, ac, juxtà Apoſtolum filii perditionis eſſe noſcuntur.

Quòd fornicatio omnibus peccatis periculoſior eſſe perhibetur.

Ex eodem, cap. ccccvI.

Ibid. 415. VI. Quod pene omnibus peccatis gravior & deterior ſit fornicatio, & veraciter dici poteſt laqueus mortis & puteus inferni, ac vorago perditionis, eò quòd adulteri vel luxurioſi propter cordis inopiam perdunt animas ſuas. Nam, ut ait Scriptura, pretium ſcorti vix unius eſt panis, & qui jungitur meretrici, unum corpus efficitur; & qui luxuriatur, mortuus eſt in corpore vivente.

Prov. 6. 26. 1 Cor. 6. 16. 1. Tim 5. 6.

De Secularibus qui ſuas uxores derelinquunt.

Ex libro ſeptimo, cap. cccv.

Capitular. lib. 7. cap. 305. VII. Hi verò Seculares qui conjugale conſortium abſque culpa graviore dimittunt vel etiam dimiſerunt, nullas cauſas diſſidii probabiliter proponentes, & propterea ſua matrimonia dimittunt ut aut inlicita aut aliena præſumant, ſi antequam apud Epiſcopos comprovinciales diſſidii cauſas dixerint, & priuſquam uxores judicio damnentur, abjecerint, à communione Eccleſiæ & ſancti populi cœtu, pro eo quod conjugium & fidem maculant, excludantur.

De muliere quæ duobus fratribus nupſerit, & de viro ejus.

Ex eodem, cap. cccLxxxI.

Ibid. 381. VIII. Mulier quæ duobus fratribus nupſerit, abici debet uſquè ad diem mortis; ſed propter humanitatem in extremis ſuis ſacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut priùs ſolvatur conjugium, & maneat innupta, & vir ejus abſque uxore ſimili pœnitentiæ ſit ſubditus. Quòd ſi duo fratres cum una femina fornicati fuerint, neſcientes ad alterutrum fornicationem, ſtatim ut cognoverint adulterium, qui eam habet uxorem, dimittat. Et ille quidem poſt actam pœnitentiam, ſi uxor defuncta fuerit, poteſt alteri ſociari; illâ vivente, nequaquam. Illa verò nunquam ulteriùs poterit in conjugium aſſumi, & jugi pœnitentiæ ſubmiſſa, ad exitum vitæ communionis gratiam percipiat.

De muliere quæ adulteraverit virum ſuum. Similiter & de viro qui uxorem ſuam adulteraverit.

Ex eodem, cap. cccLxxxII.

Ibid. 382. IX. Mulier habens virum ſi adulterium perpetraverit, & occultè ad confeſſionem venerit, ſeptem annis pœniteat, tres in pane & aqua; cæteros quatuor in providentia erit Sacerdotis, qualiter eam viderit poſſe, & ita ei ciborum abſtinentia imponatur. Similiter & vir habens uxorem, ſi adulterium perpetraverit, faciat per triennium ut non communicet. Si cujus uxor adulterium perpetraverit, & hoc à viro deprehenſum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, ſi voluerit, propter fornicationem: illa verò ſecundùm quod ſuperiùs inſertum eſt, publicè agat pœnitentiam. Vir verò ejus, illâ vivente, nullatenùs habebit licentiam aliam ducere uxorem. Quòd ſi voluerit adulteram ſibi reconciliari, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa pœnitentiam agat, & exactâ pœnitentiâ ad communionis gratiam, ſicut ſuperiùs continetur inſertum, utrique accedant. Similis forma & in muliere ſervabitur. Si enim vir ejus adulteraverit, habet poteſtatem dimittendi virum propter fornicationem. Maneat tamen innupta quandiù vir ejus vixerit; quia nec ille habet poteſtatem aliam accipere, primâ vivente, nec illa primo. Habent tamen poteſtatem ſemetipſos reconciliare.

Ibid. ibi.

EXPLICIT DE ADULTERIIS.

TITULUS IV.

DE INCESTIS.

De inceſtis.

Ex libro quinto, cap. IX.

Capitular. lib. 5. c. 9. Capitulare anni 756, c. 1. & Capitulare an. 757. c. 19.

I. SI homo inceſtum commiſerit cum Deo ſacrata, aut cum matre ſua, aut cum matrina ſua de fonte aut confirmatione, aut cum matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cum matris filia, aut cum ſororis filia, aut cum nepta, aut cum conſobrina aut ſubrina, aut cum amita vel matertera, aut cum his quibus canones prohibent copulare, de iſtis criminibus pecuniam ſuam perdat, ſi habuerit. Et ſi hæc emendare noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum donet; & ſi fecerit, ſexaginta ſolidos Domino Regi componat, uſquè dùm ipſe homo ſe correxerit. Et ſi pecuniam non habuerit, ſi liber eſt, mittatur in carcerem uſquè ad ſatisfactionem: ſi autem ſervus aut libertus eſt, vapuletur plagis multis. Et ſi dominus ſuus eum permiſerit amplius in talem lapſum incidere, ipſe ſexaginta ſolidos Domino Regi componat. De reliquis verò propinquis juxtà conſtituta ſanctorum Patrum & juxta decreta canonum judicetur.

De inceſtuoſis.

Ex eodem libro, cap. XCI.

Capitular. lib. 1. c. 31 lib. 5. c. 91.

II. De inceſtuoſis, ut canonicè examinentur, & nec propter alicujus amicitiam quidam relaxentur, quidam verò conſtringantur.

Item de inceſtuoſis.

Ex eodem, cap. CLXV.

Ibid. lib. 5. cap. 165.

III. Ut Epiſcopi inceſtuoſos puriter inveſtigare ſtudeant omninò præcipimus. Et ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donec ad pœnitentiam revertantur.

Ut Epiſcopi inceſtuoſos emendent & corrigant.

Ex eodem, cap. CCCIV.

Ibid. 304. Add. IV. cap 124.

IV. Ut Epiſcopi inceſtuoſos homines emendent, & magnam diligentiam habeant ex eis, ſeu & de viduis infra ſuam parochiam poteſtatem habeant ad corrigendum.

Ut inceſti & parricidæ canonicè coerceantur.

Ex libro ſexto, cap. LXXI.

Capitular. lib. 6. c. 71.

V. De inceſtuoſis & parricidis, ut canonicè coerceantur, ſicut de illo judicatum eſt qui materteræ ſuæ filiam ſtupravit, ut conjugium ultrà non repetat, & militiæ cingulum derelinquat, & aut monaſterium petat aut ſi foris remanere voluerit, tempora pœnitentiæ ſecundùm canones pleniter exolvat.

De inceſtis criminoſis, ac de infirmis & pœnitentibus, atque de jejunio quatuor Temporum.

Ex eodem, cap. CVI.

Ibid. 106. Capitulare an. 769. c. 10.

VI. Ut de inceſtis & criminoſis maximam curam habeant Sacerdotes, ne in ſuis pereant ſceleribus, & animæ eorum à diſtricto Judice Chriſto eis requirantur. Similiter de infirmis ac pœnitentibus, ut morientes ſine reconciliatione & viatico non deficiant. Et ut quatuor Temporum jejunia à fidelibus diligenter cuſtodiantur.

De eo qui ſe inceſtuoſo ordine his perſonis quibus regulis prohibitum eſt, conjunxerit.

Ex eodem, cap. CCCC.

Capitular. lib. 6. cap. 409.

VII. Si quis non eo gradu, ſed inceſtuoſo ordine cum his perſonis quibus à divinis regulis prohibitum eſt, ſe conjunxerit, uſquequo pœnitentiam ſequeſtratione teſtentur, utrique communione priventur, & neque in palatio habere militiam, neque in foro agendarum cauſarum licentiam habebunt. Nam ſi ſe quoquo modo prædicto inceſtu conjunxerint, Epiſcopi ſeu Preſbyteri in quorum diœceſi vel pago actum fuerit, Regi vel Judicibus ſcelus perpetratum denuntient; ut cùm ipſis denuntiatum fuerit, ſe ab eorum communione aut cohabitatione ſequeſtrent. Res autem eorum ad primos parentes uſquè ad ſequeſtrationem perveniant, ſub ea conditione, ut antequàm ſegregentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam ad proprias perveniant facultates, niſi præfatum ſcelus ſequeſtrationis ſeparatione & pœnitentiâ fateantur.

Ex libro Legum Theodoſii tertio, cap. XII. *De inceſtis.*

Ex eodem libro, cap. CCCCI.

VIII. Quòd inceſti non ſint legitimi heredes, ſed infamiâ ſint notatæ utræque perſonæ. Ibid. 410.

Ut devotam Deo virginem vel viduam nullus conjugem accipiat.

Ex eodem, cap. CCCCII

Capitular. lib. 6. cap. 411. XI. Ut deinceps, ſicut canones eccleſiaſtici prohibent, nullus Deo devotam virginem, nullus ſub religionis habitu conſiſtentem, ſive viduitatis continentiam profeſſam, vel ſui proximam generis, aut etiam de cujus admixtione inceſtivæ notum poſſit ſubire infamiæ, inlicito connubio aut vi aut conſenſu accipiat conjugem: quia nec verum poterit eſſe conjugium quod à meliori propoſito deducitur ad deterius, & ſub falſi nominis copula inceſtivâ pollutione & fornicationis immunditiâ perpetratur. Hoc verò nefas, ſi agere amodò cujuſlibet gentis homines ſexus utriuſque tentaverint, inſiſtente Sacerdote vel Judice, etiamſi corrigere ſe noluerint, ab invicem omnimodis ſeparati exilio perpetuo relegentur.

De inceſtis quid agendum ſit.

Ex libro ſeptimo, cap. CCLVII.

Ibid. lib. 7. c. 258. X. Ut inceſtum nullus ſibi unquam ſociet conjugium. Quod ſi contigerit, ab Epiſcopo loci illius ſeparentur, & publicam ſeptem annorum juxta canonicos gradus agant pœnitentiam. Qui autem hoc agere noluerint, anathema ab omnibus habeantur.

De his qui cum pecoribus coitu mixti ſunt, aut more pecudum uſquè ad affinitatis lineam cum conſanguineis inceſtum commiſerunt, ſive cum maſculis concubuerunt.

Ex eodem, cap. CCCLVI.

Ibid. 356. XI. In hoc titulo Græca verba poſita ſunt, id eſt, περὶ τῶν ἀλογευομένων, ἢ ἐν ἀλογευομένοις; quod nos Latinè poſſumus dicere: *De his qui inrationabiliter verſati ſunt ſive verſantur.* In qua ſententia ſenſus duplex eſt; id eſt, de his qui cum pecoribus commixti ſunt, aut more pecudum cum conſanguineis uſquè ad affinitatis lineam inceſtum commiſerunt, aut cum maſculis concubuerunt. Quiſquis ex his unum egerit, aut capite puniatur, aut ſi ei vita conceſſa fuerit, juxtà Ancyrani Concilii ſententiam, quæ in Capitulo decimo ſexto continetur, pœnitentiam veraciter agat.

Ut inceſti à Sacerdotibus & Deum timentibus hominibus fideliter perquirantur, & canonicè puniantur.

Ex eodem, cap. CCCLXXVII.

Ibid. 377. XII. De inceſtis omni ſtudio perquirendum eſt Sacerdotibus per homines veraces, & timorem Dei antè oculos habentes. Et ſi reperti fuerint, ſtatim aut per ſe emendare ſtudeant, aut cum adjutorio Archidiaconi ſui Epiſcopi hoc ipſum extirpare ſatagant; ne tanto flagitio & ſcelere & illi polluantur & pereant, & alii in eorum vicinitate omnipotentis Dei iram incurrant.

Quòd inceſtum committit qui ſe conſanguineæ ſuæ uſquè ad affinitatis lineam conjungit.

Ex eodem, cap. CCCCXXXII.

Ibid. 412. Addit. III. cap. 123. XIII. Nullus fidelium uſquè ad affinitatis lineam, id eſt, uſquè ad ſeptimam progeniem, conſanguineam ſuam ducat uxorem, vel eam quoquo modo inceſti maculâ polluat. Si quis verò hoc ſcienter temerare præſumpſerit, ſi liber eſt, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos fiſco noſtro perſolvat, & inſuper canonicè ut inceſtus luat, ac publicè juxtà canonicos gradus pœniteat. Si autem ſervus vel eccleſiaſticus fuerit, publicè flagelletur ac decalvetur, & juxtà proprii Epiſcopi juſſionem pœnitentiam publicè & canonicè gerat. Quòd ſi aliquis, tàm liber quàm, ſervus aut Eccleſiaſticus vel Fiſcalinus, Epiſcopo proprio vel ſuo Sacerdoti aut Archidiacono inobediens vel contumax, ſive de hoc, ſive de alio quolibet ſcelere, extiterit, omnes res ejus à Comite & à Miſſo Epiſcopi ei contendantur uſquè dùm Epiſcopo ſuo obediat, aut canonicè pœniteat. Quòd ſi nec ſe ità correxerit, & ad Epiſcopum & canonicam pœnitentiam venire diſtulerit, à Comite comprehendatur, & in carcere ſub magna ærumna retruſus teneatur, nec rerum ſuarum poteſtatem habeat, quouſquè Epiſcopus juſſerit. Quòd ſi Comes vel ejus Miniſtri hæc adimplere diſtulerint, canonicè ab Epiſcopo vel à ſuo Miniſtro excommunicentur; & uſquè dùm hæc pleniter Comes adimpleat, ſemper communione Catholicorum careat, uſquè dùm ipſo Epiſcopo humaniùs ergà eum aliquid agere placuerit. Si verò, quòd non optamus, ipſe Comes aut de prædictis cauſis, aut de ipſa excommunicatione inobediens aut neglegens ſuo Epiſcopo apparuerit, honore Comitatûs pariter & communione careat uſquè dùm ambo in noſtram præſentiam veniant, ut nos illum epiſcopali auctoritate atquè imperiali metu ità corrigamus, ut cæteri timorem habeant, nec deinceps talia committere ullatenùs audeant.

Ut

Ut inceſti, quandiù in ſcelere manent, non fidelium Chriſtianorum, ſed tantùm aut Gentilium, aut catechumenorum, vel energumenorum locum teneant.

Ex eodem libro, cap. CCCCXXXIII.

Capitular. lib. 7. cap. 333. XIV. Inceſti, dùm in ipſo deteſtando atque nefando ſcelere manent, non inter fideles Chriſtianos, ſed inter Gentiles aut Catechumenos vel Energumenos habeantur; id eſt, cum Chriſtianis non cibum ſumant, non potum, non in eodem vaſculo edant aut bibant, ſed ſoli hoc faciant; non oſculentur aut ſalutentur abeis. Sed ſi ſuis Sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefandiſſimo ſcelere ſegregari, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur qui ſpiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos Matth. 18. 17. de quibus ipſa Veritas ait: *Si te non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Nam cum fidelibus non debent orare, nec in Eccleſiam intrare, ſed ad januam Eccleſiæ excubare, & intrantibus in eam atquè exeuntibus ex ea, vultu in terra proſtrato, veniam poſtulare, & ut pro ſe orare non dedignentur flagitare, & lacrymis profuſo vultu, contrito corde, atque humiliato ſpiritu omnibus apparere, uſquè ad ſatisfactionem Eccleſiæ & proprii Epiſcopi canonicam reconciliationem manere, & ad priſtinum inceſtum nunquam redire, nec ſecularia negotia exercere, nec placitis aut accuſationibus vel teſtimoniis intereſſe, ſed crebris Sacerdotum precibus manûſque Pontificis proprii impoſitionibus, & eleemoſynarum largitionibus, atque cæteris bonorum [omnium *] exhibitionibus eos purgari ſanarique oportet. * *Leg.* opertum.

Item de inceſtis.

Ex eodem libro, cap. CCCCXXXIV.

Capitular. lib. 7. cap. 334. XV. Inceſtos nullo conjugii nomine prævalendos eſſe cenſemus.

EXPLICIT DE INCESTIS.

TITULUS V.

DE RAPTORIBUS.

De raptu viduarum.

Ex libro quinto, cap. CVI.

Capitular. lib. 4. c. 17; lib. 5. cap. 406. I. QUI viduam intrà primos triginta dies viduitatis vel invitam vel volentem ſibi copulaverit, bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos in triplo componat. Vel ſi invitam eam duxit, legem ſuam ei componat, illam verò ulteriùs non attingat.

De raptis, & de earum raptoribus.

Ex eodem libro, cap. CCXXIII.

Capitular. lib. 1. c. 97; lib. 5. cap. 223. II. De raptis & de raptoribus, quamquàm ſpecialiter decreviſſemus quid pati debeant qui hoc nefas deinceps facere tentaverint, quid tamen de his ſacri canones præcipiant hîc inferendum neceſſarium duximus; quatinùs omnibus pateat quantum malum ſit, & non ſolùm humanâ, ſed & divinâ auctoritate conſtricti, abhinc hoc malum caveatur.

De puellis raptis necdùm deſponſatis.

Ex eodem, cap. CCXXIV.

Capitular. lib. 1. c. 68. lib. 5. cap. 224. III. De puellis raptis, necdùm deſponſatis, in Concilio Chalcedonenſi, ubi DCXXX. Patres adfuerunt, capitulo XXXVIII, ita habetur: *Eos qui rapiunt puellas ſub nomine ſimul habitandi, cooperantes & conhibentes raptoribus, decrevit ſancta Synodus, ſi quidem Clerici ſunt, decidant gradu proprio; ſi verò Laici, anathematizentur.* Quibus verbis aperte datur intelligi qualiter hujus mali auctores damnandi ſunt, quandò participes & conhibentes tanto anathemate teriuntur, & quòd juxtà canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas ſibi jure vindicare nullatenùs poſſint.

De deſponſatis puellis, & ab aliis raptis.

Ex eodem, cap. CCXXV.

Capitular. lib. 1. c. 99; lib. 5. cap. 225. IV. De deſponſatis puellis & ab aliis raptis ita in Concilio Ancyrano, capitulo decimo, legitur: *Deſponſatas puellas, & poſt ab aliis raptas, placuit erui, & eis reddi quibus antè fuerant deſponſatæ, etiamſi eis à raptoribus vis inlata conſtiterit.* Proindè ſtatutum eſt à ſancto Conventu ut raptor publicâ pœnitentiâ multetur. Raptæ verò, ſi ſponſus eam recipere noluerit, & ipſa ejuſdem criminis conſentiens non fuerit, licentia nubendi alii non negetur. Quòd ſi & illa conſenſit, ſimili ſententiæ ſubjaceat. Quòd ſi poſt hæc jungere præſumpſerint, utrique anathematizentur.

De raptu alienarum ſponſarum.

Ex eodem, cap. CCXXVIII.

Capitular. lib. 4. c. 22; lib. 5. cap. 228. V. Si quis ſponſam alienam rapuerit,

aut patri ejus, aut ei qui legitimus ejus defenſor eſſe debet, cum ſua lege eam reddat. Et quicquid cum ea tulerit, ſemotim unamquamque rem ſecundùm legem reddat. Et ſi hoc defenſor ejus perpetrari conſenſit, & ideò raptori nihil quærere voluerit, Comes ſingula de unaquaque re freda noſtra ab eo exactare faciat, & quanto tempore nobis placuerit in exilio maneat, & illam feminam ei habere non liceat.

IN LIBRO SEXTO DE HAC RE NON HABETUR.

Ut nullus occultas nuptias aut raptum faciat, vel quam propinquus habuit, ducat uxorem; ſed dotatam, & à parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat, qui vult nubere, uxorem.

Ex libro ſeptimo, cap. CLXXVIII.

Capitular. lib. 7. cap. 179.

VI. Sancitum eſt ut publicæ nuptiæ ab his qui nubere cupiunt, fiant; quia ſæpè in nuptiis clam factis gravia peccata, tam in ſponſis aliorum quam & in propinquis, ſive adulterinis conjugiis, &, quod pejus eſt dicere, cum conſanguineis adcreſcunt vel adcumulantur. Ex his autem procreari ſolent cœci, claudi, gibbi, & lippi, ſive alii turpibus maculis aſperſi. Et hoc ne deinceps fiat, omnibus cavendum eſt. Sed priùs conveniendus eſt Sacerdos in cujus parochia nuptiæ fieri debent in Eccleſia coram populo; & ibi inquirere unà cum populo ipſe Sacerdos debet ſi ejus propinqua ſit, an non, aut alterius uxor, vel ſponſa, vel adultera. Et ſi licita & honeſta omnia pariter invenerit, tunc per conſilium & benedictionem Sacerdotis, & conſultu aliorum bonorum hominum, eam ſponſare & legitimè dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus Auguſtinus ita: *Talis eſſe debet quæ uxor habenda eſt ſecundum legem: ſit caſta in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita ſponſo, & à paranymphis accipienda, & ita ſecundùm legem & evangelium publicis nuptiis honeſtata in conjugio licitè ſumenda, & omnibus diebus vitæ ſuæ, niſi ex conſenſu & cauſâ vacandi Deo, nunquam propter hominem ſeparanda. Et ſi fornicata fuerit, & vir ejus voluerit, dimittenda: ſed, illâ vivente, altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non poſſidebunt, & pœnitentia illi accipienda. Nolite vos, viri, habere uxores quarum priores mariti vivunt; adulterina enim ſunt iſta conjugia.* Et hoc, ut diximus, omninò provivendum eſt ne ejus ſit propinqua, quia ſcriptum eſt: *Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut revelet turpitudinem ejus.* Similiter ſcriptum eſt: *Cum uxore proximi tui non coibis, nec ſeminis ejus commixtione maculaberis.* Et in Decretalibus Papæ Gregorii legitur: *Si quis Diaconam, aut Monacham, aut commatrem ſpiritalem, aut fratris uxorem, aut neptam, aut novercam, aut nurum ſuam, aut conſobrinam, aut de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Anathema ſit. Item: Si quis viduam rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel conſentientes ei, anathema ſit. Et ſi quis virginem, niſi deſponſaverit eam, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, vel conſentientes ei, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò: Aanathema ſit.* Et alibi in canonibus præceptum eſt ut nemo uſquè affinitatis lineam, & propinquitatem ſui ſanguinis, connubia ducat, neque virginibus ſine benedictione Sacerdotis quis nubere præſumat: oppidò enim iſta omnia cavenda ſunt ne fiant. Sed poſtquàm iſta omnia probata fuerint, & nihil impedierit; tunc ſi virgo fuerit, cum benedictione Sacerdotis, ſicut in Sacramentario continetur, & cum conſilio multorum bonorum hominum, publicè & non occultè ducenda eſt uxor; ut boni ab his filii, Domino miſerante, procreentur, & non tales ſicut ſuperiùs dictum eſt.

Levit. 18. 6.

Ibid. c. 20.

De raptoribus viduarum vel virginum; & ut feminæ ſacris altaribus non miniſtrent.

Ex eodem libro, cap. CCXLVIII.

Capitular. lib. 7. cap. 248.

VII. Sancitum eſt ut raptores viduarum vel virginum ab Eccleſiæ communione pellantur; & ut feminæ ſacris altaribus non miniſtrent, vel aliquid ex his quæ virorum ſunt officiis deputata præſumant.

De his qui rapiunt feminas, ut eas non habeant uxores, & qualiter de raptis agendum ſit.

Ex eodem, cap. CCCXCV.

Ibid. 395.

VIII. Placuit ut hi qui rapiunt feminas vel furantur, aut ſeducunt, ut eas nullatenùs habeant uxores, quamvis eis poſtmodùm conveniat ut eas dotaverint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum ſuorum acceperint. Si quis autem uxorem habere voluerit, canonicè & legaliter eam accipiat, & non rapiat. Qui verò eam rapuerit vel furatus fuerit, aut ſeduxerit, nunquam eam uxorem habeat; ſed propinquis ſuis eam legibus reddat, & in

triplo plenum bannum dominicum componat, & inſuper canonicè publicam pœnitentiam gerat. Ad quod omnes uni voce clamaverunt, dicentes: » Iſta omnes tenere firmiter volumus, & in perpetuum » ab omnibus conſervari optamus.

EXPLICIT DE RAPTORIBUS.

TITULUS VI.

DE RAPACIBUS.

De his qui infrà regnum per vim aliquid rapuerint.

Ex libro quinto, cap. CCCXLI.

Capitular. lib. 5. cap. 341. I. SI quis in exercitu infrà regnum ſine juſſione dominica per vim hoſtilem aliquid prædare voluerit, aut fœnum tollere, aut granum, ſive pecora majora vel minora, domoſque infrangere vel incendere, hæc ne fiant omninò prohibemus. Quod ſi ab aliquo præſumptiosè factum fuerit, ſexaginta ſolidis, ſi liber eſt, ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat, aut cum duodecim teſtibus ſe purget. Si verò ſervus hoc fecerit, capitali crimini ſubjaceat, & Dominus omnia ſimilia reſtituat, quia ſervum ſuum non correxit nec cuſtodivit ut talia non perpetraret. Quòd ſi nos ipſos comedimus, citò deficiemus. Unuſquiſque tamen cuſtodiat exercitum ſuum, ne aliqua deprædatio infrà regnum fiat.

De his qui infrà regnum rapinas faciunt.

Ex libro ſexto, cap. XCVII.

Ibid. lib. 6. cap. 97. II. Si quis infrà regnum rapinam fecerit, aut cuiquam noſtro fideli ejuſque homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulit legibus componat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, ſexaginta ſolidos nobis perſolvat. Poſtmodùm verò antè nos à Comite adducatur, ut in baſtonico retruſus uſquè dùm nobis placuerit pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam indè agat pœnitentiam juxtà ſanctorum canonum ſanctionem. Si verò occultè, Sacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam; quoniam raptores, ut ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerit, graviùs indè judicetur, quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt, & ſacrilegus vocatur qui ex eis aliquid aut abſtulerit aut rapuerit. Infames quoquè tales perſonæ uſquè ad ſatisfactionem Eccleſiæ quam læſerunt, ſunt habendæ.

Ut ſocios ſuos nominet apud quem pars rapinæ fuerit inventa.

Ex eodem, cap. CCCLV.

Ibid. 355. III. Apud quem ſcelus agnoſcitur & pars rapinæ fuerit inventa, ſtatim ſocios ſuos nominare cogatur. Quòd ſi nominare noluerit, teneatur ad vindictam. Quòd ſi honeſtior perſona eſt, & pro ſe rationem reddat, & quæ ablata vel everſa fuerant quadruplùm reſtituat. Quòd ſi certè apud ſervum rapinæ pars reperiatur, centum quinquaginta flagella publicè extenſus accipiat, & ſocios ſuos nominare non differat.

De his qui diripienda indicare reperiuntur.

Ex eodem, cap. CCCLVI.

Ibid. 356. IV. Quicunque ingenuus vel ſervus aliquid diripiendum indicaverit, ut cujuſcunque res evertatur, aut pecora aut jumenta diripiantur, & ex hoc certis probationibus publicè convictus inveniatur, pro eo quòd indicavit, ſi ingenuus eſt, ea quæ ablata vel everſa ſunt legibus in duplo reſtituat, & nobis bannum noſtrum, id eſt ſexagintos ſolidos componat. Si verò ſervus vel colonus fuerit, centum quinquaginta flagella, ut ſuprà, publicè extenſus benè preſſa accipiat, & inſuper ea quæ ablata ſunt ſecundùm ſuam legem reſtituat.

De eo qui facultatem deprædationis dederit.

Ex eodem, cap. CCCLXXV.

Ibid. 384. V. Si quis ſceleratâ factione facultatem deprædationis dederit, vel ſi quis factam diviſerit, comburatur vivus.

Ut qui res Eccleſiæ vaſtant, invadunt, vel diripiunt, ſi monente Epiſcopo non ſe correxerint, communione priventur.

Ex libro ſeptimo, cap. CCLXVII.

Capitular. lib. 6. cap. 114; lib. 7. c. 267, 421. VI. Si quis cujuſcunque munuſcula Eccleſiæ ſanctis ſcripturarum titulis conlata nefariâ calliditate abſtulerit, fraudaverit, invaſerit, retentaverit, atque ſuppreſſerit, & non ſtatim à Sacerdote commonitus Deo conlata reddiderit, ab Eccleſiæ catholicæ communione pellatur.

De his qui res Eccleſiæ traditas invadunt vel vaſtant, aut abſque proprii Epiſcopi conſenſu accipiunt.

Ex eodem, cap. CCLXXV.

Capitular. lib. 7. cap. 275.

VII. Si quis res Eccleſiæ debitas, vel proprias Sacerdotis, horrendæ cupiditatis inſtinctu occupaverit, retinuerit, aut à poteſtate ex compoſitione perceperit, ſi eas non reſtituerit, communione privetur. Quòd ſi, agnito jure eccleſiaſtico, non ſtatim Eccleſiæ vel Sacerdoti reformaverit, aut ut ipſum jus agnoſcere poſſit, in judicium electorum venire diſtulerit, tamdiù à communione eccleſiaſtica ſuſpendatur quandiù reſtitutis rebus, tam Eccleſiam quam Sacerdotem, reddat indemnem.

De his qui oblationes defunctorum retinent.

Ex eodem.

VIII. Similis etiam his qui oblationes defunctorum Eccleſiis vel Sacerdotibus legaliter dimiſſas quomodolibet aſſignare tardaverint, vel retinere præſumpſerint, diſtrictionis eccleſiaſticæ juxtà priores canones forma ſervetur. Cui etiam ſententiæ ſubjacebit quiſquis ſibi quolibet ordine quod pro devotione ſua Eccleſiis dedit, revocare præſumpſerit.

De Abbatibus, Presbyteris, vel reliquis Miniſtris, rebus eccleſiaſticis non alienandis.

Ex eodem.

IX. Abbatibus, Preſbyteris, cæteriſque Miniſtris de rebus eccleſiaſticis vel ſacro miniſterio traditis nihil alienare vel obligare, abſque permiſſione & ſubſcriptione Epiſcopi ſui, liceat. Quod ſi præſumpſerint, degradentur, communione conceſſâ; & quod temerè præſumptum vel alienatum eſt, ordinatione Epiſcopi revocetur.

EXPLICIT DE RAPACIBUS.

TITULUS VII.

DE SACRILEGIS.

Quòd prædones Eccleſiæ ſacrilegi ſint, ſicut Scripturæ teſtimonio comprobatur.

Ex libro ſexto, cap. CCCLXXXV.

Capitular. lib. 6. cap. 394. Capitulare anni 814, cap. 10.

I. SACRILEGI ſunt Eccleſiæ prædones. Undè & in Concilio Agatenſi, ſub quarto capitulo, decretum habetur ita: *Amico quippiam rapere furtum eſt; Eccleſiæ verò fraudari vel abſtrahi ſubripique, ſacrilegium.* Omnes enim contrà leges facientes, reſque Eccleſiæ diripientes, vel Eccleſias Sacerdoteſque contrà divinas ſanctiones vexantes, ſacrilegi vocantur, atque indubitanter infames * ſacrilegi vocantur.

* *Sirmond.* infames ſacrilegique habendi ſunt.

Quòd ea quæ Domino conſecrantur, ad jus eccleſiaſticum pertineant.

Ex eodem, cap. CCCLXXXVI.

Capitular. lib. 6. cap. 395. Capitulare anni 814, c. 11.

II. Ea quæ Domino offeruntur vel conſecrantur, ad jus pertinent Sacerdotum. Et ſacrilegi ſunt omnes qui ea auferunt, vel in aliud transferunt.

Ut ſi quis dignitatem præſumpſerit quam non meruit à Principe vel Seniore juſto, ſacrilegus habeatur.

Ex eodem, cap. CCCLXXXVII.

Capitular. lib. 6. cap. 396. & ſeq.

III. Si quis præſumpſerit quam non meruit à Principe vel Seniore juſto dignitatem, ſacrilegus habeatur. Homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falſum teſtimonium dixerint, ſeu qui ad ſortilegos magoſque cucurrerint, nullatenùs erunt ad accuſationem vel ad teſtimonium admittendi.

De ſacrilegis, quòd fures ſint, teſte ſcripturâ.

Ex eodem, cap. CCCXCV.

Ibid. 404.

IV. Omnibus ſciendum eſt quòd ſacrilegi fures ſint cuncti qui res Eccleſiæ diripiunt, vaſtant, invadunt, vexantque, aut à jure Eccleſiarum quibus traditæ fuerant, injuſtè alienant. Undè & beatus Auguſtinus in homelia quadrageſima octava evangelii Johannis ita dicit: *Ecce inter ſanctos eſt Judas, ecce fur eſt Judas. Et ne contemnas, fur & ſacrilegus: non qualiſcunque fur, ſed fur locuorum, ſed dominicorum; loculorum, ſed ſacrorum. Si crimina * diſcernuntur in foro, qualiſcunque fur & peculatus,* (*Peculatus enim dicitur furtum de re publica, & non ſic judicatur furtum rei privatæ quomodò publicæ*) *quantò vehementiùs judicandus eſt ſacrilegus fur, non undecunque tollere, ſed de Eccleſia tollere. Qui aliquid de Eccleſia aufert vel furatur, Judæ perdito comparatur.* Nota quòd aliquid de Eccleſia tollere, furtum eſſe beatus Auguſ-

* *Sirmond. Si crimina diſcernuntur in foro, non qualiſcunque fur, ſed peculatus, &c.*

tinus aſſeveret, & patratorem tanti furti furem ſacrilegum appellet, necnon & Judæ perdito æquiparet. Et poſt pauca: *Quare*, inquit, *loculos habuit cui Angeli miniſtraverunt, niſi quia Eccleſia ipſius loculos ſuos habitura erat?* Ecce quibus tanti doctoris documentis inſtruimur, quia quod in capite præceſſit, in corpore ejus, quod eſt Eccleſia, videtur impletum. Porrò Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe non neſcimus. Et ideò quæ Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt; & quæ Eccleſiæ offeruntur, Chriſto offeruntur; & quæ ab Eccleſia ejus tolluntur, procul dubio Chriſto tolluntur. Ergò futurum erat ut Eccleſia Chriſti nummos haberet. Si nummos, utique & prædia & mancipia, & diverſarum ſpecierum innumera ornamenta. Et quia inlicitum ſit ea quæ conferuntur Eccleſiæ auferri, beati Hieronymi ſcribentis in expoſitione Matthæi Evangeliſtæ verba teſtantur. *Omnes*, inquit, *qui ſtipe templi & iis quæ conferuntur in uſus Eccleſiæ abutuntur in aliis rebus, quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribarum & Sacerdotum redimentium mendacium & ſanguinem Salvatoris.*

Quòd quicquid offertur Domino, ſanctum ſanctorum ſit, & ad jus pertineat Sacerdotum.

Ex eodem, cap. CCCXCVI.

Capitular. lib. 6. cap. 405.

V. Nulli liceat ignorare quòd omne quod Domino conſecratur, ſive homo fuerit, ſive animal, ſive ager, vel quicquid Deo fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino, & ad jus pertineat Sacerdotum. Propter quod inexcuſabilis erit omnis qui ea quæ Domino & Eccleſiæ competunt, aufert, vaſtat, invadit, vel diripit; uſquè ad emendationem Eccleſiæque ſatisfactionem ſit ſacrilegus, & non tantùm ſacrilegus; ſed etiam fur ſacrilegus.

De his ſacrilegis qui Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus injurias inferunt.

Ex eodem, cap. CCCXCVII.

Ibid. 115, 406. Capitulare II. an. 814, c. 8.

V I. Si quis in hoc genus ſacrilegii proruperit ut in Eccleſias earumque res inruens, Sacerdotibus & Miniſtris, vel ipſo cultui locoque aliquid importet injuriæ, vel inferat ad divini cultûs injuriam, in convictos ſive confeſſos reos capitali ſententiâ noverit vindicandum. Nec expectetur ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi ſoli gloriam dereliquit; ſitque cunctis non ſolùm liberum, ſed etiam laudabile, factas atroces Sacerdotibus aut Miniſtris injurias, veluti publicum crimen, proſequi ac de talibus reis ultionem mereri.

Quòd omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur.

Ex eodem, cap. CCCXCVIII.

Capitular. lib. 6. cap. 407. Capitulare II. an. 814. c. 12.

V II. Omnia quæ Domino offeruntur, procul dubio & conſecrantur. Et non ſolùm ſacrificia quæ à Sacerdotibus ſuper altare Domino conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quicquid ei à fidelibus offertur, ſive in mancipiis, ſive in agris, vineis, ſylvis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, artificiis, libris, uteniſilibus, petris, ædificiis, veſtimentis, pellibus, laneficiis, pecoribus, paſcuis, membranis, mobilibus & immobilibus, vel quæcunque de his rebus quæ ad laudem Dei fiunt, vel ſupplementum ſanctæ Dei Eccleſiæ ejuſque Sacerdotibus atque ornatum præſtare poſſunt, Domino Eccleſiæque ſuæ à quibuſcunque ultrò offeruntur, Domino indubitanter conſecrantur; & ad jus pertinent Sacerdotum. Et quia Chriſtum & Eccleſiam unam perſonam eſſe veraciter agnoſcimus, quæcunque Eccleſiæ ſunt, Chriſti ſunt; & quæ Eccleſiæ vel in ſupradictis vel in quibuſcunque ſpeciebus, ſive pollicitationibus, ſive pignoribus, ſive ſcriptis, ſive corporalibus rebus offeruntur, Chriſto offeruntur; & quæ ab Eccleſia ejus quocunque commento alienantur vel tolluntur, ſive alienando, ſive vaſtando, ſive invadendo, ſive minorando, ſive diripiendo, Chriſto tolluntur. Et ſi ab amico quippiam rapere furtum eſt, præcipuè Chriſto Domino noſtro, qui eſt Rex Regum & Dominus Dominantium, aliquid auferre vel alienare, ſubripere, vel vaſtare, ſacrilegium eſt. Omnes namque Eccleſiæ prædones manifeſtiſſimè ſunt ſacrilegi; & nullus ſacrilegus niſi per puram probatamque atque publicam pœnitentiam, & per Eccleſiæ ſatisfactionem, Epiſcoporumque per manûs impoſitionem, & juxtà canonicas ſanctiones per reconciliationem, regnum Dei poſſidebit; & non ſolùm à regno Dei ſit alienus, ſed etiam à liminibus ſanctæ Eccleſiæ, & præcipuè ab illius quam læſit, uſquè ad prædictam ſatisfactionem extoris efficitur. Talium vero ſcelerum patratoribus, niſi poſt prædictam ſatisfactionem, nec vivis nec mortuis communicare debemus; quia qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem facit; qui autem pecuniam Eccleſiæ abſtulerit, ſacrile-

gium facit: Qui non ſolùm ſacrilegi, ſed etiam fures ſacrilegi, & lupi, atque homicidæ, pauperumque necatores ſunt, & inſuper anathematis vinculo damnati coram Deo & Sanctis ejus efficiuntur.

Ut omnes agnoſcant quantum malum ſit Deo ſacratas vel reliquas inceſtare.

Ex eodem libro, cap. ccccxv.

Capitular. lib. 6. cap. 434. VIII. Jubemus omnes ſcire omnibuſque populis a Sacerdotibus prædicari quantum malum & quàm maximum flagitium ſit cum Deo devotis feminis, viduis vel virginibus, ſive cum velatis, ſive cum Deo devotis, maximèque cum Sanctimonialibus & ſacratis Deo virginibus vel viduis, tam in monaſteriis quàm extrà monaſteria, commiſceri. Nam hoc peccatum duplex eſſe non dubium eſt. Ut verbi gratiâ dicamus, cujus vindictæ reus ſit puer antè Dominum ſuum qui uxorem Domini ſui adulterio violaverit, quantò magis ille qui ſponſam Chriſti creatoris cœli & terræ putredine ſuæ libidinis commaculaverit, dicente beato Paulo Apoſtolo: *An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare, quia neque fornicarii, neque Idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* I. Cor. 6. c. 10.

Ut capitali ſententiâ multentur qui ſacrilegia, adulteria, prædationes, aut devaſtationes exercuerint.

Ex eodem, cap. ccccxxii.

Capitular. lib. 6. cap. 431. IX. Sub pœna capitali, ſacrilegia, adulteria, prædationes, vaſtationeſque in regno noſtro à quibuſcunque fieri prohibemus, ita ut ſi voluntariè quis ex his unum vel aliquid fecerit, de vita componat, & omnes res ejus tam mobiles quàm immobiles fiſco noſtro ſocientur, vel Eccleſiæ cujus res vaſtaverit vel alienaverit, aut abſtulerit, tradantur; maximum enim ſacrilegium eſt oblationes fidelium, quæ ſunt res Eccleſiarum, auferre, vaſtare, alienare, invadere, vel ſubripere. Nam, ut ait ſacra Scriptura, neque ſacrilegi, neque adulteri, neque prædones, vel vaſtatores, qui ſunt raptores, regnum Dei poſſidebunt. Et ſi hi qui res fratrum diripiunt, à regno Dei alieni fiunt, quid ſuper his fieri putatis qui res Deo dicatas diripiunt vel auferunt? Nam quantò graviùs quis in hoc ſeculo peccat, tantò graviùs in interno torquebitur. I. Cor. 6. 9. 10.

De plebe adversùs ſacrilegos cuſtodienda.

Ex libro ſeptimo, cap. lv.

Capitular. lib. 7. c. 55. X. Antè tribunal Domini de reatu negligentiæ ſe non poterit excuſare qui plebem ſuam contrà ſacrilegæ perſuaſionis auctores noluerit cuſtodire.

EXPLICIT DE SACRILEGIS.

TITULUS VIII.

DE JURAMENTIS.

De ſacramentis leviter non jurandis

Ex libro quinto, cap. cccxlix.

Capitular. lib. 5. cap. 349. I. VOLUMUS ut ſacramenta citò non fiant. Sed unuſquiſque Judex priùs cauſam veraciter cognoſcat, ut eum veritas latere non poſſit, ne facilè ad ſacramentum veniant.

De perjuriis cavendis.

Ex libro ſexto, cap. cclxxvii.

Ibid. lib 1. c. 10; lib. 6. cap. 277. Append. II. c. 16. II. Præcipimus ut perjuria caveantur, nec admittantur teſtes ad juramentum antequàm diſcutiantur. Et ſi aliter diſcuti non poſſint, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. Et non licet ſoli accuſatori teſtes eligere, abſente ſuo cauſatore. Et omninò nullus, niſi jejunus, ad juramentum vel ad teſtimonium admittatur. Et ille qui ad teſtimonium adducitur ſi refutatur, dicat ille qui eum refutat & probet quare illum recipere nolit. Et de ipſo pago, non de altero, teſtes eligantur, niſi fortè longiùs extrà comitatum cauſa ſit inquirenda. Et ſi quis convictus fuerit perjurii, perdat manum aut redimat. Capitular. lib. 5. cap. 358. Capitulare III anni 805. c. 13.

EXPLICIT DE JURAMENTIS.

TITULUS IX.

DE EXCOMMUNICATIS.

Cum excommunicatis non licere communicare.

Ex libro quinto, cap. XXV.

Capitular. lib. 5. c. 25. I. CUM excommunicatis non licere communicare; nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt. Ab alia Eccleſia non ſuſcipiatur qui in alia minimè congregatur.

De eo qui excommunicatus pro ſuo neglectu fuerit.

Ex eodem libro, cap. XXX.

Ibid. c. 30. II. Si quis excommunicatus pro ſuo neglectu fuerit, & tempore excommunicationis ſuæ antè audientiam communicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationis judicetur protuliſſe ſententiam.

Codex Canon. Eccleſ. Afric. c. 29.
Concil. Conſtantinopolit. II. collat. 7. in epiſtola Vigilii.
Ivo, par. 3. cap. 314.

De his qui cum excommunicato communicaverint.

Ex eodem libro, cap. LXXV.

Ibid. c. 75; lib. 1. c. 36. Capitulare I. an. 789, cap. 35. III. Ut qui cum excommunicato præſumptiosè communicaverit, excommunicetur & ipſe.

De his qui Epiſcoporum vocationem vel correptionem contempſerint.

Ex libro ſexto, cap. LXXXVIII.

Capitular. lib. 6. c. 88. IV. Si quis ſecularium, tam majoris ordinis quàm & inferioris, peccatum egerit, & vocatus ſui Epiſcopi auctoritate ad emendationem ac pœnitentiam venire diſtulerit, tamdiu ſit ab Eccleſia extorris & catholicorum conſortio ſequeſtratus, quouſquè quod commiſit emendet, ac reatum ſuum uſquè ad ſatisfactionem canonicè ciluat, atque reconciliatione proprii Epiſcopi divinis precibus indulgentiam conſequatur, & per veniam Eccleſiæ gremio, à cujus utero deviaverat, peractâ ſatisfactione, ab eodem immelioratus Epiſcopo, canonicè reddatur.

De his qui Epiſcopo aliquam injuriam vel dehonorationem fecerint.

Ex eodem libro, cap. XCIX.

Ibid. lib. 5. cap. 99. V. Si quis Epiſcopo aliquam injuriam aut injuſtam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia quæ habere viſus fuerit Eccleſiæ cui Epiſcopus præeſſe dinoſcitur, integerrimè ſocientur, & nobis in triplo bannus noſter, id eſt, ſexaginta ſolidi perſolvantur; aut ipſe in ſervitio fiſci noſtri ſerviturus ſemper ſocietur uſquè ſe redimere in triplo juxtà wirgildum ſuum potuerit. Sancta verò Eccleſia in Sacerdotibus conſtat. Idcircò magnâ pœnâ plectendi ſunt qui Epiſcopis vel reliquis Sacerdotibus injuriam vel contumeliam fecerint; nam detractio Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cujus vice legatione in Eccleſia funguntur.

De non parvipendenda excommunicatione Sacerdotum.

Ex eodem, cap. CCXLVIII.

VI. Placuit ut fideles ne parvipendant excommunicationem Sacerdotum illorum; quoniam ſi hoc fecerint, juſtè ſegregabuntur à cœtu Chriſtianorum. Ibid. lib. 6. cap. 248.

Ut quicunque ſynodalem excommunicationem tranſgreſſus fuerit, in ſynodo ſpem recuperationis non habeat.

Ex libro ſeptimo, cap. IX.

VII. Si quis Epiſcopus damnatus à ſynodo, vel Preſbyter aut Diaconus à ſuo Epiſcopo, auſi fuerint de ſacro miniſterio aliquid contingere, ſive Epiſcopus juxtà præcedentem conſuetudinem, ſive Preſbyter aut Diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia ſynodo reſtitutionis ſpem aut locum habere ſatisfactionis; ſed & communicantes ei omnes abici de Eccleſia, & maximè ſi poſtquàm didicerint hoc factum eſſe, communicare tentaverint. Ibid. lib. 7. c. 9.

Quòd excommunicati à Sacerdote, antequàm canonicè reconcilientur, non poſſint majores natu accuſare.

Ex eodem libro, cap. CLXXX.

VIII. Ut excommunicatus à Sacerdote, quandiù in ipſa eſt excommunicatione, majores natu accuſare non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, non recipiatur; ſed aut majori excommunicationi ſubjaceat, aut ab Eccleſia pellatur. Ibid. 180.

De modis excommunicationis tam de Clericis quàm de Laicis.

Ex libro quinto, cap. LXII.

IX. Si quis Preſbyter ab Epiſcopo ſuo degradatus vel excommunicatus fuerit, & Ibid. lib. 5. c. 62. Capitulare anni 755, cap. 9.

ipſe per contemptum poſteà aliquid de ſuo officio ſine comiatu facere præſumpſerit, & poſteà ab Epiſcopo correptus & excommunicatus fuerit, qui cum ipſo communicaverit ſcienter, ſciat ſe eſſe excommunicatum ſimiliter. Quicunque Clericus aut laicus, vel femina, inceſtum commiſerit, & ab Epiſcopo ſuo correptus ſe emendare noluerit, & ab ipſo excommunicatus fuerit, qui poſteà cum ipſo communicaverit, ſimiliter excommunicetur. Et ut ſciatis qualis ſit modus iſtius excommunicationis, in Eccleſiam non debet intrare, nec cum ullo Chriſtiano cibum vel potum ſumere; nec ejus munera quiſquam accipere debet, vel oſculum porrigere, nec in oratione ſe jungere, nec ſalutare, antequàm ab Epiſcopo ſuo ſit reconciliatus. Quòd ſi aliquis ſe reclamaverit quòd injuſtè ſit excommunicatus, licentiam habeat ad Metropolitanum Epiſcopum venire, ut ibidem ſecundùm canonicam inſtitutionem dijudicetur, & interim ſuam excommunicationem cuſtodiat. Quòd ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & Epiſcopus hoc emendare minimè potuerit, Regis judicio exilio condemnetur.

Item de eadem re.

In eodem libro, cap. LXIII.

X. Hæc verò per ſingula capitula in ſtatutis Nicæni Concilii legere poteſtis, ſeu in aliis ſanctorum Patrum ſynodalibus Edictis, & in Antiocheno Concilio, quòd hi qui damnati ſunt à ſynodo vel à ſuo Epiſcopo, & poſteà miniſtrare præſumunt, præcipitur ut nullus audeat eis communicare. Si quis verò eis communicat, ſimili ſententiæ ſubjaceat ſicut & damnatus. Capitular. lib. 7 c. 631 lib. 1. c. 7. Capitulare I. an. 789. cap. 6. 7.

EXPLICIT DE EXCOMMUNICATIS.

TITULUS X.

De stabilitate Sacerdotum in titulis propriis.

Ut Clericus in Eccleſia in qua prætitulatus eſt, permaneat.

Ex libro quinto, cap. XXVIII.

Capitular. lib. 5. c. 28. I. CLERICUM permanere oportet in Eccleſia cui in initio ab Epiſcopo prætitulatus ac ſortitus eſt, & ad quam confuait quaſi ad potiorem. Hoc autem refutantes * revocari debere ad ſuam Eccleſiam in qua primitùs ordinatus eſt, & ibi tantummodò miniſtrare. Si quis hanc definitionem tranſgreſſus fuerit, decrevit ſancta ſynodus à proprio gradu decidere.

* *Sirmond.* refutantem

Ut in titulis in quibus Presbyteri conſecrantur, antè ſuam promotionem ſtabilitatem promittant.

Ex eodem, cap. CLXXV.

II. Ut Preſbyteri qui in titulis conſecrantur, ſecundùm canones, antequàm ordinentur, promiſſionem ſtabilitatis loci illius faciant. EXPLICIT. Capitular. lib. 5. cap. 175.

TITULUS XI.

INCIPIUNT ALIA CAPITULA EX QUINTO, SEXTO, ET SEPTIMO LIBRO CAPITULARIS COLLECTA, SATIS ECCLESIASTICIS UTILITATIBUS CONGRUA.

De eo qui filiaſtrum aut filiaſtram antè Epiſcopum tenuerit.

Ex libro quinto, cap. VII.

Ibid. c. 7. Capitulare anni 757 c. 12. I. SI quis filiaſtrum aut filiaſtram ſuam antè Epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab uxore ſua, & alteram non accipiat. Similiter & illa alterum non accipiat.

De eo qui filiaſtram ſuam contrà voluntatem ipſius dederit ingenuo vel ſervo.

Ex eodem libro, cap. XIX.

II. Si quis homo filiaſtram ſuam contrà voluntatem ipſius, & matris & parentum, dederit viro ingenuo aut eccleſiaſtico vel ſervo, & illa noluerit habere illum, & reliquerit eum, poteſtatem habeant parentes illius dare illi alium maritum. Ibid. c. 19. Capitulare anni 757, c. 4.

De

De Presbytero ſuſpicioſo.

Ex eodem, cap. XXXVI.

Capitular. lib. 5. c. 36. III. Sacerdos ſi ſuſpicioſus aut incredibilis ſuo Epiſcopo aut reliquis ſuis Conſacerdotibus, ſive bonis & juſtis de ſuo populo vel de ſua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus aut quinque vel ſeptem bonis ac vicinis Conſacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, qui duodecim Epiſcopos in ſua purgatione habuit, vel eo ampliùs, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi inеſſe perſpexerit, & cum aliis bonis & juſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor evangelia purgatum Eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat quales teſtes ad accuſationem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accuſatore faciendum ſit, pleniter in Canonibus reperire poterit.

Ut Presbyteri chriſma diligenter cuſtodiant.

Ex eodem, cap. CXLV.

Ibid. 145. IV. Presbyteri ſub ſigillo cuſtodiant chriſma, & nulli ſub prætextu medicinæ vel maleficii donare præſumant. Quod ſi fecerint, honore priventur.

Item undè ſuprà.

Item in eodem, cap. CIV.

Ibid. 104. Ibid. lib. 3. cap. 55. & Capitulare anni 809. c. 21. & c. 10. V. Ut Preſbyter qui ſanctum chriſma donaverit ad judicium ſubvertendum, poſtquàm de gradu ſuo depoſitus fuerit, manum amittat.

Ut malum ebrietatis omninò vitetur.

Ex eodem, cap. CLXII.

Capitular. lib. 5. cap. 162. VI. Magnum malum ebrietatis, undè omnia vitia pullulant, modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eum eſſe decrevimus uſquè ad emendationem congruam.

De Eccleſia ædificanda.

Ex eodem, cap. CCCLXXXII.

Ibid. 382. VII. Nemo Eccleſiam ædificet antequàm civitatis Epiſcopus veniat, & ibidem crucem figat publicè. Et antè præfiniat qui ædificare vult, quod ad luminaria & ad cuſtodiam & ſtipendia cuſtodum ſufficiat. Et factâ donatione, ſic domum ædificet.

De non judicando quemquam abſque legitimo accuſatore.

Ex eodem, cap. CCCXCVIII.

Ibid. 398. Ambroſ. in c. 5. Ep. I. ad Corinth. Hincmar. tom 2. pag. 787, in fin. VIII. Judicis non eſt quemlibet judicare vel condemnare abſque legitimo accuſatore; quoniam & Dominus Judam furem eſſe ſciebat, ſed quia non eſt accuſatus, ideò non eſt ejectus.

Quòd Laicis non ſit de religione præſumendum.

Ex eodem, cap. CCCCM.

Capitular. lib. 5. cap. 401. IX. Laicis, quamvis religioſis, nulli tamen de eccleſiaſticis facultatibus, vel de Deo dicatis hominibus, aliquid diſponendum attribuatur facultas.

Si quis Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, ad bellum proceſſerit, deponatur.

Ex libro ſexto, cap. LXI.

Ibid lib. 6. cap. 61. X. Si quis Epiſcopus, Preſbyter, Diaconus, vel Subdiaconus ad bellum proceſſerit, & arma bellica indutus fuerit ad bellicandum, ab omni officio deponatur, in tantum ut nec laicam communionem habeat.

De his qui volunt aquam conſecratam in Sabbato ſancto accipere.

Ex eodem libro, cap. LXXVII.

Ibid. c. 77. XI. Quòd in Sabbato ſancto Paſchæ, vel in Sabbato Pentecoſtes, ſi qui velint aquam conſecratam ad aſperſionem in domos ſuas accipere, antè chriſmatis accipiant infuſionem.

De confirmatione Epiſcoporum à plebe ſollicitè quærenda.

Ex eodem, cap. LXXXIII.

Ibid. c. 83. XII. Ut omnes maximam curam habeant ne ſine confirmatione Epiſcopi quis vitam finiat, animaque periclitetur.

De viro & muliere in matrimonio copulatis, & poſteà dicente eâ non poſſe eum nubere cum ea.

Ex eodem, cap. XCI.

Ibid. c. 55. 91. XIII. Si vir & mulier conjunxerint ſe in matrimonio, & poſteà dixerit mulier de viro non poſſe nubere cum ea, ſi potuerit probare quod verum ſit, accipiat alium, eò quòd juxtà Apoſtolum non potuit illi reddere vir ſuus debitum. I. Cor. VII. 3.

De raptoribus & raptis virginibus vel viduis.

Ex eodem, cap. XCVI.

Capitular. lib. 6. c. 96. XIV. Si quis alterius ſponſam virginem aut viduam necdùm deſponſatam rapuerit vel furatus fuerit, placuit ut ſive eam poſteà ſponſaverit, ſive dotaverit, ſive non, ſive cum parentum ejus voluntate quocunque commento ipſam accipere vel tenere potuerit, nunquam illam uxorem habeat; ſed raptori aut furi auferatur, & proximis ſuis alio viro tempore congruo, ſi ipſa hoc malum non conſenſerit, nuptura legibuſque acceptura reddatur. Raptor verò ſive fur, omneſque ei conſentientes, publicâ pœnitentiâ juxtà canonicam auctoritatem multentur, &

proximis illius quicquid injuſtè in tàm nefando ſcelere egerunt, in triplo componant, & unamquamque rem ſeorsùm Legibus in triplo reſtituant. Ipſa autem quæ rapitur, ſi aut primò aut poſtmodùm tam nefario ſceleri libens conſenſerit, nunquam poſteà nubat; ſed publicâ pœnitentiâ multetur, & ſub tali cuſtodia ponatur ut ei nullatenùs luxuriari cum quoquam liceat. Aliter enim memorata flagitia puniantur, ut omnes cognoſcant quoniam nec ſeculi Leges tam nefandis conjunctionibus conſentiant, nec ſacri Canones conſilium ullum præbeant.

De his qui in domo ſua oratorium fecerint.

Ex eodem, cap. CII.

Capitular. lib. 6. cap. 102. Ibid. lib. 5. cap. 383.

XV. Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibidem poteſt. Miſſas tamen in eo celebrare non audeat, nec agere cuiquam permittat, ſine permiſſu & dedicatione Epiſcopi loci illius. Quod ſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Comes verò qui hoc cognovit, & non prohibuit, publicâ pœnitentiâ multetur, vel honore privetur.

De expoſitis infantibus ac collectione eorum.

Ex eodem, cap. CXLIV.

Ibid. lib. 6. cap. 144. *Vid* Regin lib. 2. c. 69. & ſeq.

XVI. Si expoſitus antè Eccleſiam cujuſcunque fuerit miſeratione collectus, conteſtationis ponat epiſtolam. Et ſi is qui collectus eſt, intrà decem dies quæſitus agnituſque non fuerit, ſecurus habeat qui collegit. Sanè qui poſt prædictum tempus ejus calumniator extiterit, ut homicida eccleſiaſticâ diſtrictione damnabitur, ſicut Patrum ſanxit autoritas.

De quorum baptiſmate abſque diſſimulatione dubitatur, ut rebaptizentur præceptum eſt.

Ex eodem, cap. CLXXXIV.

Capitular. lib. 6. cap. 184.

XVII. De quibus dubium eſt utrùm ſint baptizati, an non, omnimodis abſque ullo ſcrupulo baptizentur, his tamen verbis præmiſſis: *Non te rebaptizo: ſed ſi nondùm baptizatus es, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.*

Qui ſint dies purificationis mulieris.

Ex eodem, cap. CCVII.

Ibid. 207. Capitulare anni 744, cap. 3.

XVIII. Cùm enixa fuerit mulier, poſt quot dies debeat Eccleſiam intrare, Teſtamenti veteris præceptione didicimus, ut pro maſculo diebus XXXIII, pro femina LXVI. debeat abſtinere. *Quod tamen*, ait ſanctus Gregorius, *ſciendum eſt quia in myſterio accipitur. Nam ſi horâ eâdem quâ genuerit, actura gratias, intret Eccleſiam, nullo peccati pondere gravatur: voluptas etenim carnis, non dolor, in culpa eſt; in carnis autem commixtione voluptas eſt, in prolis verò prolatione gemitus. Undè & ipſi primo matrimonio dicitur*: In doloribus paries. *Si itaquè ipſam mulierem prohibemus Eccleſiam intrare, ipſam ei pœnam ſuam culpam deputamus.* Gen. 3. 16.

De conſervanda fide inter virum & uxorem.

Ex eodem, cap. CCCCXXIV.

Capitular. lib. 6. cap. 433.

XIX. Scire omnes volumus, ſicut & ſæpiùs à Dominis Epiſcopis & à reliquis Dei ſervis admoniti ſumus, quòd viri uxoribus ſuis, & uxores ſimiliter viris ſuis, veraciter fidem & dilectionem ſervare debeant, & non in aliquo ab his declinare; & quòd non liceat conjugatis neque pellicem neque concubinam habere.

De Sacerdotibus qui miniſterium ſuum adimplere non valent.

Ex libro ſeptimo, cap. CXXXVII.

Ibid. lib. 7. c. 137 Capitulare anni 769. cap. 15.

XX. Sacerdotes qui ritè non ſapiunt adimplere miniſterium ſuum, nec diſcere juxtà præceptum ſuorum Epiſcoporum pro viribus ſatagunt, vel contemptores Canonum exiſtunt, ab officio proprio ſunt removendi quouſquè hoc pleniter emendatum habeant.

Ut nullus Judex neque Presbyterum neque Diaconum, aut Clericum, ſine conſenſu Epiſcopi ſui diſtringat.

Ex eodem libro, cap. CXXXIX.

Capitular lib. 6. cap. 156; lib. 7. cap. 139. Add. IV. cap. 85; & Capitulare anni 769. cap. 17.

XXI. Ut nullus Judex neque Preſbyterum, neque Diaconum aut Clericum, aut juniorem Eccleſiæ ſine conſcientia Pontificis per ſe diſtringat aut condemnare præſumat. Quod ſi fecerit, ab Eccleſia cui injuriam fecit, quam inrogare dinoſcitur, tamdiù ſit ſequeſtratus donec reatum ſuum cognoſcat & emendet.

Ut Presbyteri in Eccleſiis inconſulto Epiſcopo nec conſtituantur, vel de Eccleſiis expellantur.

Ex eodem, cap. CLXVI.

Capitular. lib. 1. c. 84; lib. 5. c. 87. 213; lib. 6. c. 166; & lib. 7. cap. 166.

XXII. Sancitum eſt ut ſine auctoritate vel conſenſu Epiſcoporum, Preſbyteri in quibuſlibet Eccleſiis nec conſtituantur nec expellantur. Et ſi quis deinceps hoc facere tentaverit, ſynodali ſententiâ diſtrictè feriatur.

Ut inlicitus acceſſus feminarum ad altare non fiat, nec ullæ feminæ vaſa ſacra, aut Corpus & Sanguinem Domini, contrectare præſumant.

Ex eodem, cap. CXC.

Capitular. lib. 1. c. 17; lib. 5. c. 67; lib. 7. cap. 248, 262, 190.

XXIII. Statutum eſt ut inlicitus feminarum acceſſus ad altare non fiat; quia contrà omnem auctoritatem divinam &

canonicam inſtitutionem eſt feminas ſanctis altaribus ſe ultrò ingerere, ac ſacrata vaſa impudenter contingere, ſive indumenta ſacerdotalia Preſbyteris miniſtrare, aut Corpus & Sanguinem Domini contingere populiſque porrigere: quod omni ratione caret, & ne ulteriùs fiat omnimodis prohibitum eſt. Et quæcunque feminæ deinceps hoc facere præſumpſerint, judicio canonico uſquè ad ſatisfactionem ſubdantur. Quòd autem * mediocres ingredi ad altare non debeant, in Concilio Chalcedonenſi & in Decretis Gelaſii Papæ copioſiſſimè invenitur.

* mulieres.

De violatoribus ſepulchrorum.

Ex eodem, cap. CXCII.

Capitular. lib 7. cap. 192.

XXIV. Qui ſepulchra violaverint, puniantur, tam ingenui quàm ſervi. Si major perſona in hoc ſcelere fuerit deprehenſa, amiſsâ medietate bonorum ſuorum, perpetuâ notetur infamiâ. Si Clericus, depoſitus omni honore clericali, perenni exilio deputetur. Si Judex hoc perſequi aut implere diſtulerit, facultatibus & honore privetur.

De Clericis, ſi ebrietatem non vitaverint, ut excommunicentur aut verberentur.

Ex eodem, cap. CCLXX.

Ibid. 218. & 270. Capitulare II. an. 803. c. 3.

XXV. Antè omnia Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. Nec quis poteſt liberum corporis ſui ac mentis habere judicium qui eſt captus vino, à ſenſu probatur eſſe alienus, & procliviùs ad judicium mens labefacta ducitur, ac plerunque ſolet peccatum aut crimen, dùm neſcit, incurrere. Ignorantia verò talis non poteſt effugere pœnam, quam ex voluntaria amentia manaſſe conſtiterit. Itaquè quemcunque ebrium fuiſſe conſtiterit, ut ordo patitur, aut quadraginta dierum ſpatio à communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum eſſe ſupplicio.

Ut teſtes, priuſquam de cauſa interrogentur, ſacramento conſtringantur.

Ex eodem, cap. CCLXXXIII.

Capitular. lib. 7. cap. 283.

XXVI. Teſtes, priuſquàm de cauſa interrogentur, ſacramento debere conſtringi ut jurent ſe nihil niſi rei veritatem eſſe dicturos. Hoc etiam jubemus, ut honeſtioribus magis quàm vilioribus teſtibus fides potiùs admittatur. Unius autem teſtimonium, quamlibet ſplendida & idonea videatur eſſe perſona, nullatenùs audiendum.

Ut mancipia quæ Judæi emerint aut circumciderint, ab eorum poteſtate auferantur.

Ex eodem, cap. CCLXXXVI.

Ibid. 286.

XXVII. Si quis Judæorum Chriſtianum ſervum vel cujuſlibet alterius ſectæ emerit vel circumciderit, à Judæi ipſius poteſtate ſublatus in libertate permaneat.

De vagis & levibus Sacerdotibus ac Clericis.

Ex eodem, cap. CCXCVI.

Ibid. 296.

XXVIII. Hoc etiam placuit, ut vagus atque inſtabilis Clericus, ſive etiam in diaconali miniſterio vel preſbyterali officio conſtitutus, ſi Epiſcopi à quo ordinatus eſt præceptis non obedierit, ut in delegata ſibi Eccleſia officium dependat aſſiduum quouſquè in vitio permanſerit, & communione & honore privetur.

De caſtitate eorum qui conjugio ſunt copulandi.

Ex eodem, cap. CCCLXXXIX.

Ibid. 389.

XXIX. Sciendum eſt omnibus & firmiter retinendum quòd hi qui uxores ducere voluerint, ſicut eas caſtas & incorruptas cupiunt invenire, ſic ad eas caſti & incorrupti debent accedere, eaſque cum benedictione Sacerdotis, ſicut in Sacramentario continetur, accipere. Sed priùs eas dotali titulo debent conligare.

De his qui à Chorepiſcopo confirmati ſunt.

Ex eodem, cap. CCCCII.

Ibid. 402.

XXX. Si quis non ab Epiſcopo, ſed à Chorepiſcopo, qui non eſt Epiſcopus, ſed Vicarius Epiſcopi, priuſquàm prohibiti eſſent, fuerit confirmatus, reiterari aliis benedictionibus debet. Nam Chorepiſcopi antè apoſtolicam atque ſynodalem prohibitionem non ex numero Apoſtolorum, ſed ex ſeptuaginta Diſcipulorum, ut ſacri Canones teſtantur, ordine erant, quos nunquàm Spiritum paraclitum tradidiſſe novimus. Sed quia olim, ut dictum eſt, jam dicti Chorepiſcopi prohibiti ſunt, ideò modò nihil ſunt, nec Spiritum paraclitum ullo unquàm tempore tradere potuerunt, nec modò poſſunt.

Item de Chorepiſcopis.

Ex eodem, cap. CCCCXXIII.

Ibid. 423. Capitulare I. anni 803. cap. 5.

XXXI. Placuit ut, ſicut Leonis Papæ & omnium Epiſcoporum noſtrorum atque reliquorum Fidelium generali & ſynodali conſultu decrevimus, nullus Chorepiſcopus per manûs impoſitionem Spiritum ſanctum tradere, aut Sacerdotes vel Levitas aut Subdiaconos ſacrare, vel virgines velare, aut ſanctum chriſma conficere, vel Eccleſias vel altaria ſacrare, aut be-

nedictionem in publica Miſſa populis tribuere præſumat : quæ omnia ſummis Pontificibus, id eſt, cathedralibus Epiſcopis, debentur, & non Chorepiſcopis vel Preſbyteris, quorum formam, juxtà ſanctorum Canonum decreta, Chorepiſcopi gerunt. Si autem hi aliquid ex his agere tentaverint, irrita erunt quæ ab eis gerentur, & ipſi omni eccleſiaſtico honore funditùs priventur.

De his qui ſeipſos quocunque modo necant.

Ex eodem, cap. CCCCXLII.

Capitular. lib. 7. cap. 442.

XXXII. Quicunque ſe propriâ voluntate aut in aquam jactaverit, aut collum ligaverit, aut de arbore præcipitaverit, aut ferro percuſſerit, aut cuilibet voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblatio non recipiatur.

Qualiter hæc Statuta ſervanda ſint; & de his qui hæc contempſerint, ſive Clericis, ſive Laicis, quid agendum ſit.

Ex eodem, cap. CCCCLXXVI.

Capitular. lib. 7. cap. 476.

XXXIII. Has omnes Conſtitutiones eccleſiaſticas, quas ſummatim breviterque perſtrinximus, ſicut pleniùs in Canone continetur, manere perenni ſtabilitate ſancimus. Si quis ergò Clericus aut Laicus harum Sanctionum obediens eſſe noluerit, ſi Clericus fuerit, excommunicationi ſubjaceat : ſi verò Laicus & honeſtioris loci perſona, medietatem facultatum ſuarum amittat, fiſci viribus profuturam. Si verò minoris loci perſona eſt, amiſſione rerum ſuarum multatus in exilio deputetur.

Vide Capitul. III Karoli Magni incerti an. c. 13.

CAPITULA HERARDI, ARCHIEPISCOPI TURONENSIS,

COLLECTA EX CAPITULARIBUS REGUM FRANCORUM.

Vide Chronicon Malleat. p. 197.

Capitula excerpta ex Corpore ſanctorum Canonum perneceſſaria ab Herardo, ſanctæ Turonicæ Sedis Archiepiſcopo nutu divino, in ſancta ipſius Synodo tenenda memoriter ab omnibus ipſius paræciæ Sacerdotibus, & Clericis, omnibuſque volentibus.

IN nomine Dei ſolius. Ego Herardus, immeritò Turonenſium Pontifex, anno Incarnationis dominicæ DCCCLVIII, ordinationis quoque noſtræ III, Indictione VI, cernens Eccleſiam mihi commiſſam partim negligentiâ, torpore, vel deſidiâ, partim * præſidentium incuriâ Sacerdotum atque ignaviâ, variis & innumeris cladibus affici, excidiis concuti, &, quod dictu actuque graviùs fore comperimus, diverſis animarum laqueis ac quotidianis erroribus deperire, inſtinctu, ut credimus, miſerationis ſupernæ, perpaucula eaque admodùm neceſſaria ſacrarum admonitionum collecta Capitula, Sacerdotum totius nobis creditæ paræciæ generali in urbe Sedis noſtræ coadunatâ XVII. Kalend. Junii Synodo, publicè recitari; & ut ad omnium præſentium notitiam & intelligentiam pervenire valerent, coràm cunctis perlegi fecimus &

* *ſ* præcedentium.

revolvi. Et quoniam auctoritas ſacra Canonum nulli Sacerdotum Canones ignorare permittit, ne quemquam in reliquo nobis commiſſorum hujus ordinis expertem noverimus Canonum, decrevimus pariterque injunximus excerpta per noſtri laboris ſtudium hæc modica ſuccinctaque Capitula unumquemque habere in poſterum. V. c. 34. VII. c. 48. 113.

CAP. I.

Capitular. VII. c. 264. UT in Synodo priùs generales cauſæ, quæ ad normam totius Eccleſiæ pertinent, finiantur, poſteà ſpecialiùs ventilentur.

I. c. 15. 75. 119. V. c. 153. VI. c. 189. 205. 318. VII. 276. II. De die dominica, ut à veſpera uſquè ad veſperam celebretur; & ut ſervilia opera, & verba turpia, atque mercata, cauſarum audientiæ, conventuſque publici, abſque eccleſiaſticis prohibeantur.

I. c. 16. 22. 62. V. 69. VI. 66. 225. Addit. II. c. 21. *Vide* Regin. lib. 2. cap. 364. III. De ignotis Angelorum aliorumque Sanctorum nominibus, ut non recitentur. Et de maleficis, incantatoribus, divinis, ſortilegis, ſomniariis, tempeſtuariis, & brevibus pro frigoribus, & de mulieribus veneficis, & quæ diverſa fingunt portenta, ut prohibeantur & publicâ pœnitentiâ multentur.

I. c. 2. 82. 136. V. c. 40. VI. c. 217. IV. Ut Clerici per tempora conſtituta ad ordinationem gradatim veniant, & non confusè; & ut fides & vita eorum, libertas & tempora inquirantur.

I. cap. 5. III. c. 90. V. c. 38. VI. c. 378. VII. c. 53. V. De uſuris omnibus fidelibus prohibendis, Clericis ac Laicis. Et de menſuris & ponderibus, ut juſtæ & æquales habeantur.

I. c. 22. VI. Ut nec Clerici nec Monachi ad ſecularia negotia tranſeant.

I. 28. 38. V. c. 70. VII. Ut ſi Clerici aut Monachi inter ſe habent negotia, apud Epiſcopum finiantur, & non apud Seculares. Sin aliàs, excommunicentur.

VII. 210. VIII. Ut nullus Laicorum quemquam Clericorum abſque permiſſu Epiſcopi compellat ad cauſas ire ad publicum. Et qui fecerit, donec corrigat, ab Eccleſiæ ſocietate pellatur.

I. c. 32. 76. V. 72. 316. & ſeq. IX. Ut fides prædicetur omnibus fidelibus à Preſbyteris, Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio, & Aſcenſio, Spiritûs ſancti datio, peccatorumque remiſſio, quæ fit in eodem Spiritu & in aqua baptiſmatis in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ. Et vitia, maximèque criminalia, vetentur, virtuteſque doceantur.

I. c. 47. V. c. 151. VI. 106. X. De jejuniis quatuor Temporum & aliis pro diverſis neceſſitatibus conſtitutis, ut non ſolvantur, niſi certis infirmitatibus.

I. c. 48. XI. De his qui irrationabiliter peccant, aut cum conſanguineis, ut acriùs judicentur, quatenùs hujuſmodi vitia abſcidantur. V. c. 81. VII. 356.

I. c. 61. III. c. 10. V. c. 196. VII. 101. XII. De perjuriis, ſacrilegiis & ebrietatibus prohibendis. Et ut teſtes jejuni jurent, ac priùs de perjurio moneantur. Ut nullus infrà annos quatuordecim teſtis ſuſcipiatur. Et quòd ſemel perjurati ad teſtimonium non recipiantur.

I. c. 65. XIII. De honore & adjutorio parentibus exhibendo.

I. c. 111. V. c. 165. 304. VI. c. 106. 409. VII. 131. 377. 435. XIV. Ut inceſta omnia, juxtà modum culpæ, abſque exceptione perſonæ, à Preſbyteris judicentur. Et ut tempore opportuno publica crimina ad notitiam Epiſcopi deducantur; maximèque in die magno Cœnæ reconciliandi, vel adhuc ſuſpendendi, per proprium Preſbyterum, vel per legatum ipſius, eundemque Preſbyterum cui cauſa ipſius criminis bene habeatur cognita, ad præſentiam Epiſcopi deferantur; ne anima fratris, negligentiâ vel otio Sacerdotis, abſque reconciliatione permanens ejus periculo pereat.

I. c. 67. VI. c. 377. XV. Ut valinoquia omniſque tumultus in Eccleſia caveantur. Et antè Miſſam completam non exeant, & verbum Dei intentè audiant.

V. c. 161. 170. 260. VI. c. 165. 290. XVI. De Oratione dominica & Symbolo, ut memoriter omnes teneant; & *Gloria Patri*, ac *Sanctus*, atque *Credulitas* & *Kyrie eleiſon* à cunctis reverenter canatur. Pſalmi ſimiliter diſtinctè à Clericis. Et ut ſecreta Preſbyteri non inchoent antequàm *Sanctus* finiatur, ſed cum populo *Sanctus* cantent.

I. c. 66. V. c. 86. VI. c. 173. 205. 376.

I. c. 68. XVII. Ut ſcholas Preſbyteri pro poſſe habeant & libros emendatos.

I. c. 70. V. c. 182. VI. c. 106 Addit. III. c. 78. 98. XVIII. Ut hoſpitalitatem antè omnia diligant; & ut viduarum, peregrinorum, orphanorum, atque infirmorum curam & ſollicitudinem habeant.

VII. 376. XIX. Ut converſationem feminarum earumque acceſſum & adminiſtrationem deteſtentur. Sin alias, velut contemptores Canonum ab ordine deponantur. Et quibus miniſtrare neceſſaria decernunt, longè eis domos prævideant, in quibus non per ſe, ſed per miniſtros, ſubſidia porrigant.

I. c. 88. V. c. 216. VII. 261.

XX. De vaſis & veſtimentis eccleſiaſticis pro pignoribus abſque licentia Epiſcopi non dandis, & datis non recipiendis.

I. cap. 34. V. c. 73. VI. c. 106.

XXI. Ut in infirmitate poſiti abſque dilatione reconcilientur, & Viaticum viventes accipiant, & benedictione ſacrati olei non careant.

VII. 394.

XXII. Ut pro chriſmate annis ſingulis de omni miniſterio duo Preſbyteri veniant, ut ſi unus infirmatur, alter ſufficiat. Et ut pariter ſacra officia ejuſdem diei perſolvant. Et ut chriſma pro ſubvertendis judiciis nemini detur, & ſub ſigillo cuſtodiant.

III. c. 55. V. c. 104. 145.

I. c. 96. V. c. 222. Add. II. c. 13. Add. III. cap. 85.

XXIII. Ut nulla femina veletur ſine licentia Epiſcopi. Et ut ante tringinta dies non veletur, & hoc cum conſilio parentum ac vicinorum.

I. c. 17. VII. c. 190. 262. 376. Add. II. c. 18.

XXIV. De mulieribus ac laicis, ut ad altaria non accedant, & ut Sacramenta & panes ſanctorum, exceptis quæ offerunt, non tangant.

I. c. 136. V. c. 40. VI. c. 217. 233.

XXV. Ne leviter aut paſſim quiſquam excommunicetur. Et nullus cogat bibere vel inebriare.

I. c. 151. V. c. 53

XXVI. Ut nullus pœnitentem cogat manducare vel bibere, niſi redemptio permiſſa ſit, ita tamen ut priùs pro eo donet coram ipſo redemptionem.

II. c. 46. V. c. 96.

XXVII. Ut patres & patrini filios vel filiolos erudiant & enutriant; illi, quia ſunt patres; & iſti, quia fidejuſſores.

Ibid. 159. Add. II. cap. 9.

XXVIII. Ne Preſbyter ſolus Miſſam canat: non enim poteſt dicere, *Dominus vobiſcum*, *Surſum corda*, & cætera.

I. c. 147. V. c. 49.

XXIX. Ut nullus Preſbyter alterius parochianum, niſi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, abſque licentia ſui Preſbyteri ad Miſſam recipiat vel ſollicitare præſumat.

VII. c. 16.

XXX. Ut ſuis terminis contentus unuſquiſque exiſtat, nec ex alienis quicquam expetat.

V. c. 172. VI. c. 181. 183. 188.

XXXI. Ut nullus pretium pro baptiſmo accipiat. Et ut certis temporibus Paſchæ & Pentecoſtes baptiſmata fiant, & hoc in vicis, exceptâ cauſâ infirmitatis.

II. 36. 47. V. c. 97.

XXXII. Ut Eccleſiæ antiquitùs conſtitutæ nec decimis nec ullâ poſſeſſione priventur, niſi ſumma expoſcat utilitas.

I. c. 145. V. 47. 267. VII. 260. 391. 424.

XXXIII. De Eccleſiis vel altaribus ambiguis, ſimiliter de infantibus, ut conſecrentur & baptizentur; quia quod non conſtat factum, nullâ ratione videtur iteratum.

VI. c. 208. VII. 396. Add. II. c. 12.

XXXIV. Ut in domibus ab Epiſcopo non conſecratis nemo Miſſam quâcunque neceſſitate celebret. Ex vaſis & veſtimentis ſimiliter nemo Miſſam cantet.

I. c. 143.

XXXV. Ut decimæ & fideliter à populis dentur, & canonicè à Preſbyteris diſpenſentur, & annis ſingulis rationem ſuæ diſpenſationis Epiſcopo vel ſuis Miniſtris reddant; ne fortè damna fraudium ſubigant, aut necatores pauperum, ſubtrahendo utilia, quod abſit, exiſtant.

V. 45. 154. 173. 194. 374. & ſeq. VI. c. 407.

XXXVI. Ne in quinta vel ſexta generatione copuletur conjugio, & uſque ad ſeptimam generationem progenies obſervetur.

Ibid. 209.

XXXVII. Quòd non liceat mulieri velum aut ſponte aut coactè ſemel ſuſceptum quâcunque ratione rejicere, licèt in domibus propriis veſtes mutàrit.

V. 180. Add. II. c. 17.

XXXVIII. Ut nullus filium vel filiam à fonte ſuſcipiat, nec eam ducat cujus filium tenuit. Quòd ſi inventi ſunt, ſeparentur.

V. c. 167.

XXXIX. Ut doceantur plebes nulla contrà Epiſcopos graviter vel leviter agere, nec ipſis detrahere, ſed humiliter ac reverenter in cunctis obedire; & quòd eorum injuria referatur ad Deum, cujus ſummâ legatione funguntur. Et ut Reges vel Principes, pro quibus orare quibuſque propter Deum ſubdi præcipimur, nullus maledicere vel detrahere præſumat.

V. c. 315. 321. VI. 99. 402. VII. 331. Add. IV. c. 8.

XL. De manſo integro unicuique Eccleſiæ abſque cenſu vel temporali ſervitio dando. Et quòd omnes dotes Eccleſiarum ad jura pertineant Epiſcopi.

I. c. 85. V. c. 214. VII. 292. 468. Add. IV. c. 56.

XLI. Quicunque viduam infra triginta dies viduitatis invitam vel volente macceperit, ultrà eam non attingat, & adulterii pœnas luat.

IV. c. 17. V. c. 106. 233.

XLII. Ut inceſtuoſi, & qui decimas non dant, non conſtringantur per guadios vel ſacramenta, ſed eccleſiaſticè corrigantur.

II. c. 39. V. c. 274

XLIII. Ut Preſbyteri per mercata non diſcurrant, nec indiſcretè domos circumeant, & comeſſationibus & ebrietatibus non inſerviant, ne famam malæ opinionis incurrant.

Ibid. 325.

XLIV. Ut res quas in ſacris ordinibus adquiſierint, propriis Eccleſiis derelinquant; hereditarias verò juxta arbitrium propriæ voluntatis diſtribuant.

I. c. 150. V. c. 327.

XLV. Ut Preſbyteri aquam benedictam cum ſuis populis in circuitu Eccleſiarum deferant, & ut ſcrutinia in locis & temporibus conſtitutis non negligant.

Ibid. 372.

XLVI. De ædificationibus Eccleſiarum, ut nullus anteà fundamentum jaciat donec Epiſcopus veniat, & in medio cru-

Ibid. 382. Add III. c. 72.

cem figat; & ſic accepta dote, conſtruendi licentiam tribuat.

I. c. 131. V. 166. Add. III. cap. 83. XLVII. Ut Epiſcopus, aut Preſbyter, de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis Clericus.

VI. c. 100. VII. 245. XLVIII. Si Preſbyter aut Diaconus deſerit Eccleſiam ſuam, deponatur, niſi petitione populi, licentiâque Epiſcopi, & utilitate majori.

VI. 73. 75. Add. II. cap. 10. XLIX. Ut Preſbyter non ampliùs quàm unam Eccleſiam habeat, ſicut & vir unam uxorem.

VI. c. 61. L. Ut Preſbyteri & Diaconi, ſi in bella cum armis proceſſerint, ita deponantur ut nec laicam communionem habeant.

Add. IV. cap. 54. LI. Si quis à Synodo vel à proprio fuerit excommunicatus Epiſcopo, & ex miniſterio ſacro quicquam contigerit, nullatenùs ſpem reſtitutionis inveniat.

VI. 77. LII. Ut qui aquam conſecraram vult accipere in Sabbato ſancto vel Pentecoſte, antè infuſionem chriſmatis ſumat. Nam illa chriſmatis mixtio ad regenerandos pertinet.

II. c. 40. VI. 170. 191. VII. 472. LIII. Ut populus prædicetur ut oblationes Deo offerant, & ut tertiâ Dominicâ vel quartâ communicent, abſtinentes ſe à luxuria propriiſque uxoribus, & reliquis illicitis, niſi forte criminalibus culpis ſint impliciti.

VI. 169. 171. LIV. Ut ſigna pulſentur horis canonicis. Et ut nullus ſe per ambitionem alteri præferat, ſed omnes agnoſcant tempus ſuæ ordinationis.

Ibid. 175. 193. LV. Ut nemo à ſacro fonte aliquem ſuſcipiat, niſi Orationem Dominicam & Symbolum juxtà linguam ſuam & intellectum teneat. Et omnes intelligant pactum quod cum Deo fecerunt.

Ibid. 178. LVI. Ut Preſbyteri chriſma, oleum, & Euchariſtiam ſemper habeant, ut parati inveniantur.

Ibid. c. 29. 195. LVII Ut omnes primitiæ frugum benedictionis gratiâ ad Eccleſiam deferantur.

Ibid. 197. & ſeq. LVIII. Ut exequiæ mortuorum cum luctu ſecreto & cordis gemitu fiant. Et pſalmos ignorantes, *Kyrie eleiſon* ibi canant; & ut tringinta diebus amici & parentes pro eis agant.

Ibid. 206. LIX. Ut Preſbyteri de occultis juſſione Epiſcopi pœnitentes reconcilient; & ſicut ſuprà præmiſimus, infirmantes abſolvant & communicent.

Ibid. 207. LX. Mulier poſt partum ſtatim ut voluerit, niſi forte ſit adultera, intret Eccleſiam, ac Deo referat gratias.

I. c. 138. II. c. 35. VI. c. 189. LXI. De feſtivitatibus anni quæ feriari debeant, id eſt, Natali Domini, ſancti Stephani, ſancti Joannis, & Innocentium, octavas Domini, Epiphania, & Purificatione ſanctæ Mariæ, & Aſſumptione, & Aſcenſione Domini, & Pentecoſte, Miſſâ ſancti Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, ſancti Michaëlis, atque omnium Sanctorum, ſancti Martini, & ſancti Andreæ, & eorum quorum corpora ac debitæ veneraciones in locis ſingulis peraguntur.

Unctus Domini dilaniandus non eſt detractionibus, 1000, 1097
Ungenſis pagus, 690
Unitas Eccleſiæ, 823
Univerſale Concilium, 996
Unipruſ, 140
Unuſquiſque faciat de rebus ſuis quod velit, 347
Unuſquiſque manent in loco ubi conſtitus fuit, 1005
Vocem funeſtam potiùs interciai quàm audiri oportet, 1096, 1123
Volatilia Monachi quomodò comedant, 581, 588
Wolfarius, Epiſcopus, 490
Volanrare mala ſi quis peccaverit, 788
Voluptas carnis, non dolor, in culpa eſt, 153, 959, 1179
Vomeres novem igniti, 389, 795
Wormaria, 405, 987
Votum propriæ ſponſionis, 1005
Votum ubi quis vovit, ibi manear, *ibid.*
Vota fidelium, 863
Votum Dei reddendum, 223
Vota differenda non ſunt, 931
Vorum licet Epiſcopo, 843
Vota defuncti implenda ſunt, 1173
Vota ad fontes, arbores, & petras, 254, 991, 1094
Voti reos, 540
Voces vovere, 284
Votives, 226
Vox accuſandi, 265
Urbio, Epiſcopus Vienneſis, 218
Urſus, Epiſcopus, 84
Urſus alienus ſi occiſus aut involatus fuerit, 229
Uſufructuarium jus, 1173
Uſura eſt ubi amplius requiritur quàm datur, 454, 726
Uſura eſt ubi amplius requiritur quàm datur, 1141
Uſurarum genera multiplicia neque innumera, 1141
Uſura prohibita omnibus Chriſtianis & maximè Sacerdotibus & Clericis, 215, 531, 705, 749, 796, 833, 893, 931, 958 & ſeq. 1038, 1125, 1285
Uſuris inſervire, 653
Uſurpatas res qui injuſtè abſtulit, adhibità æquitate reſtituat, 1008
Uſurpatione locus alicujus in alterius non concedatur injuriam, 1038
Uſurpationis coronelia, 997
Utenſilia ſufficienter habeant, 509
Uterna, 148
Utilitatem perpetuam quæ reſpiciunt, nulla commutatione varientur, 978, 1073
Vulfoladus, Epiſcopus Bituricenſis, 143
Vulgaris populus, 765
Vulnera ſi quis in homine fecerit, 47
Vulnerum variæ ſpecies, 107
Vulnerum varia genera, 294
Vulnus ubi infixum eſt, medicina eſt adhibenda, 380, 1080
Vulpeculam ſi quis clamaverit, 302
Vulpeculam ſi quis clamaverit, 127
Vulx, id eſt, equus mediocris, 129
Uxor, vas infirmius, 1039
Uxor non eſt omnis mulier juncta viro, 1039
Uxores qui ducere voluerint, ſic ad eas caſti accedant ſicut eas caſtas cupiunt invenire, 1108

Uxores viri debent in castitate diligere, 1009
Uxores viris suis fidem & dilectionem servare debent, 1010, 1180
Uxore sua unusquisque contentus sit, 934, 1147, 1189
Uxores multas duas habere permissum, 1193. Nam tertia superflua est, 1113
Uxorem suam si quis scit ancillam esse, 164
Uxorem si quis acceperit, primo anno excusetur ab expeditione bellica, 931
Uxor ducenda est publicè, & non occultè, 1063, 1164. Canonicè & legaliter accipienda, 1111. Legitimè viro conjungenda, 1119
Uxorem habens, concubinam habere non potest, 1098, 1145
Uxorum pompositatem coitu se abstinentes viri, 963, 1195. Uxor enim non est concessa causâ libidinis, sed filiorum, 1190
Uxor si virum accusaverit frigiditatis, 164, 184, 932, 937, 1178
Uxor si adulterium perpetraverit, 1107
Uxores quomodò liceat objicere, 1092
Uxor dimitti potest propter fornicationem, 936, 1107, 1145
Uxor dimittenda non est propter fornicationem, 963
Uxorem si quis dimiserit, alteri non nubat, 88, 115, 183, 932, 1145
Uxorem propriam si quis dereliquerit vel insectocerit, 670, 885, 1119, 1227, 1252, 1255
Uxor à viro dimissa alium maritum non accipiat, 228, 517, 709, 838
Uxor semper innupta maneat quæ virum suum in aliam provinciam sequi noluerit, 164
Uxor potestatem habeat res suas vendere & donare, 260
Uxor dotem recipiat post mortem mariti, si liberos non habuerit, 71, 129
Uxores defunctorum tertiam partem conlaborationis accipiant, 776, 823
Uxor memoriam mariti cum publicis castitatis observans, 130
Uxor si mortem viri sui consiliavit, 163
Uxorem si quis acceperit eam quam prius desponsatam non habuit, 71
Uxorem si quis servus acceperit colonam alienam, 401
Uxorem habere non licet socrum, &c. 68, 112. Neque filiam de baptismo vel de confirmatione, 1178. Neque eam cujus filium tenuit in fonte is qui uxorem ducere vult, 1188. Neque virginem vel viduam sacraram, 1195
Uxorem Reges accipere non debent de exteris gentibus, 577
Uxorem suam si quis velari permiserit, 365
Uxorem alienam si quis tulerit viro marito, 36, 70, 191, 608
Uxorem si quis duxerit sponsam alterius, 116
Uxoris suæ consobrinam si quis cognoverit, 165
Uxorem fratris sui si frater adulteraverit, 165, 181, 829, 1153
Uxorem domini sui si quis adulterio violaverit, 1006
Uxorem alterius si quis subegerit, 114
Uxorem si Presbyter acceperit, ab ordine deponatur, 1137
Uxores plures si Sacerdotes habuerint, 191

X.

Xenodochium est locus venerabilis in quo peregrini suscipiuntur, 746
Xenodochia quomodò ordinanda, 148
Xenodochia qui habent, pauperes pascant, 157, 237, 546
Xenodochia regalia, 259, 538

Y.

Yaias, cursûs genus inter Paganos usurpatus, 152

Z.

Zacharias, Papa, 1233. Ejus epistola, 803, 815
Zelus fidei dominicæ, 1038
Zizania nulla corrumpant messem dominicam, ibid.

FINIS INDICIS.

ADMONITIO AD LECTOREM.

Post absolutam Capitularium editionem venit in manus meas vetus eorum exemplar sæcentorum aut circiter annorum, quod mecum liberalissimè communicavit vir clarissimus Aymo Prustus à Camposburgo, Consiliarius regius & Antecessor Aurelianensis. Continentur in eo priores quatuor Libri, cum duabus prioribus Appendicibus Libri quarti. Ponitur autem primò Præfatio Karoli Magni quæ initium Libri primi constituere solet, deindè Præfatio Ansegisi cum hac inscriptione: Secunda Præfatio gloriosissimorum Principum Domini Ludovici Augusti & Chlotarii Cæsaris. *In Præfatione porrò ista admixtum est nomen Lotharii, quemadmodùm observatum est de multis aliis vetustis exemplaribus. In calce vero Codicis reperiuntur Capitula excerpta ex illis quæ collecta & Hadriano Papæ oblata sunt ab Angilramno, Archiepiscopo Metensi, quæ in isto Codice dicuntur accepta partim ex synodalibus decretis sancti Gregorii Papæ, partim ex Concilio Nicæno.*

In eodem Codice Aurelianensi descripta sunt priora quinque capita Opusculi de Institutione regia, quod Jonas, Episcopus Aurelianensis, scripsit ad Pippinum Aquitaniæ Regem, quod verò vir clarissimus Domnus Lucas Dacherius ex Codice Romano edidit in tomo quinto sui Spicilegii. Sed pro eo quod illic in capite primo legitur: Duo quippè sunt, Imperator Augusta, quibus principaliter hic regitur mundus, *Liber Aurelianensis diserte scriptum habet:* Duæ sunt, inquit, Imperatrices augustæ quibus principaliter hic regitur mundus. *Ut non dubitem quin ita scriptum fuerit in Codice ex quo Opusculum istud descriptum est ut ad Dacherium mitteretur. Vide porrò quæ nos de hoc argumento diximus in Notis ad Capitularia, pag. 1213.*

Eodem tempore quo Codex iste Aurelianensis venit in manus meas, delata est in Bibliothecam Colbertinam vetustissima epistolarum Alcuini collectio, inter quas reperta est illa cujus mentionem fecimus in eisdem Notis nostris, pag. 1062, mutila illa quidem, sed minimè sui parte, ut nobis manifestum est. Scripta est ad Candidum & Nathanaëlem, id est, ad Wisonem & Fredegisum, ut docet vetus clenchus in fronte Codicis positus, in quo sic legitur: Epistola ad Candidum, i. Wisonem; & Nathanahel, i. Fridigisum. *Sequitur epistola cum nævis ac mendis suis, qualis legitur in veteri exemplari.*

Epiſtola ad Candidum & Nathanael.

CARISSIMIS in Chriſto filiis Candido & Nathaheli, Albinus ſalutem. Cura mea & caritas mea vobiſcum, filii, omnibus vigilat horis, optans vos moribus & religioſâ vitâ Deo placere & Domino meo David, & ut exemplo ſitis boni operis aliis in palatio viventibus. Gratia eſt patris filius ſapiens. Sapientia vera eſt quæ ad vitam ducit æternam: nec nobis ignobilia quædam ſtatuit præcepta, ſed valdè nobilia & omni honore digniſſima, in quibus ad vitam poſſumus promereri perpetuam, & inter homines laudabilem habere honorem. De quibus ſiquidem præceptis ſæpiùs vos ammonui in ſcola eruditionis veſtræ; ſed nuper de nido paternæ edocationis edocti, ad publicas evolaſtis auras. Intellegatur in vobis quod audiſtis à nobis. Vivat pater in filiis, qui modò trepidus diem expectat mortis ſuæ. Opto vos habeat ſuperſtites quos habuit in ſervitio Dei laboris ſui commilitones. Plurima mihi eſſent ſcribenda, quæ vobis neceſſaria ſunt obſervanda; ſed ſcio me de honeſtate vitæ ſæpiùs veſtram admoniſſe caritatem, litteriſque monita mea ſæpiùs proſequi & renovare. Quapropter dicamus quæ modò nobis & vobis neceſſaria eſſe videntur. Igitur venerabilis pater Theudulphus Epiſcopus quibuſdam confratribus ſancti Martini fidelibus veſtræ proſperitatis interceſſoribus de quodam reo fugitivo habet diſceptationem. Qui reus, poſt plurima pœnarum genera, ſubitò de vinculis elapſus, ad Eccleſiam confugit S. Martini, præcipui Confeſſoris Chriſti, confitens peccata ſua, reconciliationem depoſcens, Cæſarem appellans, viam ad ejus ſanctiſſimam præſentiam flagitans, quem reddidimus ejuſdem præfati Epiſcopi propter inſidias ſibi paratas in via, ut fertur, abeuntes eum diſerunt antè fores Eccleſiæ ſtantem. Sed ejuſdem venerandi Epiſcopi his tranſactis, hoſtiliter venerunt homines quàm plurimi, ut compertum eſt. Sed octo primates homines cum Epiſcopo noſtro die dominico in Eccleſiam, non illi octo qui in Propheta leguntur in gladiis & lanceis paſcere terram Nembroth, ſed rapere reum & ſanctitatem domûs Dei profanare, & ſancti Confeſſoris Chriſti Martini imminuere honorem. Intruentes ſiquidem intrà cancellos altaris, quos expulerant Fratres antè faciem altaris. Si aliud dicunt, omninò falſum fuerunt, quia illorum nullus caput tunc temporis inclinavit ad altare Dei. Sonuit ſiquidem antè civitatem veniſſe hoſtem Aurelianenſem ad profananda ſancti Martini ſuffragia; quia ſciebant commanentes ex villulas homines exindè venientes, concurſus fuit in civitate ſubitò mendicorum ex omni parte, ſuum parati defenſorem defendere. Timor & tumultus ubique increpuit. De quorum manibus Fratres noſtri eripuerunt præfati Epiſcopi homines, ne quid malè paterentur, populumque foràs Eccleſiam expulerunt. Sed ſcio antè nominatum Pontificem multas dicendas eſſe accuſationes contrà Fratres noſtros, & quæ geſta ſunt exaggerare, & plurima addere quæ geſta non erant, ſicut in ejus legebatur litteris. Quapropter, filii cariſſimi, præcipiendo præcipio vobis ut proſtrati

veniatis antè pedes Domini mei David, Imperatoris equiſſimi & ſereniſſimi, poſtolantes Epiſcopo veniente locum defenſandi & diſputandi cum eo, ſi juſtum ſit ut vi raperetur de Eccleſia ad eaſdem pœnas reus de quibus aufugit, & an equum ſit ut qui Cæſarem appellat, ad Cæſarem non adducatur; & utrùm fas ſit ut pœnitens & confitens ſcelera ſua ſpolietur omnibus bonis, uſquè corrigiam calciamenti; vel ſi benè cuſtodiatur illud dominicum verbum quo ait: *Superexaltat miſericordia judicium.* In tali ſiquidem facto è contrario ſuperexaltat judicium miſericordiam. Et ubi eſt multotiens laudata miſericordia ab ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto, quæ inter Evangelicas legitur beatitudines: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Item præceptum dominicum: *Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt.* Item cautelam providam conſideremus, ubi ait: *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Et alia multa quæ in Evangelio leguntur auctoritate de miſericordia, & ipſius Domini verbo, ubi ait: *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Quapropter peccatricem mulierem, quæ ſanctos tetigit pedes, non abhorruit, ex tactu obprobrium contulit Chriſto, ſed inſignia virtutis ejus elicuit. Neque enim immunditia ejus polluit mundum, ſed puritas mund purificavit immundam. Recordemur nos illius eſſe ſervos qui, ductus ad crucem, pro crucifigentibus oravit. Et quomodò venerabilis Pater dicit reum peccatorem Eccleſiâ non debere recipi. Si Eccleſiam peccatores non intrant, fortaſſis Sacerdos non invenietur qui Miſſas cantet in ea, nec qui cantanti reſpondeat, niſi quiſlibet nuper baptizatus, dicente Johanne Apoſtolo: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* Sed eundem reum Diabolum nominari in venerabilis Epiſcopi litteris invenimus, non hominem. Non cogitas quid Apoſtolus ait: *Nolite judicare antè tempus.* Numquid præſcribimus potentiæ Dei ut miſereatur cui vult, qui ait: *Erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi.* Cujus ſapientiæ interpretationem in Juda & latrone. Ille de apoſtolatu pependit in laqueo, iſte de cruce paradiſum intravit. Duo ſunt, dicit beatus Gregorius, de hac eadem ſententia quæ ſollicitè penſare debemus. Quæ enim multi vocati, ſed pauci electi ſunt. Primum eſt ut de ſe quiſque minimè præſumat: quæ etſi jam ad fidem vocatum eſt, utrùm perhenni regno dignus ſit neſcit. Secundum verò, ut unuſquiſque proximum, quem fortaſſe jacere in vitiis conſpicit, diſperare non audeat, quia divinæ miſericordiæ divitias ignorat. Numquid aliquis peccator talis eſt qui Chriſti ſanguine purgari non poſſit, & quàm profundâ ſcelerum voragine demerſus ut miſericordia Chriſti eum mederi non poſſit? Quid aliud ait qui hoc dicit, niſi ut Chriſtus fruſtrà mortuus ſit? Fruſtrà autem mortuus eſt ſi aliquos non poteſt vivificare, quæ nobis veniam cotidiè donat. Nunquam juſtum eſt eam aliis denegare quam nobis ſedulis optamus votis dari. Ad Eccleſiam confugimus ut in ea exaudiantur preces noſtræ, & aliorum preces in ea exaudire dedignemur. Nobis per Sanctorum preces in Eccleſia pec-

Jac. 2.
Matth. 5.
Luc. 6.
Ibid.
Matth. 9.
Luc. 7.
I. Joa. 14.
I. Cor. 4.
Matth. 19.

cata dimitti confidimus, & confitenti peccata duro corde in eadem ligemus Eccleſia. At Apoſtolus præcipit delinquentes corripere in ſpiritu manſuetudinis. Et Apoſtolus Jacobus: *Si zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari.* Et cætera quæ adſequentibus terribili cenſurâ leguntur de his qui zelum habent amarum: zelus quidem bonum eſt, ſi ſpiritu manſuetudinis mitigetur. Curandum eſt ut rectorem ſubditis & matrem pietas & patrem exhibeat diſciplina. Atque providendum ne aut diſtrictio rigida aut pietas ſit remiſſa: nam diſciplina vel miſericordia multùm diſtruitur, ſi una ſine altera teneatur. Idcircò in arca & virga & manna fuiſſe legitur, ut in pectore rectoris eſſet virga diſtrictionis & manna dulcedinis, ut Pſalmiſta *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Sit zelus, ſed moderatè ſæviens. Sit pietas, ſi non plus quàm expediat parcens. Sed videamus quid de fugitivis ad Eccleſiam ſancti Canones cenſeant.

Gal. 6. Jac. 3. Hebr. 9. Pſal. 22.

Concil. Aurel. I. c. 1.

In Canone Aurelianenſi, capite 1, legitur: *De homicidis & adulteris & furibus, ſi ad Eccleſiam confugerint, id conſtituimus obſervandum quod Eccleſiaſtici Canones decreverunt, & Lex Romana conſtituit, ut ab Eccleſiæ atriis vel domo Epiſcopi eos abſtrahi omninò non liceat, nec alteri conſignare, niſi ad Evangelia datis ſacramentis de mortis, debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri.* O! Aurelianenſis Pontifex contrà Aurelianenſem Synodum facere audet, in qua fuerunt Epiſcopi, ut legitur, ſeptuaginta duo. An æquum & honeſtum videri poterit ejuſdem civitatis Pontificem ſuæ propriæ civitatis auctoritatem infringere? Item Synodo Aurelianenſi, cap. XXI *Si quis neceſſitati compulſus ad Eccleſia ſepta confugerit, & Sacerdos ſeu Præpoſito Eccleſiæ prætermiſſo, atque contempto, cum quiſque de locis ſacris vel atriis ſeu vi ſeu dolo, abſtrahere aut ſollicitare fortaſsè præſumpſerit, ut inimicus Eccleſiæ ab ejus liminibus arceatur quouſquè juxta Pontificis diſcretionem digna per indictam pœnitentiam emendatio ſubſequatur, eo tamen qui à ſe raptus eſt priùs Eccleſiæ reſtituatur.*

Concil. Aurel. IV. c. 21.

Item ſanctus Sylveſter in titulo XXI: *De ſervis qui pro qualibet culpa ad Eccleſia ſepta confugerint, id ſtatuimus obſervandum, ſicut in antiquis conſtitutionibus tenetur ſcriptum. Pro conceſſa culpa, datis à Domino ſacramentis quiſquis illa fuerit, egrediatur, de venia jam ſecurus. Enimverò ſi immemor fidei dominus tranſcendiſſe convincitur quod juravit, ut is qui veniam acciperat probatur, tantummodò pro ea culpa qualecunque ſupplicio cruciatur, dominus ille qui immemor fuit data fidei, ſit ab omnium communione ſuſpenſus.*

Concil. Aurel. V. c. 22.

Item Synodus Agathenſis: *Placuit ut homicida à foribus Eccleſiæ non citò pellantur, & omne genere pœnarum ſint liberi, ita tamen ut eis quibus rei ſunt, ſatisfaciant.* Item Synodus Agathenſis: *Omnis fidelis qui in finum Eccleſiæ confugerit, hoc eſt matris, non facilè repellatur, ſed in ea Eccleſia, quantùm Judices veritatis judicaverunt, ſatisfactione ſanetur.* Sed & de Conſtantino Imperatore legimus, dum baptizatus fuerit, ut die quartâ hujuſmodi ſtatuiſſet legem, ut in quocunque loco fuerit fabricata Eccleſia, conſecrationis hanc virtutem obtineat ut quicunque reus in eam fugerit, Judicis periculo qui in præſenti fuerit, defenſetur. Sed & perſpectis cautiſſimis Romanorum libris ita de fugitivis ad Eccleſiæ cujuſlibet ſuffragia invenimus ſcriptum, vel de eis qui Cæſarem appellant, vel ad Principem ſe duci flagitant. Theodoſius & Valentinianus Aug. Antiocho Præfecto prætorio data X. Kal. Aprilis Conſtantitopolim Antiocho & Baſſo Conſulibus, INTERPRETATIO *Eccleſia ac loca Deo dicata, rei qui ibidem compulſi timore confugerint ita tuentur, ut nullus locis ſanctis ad direptionem rerum vim ac manibus afferre præſumat. Sed quicquid ſpatii vel in portibus, vel in atriis, vel domibus, vel in areis ad Eccleſiam adjacentibus pertinet, velut interiora templi præcipimus cuſtodire, ut reos timoris neceſſitas non conſtringat circà altaria manere, & loca veneratione digna polluere.* Imper. Honorius & Theodoſius Aug. Ciciliano Præpoſito poſt alia datur IX. Kal. Febr. Ravenna, Honorio VIIII. & Theodoſio ſecundo Auguſtis Conſulibus. INTERPRETATIO. *Omnibus dominicis diebus Judices ſub fida cuſtodia de carceribus reos educant, ut à Chriſtianis vel à Sacerdotibus ſubſtantia præbeatur; & ad balneum prædictis diebus ſub cuſtodia religionis contemplatione ducantur. Si quis de Judicibus hoc implere neglexerit, pœnam quam Lex ipſa conſtituit, cogatur implere.* Lege Juliâ de vi publica damnatur qui aliquâ poteſtate præditus Civem Romanum Imperatorem appellantem necaverit in via publica, vincla duci jufſerit; cujus rei pœna in humiliores capita, in honeſtiores inſulæ deportatione coherceatur. Lege Juliâ decretum eſt ut pro violentia dampnetur quicunque Judex appellantem, ut ad Principis præſentiam ducatur, ingenuum hominem vel Civem Romanum torſerit, occiderit, vel occidi juſſerit, vel in vinculis publicis adſtrinxerit, vel flagellis cæciderit, aut damnare præſumpſerit; pro qua re humiliores perſonæ capite ponuntur, honeſtiores in inſula relegantur. Legitur in Oroſio, libro VII. de Alarico Rege, qui Romam obſedit, irrupit, vaſtavit, quali intentione locis ſanctis idem Paganus Rex parcere juſſit, ut eadem verba ponimus quæ idem hiſtoricus vir poſuit, qui poſt congruam rerum geſtarum ſeriem litteris ſubjunxit: *Adeſt Alaricus, trepidam Romam obſidet, turbatamque irrumpit, duco tamen præcepto priùs ut ſi quis in ſancta loca, præcipuè in ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas confugiſſet, hos ut primis inviolatos ſecuros eſſe ſinerent.* Et quo honore vaſa ſancta reportare juſſiſſet inventa ad Eccleſias, ille qui ſcire deſiderat, legere poterit. Si hæc quæ poſuimus canonem vel legum teſtimonia minores eſſe auctoritates æſtimet, legat ipſius Domini de fugitivorum civitatibus præcepti, & intellegat divinitùs eſſe ſtatutum ut rei & peccatores, Domino Deo demandante, loca defenſationis debuiſſent habere ubi protegerentur à perſequentium inſidiis. Necnon & ipſam Romam aliaſque per mundum civitates aſylum ſtatuiſſe ad reorum defenſationem legitur, ut per illius loci vel templi, qui apud Chriſtianos minoris eſſe honoris Eccleſiam Chriſti quàm templum Jovis apud Paganos, vel beatæ Mariæ genitricis Dei domum quàm impiæ Junonis aſylum inferioris veneretionis haberi? Aut ipſe beatus Martinus, verus Dei cul-

Interpret. L. 4. Cod Theod. de his qui ad Eccleſ. confug.

Interpret. L. 4. Cod. Theod. de cuſtodia reor.

Interpret. L. 2 & 13. Cod. Theod. de appellat.

Oroſ. Lib. 7. c. 39.

Acta S. Silveſtri Mſ.

tor, in Chriſtiano Imperio minùs venerari fas eſt quàm Scolapius falſator in Paganorum poteſtate habuit? Hæc ſiquidem omnia ſi Domino meo David, Imperatore Chriſtianiſſimo & in omni honore Dei devotiſſimo, leguntur vel verbis pacificis dicantur, ſcio ſanctiſſimum illius animum, & pietate pleniſſimum, & in cuſtodia mandatorum Dei cautiſſimum, cui nullis poterit muneribus de via veritatis averti, qui omnia ita decernit & judicat ſicut Domino Deo Jeſu Chriſto placuerit & Sanctis ejus, & ſibi erit mercis perpetuæ in æterna beatitudine, & filiis ſuis benedictio ſempiterna. Eccè ſanctarum cenſura canonum, eccè legalium ſcita litterarum firmiſſimè honore Eccleſiarum Chriſti in patrocinüs fugitivorum conſervari jubent. Nunquam credimus ut Chriſtianiſſimus & ſereniſſimus Imperator Dominus Carolus Auguſtus aliter præcipiat, niſi ut ſanctarum cenſura canonum & legalium.....

Deſunt hîc nonnulla, ſed admodùm pauca, ſeptem nimirum lineæ aut octo ad ſummum. Eò autem tendere videtur Oratio ut Candidus & Nathanaël auctoritate ſuâ efficiant ne quid ab Imperatore ſtatuatur adversùs Congregationem ſancti Martini.

In fine paginæ 348. *adde ſequentia.*

ALIA CAPITULA ADDITA AD LEGEM LONGOBARDORUM.

Ex Editione Bavarica & Baſileenſi.

I. VOLUMUS primò ut neque Abbates, &c. *ut infrà in capitulis excerptis ex Lege Longobardorum, cap.* 39.

II. Ut ſervi, aldiones, libellarii, &c. *ut infrà in eiſdem capitulis, cap.* 20.

III. Volumus etiam & ſtatuimus de plateis vel cloacis curandis uniuſcujuſque civitatis de regno Italiæ pertinentibus, ut ſingulis annis curentur. Tamen non voluimus quòd exindè * pandum aliquis ad * partem palatii noſtri perſolvat. Sed præcipimus quatenùs exactores ſingularum civitatum ſtudium habeant ne antè finiatur annus, quàm plateæ & cloacæ emundentur. Et hoc unuſquiſque Procurator civitatis publicè ex noſtra imperiali parte admonendo præcipiat, ne prætermiſſum fiat.

* bandum ſive bannum.

INDEX rerum contentarum in Præfatione Stephani Baluzii, in Vita hujus Viri cl. & in Catalogo ſuorum Operum.

A.

ADELEDES quædam anno XXV regni Regis Henrici, in teſtamento dedit Eccleſiæ Barcinonenſi poſtremos tres libros Capitularium Karoli Magni & Ludovici Pii, 17, 39

Alamannorum religio ergà Capitularia, 1, 2. Viri docti iſtius Nationis primi Leges Capitularium in lucem redegerunt, 32. Vide *Germani.*

Albienſis Eccleſiæ Codex, 56

Amerpachii (Viti) editio Capitularium, 41, 42. Quæ Capitularia in eâ contineantur, 42

Anianenſis Monaſterii Codex, 56

Anſegiſus, collector Capitularium, 34. Erat-ne Abbas Lobienſis? *ibid.* Veriſimiliter Abbas erat Fontanellenſis, 34, 35. Iſtius collectionem Ludovicus Pius Imperator ſuam fecit, 35. Eandem laudavit Karolus Calvus tanquàm publicum legum Francicarum codicem, Regiâ auctoritate & uſu publico receptum, *ibid.*

Anti-Frizonius, hoc eſt Animadverſiones hiſtoricæ in *Galliam Purpuratam* Petri Frizonii, 66. Baluzius 22 annos vixdum attigerat cùm hoc Opus vulgavit, *ibid.*

B.

BALUZIUS (Antonius), ejus geſta & mors, *ibid.* 72, 73. Opus, 73

Baluzius (Joannes Caſimirus), *Baluzius* (Stephanus) natus Tutelæ anno MDCXXX, 62. Cujus familiæ, *ibid.* Studia habuit Toloſæ in Collegio S. Martialis, *ibid.* A Petro de Marca Lutetiam evocatus, 63. Joannis-Baptiſtæ Colberti Bibliothecarius, *ibid.* A Rege factus ſecundus Inſpector Collegii Regii Pariſienſis, 64. Conſcribit Hiſtoriam genealogicam Gentis Arvernicæ, quæ Decreto publico damnata fuit, *ibid.* In exilium miſſus, *ibid.* Pariſios in urbe rediit, *ibid.* Obiit, 65. In Eccleſia S. Sulpitii humatus, *ibid.* Teſtamento voluit ſuam Bibliothecam particulatim vendi, *ibid.* Ab omni Europa docta, dùm viveret & poſt mortem, celebratus, *ibid.* Ejus Opera, 66-79

Baluzianus Codex, 55, 56

Baronius (Cardinalis) pronuntiavit Reges non poſſe auctoritate ſuâ ſancire leges de rebus Eccleſiaſticis, indigere autem eos Epiſcoporum conſpirante ſententiâ & auctoritate Romani Pontificis, 9. Refutatur, 10

Bellovacenſis Eccleſiæ Codex, 52, 58

Belna (Joannis de) Inquiſitoris Carcaſſonenſis, Tractatus contrà Fratres Minores ſpiritales, 70. Vide *Fratrum Minorum.*

Benedictus, Levita Moguntinenſis, collector Capitularium, 37. Cujus præcepto Capitularia in unum collegit, *ibid.* Illius Collectio, licèt adulterata, plurimas & optimas Principum noſtrorum Conſtitutiones ſervavit, 38. Statim ac prodiit, uſu publico recepta fuit, non ſolùm in regno Germaniæ, ſed etiam in Francia, 39. *Benedictus* non poſuit diſcrimen inter veras & falſas veterum Pontificum Romanorum epiſtolas, 10

Bignonii (Hieronymi) Codex, 56. Fuerat primùm Joannis Antonii Lescurii, dein Claudii Expilii, *ibid.* Formulæ, 59. Notæ, 60
Bignolianus Codex, 56, 58
Blondelli (Davidis) error, 10, 11
Bongarsii (Jacobi) Codex. Vide *Danielis.*
Bosquet (Franciscus), Episcopus Monspelulsanus, moribundus publicandos tradit Baluzio libros 10, 11 & 12 Epistolarum Innocentii III, 70
Brivæ vel *Brivas.* Senescallia ibi instituta, 72
Burchardus, Wormaciensis Episcopus, audax & mendax, quæ ex Capitularibus Regum nostrorum accepit, tribuit Conciliis quibusdam aut Patribus antiquis, 17
Busæus (Joannes), Jesuita, Constitutiones Karoli Magni & Ludovici Pii recudit ad calcem Epistolarum Hincmari, 42

C.

Cancellarius exemplum Capitularium habebat, tanquàm legum custos, 13, 14
Capitularium nomen, quid? 2. Ad omne Constitutionum genus porrigitur, sive illæ sint Ecclesiasticæ, sive civiles ac politicæ, 2. Capitularia sive Capitula dicebantur, 2, 3. Decreta quoquè & Edicta interdùm dicta fuêre, 3. Discrimen quoddam fuit inter Leges & Capitula, 4, 5. Capitularia consensu populi fiebant & constitutione Regis, 5. Capitula constituta erant à Principe, legebantur coram populo, & postquàm omnes consenserant, omnes subscribebant novis illis Capitulis, quæ deinceps Leges erant, 6, 7. Capitularia ordinariò condebantur in publicis Regni conventibus: plurima sumpta fuêre ex Conciliis & Synodis Episcopalibus, 7. Auctoritas Capitularium, 1. Germani nomen Francorum Legesque eorum summâ religione servârunt donec ad Ottones ventum est, 2. Capitularibus subjiciebantur Roma & Pontifices Romani, 1, 17, 18, 19, 20, 21, 23, 24, 25, 26. Ab Episcoporum nutu ac permissu nunquam pependit potestas regum nostrorum in ferendis Legibus Ecclesiasticis; è contrà Constitutiones Ecclesiasticæ Episcoporum in consistorio Principum semper examinatæ fuêre, & eorum confirmatione indiguerunt ut valerent, 9. Error Gretzeri de hac re, 8, 9. Baronius refutatus, 9, 10. Error Davidis Blondelli, 10, 11. Principes nostri Capitularium promulgationem & executionem committebant Episcopis ac Missis Dominicis, 12. Archiepiscopi & Comites majores Capitula accipiebant à Cancellario palatii; ipsi posteà copiam faciebant minoribus Comitibus, Episcopis & aliis Magistratibus, illaque relegi ac transcribi curabant in suis comitatibus ac provinciis, *ibid.* Post constitutam novam aliquam Legem, plurima illius exemplaria fiebant, quorum unum in archivo regio custodiebatur, ut conservari possent, 13, 14. Capitularium regalium in causis Ecclesiasticis par ubique erat auctoritas & reverentia cum sacris Canonibus, 14, 15, 16, 17, 30, 31. Capitularium præsidio & auctoritate bona disciplina diù conservata est in Ecclesiis Gallicanis, Germanicis, 1. Qui collectiones Canonum adornârunt, plurima ex Capitularibus transtulerunt in suas collectiones, quandòque suppresso vel supposito nomine, 17. Capitularia Karoli Magni, 26, 27, 28, 29, 30. Opinio singularis Joannis-Baptistæ Thiers, 28. Usus Capitularium duravit usquè ad regnum Philippi IV, cognomento Pulchri, 30, 31. Sententia Petri de Marca, 31. Apud Italos diutiùs quàm apud Germanos Capitularia observata fuêre, 30. A Germanis primùm, deindè à Francis reducta in lucem sunt leges Capitularium, 32, 33, 34. Collectio Ansegisi, 34. Hanc collectionem Ludovicus Pius suam fecit, 35. Karolus Calvus eandem quoquè laudavit, tanquàm publicam Legum Francicarum codicem, regiâ auctoritate & usu publico receptum, 35, 36. Collectio Benedicti Levitæ: cujus præcepto confecta, 37, 38. Huic, licet adulteratæ, plurimas, sanctissimas & optimas Constitutiones Principum nostrorum debemus, 38. Statim ac prodiit Benedicti collectio, usu publico recepta fuit, non solùm in regno Germaniæ, sed etiam in Francia, 39. Additiones quatuor Capitularium: à quo compositæ, 40. Collectiones Ansegisi & Benedicti non semper unum corpus constituerunt: aquè illa & ista libri Capitularium dictæ sunt, 39, 40. Editio Capitularium à Vito Amerpachio promulgata, 41, 42. Editio Joannis Tilii, Episcopi Meldensis, 42, 43, 45, 46, 47, 48. Editio Basilii-Joannis Heroldi, 44. Editio Petri Pithœi, 44, 45, 46, 47, 48, 49. Editio Franciſci Pithœi, 48, 49. Codices manuscripti: Colbertini & Regii, 50. Camberonensis & Sancti Galli, 51. Bellovacensis, Divionensis, Franciſci Pithœi, 52. Sirmondi, Remensis, Metensis, 53. Sancti Michaelis in periculo maris Palatini, 54, 55. Baluzianus unus, alter Regius, 55. Alii Codices manuscripti, 56. Regii, Mazarinæus, Trevirensis, Fuldensis, Viennenses, 57. Alii manuscripti Codices, quorum ope Capitula Karoli Calvi emendata fuêre, 58. Formulæ Marculphi, *ibid.* Formulæ Sirmondicæ, *ibid.* Formulæ Bignonii & Lindenbrogii, 539. Nova collectio Formularum & Formulæ Promotionum Episcopalium, *ibid.* Eruditorum notæ in Capitularia, *ibid.*
Baluzianum Opus in Capitularia, 60
Camberonensis Monasterii Codex, 51
Casimirus (Joannes) Rex Poloniæ, 72. Ejus mors, 73
Claromontani Parisiensis Collegii Codices, 53, 56
Colbertini Codices, 50, 56
Comitia generalia Francorum, 5, 6, 7. In illis nova Capitula à Rege constituta legebantur coram populo; & postquàm omnes consenserant novis illis Capitulis, omnes subscribebant, 6, 7. His conventibus aderant Episcopi, Abbates, Duces, Comites, & cæteri Fideles, 7. In illis Conciliorum sanctiones examinabantur, res ad Ecclesiasticam politiam spectantes ordinabantur, & ad omnium utilitatem Capitula seu Leges promulgabantur omnium Ordinum consensu, *ibid.* Legati à Romano Pontifice ad Principes missi, in comitatu consiste-

bant eo tempore quo conventus publicus habebatur, id datum honori eorum qui propter alias cauſas directi fuerant, 11, 12
Concilia. Legatorum Pontificis Romani præſentia non fuit neceſſaria ad adjungendam auctoritatem Conſtitutionibus editis in Synodis ac Conventibus generalibus Imperii Francici, 11, 12. Cùm Legati Conciliis interfuerunt, datum id honori eorum qui ad alias cauſas miſſi fuerant, *ibid.*
Conringius (Hermannus) infelicem Germanicæ Eccleſiæ ſtatum qui fuit temporibus Burchardi, hinc arceſſit quòd nullo tùm uſu apud Germanos eſſent Collectiones Anſegiſi & Benedicti Levitæ, 2
Concilii Remenſis Acta ſub Sonnatio celebrati dubiæ fidei ſunt, 29
Corbeienſis Monaſterii Codex, 56
Corbionenſis ſive Sancti Launomari Monaſterii Codex, 56
Cypriani (Sancti) locus interpolatus in Tractatu de Unitate, reſtitutus in editione Baluziana ope folii demùm impreſſi, 74

D.

Danielis (Petri) Codex, 59. Fuit dein Jacobi Bongarſii, ac demùm Caroli Labbæi, *ibid.*
Divionenſis Codex, 52, 56, 58

E.

Electiones Pontificum Romanorum. Vide *Pontifices Romani.* Baronius refutatus, 20
Ermengaudus (Sanctus), Epiſcopus Urgellenſis, præſidio Capitularium Karoli Magni & Ludovici Pii recuperavit, anno 1024, quamdam Eccleſiam quam Abbas Sanctæ Ceciliæ Elinitenſis pervaſerat, 16
Expilii (Claudii) Codex, 56. Vide *Bignonii.*

F.

Farsense Monaſterium. Lis de ſubjectione Monaſterii Acutiani ſive Farſenſis quæ erat inter Paſchalem primum, Romanum Pontificem, & Monachos ejuſdem Monaſterii, anno 824 judicata fuit à Judicibus Imperatoriis, 21. Lis de quibuſdam poſſeſſionibus ejuſdem Monaſterii à Romanis Pontificibus pervaſis & injuſtè retentis, 21, 22. Vide *Gregorius* IV.
Fleury (Cardinalis *de*) imprudenter Theologis à ſe congregatis examinandam proponit Obſervationem Baluzii in Cypriani locum, 74. Duci Antini locum mandat reſtituendum in Tractatu de Unitate, *ibid.*
Flandricus Codex, ſeu Gandenſis, 54
Francorum reverentia ergà Capitularia, 1. Karoli Magni ætate pro magnifico accipiebatur Francum eſſe & Francicis uti Legibus, *ibid.* Vide *Germani.*
Formulæ. Quorum Codicum manuſcriptorum ope emendatæ fuerunt Formulæ Marculphi, 58. Sirmondi, *ibid.* Bignonii, 59. Lindenbrogii, *ibid.* Promotionum Epiſcopalium, *ibid.* Nova collectio Formularum, *ibid.*
Fratrum Minorum in Maſſilia combuſtorum errores, 69, 70. Spiritalium opiniones, *ibid.* Cum ipſis combuſtis hoc hæreſeos genus evanuit, *ibid.* Vide *Belna.*
Frodoinus, Epiſcopus Barcinonenſis, jura Sedis ſuæ adversùs Tyrſum, Presbyterum Cordubenſem, tuitus fuit auctoritate Capitularium Karoli Magni & Ludovici Pii, 16
Fuldenſis Monaſterii Codices à Miniſtris Lantgraviorum Haſſiæ ablati, 57

G.

Gallesius (Joannes), Abbas Corenſis, primus Regii Collegii Pariſienſis Inſpector, 64
Galli (Sancti), Monaſterii, Codices, 51, 52, 56
Gandenſis ſeu Flandricus Codex, 54
Germani nomen Francorum Legeſque eorum ſummâ religione ſervârunt per multum ævi, donec ad Ottones ventum eſt, 2. Reginonis atque Vitikindi etiamnùm ævo, Reges Germanorum gloriabantur *Francorum* appellatione, 17
Goldaſtus (Melchior-Haimenfeldus) inſignem atrocemque injuriam ſacroſanctæ Principum dignitati factam à Gretzero acriter ultus eſt, multiſque perſpicuis ac evidentibus teſtimoniis confirmavit Karolum Magnum jure Regio Leges Eccleſiaſticas ſanciviſſe, 8, 9
Gonzaga (Maria) Regina Poloniæ, 72
Gregorius IV, Pontifex Romanus, à Sententia Miſſorum Imperialium appellavit ad Imperatorem, 21, 22
Gretzerus (Jacobus) pronuntiavit Francorum Reges qui Leges Eccleſiaſticas condidêre, non ſuâ præciſè auctoritate id feciſſe, ſed nutu & permiſſu Epiſcoporum, immò pleraque eorumdem Capitularia auctoritate Romanorum Pontificum condita fuiſſe, 8, 9. Cenſuram Goldaſti graviter & iniquo animo tulit, & oratione contumeliâ plenâ, abuſus præterea verbis Chriſti Domini, omnem de rebus Eccleſiaſticis decernendi auctoritatem ademit Principibus, *ibid.*
Guido (Bernardus), Lutevanus Epiſcopus, Rupe-Apis in Lemovicis ortus, 66. Ejus Opera, *ibid.*

H.

Helmæstadiensis Academiæ Julia Codex, 56
Heroldus (Baſilius-Joannes) Editor Capitularium, 44. Ipſius teſtimonium de auctoritate Capitularium, 1

J. L.

Innocentius III, Pontifex Romanus, nec ambitione nec audaciâ inferior quàm Gregorius VII, à mari ad mare tenuit Imperium : viciſſitudinem quam Gregorius paraverat, ille abſolvit, 70
Joannes IX, Pontifex Romanus, à Lamberto Imperatore petiit in Synodo Ravennatenſi uti Capitularium Karoli ac filiorum nepotumque

que ejus auctoritas confirmaretur; & quæ perperàm acta eſſent, legaliter, id eſt, ſecundùm eadem Capitularia, emendarentur, 1, 2

Iſaac ex libris Canonum utiliora elegit, & in unum volumen coartavit, quod dicitur *Canones Iſaac*. 15

Itali Capitularibus uſi ſunt etiam poſtquàm Germani, ævo Ottonum, illorum reverentiam exuerunt, 1, 2, 15, 16, 17

K.

Karolus Calvus edicit ne Epiſcopi Capitula ab ipſo ſancita in Comitiis Toloſanis anni 844 repicerent prætextu Canonum, tanquàm illi ſibi ſatis ſuperque eſſent, 16. Spe Imperii abjectâ, jura regalia Romanis Pontificibus perdonavit, 25

Karolus Magnus fundator Florentiſſimi Francorum Imperii, 26. Ejus Capitularia, 26, 27, 28, 29, 30. Jus aſſiduè ſumma cum diligentia dicebat, 27. Opinio Joan. Bapt. Thiers de Capitularibus Karoli Magni, 28, 29.

Koribut (Michael) Poloniæ Rex, 73

L.

Labbæi (Caroli) Codex. Vide *Danielis*. 72

Ladiſlas IV, Rex Poloniæ, 72

Lambertus, Imperator, anno 904 obſervanda juſſit Capitularia Karoli Magni & Ludovici, atque Lotharii & Ludovici filii ejus, 15

Laudunenſis Codex, 58

Launomari (Sancti) ſive Corbionenſis Monaſterii Codex, 56

Leges Eccleſiaſticæ. Epiſcoporum Conſtitutiones in Conſiſtorio Regum noſtrorum examinari ſolitæ ſunt, & eorum confirmatione indigent ut valeant, 8, 9. Error Gretzeri. Vide *Goldaſtus* & *Gretzerus*. Error Baronii. Vide *Baronius*.

Leges Francorum. Vide *Capitularia*.

Leges Longobardorum ſueto & uſitato vocabulo *Edicta* vocantur, 3

Leo III, Pontifex Rom., conſpiratione adverſùm ſe detectâ omnes, factionis auctores privatâ ſuâ auctoritate trucidari fecit, 23. Purgare ſe ſtuduit apud Ludovicum Pium, *ibid.*

Leo IV, Pontifex Romanus, tanquàm ſubjectus, coram Ludovico II cautam dixit, ejuſque judicio ſeſe purgavit, 18. A Canoniſtis Romanis reprehenſus, *ibid.* Sarracenos devincerat, *ibid.*

Leſcurii (Joannis-Antonii) Codex, 56. Vide *Bignonii*.

Lindenbrogii (Frederici) Formulæ, 59

M.

Marca (Petri de) ſententia de præſentia Legatorum in Synodis & Conventibus publicis Imperii Francici, 11, 12. Hic Præſul velut ſupremæ voluntatis tabulis curam Baluzio impoſuiſſe viſus eſt emendandi, novâque editione donandi Capitularia Regum noſtrorum, 49. Enucleatâ & ad Tranſmontanas opiniones inclinatâ ſententiâ, Pontificias literas impetrat pro Epiſcopatu Conſerano, 67. Toloſæ Archiepiſcopus ſimul & Regni Miniſter, ut aſſequeretur novas dignitates in Janſenii partibus ſubſequendis Jeſuitis ipſis pertinacior, *ibid.* Archiepiſcopus Pariſienſis, *ibid.* Spe purpuræ Romanæ ductus, componit Diſſertationem de Infallibilitate Papæ, *ibid.* Arbitrio Curiæ Romanæ retractandum permittit Opus ſuum de Concordia Sacerdotii & Imperii, *ibid.* Ipſius effatum, propriam utilitatem veritati anteponendam, *ibid.* Ejus jocoſum epitaphium, *ibid.*

Marculphi Formulæ, 58

Marrier (Philiberti de la) Senatoris Divionenſis, Codex, 52, 56

Masbarus, Profeſſor Seminarii Andegavenſis, denuntiat ſuppreſſionem cujuſdam loci interpolati in Tractatu S. Cypriani de Unitate Dei, tanquàm deſtruentem Primatum Papæ, 73. Illius caſtigatio Obſervationis Baluzianæ in Cypriani locum, 74

Mazarini (Cardinalis) Codex, 50, 56, 57

Michaelis (Sancti) in periculo maris, Monaſterii, ſeu Normannicus Codex, 54

Miſſi Dominici. Illis committebatur Capitularium promulgatio & executio, 12. Ad eorum officium pertinebat ſupplere negligentiam Epiſcoporum & Comitum, 12, 13

Molinæus (Carolus) perſtringit verbis aſperioribus profeſſionem Leonis IV, ambitionemque & uſurpationem ſequentium Pontificum Romanorum, 18. Ejus Exemplar Conſtitutionum Karoli Magni & Ludovici Pii, 32

Monichal (Carolus de), Archiepiſcopus Toloſanus, Baluzium in ſuam familiaritatem deſtinaverat, 62. Ejus Commentarii de Cardinali Richelio, *ibid.* Emendavit primum tomum editionis Romanæ Collectionis Conciliorum generalium, *ibid.*

Monſecucalli, Dux exercituum Imperatoris, obſidet Urbem Torunium in Pruſſia, 73

Moyſiacenſis Monaſterii Codex, 56

N.

Normanicus Codex. Vide *Michaelis* (Sancti).

Navarricus, ſeu Collegii Navarrici Pariſienſis Codex, 56

P.

Palatini Codices, in Bibliotheca Vaticana aſſervati, 54, 55, 58

Paſchalis, Romanus Antiſtes, Theodorum Romanæ Eccleſiæ Primicerium, & Leonem, Nomenclatorem, fideles Imperatori, comprehendi ac capite truncari fecit, 24, 25. Ab hujus facti communione cum magno Epiſcoporum numero jurejurando purgavit ſe, & ad Imperatorem excuſationem ſuam miſit per Legatos, *ibid.* Defenſionem homicidarum ſuſcepit, & mortuos velut majeſtatis crimine reos jure cæſos dixit, 25, 26

Pillavienſis Eccleſiæ Codex, 56

Pithœi (Franciſci) editio Collectionum Anſegiſi & Levitæ, 48. Immutationes à viro docto factæ, 48, 49. Ejus Codex, 52, 58, 60 Gloſſarium, 59

Pithœi (Petri) editio Collectionum Anſegiſi & Levitæ, 44. Viri docti errores, 45. Interpolationes & ſuppreſſiones ab illo factæ, 46, 47, 48. Ejus Codex, 56, 58
Pontifices Romani olim profitebantur ſe, ut fideles ſubjecti, obtemperare velle Capitularibus Regum noſtrorum, 1, 17, 18, 19, 20, 21, 23, 24, 25, 26. Antequàm in illorum poteſtate magna pars Italiæ redacta fuiſſet, ipſorum Romanorum Præſulum perſona, ſicut & cæterorum Fidelium, à civilis poteſtatis judicio pendebat, 24, 25. Exemplum Leonis III, 22. Exemplum Gregorii IV, 21. Exemplum Leonis IV, 17. In urbe Roma Judices Imperiales aſſiduè morabantur ad deliberandas litigioſas contentiones, 22, 23. Imperatorum dominatus & principatus non tam gratus quàm gravis erat Epiſcopis Romanis octavi ſeculi, quia Monarchia temporalis Romanæ Eccleſiæ jam tùm ſurgebat, & lacertos validè movebat, 25. Illos qui obſequio ergà Imperatores ducti, contrà ipſorum molitiones inſurgebant, velut majeſtatis crimine reos condemnabant Romani Antiſtites, jureque cæſos pronuntiabant, 25, 26. Pontificum Romanorum electio ab Imperatoribus pendebat, 20. Illis Karolus Calvus perdonavit jura regalia, 25
Puteani (Claudii) Codex, 56

R.

Ramusii (Pauli) Codex, 57
Regii, ſeu Bibliothecæ Regiæ, Codices, 55, 56, 57, 58, 59
Regum Francorum auctoritas in electionem Pontificum Romanorum, 20. Ipſorum poteſtas in perſonam Romanorum Præſulum, 22, 23, 24, 25
Remigii (Sancti) Remenſis Monaſterii Codex, 53, 56
Rivipullenſis Monaſterii Codex, 49, 56, 58

S.

Sirmondi (Jacobi), Jeſuitæ, Codex, 53, 58. Formulæ, 58. Notæ, 60

T.

Thuanus Codex, 51, 56
Tillet (Joannis du), Briocenſis, dein ac Meldenſis Epiſcopi, editio Collectionum Anſegiſi & Levitæ, 42. Hâc uſi ſunt qui Seculo XVI Romæ Gratiani Collectioni recognoſcendæ recenſendæque præfuerunt, 43. Clariſſimi Antiſtitis errores, 45. Interpolationes & ſuppreſſiones ab illo factæ, 46, 47, 48. Ejus Codex, 56, 58
Trevirenſis Eccleſiæ primariæ Codex ignotus, 57
Tutela. Patria Baluzii, 62. Ibi conſtituitur Seneſcallia, 72

V. U.

Vaticani. Vide *Palatini*.
Viennenſes ſive Cæſareæ Bibliothecæ Codices, 57
Vincentii (Sancti) Laudunenſis Monaſterii Codex, 56
Vincentii (Sancti) Metenſis Codex, 53, 56, 58
Uſerca fuit ſecunda civitas apud Lemovices, 72. Pippinus ibi tranſtulit Sedem Epiſcopalem, Seneſcallumque inſtituit, *ibid.*

ERRATA.

Pag. 73. Catalogi Oper. Baluzii *col.* 1. *lin.* 44. 1670, *leg.* 1650.
Pag. 115. Capitularium *lin.* 1. quadragiota, *lege*, ſexagiota.
Ibid. lin. 31. quatuor, *lege*, viginti.
Ibid. lin. 35. tribus, *lege*, quatuo..
Ibid. lin. 40. quadraginta, *lege*, quadraginta & octo.

Cætera menda facilè ſupplebit Lector.

Histoire des Capitulaires des Rois François de la premiere et seconde Race, ou Traduction de la Préface mise par Etienne Baluze à la tête de son Edition des Capitulaires : avec la vie de Baluze, écrite en partie par lui-même ; un Catalogue raisonné des Ouvrages de ce Savant ; & un Fragment du Cartulaire de l'Abbaye d'Uzerche. Publiés par M. de Chiniac, Conseiller du Roi, Lieutenant-Général Civil & de Police de la Sénéchaussée d'Uzerche, Honoraire de l'Académie Royale des Belles-Lettres de Montauban. *Paris*, 1779, *in* 8°.

FINIS.